THOMAS AVER SCOTUS OCHAM

IN ARISTOTELIS LIBROS DE GENERATIONE, ET CORRUP. DILUCIDA TEXTUS EXPLICATIO, ET DISPUTATIONES

IN QUIBUS ILLUSTRIUM scholarum Auerrois, D. Thomæ Scoti, & Nominalium sententiæ expenduntur, earumq; tuendarum probabiliores modi Afferuntur.

AUCTORE P. Bartolomæo Amico Societatis Iesu Theologo.

TOMUS P.s ET 2.s

Neapoli apud, Lucam Antonium Fusum 1648

Sensus Communis


Intellectus Agens.

PLATO AMICUS



ARISTOTELES AMICUS

Superiorum Licentia.



Admodum Reuerendo Patri Nostro

VINCENTIO CARRAFAE

SOCIETATIS IESV

Præposito Generali.







BARTOLOMEVS AMICVS

Ex eadem Societate S. D.




Væ nunc primum in lucem prodeunt de ortu, & interitu rerum lucubrationes meæ, illæ A.R.P. te,sibi vel parentem suum vindicant, vel patronum ambiunt. Ego vero, nisi amens omnino sim, hanc illis siue officij erga te, siue obseruantiæ significationem negare nec possum iure,nec debeo. Namqui possim labores hosce meos non tibi acceptos referre, cuius ego,cùm authoritate,tum imperijs, ad scribendum impulsus ad pristinam studiorum meorum rationem prosequendam,animum appuli,quem antea diuturnis commentationibus fatigatum,deuexa iam ætate,quieti merito destinaueram. Etenim cum mihi vel assidui studiorum labores, vel certe senectus ipsa,stylum iam emeritum pænè abstraxissent è manibus,atq; alio mentem elanguidam otij amor,iam auocasset, vnus in primis tu mihi autor fuisti,vt ne ab incæpto Philosophici stadij cursu desisterem,iterumque calamum desidem cessantemque in manus reuocasti,ac per te mihi otioso esse non licuit.Tantique semper apud te sapientiæ, bonarumque artium amor fuit,vt præ illo iustissimæ quietis,& otij senectuti meæ iam pridem debiti,rationem habendam minimè duxeris. Cuius ego viri authoritatem sequutus ita vires,animosque instaurandos mihi duxi, vt vel extinctum omnino, vel certe magna ex parte iam consopitum scribendi ardorem excitarem,

tarem,

tarem, tuoque demum nutu effectum est, vt hos de ortu, & interitu rerum commentarios elucubrarer. Tibi igitur iure debentur, ac tui sunt, qui te authorem agnoscunt, à quo vitam, lucemq; hauserunt; Illud superest, vt tu illos tuos existimes, atque adeo illis, & patrocinij tui vmbram Tui nominis luce sufficias, & parentis affectum humanissime impertiaris. Quod quidem à te non grauate præstitum vtrumque iri pro certo habeo. Noui enim ingenium tuum, quam sit à natura factum ad scientias, quantoque proinde, & amore prosequaris, & humanitate foueas eos, qui toti, & sapientiæ vacant, & literis. vt propterea, non sine supremi Numinis Consilio, nutuque factum omnes existimemus, vt te vnum præ alijs Societati Iesu Vniuersæ Præpositum, Moderatoremque summum, proximis hisce Generalibus Comitijs suspiceremus; nempè vt, quod in Societate nostra semper viguit, vigebitque studium literarum, illud nunc te duce ac moderatore incrementa in dies maiora susciperet, & quod etiam tibi vnice cordi est, cum pietate, ac Religione coniunctum in maximum vel Diuini Nominis honorem cederet, vel commodum animorum. Accipe igitur munusculum senectutis meæ, nec tam id, quod tibi venit in manus, quam vnde venit, cogita; nempè ex animo meo tibi addictissimo semper, & grato. Illud enim & sapientis viri, & magni est, non tam donum metiri, quam eius, qui aliquid donat, animum æstimare. Vale, ac Societati nostræ viue diu sospes, ac Felix.

INDEX



RERVM IN PRIMVM LIBRVM DE GENERATIONE.

A.

Anti-

Datur

D.

E.

Exten-

Gene-

G.

H.

I.

In-

L.

lumen

O.

P.

Poten-

Q.

R.

S.

T

Tran.

V.

INDEX

COPIOSVS IN SECVNDVM LIBRVM DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE,

P. Bartholomæi de Amico, perutilis ad Philosophos, Medicos, aliarumque litterarum studiosos, & ad communem discursum apprimè necessarius.

D. significat Disputationem. Q. quæstionum. D. dubium. A. articulum. C. *caput. P. paginam. N. numerum. V. vide.*

A.

Aetatum

Aristo-

Cu-

D.

E.

Ele-

F.

Fe-

G.

H.

Cur

Habens

Iuue-

Mem-

N.

Quinam

O.

P.

Q.

R.

Cæteris

Ex

T.

MVTIVS VITELLESCVS

SOCIETATIS IESV PRÆPOSITVS GENERALIS.

Cum Disputationes P. Bartholomæi de Amico, nostræ Societatis, in libros Aristotelis de Cælo, & Mundo, & Generatione, & Corruptione; Tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commissum fuit recognouerint, ac in lucem edi posse probauerint: facultatem concedimus, vt typis mandentur, si ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Romæ Kalendis Augusti, 1631.

Mutius Vitellescus.



IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Generalis Neap.

Alexander Ruffus Canonicus Deputatus vidit.

IMPRIMATVR.

Zufia Regens. Sanfelicius Regens. Capiciuslatrus Regens. Merlinus Regens.



AD LECTOREM.

Accipe benigne Lector has in Libros Aristotelis de Generatione, & Corruptione lucubrationes, quas defatigatus via sustinet vltro calamus exarare. Cum enim meos codices in dialecticas, & physicas, nec non de Cœlo quæstiones, non tam doctrinæ præceptis, quam tua benignitate nui quam fastidiente te lectitasse acceperim, tantum mihi scribendi ardorem iniecisti, vt reliquum vitæ spatium, quod mox abducto à studijs animo ad Cœli huius Neapolitani blandientis perpetuos risus otio destinaueram, cursus iuueniles inter laborum anfractus transfigerem, & quæ tenebris mancipauetam commentaria, ad ingenij tui lucem mox ederem; tum vt gratum animi mei erga te studium, beneuolentiamque adaperirem; tum quæ senescente iam stylo elaborata sunt humanissimis oculis exciperes. Is enim es, vt etiam indigesta, & falsa typis mandata ad hanc diem non fine philosophicæ veritatis compendio suauissime tractes. Hæc igitur ad te veniunt officiosissime Lector meæ erga te pietatis monumenta, in quibus si quæ peccata deprehendes tua castigatione digna, hæc tibi aditum aperient ad tui præclarum luminis ingenij ostentandum; quo vel pensatis rationibus, veriora firmes; vel acri iudicio falsa corrigas. In hisce enim de Generatione, & Corruptione commentarijs plura propono oculatæ menti tuæ examinanda; nempè operationes naturæ ad generationem, & corruptionem, elementorum qualitates; tum verò quæ pertinent ad mistionem perfectam, vel imperfectam, vbi multa de secundarum qualitatum ortu, & viribus; mox quæstionibus de temperamentis explanatis, deque illorum specicbus, ad ea, quæ sunt reliquæ corporis humani complexiones inuestiganda gradum faciam, & præsertim, quæ ad ingenij præstantiam, vel tarditatem pertinent, & quæ ingenio prosint, vel obsint. Illud à te conceptissimis votis peto, vt si quid veri in illis inuenies Deo Opt. Max. acceptum referas, à quo omnes sapientiæ liquidissimi fontes scaturiginem ducunt; si verò quid falsi, vel incerti, reperies, id vel tenuitati ingenij, vel ætati senio confectæ tribuas velim. Lucubrationes rogo expectes in libros de Anima, quæ sub prelo sunt. Interea memoriam tuam mihi commodes maximè in precibus, vt meæ menti Summus Parens philosophicæ Deus veritatis cortinam aperiat, & ætati nouos animos excitet, atque inflammet. Vale.

TRACTATIO PRIMA

De ijs,quæ sunt necessaria ad Explicandos Libros de Generatione.



QVAESTIO I.

De Authore horum librorum.

1 *Auctor horum est Arist.*

CONstans est omnium sententia Authorem horum librorum esse Aristotilem, vt patet tum ex stylo, & phrasi Arist. propria; tum ex consensu doctrinæ traditæ in his libris, cum doctrina quàm Arist. docuit in alijs libris,tum ex Græcorum, & Latinorum Interpetrum consensu, tum quia nihil apparet in his libris quod oppositum ostendat,solum hic disputari posset de Arist.præstantia, & authoritate, sed de hac re noa fusè agimus in Metaphysica.

QVÆSTIO II.

De Obiecto horum librorum.

DE Hac Conimbricenses initio horum librorum. Ruuius in procem. ibidem Murcia,Toletus,& Alij.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

NOtan. omnes difficultates huius quæstionis reduci ad tria capita, primo an generatio, & alij motus tractentur per se vt obiectum, an vt passiones; secundo an elementa per se secundum propriam naturam absolutè tractentur, an vero vt principia misti. Terrio corpus an tractetur,vt principium generationis, an etiam vt principium aliorum motum.

Secundo Not. ex alibi dictis, valde confert ad cognitionem naturæ scientiæ cognoscere eius obiectum finem ordinem,& modum docendi, ideo initio tractari solet de obiecto, ex cuius cognitione aliorum cognitio pendet.

Prima Opinio est dicentium obiectum esse generationem in communi, tum vt supponit simpliciter, tum vt supponit personaliter pro generatione scilicet elementorum; nam de alteratione, augmentatione,& miatione tractatur in ordine ad generationem,tribuitur D. Thom. hic,licet Aliqui velint de elementia non tractari per se, sed accidens,ea mente D. Th.quatenus scilicet eorum cognitio iuuat ad explicationem generationis in communi, nam non est ratio, cur tractet potus generationem e ementorum in particulari, & non aliarum specierum corporis naturalis, Verum aduersarij rationem reddunt,quod generatio elementorum sit prima, & causa,cur reliqua generentur, sicut in Metaphysica tractatur de ente in communi, & in specie de Deo, vt prima causa cæterorum,tribuitur etiam Philopono dū docet de elementis tractari per se, & non tantum vt sunt causa cæterarum generationum. Sed verè philoponus dicit expresse agi de rebus generabilibus, & corruptibilibus, & ijs,quæ consequantur huiusmodi res, sicut in octo libris physicorum actum est de ijs, quæ sunt communia omnibus rebus naturalibus. Tribuitur etiam Auer.initio paraphrasia in lib.de generatione, & Nipho ibidem,expresse Buccaf.hic initio, dū ait primario agi de generatione, secundariò de alijs motibus, quod Arist. in 1. meteor. & de sensu,& sensi cap. 4. hos libros appellat de ortu,& interitu, & patet inscri-

Obiectum esse generationem, vt supponit simpliciter ac personaliter quood prima elementa.

Cum de generatione elementorum,et non ...

bis de generatione, & corruptione: Confir. ex t. 1. vbi proponit agere de generatione, & licet ibi proponat agere etiam de augmentatione, tamen de illa agit ratione generationis quatenus cognitio distinctionis ab augmentatione, & alteratione iuuat ad agnoscendam naturam generationis, vt ibi significat Arist. ibi *vtrum*, & quia auctio per se pertinet ad libros de anima, cum sit viuentium propria; Confirmatur obiectū est cuius causæ quæruntur at ibi Arist. proponit inquirere causas, ergo.

Subiectum non esse vnum sed plures motus.

Secunda Opinio est dicentium non posse his duobus libris præscribi aliquod vnum subiectum, cum in primo tractetur tanquam de subiecto de omnibus motibus, quę conueniunt rebus corruptibilibus, & generabilibus, videtur Masilij hic q. 1. art. 1. & Toleti, dum aiunt generationem, & similes motus tractari per se, vt species obiecti; Vnde Marsilius diuidens partes physicæ ait, in tertia parte tractari de speciebus mutationis. Tribuitur Philopono hic initio, & Simplicio, tum in proem. in 8. libris physicorum, tum 3. Cœlo, 3. sed hi expressè docent agi de rebus generabilibus, sicut etiam falsò tribuitur Alexandro, & Philopono initio met. sed ibi solū cum Arist. numerantur ea, quæ aliquo modo tractantur in physica.

Corpus simplex mobile secundum formam intrinsecam.

Tertia Opinio est dicentium obiectum esse corpus simplex mobile secundum formam sibi inhærentem; putant enim corpora simplicia, scilicet, elementa dupliciter considerari, primo vt sunt mobilia secundum formam extrinsecam, idest locum & ita tractatur de elementis in lib. de Cœlo: secundo vt sunt mobilia secundum formas inhærentes, siuè substantiales, siuè accidentales, & ita tractantur hic. Ita Albertus hic trac. 1. c. 1. Nobilius hic initio, & à Ruuio tribuitur Auer. p. Cæli cō. 3. & Alexandro p. metheor. initio, & tribuitur Ægidio, & Marsilio. Vnde patet excludi accidentia, materiam, & formam ab obiecto per se, quia sunt quidem entia, sed non corpora, sed principia, & passiones corporum, vnde sub hac ratione per accidens hic tractantur. Secundo patet excludi corpus mixtum, quia non est simplex: Vnde de eo tractatur per accidens seu secundario, vt de effectu elementorum, Denique dicitur secundum formam, vt excludatur mobile secundum vbi.

Fundamentum sumitur ex contextu Arist. nam cum in præcedentibus libris actum sit de Cœlo, quod est corpus simplex incorruptibile, necessariò agendum erat de corpore simplici corruptibili, cuiusmodi sunt elementa. Vnde Arist. cum 3. Cœli confutasset opinionem dicentium generationem esse compositionem ex magnitudinibus indiuisibilibus t. 13. ait *considerandum, quæ sint talium corporum elementa, & quam ab causam, & quot, & qualia*, idest inter generabilia, quæ sunt elementa, & cur ita dicantur. Vnde ex elemēti definitione ibi ostendit ignem, aerem, aquam, & terram esse elementa, tum numerum inuestigat, negans esse vnum, vel infinita. Vnde manet esse plura, sed finita vt ibi statuit, deinde t. 52. inquirit, an sint æterna, vel caduca, docens generari non per segregationem, vel per congregationem, Neque omnino per figuræ mutationem, vel dissolutionem in superficies, demum differentias elementorum ostendit non esse ducendas à figuris, sed ab affectionib9, operationib9, & facultatib9 (q̄ verba) diuerso modo explicātur ab Auer. & Alex. apud Nobiliū. Vnde Arist. cum in lib. de Cœlo differentias elementorum inuestigasset ex facultatibus motiuis, hic illas ostēdit ab affectionibus, idest facultatibus primis, sed prius hic in 1. lib. perficit tractationem de generatione elementorum cæptā in 3. de Cœlo, statuendo differentiam inter generationem, & alterationem, vt hinc in secundo colligat differentias elementorum: quare cum Arist. inuestiget naturam, numerum, & differentias elementorum, ac eorum qualitates, non est cur illa non sint obiecta horum librorum, cum obiectum illud dicatur scientiæ, cuius natura, & proprietates inuestigantur.

Confirmatur, quia initio meteororum Arist. hæc docet *de primis igitur causis naturæ, & de omni motu naturali, adhuc autē de rectè dispositis secundum superiorem, latiorem, astris, & de elementis corporalibus, et quot, et quæ, et de ea, quæ ad inuicem transmutatione, et de generatione, et corruptione communi dictum est prius.*

Confirmatur secundo, quia Arist. hos libros appellat de elementis, vt de sensu, & sensi cap. 4. 2. de anima tex. 117. & metheo, quia sequuntur libros de Cœlo vbi agitur de corpore incorruptibili.

Confirmat. tertio, quia alioqui Arist. esset valdè diminutus, relinquendo tractationem per se de elementis, nam cum egerit per se de Cœlo, & de mixtis in meteor. & de plantis, & de animalibus, ac de ipso

ipſo homine in 3. de anima, & eius virtutibus in lib. eth. ac de intelligentijs in metaphyſica non eſt illi hæc negligentia tribuenda, vt omiſerit tractationem de elementis, de quibus tamen Ariſt. agit in 3. & 4. de Cœlo, & in lib. de generat. ſub diuerſa tamen ratione.

Confirmatur quarto, quia elementa, vt ſpecies corporis ſūt per ſe ſcibilia ſed nullibi ergo. Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt, nam Albertus putat auctionem per ſe tractari, vt illi tribuitur, at Nobilius vult tractari per accidens ſcilicet occaſionaliter, quatenus iuuat ad explicationem alterationis.

Secundo differunt quod Aliqui velint de omnibus his motibus tractari per ſe ſecundum Albertū; at Bagnes vult ſecundum Albertum tractari de elementis, vt ſunt inter ſe transmutabilia per generationem, at vero de alijs motibus per accidens, vt ſunt via ad generationem, & eorū cognitio iuuat ad explicandam generationem.

6 *Mixtū per ſe, elementa vero in priucipia mixtorum.* Quarta Opinio eſt dicētium obiectum per ſe tractatum eſſe corpus mixtum, vt ſupponit ſimpliciter, de elementis vero non tractari per ſe ſecundum propriam naturam, ſed per accidens, quatenus ſunt principia mixti in communi, mixta vero tractari, vt ſunt corpora naturalia generationi, & corruptioni obnoxia, & licet ſub hac ratione formali comprehendi videantur etiam elementa, tamen verè non comprehenduntur, quia ſecundum ſe tota ſunt incorruptibilia; at ſecundum partes, licet ſint corruptibilia, tamen id habent, vt ordinantur ad generationem miſtorum, quia ratione ſui non indigent hac mutua generatione, & corruptione; ergo vt illis eſt data generatio à natura propter mixta, ita debent tractari, ita Zabar. cap. 21. de conſt. ſcientiæ naturalis, & tribuit Auer. 3. Cœli 1. & vlt.

Primo nā obiectū dicitur cuius principia inueſtigātur, 1. poſt t. 25. at hic mixtorū principia inueſtigātur, quæ ſunt elementa, de quibus cum per ſe Ariſt. egerit in lib. de Cœlo, hic de illis agit, vt ſunt principia mixtorum. Confirmatur mixtio in gēre eſt ſcibile, ſed nullibi tractatur ergo.

Confirmatur ſecundo ex ordine librorum phyſicorum, nam cum in 8. libris egerit de corpore naturali in communi, quod primo diuiditur in ſimplex, & mixtum, ſecundo loco agendum erat de corpore ſimplici, quod eſt prius mixto quod præſtitit in lib. de Cœlo; ergo tertio loco agendum eſt de mixto, quod hic tractatur, cum hi libri ſequantur libros de Cœlo, & & in alijs ſequētibus tractetur de ſpeciebus corporis mixti, tum animatis, tum inanimatis.

Confirmatur tertio, quia mixtum in communi tractari debet in phyſica, eum habeat propriam naturam per ſe cognoſcibilem, at nullibi de illo agitur, niſi in his libris, in quibus fusè agitur de mixtione, & elementis, vt principia mixtionis.

Confirmatur tertio ex ipſa Ariſt. tractatione, nam in 1. libro poſt definitionem generationis acturus de illius cauſis, tex. 43. conſilium ſuum aperit his verbis *quoniam autem oportet primum de materia, & vocatis elementis*. vbi de ly &, ex Zab. non eſt, coniunctiua, ſed declaratiua quia de elementis agit vt ſunt materia miſtorū. Vide 2. de generatione initio, quatuor primas qualitates appellat principia elementorum, at ſi elementa tractārētur ſecundū ſe, illæ non dicerētur principia, ſed accidētia, ſed quia tractantur, vt principia mixtorum, ideò illæ dicuntur principia, & formæ elementorum, ſicut paternitas licet nō ſit forma Petri ſecundum ſe, tamen eſt forma illius, vt eſt pater.

Quinta Opinio eſt dicentium obiectū eſſe ens mobile ſecundum formam intrinſecam, ſiuè ſimplex, ſiuè mixtum eſt Marſilij loc. cit. concl. 3. Ægid. & Veneti hic initio, Bagnes, qui illam tribuit. D. Thom. Ruuius in proem. & eam Niphus dicit eſſe communē, quia ſicut hæc pars continetur ſub tota phyſica, ita obiectū eius debet contineri ſub adæquato obiecto totius phyſicæ; & ſub aliqua ſpeciali ratione ab eo diſtingui, ſed vtramque conditionem habet corpus naturale, vt eſt principium motus ad formam intrinſecam, ſicut enim obiectum totius dicit principium ad quālibet formam, ita partiale obiectum debet eſſe principium ſpecialis motus. 7 *Ens mobile ſecundum formam intrinſecam, vt comprehendit ſimplex, & mixtum.*

Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt, nam aliqui dicunt conſiderari, vt eſt principium motus generationis, & corruptionis, quia omnia, quæ hic tractantur, reducuntur ad corpus ſub illa ratione, Ita aliqui recentiores.

At alij volunt conſiderari, vt eſt principium motus ad formam non ſolum ſubſtantialem, ſed etiam accidentalem, intrinſecam tamen: Ita Murcia hic, & tribuit Ægidio, ac Marſilio.

Alij vero dicunt considerari corpus, vt principium motus ad formam absolutam in communi: Ita Ruuius hic, & tribuit Marsilio, Ægidio, Veneto, & alijs. Vnde solum excludit principium motus localis, quis corpus, vt est tale principium continet omnia, quæ tractantur in hac parte philosophiæ, nam corpus simplex non comprehendit omnia, cum hic tractetur de generatione communi ad omnia generabilia. Immo hic per se agitur de augmentatione, quæ mixtis tantum viuentibus conuenit. Vnde etiam corpus generabile, & corruptibile non potest esse adæquatum, cum hic tractetur de corpore, vt principium etiam alterationis, & augmentationis: & quia hic tractatur generatio etiam simplicium, mixtum corpus non potest esse adæquatum; vnde manet obiectum esse corpus cōmune ad mixtum, & simplex, vt est principium ad formam in communi.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

8 *Libri de generatione habent unū obiectum.* Prima Conclusio hæc pars physicæ, quæ continetur duobus libris de generatione, habet proprium adæquatum obiectum, quia omnis pars alicuius scientiæ totalis habet aliquod obiectum, quod sit species obiecti totalis, quia alioqui nō esset pars neque haberet connexionem cum scientia totali, sicut enim scientia aliqua habet aliquod commune obiectū, cuius passiones, & principia considerat, ita partialis scientia debet considerare partē aliquam illius obiecti, sed hæc pars non potest esse passio, vel principium obiecti adæquati illius scientiæ in communi, quia ad eandem partem scientiæ pertinet considerare, & essentiam, & principia, ac passionis illius: ergo ad partialem scientiam ab alia distinctam debet pertinere species illius obiecti. Neque dicant non posse assignari aliquod vnū, q̄ sit commune motibus, & elementis, quę hic considerantur, quia hi motus generationis, alterationis, &c. non considerantur, vt obiecta, sed vt passiones. vt infra constabit.

9 *Obiectum non est generatio, & alia quęlibet species motus.* Secunda Conclusio generatio, & corruptio, & quæcumque alis species motus non est subiectum horum librorum: ita Marf. concl. 1. Zab. c. 20. probat Marf. quia subiectum in ea scientia, cuius est obiectum, supponi debet, quia debet esse primo notum, vt patet ex conditionibus subiecti, sed generatio, & alij motus in his libris probantur, vt patet, tum primo de generatione à t. 4. vbi probatur dari generationem, tum quia hi quinque motus sūt passiones entis mobilis ad formas, passio autem in scientia non est priùs nota suo subiecto, sicut non est prior, sed potius posterior suo subiecto; sed hæc ratio habet difficultatem, vt patet ex dictis in logica.

Secundo Zab. loc. cit. cap. 20. & lib. de præcognitis cap. 6. Nam quando aliqua tractatur, vt passio non potest esse subiectū illius scientiæ, tū quia idem est subiectum scientiæ, & passionum demonstratarum in scientia, tum quia passio, vt passio non potest esse subiectum scientiæ alicuius, nam subiectum dicitur id, cuius passio tractatur, & non ipsa passio. Sed de his motibus tractatur, vt sunt passiones; ergo: minor probatur, tum ex Aristotele, quia probat de his motibus an sint, esse autem accidentium est in esse suo subiecto, tum quia Arist. initio proponit se acturum de Generatione, & natura generatorum, & causis &c. sed quando tractantur subiectum, & passio, & causæ passionum, & subiecti, ibi tractatur passio, vt passio est. Tum tertio, quia generatio, & alij motus ex natura sua sunt motus, & passiones, sed hic tractantur secundum propriam naturam ergo, tum quarto, quia omne quod tractatur in scientia debet participare aliquam rationem subiecti totalis; sed generatio, & huiusmodi motus non possint pertinere ad obiectum totale nisi, vt passiones alicuius speciei obiecti totalis. Resp. aliqui in scientia totali passionem non esse subiectum, at in partiali esse sicut in primo libro physico subiectū sunt principia, & partes animalis in lib. 6. de partibus animaliū, sed hi non intelligunt, quid sit tractari, vt subiectū, qa nihil est aliud tractari vt aliquod subiectum, quam tractari eius principia, & passiones: quare tractatio subiecti nō est distincta à tractatione principiorū, & passionum, nihil enim de re scire possumus nisi principia, & passiones; & ad summum de subiecto solum initio, si aliquid tractatur id tamen est vt supponatur eius existentia. Vnde falluntur putantes obiectum in scientia partiali posse esse passiones, quia semper obiectum est id, quod est subiectum passionum neque quoad hoc distinguitur scientia totalis à partiali, sed solum *Falli putātes obiectū in scientia partiali posse esse aliquam passionem.*

solum q in totali obiectũ est aliquod cõmune supponẽs absolutè, in partiali vero est species aliqua obiecti communis, vt alibi ostendi.

Confirmatur secundo, quia sicut in vniuersa physica subiectum non est motus in communi, sed tractatur, vt passio corporis in communi, ita in partibus scientiæ physicæ nulla species motus poterit tractari, vt subiectum, sed vt passio talis corporis: quare malè dicunt aliqui in libris de Cœlo tractari de motu locali, qui est prima species motus 8. phys. 55. 57. & 58.

Confirmatur denique, quia ab huiusmodi Doctoribus nulla ratio ordinis inter partes physicæ congruens potest assignari, cur enim post cognitionem vniuersi, cognoscendi sunt hi motus, & non potius substantię ipsę, ex quibus mundus integratur, & constat.

10 Dices inscribi de Generatione, & corruptione, & ita citatur ab Aristotile in meteoris, confirmatur, quia Aristoteles in proem. proponit de his agere, neque vnquam dixit agere de generabili. Respondeo inscriptionem non sufficere ad cognoscendum subiectum, cum ex varijs capitibus sumi possit, vt alibi diximus, & notat Marf. hic ad secundum. Vnde in libris posteriorum non constituitur obiectum analysis, neque in timęo Platonis obiectum est timęus, & ob hanc rationem hi libri citari solent sub titulo de generatione, solet enim Aristoteles libros aliquãdo nominare non ab obiecto, sed ab aliquo, quod tractatur de obiecto vnde libros octo physicorum citans, nominat aliquando de motu, aliquando de principijs, aliquando de natura, cum tamen obiectum illorum librorum sit corpus naturale. Nequè dicas hos motus esse subiectũ qui exactè tractantur, nam tractantur exactè, sicut requirunt tractari passiones obiecti.

Non rectè ab inscriptione sumi obiectum.

Ad Confirmationem Respondeo primo ea loc. cit. Aliud esse subiectum, aliud esse intentionem, licet in idem coincidãt, nã aliquod ens dicitur subiectum, vt supponitur notũ. dicitur vero intentio, vt indagantur eius principia, & passiones; quare passiones proponuntur, vt cognoscantur de subiecto, & ideo tenent se ex parte intentionis. Respondeo secundo Arist. in proemio solet proponere nõ solum subiectum, sed etiam ea, quæ ostensurus est de subiecto, vt magis excitet cupiditatem legentis: sicut 1. de Cœli, initio, numerat corpora naturalia, & passiones corporis. Hinc patet falli Aresium, dum ex 1. de generat. t. 43. colligit obiectum esse mutationem ad omnem formam, nam inde potius colligitur contrarium, cum proponat agere de vocatis elementis, quæ sunt materia mixtorum, & de generatione tractat, qualis sit, in ordine ad elementa. Neque obstat quod in fine illius textus proponat agere de factione, nam proponit, & agere, quid sit actus, & quid mixtio; & dũ explicat intẽtionem suam esse agere de generatione explicat subiectum esse corpus generabile, quia proponit agere de generatione, vt illa cognoscatur de generabili.

Subiectum, & intentio distinguuntur in scientia.

Aresii error.

Secundo Dices tunc corpus esset obiectum quando Arist. demonstraret generationem de ipso corpore generabili, sed Arist. hoc nõ pstat, sed dicit agere de generatione secundum se, eius principia passiones, & differentias explicando. 11

Confirmatur, quia licet principia, & passiones nequeant esse subiecta in scientia totali, tamen possunt esse in partiali, vt patet ex libris de anima; quorum subiectum non est viuens, sed anima, nam corpus viuens complectitur etiam libros de animalibus, vt aduertit Dandimus in præfactione ad libros de corpore animato, & similiter libri paruorum naturalium deberet esse animal dormiens, vigilãs, iuuenis, & senex, ergo idem dicendum de subiecto horum librorum.

Confirmatur secũdo, quia nõ est ratio cur non possit ibi proponere explicationem generationis secundum se, nam licet nequeat perfectè cognosci sine ordina ad corpus, tamen nulla necessitas vrget, vt semper sic consideretur, vt patet ex consideratione multorum accidentium, vt de gratia, virtutibus somno vigilia, & similibus.

Respondeo Aristotelem satis demonstrare generationem de corpore, dum inuestigat modum, quo corpora siuè simplicia siuè mixta generantur, refutãdo modos ab Antiquis Philosophis positos; neq; vnquam explicat generationem secundum se, vt abstrahit ab ordine ad generabile, vt patet ex t. 1. *de generatione*, inquit, *& corruptione eorum, quę natura generãtur, & corrumpuntur, & causis eorum*, & t. 1 1. speculandum vtrum sit aliquod, quod generetur simpliciter &c.

Ad primam confirmationem ex dictis

patet

patere in scientia partiali obiectũ esse aliquam speciem obiecti totalis, & quæ docet de obiecto librorum de anima, & cæteris, longè distant à vero, vt fusè ostendemus alibi, & omnium illorum librorum obiectum est corpus animatum siuè vegetatiua siuè sensitiua siue rationali, vt cōtinet principium motus sensationis, & intellectionis, & in paruis naturalibus explicatur idem corpus secundum alias passiones, & de partibus, explicantur animata secundum partes, & instrumenta operationum ex parte materiæ.

Ad 2. confir. Resp. ex dictis supra, & ex dictis in logica satis patet, ab Aristot. nullibi explicati passiones, & actus secundos tanq̃ obiecta de quibus, sed vt prædicata, quæ de alijs demonstrentur, & licet illis conueniãt aliquæ passiones, semper reuocari debent ad primatium subiectũ, à quo fluunt passiones, cum aliqua subordinatione: sed an possit institui scientia de passionibꝰ vel principio cōstitutiuo corporis nō est huius loci examinare: illud autem, videri certum, illam non posse esse perfectã cognitionem talis obiecti, cum non cognoscatur secundum omnia prædicata cōuenientia rei, vt stat sub vna abstractione, imo existimo, nec posse habere statum scientiæ, quia non potest esse effectus demonstrationis, quæ necessariò constare debet ex propositionibus per se notis, vel cognitis ex illis, quæ sunt per se nota; alioqui cognitio illa non esset certa, & cuidens, quia omnis euidentia intellectualis, & scientia reuocatur ad propositiones per notas intellectui.

12 *Obiectum est corpus naturale, vt continet naturam principiatiuam illorum motuum.* Tertia Conclusio corpus naturale, vt continet principium motus generationis alterationis, & cæterorum, qui in his libris tractantur, motuum, est subiectum horũ librorum, hanc conclusionem omnes fatentur, quia ens, vel corpus mobile ad formam intrinsecam constituunt, probatur primo à Marsilio conclusione tertia, quia non excedit, neque exceditur à rebus hic tractatis, nam est subiectum omnium passionum, quæ hic considerantur. Vnde dicitur genetabile alterabile &c. secundo probatur, quia obiectum partiale alicuius partis debet contineri sub obiecto totali totius scientiæ, quia obiectum totale est abstractum ab omnibus speciebus obiectorum; sed in his libris non potest assignari alia species, quam corpus corruptibile, quæ continetur sub corpore naturali, cum incorruptibile sit alia species ergo. Confirmatur, quia corpus generabile, vt species est corporis naturalis debet tractari in aliqua parte ergo. Confirmatur secũdo, quia Aust. 1. de Gen. in proem. proponit tractare de natura generatorum, & corruptorum, & omnium proponit inuestigare causas, & principia, per ea autẽ omnia, ex Philop. Auer. D. Th & Nipho. intelliguntur generabilia, & corruptibilia. Denium patet ex præcedenti conclusione, quia quando passio tractatur, subiectum scientiæ est subiectum passionis, sed subiectum horum omnium est corpus naturale corruptibile ergo. Ex his patet rectè Marf. dixisse obiectum horum librorum non esse corpus generabile, vt sic quia, obiectũ debet continere, & explicare omnia quæ tractantur, cuiusmodi non est generabilitas, nam hic consideratur res non solum vt sunt generabiles, sed etiam vt sunt alterabiles, sed iste terminus, generabile, non significat rationem illam communem, secundum quam consideratur, ad omnes species motus.

Dices sequeretur, hos libros debere præcedere libros de Cœlo, nam sicut forma substantialis præcedit accidens, ita motus ad formam substantialem præcedit motũ ad vbi, sed in hoc libro tractatur de corpore, vt mobile ad formam substantialem ergo. Resp. Marf. licet forma substantialis præcedat accidens, tamen motus localis præcedit omnes alios, cum sit aliorum causa 8. phy. 55. 57. & 58. & ideo quia in physica considerantur res naturales, vt habent principium motus, priùs tractatur mobile motu locali; qui est prior, non quidem, quod motus localis sit prior in eodem supposito alijs motibus, sed in alio supposito, sicut actus dicitur prior potentia 9. met. 13. non in eodem supposito, cum priùs sit aliquid calidum in potentia, quam in actu, ita motus localis supponit subiectum generatum, imo & auctum, de qua prioritate, & nobilitate videatur Bannes 1. de Gen. q. 1. ad secundum, qui fusè hanc materiam pertractat, & licet generatio à toto genere esset prior motu accidẽtali, non tamen prior cælo, & eius motu quia ille non conuenit corpori generabili per se. *Cur hi libri non præcedant libros de cœlo.*

Dices secundo, cum omnis motus dicat attributionem, ad generationẽ, cur non ponitur subiectum corpus naturale, vt est principium generationis, cum ad hoc 13

ptin-

principium reuocentur principia aliorum motuũ, tãquam ad primum analogatum, sicut enim obiectum motiuum, & terminatiuum nostri intellectus existentis in corpore dicatur esse ens sensibile, cum tamen percipi possint etiam insensibilia, eo quod illa concipiamus per ordinem ad sensibilia, ita obiectum adæquatum horũ librorũ erit corpus generabile vt sic, quia omnia tractantur in ordine ad generationem, siuè vt opposita, vt corruptio, siuè vt præuia vt alteratio, siuè vt consequentia vt auctio. Confir. quia diximus de principijs mutationis accidentalis agi secundario in physica, ergo corpus, vt principiũ mutationum accidentalium non primariò hic tractari debet, nam alioqui obiectum adæquatum totius physicè deberet poni corpus vt commune ad substantiale, & accidentale contra ea, quæ diximus tom. 1. phy. tr. 1. q. 1. Respondent aliqui analogiã esse sicut nõ repugnat obiecto tali, ita neque repugnaret obiecto patriali, alioqui ens non esset obiectum metaphysicæ, Nequè sequitur, aliqua, quæ sunt analoga quoad esse ergo etiam quod cognosci; quia qusmuis quoad obiectum cognitio debeat adæquari essentiæ, non tamen quoad modum cognoscendi obiectum, quia aliqui cum omnia ordinentur ad Deũ vna esse deberet scientia omnium rerum, cuius obiectum esset Deus, sed hęc responsio non ostendit, quomodo cognitio adæquetur quoad obiectũ, si nõ cognoscit obiectum eo modo quo est, & secundum prædicata, quæ illi conueniunt, & eo modo, quo illi conueniunt.

Cur analogia motuũ accidentalium ad generationem non tollit quin considerentur primario, vt passiones.

Reijcitur hic modus.

Respondent 2. alij, hic non tractari mutationem naturæ, in qua species eius habẽt analogiam, sed etiam tractari species mutationũ secundum proprias rationes, in quibus non est analogia, sed hæc responsio est peior prima, nam species analogatæ habent analogiam secundum proprias rationes, quatenus secundum proprias rationes cum ordine participant prædicatum aliquod commune, ens enim dicitur analogum ad substantiam, & accidens, quatenus accidens secundum propriam rationem participat ens, quatenus ordinatur ad substantiam. Vnde ens ponitur obiectum metaphysicè quatenus consideratur secundum se, & non vt descendit ad inferiora, quia sic obiectum metaphysicè, non esset ens, sed substantia, vt alibi ostẽdimus. Ego ex dictis alibi de obiecto totius physicæ,

Quid alii.

14 *Auctoris opinio.*

Resp. alio modo tractari corpus, vt est generabile, alio modo vt est alterabile, sed primo modo tractatur, vt terminatiuũ motus generationis; secundo vt est subiectũ: quare semper mutatio accidentalis dicet ordinem ad corpus substantiale, tanquam ad subiectum, & de illo primario tractatur, de alteratione vero, & alijs motibus ratione compositi substantialis, sed adhuc manet difficultas, an tractetur de corpore, vt est superius ad mixtum, & simplex: an vero vt tantum comprehendit mixtum, vel tantum simplex, ideo sit.

Quarta concl. probabile est tractari in his libris tanquam de obiecto tantum de corpore mixto, atq; de elementis, vt principijs corporis mixti: prima pars scilicet tractari tantum per se de corpore mixto, patet ex Zab. quia id est obiectum, cuius principia tractantur, sed hic tractãtur principia mixti, vt colligitur ex 2. de Gen. c. 1. vbi elementa vocat principia rerum, vt dicitur in 4. opinione.

Probabile est mixtum esse obiectũ adæquatũ.

Quinta concl. probabilius est sub obiecto horum librorum per se, & primario contineri elementa secundum specificam rationem non solum, vt principia sunt mixti, patet Primo ex toto discursu Arist. Nam hic tractatus duos diuiditur in libros. Et in primo vsque ad tex. 23. agit Arist. de Generatione, & antiquorum opiniones primo referens, easque impugnans vsque ad t. 11. tum propriam explicat sententiam vsque ad t. 23. secundo agit de alteratione vsque ad t. 25. & licet initio dicat velle se agere de generatione, & alteratione, vt differunt, explicans illam per ordinem ad proprium terminum, & qua ratione ab alijs mutationibus differunt, quod non fuisset necessarium si agere tantum voluisset de alteratione in ordine ad generationem. Tertio vsque ad t. 43. agit de auctione viuentis, vti dicemus, quam ita exquisitè explicat vt non videatur de illa solum agere, quatenus differt à generatione, licet Nobilius dicit tractari occasionaliter ob connexionem cum alijs motibus sicut 6. eth. cum ob virtutes morales necessariò de prudentia esset disputãdum, ob connexionem, tractat etiam de cæteris virtutibus ad intelligentiam pertinentibus. Vnde 1. magn. mor. c. 33. dubitans an rectè de sapientia disputasset. Resp. id factum esse, vt cum de bis loquamur, quæ in anima sint, de omnibus dicamus oportet. Quarto vsque ad 82. agit de tactu, actio-

Probabilius elementa per se cõtineri sub obiecto vt species obiecti.

Explicatur tractatio primi libri.

actione, & passione, & vsque ad finem libri agit de mixtione, causam verè cur de his tractet, explicat Aristot. t. 48. quia scilicet agendum est de elementis, & ipsorū generatione &c. & patet omnes, qui ponunt elemēta generabilia, & ea q̄ ex elemētis, vtuntur congregatione, & segregatione, & ipso facere, & pati, ideo de illis agēdū, & qa cōgregatio generatio mixti q̄dā est de illa agendum & denique quia agere, & pati, & ipsa mixtio, non sunt sine tactu, agit de tactu vsquè ad t. 46. & de agere, & pati vsque ad tex. 82. Explicans quæ agant, & quæ patiantur, & modum, quo fit actio, demum explicat quo modo fiat mixtio, hæc in primo.

15 *Explicatur tractatio secundi libri.*

Deinde secundo libro de proposita materia de qua agendum scilicet de elementis, primo relaris opinionibus antiquorum vsque ad tex. 7. explicat ipsorū materiam. Secundo vsque ad tex. 24. inuestigat numerum elementorum, ex varia combinatione primarum qualitatum. Vnde explicata remanet natura elementorū cū ex illis probabilius cognoscam⁹ principia substantialia, cui tractationi si addatur cognitio qualitatum motiuarum, quæ elementis conueniunt, perfecta erit elementorum cognitio, quod significat Arstot. tex. 22. vbi postquam inuestigauit numerum elementorum, & cuique proprias attribuit qualitates actiuas, & passiuas repetit quod in 3. & 4. Cœli docuerat fusius, scilicet ignem sursum, terram deorsum ferri. Tertio vsque ad tex. 46. agit de elementorum transmutatione, dicens omnia esse inuicem transmutabilia & symbola facilius, tum ex asymbolis fieri posse tertium, non autem ex symbolis vsquè ad tex. 31. deinde vsque ad tex. 36. redit ad explicandum nullum elementum esse materiam alterius, neque aliarum rerum, & quoniā sunt prima corpora generabilia, & vsq; ad tex. 37. ostendit generationem elementorum non procedere in infinitum, erroreque Empedoclis reijcit, tum vsque ad tex. 51. explicat quomodo ex elementis generetur mixtum, atque in mixto sint quatuor elementa, deinde vsque ad tex. 63 agit de causis efficientibus generationis, & corruptionis, & causam cur generatio sit continua, quam, reiectis antiquorum deliramentis, ipse affirmat esset motum continuum cæli vario modo adducentem generationem. Postremò vsquè ad finem soluit dubitationes quasdam. Prima scilicet an omnia generalia necessario generētur. Resp. quædam necessariò scilicet, quæ sunt causa necessitatum, vt pluuiam futurā inquit D. Th. madefacta terra, quædam sunt necessaria, quæ scilicet carent causa necessaria, vt in cōtingētibus præcipuè ex libertate. Secunda est an sicut cū posterius infert prius v.g. *domus est ergo, & fundamentum*, ita prius necessariò inferat posterius Respondet id non esse semper necessarium, nisi quando posterius secundum se necessariò est futurum vt in exemplo pluuiæ, ex terra madefacta, non quod id requiratur à terra, sed quia pluuia necessario erat suppositis alijs causis necessarijs. Tertia an generationes perpetuentur sm̄ rectum idest, vt perducantur semper indiuidua nouarum specierum: An vero in circulum, vt scilicet ex indiuiduo vnius speciei fiat transitus ad indiuiduum alterius speciei, vt ex hoc mediatè, vel immediatè ad indiuiduum præcedentis speciei. Resp quia species sunt finitæ, non pōt esse perpetuatio in rectum, nam si essent infinitæ, cum in infinitis non sit primum, & posterius non possit esse sine priori, cum prius, vt causa necessario requiratur ad posterius, numquā erit generatio simpliciter; quam rationem impugnat Philop. com. suo 56 & defendit Niphus com. suo 113. in recognitionibus, sed ego in hac ratione, vt alias dixi non video cur possit esse perpetua generatio, ex infinitis indiuiduis, q̄ cōcedit Arist. & nō ex infinitis specieb⁹. Quarta dubitatio est, an reproducatur eadē indiuidua numero an specie. Resp. redire eadē specie, incorruptibilia vero eadē numero sēper manere. Ex his igitur patet de elementis per se tractari, nam potius de mixtione agitur ratione elementorum q̄

Soluit aliquas dubitationes de elementorū generatione.

Generatio elementorū non procedit in infinitum.

Confir. 1. ex proem. vbi ait se velle agere de generatione omnium, quæ natura generantur, & intereunt. Atquè probat quod dicit c. 19. Zab. generationem quidem elementorum tractari secundum naturam suam, quæ est vt sit ordinata ad mixtionē, quia elementa sicut sunt ex se species entium naturalium, ita etiam habent propriā inter se generationem.

Confir. 2. quia subiectum id debet poni, quod est subiectum adæquatum passionum tractatarum, huiusmodi autē nō est corpus mixtum, sed quodam superius ad mixtū, & simplex pūnes, vt patet ergo.

Confir. 3. ex 3. Cœli c. 1. in fine cum *dictum sit* inquit *de primo elemente* idest

Cœlo,reliquum eſt reliquis,& de generatione eorum, & corruptione, & proſequitur t.2.cui textui videtur reſpondere . Primo de generatione . De generatione autẽ & corruptione inquit 1. q. & ex his patet elementa dupliciter conſiderari,& vt principia mixti,& vt ſpecies per ſe.

16 *Per ſe tractari de mixto , vt ſupponit ſimpliciter.*

Sexta concl. in his libris tractatur mixtũ p ſe ſecundum genericam rationem;Probatur primo , quia natura mixti perfectè explicatur,Confirmatur,quia corpus mixtum in communi debet explicari alicubi. Confirm.2.quia illi conueniunt paſſiones ſic tractatæ.Tertio ex definitione generationis traditæ tex.23. In cuius explicatione affertur exemplum mixtionis. Quarto nam 2.de Generatione tex.4. & 5. reprehendit Platonem quod ſolum de elementorum generatione tractauerit. Quinto nã initio meteororũ vbi agitur de mixtis imperfectis dicitur actum de Generatione, hæc ferè ex Simplicio in prologo ſuper 8. libros phy.Philop.Auer.init. 1. de Generatione.

Secundo ego probo,quia corpus generale,vt abſtrahit à ſimplici, & mixto patet ſciri , & alicubi fuit tractatum ab Ariſtot. Confir. ex 2. de Anima , & ibi vocat hos libros ſermones vniuerſales.

ARTICVLVS III.

Proponuntur, & ſoluuntur Argumenta Aduerſariorum.

17 PRimo obij,quia de generabilibus, & corruptibilibus non eſt ſcientia, ergo obiectum horum non eſt corpus generabile.Confirmatur,quia in hoc libro probatur eſſe generationem , ergo & eſſe generabile;ergo hoc non eſt ſuum obiectũ cum probetur,& non ſupponatur.

Confir. 2. quia in his libris agitur de Generatione,alteratione &c.& de his quę ad hos motus reducuntur:ergo.

Quomodo corpus generabile ſit incorruptibile.

Reſp. res generales habere propoſitiões neceſſario ſibi conuenientes , vt poſſit fieri demonſtratio,neq; requiritur,vt obiectum ſcientiæ ſit omnino incorruptibile ſecundum exiſtentiam in indiuiduis , ſed tantum vt non ſit corruptibile , vt ſunt indiuidua,licet per accidens ſint aliquando corruptibilis ſecundum exiſtentiam in indiuiduis, ſed vt ſic non conſiderantur ſed vt abſtrahunt ab exiſtentia , vnde illis manet incorruptibilitas ſecundum conuenientiam, & præciſiuè ſecundum exiſtentiam.vide quæ dixi tr.de ſcientia.

Ad primũ ex hoc ipſo ꝙ oſtendi patet corpus generale eſſe obiectum,quia generatio oſtenditur de ipſo . Ad 2. Confir.vt reſpondeatur Notandum ad ſciẽtiam duo pertinere,tum principia, tum paſſiones explicare,& quidem principia,& cauſæ entis generabilis ferè conſtant ex dictis in phyſicis vbi explicantur principia entium naturalium,quæ expoſita fuerunt ex proportione ad principia entis generabilis,& hac ratione non repetit tractatum de natura,& forma , ſed tantum agitur de his motibus, vt paſſiones explicet entis generalis .

Cur in his libris non tractet de principijs entis generabilis.

Dices qua ratione tractentur hic , & in 5.phy.huiuſmodi motus. Reſp.ibi tractari , vt explicetur natura motus in communi hic autem ſecundum propriam rationẽ, vt paſſiones ſunt corporis.

Cur hic, & 5.phyſ.de motibus.

Tertio ſi corpus naturale, vt eſt principium horum motuum , eſſet obiectum tunc omnia entia tam ſimplicia , quam mixta,& ex his tam animata ; quam inanimata eſſent obiecta,quia his omnibus cõueniunt hi motus.

Confirmatur,quia hic agitur de auctione,quæ eſt paſſio viuentium.

Confirm.2. quia ad eundem tractatum pertinet genus, & ſpecies quando non variatur abſtractio,ſed ſpecies mixti non variant abſtractionẽ cum ſuo genere,ergo.

Reſp.licet hi motus conueniant omnibus elementis , & mixtis,tamen illis conueniunt ratione gradus generici,qua ratione hic tractantur.

Ad primam confir. Reſp. Nobilius de auctione actum eſſe occaſionaliter,vt ſci licet perfectius cognoſci potuiſſet natura cæterarum paſſionum , quare propriè auctio non pertinet ab obiectum.

De auctione agi occaſionaliter.

Ad 2.Reſp.aliqui,cum animata addant ſuperiorem quandam rationem,certum eſt variare abſtractionem,cætera vero mixta inanimata cum non addãt perfectiorem rationem entis pertinent ad hos libros; quare ex libris meteororum , & mineralibus efficitur vnum opus cum his, de qua opinione nos alibi ; Interim dici poſſet in diuiſione librorum non oportere eſſe ita religioſum, quia ea facienda eſt prout cõmodius, & tractanti , & addiſcenti euenit et quis comodius erat prius agere in vna tractatione de ijs,quæ cõueniũt gradui generico ideo hic de eo tractatur.

Partialem ſcientiam, quę tractat de gradu generico diſtĩgui ab ea, quæ agit de ſpeciebus, vt inter ſe diſtinctis licet omnes tractationes integrẽt vnam ſcientiam.

Tertio videtur de mixto per accidens

tractari scilicet ratione elementorum, vt patet ex ijs, quæ retulimus. Confirmatur, quia Arist. 2. à t. 17. & de sensu, & sensibili 1. de corpore hos libros vocat de elementis, vnde videtur agi de mixto, vt de effectu elementorum, sicut in libris de Cœlo agitur de effectis à Cœlis. Resp. ex eo quod cognitio mixtionis ordinetur ad cognitionem elementorum, non efficitur quo minus per se agat de mixto, nam dum tractat elementa, vt miscibilia, illa tractat in ordine ad mixtum, quare cognitionem mixtionis ordinans ad elementa immediatè, mediatè ordinat ad mixtum, & propterea potius ordinat vt cognoscatur dictum antiquorum, qui generationem omnium rerum, congregatione elementorum fieri putabant.

Soluuntur argumenta 1. opin.

Ad confirmationem Respondeo citari secundū librum, neq; hoc esse validum argumentum, patet ex dictis sicut neque argumentum sumptum ex inscriptione, vnde patet ad argumenta primæ opinionis; vnde mirum est cur Aresius dixerit mentem Aristotelis esse claram, nam ibi non asserit clare Aristotelis se agere de illis vt de obiecto, nam tractantur, vt passiones quibus repugnat in ea demonstratione esse subiectum, quare magis reprehendi debet dum concl. 5. asserit rationem formalem sub qua tractantur esse, vt sunt passiones corporis, quia magis ostenditur repugnantia cur illis non conueniat ibi esse subiectum.

Soluuntur argumentu 3. opin.

Ex quibus patet ad argumenta tertiæ opinionis, nam Aristot. cum tractaturus esset de corpore generabili, & sub hoc contineatur tam simplex, quam mixtum, meritò tractat de elementis, quæ sunt corpora simplicia generabilia, inquirens naturam, & numerum eorum; sicut in libris de Cœlo inquisiuerat naturam, & numerum Cœlorum quæ sunt corpora simplicia ingenerabilia, vt rectè probatur ex discursu tertiæ opinionis. Hinc tamen non fit quin possit etiam tractari per se de corpore mixto, cum contineatur sub corpore generabili. Neque est absurdum in eodem libro tractari plures species eiusdem generis; etiam cum mutua ordinatione illarum per se; tum quia maximè iuuat ad faciliorem cognitionem; tum quia iuuat ad breuitatem. Vndè de elementis tractat, tum secundum se, & propriam naturam, vt scilicet vt sunt species corporis generabilis, tum vt sunt materia mixtorum, & similiter de mixto tractatur, tum vt species corporis generabilis, tum vt est effectus elementorum, sæpè enim doctrinę ordo exigit, vt aliqua simul sub hac duplici ratione tractentur, ita enim secundum aliquos accidentiā in metaphysica tractantur, vt species entis, & vt passiones substantiæ. Vnde patet ad primā confirmationem, tum concedendo tractari in his libris de elementis, sed negamus tractari de illis solum, tum quia ex illo loco nihil potest probari de obiecto, nam ibi Arist. numerat ea, quæ tractantur quouis modo, siuè vt passiones, siuè vt principia, siuè vt obiecta, vt patet ex contextu.

De elementis hic tractari secundum qualitates alteratiuas, & de coelo secundum motiuas vtrobique per se.

Ad 2. Resp. citari librū 2. de generatione, quia ibi agit de elemētis, & ex dictis patet inde non sumi validum argumentū. Ad 3. Resp. per se hic tractari licet simul etiam de mixtis, & falsum est nullibi tractari, quia tractantur etiam in libris de cœlo etiam secundum se, sed secundum virtutes motiuas.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta quartę Opinionis.

AD argumenta quartæ Opinionis in vniuersum Resp. concedendo corpus mixtum sm̄ genericam rationē in his 20
libris tractari, & elementa in hac tractatione, tractari, vt principia, sed negamus corpus mixtum esse adæquatum obiectū; nam diximus tractari etiam elementa secundum se, & non solum vt principia mixtorum. Quarta enim Opinio, & tertia eodem vitio laborat, nam vtraque assignat obiectum inadæquatum pro adæquato. Tertia quidem elementa, quarta vero mixtum.

Soluuntur arg. 4 op.

Vnde patet ad primum, nam concedimus mixtum esse obiectum, & elementa ratione mixti tractari, vt principia; asserimus tamen elementa tractari in his libris secundum se.

Elementa tractari per se, & vt principia mixtorum.

Neque obstat quod de illis Arist. tractauerit in lib. de Cœlo, qui ibi tractantur secundum virtutes motiuas, & vt sunt partes vniuersi; at hic tractantur secundum virtutes alteratiuas, ex quibus primariò cognoscitur eorum natura, cum qualitates primæ sint priores, & magis intimæ elementis, quam virtutes motiuæ, & hinc patet Ad primam confirmationem.

Ad secundam patet ex dictis. Ad tertiam Confirmationem Respond. rectè

inde

inde probat elementa tractari, vt principia, sed negamus tractari sub hac sola ratione. Neque oppositum inde probatur nam cum Arist. in his libris acturus esset de corpore genetabili totum ferè primum librum consumit in explicanda natura generationis, & actionis, qualis sit, & quo modo fiat afferendo opiniones antiquorũ, & propriam statuendo, vt deinde in secũdo explicet naturam corporis generalibilis, tum simplicis, tum mixti, permiscendo tractationem de elementis, tum secundum se, tum vt sunt principia mixtorum, præcipuè, cum sæpè natura caussarum cognoscatur in ordine ad effectus.

Dices, ex dictis videtur sequi librum 4. meteor. esse partem librorum de generatione, quia ibi tractatur de corpore mixto Respondebitur infra, nam multi volunt illum librum esse partem, & complementũ librorum de generatione.

QVÆSTIO III.

De connexione horum librorum cum libris de cælo.

1 *Qua ratione his libris contineatur tertia pars scientię naturalis.*

EX his incipit 3. pars scientiæ naturalis, nam in prima tractatum est de corpore naturali, vt est principium passionum communium corporibus naturalib⁹; in secunda, quæ continetur libris de cœlo explicata est natura corporis simplicis siuè vt est principium lationis, siuè vt dicit partes integrantes mundum, seu vniuersum, siuè vt est incorruptibilis, & ingenerabilis, nam licet elementa, quæ ibi tractantur sit generabilia, & corruptibilia, tamen ibi non tractantur sub hac ratione, sed abstrahendo ab illis, atq; adeo vt ingenerabilia, & incorruptibilia negatiuè, vnde distinguũtur à cœlis, quia hi sunt incorruptibiles, & ingenerabiles positiue, & sunt prima, & nobilior pars vniuersi: & licet homo, imo secundum communem, quodlibet viuens sit nobilior cœlis secundum se, tamen non est nobilior cœlis consideratis cum suis motoribus, nec est primaria pars, sed secundaria, cum primariæ sint prima corpora simplicia; Ad hanc partem sequuntur libri de Generatione: quibus continetur tertia pars scientiæ, in qua agi-

2 *Explicatur opinio auctoris.*

tur de eodem corpore simplici non vt est principium lationis, sed generationis, & corruptionis, & falsò putat Ruuius, cum non omne corpus simplex sit principium illorum motuum; quare melius dicitur tractari de corpore generabili, & corruptibili, secundum communem rationem, explicatur infra species huius, & præcipuè mixtorum siuè imperfectorum, siuè perfectorum.

QVÆSTIO IV.

De vtilitate, & præstantia huius partis physicæ.

PRima Conclusio necessarium fuit tradere scientiam de rerum generationibus, & alterationibus; primo ad conuincendos antiquos, qui cum non possent intelligere aliquid transire de non esse ad esse, vel negarunt rerum generabilium existentiam contra quos Aristoteles lib. 1. cap. 1. vel negarunt secundum substantiam generari, & corrumpi, vt infra patebit vbi refutabimus modum generationis antiquis positum, & probabimus modum ab Arist. explicatum. 1 *Necessitas horum librorum.*

Hinc hæc scientia vtilis est ad cognoscendas distinctiones genericas rerum, vt materiæ à forma, & accidentium à substantia; & accidentium inter se, quia variantur secundum mutationes, & ex vi mutationum diuersitatum cognoscitur rerum distinctio.

Secundo sequitur vtilem esse medicinæ, quæ tota est in contemplandis rerum alterationibus, & corruptionibus, ac impedimentis harum mutationum, ne corpus humanum plus iusto altaretur. 2 *Vtilis medicinæ.*

Tertio sequitur non minus prodesse scientiæ morali, cum ex ijs, quæ hic traduntur, multa præcepta ad vitam regendam colligi possint, dum hic monstrantur omnia interire, & esse mutationibus obnoxia, ex generatione vnius consequi alterius ortum, & contra, dari terminum augmenti, & inde sequi decrementum, vnde numquam fortunæ fidendum. Nullum agens esse quod non repatiatur. Naturam horrere simile agere in simile, & sæpe vnum contrarium ex præsentia alterius roborari. *Vtilis morali.*

Secunda concl. præstantia huius partis ex tribus capitibus potest cognosci, primo ex subiecto, quod est corpus generabile, & licet sit minus præstans, quam ingenerabile, vt est cœlum, tamen quia consideratur in ordine ad actus substantiales, vt sũt mutationes substantiales, secũdũ hanc rationem contrahit quandam præ- 3 *Præstantia huius artis ex obiecto.*

stantiam sicut actus substantialis est simpliciter nobilior motu locali, & alijs mutationibus accidentalibus, accedit, sub corruptibili contineri viuentia, quæ perfectione cælos valde excedunt.

Ex modo procedendi. 2. ex modo procedendi, ob quem licet non sit nobilior cæteris partibus, in quibus habetur similis certitudo, tamē excedit scientiam de cœlestibus. quæ ob distantiam sunt nobis ignotiora, atque adeo minus certa, & reliquis quia cum scientia aliarum partium physicæ pendeat ab hac vt magis vniuersali, sequitur aliarum certitudinem pendere ab hac.

4 *Ex vniuersalitate.* Tertio ex maiori quadam vniuersalitate; nam licet libri octo physicorum tradāt doctrinam magis vniuersalem, tamen ea scientiæ pars præcipue sumpta est ex generatione & corruptione, ac mutationibus, quæ conueniunt rebus generabilibus vt puta notioribus secundum nos: & præterea etiam si primum locum quoad vniuersalitatem cōcedat hæc pars, illis libris, tamen respectu aliarum partium obtinēt primum locum, quia licet cœli magnitudine continua excedant, tamen quantitate discreta exceduntur, vnde habet maiorem quandam vniuersalitatem: videndus Bagnus in proœm. Buuaf. & alij ibi.

QVÆSTIO V.

De diuisione librorum de Generatione.

1 *Diuisio primi libri in partes tres.* PRima Concl. tota hæc tractatio diuiditur in duos libros, primus diuiditur in tres partes, prima per quatuor capita à t. primo ad 25. differit de generatione, & alteratione.

Secunda per quatuor item capita à t. 25. ad 43 explicat augmentationis naturam.

In 3. per octo capita à t. 43. ad text. 90. & vltimum disputat de mixtione, & hac occasione tractat de actione, & passione, & propter hanc de tactu, qui est conditio necessaria ad actionem à. t. 43. ad 87. & hinc ad finem de mixtione.

2 *Diuisio 2. libri in partes 4.* Secunda Concl. liber secundus diuiditur in quatuor partes.

Prima comprehendit tria capita à tex. 1. ad 24. in quibus elementorum principia, & numerus traduntur.

Pars 2. continet quatuor capita à t. 24. ad 46. vbi disputat de elementorum generatione mutua; & inde ostendit quomodo non procedat in infinitum secundum rectam lineam destruens t. 37. & seq. opinionem Empedoclis.

3. Pars per duo capita à. t. 46. ad 51. ostendit elementa esse mixtorum materiā, & quomodo ex illis mixta generentur.

Vltima pars tribus capitibus à t. 51. ad 70. differit de causis generationis, & corruptionis vniuersalibus, & particularibus, refutans antiquorum opiniones, & statuēs debere dari primum mouens continuo mouens cœlos, in quibus sunt astra; quorū accessu, & recessu fiūt perpetuo generationes, & corruptiones.

Sed vt Arist. intētio. & doctrina, eiusq; ingenium admirabile perspiciatur in inuestiganda veritate, ipsum textum breuiter explicemus.

Breuis textus explicatio.

CAP. I.

Hic proposita intentione refert antiquorum opiniones de generatione, & alteratione.

EX 1. capite colliguntur duæ antiquorum opiniones, vna quæ generationem simplicem negabat distingui ab alteratione: altera, quæ illas distinguebat. Qui vnum principium ponebant .s. substantiale, ratione cuius totum hoc vniuersum est vnum, cum in omni mutatione maneat idem subiectum .i. ens actu, fateri intelliguntur illas mutationes non distingui, quia s. sēp est mutatio secundum accidētia, cum putent totam substantiam rerum esse materiam, & reliqua esse accidentia. Qui vero fuerint auctores huius opinionis dictū est in 1. phys. vbi Arist. à t 18. ad 47. illam reprobat sicut etiam 3. cœl. à tex. 42. ad 55. & 2. de gener. initio, & à t. 42. cum p. met. t. 1. ad 15. quem sequitur Hypp. lib de nat. hum. Plato in thætet. & sophista. Gal. 1. de elem. Plut. 1. de plac.

Sed plura principia astruentes non coguntur eas mutationes ponere, esse idem, sed esse diuersas. Hi fuere Empedocles, qui quatuor elementa pro materia; litem, & amicitiam pro efficiente.

Anaxagores ignorās suam vocem, Leucippus, & Democritus posuere infinita, ex quibus Anaxagoras principia asseruit similaria Leucippus vero, & Democritus dissimilaria, eaque indiuisibilia esse corpora inter se situ formis, ordine & multitudine

ne differentia, vnde diuersa componunt corpora.

Deinde refert discrimen inter Empedoclem, & Anaxagoram, quod ille quatuor elementa posuerit mixta; os autem, carnē, & similia esse simplicia: contra vero Anaxagoras elementa simplicia, & carnem, & similia appellauit mixta, & rationem huius discrepantiæ deducit ex vario modo generationis rerum posito ab vtroque. Nam Empedocles cum putaret res generari per segregationem ex mixto, & res videret fieri ex elementis, dixit elementa esse mixta.

At cum Anaxagoras res generari non per secretionem, sed per coitionē, & vnionem plurium, & videret res fieri ex elementis, hæc posuit simplicia; ex quorum coitione fiant mixta.

Tum ostendit quomodo ponentes plura principia generationem ab alteratione distinguāt; nam composita dupliciter variari secundū ipsos possunt: primo per dissolutionem, vel coitionem partium componentium, & sic generari, & corrumpi: secundo per receptionem qualitatis sine dissolutione partium; & sic alterari, quod probat testimonio Empedoclis, quod nullius rei sit natura .i. forma .s. perpetuo, sed est ex mixtione, vel ex mixtionis dissolutione.

Reprehenditur Petrus Sinsonius. Ex quo intelligere licet quam calumniosè Petrus Sinsonius apud Bassonum lib. 1. de mater. intent. p. art. 5. Arist. imposuit, quod veteres suis armis spoliauerit, vt inermes faciliùs debellaret, cum constet eum non solum fideliter referre eorū sententias, sed etiam, quæ consequuntur ex illorum principijs distingui: vnde cum ex *Empedocles contrarietas.* quibusdam Empedoclis principijs sequatur distinctio generationis ab alteratione; illud notat; sed eum ex al js eius dictis sequatur non distingui, illud non prætermisit: nam primo Empedocles dixit qualitates, .i. secundū quas est alteratio, esse elemētorum formas, quæ nec deponuntur, nec de nouo introducuntur; cum elementa, vt rerum principia, oporteat esse immortalia.

2. Singulis rebus peculiares qualitates tribuebat, vt soli, quem igneum esse putabat, candorem, & calorem; aquæ vero frigiditatem, & obscuritatem, quod aet pluuijs obscuretur.

3. Negabat ex vno elemēto fieri aliud; quia elementa negabat componi ex materia, & forma, vnde intereunte vnius forma, alterius elementi formam gigni; quia cum sint prima rerum subiecta in aliud dissolui nequeunt: ex his sequitur non posse vnum elementum affici qualitatibus alterius, atque adeo alterationem, vel abstulisse, vel idem esse cum generatione; nā in omni mutatione accidentali debet dari commune subiectum receptiuum contrariorum, quod ipsi negabant, dum negabāt subiectum, quod secundum affectiones, & formas mutetur.

In t. 2. colligit Empedoclem, tum sensibus repugnare negando mutua n elemētorum transmutationem, tum suis dictis, dum etiam ponit elementa per litem, & amicitiam, nunc elementa prodire, nunc dissolui in chaos. Nam ponit res fieri, tum ex alio id est chao [illegible] affectionum trāsmutatione; per litem prodire solem seu ignem calidum & leuem; terram grauem, & duram, & similiter alia cum suis proprietatibus, quas vt de nouo fiunt, ita interire non repugnat. *T. 2.*

Tum ex se inuicem, nam cum omnia ab ipso, detractis eorum proprietatibus in vnum per amicitiam confundantur; fieri poterit terra ex aqua, & hæc ex terra; quod etiam nunc contingere potest mutua actione seinuicem spoliando suis proprietatibus, & introductis, quæ sunt singulis propriæ.

Denique t. 3. reprehendit Empedoclē perplexitatis, & inconstantiæ; nam dum ait elementa fieri ex chao, vel ex seminario, vel informi materia, videtur ipsum chaos facere elementorum principium; dum vero ait chaos ex elemētis per amicitiam nasci, videtur elementa illius principium constituere. *T. 3.*

C A P. I I.

Probat non dari magnitudines indiuisibiles, nec generationem fieri per aggregationem vel segregationem; Nec generationem esse alterationem.

PRimo reprehendit Platonis doctrinā tanquam imperfectam, quod solum de modo generationis elementorum disputet, ommisso carnis, ossis, & similium modo generationis, tum modo alterationis, & accretionis. *T. 4. & 5.*

2. Reprehēdit alios quod de nulla mutatio-

ratione nisi superficie tenus, quaquam definierit præter Democritum qui omnia explicare curauit, licet difficultates non enodauerit, & quamuis de accretione dixerint fieri accessu rei similis, tamen modum, quo id fieret non definierunt, sicut neque de mixtione, actione, & passione.

3. Affert modum Democriti, & Leucippi, qui dixerũt generationem fieri per cõgregationẽ athomorum, corruptionem vero per earum segregationem; Alterari autem res cum huiusmodi athomi in ipsa compositione vniuntur secundum situm, & ordinem.

4. Docet quomodo ex positione Democriti et Leucippi contraria oriantur. Nã cũ sint varij modi inueniendæ veritatis afferti ab antiquis vt Arist. 4 met.t.5. refert.& Cic. p. Acad. q Numeniuslib. de discẽsione Academiæ varia sẽserũt, dũ alij, dixerũt nihil sciri posse, & latere in puteo, alij cuique esse obuiam. Alij phantasia, alij intellectu percipi, Democritus ijs adhæsit, qui sensu eam diudicari arbitrantur, vnde omne id esse verum, quod apparet, dixerunt, & quia diuersis diuersa, imo contraria apparent, in quo est penè infinita varietas, ideo ad saluendam tantam varietatem opinionum, & veritatum, pro rerũ principijs infinitas athomos assignarunt, quarum aliæ leues, aliæ asperæ, aliæ rotundæ, angulares, curuatæ, aduncæ, vel alio modo figuratæ, quæque vario modo transpositæ, vario modo sensum afficerent ex vi illius trãsmutationis, & minimæ particulæ siuè de nouo additæ, siuè transpositæ secundum ordinem, & situm sicut ex ijsdem litteris vario modo copulatis tot voces, & Libri scribuntur.

T.6. Hinc t.6 ponit generationem distingui ab alteratione, vt habet communis opinio sui temporis, i. tunc res gigni cum principia rerum mutuo iunguntur, tunc interire cum dissociantur; sed alterari cum mutationẽ subeunt secundum affectiones, & qualitates, verũ hæc opinio distinguẽs generationem ab alteratione difficultatibus multis, & rationabilibus vrgetur. Nã qui illam in congregatione constituunt multa impossibilia asserere coguntur; qui vero aliter illã ponunt alijs difficultatibus præmuniuntur, omni vel negandum dari generationem, vel illam non distingui ab alteratione.

T.7. Deinde t. 7. vt has dubitationes soluat proponit inquirendum an magnitudines indiuiduæ sint necessariæ ad mutationem, de qua agimus. 2. An dentur hæ magnitudines indiuiduæ. 3. an si concedantur sint corpora, vt Democrito, & Leucippo videbatur, an plana seu superficies, ad quas sectio corporis terminetur vt docuit Plato in Timeo. 4. præfert opinionẽ Democriti opinioni Platonis, quod fieri diuisionem vsque ad superficies excedit cancellos rationis, vt in lib. de cœlo confutatum est, atque minus absurda est opinio negans corpora posse diuidi, quod licet sit falsa, tamen vtraque rationem aliquam affert mutationum naturalium. Nam Democritus res alterari, & generari air cum athomi mutantur secundum alium, & alium sitũ, & ordinem, vel secundum figurarum differentias, vnde calorem, & similia dicebat non esse ens fixum, & stabile in rebus, sed videri res colorari cum athomi secũdum ordinem, & situm conuertuntur, sicut collum columbæ vario situ ad lucem expositum, varios refert colores. At expositione planorum non potest horum afferri causa, nam ex compositione planorum non potest nisi solidum confici, atque adeo nulla qualitas vel similis affectio oriri potest.

5. Docet causam erroris Platonicorum esse, quia experientiam philosophiæ matrem neglexerunt, circa sensibilia, & ex mathematicis, quæ adamabant atque ex communibus, paucis in singulari perspectis sine diligenti inquisitione temere de naturalibus decreuerunt, quasi non accidit, qui consulis sensibus, & experientia philosophantur. Ex quo textu habetur, quod ad pauca respicientes facilè enuntient lege Bessar. lib. 2. contra Calan. c. 9. vbi opinionem Platonis explicat.

Deinde t. 8. ostendit ex re, quam tractamus discrimen inter modum philosophãdi ductum ex rationibus physicis, & proprijs naturæ accommodatis, vt Democritus: & qui ducitur ex cõmunibus, & intellectus apprehensis à sensu remotis. T.8.

Nam Platonici probant dari magnitudinis indiuisibiles, quia alioqui idea magnitudinis, & triangulis in multas magnitudines, & triãgulos diuideretur, quod est contra vnum requisitum ab idea Hinc causam refert cum Democritum Platoni præposuerit, afferendo rationem Democriti, Nam corpus vel constat ex athomis indiuisibilibus, vel ex corpusculis semper diuisibilibus, non potest dici secundum, quia si in corpore est talis potentia ad diuisionem,

nem, fieri aliquando poterit, vt sic diuisum in omnem sui partem, non quidem simul, sed successiuè, nã possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile; sicut nullum sequitur impossibile si in decem millia decies millia diuisa fuerunt, etiam si perte nullus sit, qui sic diuidat; sed si fiat diuisio in omnem partem sequuntur absurda, ergo dicendum est primum .s. corpus constare ex athomis; minorem probat, nam facta diuisione in omnem partem; vel quod relinquitur est indiuisibile, & habetur compositio ex indiuisibilibus, vel diuisibile, & est contra præsuppositam diuisionem factam in omnẽ sui partem, vel est nihil, & corpus, quod constat ex non entibus non potest esse ens, sed erit non ens habens similitudinem entis.

Deinde probat illa indiuisibilia non esse puncta, sed magnitudines, nam ex illis non potest constitui aliquid extensum, nã si indiuisibilia addita corpori non efficiũt illud maius, nec detracta, minus, neque poterunt ipsa inter se immediatè vnita efficere aliquod maius: Quod si dicant facta diuisione remanere particulas similes ramentis, quæ manent ex dissectione tabulæ; tunc petitur an illæ sint diuiduæ, vel indiuiduæ. Quod si quis dicat puncta constituere corpus ratione qualitatis, quam in se habent, quæ perfectionem destruitur, remanente substantia punctorum; sed hoc facit quantitatem constare ex partibus carentibus quantitate, vt sunt puncta quod antea est impugnatum.

Deinde probat Democritus magnitudinẽ non cõponi ex pũctis. nam siuè linea fiat ex fluxu, & motu p se pũcti, siuè vt alij p accidẽs, siuè puncta moueãtur in magnitudine, siuè non; quẽ puncta sitũ in magnitudine sibi vendicabunt, quod si dicant esse in omni parte lineæ vt omnes partes se tangant, & mutuo cohæreant, iam concedunt magnitudinem non effici ex solis punctis, quia dantur partes, quæ se tangunt vel diuiduntur præter puncta, quorum interuentu fit tactus, aut diuisio idem confirmat exemplo ligni vel alterius corporis diuisi; nam si iterum ex ijsdem partibus componatur fiet æquale priori corpori cum ex æqualibus partibus consurgit, ergo idem dicendum si corpus fuerit diuisum in quolibet puncto, & in omnem sui partem, quia poterit ex ijsdem partibus reintegrari, cum igitur magnitudo nequeat ex punctis, vel qualitatibus refici, sequitur non diuidi in puncta, & qualitates; de qua probat non manere post diuisionem, primo quia ex quantitatibus non oritur qualitas, sicut neque substantia. 2. quia qualitas nequit esse extra subiectũ, cui inhæreat ex vi.i. naturæ.

Ex his Democritus concludit magnitudinem componi ex athomis idest, corporibus indiuisibilibus, quorum vnione, & separatione res generantur, & corrumpuntur.

Verum hæc Democriti opinio præmitur suis difficultatibus de quibus actum est in l. 3. de cœlo, sed iterũ hic explicãdæ, solutis. Democriti rõnib⁹. Quod t. 9. incipit exequi; & primo ponit potentiam continui ad diuisionem in omnem sui partem esse duplicem vnam syncategorematicam, cui respondet actus incompletus .i. qui nũquam potest esse perfectus. Alteram categorematicam, cui respondet actus completus, & est perfectus, & explens potentiam. *T. 9.*

2. Ponit continuum diuidi posse in omnem sui partem dupliciter accipi primo vt ly omnis, supponat collectiuè, & negatur, secundo vt supponat distributiuè, & ita verum, sed hic no sequitur diuisio cõpleta in omnem partem, vt sequeretur si ly omnem supponeret collectiuè.

Hinc Resp. ad argumenta quod possibili posito in esse non sequitur absurdum, si ponatur vt est possibile, at vero si aliter ponatur in esse sequitur absurdum; cum igitur potentia ad diuisionem in omnẽ partẽ q̃ sit in cõtinuo sit syncategorematica .i. ad actum permixtum potentiæ, qui nũquam potest esse expletus, non iu.e quærit Democritus quid maneat completa diuisione in omnem partem, quia illa diuisio nunquam potest esse completa, sed semper post quamlibet diuisionem positam, manet aliquid diuidendum, quia semper manet pars continui, sed quia Democritus falso putauit potentiæ quam habet continuum ad diuisionem respondere actum perfectum, & completum ideo male inde collegit magnitudines indiuisibiles.

Deinde ostendit quomodo non sequatur magnitudinem componi ex punctis, si magnitudo potest diuidi per quodlibet determinatum punctum, & cum vbique fieri possit diuisio, sequitur vbique esse pũcta, at hoc est illam componi ex punctis, & in illa resolui, Resp. Arist. continuum vbique diuidi

diuidi posse, quia vbique sunt partes continentes puncta, sed quia punctum non est immediatum puncto; ideo non sequitur componi ex punctis, nam vbique vnū est per quod fieri potest diuisio partium, quas continuat punctum. Vnde dupliciter intelligi potest vbique esse puncta primo, vt nihil ibi sit præter puncta, vt putant aduersarij, & falsum. 2. vt in qualibet signata parte sit punctum, & verum quia ea continuatur per puncta.

T.10. Hinc t. 10. docet se nō negare generationem per congregationem, & segregationē sed non eo modo .s. ex indiuisibilibus, vt putauit Democritus, ob absurda, quæ sequuntur vt dictum est, & præterea, quia horum corporum coalitum, generatur, & segregationem, corruptionem putabat, & hoc esse falsum patet, quia generatio, substantialis exigit acquisitionem aliquam substantiæ, vt corruptio deperditionē, quæ non reperiuntur in omni congregatione, & segregatione.

Hinc deinde reijcit opinionem dicentium omnem mutationem, quæ fit ex hoc in hoc, esse alterationem, nam cum in omni subiecto, idest composito sit materia, & forma, & affectiones, cum mutatio fit secundum materiam, & formam, est generatio vel corruptio, cum vero secundum affectiones est alteratio, at congregatio, & segregatio posita à Democrito non est talis, sed athomorum. Negari tamen non potest partium congregationem adiuuare ortum, & interitum, quia diuisa in minores partes minus resistunt corrumpentibus, & mutantibus in actum gradiorea magis vt patet ex aquarum guttulis, & copia vt infra. Vnde concludit fieri non posse vt generatio sit eiusmodi .s. athomorum congregatio.

CAP. III.

In quo docet quid sit generatio, et corruptio simpliciter, quid secundum quid, aut secundum partem, et cur vtraque perpetuo.

T.11. PRimum proponit t. 11. inquirendum an sit aliquid, quod simpliciter generetur, an vero nihil, sed semper ex aliquo aliquid, vt ex ægro sanum, & contra, vel paruum ex magno vel contra, & sic in cæteris, nam quæ sic fiunt non generantur simpliciter, quia generatio simpliciter fit ex non ente, non quidem determinato, vt ex non albo album, ex non bono bonus, sed non ente simpliciter.

2. Explicat quid sit non ens simpliciter, nam vel significat negationem primi .i. substantiæ, quę dicitur ens simpliciter, vel significationem entis communis omnibus prædicamentis.

3. Docet generationem esse substantiæ, quia fit ex non substantia, at vbi non est substantia, neque ibi esse poterit aliquid aliorum prædicamentorum .s. qualitatem quantitatem, aut vbi; cum hæc nequeant separari à substantia, ex quibus deducit id quod generatur, fieri ex nihilo necesse est.

4. Docet hanc difficultatem soluisse 1. phys. à textu 41. & ideo hic solum ait generationem fieri aliquomodo ex non ente simpliciter .i. substantia semper tamen ex aliquo ente præsupposito .s. materia quod est dicere ex non ente vt habet rationem priuationis, & non vt habet rationem puræ negationis, quia est negatio habens subiectum, quod est in potentia ad ens substantiale, & hinc fit generationē non fieri ex nihilo simpliciter, sed ex ente in potentia, & actu non ente.

5. t. 12. iterum dubitat an aliqua substātia generetur, an vero omnis generatio sit accidentis, & similiter corruptio: Negatiuam probat, quia deberet fieri ex non substantia; de qua quæritur an sit ens actu, an potentia, & in actu aliquid aliorum prædicamentorum, vel solum potentia. Nam si nihil actu sit, vtique separabile erit à substantia, & accidente, atque adeo nihil, & ita ex nihilo aliquid fieret contra sensum philosophorum; Quod si quis dicat esse aliquid aliorum prædicamentorū actu, id erit falsum, quia sequeretur existere accidentia extra substantiam. T.12. T.13.

6. t. 14. ad faciliorem solutionis præcedentis quæstionis, quærit causam cur generatio, & corruptio sit continua, & perpetua tam substantiarum, quam accidentium in sublunari mundo, & huius perpetuantis causam docet sumi tum ex efficienti causa, tum materiali, & quidem efficiens alia est mouens immobilis, de qua in metaph. Alia vero mouens mobilis, vt prima sphæra, & de hac hic aliqua dicemus infra. T.14.

7. Explicat materialem causam perpetuæ generationis, & corruptionis ex cuius explicatione patebit solutio quęstionis de generatione substantiæ. T.15.

Hinc t. 16. proponit dubitationem cur T.16.

ad

ad generationem sequatur generatio, quia alioqui in mundo nihil iam esset; nam cũ corruptio terminetur ad non ens, & hæc fit perpetua, nisi aliquid generatur iam cor porum vniuersitas funditus decedisset, neque dicatur dari infinitam materiam, quæ numquam exhauritur, nam in physicis ostensum est non dari actu infinitum, & licet detur infinitum in potentia quoad diuisionem, tamen hoc non potest applicari ad rem nostram, quia in diuisione semper proceditur in minorem partem, at hic nõ fit, quia quę oriuntur non semper sunt minora ex quo loco aliqui sumunt corpora humana non semper fieri minora cum sæpe ex patribus breuis staturæ oriantur filij proceri de qua quæstione infra.

T. 17. 8. T. 17. exponit veram causam perpetuitatis, quia .s. corruptio vnius est generatio alterius ex materia, & contra, vnde corruptio non abit in nihil sed in aliud ens, nam materia non dimittit vnam formam nisi alia succedat, vnde ex hac vicissitudine ortus, & interitus perpetuatur.

T. 18. 9. T. 18. proponit aliam dubitationem. Cur si generatio vnius est corruptio alterius, alia simpliciter, alia secundum quid generentur, & pro solutione huius.

10. Explicat tres modos generationis simpliciter, & secundum quid, primo quia terminus est substantia, quæ est simpliciter ens, & hoc aliquid sicut quando est accidens quod est ens secundum quid, dicitur generatio secundum quid, vt cum ex non sciente fit sciens non dicitur simpliciter fieri, sed secundum quid, & idem patet proportionaliter in corruptione, & hũc modum explicat exemplo generationis ignis ex terra dicitur simpliciter generatio, sicut corruptio simpliciter cũ ex igne fit terra, eo quod ex Parmenide ignis est ens, & terra non ens, quod licet sit falsum, tamen in exemplis non requiritur veritas.

In exemplis non requiritur veritas.

2. Modus sumitur non ex comparatione substantiæ, & accidentis, sed substantiarum inter se, nam quando ex imperfectione substantię fit perfectior dicitur simpliciter generatio, contra vero dicitur corruptio; vocat autem hanc differentiam perfectionis secundum materiæ qualitates .i. differentias, qualis est inter terram et ignẽ, nam differentia ignis est calor, terræ vero frigus, quod est priuatio caloris.

T. 19. 3. Modus ponitur t. 19. secundum aliquos, vt ea gigni dicatur, quæ magis sensibilia, ea corrumpi quæ minus, nam cum omnia sensibus, æstiment; existimantes nullum esse ens, nisi quod sẽsibus subiacet, consequenter asserebant cum aliquid ex minus sensibile mutabatur in magis sensibile generari dicebant, corrumpi vero cũ ex magis sensibili in minus, & quia sẽsum ab intellectu non distinguebant quod sensibile affirmabant esse ens, contra vero non esse ens, imò eorum error eousque pcedebat vt dicerent quod sicut animalia viuere quæ actu sentirent, vel possent sentire, ita crederent esse entia, quæ sentiuntur vel possent sentiri.

Hinc t. 20. colligitur aliquod generari simpliciter, aut corrumpi diuerso modo dicitur iuxta diuersitatem opinionum de de ente, Hinc mutatio ex aqua in aerem dicitur corruptio, quod aer sit minus sensibilis, contra vero generatio dicitur mutatio ex aere in terram, quæ est magis tangibilis, cum tamen aer sit propter substantiam, quam vocat hæc aliquid, quam terra. T. 20.

Hinc concludit dictum, esse generationem simpliciter, & corruptionem, attendi ex materiæ qualitate, quod aut substantia sit vel non sit, aut minus vel magis.

10 t. Explicata mutatione rerum ex se inuicem, quæ dicatur generatio simpliciter quæ corruptio, nunc explicat idem in ijs, quæ non generantur ex se inuicem, vt quomodo affecta fint aer, & scientia, cum neque generatio aeris sit corruptio scientiæ, neque contra, dicens in his spectandã esse cathegoriam in qua res fit, nam pertinentia ad substantiam simpliciter dicuntur generari, quia hæc est simpliciter ens, qua vero ad accidentia dici secundum quid generari, quia accidens est ens secundum quid.

12. Addit licet substantia comparata accidentibus simpliciter generatur, tamen si substantiæ inter se comparentur generari dicuntur, quæ perfectiores ex imperfectioribus fiunt, contra vero corrumpi quod etiam seruandum putat inter accidentia dum quis ex sciente fit inscius, & contra.

13. t. 21. inquirit causam cur ad vnius corruptionem sequatur generatio, & contra; vt dicitur corruptio simpliciter quando ex sensibili tenditur ad insensibile, & contra dicitur generari aliquid ex non ente quando ex insẽsibili, Resp. causam esse materiam quæ est sub vtroque termino nã terminus ad quem generationis est termi- T. 21.

nus à quo corruptionis, & contra, ideo sēper generatio vnius est corruptio alteri us, & contra, quare non est cur generatio rerum deficiat, ac proinde vniuersitas rerum.

T.22. 14.t.22.inquirit quid sit illud nō̄ ens, quod est terminus ad quem corruptionis, & terminus à quo generationis, an sit aliquod contrarium, vt .s. terra sit non ens, & ignis ens; an vero contra terra sit ens, & ignis non ens, Resp. potius materiam ignis, & terræ habere rationem non entis, quæ non est per se non ens vt Plato putauit, sed per accidens ratione priuationis anneæ 1. phys.t. 19. & hinc res dicuntur fieri ex contra io, quia fiunt ex materia habente priuationem formæ aduenietis, qua expellit sr p æ edens.

Materia est non ens.

Denique docet eandem esse realiter materiam formæ recedentis, & formæ aduenientis, sed differentem ratione, primum probat, nam alioqui non dicerentur ex se inuicem mutuo generari, si eorum formæ non habe t eandem materiam, neque res oriri ex contrarijs, quia non sunt contraria, quæ non versantur circa idem subiectum.

Secundu.n probat, quia aliter et aliter est disposita dum est sub diuersis formis hoc Arist. explicat illis verbis, *quod subiici tur est idem, at esse non idem*, quæ verba alter ab alijs explicantur, vt ly esse accipiatur pro o:dine, quo materia respicit hanc vel illam formam, quia licet sit realiter vnus ordo ad omnes, tñ ille ratione distinguitur vt respicit hanc & vt respicit illam.

CAP. IV.

4 *Explicat quomodo generatio, & corruptio differant ab alteratione.*

T.23. PRimo t.23. statuit substantiam distingui ab accidentibus; quod illa sic sub iectum, cui aduenīunt accidentia, quibus mutatis manet idem sub vtroque.

2. Docet alterationem dici, quando sensibile subiectum permanens in suis mutatur affectionibus. idest qualitatibus, quæ aliquando sunt contrariæ, aliquando inter contrarias mediæ; vt idem homo modo sanus modo æger. & æs idem rotundum, & angulare, sed horum exemplorum veritas infra discutietur.

3. Reperit generationem. & corruptionem esse quando totum mutatur, vt sensibile subiectum, quod antea erat non super fit vt cū ex acere ignis fit. Hinc patet quid sit generatio quid corruptio, quid sit mutatio totius in totum nullo sensibili remanente, vt subiecto eodē, & explicari vtriusque definitione patet tum q d initio publicetur vtrāq; explicari quid nullibi pstitit nisi in hoc textu; tum quia 2. de Gen.t.1. asserit se explicasse, non alibi; ergo.

4. Docet hanc mutationem tunc maximè apparere quando fit inter corpus insensibile, & sensibile, siuè vno, siuè pluribus sensibus, vt cum aqua in aerem, vel aer in aquam.

5. Remouet dubitationem, an aliqua qualitas in genito, & in corrupto maneat dum dicitur in generatione mutari totum in totum, & Resp. cum qualitas est communis genito, & corrupto non esse necessarium, mu:ari qualitatem, vt cum ex aere fit aqua manet perspicuitas, vel frigus in aqua, quod erat prius in aere; sed si sit mutatio etiam secundum qualitates, tunc erit alteratio, vt cum ex immusici fit musicus, & contra, in qua mutatione perseuerat idē homo quod si musica, & vacuitas musicę nō̄ essent affectiones tūc esset genratio cū homo musicus, vel immusicus fit.

Hinc coll gunt aliqui non fieri resolutionem vsque ad materiam primam, sed respondent aduersarij loqui Arist. de identitate spec:fica, non de numerica.

Denique ponit duas differentias inter generationem, & alias mutationes physicas, Prima est ex parte termini quod augmentationis, & diminutionis terminis est maior, vel minor quantitas, lationis vero locus seu vbi, Alterationis qualitas; at cum id, in quo est accidēs, nō̄ manet dicitur generatio, vel corruptio, quia .s. mutatio est secundum formam substantialem. 2. est ex parte subiecti, nam subiectum generationis est materia simpliciter quā vocamus primam, at aliarum mutationum subiectū est quodammodo materia eo quod omne subiectum est susceptiuum contrarietatis alicuius.

IN PRIMVM CAPVT.

DIFFICVLTATES TEXTVALES.

PRIMA DIFFICVLTAS.

1 *Cur Aristoteles prius tractet de differentijs inter Generationem, & alterationem, quam explicet quid sint.*

Resp. iure id factū, nā vt recta fit definitio debent

debent inueſtigari prędicata in quibus cõuenit, cum alijs; tum pet quæ differt ab alijs vt deinde colligatur tota rei definitio.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Cur qui vnum ponebant principium generationem auferebant, & corruptionem.

RESp. de corruptione optima ratione colligi ab Ariſt. quia omnis corruptio.

Vel eſt à contrario, & vbi eſt vnum ens non eſt contrarietas, quæ exigit duo.

Vel eſt per defectum conſeruationis, & tunc requiruntur adhuc plura ſ. conſeruans, & res conſeruata.

Vel eſt per deſitionem ob determinatam periodum exiſtentiæ, & hæc non poteſt intelligi ſine defectu alicuius requiſiti, ſed de hoc membro infra in quæſtionibus.

Reſp. 2. de Generatione, etiam facilè colligi, nam cum nihil poſſit ſeipſum generare, ſi eſſet vnum ens poſt corruptionẽ non poſſet amplius generari, quia non haberet agens à quo generaretur.

Dices vniuerſum fuit productum ab vno principio.

Reſp. 1. poſita illa veritate iam non eſſet vnum ens in vniuerſo, quia eſſet illud vnum principium, & alia entia, quæ ſunt principiata, at hoc non eſt contra antiquos, quia illi non negabant plura entia ſimpliciter, ſed plura princip a plurium entium, & dicebat eſſe vnum.

Reſp. 2. antiquos nõ fuiſſe loquotos de primo principio à quo fuit creatum vniuerſum in prima productione, ſed loquutos de principio generationis, & corruptionis, quæ conuenit rebus naturalibus, vt nunc ſunt, nam forte illi cum Ariſtotele conueniebant in æternitate mundi carentis principio æternitas rerum generationes, & corruptiones, quarum nulla potuit eſſe immediatè à primo principio ſecundum ipſius poſitam falſitatem.

At inſtabis cur magis dixit tolli ex eorum opinione generationem, & non alterationem, quia hæc etiam exigit diſtinctionem rerum. Reſp. per vnum ens intelligi vnum ſuppoſitum ſubſtantiale ratione cuius vniuerſum corporeum, vt quid diceretur in quo cum poſſint eſſe plura accidentia, non mirum ſi poſſit cum vnitate illius entis dari alteratio, vt probatur, ex eo quod illi generationem non diſtinxerunt ab alteratione, vt refert Ariſt. nam cum illud vnum nequeat in aliud diſſolui, ſed idem omnino perpetuo manere debeat alioqui non eſſet vnum ſemper idem atque immobile principium, non poteſt moueri ſecundum ſubſtantiam, atq; ſecundum locum cum ſit immobile, ergo ſolum ſecundum qualitates, & quia non eſt ſecundum ſubſtantialia generabile neque poteſt augeri, nam auctio eſt coniuncta cum nutritione: quæ eſt generatio quædam.

Sed contra hos philoſophos plura Ariſtoteles 1. phyſ. à. t. 8. ad 47. & 3. cœl. à. t. 42. ad 15. & 2. de Gen. initio, & t. 24. 1. Met. à. t. 1. ad 15. Hyppoc. l. de natura humana. Plat. in theæt. & ſophiſta. Gal. 1. de elem. Plutar. 1. de placitis, & nos 1. phyſ. tr.

Dices 2. cur ex poſitione vnius principij dicat ſequi deſtructionem generationis, cum ipſe vbique aſſerat in omni mutatione eſſe neceſſarium vnum ſubiectum ſuſceptiuum contrariorum Reſp. vnitatem principij affirmat, vt eſt ens in potentia, ac negat vt ens actu completo, & immutabile quoad ſubſtantiam quale ponebant antiqui, cum dicerent omnia eſſe vnius eſſentiæ ſubſtantialis.

TERTIA DIFFICVLTAS.

Cur t. 1. qui ponunt plura principia dixerint generationem eſſe alteram ab alteratione.

RESp. quidam Ariſtotelem ſupponere non omnia entia naturalia eſſe ſicut cœlum, quod licet conſtet ex pluribus principijs, sñ ipſum fuit ab æterno, & non fit de nouo ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum accidentiam. At ſupponit multa entia fieri de nouo, & corrumpi ſecundum ſubſtantiam, & ideo qui ponebãt plura principia ſubſtantialia, vt ſunt elementa reſpectu mixtorum, neceſſario ponebant compoſitum ex illis eſſe ſubſtantiam, at ſubſtantia eſt terminus generationis ſed pro alteratione ſufficit vnum principium ſubſtantiale: verum hæc probatio niſi magis explicetur non placet: nam ſicut eſt vnum ſubiectum ſubſtantiale acci-

dentium, ita & vna materia formarum substantialium, quare sicut potest esse alteratio, ita & generatio ob vnitatem materiæ, & adhuc distingui generationem ab alteratione. Quare dicendum est, antiquos posuisse plura entia substantialia, quorum vnum fieret ex alio, & hinc est generatio distincta ab alteratione. Nam cum principia substantialia sint plura possunt ex illorum vnione aliud generari, & dissolutione eorundem corrumpi, & præterea compositum ex illis mutari secundũ accidẽtia.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Cur Arist. dixit antiquos aliquos plura principia posuisse, & eos sibi non constare.

4 RESp. 1. de Anaxagora, asserit suam vocem ignorasse, siue quia mutationem ad accidentia ex Philopono generationem vocabat, quæ verè generatio nõ est, siue quia ex D. Thoma, cum principia posuit ex quibus earum discrepantiam colligere poterat eas tamen non discreuit.

Antiqui philosophi non bene sibi constant in distinguẽda generatione ab alteratione.

Resp. 2. eadem ratione de alijs dicendũ sibi non constare, quia ponebant quidem generationem distingui ab alteratione, cũ tamen vere nõ distinguerent; nam Empedocles ponens quatuor elementa dixit formas elementorum esse qualitates inseparabiles à rebus quibus erant propriæ; vnde Empedocles soli tribuebat naturam igneam, & calidam; aquæ, frigidam, & obscuram; quod aer pluuis obscuretur, existimantes elementa inter se non mutari, quod essent prima rerum materia, quæ in alias dissolui non posset; hinc consequẽter negabat materiam vnius elementi posse disponi per qualitates alterius; cum alteratio sit gratia generationis, & consequentuer circa has, & alias similes qualitates alterationem tollebant.

Quod confirmat, quia in omni mutatione debet dari commune subiectum, quod contraria recipiat, at hoc subiectum illi negabant. At inquies qui vnum subiectum ponebant ex Arist. alterationes, & generationes è mundo auferebant. Cur igitur nunc in omni mutatione dari vnum commune subiectum, sed Resp. antiqui ponebant vnum ens perfectum, & completum, & immutabile quoad substãtiam, & ideo tollebant generationem, at hic exigitur vt subiectũ sit ens in potentia mutabile de vna forma in aliam, & si est mutatio secundum formas substantiales, illud ens est pura potentia, si accidentales est ens actu per formam separabilem, quod illi non agnoscebant, quare idem subiectũ est susceptiuum contrariorum scilicet terminorum in compossibilium ex quo aliqui colligunt omnia quæ habent materiã eiusdem rationia esse adinuicem transmutabilia.

IN SECVNDVM CAPVT

PRIMA DIFFICVLTAS.

Cur accretio dicatur t. 5. fieri accessu rei similis cum fiat alimento dissimili.

RESp. alimentum initio esse dissimile, sed alteratione fieri simile, & ita auget, & licet compositum sit eterogeneum, tamen augetur secundum partes per accessum partium similarium cum partibus auctis.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Cur t. 5. dicat ex Democrito contraria esse infinita.

RESp. Democritum, & Leucippum existimasse generationem esse athomorum coitionem, & corruptionem earum dissolutionem; Alterationem vero esse eorundem corporum variam compositionem secundum ordinem, situm, & figuras; vt ex ijsdem litteris variæ, & infinitæ voces, & scripturæ copolãtur, & quia putant, id esse verum quod cuique verum apparet, & de eadem re sint contrariæ opiniones procedentes in infinitum, ideo dixerunt contraria esse infinita, quia idem, contrarium, alij, & alij apparet diuersum. Quod ab illis putant dictũ, quod cum veritas secũdum se sciri nequeat, quisque id dicit verum, quod sibi appatet verum etiam si in se non sit verum, de qua re Arist. 4. met. c. 5. Cic. in qq. Acad Numenius de dissentione Academicorũ, Sextus Emprieus fusè: & nos alibi retulimus quosdam negasse verum scientia haberi posse; Alios facilè acquiri posse; Tum alij sensu quidam phãtasia, plerique intellectu, alij, denique his omnibus modis veritatem disquiri, & diiudicari. 2

TER-

TERTIA DIFFICVLTAS.

Cur Ariſt. t. 7. præponit opinionem Democriti opinioni Platonis.

3 RESP. quia ex opinione Democriti poteſt reddi aliqua ratio affectionũ phyſicarum, at non ſic ea opinione Platonis: Nam Democritus, & Leucippus cum corpora conſtitui ea athomis dixerint, rationem reddere poſſunt diuerſarum qualitatum, quæ apparent ex diuerſo .ſ. ſitu & ordine earum; colorem .ſ. apparere nũc album, nũc viridẽ ex variatione ſitus athomorum ſicut videmus in collo columbæ varios apparere colores ex diuerſa ratione recipiendi lumen, & ſitũ oculi vidẽtis at Plato cũ omnia cõponat ex ſuperficieb⁹, & in eas reſoluat; nõ põt oſtẽdere niſi ex illis fieri corpus ſolidum, & Mathematicum, in quem errorem Platonici inciderunt ꝙ experientiam, quæ mater eſt phyloſophiæ deſpexerunt, & mathematicis diſciplinis ſe totos addixerunt. Vbi Boecaſ. notat Ariſt. illos laudare, quod eſſent periti in mathematicis, & tamen illis tribuit quod quãtitas eſſet indiuiſibilis; ſed ſoluit quod intelligerent de idea.

Sed de hac Platonis opinionis ſenſu legendus Beſſ. l. 2. c. 9. contra calumniatorem Platonis.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Qua dicatur naturalis conſideratio, & qua logica, & cur naturalis præferatur logicæ.

4 RESP. Naturalem dici, quæ ducitur ab experientia ſenſuum; logica vero, quæ ex communibus quibuſdam, & abſtractis propoſitionibus, & non proprijs ducitur, vt Platonici probant dari magnitudines diuiſibiles quia alioqui, idea magnitudinis, & trianguli eſſet in alias magnitudines, & triangulos diuiſibilis, quod eſt contra rationem vnitatis ideę.

Qualitates naturales præferri logicis.

Reſp. 2. præferri rationes naturales logicis, quia ſunt magis propriæ rerum quæ ſciuntur, & magis accomodatæ noſtro intellectui, qui cum cognitionem hauriat a ſenſibus, demens eſt, qui relictis ſenſibus, & experiẽtia, rationem ſequitur in veritatis inueſtigatione ex Ariſt. 1. de Gener. t. 59 Hinc fit longe probabiliorẽ eſſe opinionẽ dicentium eadem eſſe accidentia in viuo, & corrupto, quam dicentium eſſe diuerſa, nam illa ſenſibus nititur, hæc vero logicis rationibus. Vide ibi docet Ariſt. quomodo veritas inueſtiganda eſt .ſ. vt omnes vtriuſque partis rationes expendantur, & non ſolum ad vnam, vel alteram, ex huius præcepti ommiſſione aliqui ad pauca reſpicientes, facile euuntient.

QVINTA DIFFICVLTAS.

Quo ſenſu ex nihilo productum eſſe nihil.

RESP. intelligi de re ex nihilo vt parte componente, non autem tanquam 5
ex termino a quo, nam loquitur de compoſito naturali, quomodo ſit compoſitũ, & diuiſibile in componentia. Quare male aliqui ex hoc loco probant ab Ariſt. fuiſſe negatam creationem ex nihilo, præterquã, quod hic Ariſt. refert Democriti rationẽ.

SEXTA DIFFICVLTAS.

Quomodo qualitates ſint inſeparabiles à ſubiecto.

RESP. id eſſe naturaliter, ex quo aliqui 6
colligunt non poſſe accidens tranſire de ſubiecto in ſubiectum, ſed non recte, quia Ariſt. loquitur de ſeparatione ab omni ſubiecto; quod ſupranaturaliter fieri poſſe oſtendunt ſpecies ſacramentales, quę exiſtunt ſine adminiculo ſubiecti in genere cauſæ materialis, vnde nõ poteſt probari dictum aliquorum, quod ibi accidẽtia ſubſtẽtẽtur à corpore Chriſti ſubſtẽtatione formali ideſt in genere cauſæ materialis, & non effectiuę, quia iam eſſent in ſubiecto, & non eſſent per ſe, cum nihil aliud ſit eſſe in ſubiecto, quam ſic ſubſtentari à ſubiecto, nam informatio, quæ illis deeſt, non aufert rationem eſſendi in ſubiecto ratione inhæſionis, ſecundum rationem, qua differt ab informatione: quæ reperiri poteſt ſine inhæſione vt in anima rationali.

Qualitas dependere à ſubiecto naturaliter licet non ſit pernaturaliter.

SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Quomodo indiuiſibile additum magnitudini illam non reddat maiorem.

RESP. maioritas continuti conſurgit, 7
eo quod vna pars eſt extra aliam, at pun-

punctum non est extra sed simul, sed hæc ratio rectè procedit de punctis sibi inuicē additis at punctum non potest esse simul cum magnitudine, quia non potest occupare spatiū diuisibile, quod occupat pars, ideo alij dicunt fieri maius indiuisibiliter, sicut tēpus additū instanti durat vt patet ex Angelo durante vsque ad instans exclusiuè, & alio durante vsque ad instans inclusiue.

At inquies si ex partibus diuisis iterum vnitis fiat vna quantitas æqualis illis partibus, quia non habet plures partes at in partibus diuisis erāt plures superficies, quā in vnitis, quia ibi singulæ habebant suas superficies, at post vnionem duarum partiū est vna superficies, ergo indiuisibile non facit maius nec diuisibiliter, nec indiuisibiliter.

Resp. negando conseq. quia licet duæ superficies non faciant maius quando vna cum se penetrent; tamen comparata cum partibus faciunt quid maius, quam quantitas præcisa superficie.

OCTAVA DIFFICVLTAS.

Quomodo continuum est diuisible in quamlibet sui partem.

8 Resp. intelligi distributiue, quia nulla est pars, quæ non est capax diuisionis, nam hæc potest diuidi & sic in infinitum non tamen potest diuidi in omnem sui partem collectiue, ita vt diuisio possit terminari ad totam collectionem partiū. & ratio discriminis, q. a priori diuisibilitati quæ dicitur syncategorematica, respōdet actus imperfectus & incompletus, qui semper habet commixtam potentiam, per quam semper remanet actus ponendus in infinitum, & hinc fit vt nullum punctum possit designari in quo repugnet fieri diuisionem, sed quia inter duo puncta est pars ideo non potest diuisio compleri.

Diuisibilitas continui.

At diuisibilitati posteriori, quæ dicitur potentia categorematica respondet actus perfectus, qui potest aliquando totus reduci ad actum non relinquens aliam diuisionem; vnde continuum est diuisibile priori diuisibilitate, & indiuisibile .i. carens potentia ad diuisionem completam.

Hinc patet cur non sequatur in magnitudine dari vbiq; puncta et si possit qilibet eius pars diuidi, & diuisio fiat in p n o, quia scilicet in continuo non dantur duo puncta immediata sed post quodlibet pūctum sequitur magnitudo, quæ adhuc est in infinitum diuisibilis, & continet plura puncta, & ideo non sequitur vbique in magnitudine esse puncta, quia post punctum, non est punctum immediate, de qua re plura in physicis, & Arist. 1. phys. & 3. de cœlo.

NONA DIFFICVLTAS.

Vnde oritur vt partes quo minutiores eò sint magis expositæ corruptioni.

Resp. ideo id dici t. 10. quia virtus vnita fortior vt patet tum experientia guttarum aquę, quæ cito diuisæ siccescant, & vnitæ difficilius in eodem aere.

Tum ratione, nam vnitæ eidem actionā resistunt, vnde per illam difficilius vincuntur, quia sunt plura ad resistendum vni actioni, at vbi est diuisio, vni actioni vna pars resistit, & ideo facilius vincitur, quia omnis actio fit à maiore inæqualitate supra resistentiam passi.

Tum 3. quia vnitæ ab maiorem applicationem magis agunt; at entia non solum resistunt contrarijs per resistentiam formalem seu passiuam, sed etiam per efficientiam, vt infra.

IN TERTIVM CAPVT DIFFICVLTATES TEXTVALES.

PRIMA DIFFICVLTAS.

An generatio fiat ex non ente simpliciter tanquam à termino à quo, an tanquam à subiecto.

Resp. vtrumque posse intelligi, nam verba Arist. recipiunt vtramque interpretationem, quia terminus a quo dicitur non ens simpliciter, nam est formaliter negatio, & secundum quid ens, quia connotat potentiam materiæ.

Et materia similiter dicitur non ens simpliciter ratione priuationis formarum, per quas fit ens simpliciter; & in actu formali, seu in specie prædicamentali, & dicitur ens secundum quid, quia est intrinsece ens cum sit potentia receptiua formarum, quæ manent in composito.

Resp. 2. probabilius tamen est intelligere terminum à quo, nam ibi soluit quæstionem

stione de generatione,& sit alicuius substã tiæ,an solum accidentium,& probat 1. nõ esse substantiæ,quia omnis mutatio est inter contraria ergo, & generatio,entis simpliciter erit ex nõ ente simpliciter at contrarietas attenditur inter terminum à quo, & ad quem; quod si dicant id esse materiam cum illa maneat in re genita tunc nõ ens simpliciter esset in ente simpliciter. quam rationem soluit quod non fiat ex non ente simpliciter omnimodo, sed aliquo modo, sed aliomodo ex semper ente, quia semper debet præexistere materia, quæ est actu non ens,quia habet priuationem formæ, sed ens in potentia ad formam.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Cur Arist. materiam vocet non ens simpliciter.

2 Respondent 1. aliqui recentiores dici non ens quia ex se non habet specificam rationem entis positiuam,sed negatiuam,ex Arist. 2. met. 8. definiat illam per negationem,quod non sit quid,nec quantum &c. neque aliquid aliorum prædicamentorum sed nõ solum existentiam,sed etiam essentiam habere à forma.

Sed hi auctores,nec Arist. intelligũt; nec terminos eorum, quæ dicunt, & falsum asserunt.

Primum patet tum quia propria definitio materiæ qua explicatur natura.i.essẽtia ipsius dicitur,quod est primum subiectum ex quo fiunt omnia cũ in sit.t.1.phys.t.82. hinc dicitur, 2. phys. t. 26. dicitur esse eorum,quæ sũt ad aliquid.i. formam,quæ appetitur à materia vt 1.phys.1.Hinc dicitur de Gen. t. 55. dicitur principium passiuum; at negatio non est relata ad id, quod appeti cum,inde destruatur,nec potest esse passiuum ferme quam negat, sed potius destruitur; essentia enim rei dicitur ille conceptus, qui primo conuenit illi, vt patet ex omnium opinione intelligentium terminos.

Tum quia Arist. 7. met. cum dicit non esse quid &c.non negat entitatem positiuam,sed potius illum supponit,vt subiectũ illarum negationum,quæ illi per accidens conueniunt vt 1.phys. t. 81. & mirum est illum locum citari ad illud probandum, cum mens Arist.nota sit vel tyronibus negat enim materiam ex communi habere speciem aliquam prædicamentalem,ex se q ex Arist. dicitur illa natura, quæ ponitur in recta linea prædicamentali de cæteris autem, quæ non sunt in recta linea generis prædicamentalis, nam prædicantur de illis; & quia materia non ponitur in recta linea, ideo negat ibi esse quid .i. substantia &c.& hac ratione negat formam esse substantiã, quia tamen hẽt esse determinatum, quo constituit determinatam speciem prædicamentalem, ideo nõ conuenit illi talis descriptio.

Confir.quia ibidem vbi negat esse quid &c. negat etiam esse negationes illorum, quia .s. intra essentiam materiæ vt non continentur formæ, & rationes specificæ prædicamentales, ita neque negationes illorum,sed secundum se abstrahit ab vtroque termino contradictionis, quia potest esse sub vtroque.

Confir.quia Arist. dum explicat varias significationes substantię pouit materiam & multa alia afferri posũt ex Arist. sed nõ est cur in re elara immoremur fortasse aliqua in metap. vbi de rerum quidditatibus agendum.

2. probat. 1. apud his auctores confundi prædicatum connaturale cum essentiali, nam licet omne essentiale sit rei connaturale,nõ tñ omne connaturale, est essẽtiale vt patet ex proprietatibus ferũ,vnde potest forma,& esse formale,esse cõnaturalis materiæ, non tamen inde inferri esse essentialis.

2. Confundit esse accidentale prædicabile cum esse accidentali prædicamentali,nam potest aliquid accidentaliter conuenire accidentalitate prædicabili, non accidentalitate prædicamentali, nam accidentale prædicabile dicitur quidquid cõuenit rei,& non essentialiter, etiam sit rei maximè connaturale,& inseparabiliter cõueniens etiam si sit substantiale. At prædicamentale dicit inhærentiam in subiecto.

3 Confunditur species prædicamentalis cum trascendentali, nam species prædicamentalis non conuenit in corporeis secundum aliquos sed corporeis compositis rõne formæ accidẽtalis,vel substãtialis.

At trascendentalis conuenit cuicumq; enti determinato indiuidualiter, etiam si sit pars, & imperfectissimum ens, nam eo ipso quod est ens habens determinatum conceptum, habet rationem speciei trascendentalis;vnde materia secundum proprium

prium conceptum fundat rationem speciei trascendentalis, nam conceptus primi receptiui informationis formæ substantialis, ita est proprius materiæ, vt non conueniat alteri.

Ex horum terminorum cognitione patet quam sit æquiuoca doctrina auctorũ, qui dicunt formas substantiales informãdo materiam dare illi esse essentiale.

4 Dum actum entitatiuũ negat acquiri per existentiam repugnat auctoribus præsertim Scoto, qui explicans diuisionem entis in potentia, & actu intelligit illam de eodem ente secundum diuersum statũ possibilitatis, & existentiæ, hoc autem conuenit non enti finito, & hoc modo vtũtur cæteri Scotistæ, & Thomistæ antiqui his terminis; entitatem vero rei essentialem, nõ vocant actum entitatiuum, sed ens essentiæ, vt facile ostendunt afferendo loca doctorũ; sed sufficit annotasse ne detur posterioribus errandi occasio.

5. Quid Arist. intelligat per ens vel non ens simpliciter non satis explicat, nam aliquando sumitur pro ente in actu quod distinguitur ab eodem ente in potentia q; dicitur non ens simpliciter.

Aliquando pro substantia, quod distinguitur ab accidente, quod negat esse ens simpliciter, sed secundum quid .i. entis eos.

Aliquando, non tam apud Arist. quam apud Peripateticos, ens simpliciter dicitur quod est reale, vt extra nihil, siue essentiale siue existentiale, quod distinguitur ab ente rationis, & fictitijs, vnde quando de materia dicitur non esse ens simpliciter, intelligitur deesse substãtiali determinato in specie prædicamentali.

Probatur nam ex omnium consensu tribuuntur materiæ.

1. Esse ens reale capax existentiæ.

2. Esse ens distinctum realiter à forma.

3. Esse subiectum formæ non solum ex quo educitur, sed etiã quod informat.

4. Esse vnã & eandẽ numero sub vtroq; termino.

5. Remanere post mutationem corrupto termino à quo.

6. Esse ens ingenerabile, & incorruptibile, quia licet generatio sit mutatio totius in totum; tamen ly totum non accipitur sincategorematice vt distribuit omnes partes; sed categorematice vt dicit compositum.

7. Componere compositum substãtiale cum forma vt comparte; vnde sit esse aliquid substantiale, quia substantia non componitur ex non substantijs p.ph.t. 52. hoc autem est substantiale accidentaliter non prædicamentaliter, quia hoc esse conuenit alijs, quæ sunt in recta linea prædicamenti substantiæ, sed nullum horum prædicatorũ est compossibile cum sententia, quæ negat essentiam materiæ præscindendo à forma dante illi positiuam aliquam rationem entis, dum illam informat; cum ex se non includat, nisi prædictam: hæc autem excludit omnem rationem entis, quia excludit omnem rationem prædicamentalem, quæ adæquat diuisionem entis, ergo hæc sententia destruit naturam, & essentiam materiæ.

Minor prob. quia negationes omnium entium excludũt rationẽ entis realis, quod dicit perfectionem positiuam capacem existentiæ; quod si dicant habere realitatẽ à forma dum illam informat, repugnat secundo prædicato. s. distingui realiter à forma, q a q nõ est in se ens reale non põt ab alio realiter distingui, & si habet realitatẽ formæ, multo minus potest sic distingui cum nullum ens à seipso realiter distinguatur. nam si materia habet totã suam rationem entis formaliter à forma non potest ab illa secundum entitatem distingui.

Neque potest esse subiectũ si in se non habet rationẽ entis, nã concursus ad informationem passiuam, & ad eductionem causatiuã, necessario requirit in subiecto rationem entis positiuam, non enim informari potest negatio à forma, quam negat neque concurrere causatiue ad eductionem sui.

Neque eadem numero materia potest esse sub vtroque termino, quia per aduentum nouæ formæ ratio propria entis constitutiua materiæ variatur non solum numericẽ, sed etiam essentialiter. Hinc sequitur non manere eandem numero materiã.

Neque esse ingenerabilem, & incorruptibilem, quia esset eius essentia effectus formalis formæ, hæc autem generatur, & corrumpitur, vt notum est. Hinc denique non posse componere vt compartem cum totum suum esse sit esse formæ, quia effectus formalis includit formã inconcreto.

Hinc existimo in mẽte nullius hominis intellectus posse venire in mentem huiusmodi sententiam, quod si materia dicatur potentia, non dicitur in ordine ad suam essentiam, & entitatem, sed in ordine ad actus

actus formales, & composita.

Respond. 2. alij dici non ens non quidē quod nullam rationem entis includat cum constet includere rationē entis potētialis sed quia nullum includat actum in sua essentia: quæ opinio potius disputat de nomine quam de re, nam omnes concordant in sua essentia non includere actum formalem, neque actum existentiæ qui ex communi dicitur actus entitatiuus; & similiter includere in sua essentia aliquam rationem entis, An autem hæc ratio entis dici debet actus entitatiuus, an ratio entis potentialis, disputatio est de nomine; Placet non dici actum entitatiuum, vt dixi ex communi vsu, sed posset dici actus essentialis sicut est ratio entis essentialis, & nō quia illa ratio entis constituens materiam non sit potentialis in ordine ad formas, sed quia non est in potentia ad seipsā nec essentia est in potentia ad illam rationē entis cū illa formaliter includat, & nō in potētia, & p illā formaliter cōstituatur, & non potest dici, quod illam non habeat, sed possit habere, & per illam constitui: Vnde potest dici actus conuenientiæ, & identatis prædicati cum subiecto; nam cum per ly est significetur aliquis actus, sicut hoc in propositione de secundo adiacente dicit existentiam ita in propositione de 3. adiacente dicit actū cōuenientiæ; quam prædicatum verificatur actu de subiecto; at non ita si prædicatum posset in esse subiecto, sed vere non insit; hinc distingui etiam potest duplex potentia, vna ad existentiam simpliciter, altera ad habendū aliquod prædicatum, quod non habet; at vero res respectu prædicati essentialis non est in potentia, sed in actu.

Resp. 3. alij materiam dici nō ens, quia nulla certa specie constituitur, ex vi propriæ essentiæ, sed non habet ex vi formæ, nam ex se non habet nisi speciem negatiuam, quatenus negat omnem speciem, ex D. Th. 1. p. q. 16. ar. 7. ad 2. sed opusc. 9. dum explicat quot modis aliquid dicitur esse, semper, & vbique.

Sed hæc opinio primo disputat de nomine, nam negari non potest materiam habere suum conceptum proprium, quo distinguitur ab omni alio, An autem hic conceptus debeat dici specificus, an alio nomine, non est controuersia de re; sed de nomine, nā nemo dixerit materiā propriū conceptum habere ratione propriæ speciei, cum vocent speciem incompletam, cum ex Arist. nomen speciei proprie non conueniat nisi entibus, quæ ponuntur in recta linea prædicamentali, qua ratione, nec forma, nec differentiæ habent rationē speciei; hinc doctores distinguūt speciem dupliciter accipi primo prædicamentaliter, & dicitur propriè, & conuenit illi essentiæ, quæ ponitur in recta linea prædicamē tali diuisa in athomam, & subalternam, secundo accipi transcendentaliter, dicitur in propriè, & hæc conuenit omni enti formæ essentiæ, qui dicit conceptum indiuisiblem essentialiter in plura, sed solum diuiditur secundum numerum.

Secundo errat negando materiæ rationem propriam positiuam, quam vocat speciem, nam essentia huius materiæ cōstituitur per aliquam determinatam rationem entis indiuisibilem per differentias essentiales in plures essentias. Hic autem conceptus est positiuus, & secundario negatiuus ergo secundum suam essentiam, vt distinguitur in forma dicit essentiam positiuam determinatam atque adeo impropriè specificam positiue.

Minor prob. nam ratio entis essentialis materiæ, est ratio positiua, qua distinguitur à forma realiter tanquam duo membra diuidentia ens positiuum, tum quia est pars compositi distincta realiter à forma, & hæc distinctio, & compositio exigit vtrumque extremum positiuum.

Tum quia habet effectus, qui non possunt esse nisi ab ente positiuo, qualis est receptio, & substentatio formæ vnde reponitur inter quatuor causas reales.

Confir. ex defectu Ipsius, quæ dicit omnes sui partes positiue, nam est primum subiectum ex quo fit aliquid cum insit, nō secundum accidens, & c. 1. phys. t. 82. at hæ particulæ dicunt conceptum positiuum quo distinguitur ab omni alio ente, nam esse subiectum omniū formarum non potest conuenire nisi materiæ primæ de qua agimus. Ex quo falluntur aduersarij, dum negant dari fundamentum, vnde possit sumi vnitas conceptus vltimi, qui sit proprius materiæ, quem vocant specificum impropriè.

Confir. 2. quia materia secundum suam essentiam est ratio determinata potentiæ, ergo in ratione potentiæ habet aliquam rationem vltimam; Antecedens prob. tum quia distinguitur, vt potentia positiua, ergo debet habere præcipuum sui constitutiuum, cum idem sit distinctiuum, & con-

stitutiuum. Tũ quia potentia passiua qualis est materia constituitur in ordine ad actus informantes, at actus informantes sunt duplicis generis .s. informantes separabiliter, vt sunt oẽs inferiores alij inseparabiliter, vt sunt cælestes, ergo inde constituitur duplex ratio materiæ.

. Consequentia prob. quia vbi est essentia determinata vltimo essentialiter, ibi debet dari aliqua ratio indiuisibilis in plures essentias hanc vero rationem vocamus speciem per proportionem ad speciem prædicamentalem, quæ ponitur in recta linea quæ ex ratione vltima dicitur species.

Dices omnis species entis pertinet ad aliquod prædicamentum determinatum, quia tota latitudo entium comprehenditur sub aliquo prædicamento cum omne ens saltem finitum diuidatur adæquate in decem prędicamenta.

Resp. omne ens pertinere ad aliquod prædicamentum siue directe, vt quæ sunt in recta linea prædicamentali, siue indirecte, vt quæ ponuntur vel à latere, quales sunt differentiæ essentiales constitutiuę specierum, & diuisiuæ generis, vel reductiuè, vt sunt causæ specierum, siue intrinsecæ, vt materia, & forma, siue extrinsecæ vt efficiens, & finis, ex quibus intelligi potest materiam pertinere ad prædicamenta reductiue, vt principium commune mortale omnium corporum, sicut dicunt de Deo vt causa efficiens omnium de qua plura dixi in prædicamẽtorũ explicatione.

At instant hinc sequi vnam speciem pertinere ad varias species prædicamentorum. Resp. hac instantia satis ostendi nõ præcipi quid sit aliquod ens reductiue pertinere ad aliquod prædicamentum, nõ enim requiritur vt secundũ propriam essentiam suã habeat essentiã specificã illius prædicamẽti, sed supponit in illo ente propriam essentiam, & illi aduenire siue intrinsece, siue extrisece denominationẽ sũptam ex alio prædicamento; vt patet in efficiente quod secundum essentiam est v.g. substantia, & tamen vt efficiens qualitatẽ reducitur ad prædicamentum qualitatis, similiter substantia vt est principium subiectiuum qualitatis reducitur ad illud prædicamentum præsertim ex illorum sententia, qui putant in prædicamentis accidentium non poni abstracta sed concreta; quare materia prima, quæ habet suam essentiam determinatam essentialiter; quæ est essentialiter substantia trascendentaliter sumpta, vt informatur varijs formis accipit varia esse specifica suæ simplici essentiæ superaddita, vnde resultat species composita ex materia omnibus speciebus communi, & forma determinante ad hanc vel illam speciem entis siue substantialis, siue accidentalis, remanente semper materia in sua essentiali ratione simplici substantiali receptiua ex se diuersarum formarũ; Quare nunquam mutat speciem (vt sic dicam) sibi essentialem, sed illam quæ est superaddita per vnionem compositionis; hæc autem species addita potest dici accidentalia essentiæ materiæ, non quidem accidentalitate prædicamentali, sed prædicabili quatenus omne prædicatum rei conueniens extra essentiam dicitur accidentale, siue sit substantiale siue accidentale prædicamentaliter.

3. Falluntur, dum nullam speciem tribuunt materiæ nisi negatiuam, cum ostensum sit eius essentiam non consistere in negatione, sed in positiua virtute receptiua formarum, tum quia si consisteret in negatione entium; sicut adueniente termino corrumpitur negatio, ita corrumperetur aliquid de essentiali materiæ.

Confirmatur ex Arist. qui putat priuatem esse accidens materiæ quod corrumpitur manente materia.

. Tum quia conceptus secundario conueniens rei non potest dare rationem essentiæ, sed priuationis formarum, secundario conuenit materiæ, quia conuenit illi ex eo, quod est receptiua omniũ recipiens debet esse determinatũ à materia recepti. Quare cum Arist. dixit materia non esse quid, nec quantum &c. explicat illam à posteriori, quatenus hæ negationes consequuntur ad conceptum potentiæ receptiuæ.

4. Falluntur tribuentes hanc opinionẽ D.Th. loc. cit. nam inde potius colligitur oppositum .s. materiam habere aliquem conceptum proprium positiuum, cui conueniunt illæ negationes sicut esse in omni tempore vel loco per negationem determinati temporis supponit rem, ita materiam non determinare sibi aliquam formam, vel esse specificum prædicamentale supponit esse proprium positiuum materiæ, quod dicitur specificũ analogice per analogiam ad specificum proprie dictum, cum vtrobique sit conceptus indiuisibilis in plura entia essentialiter, sed numero distincta neque ibi loquitur de primo esse

rei

rei: sed de accidentario; quod potest sumi dupliciter, at nos loquitur de primo esse materiæ.

Hæc notaui vt cognoscatur, quam alieni sint recentiores ab inuestiganda veritate rerum, terentes tempus in friuolis quæstionibus, quæ ex recta explicatione terminorum determinari possunt, nec aliquid afferunt, quod non ex istis solui nequeat; & ab intelligentibus terminos non facile soluantur.

4. Resp. alij materiam negari ab Arist. esse ens, sed esse non ens, quia esse significat existere, & quia materia ex se non existit per propriam existentiam, sed per existentiam compositi vel formæ ideo dicitur nõ ens. ita communiter Thomistæ.

Primum fundamentum ex conditionibus existentiæ, cui conuenit primo esse actum essentiæ. 2. esse actum vltimum essentiæ. 3. esse perfectissimum, quia est vltima actualitatis in toto genere entis q libet ens est extra nihil, & extra suas causas, vnde est perfectior essentia ex Nauar. 1. p. q. 3. art. 4. contr. 14. §. 7. & 8. & perfectior forma vt §. 9.

Vnde ex prima conditione probatur materię repugnare propriam existentiam, nam ex illa, & existentia formæ consurgeret vna per se existentia compositi, sicut resultat vna essentia per se.

At hoc repugnat nam vnitas per se exigit partes, quarum vna sit essentialiter potentia ordinata ad compartem vt propriũ actum ex Arist. tum & t. 15.

At vna existentia non potest se habere vt potentia essentialis respectu alterius vt actus, quia quod est essentialiter actus in genere existentiæ non potest habere essentialiter rationem potentiæ in eodem genere existendi, vt forma quia est actus in ordine essentiali, non potest habere rationem potentiæ in eodem ordine, sed habet in ordine existendi, ob repugnantiam actus, & potentiæ in eodem ente respectu eiusdẽ, & licet fiat vnum per se cõtinuum, ex duabus partibus existentibus in actu non tamen ex duabus existentijs vna; quia vnitas per se continui consistit iu vnione continuationis, quæ exigit partes in actu; at vnitas existentiæ consistit in informatione, quæ non potest esse inter duas existentias, quæ sunt actus.

Ex hac ratione sequitur existentiam esse entitatem simplicem; cum non possit esse composita ex pluribus, quorum vnum se habeat vt potentia, & alterum vt actus.

Secundo sequitur non posse dari existẽtiam partialem, quia si esset partialis iã se habere deberet respectu compartis vt potentia ad actum, quod ostendimus esse impossibile.

1. Cõfir. ex cõditione tũ quia de ratione vltimi est non habere alium post se atque adeo existentiæ. non potest aduenire alia existentia, quia alioqui prior non esset vltimus actus, sed ille qui aduenit.

Tum quia terminus vt sic caret diuisibilitate quem habet res terminata vt v. g. linea, quæ est terminus superficiei, non habet diuisibilitatem supeificieisecundum latum.

Sed existentia non est forma naturæ, sed terminus vt patet ex verbi existentia, qua existit humanitas, ergo, non potest habere diuisibilitatem essentiæ physicæ. i. ex actu ex potentia.

Confir. 2. ex 3. conditione tum quia si haberet rationem potentiæ respectu alterius, tunc non esset perfectissimus, nam ratio potẽtię est imperfectior ratione actus, quem respicit.

Tum quia existentia secundum se, & rationem communem dicit perfectionem actus, ergo non potest contrahi ad talem existentiam per rationem potentialitatis, siue quia ratio generica esset perfectior differentia contrahente contra communẽ consensum, siue quia differentia debet cõtineri intra latitudinem perfectionis rei contractæ, atque adeo non potest contrahi per rationem oppositam.

2. Fundamentum sumitur ex parte materiæ, quod illa distinguitur à forma ex hoc, quod materia sit essentialiter pura potentia, forma autem actus, at hæc distinctio non potest consistere in exclusione vel inclusione existentię respectu essentię, quia hoc est commune omni enti creato, non includere existentiã intra essentiam, ergo debet consistere primo quod materia ratione suæ puritatis potentialis, non exigit determinatam existentiam, forma autem illam exigit, 2. quod materia non habeat existentiã ex se sed illam habet à forma, contra vero forma.

3. Sumitur ex cõne subiecti q̃ sit capax existentiæ, tum primo, quia existentia non est capax essentię secundum rationem cõmunem pluribus, quia vniuersalia secundũ se non possunt existere, sed fit immediate capax dum determinatur per hæc verita-

tes, ratione indiuidua primo existunt.

At materia à forma habet esse determinatum tam in specie quia secundum se nullam speciem habet, quā in indiuiduo, ergo ab illa habet capacitatem existentiæ.

Tum 2. quia illi primario conuenit existentia, cui primario conuenit terminare causalitates causarum, vt v. g. productionem, &c.

Sed terminus per se primus productionis, & cæterarum causalitatum est indiuiduum naturæ completæ, nam non producitur natura vniuersalis, sed singularis, ob quam rationem aliqui explicant Arist. (quod actiones sunt suppositorum;) de termino actionis.

Maior prob. quia productio est communicatio existentiæ, tum quia vltimus terminus est compositum, nam hoc existente cessat actio, & causalitas causarum.

Tum quia existentia est ratio, per quam entia sunt extra causas, non enim perfectè est extra causas dum est in via in egredi à causis, sed post perfectum egressum à causis.

Tū 3. quia daretur transitus ab extremo ad extremum sine medio, sed pura potentia, & actus existētialis sunt duo extrema, ergo non potest materia immediate actuari per existentiam, sed debet poni in statu medio, qualis est actus specificus, qui præstatur à forma.

Sed contra hanc explicationem obijcitur tum mens Arist. tum ipsa ratio; primū patet quia Arist. dicit materiam esse non ens. s. tale quale ponebant antiqui, qui dicebant materiam solam esse totam rerum substantiam, neque esse necessariam formā substantialem aliquam superadditam, nā omnia addita sūt accidentia rerū vt refert Arist. 7. met. t. 8. At Arist. contra tantum, inquit abesse vt materia sit tota substantia, & ratio specifica rerum, vt potius sit non ens. s. non habens esse specificum prædicamentale, sed esse in potentia ad illud; adeo ibi negat esse quid, quale &c.

2. Probatum est fusè in phys. tr. 5. q. 4. per totam præsertim d. 2. vnde ibi dicta non sunt repetenda cum à recentioribus nihil afferatur quo probabiliter rationes ibi positæ soluantur, nam quod dicunt sufficere ad causam vt in eo instanti quo causat, habeat existentiam, æquiuocè loquuntur dum non explicetur modus, quo habetur in illo instanti, nam si intelligant sufficere illam habere à suo effectu vt videntur, & compelluntur asserere in illa opinione, extra omnem probabilitatem loquuntur; nam conditio requisita ad constitutionem causæ in actu primo proximo causandi, antecedit siue duratione siue natura existentiam sui effectus cum existētia, & causalitatas, & effectus necessario præsupponit causam in actu primo constitutam, vt actus secundus supponit actū primum sufficienter constitutum quoad omnia illi necessaria ad causandum, cum igitur existentia sit necessaria materiæ ad causandum effectum non potest habere existentiam illam ab existentia effectus. Confir. nam cum dicunt sufficere habere existentiam in illo instanti, vel dicunt esse per solam concomitantiam, & tunc per accidens illi adesset atque posset vt est in statu possibilitatis secundum se causare, vel non ita, sed ex necessitate exigentiæ. Tunc vim habet argumentum, quod est adeo euidens, vt aliqui negauerint existentiam esse necessariam materiæ, vt causet, sed sufficere vt causet secundum actualitatē essentiæ, quam habet ex coniunctione cum forma ad quam consequitur existentia formæ, vt significauit Nauar. 1. p. q. 3. a. contr. 17. cuius doctrinā non vacat hoc loco confutare, ne in alienis à nostra materia, diutius cōmoremur; satis sint dicta in physicis cum de causis; solum assero ab illo auctore nihil afferri, quod explicatis bene terminis ex se non occurrat: Nec probabilius loquuntur alij quia ex vi illius rationis compelluntur asserere totam entitatem effectus produci à causa efficiente, nam hi ignorant effectus entitatem ita indiuisibiliter pendere ab omnibus suis causis, vt vel vnius influxu, & causalitate deficiente nihil effectus produci possit; quare etiam improbabiliter loquuntur, qui illud argumentum soluunt dicentes inter materiam & formam esse mutuam prioritatem in diuerso genere causæ contra quos plura in phys. loc. cit.

Quare manet vt recentiorum argumēta soluātur, quare ad primum ductum ex vnitate per se compositi. Respondent aliqui primo vnitatem per se attendi in rebus vt pertinent ad prædicamenta; quia q̃ sunt per se constituunt vnam speciem prædicamentalem, at quæ vnum per accidens pertinent ad suas species prædicamētales, & quia eſsētię non ponūtur in prædicamentis secundum existentias, sed secundum essentias, ideo illa vnitas non attenditur

ditur secundum existentias.

Sed non placet quia vnitas consequitur quodlibet ens; sed existentia dicit entitatem, ergo habere debet aliquam vnitatem, confirmatur quia aliter concipitur essentia existēs ēt si actuet varios gradus ac quando actuat essentiam vt habentem plura accidentia; ergo etiam secundum existentias. Respondent alij entitatem per se compositi non ostendi secundum existentiam, sed secundum essentiam, qua ratione materia est pura potentia, & vnitur formæ secundum essentiam, vnio autem secundū existentias non esse propriè per se, sed per accidens, sicut per accidens existentia conuenit omnibus entibus creatis; At alijs nō placet, tum quia si hæc accidentalitas impediret vnitatem per se compositi impediret etiam vnitatem per se ex existentia, & essentia, imò etiam vnitatem, quæ in specie composita ex genere, & differentia, & ex specie, et hæcceitate, quia ibi inueniretur huius accidētalitas differētiæ respectu generis, & hæcceitatis respectu essentiæ, neque obstat aptitudo, qua superiora respiciunt differentias, quia etiam essentia respicit existentiam imò magis; cum essentia realis definiatur, quod sit ens potens existere à parte rei, Resp. non impediri vnitatem ex accidentalitate conuenientiæ, sed ex intrinseca actualitate, quia cum ad quēlibet actum sequatur sua vnitas, vbi sunt duæ actualitates, ibi plura vna, ergo ex illis non potest fieri vnum per se, quæ vnitas est maxima post simplicitatem; sed cōtra, nam non qualibet actualitas partium impedit vnitatem per se, vt patet tum ex partibus continui, quæ licet sint actu, tū efficiunt per se vnum continuum, quod est sub vna ratione quantitatis, imò vnum individuum.

Tum quia q; est actus respectu vnius, potest esse potentia respectu alterius, vt differentia specifica, quæ est vltimus actus respectu generis in genere essentiæ, tamē est in potentia ad hęcceitates, cum quibus facit vnum numero indiuiduum; Quare etiam si existentia sit vltimus actus essentiæ in ratione existendi, existentia trascendentali, tamē potest esse in potentia respectu existentiæ specificæ prædicamentalis.

Ex quibus Resp. alij ex materia, & forma existentibus non solum fieri vnum per se secundum rationem essentiæ, sed etiam secundum rationem existentiæ, quia est simpliciter vna natura indiuidua, & existens; neque hoc repugnat Aristot. nam Arist. loquitur de duobus entibus in actu secundum esse completum, quæ non dicunt ordinē, vt in eodem genere compleātur, etiam si egeant complere in alio genere; Hinc ex Scotistis ponentibus formas partiales, conceditur fieri vnum per se ex materia informata forma partiali, & altera perfectiori, quia inferior dicit actualitatē quidem in ordine ad materiam, sed potentialitatem in ordine ad formam sequentē: contra vero forma, quæ non dicit hunc ordinem ad vlteriorem formam, non potest vniri cum illa ad vnam per se naturam etiam si sint eiusdem generis; & etiam speciei.

Vnde explicanda est æquiuocatio terminorum illius propositionis .s. quod est essentialiter actus non potest esse potentia in eodē genere: ibi .n. duplex æquiuocatio admittitur prima, quod est essentialiter actus non potest esse essentialiter potentia verum est respectu eiusdem, at respectu diuersorum non repugnat, vnde existētia est actus respectu essentiæ materiæ in ratione existendi trascendentaliter, sed est potentia respectu formæ, quæ dat existētiam specificam. Vnde patet solutio alterius æquiuocationis illorū verborum in (eodem genere,) nam est diuersa ratio existentiæ, quæ est trascendentalis existentia vt dicitur, & est actus essentiæ, & specifica existentiæ, ad quam dicit ordinem potentia materiæ existentis.

Hinc corruunt Corrolaria, quæ deducunt aduersarij .s. omnem existentiam esse actum simplicem, de qua re alibi fusè, nec dari existentias partiales, quæ doctrina, nec probata fuit antiquis Theologis, etiam Thomistis, vt alibi ostendi, nec fundamento solido confirmari, vt ostendi in metaphysica.

Ad 1. confirm. Resp. actum respicere potentiam, vnde vt duplex est potentia .s. obiectiua, & formalis, ita est duplex actus, .s. entitatiuus, qui respondet potentię obiectiuæ, & formalis respondet potentiæ formali; Hinc patet vltimum actum dici dupliciter primo in omni genere, qui actuat omnem rationem potentiæ, quam res habet, & eiusmodi nō est existentia; 2. in determinato genere potentiæ, & huiusmodi est existentia, quæ est vltimus actus respectu potentiæ obiectiuæ, quam habet res; non tamen in omni genere, quia non actuat

actuat omnem potētiam cum non actuet potētiam formalē, vt ſic & hinc materia eſt vltimo actuata per exiſtentiam non reſpectu omnis potentię, quia non tamen reſpectu formalis, ſed obiectiuæ: neque obſtat quod exiſtentia apud aduerſarios dicatur terminus, quia hoc nomine etiam forma ſignificatur, nec poteſt intelligi exiſtentiam creatā terminare connaturaliter naturam ſine aliqua ratione formę ſiuè identificatæ, ſiuè modaliter, vel realiter diſtinctæ: Nam quod afferunt de exiſtentia diuina reſpectu humanitatis Chriſti, & falſum eſſe communis opinio docet, & etiam ſi concederetur non eſſet ad rem, quia diuina haberet rationem termini, ſine informatione, quia datur vnio informās humanitatem, quam terminat diuina exiſtentia, vnio autem eſt intrinſeca humanitati.

Reſp. 2. negando abſolutè exiſtentiam habere rationem vltimi termini, cum in omni eſſentia exigat vlteriorem terminū, nam reſpectu eſſentiæ ſubſtantialis exigit ſubſiſtentiam, & in accidentali exigit inhærentiam, quare falſo ſibi aduerſarij fingunt conditiones rerum, vt falſam opinionem tueātur quod, vt dixit ille, non ſine pertinaciæ vitio fieri poteſt.

Ad 2. confit. in qua dicitur exiſtentiam eſſe perfectiſſimum actum, in genere entis Reſp. abſolutè negatur, nam cum ſit ordinata in bonum eſſentiæ, quod intenditur à natura habet potius rationem bonitatis medij: vt oſtendimus in metaphyſica, & multo minus exiſtentia materiæ poteſt eſſe perfectior forma: verum tamen eſt; eſſentiam exiſtentem eſſe perfectiorē eſſentia non exiſtente, ac hoc non probat exiſtentiam præcisè comparatam cum eſſentia præcisè illam eſſe perfectiorem; neque obſtat quod exiſtentia ſecundum conceptum ſuum contineat exiſtentias perfectiſſimas etiam diuinam, nam eodē modo poſſumus philoſophari de eſſentia, quæ comprehit etiam diuinam, quare nihil inde deduci poteſt ab aduerſarijs, & licet actus ſit perfectior potentia formaliter ſumpta, non tamen materialiter ſumpta .i. pro re in qua eſt potentia quia melius eſt exiſtere, quam non exiſtere, ſed de his in met.

Reſp. 2. ex communi actum exiſtentialem eſſe omnium actuum imperfectiſſimum, nam cum ex vero modo cognoſcēdi perfectio entis ſpectur ex perfectionē operationum, vel perfectiori modo operandi, ea quæ non ſunt principia alicuius operationis proximè vel remote ſunt in infimo gradu perfectionis in genere entis vt patet ex materia prima, quæ ob hanc rationem dicitur imperfecta, & inter operatiua nobiliora dicuntur, quæ nobiliores habent operationes; ita viuentia quælibet dicuntur perfectiora cœlis; quare cum exiſtentia non ſit principium ſiū ſe alicuius operationis, ſed tantum conditio neceſſaria in operante, non poteſt dicere actum perfectiſſimum; vnde maximè accedit ad imperfectionem materiæ, ſed de hoc fusè in metaphyſica, quod longiorem exigit diſputationem ob æquiuocationem terminorum, quibus male vtuntur aduerſarij.

Ad 2. fundamentum, Reſp. materiam non diſtingui à forma ex exigentia exiſtētiæ, quia hæc exigentia eſt communis omni enti, quod eſt in potentia obiectiua: ſed diſtingui ex diuerſis muneribus vtriuſque; nam potentia eſt ordinata ad recipiendos, & ſubſtentādos actus formales; At actus formalis ad informandam, & determinandam potentiam indifferentem materiæ: ſecundo quod materia careat actiuitate, quā habēt forma, tertio quia materia ſecundū ſe non habet eſſentiam pertinentem ad determinatam ſpeciem prædicamentalē, ſed eſt indifferens, & per formam determinatur; Hinc quarto fit vt diſtinguantur etiā quoad exiſtentias proprias, quia exiſtentia materiæ eſt imperfectior proportionaliter ad eſſentiam materiæ, atque adeo in potētia ad formas, Non ſic autem exiſtentia formæ, vt patet; Neque probationes ibi adductæ habent aliquam probabilitatē, nā potentia formalis exigit exiſtentiam ad ſuum munus exequendum, non minus, quam forma; ſed diuerſum, nam exiſtentia materiæ eſt actus determinatus traſcendētaliter, ſed formæ exiſtentia eſt actus determinatus in certa ſpecie prædicamentali.

Ad 3. fundamentum Reſp. indeterminatio materiæ ad diuerſos actus ſpecificos, prædicamentales, vt non auferat à materia, quin habeat propriam determinatā eſſentiā traſcētaliter qua diſtinguitur ab omni alia eſſentia vt ſupra probatū eſt, ita neque aufert ab illa capacitatem propriæ exiſtentiæ ſuæ eſſentiæ proportionatæ eſt .n. ſubſtantia receptiua, & ſubſtētatiua formæ. Hæc autem vt exerceat hos, actus neceſſario exigit exiſtentiam prius

ſaltem

saltem naturâ, quam forma, cum per suam causalitatem realem ad existentiā formæ concurrat, & mirum est aduersarios ita fascinari à potentialitate materiæ, vt non videant, aliud esse aliquid esse in potentia ad existendum, & aliud esse in potentia ad essendum in determinata specie prædicamẽtali, materiæ aũt ꝓprie cõuenit potẽtialitas subiectiua: non autem obiectiua, quæ dicitur ad existendum, quia illi enti, non magis conuenit prima potentialitas; quam omni ente creato; cum nullum ens præter Deum habeat puritatem essendi sine vlla potentialitate, creaturæ autem, non ita cum non habeant existentiam sibi essentialem, sed sunt in potentia vt illam recipiant ex vi suæ causæ.

Nec minus decipiuntur in conceptu essendi, quem dicunt esse proprium formæ, vel compositi, non distinguentes, varios cõceptus essendi, nam à forma est quidem conceptus essendi, in determinata specie prædicamentali; non tamen omnis modus essendi trascendentalis, vt patet, quia hic vagatur per omnia entia siuè sint simplicia siuè cõposita, siuè spirituale, siue corporale siuè creata, siuè increatũ; ex qbus entib⁹ pleraq; sũt, q̃ carẽt forma, actuãte materiã vt Angeli ex his patet ad primã probat.

Ad 2. sumptam ex eo quod existentia sit terminus actionis, Resp. 1. ex hoc principio euidenter probatur materiæ conuenire propriam existentiam distinctam ab existentia formæ, sicut est illi proprium terminare actionem creatiuam, & formis corruptibilibus terminare actionẽ eductiuam, ita materiæ est propria existentia distincta ab existentia formæ, quod illa non sit educibilis, neque ex eo quod in eodem instanti creationis habeat formam, fit vt possit habere existentiam dependentem à materia communicata illi à forma in genere causæ formalis, plura ad hoc ostẽdẽdũ addi possunt, sed non necessaria ingeniosis, & frustra pertinacibus afferruntur.

Resp. 2. dum Arist. docet compositum esse terminum actionis, non loquitur de quacumque actione; sed de generatione, vnde loquens de anima rationali dixit illã deforis aduenire, vt ostendat illam secundum suam existentiam non terminare generationem, sed actionẽ alterius generis; quare ex illo Arist. axiomate nõ bene cõcluditur materiam non habere propriam existentiam, quia materia secundum se est subiectum, non terminus generationis.

Resp. 3. existentiam primo cõuenire nõ primitate intentionis naturæ, at primitate exequutionis, primo conuenire partibus, & hoc intendit Arist. dum ait terminum actionis esse compositum, quia licet prius & immediatè terminetur ad formæ existẽtiã, vel vnionis tamen & actio, & existẽtia partium instituta est à natura ad existentiã totius, quod vt perfectius vltimo intenditur, & hinc distigui solet terminus actionis immediatus, & vt quo, & mediatus vt q. s. suppositum simile dicitur de principio actionis, quod principaliter, & primo dicitur suppositum, & forma, ac natura est principium vt quo, quia est instituta propter perfectionem suppositi etiam si ratio suppositalis nullum habeat influxum.

Ex quibus patet existentiam non prius in exequutione, & ex vi actionis vniri cõposito, & deinde communicari partibus, sed potius cõtraqa vt ex partib⁹, cũ vnione existentibus causatur compositum, ita communicatur illi existentia, & cum dicitur existentia conuenit partibus propter existentiam compositi, ly propter non dicit causalitatem formalem, vt falso opinãtur, sed causalitatem finalem; & cum dicitur prius materiam, & formam vniri ad constitutionem essentię compositi, non debet intelligi de vnione secundum statũ existentiæ, sed possibilitatis, in quo statu intelligitur essentia compositi, non existẽtia, quia existentia immediatius, & primo conuenit indiuiduis, & per indiuidua gradibus superioribus ex intelligibili philosophandi modo, de qua fusius in metaph.

Ex quibus patet ad 1. probationem, nam cum actio ipsa existat prius quam terminus, & terminus (Quo) prius, quã vltimus terminus (Qui) immediate est à causalitate formæ. existentis merito dicunt prius existere efficiens, tum causalitatem, tum formam, tum vnionem, seu informationem, tum intelligitur existere compositum, vt vltimo intentum à natura; Quare non video cur existentia prius exerceat in exequutione suum effectum vt faciat extra causas circa compositum, quã circa partes, cum omnes sint secũdum proprias rationes extra causas.

Ad 3. probat. Resp. inde probatur oppositum, nã ab extremo ad extremum non fit transitus nisi per medium; admitti potest in ijs, quæ sunt media subordinata, ergo non potest deueniri à existentiam perfectam compositi; nisi fiat transitus per

existentias imperfectas partium.

Deinde illud principiũ non est ad rem ens in potẽtia obiectiua, & ens in actu entitatiuo sunt immediatè opposita, ergo nõ potest ens in potentia vt deueniat ad actũ proprium pertrãsiri, media quę nulla sunt; quod si loquantur de ente in potentia ad esse specificũ prædicamentali tunc cõcedo materiam non posse transire ad esse specificum nisi informetur forma, quæ det illi esse specificum.

Resp. 4. totum hoc argumẽtũ nullam vim habere contra existentiam materiæ, quia illa non est terminus actionis naturalis, sed creationis, quare supponitur ad omnem actionẽ materia, vt ex illa adiuuetur tum ad actionem, tum ad componendam essentiam corporis naturalis; & hæc sufficiunt: essẽt aliqua dicenda de materia ex sensu antiquorũ, sed q à recentiores, q. conãtũ antiquatas opiniones suscitare, pcipua argumenta deducunt ex mistis ideo ne confunderentur tractationes diuersarum naturarum placuit illorum rationes examinare in tractatu de mistione, vel peculiarem de ea re quæstionem instruere.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An substantia sit generabilis.

NEgabant aliqui ex antiquis, quia substantia si fieret, deberet gigni ex non substantia, at hoc est impossibile; Nã de illo, quod dicitur non substantia, quæritur quid sit, an .f. sit actu ens, vel in potentia; si actu vel erit aliquod aliorum prædicamentorum, & non; quia sequeretur accidentia esse extra substantiam eum diceatur ibi non esse substantiam, si vero in potentia; & actu neque substantia, neq; aliquod accidens; ergo erit nihil vnde cõtra Axioma antiquorum ex nihilo generari substantiam.

Sed Resp. fieri substantiam ex non substantia actu, sed ex substantia in potentia, & cum quæritur quid sit non substantia, Resp. esse materiam sub priuatione formę substantialis, quare negatur ex eo quod nõ sit actu substantia, nec aliquid aliorum prædicamentorum, esse nihil, quia est materia quæ est ens in potentia ad formam.

Sed acutius instari potest pro antiquis, nam si substantia fit ex materia, quod est ens in potentia, quæritur an illa materia sit sub aliqua forma vel sub nulla, si primũ erit ens actu si secundum repugnat naturæ, & Arist. qui ne materiam omni forma denudari diceret, asseruit corruptionem vnius esse generationem alterius, & contra 1. de Gen. t. 17.

Respond. cum dicitur generationem substantiæ fieri ex non substantia ly substantia non supponit simpliciter, sed personaliter, quia generatio non terminatur ad substantiam in communi, sed in particulari vnde fit substantia in tali indiuiduo v. g. ignis ex non igne .i. ex materia, vt est sub priuatione ignis, per se sed quia materia existens sub tali priuatione necessario est sub alia forma v. g. aeris, vel terræ, ideo materia illa est actu, sed generatio ignis non fit per se, & formaliter vt est actu per talem vel talem formam, sed vt est in potentia ad formam ignis, quam potentiam habet etiam dum est sub forma aeris vel simili.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Quotuplex sit generatio simpliciter vel corruptio.

REsp. ex Arist. 1. de Gen. t. 18. & seq. tripliciter dici, primo substantialiter vt quando gignitur, vel corrumpitur substantia, quia hæc est simpliciter ens, at vero cum producitur accidens, non dicitur generari simpliciter, sed secundum quid quia ens secundum quid, & similiter dicitur de non ente, & ratio, quia dicitur generari substantia secundum albedinem, nigredinem, &c. ex quo intelligitur quam falsa sit Caietani opinio de generabilitate compositi accidentalis, nam generabilitas simpliciter inepte, & inartificialiter illi tribuitur non scientifice, sed debet accidẽti tribui modus demonstrandi ipsius de substantia in qua est, & ex cuius principijs oritur.

2. Modus generationis simpliciter perfectionaliter, quando quæ mutatio quæ est ex substãtia inpfectiore in pfectiorẽ dĩ generatio simpliciter vt eũ ex terra fit aer, contra vero dicitur corruptio simpliciter.

3. Attenditur secundum sensum, nam cum ex elemento minus sensibili producitur alterum magis sensibile vt cum ex aere fit terra dicitur generatio simpliciter contra vero dicitur corruptio simpliciter, & ratio quia fuerunt ex antiquis, qui nullũ esse existimabant nisi quod sensibus appareret,

ret, & id quod magis ſenſibile eſt perfectius ens probant eſſe, quod ſicut animalia ea viuere dicebant, quæ ſentire poſſunt ita illa eſſe entia, quæ ſentiri.

5. Difficultas An corpora humana in dies maiora generentur.

RESp. communiter, quoad ſpeciem minora plerumque generari, nam id experientia conſtat vt teſtantur Conimb. 8. phyſ. c. 2. quæſt. 3. ex homero Glhandos Virg. 1. Georg & 12. eneidos, Iuuen. ſatyr. 15. & ex Patribus Cypr. aduerſus Demetrianum Aug. 15. ciuit. cap. 9 Plin 7. nat. Hiſt. c 16 & confirmatur ex dicto vniuerſali Aug 4. eſdr. c. 5. *Conſidera & tu, quam minori ſtatura eſtis præ ijs, qui ante vos, & qui poſt vos minori quam vos, quaſi iā ſeneſcentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis præterenntes*, & licet ille liber non ſit canonicus non tamen caret omni fide.

Confir. 2. ex Gen. 6. vbi fit mentio Gigantum, quorum noſtra ætas in nulla Regione veſtigium habet, nam licet nomine Gigantum non proceros homines, ſed feroces, & ſuperbos dicunt aliqui ſignificari, vt Philo. lib. de Gigant. D. Cypr. l. 9. aduerſ. Iulian. tamen ex communi ſignificatur ſtaturæ proceritas vt Amb. c. 4. de Arca Noe Aug. l. 99. in Gen. 92. l. 15. de ciu. cap. 23. Thædo q. 48. in Geneſ. Caſſ. Coll. 8. cap. 21. neque vicinus illis temporibus aliqui defuerunt vt Plin. 7. nat, Hiſt. c. 16. de corpore Horeſtis ſeptem cubitorum, & in Creta narratur ex terremotu detectū corpus quadraginta ſex cubitorum, & de Pallantis corpore narrat Abulenſ. in cap. 1. Gen. quæſt. 12. inuento anno 800. ſaluris, quod erectum Barba æquaret mœnia Romanorum.

Confir 3. quia augmentum ſtaturę prouenit ex potentia tum ſeminali, tum nutritiua; ſed hæc ſemper debilitantur, & degenerant in peiorem ſtatum vt cætera humana ergo neque audiendi ſunt Georg. p. & 6. ſuorum Problematum, & alij dicentes gigantes gigni opera dæmonum, at hi nullam habent vim generandi, niſi forte applicat d.o cauſa, de qua re infra.

Confi. 4 ex deprauatione complexionis, vnde vt oritur breuitas vitę vt oſtendit ſordu. 2. Techa. q. 4. & demum primo de anim. c. 33. ita etiam minor ſtatura, nam deficit virtus generatiua, quæ vires accipit a nutritiua.

Reſp. 2. non ſemper ſtatura filiorum eſt minor ſtatura parentum patet ex quotidiana experientia, qua ex parentibus breuis ſtaturæ filios gigni proceros, & contra; quod ſæpe fieri apud ſamoguhios populos qui incolunt inter Praſſiam, & Liuoniā, narrat Scalig. exerc. 263. vbi cum proceri ſint populi maxima ex parte, mira varietate, nunc proceri nunc nani filij naſcūtur quod referri poteſt, vel in abundantia ſæminis, vel inopiam, & qualitates formatrices, vel in matricis amplitudinem, & paruitatē, vel in diuerſos cœlorum influxus, Hinc audiendi non ſunt Poetæ, qui gigantes ex terra natos fabulantur, & multo minus Franciſcus Georgius 1. & 6. tomo problem. vbi negat poſſe gigantes oriri ab hominibus ſolito generandi modo, ſed oriri ex dæmonibus incubis, cum hi nequeant id præſtare niſi applicando actiua paſſiuis.

6. Difficultas Cur frigus appellet t. 18. priuationem caloris.

RESp. id dici quia imperfectior ſpecies habet rationem priuationis, quatenus negat perfectionem maiorem reſpectu perfectioris, & quia ex duabus ſpeciebus, quæ ſunt ſub eodem genere vna eſt perfectior altera 8. met. t. 10. ideo frigus eſt imperfectius calore, cum vtrumque contineatur ſub genere qualitatis.

Sed cur calorem, & frigus vocet differentias ignis, & terræ cum hæc ſint ſub genere ſubſtantiæ, cuius differentiæ non poſſunt eſſe accidentia qualia ſunt frigus, & calor. Reſp. id factum ad explicandas differentias ſubſtantiales, quæ cum ſecūdum ſe ignotæ ſunt eas circumſcribit per proprietates, & accidentia.

7. Difficultas quomodo terminus ad quem corruptionis t. 21. dicitur terminus à quo generationis.

RESp. non intelligi per ſe primo, ſed per ſe ſecundario .ſ. per concomitantiam, nam terminus à quo per ſe primarius generationis eſt negatio formæ ſubſtantialis, quæ acquiritur ſed quia cum illa negatio eſt coniuncta alia forma, quæ corrumpitur alia adueniente, ideo terminus ad quem corruptionis dicitur terminus à quo generationis vere tamen dum ex aere fit ignis terminus à quo eſt aer, cuius forma eſt coniuncta cū negatione ignis, ſed quia

aer corrumpitur dicitur terminus ad quē corruptionis esse terminus à quo generationis, vt verum sit generationem vnius esse corruptionem alterius, & contra.

C A P. IV.

In quo ostenditur quomodo generatio differt ab alteratione.

VBi 1.t.23. supponit subiectum differre à sua passione, & qualitate. 2. eir ca vtrumque fieri mutationem, circa substātiā quidem quando est mutatio substantialis, sed circa qualitatem quando est accidentalis, ex quibus 3. infert quid sit alteratio, & quid generatio, quod in vna maneat idem subiectum, non sic in altera, de qua initia disputabitur.

Hinc soluit aliud dubium an in mutatione substantiali fiat & mutatio secundū qualitates, & Resp. necessario fieri mutationem secundum aliquas qualitates, quæ .s. sunt diuersæ ingenito, & corrupto.

1. Difficultas Cur Arist. vt probet esse idem subiectum alterationis affert exempla sanitatis, & figuræ ad quæ non est alteratio ex 5. phys.

REsp. D. Th. alterationem primo, & per se esse ad qualitates tertiæ speciei, sed secundario ad alias species, nam alterato corpore quoad calorem, & frigus, & cæteras huiusmodi qualitates, vt mollitudo, & durities cōsequenter alteratur quo ad sanitatē, quæ est in prima specie, & figuram, quæ est in 4. specie.

At non placet alijs quod sanitatem, & ægritudinem putent non poni in aliena specie cum non sit nisi agg egatum ex quatuor qualitatibus ab illis indistinctum quare alteratio dum terminatur ad primas qualitates terminatur per se ad sanitatem, & ægritudinem, licet sanitas addat proportionem talium qualitatem, sicut ægritudo improportionem ratione cuius proportionis, & improportionis cum sit sensibilis reuocatur aliquando ab Arist. ad primam speciem.

Sed Responsio D. Th posset habere locum in figura, quæ est qualitas distincta à termino alterationis.

Quare Responderi potest in exemplis non requiri veritatem, sed vtitur exemplis in quibus magis apparet variatio accidentium manente eodem subiecto.

Sed contra quia licet in exemplis expli cantibus non requiratur veritas non tamē in exemplis probantibus, qualia sunt hæc quare non est recedendum a D. Thom responsione.

2. Difficultas An sicut in alteratione mutantur qualitates, & non totum, ita in generatione mutetur totum, & non qualitates.

REsp. mutari in generatione eas qualitates, quæ sunt dissimiles in genito & corrupto, non tamen quæ sunt similes ita t.23. ex quo aliqui inferunt, & mentō manere in genito, & corrupto eandem numero qualitatem.

3. Difficultas Cur Arist. t. 24. dicat clarius apparere generationem, & corruptionem cum ex insensibili fit sensibile, vel ex sensibili insensibile.

REsp. quod licet in alteratione magis appareat quando ex positiuo fit positiuum vt ex frigido calidum vel contra, quam quando fit inter priuatiuum, & positiuum, quia illi termini sunt magis sensibiles, & non quia magis distant cū oppositio contradictoria sit omnium maxima; licet igitur hoc fit in alteratione, non tamē in generatione sine quia sæpe accidit in generatione, & corruptione remanere eadem similia accidentia ob qua errari potest vt patet ex homine mortuo, qui non videtur differre à dormiente, at quando mutatur sensibile in insensibile, & contra tunc clarius apparet mutatio formæ substantialis, & ideo dicit non manere in generatione subiectum vt sensibile idem; sine, quia es vulgi opinione dum ex aere fit aqua clarius apparet aerem, quem non videot deperdi contra vero dum ex aqua fit aer videtur esse corruptio aquæ cum non appareat generatio aeris.

Summa 2. de Augmentatione.

C A P. I.

De differentiis augmentationis ab aliis motibus.

PRimo ostendit augmentationem distingui à generatione, & alteratione, primo

primo ex parte terminorum ad quos, à quibus motus habent vnitatem, & distinctionem 2. quia id quod generatur, & alteratur non necessario habet coniunctam mutationem localem, sicut id quod augetur; quia cum fiat maius necessario occupare debet maiorem locum, non deserto priori loco; contra vero quod diminuitur, quia .s. occupat pauciores partes eiusdem loci; quare non mouetur existens in eodē loco vt sphæra, quæ dum mouetur mutat secundum omnes eius partes spatium, sed semper intra idem totale spatium.

T.26. 2. Quomodo fiat augmentio, & diminutio rerum naturalium, & pro huius explicatione probat alimentum, per cuius additionē fit augmentio debere esse quantum, quia illa materia non posset esse separata ab omni corpore; quia nec esset in loco, nec esset sensibile, quia vtrumque conuenit rebus per quantitatem, ac illud non potest esse extra locum, & insensibile, cum id, quod per illud augetur fit in loco, & sensibile: Neque illa materia carens magnitudine potest esse in corpore, nam vel esset sic in corpore vt esset eis pars, vel accidēs; & non, quia partes, & accidentia corporis extenduntur quantitati eius; ergo recipie esse in corpore; & carere magnitudine, vel esset in corpore vt non esset nec pars, nec accidens, & hinc sequuntur tria absurda: primum quod generatio vnius non necessario esset corruptio alterius; nam posset generari aliquid altero non corrupto vt ex materia alimēti existēte in aliquo corpore generari aer, & nulla parte alimēti corrupta.

2. Sequeretur in eodem composito posse esse infinitas materias alimētorum, quia cum non sint partes nec accidentia corporis non se impedirent, nec aliam excluderent.

3. In generatione v.g. aeris ex aqua exiret aer ex ea tanquam ex vase vlla mutatione aquæ: & ex iisdem argumentis probat augmentum non fieri ex pūctis, vel lineis indiuisibilibus; vnde infert fieri alimēto habēte magnitudinē, nā materia nō pōt esse sine aliqua forma substantiali, & qualitatibus dispositiuis, et hæc nō possunt materiæ vniri sine quantitate necessaria ad diuersas formas substantiales recipiendas vnde infert t.29. esse materiam vnam numero sub diuersis formis, ratione autem non vnam.

Deinde proponit in augmentatione tres conditiones esse necessarias; prima vt fiat secundum omnes partes, 2. vt singulis & omnibus aliquid addatur, quia non potest intelligi augeri aliquid sine aliqua additione; & diminui sine aliqua detractione.

3. Vt quod augetur non fiat de nouo p augmentum, nec corrumpatur per diminutionē, sed idem permaneat sub vtroque termino, in quo augmentatio conuenit cum alteratione, & differt à generatione: sicut etiam conueniunt in alio; quod sicut virtus augmentatione est in eo, quod augetur, sic alteratiua sæpe in eo, quod alteratur, hæc vt ad textum 32.

Tum t. 32. ostendit non fieri augmentum ex alimento in corporeo quia impossibile à magnitudine materiam esse separabilem, nec dari vacuum separatum. Neque fieri ex corporeo ob impossibilem penetrationem alimenti corporei cū corpore quod augetur. Neque fieri eo modo quo ex aqua aer, qui est maioris molis generatur, quia illa mutatio est generatio, & corruptio; neutrius autem auctio; aut nullius vt dicitur t.33. nam quod augetur manet idem sub vtroque extremo, vt in illa mutatione, nam aqua cum in aerem mutatur interit; sed neque aer prius erat sub mutatione, sed in eius termino, neq; dicas manere corpus aliquod sub vtroque extremo, quod augetur quia etiam si tale corpus existeret non diceretur augeri, vel minui, quia non apparet quomodo ei accedit aliqua pars materię quantæ, vel recedat Ex quibus patet tres cōditionis prędictas requiri ad augmentum & per illas differre ab alijs mutationibus nam in generatione, & corruptione non permanet idem, in alteratione manet quidem, sed mutatur qualitas, at in auctione quantitas. T.32. T.33. *Ex hoc loco colligūt aliqui corrumpi quātitatem, vt corrūpitur qualitas in alteratione*

C A P. III.

Explicat quid sit, id quod augetur.

PRimo in text. 34. dubitationem proponit, an id quod augetur sit id, cui aliquod additur, vt v.g. crus, cui aliquid additur, num fit maius, an id quod additur vt v.g. alimentum, nam cum ex vtroque constans fiat maius illud videtur augeri vt cum aqua vino admiscetur, vtrūque videtur augeri. T.34.

2. Resp. dub. dicens augeri viuens, non alimentum, quia illud manet hoc corrumpitur, dum in substantiam viuentis con-

uertitur; ficut in permixtione aquę cum vino, si vinum prævalet conuertendo aquā in ipsum, tunc vinum augetur quia illud permanet, vt ex eius operationibus colligitur .s. calefactione corroboratione, & similibus.

5. Affert duas similitudines inter auctionem, & alterationem, prima quia vtrobiq; idem manet facta solum mutatione penes qualitatem, siue alteratio fiat cum repassione vt est inter hæc inferiora, siue fine vt cū sol agit in inferiora. 2. est quod vt virtus au ctrix est in eo, quod augetur, ita in alteratione virtus alterans est in eo quod alteratur, vt dum aqua ab aere calefit, alterat aerem per suam frigiditatem.

4. Explicat quomodo alimentum etiā si fiat maius dum conuertitur in sanguinē, & spiritus amplioris quantitatis, non tamē dicetur augeri; quia non manet sed viuens, in quod conuertitur alimentum, nec in alimento est virtus motiua.

T.35. 5. Hinc t. 35. soluit principalem quæstionem de modo quo fit auctio repetēs quæ superius dixit de conditionibus rei, quæ augetur, vt.s. id quod augetur maneat, & aucto fiat aliquo extrinsecus.s. alimento conueniente, vt decremētū aliquo intrinseco absente, vt quælibet pars sensibilis crescat, vel minuatur.

6. Docet tria vitanda in auctione, primo ne ponatur vacuum, 2. non fieri incorporeo cum non possit effici maius fine quantitate 3. non dari penetrationē corporum .s. alimenti, & viuentis.

7. Prius augeri partes similarēs, quām dissimilares, nam hæ ex auctione illarum augentur, cum ex illis componantur.

8. Partes viuentium ficut, & aliorum, quæ ex materia, & forma constant possē spectari, vel secundum materiam, vel formam

9. Ex his docet id, quod augetur, augeri secundum formam, seu partes formales, nō autem secundum materiam, seu partes materiales, quia quod augetur non manet idē secundum materiam, manet tamen idem secundum formam.

T.36. 10. Hoc t. 36. probat exemplo mensuræ, nam vt hæc eadem est respectu aquæ mensuratæ, quā alia, & alia generatur, sic augetur caro, non secundum quamcūq; partem .i. materiæ, nam alia pars materiæ defluit, alia vero aduenit, sed secundum figuram, & formam secundum quamlibet partem, quæ .s. semper manet.

11. Idem ostendit t. 37. ex auctione dissimilium partium in quibus magis apparet hæc identitas rei, quæ augetur esse secū dum formam, nam licet auctio semper fiat ex accessu materiæ, tamen identitas secundum formam magis apparet in partibus dissimilaribus, idest manu capite, &c. quā in carne similari. Hinc concludit quamcumque partem augeri, & non augeri, secundum diuersas sui partes .s. formam, & materiam. T.38.

Denique t. 38. docet auctionem fieri per alimentum conuersum in naturam viuentis, & totum augeri auctis partibus, q idem manet, solum cibo mutato, qui initio quidem erat contrarius, & dissimilis, deinde vero alteratus fit viuenti similis, & cognatus; ex quo patet quomodo auctio fiat simili, & dissimili. T.38.

C A P. IV.

De auctione multa disputat, & quomodo à nutritione distinguitur.

Hic primo t. 39. inquirit quale debeat esse alimentum .s. tale vt sit non actu, sed potentia tale, quale est q augetur vt si augetur caro dēt esse potentia caro &c. initio, sed ā actu est quid diuersū, q corrumpi necesse est dum fit actu caro, quæ productio differt à generatione, quia per hanc res producitur secundum se, seorsum, & in se consistens, at per auctionem producitur substantia vt pars agglutinata alteri, & ideo dicitur aggeneratio. T.39.

2. Idem probat dicens debere id quod auget pati à virtute existente in illo, quod augetur, nam hoc debet alimentum commutare, & sibi vnire tum exemplo vini quod conuertit in seipsum aquam illi admistam, & sibi copulat, tum exēplo ignis, qui ligna sibi apposita consumit, & sibi vnit, ita existente carne in eo quod augetur per vim augmentatiuam id, quod est poteotia caro fit actu caro sibi vnita, quod ligna accensa non fuerint vnita igni tunc est augmentatio ignis, sed generatio.

3. t. 40. probat non effici per accretionem quantum in commuoi vt ficut per generationem non fit animal in communi, sed hoc animal determinatum, ita per accretionem hoc quantum. T.40.

4. Ex his concludit carnem, & similia augeri adueniente quidem aliquo quāto .s. cibo, sed carne, quanta vel osse.

5. tex.

T.40. 5. text. 40. Explicat differentiam inter nutritionem, & actionem; nam in hac conuerſione cibi interuenit duplex mutatio: vna qua materia cibi recipit formam rei auctæ, & hæc eſt ſubſtantialis mutatio, & dicitur nutritio. Altera qua viuens maio- T.41. rem ſibi acquirit quantitatem, & dicitur auctio: vnde t. 41. docet quod inter ſe conueniunt, quia vtraque mutatio fit acceſſu rei quantæ.

Sed differũt primo q auctio fiat alimẽto quanto vt quanto, afferendo nouam quãtitatem, nutritio vero fiat eodem vt eſt potentia caro ſeu quatenus conuerti poteſt in ſubſtantiam viuentis eique vniri.

2. Differunt quia nutritio durat dum viuens durat, etiam ſi diminuatur, ſed auctio non durat niſi determinato quodam tempore.

Tum in hoc eodem textu habet hæc verba, *Hæc autem forma ſine materia, vt immaterialis potentia quædam in materia eſt; si autem aliqua adueniente materia, exiſtens potentia immaterialis habens, & quantum potentia; Hæ erunt maiores immateriales*, At apud Argytopolum, ita habet; *Hæc autem forma sine materia eſt; vt tibia, potentia quædam in materia eſt: ſimiliter quoduis aliud inſtrumentum: quod si materies aliqua accedat, quæ potentia ſit tibia, & potentia quantitatem habet, Hæ tibiæ maioris euadens.*

Quæ verba cũ obſcura ſint explicanda ſunt in difficultatibus textualibus.

Denique t. 42. explicat modum, quo fiat accretio, nam vt ſi quis in vini amphoram paulatim aquam infundit primo quidem vinum auget. icit, quia eius virtus aquã ſuperat, ſed ſi deinde plus aquæ infunderis vini poteſtas minuitur, & tandem in aquã degenerat ita donec vrget virtus nutritiua plus alimenti conuertit, quam fit deperditum, ſed deinde cum fuerit diminuta plus materiæ deperdi ſinit, quam reficiat. Hæc de auctione.

DIFFICVLTATES TEXTVALES.

In ſummam ſecundam in qua agitur per 4 capita de augmentatione.

1. Difficultas cur Ariſt. t. 25. dicat, id quod generatur non mutare locum ſicut quod augetur, & minuitur.

Reſpondeo primo genitum non mutare locum paſſiue, quia hæc mutatio ſuppo nit ſubiectum præexiſtens in vno loco, at quod generatur antequam generetur non erat in loco cum ſit non ens, at quod augetur. & minuitur mutat locum quia præexiſtebat in loco occupando maiorem, vel minorem ex vi diminutionis, quod ſi fingatur auctionem eſſe coniuctam cum cõdenſatione, & diminutionẽ cum rarefactione, tunc non eſſet neceſſariũ mutare locum, ſed id eſt per accidens, & præter conſuetum modum talium motuum.

Reſp. 2. dicitur mutare locum negatiue, quia cum generatur acquirit locum, quem prius non habebat, cum nullibi prius eſſet.

Dices prius, & ſi non eſſet in loco ratione ſuæ exiſtentiæ tamen erat in loco ratione materiæ in qua continebatur in potentia, ſicut etiam continebatur in potentia agentis ſicut accidens dicitur eſſe in loco ratione ſubiecti, in quo exiſtit.

Reſp. aliqui neque illa ratione mutare locum cum neque ipſa materia maneat in eodem loco.

Sed non placet, quia eſſe in loco ſupponit exiſtentiam actualem rei locatæ at contineri in potentia, non ponit exiſtentiam actualem in re contenta, ſed in continente; alioqui omnia poſſibilia quæ cõtinentur in virtute eſſent in loco, neque obſtat quod dicitur de accidentibus, quia illa actu exiſtunt in ſubiecto.

2. Difficultas qua ratione t. 21. dicitur, quod augetur alio modo mutat locum ac quod fertur ſeu mouetur localiter.

Reſp. Ariſt. quia quod fertur totum mutat locum. i. nulla illius pars manet in eodem ſpatio in quo erat, at quod augetur mutat ſecundum partem. i. illam quæ additur, & ſecundum quam augetur; quod ſi fingatur, hominem mouere ſolum Bracchium, tunc mutat locum ſecundum partem ſed non dicitur totum mutare locum; at quod augetur totum ſecundum ſe dicitur augeri, non tamen mutare locum.

Dices, quælibet pars augetur ergo quælibet pars mutat locum, atque adeo totum mutat locum. Reſp quamlibet partem augeri ratione partis additæ, & illa ratione illius acquirit locum, non tamen mutat locum ratione ſui ſcilicet relinquendo priorem.

Dices 4. etiam quod fertur poteſt mu-

tare locum ſecundum partem, nam ſi occupatur palmus loci poteſt reliqui digitus ex vna parte, & acquiri alius digitus ex alia parte quare ſemper eſt in vno palmo.

Reſp. eſſe diuerſā rationē, quia licet nō mutetur palmus ex illo motu; tamen omnes partes mobilis mutant ſpatium, quod prius occupabant, ita vt nulla eius pars ſit in eodē ſpatio; non ſic in eo quod augetur vt dictum eſt.

3. Difficultas, qua ratione t. 29. dicitur materiam eſſe vnam numero, & eſſe in diuerſis compoſitis.

Reſpondent aliqui dici vnam numero in compoſito corrupto, & genito, quia eadem numero manet ſub vtraque forma.

2. Alij vnam numero in vno compoſito ex Tal. vel 3. dicitur vna numero ſecundum ſe, nam ſit tota eiſdem rationis, non haber ſecundum ſe diuiſionem partium, ſed tota diuiſio oritur ex parte formarum, quibus informatur, & hinc dicitur diuerſa ratione .ſ. vt informatur diuerſis formis.

4. Difficultas cur t. 29. materia fui ſubiectum augmentis dicitur materia affecta qualitate; nam cum additio fiat ratione quantitatis ad quam terminatur auctio, non potius quantitas eſſe materia auctionis.

Reſp. optima ratione id dici, tum quia ſicut additum non eſt quantitas præciſe, ſed materia al menti affecta quantitate, ita materia, quæ augetur eſt materia præcedens affecta quantitate, tum quia cum auctio ſit accidens quoddam, eius eſt eſſe in ſubſtantia, vt in materia & ſubiecto, merito materia, dicitur ſubiectum auctionis.

5. Difficultas cur t. 28: generans dicatur eiuſdem ſpeciei cum genito, aut virtute ipſum continens, cum omne agens virtute contineat effectum.

Reſp. id dici propterea quod eſt duplex agens; vniuocum, & hoc eſt eiuſdem ſpeciei, vel æquiuocatum, & hoc vocat continens effectū virtute, quia non continet perfectionem effectus ſecundum rationem formalem, ſed ſecundum rationē perfectiorem, & hinc dicitur eiuſdem generis proportionalis quod dr propter perfectionē diuinam quæ non eſt eiuſdem generis cum perfectione effectus.

6. Difficultas cur t. 31. dicitur materiam eſſe inſeparabilem à quantitate cum quantitas ſit in compoſito quo corrupto ſeparatur quantitas.

Reſp. ex hoc tex. apparet illam ſententiam eſſe falſam, vnde vlterius colligitur non dari reſolutionem vſque ad materiam primam. Ratio autem quia quantitas eſt paſſio materiæ, nec habet contrarium, à quo corrumpatur, & licet condenſetur, non tamen inde corrumpitur quantitas, ſed variat modum eſſendi; ſed de hac re ſuo loco.

7. Difficultas cur t. 31. accretio dicitur ex magnitudine in actu, non in potentia, cum de ratione motus ſit actus entis in potentia vt eſt in potentia.

Reſpondent aliqui id dici vt diſtinguat auctionem à generatione, nam in generatione id, quod generatur eſt omnino in potentia, at id quod augetur licet ſit in potentia ad maiorē quātitatē, & extenſionem, tamen eſt ſecundum ſe in actu cum ſit actu quantum, & eſt conformis ſextui.

Reſpondent id dici ratione termini, nā quantitas, quæ acquiritur per auctionem ſecundū ſe exiſtit actu, licet vt vniatur illi quod augetur non ſit actu, ſed ſit actu per motum; at terminis generationis, non ſupponitur actu ſecundum ſe.

Sed his obijcitur generatio hominis cuius terminus ſupponitur exiſtere, & per generationē vnitur materiæ, quæ vnio eſt terminus generationis.

Reſpondent in auctione omni exiſtētia quantitas ſupponitur, at non in generatione quare præſuppoſitio formæ non eſt de materia generationis, ſicut eſt præſuppoſitio quantitatis de ratione auctionis.

8. Difficultas cur t. 31. per generationem dicatur acquiri tota quantitas, non autem per accretionem, cum terminus generationis ſit ſubſtantia, non quantitas.

Reſp. 1. per accretionem non acquiritur tota, quia quod augetur ſupponitur quantum; vnde t. 15. per alimentū non fieri maius id, quod additur, ſed id cui

addi-

additur, quia id, quod additur accrescit id, cui additur, cum finis illius additionis sit vt præcedens augeatur.

Resp. 2 dicitur acquiri tota per generationem siue quia dum generatur composi tum secundario ponitur tota quantitas illius

Ego Respondeo ibi ab Arist. explicari illud, quod dixerat de subiecto accretionis quod. s. necessario est quantũ, & nõ expers quantitatis; & ideo tota quantitas ab illo non habetur per accretionẽ; nã hoc potius generationi cõuenit vt genitum totã illã habeat ex vi generationis. si non primario, sed secundario, quatenus quantitas supponit esse, quod habetur per generationẽ, ad quod esse consequitur quantitas; vnde quantitas non est terminus immediatus generationis, nec primarius, sed consequutiuus, & secundarius.

10. *Difficultas qua ratione t. 32. dicatur qualibet pars augeri, cum partes sint diuisibiles in infinitum, atque adeo vel tota quantitas erit diuisa in omnem sui partem, vel saltem augumentum esset infinitum.*

RESP. aliqui non intelligi de qualibet parte quantitatis matematicè sumptæ, sed quantitatis naturalis, in quo dentur minimæ partes, & secundum has augeri viuens: ita Auer. sed quia non conceditur ab omnibus minima naturalia in naturalibus homogeneis, ideo &c.

2. Resp. alij Resp. intelligi de omnib' partibus poros habentibus, nam cum natura instituerit viuens, vt ex vi caloris habeat poros diffusos per totum corpus; vt in illis recipiatur alimentum necessarium ad eius nutritionem; hinc fit vt in iisdẽ recipiatur alimentum maius, quam sit pars deperdita, vt ratione illius augeatur: quod quomodo fiat infra dicetur, & fusius in libris de anima; nam cum maneat præcedens quantitas, & alia addatur necessario corpus augetur, & hinc t. 32. negat permanere eandem quantitatem, non quidem quoad entitatem, sed quoad terminos cum sit facta maior.

11. *Difficultas in t. 34. per alterationem non alteratur qualitas, sed subiectum.*

RESPON. quia hi motus denominant subiectum, in quo sunt; vnde cum motus non subiectetur in qualitate, sed in subiecto substantiali; ideo hoc dicitur alterari; & licet qualitas dicatur intendi, & remitti, tamen non denominat illam vt subiectum, cum gradus intentionis recipiatur in substantia, licet vniatur præcedenti gradui, vt quãtitas per cõtinuationẽ vnitur quantitati; non tamen subiectatur in quantitate: & licet vtraque quantitas augeatur, non ideo qualitas dicitur alterari, nam in nominum vsu debet attendi modus communis loquendi; nã dicitur qualitas intendi, & quãtitas augeri; non tamen qualitas alterari, & ratio huius vsus esse potuerit, quod alteratio nõ fit per entitatem eiusdẽ rõnis cũ subiecto quomodo fit auctio quantitatis & intentio qualitatis: neq; obstat quod in mistione vini, & aquæ, tam aquæ, quam vini quantitas dicatur augeri, quia in ea mistione vtriusque quantitas præexistebat; & vniuntur, non vt fiat aqua, vel vinum maius, sed vt totum fit maius: vnde quando intentio addentis aquam est vt augeat vinum, tunc vinum dicitur augeri, non aqua, denique Arist. illud augeri, quod remanet, cuiusmodi nõ est alimẽtum, quod conuertitur in substantiam viuentis, sicut dicitur vinum augeri quando eius denominatio præualet, & aqua perit.

12. *Difficultas cur tex. 33. neget dum ex aqua fit aer, esse accretionem, cum in aere quantitas occupat maiorem locum.*

RESP. rationem esse, quia ibi neque aqua potest denominari aucta, cum corrumpatur; neque aer, cum non præextiterit; sed dicitur generatio aeris, quæ exigit quantitatem rariorem.

Deinde auctio fit per additionem partis ad viuens; at ibi nulla fit additio, sed solum eadem quantitas habet modum essendi diuersum ab eo, quem habet quãdo est densa.

Dices posset augeri corpus manens sub vtroque termino.

Resp. Aristotel. tale corpus non dari præter materiam, quæ mutata est ex forma aquæ in formam aeris, sed illa non est aliquod corpus, sed pars corporis.

Resp. 2. etiam si tale corpus daretur nõ diceretur augeri, quia nulla pars materiæ quantæ illi accessit, quod est de ratione auctionis. Ex quibus ad augmentationem 3. conditiones requiri; primo vt res quæ augetur persistat. 2. vt maneat post auctionem, 3. vt fiat per additionem materiæ quantæ.

3. Dif.

13. *Difficultas qua ratione t. 34. principium alterationis debeat esse in re alterata vt principium actionis in viuente aucto.*

Respondeo primo in viuente esse principium augmẽti patet, quia eius principiũ est anima per potentiam vegetatiuam; neque obstat quod dẽt alimentum conuerti etiam à tempore, & vino quia calor virtutis nutritiuæ augetur ac calore illorum; nam hinc potius habetur oppositum, quod calor virtutis nutritiuæ ab extrinseco ab illis augetur, & calor naturalis intensior alterat cibos, & conuertit in viuentis naturam.

Sed difficultas est de principio alterationis quomodo sit intrinsecum.

Respond. 2. in hac re multæ sunt opiniones apud Conimb. Nã aliqui Arist. loquutum de alteratione, quæ præcedit nutritionem, quia illa est ab eadem virtute, à qua est nutritio, & auctio.

Alij virtutẽ alteratricem formalem esse extrinsecam, vt calor respectu manus, at virtualem esse intrinsecam, qualiter habet piper, nam vt hoc possit alterare exigit vt à calore naturali excitetur ad alterandum ipsum viuens, vnde illa alteratio viuentis prima non est à virtute alterante piper.

Alij loqui de principio formali, per quod formaliter sub eo tum alteratur; sed non placet, quia in omni motu principium esset intrinsecum.

Denique Conimb. Arist. loqui indefinite, quod aliqua sit ab intrinseco principio effectiue; de qua re alibi.

14. *Difficultas cur t. 36. dicitur auctio fieri secundum partes formales non secundum materiales.*

Resp. de hac in quæstionibus, vbi explicabitur quid sit pars formalis, quid materialis.

15. *Difficultas cur t. 37 magis cognoscatur mutatio viuentis in cadauer ex partibus dissimilaribus, quam similaribus.*

Resp. quia partes similares non sunt ordinatæ ad operationes sicut dissimilares, & ideo post mortem cum retineant eadẽ accidentia non ostendunt corpus mortuũ, at cum dissimilares nequeant operari ostẽdunt hominem mortuum, hinc Arist. probat augmentũ magis apparere ex partibus dissimilaribus, quam similaribus.

16. *Difficultas cur t. 38. nutrimentum partim debeat esse dissimile cum similibus fiat nutritio.*

Resp. debere initio esse dissimile, quia cum debeat alterari, & recipere actionẽ à viuente, necessario exigit dissimilitudinẽ, quia simile nõ agit in simile; At in fine dẽre esse simile, quia debet esse dispositum vt conuertatur in substantiam viuentis recipiendo formam viuentis.

Dices qualitatis debeat esse dissimilitudo. Resp. debere esse talem vt sit in potentia ad viuẽs quod debet augere; hoc autem est quod superari possit à calore naturali, & hinc venenũ differt ab alimento, quia venenum etiam in parua quantitate non potest superari à calore naturali.

Dices potest caro hominis nutriri carne, etiam propria, quæ est similis; Resp. digestam in sthomaco fit prius dissimilis donec per varias concoctiones fiat similis; At alij negant; quia separata à viuente recipit aliam formam, & alias qualitates.

Dices si ignis igni addatur fit maior ignis, ergo si caro carni addatur augetur viuens.

Resp. naturaliter id euenire non potest, quia caro viuentis extra totum conseruari non potest sed necessario corrumpitur, & non potest vt viua addi viuenti; sed mutationes multas recipere debet vt augeat viuens: quid autem dicendum sit si Deus carnem habentem eandem animam vniret carni viuentis, dicimus non fore augmẽtũ vitale, sed quale contingit in inanimatis, hic dr̃ nutrimẽtũ nutrire vt caro est, sed augere vt quantum est; quod si addaretur sola quantitas esset augmentum matematicè non tamen physicè. Hinc patet cur dicatur forma sine materia nutrire, quia si nutritio fit à carne vt caro .i. quatenus præscindit à quantitate, quã vocat materiã ex Alex. & philop.

17. *Difficultas t. 42. qua ratione ex defectu virtutis nutritiuæ fit decretio secundum quantitatem non secundum forma.*

Resp. quia in diminutione animal deficit augere secundum quantitatem, at non deficit nutrire secundum entitatem, quam vocat formam, & modum huius diminutionis; explicat exẽplũ vini, cui parũ aquæ infunditur, nam initio augetur vinum conuertendo aquam in vinum; deinde paulatĩ debilitatur virtus; vnde tandem totum fit aqua. ita virtus initio alimentum conuertit in sui substantiam magis quam fuerat deperdita tũc fit augmẽtum; tãdem paulatĩ debilitatur ex reactione alimentorum ita vt nequeat adæquare per suam actionem partem deperditam, sed semper minus, & minus vsque ad mortem.

TRA-

TRACTATIO II.

DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE.

Summa Textus.

HIc Liber diuiditur in tres summas; in prima agitur de Generatione, & Alteratione; in 2. de augmentatione in 3. de passione, & mixtione.

De Generatione agitur quatuor primis capitibus; & in duobus primis refert, & confutat antiquos; in reliquis suam sententiam explicat his propositionibus.

Prima Generatio substantialis est possibilis, fit enim ex ente in poteutia (1. m. p.) & non ex ente in actu.

2. Generatio vnius est corruptio alterius, & ideò semper durat.

3. Generatio alia simpliciter, idest substantialis (substantia enim est ens simpliciter) alia secundum quid, idest secundũ accedens, quod est ens secundum quid.

Diuisio species rum generationis. 4. Inter generationes substantiales, alia itẽ est simpliciter, alia secũdum quid; cum enim ex imperfectiore specie fit perfectior, dicitur generatio simpliciter; cum verò contra est; dicitur corruptio simpliciter, & generatio secundum quid; idque ex modo loquendi, nam cum ex semine v. g. fit planta, vel animal, dicimus illud natum; contra verò corruptum, cum fiunt vermes.

5. Generationem præcedit corruptio; & ad corruptionem sequitur generatio.

6. Materia, quæ generationi subijcitur si cum termino comparetur est non ens.

7. Eadem simpliciter est materia generati, & corrupti; diuersa tamen secundum quid; quia à diuersis formis habet diuersum esse.

8. (in c. 4.) Generatio differt ab alteratione, nam generatio est quando totum mutatur in totum, nullo sensibili remanẽte, vt subiecto eodem. Alteratio verò quãdo manet subiectum mutatis affectibus. Hæc Arist.

QVÆSTIO I.

An generatio substantiæ reperiatur in vniuerso.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimo Not. generationem sumi quatuor modis: 1. latissimè pro quacũq; productione, quomodo comprehendit generationem æternam, & creationem. Secũdo strictissimè pro productione viuentiũ; de qua in lib. de anima. 3. latè vt comprehendit omnem productionem ex subiecto, & comprehendit sub se alterationem. 4. strictè, & sumitur pro productione substantiæ, & ita sumitur hic: ex quibus patet generationem varie diuidi; nã alia dicitur æterna, (quæ dicitur sine nouitate essendi) alia noua seu tẽporalis. Atq; æternã Theologi aliam dicunt esse sine dependentia, vt productio filij indiuinis; aliã cum dependentia, quam Peripatetici emanationem, seu creationem sine nouitate essendi appellant; quomodo omnia putant à Deo fluxisse secundum Aristotelem, & secundũ Platonem, & refert Simpl. 1. cœl. com. suo 21. de qua Zim. Theor. 114. *Generatio æterna, & temporalis cum dependentia, & sine.*

2. Not. noua vero generatio in naturalem, & artificialem diuiditur 1. m. 22. & 29. 12. met. 13. quod sumitur à distinctis principijs effectiuis, quæ aliquando coincidunt in vnum effectum, sicut quæ pro ducuntur à natura libera; nam opus illius, vt est à natura secundum ordinem causarũ naturalium dicitur naturalis; sed vt est ab eadem causa operante per ideas, dicitur artificiales; qualia sunt opera, quæ sunt à Deo. *Generatio naturalis, & artificialis.*

3. Not. naturalis in secundum quid, & simpliciter diuiditur 1. de Generat. 6. 13. 1. phys. 61. l. 5. phys. 7. & sumitur hæc diuisio ex terminis, & quidem generatio substantiæ 5. phys. 57. diuiditur in naturalem, & violentam. Naturalis dicitur quæ fit à determinatis causis naturalibus, sed determinato suo tempore, & alijs debitis circumstantijs secundum cursum ordinatium naturæ: violenta verò, quæ præter naturæ ordinem est (vt rosa in hyeme adhibitis corporibus calefacientibus, vt stercus columbarum. *Naturalis in simpliciter, & secũdum quid.* *Naturalis, & violẽta.*

4. Not. naturalis diuiditur in simplicẽ, 2

Naturalis in simplicē, & mixtam

& mixtam; atque mixta in rerum animatarum, & inanimatarum: ex Auer. 1. cœl. 20. de Gener. generatio mixti animati 4. meteor. c. 2. De viuentis verò generatione agitur lib. de anim. t. 24. & lib. de morte & vita; iuuentu. & senect. 1. & 2. de Gener. animal. c. 1. Atque Theologi generationem viuentis definiunt esse processionem viuentis à viuente coniuncto in similitudinem naturæ, & vitalis processionis. Qua ratione Spiritus Sanctus non dicitur filius in Diuinis, quia non habet similitudinem in natura ex vi processionis; nam licet verè sit similis Patri, sicut est Verbum; quia tamen procedit per amorem, qui ex natura sua non quærit similitudinem, quam postulat intellectio in essentia, seu natura; nō dicitur filius. De qua re D. Thom. p. p. q. 27. art. 2. & 4. Hic tamen nos generationem accipimus, vt significat productionē cuiuslibet substantiæ, quæ definitur 1. de Gener. 23. esse mutatio totius in totum, &c. Cuius principia Arist. 1. phys. & t. 2. m. explicauit, de qua vt est species distincta à motu egit 5. phys. hic autem de ea agit secundum proprias causas, & vt fiat.

Quid sit generatio apud Theologos.

3 *Cur dicitur generatio esse à viuente coniuncto.*

5. Not. cum de generatione viuentium sit à nobis alibi fusè tractandum; hic non explicamus particulas definitionis, solum illius particulæ: quæ additur *à viuente coniuncto*; illius causa explicatur; nam cum pateat multa viuentia generari ex putri; & multa etiam ab intelligentia mouēre; his generationibus obstare videtur prædicta particula, sed non est cur de ea dubitetur; cum ex Arist. 5. met. t. 5. secundum aliquos affirmetur inanimata generari principio non coniuncto; animata vero à principio inexistente, seu coniuncto: quæ coniunctio est maior, & minor secundum perfectionem maiorem, & minorem viuentium; nam in plantis emanatio est ab intrinsceo; quatenus vertitur in semen, quod decisum generat plantam; at in animalibus est perfectior coniunctio, non solum, quia embrio est coniunctus matri vsque ad ortum; sed etiam quia est coniunctio cum principio actiuo, quod est semen receptū in matrice; vnde ex femina, & mare integratur vnum principium 1. de gen. anim. c. vlt. & licèt vir à quo est decitum semen non sit coniunctum secundum se, tamen est coniunctum per aliquid sui .s. per semen in matrice receptum: ex quibus patet ad opposita, nam vt notat D. Th. 4. d. 8. q. 1. art. 1. ad 7. in genitis ex putri virtus cœlestis supplet vicem virtutis seminalis formatricis: quæ iuxta principia à nobis posita est virtus Dei vt est auctor naturæ; & quia Deus propter suam immensitatem est in omnibus, ideo principium est coniunctum, & hinc forte Arist. 4. de Gener. anim. c. t. 1. *calor animalis* dixit, *in vniuerso inest, ita vt quomodo animæ sint omnia plena* & licet ipse videatur loqui de virtute, quæ est ab orbibus cœlestibus, tamen quia auctor naturæ vtitur illis, vt instrumentis disponentibus ad animam, ideo generatio debet tribui Deo vt auctore naturæ; qui in hac generatione non solum se habet vt causa vniuersalis, sicut se habet in omnibus productionibus, quia hæc coniunctio non sufficeret, sed se habet vt causa particularis, cuius vicem supplet.

4 *Explicatur Arist.*

Verum de hac definitione alibi fusius, vbi explicabitur qualis debeat esse similitudo, quæ exigitur ad hanc generationem.

5 *Diuersa cōparatio productionū.*

6. Not. cum ea, quæ generantur diuersas habeant naturas, cum alia pertineant ad prædicamentum substantiæ; alia ad prædicamenta accidentium; & ex vtrisque alia sint perfectiora alijs: hinc fit, vt productiones illorum diuerso modo comparatæ, diuersum nomen recipiāt; nam si productio substantiæ comparetur ad accidentium productionem, illa dicitur generatio simpliciter, hæc secundum quid; & alio nomine alteratio, augmentatio, latio, vt infra ex 1. phys. 2. & 1. de gen. c. 1. & 2.

At si comparentur substantiarum productiones inter se: productio substantiæ perfectioris dicitur generatio, & imperfectioris corruptio: & hinc aliqui explicant illud: corruptio vnius est generatio alterius, quia .s. semper in generationibus est est vna substantia alia perfectior: sed non placet, nam alio sensu illud principium verum esse infra ostendemus: quarè dum ex embrione fit homo, dicitur generatio; dum vero ex homine fit cadauer, dicitur corruptio, quia licet forma cadaueris producatur, quia tamen est imperfectior, & excludit formam hominis, dicitur corruptio simpliciter, & generatio secundum quid vt hinc t. 16. & eadem comparatio fieri potest inter accidentia perfectiora, & imperfectiora.

Denique comparari possunt sensibiliora cum magis sensibilibus, & tū productio rei magis sensibilis ex minus sensibili dicitur generatio; contra vero corruptio, vt cum

cum ex aere fit aqua, vel ex aqua aer, qui est minus sensibilis, etiã si sit perfectior aqua, dicitur corruptio.

7. Nor. difficultatem huius quæstionis oriri ex illa quæstione de existentia formarum substantialium, quæ sint distinctæ à materia, & accidentibus, nam ijs positis facilis est probatio circa existentiam generationis, tum vt est distincta ab alteratione ob distinctos terminos, tũ vt generationis modus positus ab Arist. est distinctus à modo posito à Melisso, & Leucippo; vnde præcipuum argumentum deduci debet ab existentia, & interitu talium formarum, de quarum existentia plura Suar. disp. 1. met. sect. 8. & nos 1. phys. tr. 6. q. 2. & seq. et ideo non sunt hic repetenda; solum examinabimus rationes Arist. & aliorum, quibus probant dari generationem substantialem.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

6 PRima opinio est negãtium dari generationem, qua de nouo fiat aliqua substantia, vt ex antiquis Melissus, & Parmenides 3. cœl. c. 2. & alij apud Arist. 1. de gen. c. 1. qui generationem dixerunt non consistere in productione alicuius formæ substantialis, sed in præcedentium partium substantialium varia compositione; vt ædificium ex varijs partibus materiæ præexistẽtibus, ex quibus deinde dissolutis aliud, & aliud conflari potest, additis vel detractis lapidibus, asseribus, & alijs necessarijs ad ædificium, variato earum partium situ; quod clarius Arist. 1. de gen. expressit referens antiquorum opiniones de generatione exemplo Typographi ex ijsdem caracteribus, aliter, & aliter dispositis, alios, & & alios libros carminum, & orationum efformãtis; hoc igitur modo ex certis principijs, incorruptibilibus diuerso modo coeuntibus mutationes in natura fiunt, quos sequitur Basil. lib. de materia intentione p. art. 3. explicans generationem fieri per partium noxiarum præuia expulsione, & eorũ quæ remanent debita, & concinna copulatione, vt v. g. ex cibo fit chilus cum in stomachum ingestus calore ventriculi in suas partes resoluitur, cuius partibus inuribus exeretis, quæcumque ad nutritionem prosunt retentæ, in chilum coalescunt, & sic consequenter fit vsque ad partes, quæ carni, ossibus, & cæteris membris sunt aptæ, sed de hac opinione peculiarem quæstionem instituemus, vbi examinandæ sũt rationes Arist. varijs locis adductæ, & quę ab ipso Democrito, & recentioribus pro Democrito adducũtur, quę hic pstari nõ põt

Declaratio opinionis antiquorũ de generationibus rerum.

Secunda opinio est dicẽtiũ dari substãtialem generatonẽ tãtum, ex 1. de gener. cap. 1. vbi Arist. docet Empedoclem, & alios, qui videntur generationem admittere, cum dicunt illa accidentia esse formas elementorum, negare videntur alterationem, vt distinctam à generatione, sicue priores, qui ponentes vnum principium esse totam substantiam rerum, & incorruptibile, non nisi alterationem agnoscebant, licet illam appellarent generationem; nam ibi manente eadem substantia mutatio tãtum fiebat secundum accidẽtales formas: ex quibus patet neminem antiquorum negasse generationem, & corruptionem rerum, cum id esset euertire, sed negasse talem generationem, & corruptionem, qualem posuit Arist. videndus Nobilius flaminius 1. de gen. c. 1. q. 4. qui fusè antiquorum opiniones explicat. 7

Explicatur opinio negantium alterationem.

Tertia opinio est recipientium tàm accidentalem, quàm substantialem generationem, vt Plato & Arist. fundamentum est, quo probauimus dari formas substantiales: nam certum est dari composita ex materia, & forma, ratione cuius formæ entia essentialiter differunt; ergo cum experiamur vnum mutari in aliud, vt aquam in aerem: cadauer in vermes; certum est dari mutationes secundum formas: neque hæc mutatio saluatur tantum ratione accidentium; nam experimur aquam interdum facta mutatione in calore, iterum à se refrigerari, interdum non ita; neque saluari potest generatio ex varia compositione earundem partium, nam cum ex quolibet fiat mediatè vel immediatè quodlibet in vnaquaque re partes aptę ad quodlibet, continerentur: quod esse falsum infra ostendemus. 8

Opinio affirmantium generationem, & alterationem vt distinctas mutationes.

Secundo probat Arist. quia si non datur generatio; ergo neque alteratio, nam alteratio ordinatur ad generationem, vt proptium finem, quia si impossibilis est finis; & & media; nã omne agens naturale agit propter finem, si finis est impossibilis non potest eo natura appeti, atque adeo neque potest moueri ad agendum; nam omnis appetibilitas medij oritur ab appetibilitate finis; qualẽ non habet id, quod est impossibile; & licet agens per intelle-

ctum aliquando appetat id, quod vere est impossibile; tamen ex vi cognitis non apprehenditur vt impossibile; sed vt possibile siue absolute, siue sub conditione vt explicabitur in lib. de anima, tamen natura non ita operatur.

Obiectiones contra prædictam rationem. Sed hæc ratio habet multas difficultates.

9 Prima ablato posteriore, non aufertur prius necessario: sed alteratio est prior generatione; ergo.

2. Multæ sunt alterationes, quæ non ordinantur ad generationem, vt albefactio: illuminatio: vnde in cœlis est alteratio sine generatione.

3. Si intelligitur omnes res habere vnam substantiam, vt dicebant antiqui, & tamen qualitatibus differre; tunc optimè posset intelligi alteratio sine generatione.

4. Quia propositio illa conditionalis (si impossibilis est finis; ergo & media, quod natura non tribuat media ad finem impossibilem,) falsa est. Nam grauia omnia habent virtutem constituendi se in centro, & tamen non omnia possunt esse in centro. Similiter homo habet lumē ad acquirendas omnes scientias, & tamen ab vno non possunt acquiri omnes scientiæ.

10 Pluribus Resp. Bannes c. 3. q. 1. Tolet. q. 1. Matsil. q. 4. Sax. q. 1. Georg. q. 1. dub. 1. & Tolet. 1. Resp. esse argumentum ad *Respōdetur 1. ad 1. diff.* hominem: nam Empedocles concedebat qualitates esse inseparabiles ab elementis; quare inquit Arist. si calor v. g. non potest esse, nisi in igne; ergo cum aqua fit calida, necessariò generatur ignis.

Reiicitur. Sed hæc Responsio ostendit quidem Arist. rectè argumentari contra Empedoclem; sed non ea ratione, quæ est sumpta ex fine, sed ex inseparabilitate caloris à natura ignis.

Resp. ostendendo omne accidens ordinari ad substantiā. Resp. 2. Ægid. Matsil. Saxon. Bannes, argumentum esse absolutè verum; nam omnes qualitates ordinantur ad substantiam; etenim hæ vel disponut, vel consequuntur formam; & in his aliæ oriuntur ex qualitatibus habentibus contrarium, vt albedo, & secundæ reliquæ qualitates; aliæ verò nequaquam. Responsio ergo Aristotelis valet in alteratione propriè dicta, siuè terminata ad primas, siuè secundas qualitates: nā primæ ordinantur ad formas substantiales, tamquam earum dispositiones; nunquam enim eas materia reciperet, nisi quia disponunt ad formas substantiales; secundæ autē qualitates, cùm non producantur sine productione primarum, rectè dicitur, non esset alteratio, si non esset generatio. Et licet qualitates aliquando remittantur sine corruptione formæ substantialis; tamen illa remissio ordinatur ad totalem destructionem qualitatis, nisi impediatur. Neque enim negari potest illud principium, quo ex impossibilitate finis deducitur impossibilitas mediorum: nam vel media sunt intrinseceè ordinata, & ordo non potest esse ad terminum impossibilem, vel extrinsece, & nemo prudenter agens ordinat aliquid ad finem impossibilem.

Ex his patet ad primam difficultatem: 11 nam licet generatio sit posterior alteratione quoad existentiam; est tamen prior quo ad causalitatem finis; sed hoc argumētum ex alio capite excludi potest ab antiquis; siue quia aliqui eorum negabant distinctionem alterationis à generatione, atque adeo negant alterationem ordinari ad generationem; siue quia distinguentes illas, ponebant vtramque, atque adeo non erat apud eos impossibilis generatio: quare nō est supponendum, sed probandum dari generationem secundum substantiam, de nouo fieri. *Soluuntur instātiæ factæ contra rōnē Arist.* *Reiicitur.*

Ad 2. Resp. licet non omnis productio secundarū qualitatum ordinetur ad productionem formæ substantialis; tamen fieri non potest sine productione primarum, quæ ordinantur ad formam substantialē: & in cœlo non est vera, & propria alteratio, de qua hic, vt infrà: nam ibi alteratio est perfectiua, ordinata non ad generationem substantiæ, sed ad perfectionem cœlorum: At instant sicut in cœlo est productio qualitatum ordinata ad perficiēdam substantiam cœlorum, ita & inferioribus: & sicut cœlum est incorruptibile secundū substantiam, ita & hæc inferiora, quæ mutantur solum mutatis partibus componentibus; & ad hanc mutationem ordinatur productio, & actio qualitatum: quare probandū est generationem non sic fieri, sed per productionem nouæ formæ.

Ad 3. tunc aliter fuisset instituta natura qualitatum, ac nunc est. Sed contra, nam Arist. non probat qualitates esse institutas 12 ad productionem nouæ substantiæ; nam interitum, & ortum, quem videmus rectè saluamus per compositionem nouam partium præexistentium; & ideo ab Arist. probari debet non generari res illo modo.

Ad

Ad 4. Resp. tunc aliquid dicitur frustra, quando non assequitur suum finem, quo tempore, vbi, & in quo subiecto debet, vt Caiet. 3. p. q. 9. ar. 4. vnde si existente alteratione in eo gradu, quo vltimatè disponeret ad formam; & tamen non esset generatio, tunc rectè diceretur frustra. Sic etiam omnia grauia non dicuntur esse frustra, quia simul non sunt in centro; non enim ita debent esse in centro; neque ideò habuerunt grauitatem, vt simul essent in centro. Quare sufficit si aliquod graue sit in centro, & hoc deficiente, aliud succedat. Similiter lumen intellectus non dicitur frustra, quia non est datum vt homo omnes scientias simul acquirat, sed sufficit si singulas distributiuè, & seorsim acquirere possit: ordinari autem ad plura, nec simul consequi, oritur ex eo, quod eadem est potentia plurium. Quare non potuit natura facere vt esset ordinata ad vnum, & non ad aliud: quare hic commendatur potius natura, quod ita perfectè rea disposuerit.

Quæ dicatur frustra.

Alij vt Georg. Resp. naturæ inclinationem non esse frustra, si hoc, vel illud indiuiduum non assequatur finem, sed cum tota species finem non assequitur.

ARTICVLVS III.

Offeruntur probationes positæ ab aliis.

13 *Tertia probatio Conimb.* Tertio probant Conimb. ex formis substantialibus rerum, quas videmus oriri, & interire: Antec. probant 1. ex mixtis, in quibus videmus permanere diu complexionem qualitatum, & deinde facta alia mutatione dissolui statim, vt patet in homine viuo, in quo diu permanet complexio; & eo mortuo statum complexio dissoluitur, & cadauer marcescit: At huius discriminis ratio non potest oriri, nisi datur aliquid continens in viuo complexionem, quod deficiat in mortuo: at hoc non est forma accidentalis ex primis qualitatibus, quia hæ inter se pugnant: vel alia ex illis resultans, quia hæc pendet ex primis; ergo erit forma aliqua substantialis prior illis tum probat ex nouis operationibus; ergo debet dari nouum principium, quod prius non erat; at hæc non est materia cū hæc non sit actiua, neq; aliquod accidēs, quia hoc ordinatur ad substātiam; & cum ibi non adsit diuersa substantia, sed semper eadem, non erit ratio, cur huic conueniat hoc accidens, & illi alterum, cum sub vtroque termino subiectum sit eiusdem rationis: non enim est ratio cur substantiæ hominis conueniat potentia discurrēdi, & non conueniat plantæ, cum substantia hominis & plantæ sit eadem.

Sed huic doctrinæ repugnat Aresius disp. 2. q 8. Nam prima ratio soluitur, si dicatur non esse necessarium aliud continēs qualitates, quia possunt seipsas continere, cum sit reducta ad illam temperiem; qua vna nequeat aliam destruere.

Sed fallitur primo, quia licet hoc possit affirmari de qualitatibus, quæ sunt in eodem subiecto; non tamen de qualitatibus, quæ sunt in diuersis partibus corporis animati; nam cum hæ sint in diuersis gradibus, necessario sibi inuicem aduersātur: & cum sint agentia necessaria, necessario intensè agunt, nisi aliunde impediantur.

Reiicitur instantia Aresii.

Tum 2. nam non potest afferri ratio cur temperies eadem non se cōseruet in cadauere, sicut in viuo; nulla enim huius diuersitatis ratio sumi potest ex tēperie: & cur dum viuit, dissoluta temperies reuocetur ad pristinum statum, & non post mortem, de qua ratione plura dixi in phys.

Hinc patet immerito impugnari ab eodem ratio sumpta ex operationibus; nam inquit, vel non datur ratio cur hæc forma sit in hac materia; & idem dici potest de qualitatibus existentibus in eadem: vel datur ratio, & tunc, vel est intrinseca, & dabitur in materia aliquid prius forma; de quo potest vlterius inquiri, cur hoc sit in hac, & non in illa materia, vel est extrinseca siue agens, siue aliud; & idem dici poterit de accidentali forma. 14

Sed hæc Aresij speculatio facile diluitur. Nam alia ratio est formæ respectu subiecti; ac operationis respectu eiusdem subiecti; nam materia connaturaliter recipit omnes formas, & est ad omnes indifferens per illimitationem, quæ si haberet electionem posset seipsam determinare sine alio addito ad hanc formam, vel illam recipiēdam; & ideo indiget dispositionibus, quibus ad hanc, vel illam formam determinetur: ad has autem dispositiones recipiendas determinatur ex præsentia talis agentis; At vero cum agitur de operationibus, non datur vnum subiectum habens inclinationem ad omnes operationes, & hic merito quæritur cur talis operatio sit connaturalis homini, & non plantæ; & alia sit violenta homini, & non igni; huius autē ratio nō potest sumi, nisi sit aliqua pars in homi-

Defenditur ratio sumpta ex operationibus.

homine, ratione cuius operatio sit illi cōnaturalis, quæ non est in planta; At hæc pars non est accidentalis, tum quia ipsum met accidens est connaturale, vel violentū vni subiecto, & nō alteri; ergo debet dari aliqua ratio prior: tum quia idem subiectū variat accidentia manente eadem natura subiecti, vt eadem aqua, vel aer sub frigore, & calore.

15 *Quid antiqui ad rationem sup tam ex operibus respōdent.*

Verum hæc ratio ab antiquis eliditur, primo affirmando omni enti esse connaturalem omnem operationem, secūdū rē, sed secundum apparentiam esse diuersitatem; nam cum in singulis lateant principia omnium operationum, sed nō omnes eliciei ab omnibus, quia principia latent, & impediuntur ab extrinsecis partibus, quæ eliciunt operationes illis conuenientes.

16 *Reiicitur resp. antiq.*

Sed hæc ratio facilè eliditur vt dicemus cum de actione, nam non est probabile in quolibet esse quodlibet, siue formaliter, siue eminenter sine infinitate extensiua, vel intensiua; vt rectè Arist. 1. phys. deducit, & ego peculiari quæstione probabo contra antiquos.

Altera R. antiq.

2. dici potest ab antiquis, res gigni ex partibus substantialibus præsuppositis, & varians secundum situm, & aptitudinem partium, resectis inutilibus, & additis partibus exigitis à re, vt dixit Dem. & Melissus. & inde oriri varias operationes iuxta variam partium compositionem sicut à serra est alia operatio, ac à malleo, licet habeant eadem substantiam ferri.

17 *Reiicitur R. antiq.*

Sed contra hunc modum dicendi infra disputabitur, cum agemus de modo generationis: nunc solum dicimus operationes rerum naturalium esse adeo diuersas inter se, & tam multas, vt nequeant esse ab ijsdē partibus diuerso modo dispositis: neque obstat exemplum datum; nam ibi operatio, quæ est à materia est communis omnibus, quæ fiunt ex eadem materia, vt v.g. resistere scissioni, & sua duritie expellere partes alterius corporis, s. malleus tundendo, & serra secando: & licet illud efficiant diuerso modo, tamen ea diuersitas conuenit illis ex figura, siue vt modificante duritiem ferri, siue vt conditione sine qua non, vt explicatur in antepredicamentis. Sed de hac re infra.

18 *4. Ratio Conimb. ex appetitu naturali.*

4. Probant Conimb. ex appetitu innato omnibus se perpetuandi; at inferiora nequeunt se perpetuare in indiuiduo propter eorum corruptionem, ergo in specie; sed in specie nequeunt se perpetuare nisi producantur indiuidua, in quibus conseruetur: neque hæc ratio supponit probandum quod experientia est notum, sublunaria corrumpi: quod si dicant corrumpi secundum accidentia; non secundum substantiam, illis obstat, quia videmus diuersas rationes corruptionis, nam aliquando manet idem subiectum, & solum mutatur secundum accidentia; vt cum homo de nigro fit albus, & contra: aliquando vero mutatur subiectum secundum se, manentibus aliquibus accidentibus, vt cum dicitur homo mori; ergo datur duplex ratio corruptionis notoria, quæ indiget probatione.

Deinde vt concedunt eductionem formæ accidentalis, cur non etiam formæ substantialis? Resp. Aresius in hac ratione peti principium, nam supponit naturalia non posse conseruari in indiuiduis, quod putant falsum, cum indiuidua existiment esse incorruptibilia: sed hæc ratio fundatur in experientia naturæ cum videamus aliqua omnino interire, & aliqua mutari, & non interire secundum naturam.

5. Ratio ex existentia productionis passiuæ.

5. Alij probant ex potentia passiua ad formam, ergo & actiua ad illam inducendam: at hæc inductio est generatio, ita Bagn. sed aduersarij vt negant formas substantiales, vel simpliciter, vel separabiles à materia; ita negant potentiam passiuam ad illas: nam mutationes, quas videmus saluare possunt per accidentales, vel per apparentiam quandam.

19 *6. Ratio.*

6. Alij probant: datur in rerum natura aliqua mutatio, vt sensibus apparet, sed hæc mutatio, vel est creatio, vel mutatio accidentalis, vel generatio: non primum, quia creatio, cum sit actio sine subiecto, non potest fieri viribus naturæ; tum quia experiētia constat omnem actionem agentis naturalis præsupponere subiectum, vnde extitit illud ex nihilo nihil fieri: tum quia si conceditur naturæ vis creandi, multo magis vis generandi: tum experientia constat omnem generationem fieri ex altero corrupto; ergo aliquid communem est in vtroque; quia non esset ratio cur exigeretur illud, quod corrumpitur, nisi in illo esset aliquando adiuuans, & conferens ad generationem alterius; hoc autem non potest esse forma, quia hæc non manet cū est actio generatiua; ergo erit materia, quæ exigitur.

Neque potest dici secundum, quia tūc aliquid accidentaliter tantū mutatur quā-

do

do retinet idem nomen, & eandem essentiam significatam per nomen, sub vtroque termino; vt cum homo ex calido fit frigidus; sed datur aliqua mutatio, in qua non manet idem nomen, & eadem essentia; ergo non omnis mutatio est accidentalis; ergo sequitur esse mutationem substantialem.

Resp. in hoc argumento supponitur diuersa nomina significare diuersas essentias substantiales; at aduersarij id negant: nam affirmăt omnia componi ex varijs partib' substantialibus præexistentibus, variatis secundum situm, & ordinem; atque adeo accidentaliter: & quia aliquando est hæc varietas quoad partium primarum compositionem; aliquando quoad partes secundarias; ideo aliquando sic variatio secundũ nomina, aliquando nequaquam; quia nomina significant res, vt compositas secundum partes primarias, vt patet ex ijs, quæ componuntur per artem; nam aliquando mutantur nomina ex mutatione partium primarum, vt scamnum, cathedra, scabellũ &c. aliquando non mutantur, quia illa nomina sunt imposita ad significandum tale arte factum, quod manet secundum partes primarias, & solum mutantur secundum aliqua addita, secundum quæ non significantur illo nomine; vnde lignum v. g. significat easdem substantiales rationes partium, quas sanguis, sed diuersas secundum situm, & ordinem.

Sed instant, primo; quia videmus animalia corrumpi posse ex varijs causis, calore, frigore, diuisione &c. & tamen ex qua cumq; cum oriatur corruptio, semper deperdi virtutem motiuam, & sensitiuam, & alia accidentia. At hæc accidentia non per se deperduntur, quia nulla datur causa contraria immediatè corrumpens; neque corrumpuntur ad deperditionem alterius accidentis, vt patet ex diuisione; non corrumpitur accidens à quo illa virtus dependeat: ergo ad corruptionem subiecti, non materiæ, ergo formæ.

2. Ex accidentibus quædã conueniunt permanenter aliquibus subiectis, ita vt nisi ab extrinseco contrario destruantur, semper ibi permaneãt; vt calor igni, & naturali; eadẽ vero in alijs absente agẽte pducẽte, non conseruantur, sed paulatim deficiunt ex conditione subiecti, vt calor in aqua, vel in ferro. At hoc discrimen, non potest oriri à materia, cum ad omnia se habeat indifferenter; ergo ex parte alterius principij, quod dicitur forma; de qua ratione Conimb.

Hæc argumenta habent aliquam vim contra antiquos dicentes omnia entia esse vnius speciei substantialis; & solum accidentibus differre; sed non habent vim contra Democritum, & Leucippum; quia inter naturales substantias agnoscebant differentias substantiales; sed negabant illas constitui per formas substantiales de nouo productas, sed per partes vnitas conuenientes ad talem naturam constituẽtes; quarum vnionem dicebãt esse generationẽ substantialem; sicut alterationem eorũdem partium compositionem secũdũ diuersum ordinem, & situm; contra quos peculiari quæstione est agendum; nam cum admittant generationem substantialem distinctam ab alteratione, non est cur hic immoremur, vt impugnemus modum generationis, quem ipsi ponunt; sed alibi præstandum.

ARTICVLVS IV.

Referuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

PRimo aliqui objiciunt: Non est possibilis corruptio; ergo neque generatio; cum hæc se necessariò consequantur. Antecedens probatur, nam corruptio deberet identificari cum termino, vt aliæ mutationes: sed cum nullo termino potest identificari; non enim cum forma genita, vt patet; neque cum forma corrupta, quia numquam dum existit illa forma, existit corruptio, cum sint incompossibilia; neque cum non existentia formæ, quia corruptio est mutatio realis, ergo non potest identificari cum non ente. 20 *Probant, ex impossibilitate corruptionis, impossibilitatem generationis.*

Confir. nam si corruptio, esset possibilis, intenderetur à natura; nam semper finis operationis intenditur ab operante: sed corruptionis finis non potest intendi, cum sit non ens; quare non bonum nec appetibile (intendere autem appetere est.)

21 Resp. ex D. Thom. q. 26. de verit. art. 6. Identificari eum non existentia formæ, quæ negatio est in rerum natura, non positiuè, sed remotiuè. Et vt dicitur, mutatio realis sufficit si priuet forma reali.

Ad confir. dico primo corruptionem propriè non intendi à natura particulati, saltem secundũ se; singula enim quærunt sui conseruationem.

Dico

Corruptio intenditur à natura vniuersali.

Dico 2. intendi à natura vniuersali: nam natura vniuersalis intendit bonum vniuersi, quod resultat ex pluribus, atque inæqualibus, dissimilibusue partibus. Vnde homini v.g. melius est habere caput, pedes &c. quam habere omnes partes, ita perfectas, qualis est capitis perfectio; cum tamen bonum partis si, sit per se, & in ratione entis consideretur participate perfectiorem entitatem (pes enim perfectior esset, si esset oculus,) sed quia pes non esset secundum propriam naturam, non esset illi vt talis est maior perfectio.

22 Dico 3. ex D. Thom. 4. d. 36. ar. 1. ad 1. Duplicem esse inclinationem naturæ; Alteram primariam, quæ est ad aliquod bonum sibi conueniens; Alteram secundariam, quæ est ad id, quod est coniunctum cum illo bono Cum ergo natura intendat conseruare vniuersum, quod perpetuari non potest secundum easdem naturas numero; ideo intendit secundariò alternationem naturarum. Sicut 2. de Gener. anim. 3. dicitur natura producere fœminam, cum non potest marem; & hinc oritur vt intendat corruptionem; nam cum debeat produci alia forma, & hæc non possit existere cum præcedente; ideò præcedens corrumpitur: vnde patet ad confir.

Duplex inclinatio naturæ ad bonum.

23 2. Obiic. Gener. simpliciter non potest habere vnum numero subiectum; ergo nõ est possibilis: Consequentia patet ex 1. Gener. c. 1. vbi contra antiquos dicitur nullam fore generationem, si essent plura principia materialia, quare probat debere esse vnum. Antecedens patet, tum quia genitum, & corruptum essent idem numero; Cum ex 5. met. 12. illa sunt vnum numero, quæ habent idem subiectum; tum quis eadem res transiret ex vna specie in aliam.

Vnum subiectum habet generatio.

Resp. esse vnum subiectum, nam identitas numerica intrinseca non sumitur à subiecto tantum. Quare Arist. dictum intelligit de vnitate extrinseca accidentium, quæ sunt in vno subiecto, seu supposito; vnitas autem numerica specierum sumitur ex eodem principio, à quo sumitur species; nam differentia indiuidualis per se contrahit speciem, species autem sumitur à forma vt dat esse formale materiæ; vel dicendum est, sumi à subiecto terminatiuè, eo, quod talis forma indiuiduetur ex ordine ad tale subiectum; de qua re in metaphysica.

Ad 2. probationem Resp. materiam intrinsece semper retinere eandem speciẽ suæ entitatis, quia non conuertitur in aliã entitatem; reduci tamẽ ad omnes species, quatenus sit pars omnium specierum, vt 5. met. 10. dicitur.

3. Obij. Generatio simpliciter terminari debet ad ens simpliciter, quia specificatur à termino; sed non potest terminari ad ens simpliciter, quia terminus ad quem correspondet termino à quo; sed terminus à quo generationis non est ens simpliciter, quia per hoc distinguitur à creatione, nam hęc est à nõ ente simpliciter. Cõfir: quia si terminaretur ad ens simpliciter, terminus eius esset substantia; sed hæc non potest terminare secundum essentias, quia termini essentiæ sunt ingenerabiles, & incorruptibiles: neque secundum existentiam, quia hæc non est ens simpliciter, cum sit vel accidens essentiæ, vel modus. 24

Resp. vt ens simpliciter distinguitur cõtra ens secundum quid, ita & non ens simpliciter; quare sicut datur triplex ens simpliciter; vnum quod continet totam perfectionem entis, cuiusmodi est Deus, respectu cuius creaturæ dicuntur entia secundum quid. Alterum quod continet perfectionem substantialem specificam, & distinguitur contra ens secundum quid, vt sunt genera, & species, & alia vniuersalia ex Arist. in cap. de subst. Tertium quod continet esse substantiale absolutè, & distinguitur, vt distinguitur contra accidens, quod est ens secundum quid. Ita dici potest non ens simpliciter triplici modo; primo vt negat totam perfectionem entis; & ita accipitur cum dicitur creatio ex nihilo. 2. vt negat perfectionem substantialem specificam. 3. vt negat esse substantiale determinatum: quod adhuc dupliciter potest accipi; primo vt est in potentia; 2. vt est in actu; cum igitur generatio dicitur terminari ad ens simpliciter, ens simpliciter accipitur 3. modo vagè; atque adeo terminus à quo dicit negationem illius entis, non quidem vt est in potentia; sed vt est in actu; & ideo terminus à quo est ens actu, quod est in potentia ad esse actu, atque adeo ex negatione entis simpliciter. Ad confir. resp. generari, & produci, non esse aliud, quam recipere existentiã ex vi generantis, & producentis: atque adeo tunc essentia dr generari, cum recipit existentiã ex vi suæ causæ; & ideo terminus ad quẽ generationis est substantia existens, quæ existentia non est accidens, sed modus

sub-

substantialis, siue sit terminus formalis, siue conditio termini formalis, de qua re infra. Dicitur autem essentia ingenerabilis. & æterna quoad cōuenientiam prædicatorum essentialium, nam vt alibi ostendi hac ratione essentiæ rerum dicuntur esse æternæ, quia quoad hanc conuenientiam habent necessitatem, neque enim est in potestate alicuius facere hominem non rationalem, sed solum est in præstare facere illum existentem vel non existentem. vide quæ dixi in logica tract. 26. disput. 1. q. 3. dubi. 2. & 4.

QVÆSTIO II.

De ratione formali generationis.

DVBITATIO I.

Quid sit generatio simpliciter, & vt differt ab alteratione.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est fere omnium, dicentium generationem simpliciter terminari ad substantiam. Ita Mars. q. 2. ar. 1. Georg. q. 1. Tatar. not. 1. ex Scoto in 4. d. 1. Bannes c. 3. d. 1. & ratio ex Scoto est, quia est ad formam substantialem, quæ dat esse simpliciter, sicut accidens dat esse secundum quid: vnde Not. ex Georg ly simpliciter variè accipi, primo vt idem est ac principaliter. 2. vt idem est, ac omnibus modis tale: 3 vt idem est, ac absolutè, & distinguitur contra id, quod dicitur cum addito: 4. vt idem est, ac actu tale, & distinguitur à virtualiter, ac potentia tali; & inter secundum, & tertium modum hoc interest quod id, quod est omnibus modis tale, semper retinet eandem denominationem respectu cuiuscumque comparetur, vt Deus cuicumque creaturæ comparatus, semper dicitur simpliciter. Quod autem est 3. modo tale varias denominationem respectu diuersorum: vnde accidens respectu substantiæ dicitur ens secūdum quid; respectu verò entis rationis dicitur ens simpliciter: sic vna substantia perfectior respectu alterius imperfectæ.

Simpliciter quot modis accipitur.

2. Opinio est dicentium generationem esse ad terminum abstrahentem à substantia, & accidente vnde distinguitur ab alteratione, vt genus à specie. probat ex Arist. in m. c. 10 & 5. phys. t. 7 vbi generationem finire, quod sit mutatio ex non subiecto in subiectum, id est à termino negatiuo ad affirmatiuū, at hic terminus potest esse tā substantia, quam accidens, sicut mutatum definit quid sit à subiecto in subiectū, cōfir. ex 1. de gen. t. 11. vbi ait tam substantiam, quam accidens subire generationem, & 8. phys. t. 62. est mutatus ex non ente ad ens; at sub illa comprehenditur illuminatur, quæ est ex non lumine ad lumen.

3. Opinio est negantium esse mutationem, quia multa generantur, in quibus nulla est mutatio; nam verbum diuinum propriissime generatur, & tamen non est ibi mutatio, quod si dicant non loqui de generatione æterna, sed temporali, tunc instatur, nam cum verbum diuinum factus est homo, est genitum ex Maria Virgine, tanquam à matre; & tamen ibi verbum nullam mutationem habuit, quia cum sit Deus est immutabilis.

Confir. quia si esset mutatio haberet subiectum, quod mutatur ex vno termino ad alium, vt patet ex conceptu mutationis, sed ibi nullum est subiectum, ergo ibi non est mutatio.

Minor prob. quia si haberet subiectum vel esset materia, & non quia si hæc subiectaret generationem denominaretur generari, at hoc est contra naturam materiæ, q̄ est ingenerabilis. & incorruptibilis, vel esset terminus ad quem, & neque quia de ratione subiecti mutationis est vt prius sit sub termino à quo, & deinde sub termino ad quem, at forma nunquam fuit sub termino à quo siue, quia nunc primum existit, siue qa terminus à quo, & ad quē sunt incompossibiles vt patet; & inde etiā patet nō posse mutationē recipi in termino à quo quia ille non est dum est mutatio, & quia negatio non potest subiectare ens positiuum.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

PRima concl. Generatio simpliciter est mutatio totius in totum nullo sensibili remanente, vt subiecto eodem t. 23.

1. Dicitur 1. mutatio vt distinguatur à creatione, q̄ est ex nihilo subiecti. 2. vt distinguatur à prima rerum creatione in qua producta est materia, & educta for-

 ma

ma atque adeo sine mutatione subiecti. 3. differt à transubstãtione, in qua totum cõuertitur in totum sine subiecto, atque adeo sine mutatione, sicut est necessarium subiectum in generatione, vt mutetur, tum recipiendo formam, ad quam concurrit simul cum efficiente in genere causæ materialis, tum recipiendo vnionem formæ cũ materia, vnde fallitur Aresius dicens 1. de gen. disp. 4. q. 9. hic accipi non mutationẽ subiectiuam, sed obiectiuã ꝓ forma, quę transit de non esse ad esse, quia forma, & non materia dicitur generabilis, de qua infra.

Explicantur singulæ particulæ allatæ definitionis.

2. (totius in totum) quia totum denominatur generari, & quia generatio vnius est corruptio alterius; ideò dicitur totius in totum, & dicitur in totum, non autem secundum totum quia ly secundum distribueret omnes partes, cum tamen non omnes partes compositi corrumpantur, vel generentur: sed tantum forma, à qua totum constituitur, & denominatur vt sit in tali specie, vnde sumitur ly totum categorematicè, non syncategorematicè, nam totũ dupliciter sumitur categorematicè, & syncategorematicè. Dices cũ diuiditur lignũ corrumpitur totum, & fiũt duo tota ergo illa esset generatio: Resp. ibi non esse generationẽ, quia ibi nõ est mutatio, quæ supponitur vt sit generatio, sed non video cur nõ possit dici illud lignum mutari. 2. Alij ibi nihil substantiale de nouo acquiri, sed eandem entitatem vnitam diuidi in duas, sed neq; placet, nam etiam in hominis corruptione diuiditur anima à corpore, quæ præerant vnita, deinde etiam si partes quantitatis non sint substãtiales, tamẽ partes entitatiuæ sunt verũ alij. Resp. in definitione totum nõ accipi pro toto integrali, sed pro cõposito ex partib⁹ essentialibus. Quib⁹ verbis definitionis licet differat ab alteratione; nõ tamẽ ita clarè; & ideò 3. additur,

3. dicitur (Nullo sensibili &c.) nam in alteratione manet idem subiectum integrum sub vtroque termino; in generatione verò non ita; nam licet maneat materia prima; tamen non propriè hæc est subiectum; subiectum enim significat esse hoc aliquid, quod demonstretur, qua ratione in ꝓdicaméto substãtię dr̃ subiectũ prima substantia, quia omnibus subijcitur, & de qua omnia prædicantur, & ipsa de nullo, & inde distinguitur prima à secunda substantia.

3 4. dicitur (vt subiecto eodem,) vt innueret posse remanere aliqua accidentia sensibilia, non tamen vt subiectum. Ex qua definitione colligitur primo an generatio sit motus, de qua te Pauesius lib. de augment. à c. 4 t. 2. patet corruptionem vnius esse generationem alterius t. 17. de qua nos infra, 3. hanc definitionem conuenire tam corporibus simplicibus, quam mixtis, qa ideò eã Arist. proponit initio, vt cõmunẽ, & t. 5. reprehendit Platonẽ, ꝙ omiserit generationem mixtorum. 4. non conuenire generationi in communi, nam mutatio non conuenit generationi, vt sic, vt patet ex generatione Verbi, sed conuenit generationi naturali. Agentia enim naturalia non producunt ex nihilo, quod vt melius 4
explicetur, Not. quod vis generatiua concessa est rebus, vt propriam seruent speciẽ, saltem per successionem indiuiduorum: vnde in generatione præsertim vniuoca duo videntur posse spectari: primo communicationem illam naturæ quæ fit à generante ipsi genito; 2. finem huius propagationis, qui est vt natura medeatur damno, quod fit per corruptionem rerum, & primum dicit perfectionem (communicare .s. se,) nam est fecunditas naturæ, qua corruptibilia præstant incorruptibilibus. Secundum verò supponit imperfectionem, scilicet naturam non posse conseruari in vno, atque ideò egere propagatione, quo incorruptibilia præstant corruptibilibus, nam perfectiua est, posse naturã conseruare se in vno indiuiduo, quam in pluribus successiuè. Ex quo patet, generationem in Diuinis non poni ratione 2. sed ratione primi, quod nullam includit imperfectionem. Vnde patet de essentia generationis in communi esse, vt producat tale, quale, ipsum est: & hic inter genitum, & generans necessaria est distinctio realis; nihil enim seipsum generat: & quia in re genita est natura, & est suppositum; hæc non est necessariũ vt sit in natura, sed sufficit si sit in supposito, nam generatio terminatur ad suppositum; homo enim generari dicitur, non humanitas; hinc fit, vt generans non solum possit communicare eandem naturam in specie, sed etiam numero, quæ communicatio numerica est omnium perfectissima: ex quo etiam probatur non esse necessarium, vt per generationem producatur simpliciter natura, quę ante non fuit, neque vt vnam naturæ partẽ supponat, alteram communicet, cum possit generans totam communicare.

Cur dicitur vt subiecto eodem.

In generatione consideãdæ sũt communicatio, & finis.

2. Concl.

Quot rationibus generatio differat ab alteratione.

2. Concl. Generatio differt ab alteratione t. 23. 24. De qua re plura Tol. q. 2. & 6. primo ratione subiecti, nam in alteratione manet idem subiectum sensibile, nulla facta in substantia variatione; in generatione verò non manet idem actu subiectum, vt patet in chylo cum conuertitur in sanguinem. Secundo differunt ratione termini ad quem t nam alteratio terminatur ad qualitates, generatio ad substantiam. 3. ex termino à quo, qui in generatione est priuatio, in alteratione est positiuum, vnde fit, vt alteratio sit successiua ex ratione termini, Generatio verò non ita (potest enim tantum esse successiua ratione subiecti.) 4. omnem generationem præcedit alteratio, alterationem verò non semper præcedit alteratio. Primum quia indiuidua diuersæ speciei non possunt habere easdem omnino dispositiones; ergo si debet fieri mutatio ea vna specie in aliam, necessariò debet precedere alteratio dispositiua. Secundum patet, quia debet deueniri ad primam productionem qualitatum. & cum 1. Gener. 1. dicitur antiquos non posse distinguere alterationem à generatione, cum ponant vnum principium materiale, quod etiam Arist. posuit 1 phys. 63. Illud dicitur, quia antiqui ponebant vnum principium quod esse tota substantia rei, & negabant principium formale, quod esset de essentia rerũ. Præterea tunc motus ordinatus ad substãtiam est generatio, quando ordinatur ad illam, vt terminum intrinsecum. Alteratio autem ordinatur ad generationem substantiæ 1 de Gener. 55. sed vt ad terminum extrinsecum vide Mars. q. 3. Sax. q. 2.

ARTICVLVS III.

Respondeo argumentis aduersariorum.

AD primum secũdæ opinionis Resp. apud Arist. generationem accipi large, & significat omnis entis productionẽ ea materia siue substantialis siue accidentalis, & ita accipitur 12. met. & vbicumq; sub illa ponit eductionem accidẽtis, neq; in 5. phys. primario inquirit naturam generationis, sed mutationis, quam diuidit ex ratione diuersa terminorum in tres species .s. ex non subiecto in subiectum, & cõtra, sub qua ponit generationẽ, alterã ex subiecto in subiectum vbi ponit omnes species motus ex subiecto positiuè contrario in subiectum, neque ibi docet omnem mutationem ex non subiecto esse generationem, sed esse simplicem mutatio. vt distinguitur à motu: sub qua contineri potest illuminatio, & similia, & hinc patet ad t. 62. 8. phys. licet aliqui velit ibi non agi de mutationibus perfectiuis, de qua re plura dicat in physicis. At hic definitur generatio simpliciter, vt differt ab alteratione, vt patet t. 11. vt destruat opinionem antiquorum negantium generationem substantialẽ, & hinc t. 14 vtitur termino generationis, quomodo sumebãt antiqui pro eductione accidẽtiũ, vt illorum opinionem destrueret, & hic patet ad t. 11. ca 1. de gen. nam cum antiqui eductionẽ accidentium vocarent generationem, ipse t. 14. diuidit generationem simpliciter ab ea quæ est secundum partem vt statuat causam cur generationes sint continuæ.

Ad arg. 2. opinionis Resp. ad primum Verbum diuinum ex assumptione humanitatis non mutari intrinsece. & in se, quia non recipit vnionem subiectiue, sed tantum illam terminat, at terminus vnionis non mutatur, sed potest dici mutari per denominationem ea vi communicationis idiomatũ quatenus humanitas verbo vnita hypostaticè est intrinsece mutata recipiendo intrinsece vnionem, & quia natura mutationis simpliciter potest significare intrinsecam mutationem, ideo monent Theologi non esse dicendum simpliciter verbum mutari; sed cum addito .s. per cõmunicationẽ idiomatum, & alij volũt posse concedi mutari per denominationem extrinsecam vt dicitur de Deo, qui denominatur de nouo creans, non quidẽ eodem modo, quia Deus cum creatione non facit vnum per se, neque est vnitum intrinsecè cum creatione, vt verbum cum humanitate; verum de hoc modo loquendi dicũtur plura in 3. part. Ad confirmat. Respond. subiectum generationis esse duplex, vnum inhæsionis, & hæc est materia prima alterum addictionis, & terminationis, & est terminus, vtrumq; potest denominari sub diuersa ratione .s. subiectiue, & terminatiue, & quia generatio consideratur vt via ad terminum simpliciter denominat terminum, & materiam cum addito .s. quod est generabilis subiectiue, & hinc dicitur simpliciter ingenerabilia scilicet terminatiue.

DVBITATIO II.

An mutatio, per quam definitur generatio sit subiectiua, an terminatiua, seu obiectiua.

1 NOt, in generatione intercedere dupli cem mutationem; vnam ex parte materiæ primæ, quæ transit de priuatione ad formam; alteram ex parte formæ, cuius essentia transit ex negatione existentiæ ad existentiam: dubitatur, de qua mutatione intelligat Arist. cum dixit generationẽ esse mutationem. Aresius disp.2.q.9.sect. 1.2. putat in recto esse mutationem, quæ se tenet ex parte formæ; nam licet sit ad illam necessario etiam mutatio ex parte subiecti; tamen illam non dicit in recto: probat si generatio diceret formaliter, & in recto illam mutationem; tunc generatio denominaret materiam, vt alias huiusmodi mutationes, vt dicitur calefieri, albefieri, &c. nam forma existens in subiecto denominat illud; sed generatio non denominat materiam, quia illa est ingenerabilis, cum non transeat de non esse ad esse, quam denominationem tribuit generatio; Neque dicas, quod licet non denominet generari; denominat illam mutari ex vi generationis; nam implicat formam denominare subiectum secundum rationem genericam, & non secundum rationem specificã: sicut implicat informare secundum rationem genericam, & non specificam, vt v.g. quod anima rationalis det esse animatum, & non rationale. Hinc deducit generationem formaliter esse mutationem illã, quæ se tenet ex parte termini, secundum quam album dicitur fieri nigrum; & lignũ fieri ignẽm; quia cum generatio non definiatur præcise, & secundum se, sed vt complectitur vtrumque terminum positiuum; debet includere mutationem ex parte vtriusque termini; quam non includeret, si diceret mutationem ex parte subiecti.

Verum non placet primo; quia est contra doctrinam ab Arist. traditam 5. phys. à t.8. & seq. vbi generationem ponit vt speciem mutationis, vt distinguitur à motu at illa mutatio, quæ dicitur se tenere ex parte subiecti, quod transit ex priuatione formæ ad formam, sicut ex vi motus transit de vno termino positiuo ad alium; At gradus genericus connectitur in recto, & formaliter in essentia speciei; vnde obiter notandum; generationem non accipi vt dicit vtrumque terminum positiuum, cum id sit contra essentiam generationis, secũdum quã distinguitur à speciebus motus vt dicitur 5. phys. t.8. & 9. sed vt dicit priuationem in materia substantia, quæ est terminus ad quem generationis.

2. Repugnat rationi, nam generatio naturalis secundum suum conceptum distinguitur à creatione; sed si diceret mutationem ex parte termini non distingueretur; nam etiam creatio dicit illam mutationẽ, quæ est ex parte termini; & cum distinguatur à generatione ex ordine ad subiectum, debet includere mutationem, quæ est ex parte subiecti, neque dicant ab Arist. non fuisse cognitam creationem, sicut dicunt non fuisse cognitam transsubstantiationẽ, & ideo in definitione generationis non fuisse additas particulas, quibus distrahat à creatione; sicut neque illas, quibus differat à transsubstantiatione; Nam primo falsũ est non fuisse ab Arist. cognitã creationẽ vt dicitur de productione animæ rationalis, & de creatione sine nouitate essendi, vt alibi ostendi. 2

Secundo etiam si non fuissent hæc cognita ab Arist. certe cum explicatur natura generationis, sicut illa differt ab omni alia re, quæ non est generatio; ita definitio debet distinguere illam ab omni, quod nõ est generatio; & sicut alijs non potest conuenire natura, quæ explicatur per nomen generationis; ita neque poterit conuenire definito illius naturæ, siue alia cognoscantur, siue non, à definiente; alias definitio non est adæquata. Cõfir. quia mutatio, quæ includitur in generatione est realis cum causalitate reali in genere causæ materialis; at mutatio, qua essentia mutatur de negatione existentiæ ad existentiam non est vera, nec realis, neque cum causalitate materiali; sed est secundum nostrum modum concipiendi, ergo illa non potest includi vt genus in generatione.

Hinc patet falli dicentes generationem esse concomitanter, non formaliter mutationem; nam perfecta definitio debet connotare ea, quæ sunt intrinseca, & per se conuenient rei definitæ, & quæ conueniunt concomitanter, nec intrinsece, nec per se conueniunt: sed de hac re infra.

2. Patet nomine mutationis non intelligi puram successionem vnius ad alterũ, qua ratione dies succedit nocti; & magistratus, magistratui; nam licet hæc successio

ctio sit necessaria inter terminos mutationis; tamen eatenus includitur in generatione, quatenus ea successio est cum concursu materiæ dum transit de vno termino in alium.

Hinc patet ad fundamentum aduersariorum; negando generationem non denominare subiectum secundum eam rationem, qua refertur ad illud, & sit vt denominat generabile subiectiue, sicus terminũ denominat generabile terminatiue, & agens denominat generans; Nam actus, qui respicit plura habet diuersas rõnes denominãdi ea, ad quæ refertur; eo quod illa respiciat diuerso modo; hinc idem actus denominat principium effectionum agẽs; passiuum passum; & terminum actum, seu productum; etiã si actio formaliter sit in passo; nam actio nõ denominat subiectũ, quod informat, quia hoc nomen est impositũ illi actui non vt est in subiecto, sed vt egreditur ab agente; At inquies Arist. negat materiam esse ingenerabilẽ, Resp. negare esse talem, non subiectiuè, sed terminatiuè; nam generabile habet significatum passiuum; passio autem alia est physica, quæ dicit inhærentiam in passo; alia est logica, quæ solum dicit passionem grammaticalem, quæ sumitur ex modo concipiendi; & quia ex vsu communi generabile dictum simpliciter sumitur passiuè grammaticaliter; ideo simpliciter negat Arist. materiam esse ingenerabilem, quia nõ est terminus passiuus grammaticaliter, sed subiectum passiuum physice, neq; alia ratio huius vsus est afferenda, nisi voluntas philosophorum, vt patet ex alijs primis significationibus nominum.

Ad confir. sumptam ex modo loquendi, quod dicitur aer fieri ignis; & album nigrum. Resp. inde potius probari oppositum, nam ille modus loquendi est verus ratione materiæ, quæ prius erat aer, & postea ignis, quare si ibi non adesset materia, quæ maneret sub eadem denominatione esset falsus, quia albedo non fit nigredo, nec forma aeris fit forma ignis.

3 Hinc falso dicitur hic definiri generationem non præcise secundum suam naturam, sed vt includit corruptionem. Nam non aduertit omnem mutationem includere in definitione termini à quo, & ad quem; & ideo generatio dicitur mutatio totius. Ctermini à quo, in totum vt terminum ad quem: At in definitione corruptionis aliter ingrediuntur hi termini; nam forma, quæ ingreditur definitionem generationis vt terminus ad quem; in definitione corruptionis ingreditur vt terminus à quo; nã terminus eius ad quẽ est negatio formæ; sed de hac re dixi in physicis & infra dicam.

DVBITATIO III.

An mutatio subiectiua sit de conceptu generationis naturalis formaliter, an connotatiuè.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimo Not. hanc quæstionem non intelligi de generatione diuina, qa illa est sine vlla mutatione, siue subiectiua, siue terminatiua. Neque de productione, qua Christus ex vi consecrationis est sub speciebus panis, & vini corrupta substantia panis, & vini, quia est transubstantiatio, quæ fit conuersio sine subiecto, similis aliqua ratione creationi: Neque de ea, quæ est per creationem, quia illa est sine subiecto. Neque de eductione formarum cœlestium ex materia cœlesti, quia illa fuit simul cum prima materiæ existentia, quæ cum semper fuerit cum sua forma, & nunquam sub priuatione, non potest dici mũtata ex priuatione ad formam; sed de generatione, quæ fit à causis naturalibus agẽtibus naturaliter secundum cursum à natura datum. 1

2. Not. hanc generationem posse accipi tripliciter primo, vt est actio per quam terminus pendet ab agente 2. vt est passio, quatenus terminis recipitur in subiecto; 3. vt est mutatio, per quam subiectum transit ex priuatione ad terminum, quas rationes Arist. docet identificari inter se; sed ratione, seu definitione distingui; nam motus accipitur vt est via ad terminum; actio vero dicit respectum ad agens; passio vero ad passum ita colligitur ab Arist. 3. phys. t. 19. et seq. vbi Burleus optime disputat qua ratione actio, & passio includant motum.

3. Not. productionem substantiæ, seu formæ substãtialis posse accipi dupliciter: primo præcise vt est via, seu ratio, qua forma substantialis existit, & hac ratione non est generatio, sed abstrahit ab omni

modo,

modo, quo ab alio forma existere potest siue per creationem, siue per conuersionem, siue per eductionem ex materia, & hoc siue duratione præexistente, siue simul cum forma.

2. Pro productione formæ ex potentia materiæ, quæ dicitur eductio; & hæc vel ex materia non præexistente sub priuatione formæ, vel ex præexistente, quæ includit mutationem, per quam materia transit de potentia in actum, & hæc eductio dicitur generatio; & de hac dubitatur, qua ratione includat mutationem; distinguitur autem hæc eductio à præcedenti non per aliquam rationem positiuam, cum vbi ... fit eductio ... sed per rationem priuati... a, quæ reperitur in generatione, & non in præcedenti; vnde generatio potest accipi vel præcise vt est eductio formæ vel pro aggregato ex eductione reali formæ cum ratione mutationis, quæ dicit ordinem ad priuationem præuiam.

4. Not. quidditatem rei posse accipi dupliciter, primo pro illa ratione, qua res est essentialiter, & absolute, quomodo aliqui dicunt vnam rem non habere nisi vnam quidditatem, & vnam definitionem.

Secundo pro ratione illa qua res mouet intellectum ad sui cognitionem, quomodo dicunt, vnam rem posse habere plures quidditates, quia illa dicit aggregatum ex re & ratione motiua intellectus, & quia hæc ratio motiua in illo obiecto pôt esse multiplex, ideo quidditas illius rei potest esse multiplex: ex qua doctrina fit, vt eductionis quidditas possit accipi absolute, & vt concipitur ab intellectu, & quia nomina imponuntur rebus vt concipiuntur ab intellectus ideo quidditates significatæ nominibus includere debent illas rationes secūdū quas fuit concepta ab imponēte nomina, & hinc oritur difficultas potius de nomine, quem de re, nam pendet quidditas rei ab imponente nomen hoc, nam si per generationem voluit significare eductionem absolute, eius quidditas nō necessario includit mutationem, si autem voluit significare eductionem non absolute sed vt conceptam ex materia priuata, tunc includit mutationem.

5. Not. dupliciter aliquid posse includi in quidditate rei, primo formaliter, & intrinsece, 2. connotatiuè, vt album ex communi dicit formaliter albedinem, & connotatiuè subiectum, alij tamen aliter distinguunt, quod quidditas significata rei aliud dicat in recto, & aliud in abliquo, & quidem quod dicitur in recto dicunt esse principale in quidditate significatum aliud in obliquo, & hoc vocant connotatum, & minus principale significatum, vnde asserunt album significare principaliter subiectum, & albedinem connotari, quia definiens album, dicit; quod sit corpus habens albedinem atque adeo albedo dicitur in obliquo.

6. Not. generationis varias poni definitiones p.8. phys. t.2. quod sit mutatio de non ente ad ens. 2.1. de Gen. t. 25. quod sit mutatio à substantia in potentia ad substantiam in actu 3.1. de Gen. t. 23. quod sit mutatio totius in totū &c. quæ q2 quo ad sensum non differunt ideo à nobis explicanda est hæc vltima, cum præsertim cū in ea dicatur quod sit mutatio, de qua est controuersia.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

Prima opinio negat mutationem requiri ad essentiam generationis, tribuitur D.Dho. 3. p. q. 77. a. 3. & ibi Caiet. & Nugnes, & alijs dicentibus posse ex speciebus Sacramentalibus generare, & generari vermes, atque adeo generationem substantialem esse sine materia præcedenti instans generationis, & consequenter sine mutatione sequitur Fons. 5. metaph. c. 2. q. 6. sect. 1. & 4. Mendoz. 1. de generat. sect. 1. Zannard. 7 metaph. q. 6. ad 3. & 6. Suar. deinde dicunt essentialiter definiti, quod sit actio eductiua formæ substantialis, vel eius productio ex materia; vbi actio ponitur pro genere, ratione cuius conuenit cum creatione, & per alias particulas ab illa differt.

Fundamentum sumitur ex generatione prædicta ex speciebus sacramentalibus, imò D. Thom. illis tribuit virtutem actiuam, quia licet miraculosè sint extra subiectum, tamen, quia fuit actu, manet in illis virtus actiua, vt prius, atque adeo etiam virtus passiua, ratione cuius recipere potest corrumpentia ex natura sua formas substantiales, & hinc apparet generari vermes, qui cum non sint ex nihilo, deberit produci ex materia non præcedenti, ergo producta in eodem instanti à Deo siue per conuersionem quantitatis in materiā, vt aliqui asserunt, siue per creationem, tamen

men hæc non est mutatio, cum non præcedat in materia priuatio in aliqua duratione reali, & idem dici potest de igne cõburẽte illas species, vnde producitur ignis, neque dicas in eo casu, etiamsi materia nõ præcedat tempore, præcedat secundum instans naturæ, in quo intelligitur priuata forma, atque adeò cum intelligitur productio, intelligitur transitus de priuatione ad formã. Nã cũ mutatio sit realis, exigit terminos realiter existentes: sed in priori naturæ non est realiter priuatio, sed secundũ rationem; imò neque est secundum rationem positiuè existens, quia intelligerentur duo pugnantia existentia simul, scilicet, priuationes, & formæ: sed intelligitur negatiuè, .s. materiam ex se non habere formam quæ negatio manet cum forma, cũ semper sit verum, etiam dum habet formã, illam non habere à se, sed aliunde; atque adeò illa negatio non potest esse sufficiens ad rationem mutationis, etiamsi positiue intelligatur formã non habere à se, sed ab alio, vt dictum est s phys. tract. 7. q. 2. dub. 2. ad 5. vbi ostendi illam productionem esse puram eductionem sine mutatione.

5 Resp. 2. alij illam non esse generationẽ, sed eductionem substantialem, quia distinguetur ab alteratione, nã terminatur ad substantiam & à generatione, quia nomen generationis non est impositum ad significandam quamlibet eductionem, sed quæ est ex materia priuata forma, sed contra quia generatio non dicit actionem distinctam ab alteratione dispositionum, sed alteratio, qua ignis alterauit species illas, est generatio, nã illa alteratio est eiusdẽ rõnis cũ illa, p quã alteraret illã hostã si non esset consecrata. ergo si aliæ sunt generationis similiter, & illa alteratio ab igne circa species.

Confir. quia priuatio non est principiũ ingrediens essentiam generationis, sed tamen exigit illam vt terminum à quo, qui non est specificatiuus nã specificatio sumitur à termino ad quem ergo sufficit ad generationem exigere priuationem in materia, etiam si actu illam non habeat.

Confirmatur quia sine termino exigito, sed non specificatiuo potest cõseruari essentia rei, etiam si non connaturaliter, q a cũ generatio sit, qua cõmunicatur existentia formæ dum saluatur hæc communicatio saluatur essentia generationis siue sit ex hoc termino à quo siue illo, vt generatio aeris est eiusdem essentiæ siue sit ex aqua, siue ex igne vt termino à quo.

2. Opinio est dicentium ad generationẽ vt est eductio, non exigi præuiam priuationem, quia vt sit dicit puram communicationem existentiæ ex materia. At vero vt eductio est secundum cursum naturalẽ exigere priuationem, atque adeo mutationem, ita Vrtadus de Gen. d. 1. sect. 1. vbi ait generationem ortam ab agente creato esse mutationem, quia tunc est ex materia priuata, quia hanc solum cognoscit Arist. qui generationem definit, & est communis apud Paripaticos, & fusè Ruuius tr. 1. q. 2. eo quod generatio substantiali nõ consistit in sola eductione formæ, vel vnionis ex potentia materiæ, quia alioqui formæ cœlorum essent generatæ, sed necessariũ vt est vt sit eductio ex materia priuata.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Dico primo eductio eiusdem formæ ex natura sua positiue priuata antecedenter siue non, est eiusdem essentiæ intrinsecè, quia essentia eductiònis intrinseca sumitur ex termino specificatiuo, at hic est eiusdẽ rõnis respectu vtriusq; eductionis, nã eductio, vel sumitur ex cõcursu materiæ, & hic est etiã secundum rationẽ intrinsecã eiusdem rationis. in quocumque statu sit materia, nam priuatio cum nullũ influxum habet circa terminum non variat cõcursũ naturæ siue adsit siue nõ, priuatio. 6

Dico 2. hanc quæstionem esse de nomine. Nam de re constat .s. substantiam posse educi ex materia prius priuata, & nõ priuata. 2. illas eductiones esse eiusdem rationis; neque est aliquis qui hæc neget. Deinde constat mutationem ex suo conceptu exigere vnum subiectum, & duos terminos vt satis probatũ est in physicis: solum quæstio manet an illa eductio ex materia existente semper cum forma & nunquam sub priuatione illius, dicẽda sit simplex eductio an etiam generatio, & quidẽ cum Arist. definiat generationem per mutationem dicendum est, hoc nomen generationis non conuenire eductioni ex materia carente priuatione, quia cum illi non conuenit definitio, neque potest conuenire definitum, at illi eductioni non conuenit definitio generationis, quia non conuenit ratio mutationis; Quare qui in schola

Peri-

Peripatetici aliter vtuntur terminis, quam ipse Princeps scholæ, an temeritatis accusari possint.

7 Dices si eductio potest separari à mutatione subiectiua, & non à mutatione obiectiua formæ, dicendum est nomine mutationis, quod ponitur in definitione generationis intelligi mutationem obiectiuam formæ, non subiectiuam, quia illa est magis intrinseca, & inseparabilis.

Resp. primo negando posse ab omni eductione esse inseparabilem mutationem obiectiuam, nam ab eductione æterna est separabilis, quare spectata natura eductionis secundum se, & vt subest potentiæ absolutæ Dei est eadem ratio separabilitatis, tã quoad mutationem obiectiuam, quam subiectiuam.

Nominum significatio quomodo sit spectanda.

Resp. 2 in nominum significatione, debere res spectari non secundum se, sed vt concipiuntur ab imponentibus nomina; hinc fit vt eadem res vt concepta diuerso modo, significetur diuersis nominibus, vt v. g. serra, ensis, & ferrum significant eandẽ rem secundum substantiam, & tamen adæquatum significatum illorum nominum est diuersum ob diuersa connotata, seu figuras, & fines: & hinc fit vt cum nomen generationis nõ sit impositũ eductioni secundum se, sed vt fit secundum cursum naturalem, & non vt fit secundum cursum .i. supernaturalem, merito non significat eductionem puram, sed quæ est cum mutatione subiectiua, quia talis est ex vi causarum naturalium secundum cursum naturę. Difficultas manet quomodo mutatio includatur in conceptu generationis, vt significetur per nomen generationis, vt cõnotatum ne, an vt prędicatum intrinsecum superius.

8 Dico 3. conceptus mutationis secundũ rationem, qua differt ab eductione simplici, non significatur vt prædicatum genericum, & intrinsecum. Sed vt connaturaliter, quia mutatio supra eductionem non addit nisi priuationem, at hæc non est intrinseca mutationi, quia mutatio intrinsecè dicit realitatem positiuam, cum idẽtificetur cum generatione, ergo includitur in conceptu mutationis, vt connotatum quatenus est necessarius, vt cõcursus, materia, & accessus ad formam connotet materiæ recessum à termino à quo, qualis est priuatio; vide q̃ diximus in physicis de necessitate priuationis ad cõceptũ mutationis.

Et hinc conciliari possunt opiniones, nam prima opinio negat esse de ratione intrinseca realitatis qua homo generatur, secunda autem opinatur esse de essentia, seu de conceptu vt connotatum; sed quia in prima opinione dicitur generationem non esse diuersam actionem ab alteratione dispositiua ad formam, est illud examinandum, vnde sit.

Dices mutatio ponitur in definitione vt genus, ergo est intrinseca essentiæ, quia genus, & differentia constituunt essentiam intrinsecè.

Antecedens prob. tum quia prædicatur in recto, & deinde addantur differentiæ illius mutationis ab aliis mutationibus.

Tum quia illud est genus, quod prædicatur de multis differentibus specie. Sed mutatio, quæ prædicatur de generatione, prædicatur de multis mutationibus differentibus specie, ergo habet in definitione rationem generis.

Resp. 1. in e[illegible] connotationis sæpe, quod connotatur prædicatur in recto, & est commune pluribus vt v. g. album dicitur corpus habens albedinem, & dulce habens dulcedinem cum tamen eorum genus sit quale, seu qualitas, & ibi non est genus sic ensis, & serra; imò eadem res significata in abstracto differt à se ipsa significata in concreto ratione subiecti cõnotati vt album, & albedo, sed hæc vt perfectius percipiantur. 9

Resp. 2. mutationem posse accipi primo secundum positiuam rationem, qua tendit ad terminum, & secundum hanc rationem, conuenit cum eductione simpliciter accepta.

Mutatio quot modis accipitur.

2. Secundum rationem priuatiuam cõnotatam & secundum hanc rationem differt ab eductione simpliciter, non solum quando tendunt ad diuersos terminos, sed etiam ad eundem, vt v. g. eductio formæ ex materia priuata, differt ab eductione eiusdem à materia non priuata, at hæc differentia non est quoad substantiam, vt patet, ergo solum quoad connotatum.

Hinc infero illud commune vtriusque non posse habere rationem generis, cum sit eiusdem speciei in vtraque. At quando substantia mutationis est ad diuersas formas vt ad ignem, & aquam tunc mutatio habet rationẽ genericam respectu illarũ, non vt connotat priuationem, sed ratione positiua qua tendunt p diuersas tendentias ad diuersas formas specie, vnde patet qua ratione mutatio potest habere hanc rationem generis, & quando non.

DV-

DVBITATIO IV.

An generatio sit actio distincta ab alteratione dispositiua ad formam substantialem.

ARTICVLVS I.

Explicatur sensus quaestionis.

Dispositiones praerequiruntur ad productionem.

PRimo Not. formas substantiales non produci in materia ab agentibus naturalibus nisi praeuijs dispositionibus necessarijs quibus materiae indeterminatio, determinatur ad receptionem huius formae, & non alterius.

Forma quando desinit.

2. Est certum in instanti vltimo alterationis, qua producuntur dispositiones desinere formam praecedentem, & nouam produci ex materia.

Alteratio est successiua.

3. Est certum alterationem dispositiuã esse successiuam, vt infra constabit. generationem verò esse instantaneam, & hinc dicunt fieri in instanti, quod est extrinsecũ alterationi, & intrinsecũ generationi; ita vt dicatur nunc non est alteratio, & immediatè ante erat; contra verò generatio nũc est, & immediatè ante non erat; Haec ex omnium sententia, licet ego aliquando in physicis disputauerim de complemento dispositionum, an sit in instanti; & quid sit illud complementum.

Actionis necessitas.

4. Est certum nihil posse de nouo existere sine aliqua actione, per quam res illa recipiat existentiam, per quam formaliter existat, quod hic suppono, vt abstineam ab illa quaestione an res formaliter existat per actionem immediatè, an per existentiam, quae est terminus actionis.

2. Not. ex Arist. fusè probari in 1. de Generat. t. 23. & alibi generationem distingui ab alteratione, tum ex subiectis, tum ex terminis à quibus, tum ex terminis ad quos, illumq; sequuntur omnes peripatetici; & nos infra ostendimus; & quia possunt considerari, tum in ratione motus, tum actionis, tum passionis, ex praedictis rationibus, necessarium est, distingui secundum omnes huiusmodi formalitates, & conceptus. Ex quibus colligunt, generationem distingui ab alteratione praecedenti in ratione mutationis.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima Opinio est dicentium probabilius esse, generationem substantialem non esse actionem distinctã ab actione alteratiua; hi enim distinguunt duplicem terminum alterationis, vnum intrinsecum, & est accidens, alterum extrinsecũ, & est substantia, ad quam principaliter tẽdit alteratio, vnde inquiunt, cum Arist. numerat illam inter mutationes, & actiones positiuas, explicant illi, non accipi generationem nudam vt est productio formae praecisè, sed vt comprehendit alterationes praeuias. tribuitur D. Th. opus. 12. & q. vnic. de anim. art. 12 tr. de natura materiae & 1. p. q. 18. art. 2. ad 4. & 12. q. 83. art. 1. ad 3. & in 2. 18. q. 2. art. 1 ad 4 & 3. d. 13. q. 2. art. 2. ad 3. & de potentia q 3. art 9. ad 3. & 6. & 20. denique 5. met. lect. 2. tribuitur Heru. tr. de vnit form. q. 17. ad 5.

Terminus alterationis duplex.

Hanc sequuntur Salmaticens. de gen. d. 2. q. 2. Th. 3. & illam tribuũt Caiet. 1. q. 15. art. 3. & q. 54. art. 3. & de ente, & essent. q 17. Soto, Fonl. Zimarro, alijsq; iunioribus.

Fundamentum sumitur ex D. Th. dicẽte tr. de materia prima, in omni motu dari quietem secundum naturam illius motus, & ideo in fine alterationis quies est inductio formae substantialis, sed quies motus fit eadem actione, qua fit motus, ergo generatio fit eadem actione, qua fit alteratio.

Quies alterationis inductio formae.

Minor prob. quia quies conuenit mobili in termino motus, vt patet ex motu locali, & alijs in quibus terminus motus fit eadem actione, qua motus, immo motus est actio, qua fit terminus.

2. prob. quia si generatio esset actio distincta ab alteratione, illa esset immediatè à principio substantiali, quia ex D. Th. q. vnic. de anima art. 2. vnũquodque est agens in quantum est actu illud, quod immediatè agit. & hinc est quod agẽs agit sibi simile, & hinc principium, quo agens agit, colligitur ex eo quod agitur, quia vtrumque debet esse conforme ex 2. phys. quod forma & generans sunt idem specie.

Agẽs quod nã dicitur.

Sed falsum est, substantiam esse immediatum principium generationis, tum quia agens naturale in generatione agit transmutando materiã ad formã, hoc autẽ cõuenit quatenus materia disponitur ad formã,

& inde consequitur forma, quatenus generatio est terminus alterationis, ergo ex parte agētis, id q generās immediatè attingit est forma accidentalis, correspondens dispositioni materiæ, euius actio in virtute substātiæ euius principiū est instrumentū substantiæ nō solum terminatur ad dispositiones accidentales, sed etiam ad formas substantiales; sicut in artificialibus actio instrumentorū terminatur ad formā intentam ab artifice. Neque potest dici generationem esse actionem elicitam ab accidentibus inductis per alterationem, quia illa cum non fint in instanti generationis, non possunt habere influxum in substantiam quia quod non potest esse causa eius quod est, postea, vt effectus in actu exigit causam in actu 2.phys.37.5.met.3.

Generatio nō est actio elicita ab accidentibus.

Tum quia potentia ad esse distinguitur à potentia ad operari, quia termini specificatiui earum sunt distincti.

Potētia ad esse distinguitur à potentia ad operari ob terminos distinctos.

Sed essentia est potentia ad esse, ergo distinguitur à potentia ad operari, ergo nō potest essentia substantiæ per seipsam operari, ita colligitur à D.Thom.

3.Prob.ex aut.Aristot.nam in prædicamentis,& 3.phys.65.generationem ponit inter species motus ibidem,& t. 7. asserit in omni mutatione dari prius,& posterius

Generatio est inter species motus.

4 3.ex 6.phys.t.22. omne quod mutatur partim esse in termino à quo, partim in termino ad quem 4.ex 6.phys.t.54.55.omnem mutationē esse in tēpore, nec posse esse in instāti 5.ex 7.phys.t.34.eōparat generationes inter se quoad tarditatē, & velocitatē.

Confirmatur, quia omnis actio est accidens, quod non potest esse immediatè in materia prima, sed generatio recipitur immediatè in materia prima ex 1.de Gen. t.4.ergo generatio non est actio.

4.Probatur, quia ex Arist. sol, & homo generant hominem 2.phys.t. 26. sed hæc non possunt habere circa homines operationem distinctam ab alteratione; ergo generatio non est actu distincta ab alteratione. Minor prob.nam Deus creando infundit animam, quæ infusio non est aliud, quam vnio, nam agentia corporalia non solum non possunt attingere substantiam animæ rationalis ob eius independentiam à materia, sed neque vnionem illius cum materia cum sit spiritualis tam essentialiter, quam ratione subiecti, sed agens corporeum non potest nec circa subiectum spirituale producere, nec spirituale secundum se attingere. Ex qua ratione aliqui

Infusio animæ non est aliud nisi vnio eius cū corpore.

opinantur ex parte causarum corporearum nullam dari actionem circa generationem distinctam ab alteratione, quā dispositur materia tribuitur D. Thomæ 5.p. q.118. art.2.ad 4. & 2. Cōtra gentes.cap. 79.vbi Ferrariensis Capr.in 2. distinct. 4. quæst. vnica.Scoto in 1.dist.17.q 3.Riccardo in 2.dist.17.q.Bassol.dist.19.q. vnica, & alij apud Conimb.1.de gen.cap.4.q.13.art.1. sequuntur recentiores.Complutenses disp. 2.de gen.q 2.§.3.licet probabilem putent appositam.

Hi tā inter se diuisi sunt, nā alij volunt, eandē alterationē esse vnā simplicē actionem, qua producitur qualitas, & qua producitur forma; atque adeo non distingui secundum formalitatē actionis, ita vt eadem actio primariò secundum ordinem executionis attingat accidens, & secundariò formam substantialem.

Alij vero ponunt esse idem inadæquatè, nam generatio dicit productionem qualitatis & resultantiam formę ex vi alterationis, qua disponitur subiectum, quia posita vltima dispositione formæ sicut necessariò desinit esse forma præcedens, ita incipit esse forma genita, at alteratio dicit præcise productionem qualis.

Tertio alij omnem negant influxum immediatum circa formā; sed illam existere posita alteratione, & hinc alteratio dicitur generatio formę quatenus ad illam sequitur existentia formæ, & hinc generatio dicitur terminus alterationis.

Generatio terminus alterationis.

2. Opinio est dicentium, generationem non solum distingui specie ab alteratione, sed etiam realiter; vtraque pars probatur ex ratione termini, à quo specificatur, & cum quo identificatur generatio, nā hic distinguitur non solum specie à termino alterationis, sed etiam genere cum generationis sit substantia, & alterationis qualitas, quæ & genere distinguitur, & realiter, ita ex antiquis Auerr. t. phys.tom.9. Simpl.3.phys.t.8. & alij græci ex scholasticis Alens 3.p.q.7.m.9. Scotus 2.d.2.q. 7.sequuntur communiter alij. 5

Ex Recem.Suar.disp.18. met. sect.2.à n.15.Hurtado disp.7.de G. in.sect.9. Rubius hic tr.1.q.5 alij apud Conim. loc.cit q.12.art.2. & tribuitur Capr. 2. d. 3. q 1. art.3.ad arg.Greg.contra 2.

Primo prob.ex principijs Thomistarū, dicentium, alterationem recipi in toto cōposito præcedente generationem formæ, & in instanti generationis corrumpi compositum

positū præcedēs alioqui essent in eodem instanti duæ formæ in eadem parte materiæ, sed corrupto composito corrumpuntur omnis alteratio, & accidentia, quæ subiectabantur in illo, ergo generatio non potest dicere eandem rationem entitatis, ac præcedens alteratio, tum quia eadem entitas simul esset non & esset; tum quia nullum maius indiciū distinctionis à parte rei, quam separatio, & nulla maior separatio, quam aliquid existere, non existente alio, imò cū hic sit mutua separatio, erit distinctio realis rata, vt ostendi tr. de formalitatibus in 1. tomo opus. nam in tempore quo existit alteratio nō est generatio; cum hæc sit in instanti, & dum existit generatio non existit alteratio præcedens, imò nec accidentia, quę terminarunt illam vt dixi ex Thomistis.

6 Responderi posset, generationem non identificari cum actione alteratiua secundum totam suam latitudinem, sed secundum perfectionem vltimam completiuā dispositionis necessariæ ad formam sequētem. Sed contra quia illa actio completiua vel non est in instanti generationis, & est eadem ratio, ac de præcedenti, vel est in eodem instanti, & tunc vel recipitur in composito præcedenti, & cum in illo instanti sit forma genita erunt duæ formæ in eadem parte materiæ, vel recipitur in composito ex vi formæ genitæ; & sequitur formam causare seipsam quia esset causa actionis per suam causalitatem, per quā producitur forma, quia nihil est aliud, aliquid causare aliud nisi esse principium causalitatis, qua res causatur, at forma componens haberet causalitatem subiectiuam respectu actionis eductiuæ, qua fit ipsa forma; neque dicas quod aliqui ob pertinaciam asserunt, alterationem, vt terminatur ad qualitatem recipi in toto, non autē vt est productio formæ substantialis. Nā hæc reduplicatio vel destruit identitatem entitatis, & habetur intentum .s. distingui; vel non destruit, & manet difficultas quod non possit entitas eadem omnino à parte rei habere separatū subiectum, quia non haberet eandem numero dependentiam, sed diuersam à diuersis subiectis.

Causare aliquid quid sit.

7 Respondent quod licet dispositiones, & alteratio non sint in illo instanti, tamen materia manet ex vi illius suggellata, & determinata ad hanc, non illam formam, & illa consequitur; sed in physicis contra hanc suggellationem plura dixi: Nunc autem satis est, quod corruptis dispositionibus manet materia nuda, in qua recipitur forma, ergo manet indifferens vt erat prius, quia potentia ex se indeterminata ablato determinante, & suggellante manet secundum se atque adeo indeterminata. Deinde etiam si esset sugellata adhuc est necessarium efficiens educens formam de potentia etiam determinata ad actum, nec maiorem probabilitatem habet responsum dicentium, sufficere naturalem nexum vt vnum consequatur ad aliud .s. termini secundarij ad primarium, qua ratione secundarius est immediatè post primarium ex vi actionis præcedentis tendentis ad secundarium post primarium, nam si principium actionis non existens non potest elicere actionem etiā si immediatè prius extiterit, multò minus actio, quæ est ratio actualis qua communicatur existentia formæ, non poterit illum communicare dum non existit, neque obstat nexus naturalis, quia hic dicitur positis requisitis exigitis, vt vnum sequatur actu ad aliud, quia aliud est hoc exigere illud, aliud est hoc habere illud, quia potest aliquid exigi, & non haberi, sed de his principijs Thomistarum plura.

Confirmatur ex principijs D. Th. tū q. 3. de potentia art. 3. tum q. vnic. de anima a. 13. quod principium actionis est simile principio quo constituitur res facta, & solum differunt quod in efficiente est actu, & in re facienda est in potētia, ergo actio generatiua nō potest esse eadem cum alteratione, nam principium alterationis est accidens, & principium generationis est substantia, quia illud est simile cū effectu. 8

Principiū actionis in quo differat à principio rei factæ.

Tum 3. p. q. 77. art. 3. ad 2. vbi ait, *actio formæ accidentalis dependet ab actione formæ substantialis, sicut esse accidentis pendet ab esse substantiæ, & ideo sicut possunt esse sine forma substantiali ita possunt agere sine forma substantiali virtute Dei à quo sicut à primo agente dependet omnis actio formæ, & substantialis, & accidentalis.* vbi actio accidentis ponitur pendere ab actione formæ substantialis, & huius efficientiam suppleri à Deo, vt prima causa, nec ibi dicit suppleri quoad modum, sed absolutè eo modo, quo omnis actio creaturæ pendet ab actione Dei, vt prima causa quæ dependentia est, quoad substantiam actionis.

Actio accidentis dependet ab actione substantiæ.

Confirmatur ex alio principio quo asserunt, generationem esse distinctam in ratione mutationis ab alteratione, sed non

hac ratione dispositiones sunt primarius effectus alterationis, & forma substantialis secundarius effectus, quia existit ex vi dispositionum positarum. Sed hic modus dicendi fauet aduersarijs, tũ quia actio qua attingitur substãtia, nõ est illa, quæ attingit dispositiones; sed alia, quæ ponitur post dispositiones positas, vndecunq; illa actio oriatur, quia illius actionis non est capax materia nisi positis dispositionibus.

13 Tum 2. quia posita alteratione potest Deus impedire productionem substantiæ, ergo alteratio non potest esse actio, qua existit substantia, quia Deus non potest impedire essentialem conceptum rei, at de conceptu actionis est connexio cum re actio, vt efficientiæ cum effectu vt rectè notauit Arist. 2. phys. t. loquens de connexione causæ actualis cum effectu actuali, quod si dicant id iterum de effectu primario; non autem de secundario. Ego insto ergo actio respectu secũdarij effectus non potest se habere vt actio; sed vt principium, quod potest coniungi, & non coniungi cum tali effectu; Hæc autem coniunctio fieri debet media alia actione, quare cum actio secundum se non sit principiũ actionis debet esse principium ratione effectus, qui eliciat illam actionem respectu effectus, qui dicitur secundarius.

Tum 3. quod licet eadem entitas possit terminare plures actiones, vt productionem, & reproductionem eiusdem rei, nõ tamen vna actio physica potest terminari ad plures terminos genere, & realiter distinctos, ita vt ex vi illius quilibet ex illis præciso omni alio influxu habeat existentiam per illam vnam actionem, quia cum non sit alia actio media, sequitur necessario ex vi illius omnes illos terminos habere immediatè existẽtiam; atque adeo omnes essent primarij primitate immediationis; neque dicas mediare dispositiones, quia illæ non mediant vt actiones; ergo non auferunt mediationem actionis vt habet vim actionis; quam habet actio cum forma substantiali. Deinde obstat siue identificatio, quæ esset cum pluribus realiter distinctis terminis, siue vt alij volunt subiectatio in illis ex qua ratione patet errare Arriagam. dũ 1. de Gen. d. 1. sect. 5. n. 51. ait eandem indiuisibilem actionem de potentia Dei posse terminari ad substantiam, & accidens æque primo, & in eodem signo naturæ, nam cum opinetur actionem esse modum termini non vidit eundem modum identificare, & modificare simul duo realiter distincta quod repugnat enti finito patet ex eo, quod huiusmodi identificatio sit proprium diuinæ essentiæ ob sui infinitatem ex omniũ Theologorum consensu.

4. Dicitur primarius effectus primitate entis, qua ratione inter obiecta scientiarũ datur vna species, quæ est principale obiectum, & hac ratione certum est substantiã esse effectum primarium, quia inter terminos illius actionis illa esset principaliter terminus in ratione entis.

5. Principium sumitur ex ratione actionis; quæ consistit in ratione effectus vt est in fieri, ita vt non differat à termino nisi vt est in fieri, & in facto esse, quare dicunt eandẽ perfectionẽ essentialem, sed sub diuerso modo essendi, sed alteratio non potest esse substantia in fieri, ergo non potest esse actio qua fiat substantia.

14 Maior est nota in schola peripatetica, nõ est ratio per quam effectus, qui erat in potentia sit in actu; quare est effectus vt exiẽs de potentia ad actum.

Minor prob. quia implicat substantiam contineri formaliter in accidẽte, sed alteratio est accidens essentiæ, ergo non potest continere formaliter substantiam, at actio continet formaliter essentiam termini licet sub diuerso modo essendi.

Dices, productio substantiæ est accidens, ergo productio non continet formaliter essentiam effectus, & differunt solum secundum modum essendi.

Resp. 1. productionem substantiæ dici substanstantialem eo quod cõtinet aliqua ratione perfectionem substantiæ, & hac ratione non dici accidens, sed reductiuè pertinet ad prædicamentum substantiæ, sed dici accidens ratione modi essendi, ratione cuius prædicatur accidentaliter, de essentia.

Actio substantialis quomodo sit accidẽs.

Resp. 2. actionem esse accidens non respectu termini, sed respectu causæ sicut passio est accidens respectu subiecti, & secundum hanc rationem ponuntur duo prædicamenta, quorum diuersitas sumitur ex diuersitate modi prædicandi de prima substantia.

15 Dices 2. sicut virtus accidentalis habet duplicem rationem vnam vt accidens, qua vt causa principalis producit accidẽs, alteram vt est virtus substantiæ, qua ratione producit substantiam; ita alteratio vt est ab accidente, vt causa principali est

actio

actio qua producitur accidens, sed vt est ab accidente vt est virtus substantiæ est actio, qua producitur substantia, atq; adeo eadem actio sm diuersam rationem est productio accidentium, & substantiæ.

Sed contra primò, tum quia licet distinctio virtutis accidentalis sit communis is non ab omnibus admittitur, vt accidentalis sola sufficiat nisi eleuata per concursum substantiæ.

Tum quia non bene ducitur argumentum à virtute ad actum, nam eadem virtus ex genere suo est principium plurimorum actionum, atque adeo potest admittere illas diuersas rationes respectu diuersarum actionum.

At actiones sunt determinatæ ad terminos, ita vt implicet, actionem determinatā ad talem terminum, posse terminari ad alium, sicut modus determinatus ad modificandum tale subiectum, non potest modificare aliud, distinctum ab illo realiter.

Actio eadē non potest esse in duplici specie athoma.

Tum quia implicat eandem indiuisibilem actionem esse in duplici specie athoma; qualis esset illa actio, quæ terminaretur ad accidens, & ad substantiam, nā illa actio, vt terminatur præcise ad substantiam, recipit ea illo ordine substantiali aliquam perfectionem athomam, atq; adeo pertinentem ad certam speciem.

Ex quo patet neminem ex antiquis tueri hanc opinionem ex hac virtute actionis, sed ex eo, quo actio substantialis sequitur ex alteratione per resultantiam ab accidentibus dispositiuis, vt videre licet in Caiet. loc. cit. & Heru. q. ait, vnionē nō esse actionē & causalitatē, sed terminū actionis, q̄ fūdatur in materia, vt est sub actu formæ abijciendæ, q̄ est ante vltimū instās in quo est vnio, quare ponit actionem immediatè præuiam ad vnionem, illa autem actio est generatio, quod an vere dicatur patet ex dictis.

Et hæc opinio mihi placet; nam ex dictis satis impugnata est, & vniuersaliter, & quoad tres modos dicendi.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

16 PRima concl. forma substantialis non potest præcisè, ex eo, quod materia fuerit disposita ex vi alterationis, sine aliquo influxu existere. 1. implicat, creatū aliquid existere, nisi ab aliqua causa accipiat existentiam, quia cum non habeat illam à se necessariò exigit aliud, quod det illi effectiuè existētiam, hāc autem dationem, & communicationem existentiæ vocamus actionem, sicut datorem vocamus causam efficientem; quare non sunt ferendi, qui dicunt posita alteratione immediatè existere formam substantialem, quia hi non explicant causam, & modum, quo formæ communicatur existentia; neque dicas sufficere, poni actionem immediatè ante existentem, vt videtur dicere Heru. nam de ratione actionis est, vt sit simul cū suo termino, nec potest intelligi, actionem existere, & pro eadem mensura nihil existere, sed existere in sequenti duratione, quod maxime verū est in ijs q̄ sunt primò in instanti, in quibus simul est fieri, & factum esse.

Alteratio non est influxus ad formam.

Secunda concl. hic influxus in existentiam formæ substantialis, nō est formaliter, nec realiter ipsa alteratio.

1. Pars pb. tum quia est ad formam diuersæ perfectionis, ab ea quæ terminat alterationem.

Tum quia supponit alterationem, vt dispositiuam materiæ in qua recipitur influxus in formam, at nihil disponit ad seipsū.

Hinc patet 2. pars, quia actiones vt distinguuntur formaliter, & specie per terminos, ita & realiter ex illis realiter distincti, vt fusè in physicis, & infra cum de actione.

Generatio formæ supponit, non includit alterationem. 17

3. concl. hic influxus distinguitur adæquatè ab alteratione, nam illi influxus præcisè sumpti non se mutuò includunt, nam generatio formæ præcisè sumpta supponit quidem alterationem, non tamen includit illam, sed se mutuò excludunt à proprijs conceptibus, & licet Arist. aliquando generationem nominet alterationem loquitur secundum præuiam conditionem, necessariā naturaliter ad illius existentiam, vnde accipit generationem pro toto progressu naturali necessario ad generationē formarum substantialium, vnde hic illam distinguit ab alteratione, vt speciē distinctam mutationis ex varijs capitibus, vt dictum est in explicatione textus.

Generatio distinguitur ab alteratione, & vt actio est.

4. Concl. generatio distinguitur ab alteratione, non solum in ratione mutationis, vt concedunt aduersarij coacti ex dictis Arist. sed etiam in ratione actionis.

Primò quia illa mutatio non est in materia nisi ex vi alicuius agentis, ergo ex vi actionis, quia nihil de nouo existit sine influxu

in ratione actionis, nam cum actio, & passio fundentur in mutatione; & motu ex 5. phys. si est distinctio inter illa, vt sunt mutationes etiam erunt distincta in ijs, quæ super illis fundantur.

2. Prob. ex principijs ab omnibus communiter concessis, inter quæ primum est; nullum ens posse de non existente fieri existens sine causæ efficientis influxu, per quem illi ab efficiente communicatur existentia.

Sed forma prius non existebat, & postea existit, ergo exigit concursum efficiẽtis, per quem communicatur illi existentia; sed ille concursus est actio: ergo ex vi actionis existit, sed hæc actio non potest esse alteratio, ergo est distincta ab alteratione.

Minor prob. tum quia alteratio non est in instanti, in quo forma transit de non esse ad esse, cum ob sui continuam successionem illi repugnet esse in instanti, non potest esse actio qua existit forma quia actio est simul duratione cum prima existentia sui termini, effectus .n. in actu est simul cum sua causa in actu.

Tum 2. quia alteratio vel habet rationem causæ respectu formæ, sicut dicunt qui ponunt accidentia q̃ manẽt in illo instanti, producere formam, & non quia actio secundum se non est actiua, vel
9 causa ratione accidentium ad quæ terminatur, et tunc ab his erit actio per quam existit forma, sed hęc est distincta ab alteratione non solum ratione termini, sed etiam ratione principij actiui, quod est diuersum à principio actiuo alterationis.

Vel alteratio se habet vt actio, qua existit forma substantialis, & non, siue quia actio, quæ habet adæquatum terminum, non potest se extendere ad alium terminũ sine noua actione, quia hoc repugnat adæquationi sicut calefactio adæquatur à calore, quod si deinde consequitur raritas, id non potest esse, sine alia actione, quæ dicitur rarefactio, siue quia vna actio simplex non potest habere terminos, & specie, & realiter distinctos.

Tum 3. quia alteratio dispositiua ad formam non est vnius speciei, sed tot specierum, quot sunt qualitates dispositiuę ad formam cum actiones distinguãtur ex terminis, & principijs, vt v.g. ad formam ignis requiritur calor, sicut ad calorẽ raritas &c. ergo eadem actio, qua producitur forma esset diuersarum specierum; & identificata cum alterationibus realiter distinctis.

Respondent, aliquid transire de non esse ad esse dupliciter, primo ex vi actionis, quæ primario secundum ordinem consequutionis est à principio actionis, & hac ratione non producitur forma substantialis. 2. per modum sequelæ, & per resultantiam, & hoc non respicit existentiam per actionem; & huiusmodi est forma, quæ consequitur ad positionem dispositionum positarum ex vi alterationis; sicut dicimus passiones fieri ab agente productiuo formarum sine noua actione, sed per resultantiam, & emanationem; Neque dicant vnũ ad aliud consequi sine noua actione, nam dicit multorum ordinem vnius post aliud; quia non sufficit, vt id quod sequitur habeat existentiam ex vi prioris; & hac ratione cum generatio consequatur ad corruptionem, & dies consequatur ad noctem, & forma cœli ad positionem materiæ essent ex vi eorum, quæ sunt priora; Non inquam id dicas, quia hæc consequutio non dicit purum ordinem cum includat resultantiam formæ ex vi alterationis præcedentis per se ordinatæ ad generationem formæ, nam cum generatio per se cõsequatur ad alteratione atq; primariũ terminũ eius p se alteratio ad illam ordinatur, quod non est in exemplis positis, quia resultantia non est proprie efficientia ob defectum termini primarij intenti ex vi alterationis, quia primarius terminus illius est aliquid accidens, & secundarius est forma.

Sed hi disputant, vel de re; vel de nomine, nam si intelligant per resultantiã, 10
influxum realem existentem, in instanti quo communicatur existentia formæ, necessario concedere debent principium tũc existens elicitiuũ illius, & illum influxum esse distinguitur ab influxu alterationis antecedentis, atq; adeo in re conueniunt cum aduersarijs, & solum de materia disputant, an ille influxus sit dicenda actio quod ipsi negant, sed quam vere consulant Peripateticus Auer. 7. met. com. 28. Actio inquit agentis nihil aliud est quam extrahere illud, quod est in potentia ad actum, & Alb. Magn. de 6. princ. cap. 2. actio inquit est secundum quam in id, quod subijcitur, agere efficiens dicitur, & omnem passionẽ inferẽs actio est inquit Porretanus c. 2. & similia dicuntur, quæ conueniunt productioni substantiæ, non tamen nego, quia actio alteratiua non dicatur esse quilibet

Actio agentis quid sit.

influ-

influxus agentis, ſed qui eſt inter contraria vt ait Alb. de ſex prin. c. 69. ſed id non auſert quin etiam omnis influxus eductionis ab efficienti dicatur actio, cum inferat paſſionem, quod ſi negant in illo inſtanti dari influxum efficientis, quo forma ſubſtantialis recipiat exiſtentiam tunc diſputant quidem de re: ſed à veritate longiſſime diſtant, nam cum forma non habeat ex ſe exiſtentiam, ſed ab alio efficiente neceſſario debet poni tā illud principiū exiſtere in illo inſtanti q̄ eius influxū eductiuū ex materia nuda ſecundum Thomiſtas; qualis non eſt alteratio, quæ nec exiſtit nec eſt ex materia nuda.

Alterum principium ſumitur ex parte terminorum, Nam ex omnium conſenſu actiones diſtinguuntur tum ex terminis ad quos, tum ex principijs, quælibet enim diuerſitas in his ponit diuerſitatem in actionibus. Sed termini, & principia alterationis, & generationis ſunt diuerſa; ergo alteratio, & generatio ſunt diuerſa.

11 Minor prob. nam terminus ſpecificatiuus alterationis eſt qualitas aliqua, vt ſpecificatiuus generationis eſt ſubſtantia, & principia principalia, alterationis effectiuum eſt accidens, & materiale ſecundum aduerſarios eſt compoſitum, at generationis efficiens principale eſt ſubſtantia, nam licet verum eſſet, produci poſſe ab accidētibus, tamen non principaliter, ſed vt ſunt virtutes, & inſtrumenta ſubſtantiæ, atque adeo accidentia ſecundum diuerſam rationem ſunt principia generationis, & alterationis, & eadem diuerſitas patet ex parte ſubiecti, vnde fit eductio accidentium, & eductio formæ vt dictum eſt.

Accidentia quomodo ſint principia generationis.

Reſpondent, ſpecificationem actionum ſumi ex terminis primarijs non ex ſecundarijs; alterationis enim terminus primarius eſt accidens, & ſubſtātia eſt terminus ſecundarius, & ideo ex ſubſtantia non ſumitur diuerſa ſpecificatio ab illa, quam habet alteratio ex ſuo termino primario .ſ. accidente; ſicut viſio intuitiua Dei ſpeciē recipit ab eſſentia diuina vt primario obiecto, non autem à creaturis, quæ ſunt obiecta ſecundaria.

Sed contra 1. quia tunc actus recipit ſpeciem ab obiecto primario & non à ſecundario, quando primarium eſt ratio formalis attingendi ſecundaria, quia actus ex obiecto primario, & ſecundario eſt vnus qui fertur ad vnum propter aliud vt per formalem rationem attingendi, at neque alteratio, neque eius terminus eſt ratio formalis cur producatur ſeu attingatur per generationem ſubſtantia. Sed potius contra, ideo à potentia ſunt attingibilia accidentia, quia diſponunt ad ſubſtantiam, nā ſi per impoſſibile non eſſet poſſibilis attingentia ſubſtantiæ, nec eſſet poſſibilis attingentia accidentium.

2. Effectus primarius, & ſecundarius poſſunt diſtingui ex triplici ratione primo ex primitate formalitatis, qua ratione obiectum primarium potentiæ, vel actionis eſt ratio formalis ſub qua effectus attingitur, & ſecundarius ratio materialis, quæ attingitur, & hac ratione potius ſubſtantia eſſet primarius effectus quam accidens vt dixi.

2. Ex primitate intentionis cauſæ naturalis & hac ratione etiā ſubſtantia eſſet primarius, & accidens ſecundarius. neque dicas ſubſtantiam eſſe primarium ex intentione operantis, non operis, Nam opus nō habet alium finem, quam quē reſpicit natura operans, quia hæc non ordinat opus ad alium finē, quam ad illum, ad quem ex natura hic dirigitur, non enim agens liberum ordinat opus ad fines varios, & extrinſecos; ſed ad finem ad quem ordinatur ex natura rei.

Neque dicas licet opus ordinetur vltimo ad finem naturæ, ſecundum ordinem intentionis, tamen in exequutione ordinatur primario ad ſuum terminum intrinſecum; Nam hæc ordinatio eſt quidem immediatè; non tamen primario, cum hæc ſit ſubordinata etiam quoad exequutionem alteri; atque hoc erit etiam principalius in exequutione; ſicut actio medicinæ licet ordinetur immediatè ad purgationem humoris talis, tamen principalius ordinatur ad ſanitatem inducendā, quod ſi dicas eadem actio medicinæ, quæ purgat humorem, eadē inducit ſanitatem, id verum quādo morbus oritur ex ſola exuberantia illius humoris, quo ablato fit temperies humorum in qua conſiſtit ſanitas, At non ita quando oritur ex alijs cauſis ab illo humore adiutis; & diſtēperatio materię ex illius abundantia, quia tunc reperiuntur aliæ actiones ad inducēdum ſanitatem, & hac ratione etiam ſi alterationes inducant diſpoſitiones ad ſubſtantiam, tamen vt hæc exiſtat indiget alia operatione, vt exiſtat. 12

3. Dicitur effectus primarius primitate exiſtentiæ, eo quod ex vi actionis primo exiſtit aliquis effectus, & ex vi illius exiſtentis effectus ſecundarius exiſtit, &

hac

in ratione actionis, nam cum actio, & passio fundentur in mutatione; & motu ex 5. phys. n est distinctio inter illa, vt sunt mutationes etiam erunt distincta in ijs, quæ super illis fundantur.

2. Prob. ex principijs ab omnibus communiter concessis, inter quæ primum est; nullum ens posse de non existente fieri existens sine causæ efficientis influxu, per quem illi ab efficiente communicatur existentia.

Sed forma prius non existebat, & postea existit, ergo exigit concursum efficiẽtis, per quem communicatur illi existentia; sed ille concursus est actio: ergo ex vi actionis existit, sed hæc actio non potest esse alteratio, ergo est distincta ab alteratione.

Minor prob. tum quia alteratio non est in instanti, in quo forma transit de non esse ad esse, cum ob sui continuam successionem illi repugnet esse in instanti, non potest esse actio qua existit forma quia actio est simul duratione cum prima existentia sui termini, effectus .n. in actu est simul cum sua causa in actu.

Tum 2. quia alteratio vel habet rationem causæ respectu formæ, sicut dicunt qui ponunt accidentia q̃ manẽt in illo instantĩ, producere formam, & non quia actio secundum se non est actiua, vel
9 causa ratione accidentium ad quæ terminatur, et tunc ab his erit actio per quam existit forma, sed hęc est distincta ab alteratione non solum ratione termini, sed etiam ratione principij actiui, quod est diuersum à principio actiuo alterationis.

Vel alteratio se habet vt actio, qua existit forma substantialis, & non, siue quia actio, quæ habet adæquatum terminum, non potest se extendere ad alium terminũ sine noua actione, qua hoc repugnat adæquationi sicut calefactio adæquatur à calore, quod si deinde consequitur raritas, id non potest esse, sine alia actione, quæ dicitur rarefactio, siue quia vna actio simplex non potest habere terminos, & specie, & realiter distinctos.

Tum 3. quia alteratio dispositiua ad formam non est vnius speciei, sed tot specierum, quot sunt qualitates dispositiuę ad formam cum actiones distinguãtur ex terminis, & principijs, vt v.g. ad formam ignis sequitur calor, sicut ad calorẽ raritas &c. ergo eadem actio qua producitur forma & diuersarum specierum; & identificata cum alterationibus realiter distinctis.

Respondent aliquid transire de non esse ad esse dupliciter, primo ex vi actionis, quæ primario secundum ordinem consequutionis est à principio actionis, & hac ratione non producitur forma substantialis. 2. per modum sequelæ, & per resultantiam, & hoc non respicit existentiam per actionem; & huiusmodi est forma, quæ consequitur ad positionem dispositionum positarum ex vi alterationis; sicut dicimus passiones fieri ab agente productiuo formarum sine noua actione, sed per resultãtiam, & emanationem; Neque dicant vnũ ad aliud consequi sine noua actione, nam dicit multorum ordinem vnius post aliud; quia non sufficit, vt id quod sequitur habeat existentiam ex vi prioris; & hac ratione cum generatio consequatur ad corruptionem; & dies consequatur ad noctem, & forma cœli ad positionem materiæ essent ex vi eorum, quæ sunt priora; Non inquam id dicas, quia hæc consequutio non dicit purum ordinem cum includat resultantiam formæ ex vi alterationis præcedentis per se ordinatæ ad generationem formæ, nam cum generatio per se cõsequatur in alteratione atq; primariũ terminũ eius. p se alteratio ad illam ordinatur, quod non est in exemplis positis, quæ resultantia non est proprie efficientia ob defectum termini primarij intenti ea vi alterationis, quia primarius terminus illius est aliquid accidens, & secundarius est forma.

Sed hi disputant, vel de re; vel de 10
nomine, nam si intelligant per resultantiã, influxum realem existentem, in instanti quo communicatur existentia formæ, necessario concedere debent principium tũc existens elicitiuũ illius, & illum influxum esse distinguitur ab influxu alterationis antecedentis, atq; adeo in re conueniunt cum aduersarijs, & solum de materia disputant, an ille influxus sit dicendus actio quod ipsi negant, sed quam vere consulant Peripaticus Auer. 7. met. com. 28. Actio inquit agentis nihil aliud est quam extrahere illud, quod est in potentia ad actum, & Alb. Magn. de 6. princ. cap. 2. actio inquit est secundum quam in id, quod subijcitur, agere efficiens dicitur, & omnem passionẽ infert; actio est inquit Porretanus c. 2. & similia dicuntur, quæ conueniunt productioni substantiæ, non tamen nego, quia actio alteratiua non dicatur esse quilibet

Actio agentis quid sit.

[illegible] influ-

influxus agentis, sed qui est inter contraria vt ait Alb. de sex prin. c. 69. sed id non aufert quin etiam omnis influxus eductionis ab efficienti dicatur actio, cum inferat passionem, quod si negant in illo instanti dari influxum efficientis, quo forma substantialis recipiat existentiam tunc disputant quidem de re: sed à veritate longissime distant, nam cum forma non habeat ex se existentiam, sed ab alio efficiente necessario debet poni tā illud principiū existere in illo instanti q̄ eius influxū eductiuū ex materia nuda secundum Thomistas; qualis non est alteratio, quæ nec existit nec est ex materia nuda.

Alterum principium sumitur ex parte terminorum, Nam ex omnium consensu actiones distinguuntur tum ex terminis ad quos, tum ex principijs, quælibet enim diuersitas in his ponit diuersitatem in actionibus. Sed termini, & principia alterationis, & generationis sunt diuersa; ergo alteratio, & generatio sunt diuersa.

11 Minor prob. nam terminus specificatiuus alterationis est qualitas aliqua, vt specificatiuus generationis est substantia, & principia principalia, alterationis effectiuum est accidens, & materiale secundum aduersarios est compositum, at generationis efficiens principale est substantia, nam licet verum esset, produci posse ab accidentibus, tamen non principaliter, sed vt sunt virtutes, & instrumenta substantiæ, atque adeo accidentia secundum diuersam rationem sunt principia generationis, & alterationis, & eadem diuersitas patet ex parte subiecti, vnde fit eductio accidentium, & eductio formæ vt dictum est.

Accidentia quomodo sint principia generationis.

Respondent, specificationem actionum sumi ex terminis primarijs non ex secundarijs; alterationis enim terminus primarius est accidens, & substātia est terminus secundarius, & ideo ex substantia non sumitur diuersa specificatio ab illa, quam habet alteratio ex suo termino primario .s. accidente; sicut visio intuitiua Dei speciē recipit ab essentia diuina vt primario obiecto, non autem à creaturis, quæ sunt obiecta secundaria.

Sed contra 1. quia tunc actus recipit speciem ab obiecto primario, & non à secundario, quando primarium est ratio formalis attingendi secundaria, quia actus ex obiecto primario, & secundario est vnus qui fertur ad vnum propter aliud vt per formalem rationem attingendi, at neque alteratio, neque eius terminus est ratio formalis cur producatur seu attingatur per generationem substantia. Sed potius contra, ideo à potentia sunt attingibilia accidentia, quia disponunt ad substantiam, nā si per impossibile non esset possibilis attingentia substantiæ, nec esset possibilis attingentia accidentium.

2. Effectus primarius, & secundarius possunt distingui ex triplici ratione primo ex primitate formalitatis, qua ratione obiectum primarium potentiæ, vel actionis est ratio formalis sub qua effectus attingitur, & secundarius ratio materialis, quæ attingitur, & hac ratione potius substantia esset primarius effectus quam accidens vt dixi.

2. Ex primitate intentionis causæ naturalis & hac ratione etiā substantia esset primarius, & accidens secundarius. neque dicas substantiam esse primarium ex intentione operantis, non operis, Nam opus nō habet alium finem, quam quē respicit natura operans, quia hæc non ordinat opus ad alium finē, quam ad illum, ad quem ex natura hic dirigitur, non enim agens liberum ordinat opus ad fines varios, & extrinsecos; sed ad finem ad quem ordinatur ex natura rei.

Neque dicas licet opus ordinetur vltimo ad finem naturæ, secundum ordinem intentionis, tamen in exequutione ordinatur primario ad suum terminum intrinsecum; Nam hæc ordinatio est quidem immediatè; non tamen primario, cum hæc sit subordinata etiam quoad exequutionem alteri; atque hoc erit etiam principalius in exequutione; sicut actio medicinæ licet ordinetur immediatè ad purgationem humoris talis, tamen principalius ordinatur ad sanitatem inducendā, quod si dicas eadem actio medicinæ, quæ purgat humorem, eadē inducit sanitatem, id verum quā do morbus oriretur ex sola exuberantia illius humoris, quo ablato fit temperies humorum in qua consistit sanitas, At non ita quando oritur ex alijs causis ab illo humore adiutis; & distēperatio materię ex illius abundantia, quia tunc reperiuntur aliæ actiones ad inducēdum sanitatem, & hac ratione etiam si alterationes inducant dispositiones ad substantiam, tamen vt hæc existat indiget alia operatione, vt existat. 12

3. Dicitur effectus primarius primitate existentiæ, eo quod ex vi actionis primo existit aliquis effectus, & ex vi illius existentis effectus secundarius existit, &

hac

in ratione actionis, nam cum actio, & passio fundentur in mutatione; & motu ex 5. physi. si est distinctio inter illa, vt sunt mutationes etiam erunt distincta in ijs, quæ super illis fundantur.

2. Prob. ex principijs ab omnibus communiter concessis, inter quæ primum est; nullum ens posse de non existente fieri existens sine causæ efficientis influxu, per quem illi ab efficiente communicatur existentia.

Sed forma prius non existebat, & postea existit, ergo exigit concursum efficiẽtis, per quem communicatur illi existentia; sed ille concursus est actio: ergo ex vi actionis existit, sed hæc actio non potest esse alteratio, ergo est distincta ab alteratione.

Minor prob. tum quia alteratio non est in instanti, in quo forma transit de non esse ad esse, cum ob sui continuam successionem illi repugnet esse in instanti, non potest esse actio qua existit forma quia actio est simul duratione cum prima existentia sui termini, effectus .n. in actu est simul cum sua causa in actu.

Tum 2. quia alteratio vel habet rationem causæ respectu formæ, sicut dicunt qui ponunt accidentia q̃ manet in illo instanti, producere formam, & non quia actio secundum se non est actiua, vel
9 causa ratione accidentium ad quæ terminatur, et tunc ab his erit actio per quam existit forma, sed hęc est distincta ab alteratione non solum ratione termini, sed etiam ratione principij actiui, quod est diuersum à principio actiuo alterationis.

Vel alteratio se habet vt actio, qua existit forma substantialis, & non, siue quia actio, quæ habet adæquatum terminum, non potest se extendere ad alium terminũ sine noua actione, qu a hoc repugnat adæquationi sicut calefactio adæquatur à calore, quod si deinde consequitur raritas, id non potest esse, siue alia actione, quæ dicitur rarefactio, siue quia vna actio simplex non potest habere terminos, & specie, & realiter distinctos.

Tum 3. quia alteratio dispositiua ad formam non est vnius speciei, sed tot specierum, quot sunt qualitates dispositiuę ad formam cum actiones distinguãtur ex terminis, & principijs, vt v.g. ad formam ignis sequitur calor, sicut ad calorẽ raritas &c. ergo eadem actio, qua producitur forma erit diuersarum specierum; & identificata cum alterationibus realiter distinctis.

Respondent aliquid transire de non esse ad esse dupliciter, primo ex vi actionis, quæ primario secundum ordinem consequutionis est à principio actionis, & hac ratione non producitur forma substantialis. 2. per modum sequelæ, & per resultantiam, & hoc non respicit existentiam per actionem; & huiusmodi est forma, quæ consequitur ad positionem dispositionum positarum ex vi alterationis; sicut dicimus passiones fieri ab agente productiuo formarum sine noua actione, sed per resultãtiam, & emanationem; Neque dicant vnũ ad aliud consequi sine noua actione, nam dicit multorum ordinem vnius post aliud; quia non sufficit, vt id quod sequitur habeat existentiam ex vi prioris; & hac ratione cum generatio consequatur ad corruptionem, & dies consequatur ad noctem, & forma cœli ad positionem materiæ essent ex vi eorum, quæ sunt priora; Non inquam id dicas, quia hæc consequutio non dicit purum ordinem cum includat resultantiam formæ ex vi alterationis præcedentis per se ordinatæ ad generationem formæ, nam cum generatio per se cõsequatur in alteratione atq; primariũ terminũ eius p se alteratio ad illam ordinatur, quod non est in exemplis positis, quæ resultantia non est proprie efficientia ob defectum termini primarij intenti ex vi alterationis, quia primarius terminus illius est aliquid accidens, & secundarius est forma.

10 Sed hi disputant, vel de re; vel de nomine, nam si intelligant per resultantiã, influxum realem existentem, in instanti quo communicatur existentia formæ, necessario concedere debent principium tũc existens elicitiuũ illius, & illum influxum esse distinguitur ab influxu alterationis antecedentis, atq; adeo in re conueniunt cum aduersarijs, & solum de materia disputant, an ille influxus sit dicendus actio quod ipsi negant, sed quam vere consulant Peripateticus Auer. 7. met. com. 28. Actio inquit agentis nihil aliud est quam extrahere illud, quod est in potentia ad actum, & Alb. Magn. de 6. princ. cap. 2. actio inquit est secundum quam in id, quod subijcitur, agere efficiens dicitur, & omnem passionẽ inferẽs actio est inquit Porretanus c. 2. & similia dicuntur, quæ conueniunt productioni substantiæ, non tamen nego, quia actio alteratiua non dicatur esse quilibet

Actio agentis quid sit.

influ-

influxus agentis, sed qui est inter contraria vt ait Alb. de sex prin. c. 69. sed id non aufert quin etiam omnis influxus eductionis ab efficienti dicatur actio, cum inferat passionem, quod si negant in illo instanti dari influxum efficientis, quo forma substantialis recipiat existentiam tunc disputant quidem de re: sed à veritate longissime distant, nam cum forma non habeat ex se existentiam, sed ab alio efficiente necessario debet poni tā illud principiū existere in illo instanti q̄ eius influxū eductiuū ex materia nuda secundum Thomistas; qualis non est alteratio, quæ nec existit nec est ex materia nuda.

Alterum principium sumitur ex parte terminorum, Nam ex omnium consensu actiones distinguuntur tum ex terminis ad quos, tum ex principijs, quælibet enim diuersitas in his ponit diuersitatem in actionibus. Sed termini, & principia alterationis, & generationis sunt diuersa; ergo alteratio, & generatio sunt diuersa.

11 Minor prob. nam terminus specificatiuus alterationis est qualitas aliqua, vt spe cificatiuus generationis est substantia, & principia principalia, alterationis effectiuum est accidens, & materiale secundum aduersarios est compositum, at generationis efficiens principale est substantia, nam licet verum esset, produci posse ab accidentibus, tamen non principaliter, sed vt sunt virtutes, & instrumenta substantiæ, atque adeo accidentia secundum diuersam rationem sunt principia generationis, & alterationis, & eadem diuersitas patet ex parte subiecti, vnde fit eductio accidentium, & eductio formæ vt dictum est.

Accidentia quomodo sint principia generationis.

Respondent, specificationem actionum sumi ex terminis primarijs non ex secundarijs; alterationis enim terminus primarius est accidens, & substātia est terminus secundarius, & ideo ex substantia non sumitur diuersa specificatio ab illa, quam habet alteratio ex suo termino primario. s. accidente; sicut visio intuitiua Dei speciē recipit ab essentia diuina vt primario obiecto, non autem à creaturis, quæ sunt obiecta secundaria.

Sed contra 1. quia tunc actus recipit speciem ab obiecto primario, & non à secundario, quando primarium est ratio formalis attingendi secundaria, quia actus ex obiecto primario, & secundario est vnus qui fertur ad vnum propter aliud vt per formalem rationem attingendi, at neque alteratio, neque eius terminus est ratio formalis cur producatur seu attingatur per generationem substantia. Sed potius contra, ideo à potentia sunt attingibilia accidentia, quia disponunt ad substantiam, nā si per impossibile non esset possibilis attingentia substantiæ, nec esset possibilis attingentia accidentium.

2. Effectus primarius, & secundarius possunt distingui ex triplici ratione primo ex primitate formalitatis, qua ratione obiectum primarium potentiæ, vel actionis est ratio formalis sub qua effectus attingitur, & secundarius ratio materialis, quæ attingitur, & hac ratione potius substantia esset primarius effectus quam accidens vt dixi.

2. Ex primitate intentionis causæ naturalis & hac ratione etiā substantia esset primarius, & accidens secundarius. neque dicas substantiam esse primarium ex intentione operantis, non operis, Nam opus nō habet alium finem, quam quē respicit natura operans, quia hæc non ordinat opus ad alium finē, quam ad illum, ad quem ex natura sua dirigitur, non enim agens liberum ordinat opus ad fines varios, & extrinsecos; sed ad finem ad quem ordinatur ex natura rei.

Neque dicas licet opus ordinetur vltimo ad finem naturæ, secundum ordinem intentionis, tamen in exequutione ordinatur primario ad suum terminum intrinsecum; Nam hæc ordinatio est quidem immediatè, non tamen primario, cum hæc sit subordinata etiam quoad exequutionem alteri; atque hoc erit etiam principalius in exequutione; sicut actio medicinæ licet ordinetur immediatè ad purgationem humoris talis, tamen principalius ordinatur ad sanitatem inducendā, quod si dicas eadem actio medicinæ, quæ purgat humorem, eadē inducit sanitatem, id verum quā do morbus oritetur ex sola exuberantia illius humoris, quo ablato fit temperies humorum in qua consistit sanitas, At non ita quando oritur ex alijs causis ab illo humore adiutis; & distēperatio materię ex illius abundantia, quia tunc reperiuntur aliæ actiones ad inducēdum sanitatem, & hac ratione etiam si alterationes inducant dispositiones ad substantiam, tamen vt hæc existat indiget alia operatione, vt existat. 12

3. Dicitur effectus primarius primitate existentiæ, eo quod ex vi actionis primo existit aliquis effectus, & ex vi illius existentis effectus secundarius existit, &

hac

in ratione actionis, nam cum actio, & passio fundentur in mutatione; & motu ex 5. phys. si est distinctio inter illa, vt sunt mutationes etiam erunt distincta in ijs, quæ super illis fundantur.

2. Prob. ex principijs ab omnibus communiter concessis, inter quæ primum est; nullum ens posse de non existente fieri existens sine causæ efficientis influxu, per quem illi ab efficiente communicatur existentia.

Sed forma prius non existebat, & postea existit, ergo exigit concursum efficientis, per quem communicatur illi existentia; sed ille concursus est actio: ergo ex vi actionis existit, sed hæc actio non potest esse alteratio, ergo est distincta ab alteratione.

Minor prob. tum quia alteratio non est in instanti, in quo forma transit de non esse ad esse, cum ob sui continuam successionem illi repugnet esse in instanti, non potest esse actio qua existit forma quia actio est simul duratione cum prima existentia sui termini, effectus .n. in actu est simul cum sua causa in actu.

Tum 2. quia alteratio vel habet rationem causæ respectu formæ, sicut dicunt qui ponunt accidentia q̃ manet in illo instanti, producere formam, & non quia actio secundum se non est actiua, vel
9 causa ratione accidentium ad quæ terminatur, et tunc ab his erit actio per quam existit forma, sed hęc est distincta ab alteratione non solum ratione termini, sed etiam ratione principij actiui, quod est diuersum à principio actiuo alterationis.

Vel alteratio se habet vt actio, qua existit forma substantialis, & non, siue quia actio, quæ habet adæquatum terminum, non potest se extendere ad alium terminũ sine noua actione, quia hoc repugnat adæquationi sicut calefactio adæquatur à calore, quod si deinde consequitur raritas, id non potest esse, sine alia actione, quæ dicitur rarefactio, siue quia vna actio simplex non potest habere terminos, & specie, & realiter distinctos.

Tum 3. quia alteratio dispositiua ad formam non est vnius speciei, sed tot specierum, quot sunt qualitates dispositiuę ad formam cum actiones distinguãtur ex terminis, & principijs, vt v.g. ad formam ignis sequitur calor, sicut ad calorẽ raritas &c. ergo eadem actio qua producitur forma erit diuersarum specierum; & identificata cum alterationibus realiter distinctis.

Respondent aliquid transire de non esse ad esse dupliciter. primo ex vi actionis, quæ primario secundum ordinem consequutionis est à principio actionis, & hac ratione non producitur forma substantialis. 2. per modum sequelæ, & per resultantiam, & hoc non respicit existentiam per actionem; & huiusmodi est forma, quæ consequitur ad positionem dispositionum positarum ex vi alterationis; sicut dicimus passiones fieri ab agente productiuo formarum sine noua actione, sed per resultantiam, & emanationem; Neque dicant vnũ ad aliud consequi sine noua actione, nam dicit multorum ordinem vnius post aliud; quia non sufficit, vt id quod sequitur habeat existentiam ex vi prioris; & hac ratione cum generatio consequatur ad corruptionem, & dies consequatur ad noctem, & forma cœli ad positionem materiæ essent ex vi eorum, quæ sunt priora; Non inquam id dicas, quia hæc consequutio non dicit purum ordinem cum includat resultantiam formæ ex vi alterationis præcedentis per se ordinatæ ad generationem formæ, nam cum generatio per se cõsequatur ad alteratione atq; primariũ terminũ eius p se alteratio ad illam ordinatur, quod non est in exemplis positis, quæ resultantia non est proprie efficientia ob defectum termini primarij intenti ex vi alterationis, quia primarius terminus illius est aliquid accidens, & secundarius est forma.

Sed hi disputant, vel de re; vel de 10
nomine, nam si intelligunt per resultantiam, influxum realem existentem, in instanti quo communicatur existentia formæ, necessario concedere debent principium tũc existens elicitiuũ illius, & illum influxum esse distinguitur ab influxu alterationis antecedentis, atq; adeo in re conueniunt cum aduersarijs, & solum de materia disputant, an ille influxus sit dicendus actio quod ipsi negant, sed quam vere constituant Peripaticus Auer. 7. met. com. 28. Actio inquit agentis nihil aliud est quam extrahere illud, quod est in potentia ad actum, & Alb. Magn. de 6. princ. cap. 2. actio inquit est secundum quam in id, quod subijcitur, agere efficiens dicitur, & omnem passionẽ inferẽs actio est inquit Porretanus c. 2. & similia dicuntur, quæ conueniunt productioni substantiæ, non tamen nego, quia actio alteratiua non dicatur esse quilibet

Actio agentis quid sit.

influ-

influxus agentis, sed qui est inter contraria vt ait Alb. de sex prin. c. 69. sed id non aufert quin etiam omnis influxus eductionis ab efficienti dicatur actio, cum inferat passionem, quod si negant in illo instanti dari influxum efficientis, quo forma substantialis recipiat existentiam tunc disputant quidem de re: sed à veritate longissime distant, nam cum forma non habeat ex se existentiam, sed ab alio efficiente necessario debet poni tā illud principiū existere in illo instanti q̄ eius influxū eductiuū ex materia nuda secundum Thomistas; qualis non est alteratio, quæ nec existit nec est ex materia nuda.

Alterum principium sumitur ex parte terminorum, Nam ex omnium consensu actiones distinguuntur tum ex terminis ad quos, tum ex principijs, quælibet enim diuersitas in his ponit diuersitatem in actionibus. Sed termini, & principia alterationis, & generationis sunt diuersa; ergo alteratio, & generatio sunt diuersa.

11 Minor prob. nam terminus specificatiuus alterationis est qualitas aliqua, vt specificatiuus generationis est substantia, & principia principalia, alterationis effectiuum est accidens, & materiale secundum aduersarios est compositum, at generationis efficiens principale est substantia, nam licet verum esset, produci posse ab accidētibus, tamen non principaliter, sed vt sunt virtutes, & instrumenta substantiæ, atque adeo accidentia secundum diuersam rationem sunt principia generationis, & alterationis, & eadem diuersitas patet ex parte subiecti, vnde fit eductio accidentium, & eductio formæ vt dictum est.

Accidentia quomodo sint principia generationis.

Respondent, specificationem actionum sumi ex terminis primarijs non ex secundarijs; alterationis enim terminus primarius est accidens, & substātia est terminus secundarius, & ideo ex substantia non sumitur diuersa specificatio ab illa, quam habet alteratio ex suo termino primario. s. accidente; sicut visio intuitiua Dei speciē recipit ab essentia diuina vt primario obiecto, non autem à creaturis, quæ sunt obiecta secundaria.

Sed contra 1. quia tunc actus recipit speciem ab obiecto primario, & non à secundario, quando primarium est ratio formalis attingendi secundaria, quia actus ex obiecto primario, & secundario est vnus qui fertur ad vnum propter aliud vt per formalem rationem attingendi, at neque alteratio, neque eius terminus est ratio formalis cur producatur seu attingatur per generationem substantia. Sed potius contra, ideo à potentia sunt attingibilia accidentia, quia disponunt ad substantiam, nā si per impossibile non esset possibilis attingentia substantiæ, nec esset possibilis attingentia accidentium.

2. Effectus primarius, & secundarius possunt distingui ex triplici ratione primo ex primitate formalitatis, qua ratione obiectum primarium potentiæ, vel actionis est ratio formalis sub qua effectus attingitur, & secundarius ratio materialis, quæ attingitur, & hac ratione potius substantia esset primarius effectus quam accidens vt dixi.

2. Ex primitate intentionis causæ naturalis & hac ratione etiā substantia esset primarius, & accidens secundarius. neque dicas substantiam esse primarium ex intentione operantis, non operis, Nam opus nō habet alium finem, quam quē respicit natura operans, quia hæc non ordinat opus ad alium finē, quam ad illum, ad quem ex natura hic dirigitur, non enim agens liberum ordinat opus ad fines varios, & extrinsecos; sed ad finem ad quem ordinatur ex natura rei.

12 Neque dicas licet opus ordinetur vltimo ad finem naturæ, secundum ordinem intentionis, tamen in exequutione ordinatur primario ad suum terminum intrinsecum; Nam hæc ordinatio est quidem immediatè; non tamen primario, cum hæc sit subordinata etiam quoad exequutionem alteri; atque hoc erit etiam principalius in exequutione; sicut actio medicinæ licet ordinetur immediatè ad purgationem humoris talis, tamen principalius ordinatur ad sanitatem inducendā, quod si dicas eadem actio medicinæ, quæ purgat humorem, eadē inducit sanitatem, id verum quādo morbus oritur ex sola exuberantia illius humoris, quo ablato fit temperies humorum in qua consistit sanitas, At non ita quando oritur ex alijs causis ab illo humore adiutis; & distēperatio materię ex illius abundantia, quia tunc reperiuntur aliæ actiones ad inducēdum sanitatem, & hac ratione etiam si alterationes inducant dispositiones ad substantiam, tamen vt hæc existat indiget alia operatione, vt existat.

3. Dicitur effectus primarius primitate existentiæ, eo quod ex vi actionis primo existit aliquis effectus, & ex vi illius existentis effectus secundarius existit, &

hac

hac ratione dispositiones sunt primarius effectus alterationis, & forma substantialis secundarius effectus, quia existit ex vi dispositionum positarum. Sed hic modus dicendi fauet aduersarijs, tũ quia actio qua attingitur substãtia, nõ est illa, quæ attingit dispositiones; sed alia, quæ ponitur post dispositiones positas, vndecunq; illa actio oriatur, quia illius actionis non est capax materia nisi positis dispositionibus.

13 Tum 2. quia posita alteratione potest Deus impedire productionem substantiæ, ergo alteratio non potest esse actio, qua existit substantia, quia Deus non potest impedire essentialem conceptum rei, at de conceptu actionis est connexio cum re, actio, vt efficientiæ cum effectu vt rectè notauit Arist. 2. phys. t. loquens de connexione causæ actualis cum effectu actuali, quod si dicant id iterum de effectu primario; non autem de secundario. Ego insto ergo actio respectu secũdarij effectus non potest se habere vt actio; sed vt principium, quod potest coniungi, & non coniungi cum tali effectu; Hæc autem coniunctio fieri debet media alia actione, quare cum actio secundum se non sit principiũ actionis debet esse principium ratione effectus, qui eliciat illam actionem respectu effectus, qui dicitur secundarius.

Tum 3. quod licet eadem entitas possit terminare plures actiones, vt productionem, & reproductionem eiusdem rei, nõ tamen vna actio physica potest terminari ad plures terminos genere, & realiter distinctos, ita vt ex vi illius quilibet ex illis præciso omni alio influxu habeat existentiam per illam vnam actionem, quia cum non sit alia actio media, sequitur necessario ex vi illius omnes illos terminos habere immediatè existẽtiam; atque adeo omnes essent primarij primitate immediationis; neque dicas mediare dispositiones, quia illæ non mediant vt actiones; ergo non auferunt mediationem actionis vt habẽt vim actionis; quam habet actio cum forma substantiali. Deinde obstat siue identificatio, quæ esset cum pluribus realiter distinctis terminis, siue vt alij volunt subiectatio in illis ex qua ratione patet errare Arriagam. dũ 1. de Gen. d. 1. sect. 5. n. 51. ait eandem indiuisibilem actionem de potentia Dei posse terminari ad substantiam, & accidens æque primo, & in eodem signo naturæ, nam cum opinetur actionem esse modum termini non vidit eundem modum identificare, & modificare simul duo realiter distincta quod repugnari enti finito patet ex eo, quod huiusmodi identificatio sit proprium diuinæ essentiæ ob sui infinitatem ex omniũ Theologorum consensu.

4. Dicitur primarius effectus primitate entis, qua ratione inter obiecta scientiarũ datur vna species, quæ est principale obiectum, & hac ratione certum est substantiã esse effectum primarium, quia inter terminos illius actionis illa esset principaliter terminus in ratione entis.

3. Principium sumitur ex ratione actionis; quæ consistit in ratione effectus vt est in fieri, ita vt non differat à termino nisi vt est in fieri, & in facto esse, quare dicunt eandẽ perfectionẽ essentialem, sed sub diuerso modo essendi, sed alteratio non potest esse substantia in fieri, ergo non potest esse actio qua fiat substantia.

Maior est nota in schola peripatetica, nõ est ratio per quam effectus, qui erat in potentia fit in actu; quare est effectus vt exiẽs de potentia ad actum. 14

Minor prob. quia implicat substantiam contineri formaliter in accidẽte, sed alteratio est accidens essentiæ, ergo non potest continere formaliter substantiam, at actio continet formaliter essentiam termini licet sub diuerso modo essendi.

Dices, productio substantiæ est accidens, ergo productio non continet formaliter essentiam effectus, & differunt solum secundum modum essendi.

Resp. 1. productionem substantiæ dici substanstantialem eo quod cõtinet aliqua ratione perfectionem substantiæ, & hac ratione non dici accidens, sed reductiuè pertinet ad prædicamentum substantiæ, sed dici accidens ratione modi essendi, ratione cuius prædicatur accidentaliter, de essentia.

Actio substantialis quomodo sit accidẽs.

Resp. 2. actionem esse accidens non respectu termini, sed respectu causæ sicut passio est accidens respectu subiecti, & secundum hanc rationem ponuntur duo prædicamenta, quorum diuersitas sumitur ex diuersitate modi prædicandi de prima substantia.

Dices 2. sicut virtus accidentalis habet duplicem rationem vnam vt accidens, 15 qua vt causa principalis producit accidẽs, alteram vt est virtus substantiæ, qua ratione producit substantiam; ita alteratio vt est ab accidente, vt causa principali est

actio

actio qua producitur accidens, sed vt est ab accidente vt est virtus substantiæ est actio, qua producitur substantia, atq; adeo eadem actio sub diuersam rationem est productio accidentium, & substantiæ.

Sed contra primò, tum quia licet distinctio virtutis accidentalis sit communis in non ab omnibus admittitur, vt accidentalis sola sufficiat nisi eleuata per concursum substantiæ.

Tum quia non bene ducitur argumentum à virtute ad actum, nam eadem virtus ex genere suo est principium plurimorum actionum, atque adeo potest admittere illas diuersas rationes respectu diuersarum actionum.

At actiones sunt determinatæ ad terminos, ita vt implicet, actionem determinatā ad talem terminum, posse terminari ad alium, sicut modus determinatus ad modificandum tale subiectum, non potest modificare aliud, distinctum ab illo realiter.

Actio eadē non potest esse in duplici specie athoma. Tum quia implicat eandem indiuisibilem actionem esse in duplici specie athoma; qualis esset illa actio, quæ terminaretur ad accidens, & ad substantiam, nā illa actio, vt terminatur præcise ad substantiam, recipit ex illo ordine substantiali aliquam perfectionem athomam, atq; adeo pertinentem ad certam speciem.

Ex quo patet neminem ex antiquis tueri hanc opinionem ex hac virtute actionis, sed ex eo, quo actio substantialis sequitur ex alteratione per resultantiam ab accidentibus dispositiuis, vt videre licet in Caiet. loc. cit. & Heru. q. ait, vnionē nō esse actionē & causalitatē, sed terminū actionis, q̄ fūdatur in materia, vt est sub actu formæ abijciendæ, q̄ est ante vltimū instās in quo est vnio, quare ponit actionem immediatè præuiam ad vnionem, illa autem actio est generatio, quod an vere dicatur patet ex dictis.

Et hæc opinio mihi placet; nam ex dictis satis impugnata est, & vniuersaliter, & quoad tres modos dicendi.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

16 PRima concl. forma substantialis non potest præcisè, ex eo, quod materia fuerit disposita ex vi alterationis, sine aliquo influxu existere. r. implicat, creatū aliquid existere, nisi ab aliqua causa recipiat existentiam, quia cum non habeat illam à se necessariò exigit aliud, quod det illi effectiuè existētiam, hāc autem dationem, & commutationem existentiæ vocamus actionem, sicut datorem vocamus causam efficientem; quare non sunt ferendi, qui dicunt posita alteratione immediatè existere formam substantialem, quia hi non explicant causam, & modum, quo formæ communicatur existentia; neque dicas sufficere, poni actionem immediatè ante existentem, vt videtur dicere Heru. nam de ratione actionis est, vt sit simul cū suo termino, nec potest intelligi, actionem existere, & pro eadem mensura nihil existere, sed existere in sequenti duratione, quod maxime verū est in ijs q̄ sunt primò in instanti, in quibus simul est fieri, & factum esse.

Secunda concl. hic influxus in existentiam formæ substantialis, nō est formaliter, nec realiter ipsa alteratio. *Alteratio non est influxus ad formam.*

1. Pars pb. tum quia est ad formam diuersæ perfectionis, ab ea quæ terminat alterationem.

Tum quia supponit alterationem, vt dispositiuam materiæ in qua recipitur influxus in formam, at nihil disponit ad seipsū.

Hinc patet 2. pars, quia actiones vt distinguuntur formaliter, & specie per terminos, ita & realiter ex illis realiter distinctis, vt fusè in physicis, & infra cum de actione.

3. concl. hic influxus distinguitur adæquatè ab alteratione, nam illi influxus præcisè sumpti non se mutuò includunt, nam generatio formæ præcisè sumpta supponit quidem alterationem, non tamen includit illam, sed se mutuò excludunt à proprijs conceptibus, & licet Arist. aliquando generationem nominet alterationem loquitur secundum præuiam conditionem, necessariā naturaliter ad illius existentiam, vnde accipit generationem pro toto progressu naturali necessario ad generationē formarum substantialium, vnde hic illam distinguit ab alteratione, vt speciē distinctam mutationis ex varijs capitibus, vt dictum est in explicatione textus. 17 *Generatio formæ supponit, non includit alterationem.*

4. Concl. generatio distinguitur ab alteratione, non solum in ratione mutationis, vt concedunt aduersarij coacti ex dictis Arist. sed etiam in ratione actionis. *Generatio distinguitur ab alteratione, & vt actio est.*

Primò quia illa mutatio non est in materia nisi ex vi alicuius agentis, ergo ex vi actionis, quia nihil de nouo existit sine influxu

influxu virtutis actiuæ, hic autem dicitur actio. ergo si vt mutatio est distincta, etic etiam distincta in ratione actionis, tum quia cuilibet mutationi correspondet sua proportionata actio.

Tum quia mutatio est idem cum actione,& passione ex Arist. 3. phys.& alibi.

Dices Arist. negat actionem esse ad illa, quæ non fiunt per se, sed ad consequutionem alterius, vt v.g. ad relationem quæ consequitur ad positionem fundaméti, vel termini.

Sed generatio est consequutiuè ad alterationem, quia dicitur terminus eius, ergo generatio non potest esse actio.

Resp. 1. Arist. ibi negare, esse motum per se ad ea, quæ sic consequuntur, quare dicendum esset generationem non esse per se mutationem, quod tamen aduersarij non concedunt.

Resp. 2. ea quæ consequuntur ad aliorū mutationē vel intenduntur à natura, & ad illa est per se motus, & actio; vel non intēdūtur vt relationes, & ad illa nō est per se motus, & actio at generatio est ex ijs, quæ consequuntur ad aliam mutationem, idest alterationem, sed est intenta à natura, & ideo dicitur per se terminus extrinsecus, vt in phys. tr. 23. q. 7. dub. 1. & 2.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta aduers.

18 RESpondeo & dico primò D. Th. ibi loqui de actione physica, qualis actio est fūdata in motu huiusmodi nō est generatio, quæ est in instanti in subiecto, quod est ens in potentia, & non actu qualem requirit alteratio.

Generatio est actio instantanea.

Terminus alterationis qui.

Dico 2 ibi expressè poni, generationem esse actionem instantaneam, quæ est post motum alterationis, vnde cū docet, actionem generantis in productione formę substantialis esse alterationem, cuius terminus est spoliatio materiæ à sua forma priori, & inductio nouæ formæ, loquitur de actione physica, quæ est cum abiectione contrarij in composito recepta, & successiua, quia tota illa actio est necessaria ad productionem formæ substantialis, cum hæc requirat vt subiectum suum sit spoliatum omni forma; quæ spoliatio habetur per alterationem; ex quibus patet, quod cum alteratio recipiatur in composito, & generatio, quæ dicitur terminus alterationis,

Alteratio in q[illegible] reci[illegible]

in materia prima, necessariò sequitur, non esse eādem actionem, sed diuersam; quod confirmatur quia ibidem subdit, quia materia, quæ est subiectū generationis nūquā pōt esse sine forma, ideo agens, in cuius actione nō est necessarium præcedere terminum actionis, potest ex materia educere aliquid sine alteratione præuia substantię .i. in instanti, ex quo patet, eductionem formæ substantialis distingui ab alteratione.

Dico 3. generatio dicitur esse terminus alterationis, non quidem intrinsecus quis est productus per illam, siue quia terminus alterationis productus est qualitas habens latitudinem successiuè acquisibilem at generatio neque est qualitas, neque diuisibilis.

Tum quia generatio cū ipsa sit ratio qua subiectum tendit ad formam, non potest esse terminus productus ex vi alterius tum quia ad actionem non est actio cum ipsa proficiat ab efficiente.

Generatio est finis extrinsecus alterationis.

Dico 4. dicitur finis extrinsecus, quia alteratio, & ordinatur ad generationem vt finem à natura intentum, & quia ibi quiescit; & non sit cum immediatè ante fuerit; quod confir. ex c. 2. vbi distinguit terminū actionis physicæ. 1. alterationem, in primum .i. immediatum, qui est generatio, & secundum, qui est forma .i. corruptibilis, quæ est finis generationis, nam anima humana non introducitur per agens physicum atque adeo generatio huius formæ, non potest esse terminus primus actionis physicæ, sed erunt dispositiones sufficientes ad introductionem animæ, quam vocat generationem Arist. 2. phys. dum ait sol, & homo generant hominem.

Sol, & homo generāt hominem, quomodo intelligatur.

Dico 5. modus loquendi D. Th. æquiuocus occasio fuit Thomistis, vt negent per nouam actionem distinctam ab alteratione produci formam.

Ad 2. Resp. ex illo principio D. Tho. supra probauimus, substantialem formam produci immediatè à substantia, quod fusiùs in phys. tr. 12. q. 10. d. p. neque inde sequitur aliquid absurdum, vnde ad primam prob. Resp. agens naturale agit quidem transmutando materiam, vt inducat formā substantialem, sed illa est ratione qualitatum, quæ disponunt subiectum vt agens naturale proportionatum ex illa materia educat formam substantialem; quare sicut principium transmutandi est accidens, quia eius terminus intrinsecus est accidēs 19

Principiū inducendi formam est substantia.

ira

ita principium inducendi formam est sub stantia, quia forma, quæ inducitur est substantia.

Accidentia quot modis considerari possunt.

Resp. 2. negando conseq. quia accidentia possunt considerari dupliciter, primò formaliter secundum esse proprium forma le. 2. virtualiter, vt sūt virtutes substātiæ, & hac ratione principiū immediatū substātiæ, licet formaliter non sit simile formæ substātiali, est tñ simile virtualiter, vt ibi D. Th. asserit, nā φ additur, accidentia nō existere, & ideo non posse producere substantiam, optimè inde impugnatur resolutio vsque ad materiam primam, non tamē destruitur illud vniuersale principium D. Th. vt est à me explicatum, quia certum est cum ibi detur forma de nouo existens dari debere aliquod efficiens illam.

20 Ad 2. Resp. potentiam ad esse non distingui à potentia ad operari, quando illa potentia ad esse ordinatur, vt sit acquisitio esse ad operandum, & talis est potentia quam habet essentia substantiæ ad suam existentiam; at inquies illa substantia est ad se, ergo non potest esse ordinata ad operationem; sed contra, quia esse ad se dicitur dupliciter, primò, vt excludens relationē trascendentalē ad aliud, & nulli creaturæ conuenit, quia constat omnem creaturam ordinari ad Deum vt vltimum finē, & ad operationes, quibus consequatur vltimum finem in suo genere, sic etiam qualitas, & quantitas, sunt enim absoluta, & respiciunt subiectum, & alia.

Potentia ad esse quando non distinguitur à potentia ad operari.

Esse ad se dupliciter dicitur.

2. Vt excludens esse ad aliud per relationem prædicamentalem, & hæc relatio nō potest esse de essentia substantiæ, & neque de essentia aliorum prædicamentorum absolutorum.

Ad 3. prob. Resp. 1. Aristotelem sæpe accipere generationem, vt dicit alterationes præuias necessarias ad formæ introductionem, & ita accipit ibi dum generatio ponitur sub motu: Nos autē loquimur de generatione secundum propriam rationē, vt est tendentia præcisè ad formam substantialem, qua ratione aduersarij dicunt distingui in ratione mutationis à motu, & in 7. phys. accipi generationem, vt comprehendit alterationem dum comparat illas secundum velocitatē, & tarditatē docet ibi Burl. vbi explicat, non fieri comparationem inter generationes, vt sunt in instanti.

De qua nā generatione hic loquamur?

Motus, & mutatio dupliciter accipitur.

Resp. 2. motum, & mutationem accipi dupliciter, primò generaliter, & ita sub se continet omnem transitum subiecti ad formam, & ita accipitur loc. cit.

2. Specialiter vt mutatio distinguitur à motu, vt dicitur 5. phys. & hac ratione accipitur in hac quæstione.

Mutatio quomodo hic accipitur.

Hinc patet ad singula latè nam 3. phys. definit motū vt est cōmunis ad successiuū, & instantaneum, nam ly vt in potentia non dicitur respectu alterius partis motus, sed respectu termini motus, qua ratione generatio est actus entis in potentia, vt illud ens in potentia est in potentia ad formam substantialem; Alij q. putant ibi definiri motū successiuum, Respondent comprehendi generationem nō vt est instantanea, sed vt est successiua ratione subiecti, de qua re fusè in phys. tract. 19. q. t. d. r. ar. 3. ad 2.

Ad 2. ex t. 7. id ibi non dicitur, sed vbi dicitur, debet intelligi de omni motu specialiter dicto qui distinguitur à mutatione, sed de priori, & posteriori secundum modū intelligēdi. Ad 3. ex text. 6. ibi loqui de motu successiuo. Ad 4. ex 6. phys. t. 54. 55. Resp. ibi apertè patet loqui de mutatione continua; quæ est successiua in quibus sūt mutata esse tum continuatiua, tum terminatiua, & in eo instanti est mutatio instantanea; quod Burl. explicat de illuminatione: facta à sole instātanea, videre ipsum, Ad 5. dictum est supra.

Ad confir. Resp. actionem eductiuam esse in materia prima, contra recentiores quosdam, satis alibi ostendi, cum illa concurrat subiectiuè, & per illam concurrat ad formā simul cū agente, quare nūquā potui approbare, quod sit subiectiuè in termino, sed identificatur cū termino, rōne cuius identificationis dr adhærere termino, quia est vna entitas, quæ physicè pendet à materia in genere causæ materialis, quod expressit Arist. 1. de Gen. t. 4. 21

Actio eductiua est in materia prima.

Resp. 2. supra dictum est an generatio sit accidens, & quale, sed concesso, esse accidens, vt volunt aduersarij, negandum est nullum accidens recipi immediatè in materia prima.

An nullum accidens recipitur in materia immediatè.

Cætera quæ ad hanc primam pertinent sumi possunt ex dictis in phys. tract. 19. q. 4. & q. 7. & tr. 23. q. 4. & 7.

Ad 4 dicetur in lib. de anim. interim negatur, agentia corporalia nullam habere actionem in generatione hominis, præter alterationem, quare negatur Deum, quod sicut se solo creat animam, ita se solo illam vnire materiæ, quia ad illam vnionē concurrit etiam virtus seminalis, cum pertineat 22

An agens corporale actionem habeat ad generationis hominis.

rineat ad Dei prouidentiam in rerum productione vti virtutibus causarum secũdarũ, & hinc dicitur sol, & homo, generat hominem, & licet repugnet Henr. de Gand. quodl. 5. D. Tho. q. 15. & aduers. 1. de Gen. q 2. ar. 2. tamen illis obstat Arist. aut. vt & natura q̃ cõmunicat rebus perfectis producendi sibi simile per virtutem eductiuam quæ non excedit vires naturæ; neque dicant sufficere generationem, quæ est per alterationem, nam sicut accidens, & substantia non conueniunt in ratione entis nisi analogicè, ita productio accidẽtis, qualis est alteratio, & ꝓductio substãtiæ, nam alteratio non est propriè generatio, sed secundum quid quatenus ordinatur ad præparandam materiam, per actionẽ generatiuã substãtiæ, ea quo patet Abulen. in cap. 2 genes. non loqui secundum mentem Arist. nec secundum rationẽ, dum generationem hominis negat propriè dici, vt alibi fusiùs.

23 Ad 2 prob. dicetur cum de anima, nunc satis sit, q̃ sicut anima pẽdet à corpore quo ad informationem, & vnionem, vnde vt illa informatio pẽdet à materia subiectiuè, ita pendere debet à causis naturalibus effectiue quia vt non repugnet materiæ habere in suo genere causalitatem circa illam, ita neque naturæ effectiuæ habere suam causalitatem, cum sit perfectior.

DVBITATIO V.

Quot actiones interueniant in generatione substantiali, & in qua formaliter consistat generatio.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *In generatione quid supponatur*

PRimò Not. 1. in generatione supponi materiam, atque adeo actionem per quam constat. 2. supponi in materia dispositiones, atque adeo actiones, quibus sint illæ productæ, quæ actiones sint diuersæ vt sunt diuersa accidentia, quæ materiam disponunt.

3. Supponitur actio productiua formæ. 4. actio eductiua vnionis, qua forma cum
4 materia vnitur. 5. interueniet productio substantiæ, siue illa conueniat partibus, siue toti præcisè.

2. Not. actionem productiuam formæ, non esse vnius rationis, nam respectu formarũ corruptibiliũ est eductio, at respectu animæ rationalis nõ est eductio, dixi respectu animæ rationalis, vt nolim cõprehendere productionem formæ cœlorum, quæ est educta, & tamen incorruptibilis, quia illa non continetur intra virtutes causarum naturalium.

Actio productiua formæ non est vnius rationis.

3. Not. certum esse generationem non consistere in productione substantiæ, quia illa supponitur sicut supponitur existere materia præsertim cum productio materię sit creatio, & formę eductio, & licet anima rationalis creatur, tamen constat non eadem actione creari: qua fuit creata materia. Nam etiam Thomistæ negant, naturam generari licet non satis consequenter, cum aliqui dicant recipere existentiam à forma, quæ est terminus generationis, atq; adeo non possunt effingere quando illius existentia habeatur ex vi generationis, & ea dictis patet, non posse consistere in productione dispositionũ, ergo manet. vt consistat vel in productione formæ vel vnionis, vel subsistentiæ seu suppositi.

Generatio non cõsistit in productione substantiæ.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium consistere in productione totius ita ea Arist. id quod generatur est totum, vt patet ex definitione generationis, q̃ dicitur mutatio totius in totum, & sæpe alibi.

2 *Generatio in quo consistat.*

2. Opinio est dicentium consistere in productione formæ, nam terminus proximus, qui attingatur per generationem est forma, quia per ipsam constituitur compositum intentum à natura ex vi generationis; Cõfir. quia cum duæ sint partes cõpositi materia .s. & forma, & non producatur ea vi generationis materia, ergo debet attingi forma.

3. Opinio est dicentium, generationem non posse consistere in productione formæ secundum se, sed in productione formæ, vt vnitæ materiæ.

Probant ea generatione hominis, per quam non producitur forma secundum se cum illa creetur, sed forma sub vnione, & idem patet ex resurrectione, per quam regeneratur homo, & ea forma præexistente, sed de nouo vnitæ materiæ per potentiam Dei, vnde si naturalis virtus formam ab alio productam vniet materiæ dice-

diceretur generare illud, ita Caiet. 1. p. q. 18. a. 2. Hispalēsis in 1. d. 5. q. 1. a. 3. Soc. 8. m. q. 14. ex qua opinione colligitur, productionem formæ supponi ad generationē, vt illa per generationem vniatur materiæ.

3 4 Opinio est dicentium generationem formæ educibilis à materia consistere in eductione formæ, nam illa vt est terminus eductionis producitur vt vnita materiæ, nā cum producatur dependenter à materia illa dependentia consistit in vnione cum materia. At verò quando non est educibilis, tunc generatio consistit in productione vnionis illius formæ cum materia, vt di cebat Caiet. & alij citati in 3. opin.

Hanc sequitur Suar. putans, productionem vnionis non distingui ab eductione formæ, sed esse vnam indiuisibilē actionem, ita d. 15. met. sect. 4 n 3 & d 48. sect. 2. n. 11. sequitur Ruiz 1. de Gen. tr. 1 q. 3. n. 39. licet contrariū doceat 2. de anima tr. de pore; q. 4. n. 64.

Quia forma materialis producitur cū dependentia à materia, at illa dependentia est inhærentia hæc autem est vnio ; ergo per eductionem forma producitur vt vnita materiæ.

4 *Actio eductiua est distincta ab vnitiua.* Sed vt ostendi in phys. tract. 6. q. 4. d. 2. actio eductiua est distincta ab vnitiua, & concursus materiæ ad formam, quæ educitur non est vnio, sed potius supponitur ab vnione, quia eductio spectat ad existētiam formæ præcisè, licet sit simul tempore cum vnione, ibi enim probaui, dependentiam formæ à materia quoad existentiam esse distinctam ab informatione, seu vnione partium, & vnam esse separabilem ab alia, & idem dicitur de dependencia accidentis, quam dicunt inhærentiam, quæ distinguitur ab informatione accidentis : vide quæ ibi fusè disputaui cōtra Suar. sed quæres quid sit dependentia formæ à materia. Resp. esse causalitatem passiuam in forma procedente à materia, sicut dependentia formæ ab efficiente est causalitas passiua in forma orta ab efficiente; sed hæc causalitas non potest esse à materia nisi simul in suo genere concurrat agens per suam causalitatem, vnde ex vtraque causa oritur concursus sufficiens ad existentiam primam materię; quare malè aliqui recentiores dixerunt, consistere in actione, per quam forma dependet à materia, quia actio vt est ab efficiente nec est sufficiens, nec facit formam pendere formaliter à materia, nisi quatenus ad existentiā illius actionis concurrit

Dependentia formæ à materia quid sit.

per suam causalitatem materia, quia nulla forma potest pendere ab aliqua causa per causalitatem alterius causæ, sed per causalitatem suam & in genere suo.

5 Dices terminus creationis differt à termino eductionis cum illa habeat perfectionem essentialem in actu P. independentem à subiecto, & hic habeat essentialiter dependentem à subiecto, & hoc ponit discrimen in ratione attingendi ex vi diuersarū actionum, hæc autem diuersitas non potest consistere nisi in independentia formæ ab vnione cum materia, & dependentia formæ ab vnione cum materia, ergo formalis terminus eductionis est forma vt vnita materię. *Terminus creationis differt à termino eductionis.*

Resp. aliqui, creationem non distingui ab eductione ex parte termini producti, sed ex parte modi producendi ex parte materiæ, ad quam dicit ordinem eductio, & non creatio, & ratio esse potest quia eadē numero forma vt per ducitur per eductionē, ita potest educi per creationem, & tamen creatio illius distinguitur ab eductione, quia eductio non est totaliter ab efficiente; eum ad illam concurrat materia. At creatio totaliter est ab efficiente, & hinc fit vt terminus creationis sit independens à materia, & terminus eductionis sit dependens, quia impossibile est, terminū pendere, vel non pēdere à causis, à quibus pendet, vel non pendet causalitas per quā fit terminus. *Creatio per quid distinguitur ab eductione.*

6 Sed hæc doctrina etiam si vera sit, non tamen soluit difficultatem, cum argumentum petat dependentiam actionis à subiecto consistere in forma vt vnita sibi ecto; contra verò creatio, nam non terminatur ad formā vt vnitā subiecto, sed ad formā secundum se, quare sistendum est in doctrina posita de distinctione dependētiæ à subiecto ab vnione cum præsertim creatio terminatur ad animam rationalem, quę est vnita subiecto, sicut, & materia est vnita animę quæ fuit producta per creationē, & vtraq; pars ordinatur, vt per vnionē causet totum.

2. displicet dū ait nō distingui ex parte terminorum, nam oportet distinguere in terminis attingibilitatem, quam habent ex propria natura, nam terminus attingibilis connaturaliter per creationem non potest cōnaturaliter attingi per eductionē, & cōtra; diuersa autem illa attingibilitas indicat diuersam rationem formalem terminorum; quare licet eadem forma quæ est educibilis possit obedientialiter creari, tamen illa *Quid sit distinguendū in terminis creationis, & eductionis.*

 est

est capacitas ad recipiendum modum quędam essendi, qualis est in speciebus sacramentalibus.

3. Displicet formaliter formam esse independentem à subiecto per actionem per quam fit sine subiecto, & contra formaliter per eductionem fieri dependentem; nā cum, transeunte actione, vna maneat independens, altera dependens, nō potest actio habere rationem formæ respectu illorum effectuum, sed potius per illas existere formas, cum diuerso modo existendi .s. perseitatis, & inhærentię largè sumptæ vt est communis ad formas accidentales, & substantiales; & confir. quia vt substantia dicit ordinem ad subsistentiam, ita formæ connaturales ad inhærentiam, sed quia cōtra hanc opinionem fusè disputatum est in physicis, non est cur aliquid addamus ibi dictis.

Substantia dicit ordinem ad subsistentiam.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

27 Prima concl. generatio secundum suā rōnē non exigit productionē formæ cōponētis cōpositū, patet ex generatione hominis, & regeneratione supernaturali p resurrectionem, vt supra dictum est. Dices generatio naturaliter secundum proprium conceptum dicit mutationem, vt patet ex illius definitione, sed mutatio est transitus subiecti à priuatione ad formam, ergo necessariò exigit productionē formæ, Resp. esse ibi fallaciam consequentis, quia mutatio licet exigat formam, non tamen productionem formæ, quia potest esse à priuatione formæ præexistentis, non vnitæ, ad formam illā sibi vnitam. Dices, generatio hominis est æquiuocè generatio, Resp. negando, quod infra constabit.

Generatio vt generatio non exigit aliam productionem compositi.

2. Concl. generatio substantialis non consistit in alteratione, patet ex dictis, quia alterationes exiguntur vt præuia, & habēt diuersos terminos, & subiecta.

Generatio substantialis non consistit in alteratione.

3. Concl. generatio, quæ ex Arist. est via ad materiam dicit duplicem actionem vnam eductiuam, qua producitur forma. Alteram vnitiuam, qua producitur vnio informationis 1. pars patet, quia propositio illa, non potest esse vera de generatione vt est ad vnionem, quia vnio non est natura, neque potest esse via ad materiam, quia hæc non producitur, ergo debet intelligi de forma.

Generatio via ad materiam. Generatio huiusmodi quot, & quales habeat actiones.

2. Pars prob. quia non producitur forma in abstracto, sed vt inferat, & materiā, atque adeo vniatur materiæ.

4. Concl. generatio ex propria ratione exigit vnionem informationis inter materiā & formam, quia generatio ex natura sua ordinatur ad aliquod compositū; atq; adeo exigit vnionem, qua fit compositū; verùm de hac conclusione dicetur cum de termino generationis; ideo non hic sūt plura dicenda, neque est cur argumenta soluantur, quæ obijci possent.

Generatio ex natura sua ad quid ordinetur.

Dices cum in generatione sit necessaria forma, & vnio, cur non potest dici, fieri p eandem actionem, Resp. aliqui quia cum vnio subiectetur in forma, & ab ea educatur, non potest eadem actio terminari ad subiectum, & modum, quia eductio modi supponit formam, atque adeo actionem, qua producta sit forma, imò cum sit eadē actio .s. productiua formæ, & modi sit producibilis depēderet à seipsa vt à forma subiectiua, & non penderet vt productio formæ, sed vt productio modi, quia cum indiuisibiliter feratur ad vtrumque nihil est ibi quid non sit tendentia ad modum, atq; adeo nec independens à forma. 28

At verò qui putant, esse vnam indiuisibilem, sed habentes duas formalitates distinctas, vt tendunt ad diuersos terminos, id probant quia cum vnio sit modus formæ, est posterior illa cum hæc habeat rationem subiecti, vnde prius est formam produci, quam vnionem.

At hæc ratio non probatur alijs, quòd dici possit, formam non esse priorem vnione ratione actionis, qua simul producūtur, vnde negatur quod ex vi illius actionis, ideo producitur vnio quia producitur forma, quia licet productio formæ, & ipsa forma posset non pendere ab vnione, & eius productione tamen de facto cum sint ex vi eiusdem indiuisibilis actionis actio vt productiua vnius, non est posterior, vel prior productione alterius.

Sed contra, quia si modus pendet in sua existentia à forma, siue per superadditam dependentiā, siue per dependentiā identificatam, & forma non pendeat ab vnione; vnde fit vt forma secundum se sit prior vnione, necessariò etiam si vtraque producatur per vnam actionem, hæc vt terminatur ad formam est prior seipsa vt terminatur ad vnionem, quia productio terminatur ad suum terminum vt exigunt naturæ terminorum.

Modus in existentia pendet à forma.

DV-

DVBITATIO VI.

An generatio sit actio instantanea.

1 QVi docent, generationem non esse actionem distinctam ab alteratione, consequenter negare debet esse actionem instantaneam, sed successiuam, sicut est alteratio. Verùm nos suprà confutauimus hanc sententiam; nā ostendimus generationem sumptam præcisè pro introductione formæ substantialis esse actionem distinctam ab alteratione. Quare de illa disputari debet, an sit instantanea, an successiua.

Generatio eur est actio successiua.

Successio productionis quomodo haberi possit.

Prima opinio est dicentium, esse successiuam, quia generatio substantiæ non existit in materia, nisi positis dispositionibus, sed dispositiones ponuntur successiuè; ergo generatio substantiæ erit in materia successiuè. Neque obstat, quod substantia non suscipiat magis, & minùs, quia ad successionem productionis sufficit habere partes entitatiuas, ratione quarum vna possit generari post aliam. Confirmatur experientia, qua videmus ignem in filo generari successiuè, comburitur enim vna pars post aliam.

2 *Generatio eur sit actio instantanea.*

Generatio potest esse successiua per accidens.

2. Opinio est dicentium generationem ex natura sua esse in instanti, quia in vna parte materiæ non potest acquiri successiuè, cum careat partibus intensionis, secundum quas successiuè posset informare eandem partem materiæ, sed per accidens ratione dispositionum, & materiæ potest esse successiuè, vt probant argumenta primæ opinionis. Et hæc opinio mihi placet.

3 *Forma quando debeat produci.*

Sed contra hanc opinionem. Primò insurgunt recentiores, quia non potest assignari instans, in quo generatio substantiæ producatur; nam forma debet produci; quando materia est vltimò disposita: at est vltimò disposita in tempore, in quo perficitur alteratio. Ergo forma introducitur in eodem tempore.

Dispositiones quo pacto complentur.

Respondetur, dispositiones non compleri extrinsecè, sed intrinsecè, idest, nunc est completa dispositio immediatè antè ante complebatur, quia tunc erat alteratio, quæ desinit extrinsecè; Atque adeò in eo instanti, & non in tempore antecedenti est generatio formæ; vnde illud instans, quod est extrinsecum alterationi est intrinsecum generationi.

Sed contra hanc instant, nàm immediatè ante instans iam est completa dispositio; cum nihil illius producatur in instanti: ergo immediatè ante debet ibi produci forma, & non in instanti sequenti, quia simul est compleri dispositiones, & formā produci; alioquin sequeretur, materiam fuisse adæquatè dispositam ad formam ignis, & tamen ibi non esse formam ignis, sed formā, v. g. ligni cum dispositionibus omninò sibi contrarijs.

Resp. hunc Authorem non satis intelligere terminos, quia cum alteratio dispositiua sit successiua, & tempus immediatè ante instans sit successiuum, non habet vltimam partem, per quam dispositio sit cōpleta, sed semper est in compleri, & in instanti est esse completum, non enim in successiuis simul est fieri, & factum esse, vt est in instantaneis, si Aristoteli fides sit habenda. 4

Dispositiua alteratio quia successiua semper est in compleri.

Quod confirmatur, quia corruptio formæ præexistentis in materia, & generatio nouæ formæ sunt simul: sed corruptio formæ est in instanti, non quidem immediatè ante instans generationis, vt falsò putāt, sed simul. Ergo generatio est in instanti. Neque obstat, quod non dentur instantia terminatiua temporis realia, & positiua, quia satis est esse negatiua, vt dici possit, nunc non est motus, immediatè ante erat motus. Sed de hac re alibi.

Instantia realia positiua non dantur, dantur tamen negatiua.

Secundò insurgunt alij contra opinionem, quod nunquam in medio alterationis posset produci forma substantialis in instanti, quod in continuo non sint puncta cōtinuata, nisi vniones quædam. Vniones autem partium non possunt esse in instanti, quia vnio supponit existentiam duarum partium vnibilium, & est similis eum illis, quia non potest esse separata ab illis. 5

Vniones partium nō possunt esse in instanti.

Resp. puncta, quæ sunt vniones, ponuntur in continuo permanenti, non autem successiuo, nàm ad successionem continuā sufficit, vt vna pars qualitatis sit immediatè post aliam: Quare repugnat illis esse simul. Et ideò in tempore successiuo ponuntur instantia potiùs negatiua, quàm positiua, & qui ponunt ea positiua negant, habere rationem vnionis modalis, sed esse entitates quasdam positiuas distinctas realiter à partibus, essentialiter tamen requirentia partes, ad quas dicunt ordinem essentialem; & ratione cuius ordinis non possunt esse, nisi post, & ante partes semper tamen sunt in diuersis mensuris, & nunquam in eadem, vt patet ex rationibus proprijs de

Vniones huiusmodi ponuntur in continuo permanēti.

qua

qua se alibi. Denique in hoc genere entis fetendum, durationem successiuam consequi ad motum, & hunc consequi partes terminorum intensiuas, vel extensiuas, sed diuerso modo in motu locali, & alteratione: nàm cum partes, & indiuisibilia vbicationum, quæ terminant motum localem, non maneant, sed depereant simul cum successione, non est in illis continuatio permanens, sed successiua, sicut in ipsa duratione. At in alteratione, cum partes termini acquisiti maneant etiam finito motu, manent etiam indiuisibilia continuantia illas partes, quæ dicuntur vniri per indiuisibilia, quæ non sunt vniones modales, cum sint extra partes indiuisibiliter: sed quoad indiuisibilia terminatiua nō videtur discrimen, quia sicut finita alteratione, datur indiuisibile terminans qualitatem; ita in motu locali, finito motu sicut corpus est adæquatè in loco, ita habet vbi sibi adæquatum. Hoc autem non acquiritur intrinsecè per motum, sed extrinsecè, quia resultat finito motu.

6 Cætera autem, quæ contra successionē generationis obijci possunt, dicentur infra cum de augmentatione.

DVBITATIO VII.

An de ratione generationis sit vt sit actio conuersiua.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 PRimò Not. conuersionem ex cōmuni; *esse transitum vnius rei in aliam*, ex quo patet, naturam conuersionis exigere duos terminos positiuos .s. à quo, & ad quē: nā vnus nō posset dici transire in aliū, nisi vterque esset positiuus, quia negatio non transit in ens, nec ens in negationē.

Conuersio quid sit. Terminus vterq; conuersionis debet esse positiuus. Conuersio duplicem cōtinet mutationem, negatiuam .s. & positiuam.

2. Requiri. vt vnus terminus desinat ad positionem alterius, quia cum terminus à quo habeat repugnantiam cum termino ad quem, nō potest poni vnus, nisi destruatur aliua sibi contrarius. Vnde conuersio includat duplicem mutationem vnam negatiuam, per quam terminus à quo ex esse transeat ad non esse, & alteram positiuam ex parte termini ad quem, vt .s. transeat de non esse ad esse. Hæc autem mutatio negatiua in termino à quo pōt esse primò secundum substantiam, per quam desinat simpliciter existere. 2. secundum modum aliquem, sub quo prius erat; & nunc non sit, & similiter dici potest de mutatione positiua termini ad quem.

3. Requiri. vt hęc desitio termini à quo fiat per se ex vi positionis termini ad quē ob specialem repugnantia cum ipso. Vnde non satis est, quod fiat concomitanter, & ideò si posito lumine in aliquo subiecto, desineret ibi albedo, non posset dici album cōuersum in lucidum, quia desitio albedinis per accidēs se habet ad positionem luminis.

4. Requiritur aliquod commune termino à quo, & termino ad quem respectu cuius habeant repugnantiam, nam quæ repugnant exigunt, vt respiciant aliquod commune respectu cuius se expellant. Hoc autem commune Arist. potuit subiectum; quod licet concedatur in conuersione cōtraria ad generationem naturalem, non tamen conceditur quoad conuersionem in communi, nam substantia panis conuertitur in eucharistia in corpus Christi, & tamen ibi non est eadem materia prima vt subiectum commune vtriusque termini, sed accidentia sub quibus erat substantia panis, & succedit corpus Christi. 2

Subiectum est id, respectu cuius repugnāt termini in cōuersione cōtraria ad generationem.

2. Not. conuersionem aliam esse moralem, aliam physicam, moralem appello quæ oritur inter terminos non oppositos ex natura rei, sed ex voluntate alicuius, qua ratione quis ex inimico conuertitur in amicum, vel contra. Et hac ratione Vasq. 1. p. 1. 3. disp. 184. c. 3. n. 24. corpus Christi opponitur substantiæ panis, quia non opponuntur physicè, sed moraliter, quatenus Deus statuit non conseruare substantiam panis, ad verificandam formam, per quam significatur ibi esse corpus Christi.

Conuersio moralis quanā sit.

Physicam appello, quæ oritur ex physica repugnantia terminorū, qualis est inter formā ignis, & aeris in eadem materia, nā ex natura rei materia per informationem formæ ignis desinit conseruare formam aeris, quia non habet vim ad vtramque conseruandam, nam eodem modo desineret esse, si illa materia informaretur forma aquea, vel quacumque alia forma; neque id simpliciter prouenit ex mera libera voluntate Dei statuentis non conseruare formam aeris ad præsentiam alterius formæ, vt putat Ouiedio contr. 8. phys. p. 3. quia illud decretum est factum à Deo iuxta exigentiam naturarum prædictarum formarum, 3

marum, & materiæ, vt alibi ostendi, & si occasio ferat ostendam inferius, & non ex libertate Dei, non habito respectu ad rerũ naturas.

Conuersionis diuisiones.

3. Not. conuersionem physicam esse duplicem substantialem, quæ est inter substantias, & accidentalem inter accidentia, substantialem verò diuidunt, in totalem, & partialem, & hanc in formalem, & materialem. Totalis dicitur cum totum mutatur in totum, & hæc siue in eadem materia, vel sub ijsdem accidentibus, mutatis omnibus partibus essentialibus totius vt fit in eucharistia quæ conuersio dicitur transubstantiatio. Formalis dicitur cum eadem materia transit ex vna forma in aliam.

Conuersio materialis quid, & an sit.

Materialē appellant quando ex vi vnius materiæ altera desinens, hæc conuersio non contingit, quia et si ex vna forma antiquam materiam relinquendo alteram informaret, ex quo materia propter carentiam omnis formæ desineret; non diceretur materia antiqua conuersa in nouam materiam, quia non desinit ex vi illius nouę materię, sed ex negatione informationis formæ ex qua deficeret eodem modo si aliam nouam materiam non informaret. Aliqui tamen dicunt de facto dari, in nutritione hominis, in qua forma, quæ prius informabat materiam deperditam, informat nouam partem materiæ, ita Arriaga hic d. 1. sect. 3. sed non placet quia ibi non desinit materia, sed informatio formę vnde materia non conuertitur, sed mutatur informatio formæ, sed hoc examinare non est huius loci.

Nutritio causet ne conuersionem materialem.

4 4 Not. dubium esse circa terminos conuersionis formalis.

Termini cõuersionis formalis qui nã sint.

Nam aliqui volunt, esse ipsas formas, quarum vna conuertitur in aliam; At alij cum Suar. tom. 3. in 3. par. disp. 50. sect. 1. negant esse ipsas, sed concreta formarum, nam album conuertitur in nigrum, non albedo in nigredinem, & ratio quia conuersio formalis est species mutationis, qua vnum terminus mutatur in alium.

At mutatio non denominat terminos, sed subiectum quod sicut mutatur ex vno termino in alium ita conuertitur ex vno termino in aliũ, at id, quod ex vno termino conuertitur in aliud, est ipsum concretũ, quod ratione subiecti ex vno concreto fit aliud; id est quæstio de nomine, quare cũ non sit inconueniens, vt dicatur forma conuersa in formam, ideo modus loquendi Suarij videtur pandus videtur, sed an idem dicendum in conuersione totali, & transubstantiatione dictum 2. in 3. p.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum quæ possent fingi.

Conuersio totalis an sit de ratione generationis.

PRima opinio est dicentium, conuersionem totalem esse de ratione generationis. patet ex definitione illius, cum dicatur mutatio totius in totum, ergo totum conuertitur in aliud totum, at vbi totum desinit esse nec ponitur aliud totum, ibi est conuersio totalis, & adæquata. 5

Confir. quia in generatione termini a quo est compositum ex forma & materia & terminus ad quem similiter.

Sed totum præcedens desinit adæquatē esse, & quod sequitur incipit esse adæquatē, ergo dicit conuersionem adæquatam totius in totum.

Minor prob. nam desinente forma v. g. aquę, materia perdit existentiam aquę, quia hæc pendebat à forma aquę, & cum producatur forma aeris, etiam materia acquirit existentiam aeris, e. g. totam formam, quã materia desinunt esse secundum præcedentes existentias.

Conuersio nulla est de ratione generationis, & c.

2. Opinio est dicentium nullam cõuersionem esse de ratione generationis, quia de ea conuersio non fit ratione materiæ, quia eadem manet sub vtroq; termino, at quod conuertitur non manet, sed desinit esse; Neque ratione formæ, quia cum nihil illius maneat neque in se, neque in forma genita cum sint oppositę non potest dici, côuerti, in aliud quia manet et in illo, in quo conuertitur, vt vxor Lot. in statua salis, & Nabuchodonosor in Bruto. Confir. quia si qua conuersio esset de ratione generationis maximè esset formalis, sed hæc non est quia hæc exigit vtrumque extremum positiuum, at non sic generatio siue, quia est, à priuatione formæ, siue quia potest esse etiã si nulla præcederet priuatio in materia, vt si educeretur forma ea materia in primo instanti, in quo existit.

Conuersio totalis repugnat generationi.

3. Opinio est dicentium, conuersionē totalem repugnare generationi, formalis est de ratione illius, & hæc mihi placet. 6



ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Ratio cur conuersio totalis repugnet generationi.

PRima concl. conuersio totalis repugnat generationi, prob. quia de ratione generationis est vt sub vtroque termino sit eadem materia, atque adeo totū, quod habet rationē termini à quo non destruatur secundum omnes sui partes essentiales.

At hoc repugnat cōuersioni totali, quia de ratione huius est vt destruatur secundū omnes sui partes essentiales, ergo inter se repugnat.

Generatio in quo differt à creatione.

Confirm. quia hoc differt generatio à creatione, q creatio terminatur ad totum terminum ad quem secundum omnes sui partes nulla supposita parte termini.

At contra generatio, terminatur ad totum, cuius supponit partem .i. materiam.

7 *Conuersio totalis creationi assimilatur.*

At conuersio totalis assimilatur creationi, quia eius actio non supponit materiam ex qua; sed immediatè terminatur ad totum siue præexistens vt in eucharistia, siue de nouo productum, vt potest contingere per Dei potētiam, vnde aliqui dicūt, transubstantiationem esse tantæ efficaciæ, vt si humanitas Christi non esset, ex vi illius actionis produceretur secundum animam, & materiam.

Conuersio formalis est de ratione generationis.

2. Concl. conuersio formalis est de ratione generationis, quia de ratione illius est mutatio totius in totum; sed hæc de toto in totum adæquatè sumptis seu syncathegorematicè sumptis; sed inadæquatè, & cathegorematicè sumptis, sed non ratione materiæ, quia hæc manet, ergo ratione formæ, seu cōcreti formalis; At hęc dicitur formalis conuersio, ergo hæc est de ratione generationis.

Ratio huius.

Dices hæc ratio ducta ex mutatione non probat, quia diuersa est ratio mutationis & conuersionis, vt patet ex diuerso modo denominandi. Nam aqua non dicitur mutari in aerem, sed materia ex aqua mutari in aerem; contra verò in conuersione, nam aqua dicitur cōuerti in aerē, & nō dicitur materia conuerti in aerem, vt dicitur mutari.

8 Resp. 1. negando diuersum illum modū denominandi, quia sicut dicitur totum conuerti in totū ratione formæ, desinentis, & incipientis, ita totum dicitur mutari in totum ratione materiæ, quæ est in toto, vt patet ex definitione; ita aliqui.

Conuersio probatur ex mutatione licet habeāt diuersum denominādi modum.

Resp. 2. etiam si sit diuersus modus denominandi in alijs nominibus, vt dicitur in argumēto, tamē non inde fit, quin possit ex mutatione probari conuersio totius in totum, quia dum materia mutatur, ex toto in totum, nomen conuersionis denominat totum vnum conuersū in aliud, sicut cum eadem mutatione nomen generationis denominat totum generari & aliud corrumpi; Nec mirum quia diuersa nomina, denomināt eādem rem diuerso modo concepam, ex illo tamen diuerso modo concipiendi, nō diuersificatur essentia illius rei.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta aduers.

AD argumēta primæ opinionis Resp. ad 1. ibi totum non sumi syncategorematicè, & adæquatè vt totum destruit omnes partes, sed cathegorematicè vt dicit vnitatem, quia non manet idem vnum nec specie nec indiuidualiter, sed succedit aliud vnum specie, & indiuidualiter vt magis explicabitur cum de termino generationis.

9 *Totum cathegorematicè deperditur, & quomodo.*

Ad confir. Resp. totum acceptum cathegorematicè deperdi ratione formæ, & informationis, non tamen deperdi ratione materiæ, quia illa semper manet; ad prob. 1. falsò assumitur, materiam habere existētiam à forma in genere causæ formalis vt ostendi in phys.

Resp. 2. etiam concessa opinione Thomistarum adhuc negatur, materiam corrumpi, quia semper eadem numero existit, siue quia, vt aliqui docent, in eodem instanti, in quo materia spoliatur existentia communicata à priori forma, succedit alia ex vi formæ sequentis, quare nunquam materia spoliatur omnino existentia.

Siue quia, vt sapientiores Thomistæ docent, materiam non esse capacem existentię nisi sit informata forma, eo quod eius existentia pendeat à forma vt informante, nō quidē ab aliqua determinata, sed vagè, quare cum nunquam materia sit sine forma, nunquam sua existentia spoliatur, quia semper conseruatur ab alicuius formæ informatione.

Conuersio fit in generatione ratione formæ.

Ad arg 2 opinionis Resp. conuersionē fieri in generatione ratione formæ, neque obstat quod nihil formæ antiquæ maneat in forma sequenti, quia non est id natura, sed

sed cum sufficiat manere idem subiectũ, in quo existere simul illas formas repugnat; neq; exempla illa prob. intentum, nam in statua illa nihil formæ præcedentis fuit, sed solũ materia cũ aliquibus accidẽtibus. De conuersione autem Nabucdonosor Iosephus dixit verè fuisse mutatum in bouem, & sua anima priuatũ, sed id esse fal sum docent alij sed dicitur mutatus in bestiam, quia fuit priuatus vsu rationis, nec mirum, quia sæpè deficit in interpretatione scripturæ, sicut asserit Adam non erubuisse de nuditate in statu innocentię, quia viuebat in simplicitate puerili vt pueri ante vsum rationis; quod patet esse falsum, quia, vt inquit glosa, per peccatum status Adami fuisset melioratus quoad naturalia.

Terminus à quo generationis quotuplex sit. Ad confir. Resp. terminum *à quo* generationis esse duplicem, vnum per se ex necessitate generationis naturalis secundùm se, & est priuatio, & secundùm hanc rationem Arist. in 5. physicorum illam distinxit à motu, qui est à subiecto in subiectum.

Alterum concomitantem necessarium ex necessitate materiæ, & hic est totum, nã cũ materia, in qua est priuatio formæ generãdi, nõ possit existere sine aliqua forma ipsa informante, & constituente totum necessariò generatio formę supponit materiã sub esse alterius formę, atque adeo habente rationem totius, & quia Arist. ibi definit generationem, vt est à causis naturalibus, ideo dixit esse mutationem totius in totum, & inde fundat conuersionem formalem, quatenus materia habẽs vnum esse formale, conuertitur in aliud esse formale.

Generatio nẽ esse mutationem totius in totũ, quomodo intelligẽdum sit.

10 Dices. De ratione conuersionis formalis est, vt ex vi illius producatur terminus, in quem fit conuersio, secundum existentiam, sicut terminus conuersus perdit suã existentiam; sed in generatione non est necessarium, vt ex vi generationis producatur existentia formæ, quia sufficit produci vnionem formæ cum materia, vt patet ex generatione hominis.

Modus specialis conuersionis qui nam sit. Resp. Hanc esse magnam controuersiã inter Doctores. an sufficiat, produci modum aliquem in termino, in quem fit conuersio, specialem, quem antea non habebat, siuè hic modus sit præsentia localis habens specialem habitudinem ad illum terminum, qui succedit loco termini conuersi; siuè sit aliquod accidens, siuè subiectum, vt docent Scot. Alens. Occam. Ricchard. Capreol. apud Suar. tom. 3. part. disput. 50. quos sequitur Vasquez 3 par. dis. 181. à cap. 6. & sequen. & Hurtad. Compl. de eucharistia, & Arriaga hic contr. 2. punct 5. S. 2. Eò quod illa actio attingens substantiam esset superflua, eò quod necessariò deberet poni alia actio terminata ad modum, quo, v. g. corpus Christi sit specialiter sub accidentibus panis: & licet hic modus supponat existentiam corporis, tamen sufficit si illa sit habita ex vi alterius actionis, vt patet ex existentia Christi. Cõfirmant, quia illa actio est necessaria circa terminum conuersionis, ex vi cuius desinit terminus *à quo*: sed terminus, *à quo*, v. g. in eucharistia, non desinit ex vi reproductionis corporis Christi, sicut neque ex vi reproductionis, & conseruationis antecedentis, nam hæc reproductio non est maioris efficaciæ, nec habet maiorem incompossibilitatem cum termino, *à quo* v. g. substantia panis sub accidentibus, quàm prior productio, & conseruatio: sed tota incompossibilitas oritur ex modo existendi sub accidentibus, ratione cuius desinit inhærere in substantia, & inde oritur corruptio substantiæ.

At Suar. loc. cit. Hurtad. hic disp. 1. sect. 4. Arriaga disp. 1. sect. 3. sub sect. 2. docent necessariò ex vi conuersionis sicut est necessaria desitio termini conuersi. 11

Sed de hac fusè dixi de eucharistia, quare non est cur de ea plura extra proprium locum dicantur.

QVÆSTIO III.

De Termino Generationis.

De hac quæstione Arist. 7. m. t. 26 et 37. vbi Alens. D. Th. Scotus, & gæci Fland 7. met. q. 12 ex D. Th. 1. d. 5. q. 3. Sonc. ibi. Ruuius tr. 1. q. 3. Arriaga disp. 3. phys. & 1. de Gener. disp. 1. sect. 5. Conimb. de Gen. & Corrup. cap. 4 q. 15. art. 1. Hurtadus de motu disp. 11. phys. sect. 6. Aref. disp. 2. q. 13. Ouied. de Gen. controuersia 2. puncto 4.

DVBITATIO I.

Quis sit terminus generationis, forma ne, an compositum.

K AR-

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Generatio potest accipi dupliciter.*

PRimò Not. Generationem dupliciter posse considerari: primò vt mutatio est, qua ratione significat transitum alicuius rei de non esse ad esse. & ita necessariò requirit aliquod subiectum, quod existat sub vtroque extremo, & denominet subiectum, & ideo Arist. dixit materiam generari 12. met. 10. 1. phys. 60. 62. & 64. 5. phys. 8. & per totum, & Auer. 1. phys. 60. N ph. disp. 9. met. Pauef. dis. 3. c. 9. qui duo tamen errant, cum dicunt posse materiam simpliciter dici esse generabilem, nam generari simpliciter denominat terminum, qui de nouo incipit, vt benè Fland. 7. m. q. 12. ar. 1. Sonc. q. 22. Ant. And. q. 9. 2. Considerari potest vt productio est, & ita denominat terminum, qui de nouo incipit, vt colligitur, ex 7. à 1. 32. ad 36. 8. met. 8. 12. met. 12. Nos igitur non quærimus terminum generationis, vt mutatio est, nam secundum omnes est forma, vt ex 1. phys. 41. phys. 43. 66 69. colligi potest. dū tria principia constituit: priuationem, formam, & materiam. Idem ex 12. m. 12. 5. phys. 3. & ferè per totum, & 2. phys. 23. & 70. dicit finem, & formam coincidere.

Terminus ad quē mutationis est forma.

Confir. 1. Terminus mutationis ad quē est qui opponitur termino à quo: Sed priuationi opponitur forma; ergo.

Confir. 2 quia terminus est is, qui recipitur in materia, nam debet esse id, ratione cuius materia dicatur transire de non esse ad esse: sed id, quod in materia recipitur est forma; ergo.

2 *Qua ratione compositum est terminus mutationis.*

Confir. 3. ex alijs mutationibus, vt localis est locus, alterationis qualitas, &c. Compositum verò dici quidem potest terminus mutationis, sed impropriè, & secundariò, & extrinsecè, nam licet sit primum in intentione naturæ, tamen id, ratione cuius immediatè fit trāsitus, & mutatur materia, non est compositum, sed forma. nam tota mutatio tendit vt subiectum vnum abijciat, & alterum suscipiat; id autem, quod suscipit est forma; quare difficultas solū n. a er, de termino generationis, vt generatio, & productio.

Terminus generationis est duplex.

2 Not. ex Antonio Andrea, duplicem generationis esse terminum: formalem, qui dicitur ... & alterum vltimatum, qui dr Quod, q cōstituitur per illū, tāq̄ p formam; orta est hæc distinctio tum ex terminatione, quæ concipitur, vt quædam actio sicut terminare concipitur vt agere, agere aūt dupliciter aliquid dicitur 1. vt *Quo*; qua ratione intellectus dicitur intelligere, quia est ratio cur homo intelligat 2. vt *Quod* vnde homo simpliciter dicitur intelligere, sed per intellectum vt *quo*, tū quia p hoc distinguitur creatio à generatione, quia licet vtriusque actionis terminus totalis sit totū, quod de nouo existit, tamen in creatione non assignatur terminus formalis distinctus à totali, qui immediatè attingitur, cū totū secūdum se, & immediatè attingatur nam vel est simplex carens forma physica, vel habet formam, & producitur ad modum rei simplicis. At in generatione terminus totalis, cum sit aliquid compositum ex materia, & forma, & non attingatur immediatè secundum omnes & singulas partes meritò ponitur terminus formalis q immediatè, & primo ordine execuutionis attingatur, vt per illū constituatur compositum.

Sed difficultas est, quis dicatur terminus formalis, & quæ sint eius cōditiones respectu omnis generationis, & productionis. Vide.

Not. 3. non conuenire Doctores in explicanda ratione, per quam constituitur terminus formalis, vt patet ex varijs opinionibus Doctorū dum quærunt, qui terminus formalis generationis æternæ Incarnationis, & transubstantiationis, & generationis creatæ; de qua aliqui dicunt.

Terminus formalis generationis quis nā sit apud varios aut.

Primò Conimb. l. 1 de gen ex q. 15. putāt, terminum formalem esse illam formā, quæ constituit terminum totalem siue illa producta sit ex vi actionis, siue solum vnitate; sequitur Vasq. 3. p. t. 1. disp. 29. c. 2. ex Arist. dicente 2. phys. 26. generationem esse naturam, quia est via ad naturam, hæc autem est forma, confir. quia terminus mutationis *ad quem* est forma, at generatio est mutatio, quæ respōdet termino *à quo*.

Anima cur non sit terminus formalis generationis.

Sed non placet alijs, quia generatio hominis est vera generatio, & tamen anima non potest esse terminus illius formalis, cum hæc sit terminus creationis, & supponatur ad generationem. Confirmat. quia esse terminum formalem conuenit alijs, quæ non habent rationem formæ, ergo hæc ratio nō pōt cōstituere essētialiter terminum formalem. Antecedens prob. ex termino formali transubstantiationis in

qua ficut terminus à quo eft fubftantia panis, & vini vt fubftant accidentibus, ita terminus ad quē eft corpus Chrifti, quod ponitur de nouo fub fpeciebus illis, & tamen Chrifti corpus non eft forma illius concreti refultans ex corpore Chrifti, & accidentibus, nam fuccedit loco fubftātiæ panis, quæ defijt, & multò minùs ipfa accidentia, quæ habēt aliquam fimilitudinē formæ, poffunt dici terminus formalis, quia effet tranfaccidentatio; Confir. quia terminus à quo illius actionis eft fubftantia panis fub accidentibus, fed in illo fubftātia potius fe habebat, vt materia quā formas; ergo neq; corpus Xpi fuccedēs poteft habere rationem formæ in illo concreto.

2. Alij putant, terminum formalem actionis effe illum, qui producitur ex vi illius actionis phyficæ, ita Suar. to. 1. 3. p. d. 8. fect. 3. §. *in hoc nihil poteft*. Sequitur Hurtadus difp. 11. phyf. fect. 9. & 6. 33. & 34. vbi reijcit Conimb. & Vafquium, & ante hos Dur. 3. d. 5. q. 3. n. 5. fequens Aureolum apud Vafq.

Quia terminus actionis dicitur, ad quē terminatur actio; fed terminatur ad id, quod producitur.

Tum quia præfente illo ceffat actio; tū quia actio refpicit, id quod producitur, nō vt fui caufam effectiuā, vel materialem; ergo vt terminum, & finem fui immediatū.

Maior prob. quia terminus dicitur, qui refpectu illius, cuius dicitur terminus, eft extremum, vt vltra illum non exeat; & in eo finiatur.

Ex hoc principio deducunt, terminum formalem generationis effe vnionem, quia hæc exiftit ex vi generationis, nam forma non ex vi generationis, fed alterius actionis exiftit fiuè fit creatio, fiuè alia innominata refpectu formarū corruptibiliū, vt patet ex generatione hominis, vnde idem in alijs dicendum.

Confir. quia illius generatio fufficit vt totum dicatur generari, contra verò ex productione formæ præcifa vnione, non denominaretur compofitum generari.

At qui putant, formam ex vi generationis non produci fine vnione, fed vtrumque per vnicam actionem attingi, confequēter dicunt, terminum formalem effe formam vnitam.

3. Alij dicunt, terminum formalem mutationis, & actionis effe illū, cui applicatur immediatè illa mutatio, feù actio, ex qua denominatur non vt fubiectum, fed vt terminus, & ratione cuius alia attingantur, feù denominentur per actionem illam.

Sed cōtra, quia forma eft terminus mutationis, & tamen non denominatur mutari, fed potius fic denominatur fubiectum, fic terminus conuerfionis eft corpus Chrifti, & tamen non denominatur conuerti in panem.

4. Alij etiā fi non poffit afferri, ratio adæquata communis omni termino, cum fint variæ rationes rerum terminatarum, & terminorum, cum alij fint termini relationum prædicamentalium, alij trafcendentalium, alij actionum, alij paffionū, & alij actionū intentionalium, & alij phyficarum, & alij propofitionum, vocalium, & alij mentalium. Tamen per quandam analogiam, omnes habent quandam rationem termini, quatenus habent aliquam rationem extremorū refpectu illius rei, quæ terminatur, & quia aliquid poffet effe extremum alterius materialiter, & non formaliter, ideo in fingulis inquirenda eft cur tale habeat formaliter rationem extremi refpectu alterius. Hinc defcendendo ad rem noftram, dum inquirimus terminum formalem generationis, dicēdū eft, illum effe terminum formalem generationis, quæ eft ratio, quæ immediatè, & per fe, & rōne fui attingitur id, quod generatur; & hæc ratio proportionaliter eft applicanda cæteris iuxta exigentiam aliorum; quare non fufficit attingi per actionem, fed debet effe ratio, ob quam alia attingantur ex vi illius actionis. Hoc mihi probat doctrina communis, dum diftinguunt rationem materialē, & formalem in terminis actionum intentionalium, nam vifionis obiectum materiale eft paries, fed formale eft color v. g. quia ille, & immediatè ac p fe attingitur, & eft ratio cur paries attingatur, nam verè vifio non folum videt colorem, fed etiam illum afficientem parietē, vnde paries affectus colore videtur; fic etiam habitus phyfici obiectum formale dicitur effe naturalitas, corporis, quia eft ratio, ratione cuius à phyfica attingatur corpus, ficut ens eft obiectum metaphyficæ, quia eft ratio cur idem corpus attingatur, vt ftat fub ratione entis, & idem apparet in alijs; ergo eodem modo philofophandum eft de termino formali actionis phyficæ.

Terminorū varietas.

Terminus formalis generationis quis tādem fit.

2. Prob. à priori, nam illa eft ratio formalis conftitutiua alicuius in effe tali, per quam diftinguitur fecundùm proprium effe ab omni alio, fed hæc ratio diftingui

in omni ente varias rationes terminandi; ergo hæc est ratio formalis termini.

Minor prob. nam idem corpus potest terminare actum productionis, visionis, magnitudinis, & intellectionis, quæ multitudo terminandi necessario est diuersa, cum inde specificentur plures potentiæ, at illa diuersitas consistit in diuersa ratione formali, qua idem corpus diuersos actus terminat, nam color v. g. vt producibilis terminat productionem, & vt visibilis visionem, & sic consequẽter; quare ratio formalis terminandi est, quæ distingunt formaliter diuersos terminos, & obiecta actuum.

Cõfir. ex regula posterioristica posita ab Arist. ad cognoscendam causam præcisam effectus, nam illa dicitur ratio constitutiua causæ, in ordine ad aliquem effectũ qua posita, ablato etiam per impossibile omni alio, sequitur effectus, & qua ablata, posita omni alia, non sequitur effectus.

Sed posita ratione immediatè attingibili ab actu, & ratione cuius alia attinguntur, ablata omni alia ratione, ponitur terminus actionis, contra verò illa ratione ablata, posita omni alia, non ponitur terminus, ergo illa est ratio formalis constitutiua termini.

Minor prob. quia si aufertur ratio, qua immediatè attingitur entitas aliqua, ratione cuius aliæ pfectiones illius entitatis attingũtur non potest illa entitas attingi secundũ alias perfectiones, quia illæ perfectiones entitatis nõ sunt ex vi illius actionis immediatè attingibiles, ergo.

Terminus formalis generationis triplex est.

4. Not. terminum formalem generationis triplicem pono; primus est forma informatiua materiæ. 2. vnio formæ cum materia; & hæc dicuntur termini vt quo partiales. 3. est essentia compositi, secundum se vt abstrahit à suppositis, vt v. g. equinitas, quia significatur vt forma, non quidem materiæ, sed suppositi, & hinc dicitur terminus formalis, *vt quo* totalis, vt distinguatur ab alijs terminis formalibus partialibus, & hinc disputatur de termino totali, vt quod simpliciter producitur; hoc aliqui volunt esse naturam indiuiduam existentem.

Alij autem naturam indiuiduam subsistentem, quæ dicitur suppositum; oritur autem hæc diuersitas, nam cum Aristot. non cognouerit indiuiduum substantiale distingui à supposito, vnde vocauit illud primam substantiam, de qua omnia prædicantur, & ipsa de nullo prædicatur vbiq; asserit illud esse terminum actionis. At Theologi qui indiuiduum distinguunt à supposito dicunt, terminum vltimatum, & vt quod esse suppositum, verum si ratio denominandi diuina inspiciatur est eadẽ. nam Arist. indiuiduã naturam putauit esse suppositum constitutum per existentiam substantialem, quam non distinguit à subsistentia.

Indiuiduũ distinguitur à supposito, qui est terminus vltimatus.

Per se primò sumitur dupliciter.

5. Not. per se primò apud Aristotelem dupliciter accipi primò, vt distinguitur contra partem, & dicitur primum quantitatiuum, qua ratione illud dicitur inesse alteri primò, quod illi inest secundum totum, & non secundum partem. Ita 5. phys. c. 1. & 6. phys. ait illud dici moueri primò in aliquo tempore, quod mouetur in qualibet parte illius temporis: & hac ratione, certum est non generari primò compositum, quia non generatur secundum omnes sui partes: sed potiùs forma dicitur per se primò generari.

Qua ratione cõpositũ non primò generetur.

5

Qua verò primò generetur.

2. Vt dicit causam præcisè, vt triangulus dicitur primò habere tres angulos, & homo primo risibilis, & dicitur primum quidditatiuum, de quo Arist. in 1. post c. de vniuersali, & hac primitate dicunt primò generari compositum.

Tria fiunt per generationem.

6. Not. tria videri fieri per generationẽ primò formam, 2. vnionem illius cum materia, 3. compositum, quod ex illorum vnione resultat, nam hæc omnia priùs non erãt, & post generationẽ sũt; compositum autem accipi potest dupliciter primò vt dicit essentiam, 2. vt dicit subsistentiam. Vnde est magna difficultas circa terminũ formalem an sit ipsa forma, an vnio formæ cum materia, vel compositum, vt dicit essentiam abstractam à supposito. sed dissimulari non potest non benè à complutensibus explicari sensum quæstionis dum asserunt non intelligi de generatione vt actio est, sed vt est resultantia ex generatione vt est actio, id enim est contra modum loquendi omnium doctorum, qui terminis vtuntur secundum communem significationem, & non à se fictam.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

Explicatur sententia nonnullorũ circa terminos generationis.

PRima Opinio est Auic. Thomist. & Alphat. quos refert Auer. 7. met. com.

com. 31. & 12. met. com. 18. dixisse formas per se creari, & deinde vnari materiæ, quare videntur dicere, formas esse per se termi nos generationis. Ad hoc reuocandi sunt, qui dicunt formas per se primò produci ex subiecto, composita verò per accidens, scilicet ratione partis. Ita Philoponus con tra Proculum. Gabr. 2. d. 1. q. 1. Lamp. 7 m. quæst. 16. Accedunt Venet. 1. de Gen. t. 5. Marsil. 1. phys. not. 6. d. 2. & 1. de Gen. q. 2. vbi materiam vult subiectiuè, formam ter minatiuè, compositum completiuè, & totalitatiuè generari. videtur N phi 7. met. disp. 9. c. 4. vbi ait formam esse generationis terminum, quatenus generatio est ad esse existentiæ; compositum verò esse terminum, vt generatio est ad esse subsistētiæ quo res est extra nihil, & causas, neque vt pars alterius, neque vt accidens alterius.

Materia generationis terminus. 6 2. Sententia est Pauet. disp. 3. met. c. 9. quia cum putet illud propriè generari, vt terminum quod est in potentia, dixit propriè vt terminum non generari compositum, sed materiam, quæ fit hoc aliquid, quia generatio non est in termino generationis, neque vt in subiecto, neque vt in causa efficiente: vnde neque mouet, neque mouetur.

Compositū terminus generationis & quomodo. 3 Opinio est dicentium generationem accipi dupliciter, primò vt actio est, & secundum hanc rationem, neque compositū neque formam esse illius terminum, quoad exequutionem, neq; aliud substantiale, sed dispositiones ad formam substantialē, & composita genetanda, 2. vt est resultantia ex actione dispositiua subiecti, & huius terminum *qui* primarium in ordine intentionis esse compositum ex existentia, & supposito, sed in ordine exequutionis compositum ex materia, & forma substantiali præcisè, seu naturam totalem non posse esse in exequutione terminum *qui* generationis, atque adeo neque illius specificatiuum *vt quod*, sed suppositum ex natura totali, & subsistentia coalescens ita Complutenses disp. 2 q. 3. & tribuit D. Th. 3 p. q. 35. art. 1. & 1. d. 5. q. 3 art. 1. ex 7. m. 26. 17. §. 2. 1. phys. 26. 8. m. 3 vbi aiūt generationem, & corruptionem esse id, quod est ex his idest materia, & forma & probat ex D. Tho. quod fieri conuenit illi, cui conuenit esse, hoc autem propriè conuenit subsistentibus, nam totalis forma, vt v. g. equinitas, non est existens vt quod, sed est id, quo aliud existit. s. suppositum, nam hoc est habens naturam.

4. Opinio est dicentium, compositum propriè esse terminum per se primum generationis, formam verò esse terminum formalem, Alex. Simpl. D. Tho. Alens. Auer. Burl. Vicom. & aliorum in loca Arist. quæ inf. citabimus Sonc. 7 met. q. 22. Fland. q. quæst. 12. art. 1. D. Tho. 1 p. q. 45 art. 4. pin in 7. met. 26. addit propriè neque posse dici fieri formam in materia, neque esse ex materia, nam forma propriè non habet esse, sed compositum habet esse. Explicat optimè Anto. Andr. 7. met. q. 9. Canon. 5 phys. q. 1. & alij Vasq. 1. p. disp. 162. c. 3. & 3. disp. 1. c. 2. *Compositū, & forma termini generationis, & quomodo.*

7 Fundamentū est, quia generatio est mutatio totius in totum, totius autem nomine intelligitur compositum, nam 1. phys. 64. *manifestū esse, ait, compositum esse id, quod fit*, sed nō fit immediatè, sed mediāte forma, vel vnione, ergo compositum est terminus *qui* vltimò intentus, & forma, vel vnio terminus *vt quo*, & secundariò intentus. *Compositū quia fit.*

Hi tamen inter se diuisi sunt circa terminum formalem, nam aliqui consentiūt, in omni generatione terminum formalem esse formam, vt Vasquius loc. cit.

Tum quia generatio hominis vniuocè conuenit cum aliorum generationibus sed constat, harum generationem terminum formalem esse formam, quia ipsa est generabilis, & corruptibilis. *Generatio hominis vniuocè conuenit cū aliorum.*

Tum quia generationis diuinæ terminus est essentia, aliòqui non esset generatio vniuoca, ergo etiam in alijs. *Terminus generationis diuinæ est essentia.*

At alij negant esse formam, sed vnionē formæ cum materia, nam generatio vniuocè prædicatur de omnibus speciebus generationum. *Vnio formæ cum materia terminus generationis.*

Ergo terminus formalis, ratione cuius conueniunt, est eiusdem rationis in omnibus speciebus generationis sed non potest esse forma secundum se, quia in generatione humana non potest esse anima, quæ secundum se est terminus creationis atque adeo non est terminus generationis, ergo erit vnio seu forma vt vnita, ergo in omnibus erit vnio, seu forma vt vnita; Quare non erit recurrendum ad resurrectionem, quæ cum supponat animam præexistentem. non potest termi nari ad illam vt terminum formalem, nam aduersarij dicent, illam generationem, non esse eiusdem rationis cum naturalibus & ideo non mirum si habet diuersum terminum formalem.

Confir. quia si anima esset terminus formalis

Anima est terminus solius actionis diuina. malis, tunc generatio hominis deberet tribui Deo, quia anima solius actionis diuinæ est terminus, illi autem debet tribui productio totius, cuius actio attingit terminum formalem, nam non alia ratione totum attingitur.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

8

Forma dicitur generari, atq; adeo est generationis terminus formalis. PRima Concl. forma generari dicitur, patet ex 2. phys. 14. 5. met. 5. *Generatio, inquit, est natura, quia est via ad naturam*, scilicet formam: sed generatio est ad id, quod generatur: 2. t. 23. forma dicitur finis, quia acquiritur per generationem, & 1 de Gen. 55. *præsente forma cessat motus*: 3. 1. phys. 64. ibi esse aliquid, quod fit; aliud quod hoc fit: vbi per id, quod fit intelligunt formam D. Thom. Simpl. & alij. & t. vlt. formas dicit esse corruptibiles: 4. 1. de partib. & 1. phys. 4. & 60. formam vocat terminum generationis: 5. 7. phys. loc. cit. dicit formam fieri in materia, & ratio est, quia immediatus, & formal a terminus generationis est forma; ergo acquiritur per generationem; hoc autem est generari terminatiuè.

Generari terminatiuè quid est.

Confir. 1. quia nunc est, & antea non erat; ergo producta est.

Confir. 2. quia in composito non fit materia neque est aliud, quod immediatè eas sentiam accipiat ex vi generationis nisi forma; ergo.

Vltimo patebit ex obiectionibus contra tertiam conclusionem, præcipuè vltimis, quibus probatur prius natura produci formam, quam compositum.

Terminus formalis quid sit. 2. Concl. illum esse terminum formalé, qui primò, & per se ordine exequutionis attingitur per generationem, probatur primò, quia ille est terminis formalis, qui reperitur in omni generatione compositi, sed terminus, qui sic primò attingitur per generationem reperitur in omni generatione compositi; Nam omne compositū, vel componitur ex forma de nouo producta corruptibili, & ibi primò, & immediatè attingitur forma vt vnita materiæ, quia hæc non existit independenter ab hac vnione, vel ex forma præexistente, & tunc terminus formalis est vnio illius cum materia, quia non potest esse forma ipsa cum non existat ex vi generationis, sed si de nouo existit, est ex vi creationis, & supponitur prius natura, quàm vniatur, vt in generatione naturali hominis; si verò præexistit tempore tunc non adest alia actio attingens compositum, quàm quæ attingit vnionem, vt in resultantia. Confir. nam qui primò, & immediatè attingitur est terminus, per quem compositum vltimò per generationem attingitur, sed hæc explicãda sunt iuxta dicenda d. seq.

9

3. Concl. id, quod per se primò, & propriè generatur ex intentione naturæ est cõpositum, & non forma etiam totalis. Probatur ex 1 phys. 64. 1. de Gener. 23. 7. met. 22. 23. 26. 27. 31. & 61. met 8 12. met 21. vbi omnes penè Doctores: & probat primò Aristoteles, quia quicquid generatur dicitur generari ex aliquo subiecto, tamquam parte rei genitæ: sed hoc non potest esse, nisi compositum; ergo. Minor probatur, nam materia non potest ex alia materia, neq; forma, quia essent cõposita. *Compositũ generatur per se primò.*

Aristoteles mihi videtur probare maiorem in 12. met. t. 12. nam omne, quod fit, habet in essentia sua potétiam, ex qua fiat, & actum, qui acquiritur per ipsum fieri; ergo omne, quod fit est compositum ex potentia, idest materia, & actu, idest forma.

Confir. formam non fieri, nam omne quod fit, ex aliquo possibili fit per transmutationem potentiæ passiuæ ab aliquo agente in aliquid, idest formam; si ergo forma fit, ex aliquo possibili fiet, quod transmutatur in aliquod formale: quare forma habebit aliam formam; quare erit abire in infinitum, quam rationem fusè explicat ibi Alens. & Scot. Vide 8 met. 8 expressè concludit, formam non fieri per se, sed in alio scilicet composito. *Forma quæ re non dicitur fieri.*

2. Probat D. Tho. 1. p. q. 100. art 2. nam illi conuenit produci, cui conuenit per se primò existere; hoc autem primò conuenit composito, cui primò conuenit operari, ad quod ordinatur existentia, quæ acquiritur per generationem. *Produci cui conueniat.*

Confir. quia id generatur, quod simile est generanti: sed generans est compositũ, vt patet ex modo loquendi. *Generatum est simile generanti.*

Confir. 2. quia totum magis intenditur à natura & partes ratione totius intenduntur; ergo produci magis toti conuenit, quam parti.

Confir. 3. ex communi modo loquendi siuè in artefactis, nam dicimus artem fieri &c. siuè in naturalibus; dicimus enim equum fuisse generatum. Vide 1. de gen. 23. ut- *Fieri aliud est a generari.*

23. definitur generatio esse mutationem totius in totum.

Confir. vltimò, nam 1. phys. 65. & 68. materia, & forma dicuntur principia rei, quæ generatur. & 5. met. 2. 1. phys. 82. 2. 2. phys. 28. materia definitur esse id, ex quo fit aliquid, cum insit: sed materia non inest formæ, sed composito; Tádem probat Antonius Andr. illud inest alicui per se primò, quod inest illi per causam præcisam, quæ est aliquid eius; sed generari inest cõposito per formam, *vt quo*, & tamquam per causam, vt risibile inest homini per formam; ergo.

ARTICVLVS IV.

Afferuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

Quomodo formæ conueniat fieri.

SEd contra primò obijciuntur loca citata pro prima conclusione Respon. non posse negari conuenire formæ aliquo modo fieri, sed non propriè .i. ex primaria intentione naturæ, & *vt quod*, sed potius comproduci. Vnde D. Thom. Aristotelis dictum in 7. met. id, quod fit esse in alio non esse proprium: quare Aristoteles quasi se corrigens statim subdit, *id, quod fit esse compositum, & includere id, in quo, idest materiam.*

Quid sit, rem produci.

2. Obijcitur ei magis propriè dicitur conuenire produci, quod magis acquirit existentiam, cum rem produci, sit acquirere existentiam: sed hoc magis conuenit formæ, quam composito, ergo; minor probatur, nam forma secundum totum suum esse de nouo existit; compositum autem secundùm partem tantùm, nam præexistat secundùm partem materialem.

Confir. 1. quia ideo compositum generatur, quia forma de nouo existit; ergo multò magis formæ conueniet generari, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis.

12 Confir. 2. quia ei conueniet per se primò generari, cui conuenit per se primò esse: sed hoc conuenit formæ, nam forma dat esse composito.

Generatio ad substantiale terminatur.

Confir. 3. quia in composito non est alia entitas, nisi materia, & forma; ergo nisi per se primò forma, vel materia generabitur, compositum non potest generari. Consequentia probatur, quia generatio terminatur ad aliquid substantiale, cum quo identificatur: sed hoc non est materia, vt patet; neque vnio materiæ cum forma, cum sit modus ad summum substantialis, neque aliud est in composito, nisi forma; ergo &c. neque his obstat generatio hominis, vt infrà.

Generatio priùs natura terminatur ad forma.

Confir. 4. quia priùs natura generatio terminatur ad formam, quam ad compositum, nam priùs natura est, formam esse in se, quàm vniri materiæ, & constituere compositum; ergo in illo priori forma est generata per se, & non in alio. Antecedens probatur tum quia forma est causa compositi, & intelligi potest sine existentia compositi; non tamen contra, tum quia anima rationalis distincta productione intelligitur produci & vniri materiæ.

Variæ respõsiones doctorum.

Ad hæc argumenta variè Resp. nam primò quidam, qui entitatem compositi dicunt distingui ab entitate partium.

Aliqui dicunt terminare ad tertiam entitatem.

Resp. generationem terminari per se primò ad illam entitatem Sed hi & supponunt falsum, & ad aures Aristotelis non loquuntur: nam id, quod generatur vult, vt contineat vt sui partem, ipsam materiam, vt non est illa tertia entitas.

Alij 2. concedunt ex his generari formã in materia, & hoc est generari compositum. Sed contra Arist. qui vult materiam, & formam esse partem eius, quod fit.

Alij ad formam quæ producitur ratione existentiæ; ad compositũ ratione subsistentiæ.

Alij 3. vt Niphus ratione existentiæ dici debere produci formam; ratione subsistentiæ compositum: sed contra quia licet 13
existentia conueniat formæ; tamen illa ei non conuenit ratione sui, sed ratione compositi, ad quod ordinatur.

Alij 4. vt Antonius Andreas locis cit. Scot. in 2. d. 2. q. 10. & 1. d. 19. & alij dicũt his argumentis rectè probari compositũ per se primò produci primitate quantitatiua, sed non primitate causalitatis, quia ad hanc requiritur, vt non secundùm sui omnem partem producatur, sed vt in se contineat causam productionis: sicut vt actiones dicantur suppositorum, non requiritur vt agant secundum omnem sui partem, sed sufficit, si agant per aliquid sui: quare cum compositum contineat formã, quæ generatur, *vt quo*; & vt causa rei genitæ, *vt quod*, idest compositi, licet aliquando sine generatione formæ, sed tantùm ex vnione cum materia dicatur aliquid generari. vt in homine; &c. ideò compositum per se primò debet dici generari. Vnde ad argumenta singula Resp. ad maiorem,

Arg. resp. Existentiæ maior acquisitio dupliciter accipitur.

acquisitio maior existentiæ potest dupliciter accipi vel, vt distinguebat acquisionẽ in

in omnes partes te ge itæ, & negatur; vel vt dicat aptius sibi ctum, cui tribuitur acquisitio existentiæ, & tunc conceditur id magis generari, nam illud est compositũ, cui conuenit magis acquisitio existentiæ, sicut conuenit simpliciter existentia, nam licèt præfuerit secundùm partem, tamen vt completum de nouo totum existit.

Compositũ quomodo dicatur de nouo existere.

Ad primam confir. negari potest, compositum generari, quod forma de nouo existat, nam in resurrectione fiet homo solùm ex vnione partium præexistentium: neque nunc anima rationalis generatur, sed creatur.

Resp 2. effectum formalem non magis denominare causam formalem, vnde albedo non dicitur alba.

Effectus formalis non denominat causam formalem.

Resp. 3. licet hoc esse magis independenter conueniat formæ in genere causæ formalis; tamen in genere causæ finalis magis co. uenit composito, tam propter ipsum conuenit formæ.

14 Ad 2 Resp. per se primò vt dicit immediationem conuenire esse, formæ incompletè, non tamen completè, neque tamen dici primò completum quid generari, sed vt pars alicuius.

Generatio cū quo iden tificatur.

Ad 3. Resp. aliqui propter hoc ponunt tertiam entitatem, sed nō est necessarium, nam sufficit si pet generationē ex forma vt *quo*, seu vnione ipsius resultet totum aliquod compositum, quod priùs nō erat, neque generatio identificatur cum termino totali & completo, sed sufficit identificatio cum formali. Neque totum dicitur generari ratione singularum partium de nouo existentium, sed quia totum de nouo incipit esse. Neque mirum quod aliquid conueniat toti, & non partibus, vt esse compositum, per se subsistens &c. vnde est fallacia à diuisis argumētari ad coniuncta v. g corpus non est homo, & anima nō est homo; ergo corpus, & anima non est homo.

Ad 4 Resp, Soncin. 7. met. q. 22. Sotus 1. ph y. quæst. 7. compositum priùs natura etiam via generationis produci, quia puràt existere priùs conuenire composito, & ex hoc communicari materiæ, & formæ, in quam sententiam inclinat D. Tho. 3. cont. Gen. cap. 69. & Caiet. 1 p. q 65. art. 3. & 4 & q. 76. art. 1. & citatur Zim. theo. 100. Sed et ant in fundamento, vt alibi quare concedo priùs natura formam generari via generationis, sed non via intentionis: vnde terminus terminus productionis, nam

Quo pacto forma generatur priùs natura.

cum actio fit ab agente, eius terminus erit propriè, & principaliter, quod inte d. ur ab agente, qua ratione dici potest priùs a tiò, & per se compositum; secundariò autē, & per accidens formam produci.

Ex his patet quid dicendum sit ad argumenta allata in prima opinione pro primo modo dicendi, quem sequitur Vasquius, quod meliùs explicatur dub. seq.

4. Concl. eadem proportionaliter sunt applicanda generationi secundùm quid, licet in hac magis videatur denominari subiectum, quàm terminus, & hāc eisdem locis docuit Aristoteles, vt patet ex textibus citatis: & eadem corruptioni substantiali & accidentali sunt applicanda, & hinc patere potest, cum compositum vt abstrahit ab accidentali, & substantiali nōn assignetur vt congruēter subiectum ph. sed cō positum substantiale, quia hoc propriè denominatur, ex accidentibus illi inhærentibus, siuè in primo instanti generationis, siuè in reliquo tempore, vt v. g. subiectum dicitur album, & albefieri, calidum, & calefieri.

Quid denominetur in generatione secundùm quid.

Sed difficul as est qua ratione accipi debeat compositum cum dicitur terminus per se primò intentus Nam compositum ex materia & forma accipi potest tripliciter, primò pro essentia rei præcisè, & in communi, & constat, illam non esse terminum, cum actio non terminetur ad aliquid commune, sed ad naturam determinatam in indiuiduo: secundò pro essentia determinata ad indiuiduum, sed abstractam abstractione formali, & significatur nomine abstracto, vel concreto cu significatur nomine concreto in indiuiduo vt hic homo, vt hęc equinitas 3. vt est determinata ad suppositū, & naturā sic determinata significatur nomine cōcreto in supposito, q est hēs naturam, vt equus est habens humanitatē: quare dubitatur, quomodo accipiatur cū dicitur compositum esse terminum per se primò à natura intentum. 15

Compositū ex materia, & forma tripliciter accipitur.

5. Concl. natura significata, vt abstracta abstractione formali, non est terminus per se primò intentus à natura sed per secūdario vt forma suppositi, quia natura intēdit res vt subsistēd natura sic significata, non sic habet vt vltimatus terminus, sed vt medium ordinatū ad constitutionem suppositi, ergo hac ratione intenditur, sicut medium ad suppositum.

Dices. potest esse generatio ad naturam indiuiduam, quæ careat subsistentia propria,

pria,& producta, vt est generatio humanitatis Christi, quæ caret propria, vt ibi habeat alienam, ergo terminus vltimatus nō potest esse suppositum, quia generatio, vt actio non potest carere suo termino,& tamen potest carere natura subsistente, quia sufficit habere naturā indiuiduā existētē.

Natura substantialis vtrum possit generari sine omni subsistentia.

Respond. primò, posse de potentia absoluta dari generationem alicuius naturæ substantialis carentis omni subsistentia s. propria,& aliena; sed illa generatio non esset secundùm exigentiam naturæ, nam natura substantialis exigit produci cum subsistentia, at hoc non tollit intentionem naturæ, quæ est ad naturam in supposito etiā si impediatur exequutio per potentiā Dei: & quod dicitur de impossibilitate separationis à suo termino, intelligi debet de formali termino, qui immediatè attingitur.

Resp. 2. etiam si facta suppositione natura indiuiduata esset terminus primò intētus ex vi illius generationis, non tamen idem dicendum respectu aliarum, quia ibi talis natura est vltimus terminus talis actionis; at in alijs non sic, sed tendit vlterius ad constitutionem suppositi.

Dices 2. illa natura est terminus generationis, non formalis, quia hic est vel forma, vel vnio formæ cum materia, ergo est terminus totalis,& primariò intentus.

Resp. esse terminum formalem, non partialem, sed totalem; vnde sit.

6. Concl. terminus formalis generationis est duplex vnus partialis, alter totalis, primus patet ex dictis, nam siue forma, siue vnio se habet partialiter ad essentiam substantialem, non vt dicit totam naturam.

16 2. Patet quia natura etiam indiuiduata est composita, ergo habet aliquam totalitatem, sed non habet totalitatem termini primarij vt probatum est, ergo termini secundarij, qui est terminus, *vt quo*, & formalis, qui dicitur totalis respectu formæ, & vnionis, nam ipsa natura constituitur per formam, sed non est totalis primarius cum ipsa ordinetur ad suppositum, respectu cuius se habet *vt quo*; Hæc dixi vt satisfacerem imperitis lectoribus, nam quæstio hæc cum sit ferè de nomine non exigeret tam longam disputationem.

Terminus secūdarius quomodo dicitur totalis.



DVBITATIO II.

An ad generationem requiratur, vt terminetur ad formam de nouo existentem. 1

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò Not. cum terminum totalem generationis dixerimus esse compositum, & hoc dupliciter fieri possit, vel vt in eius productione producatur etiam forma, vel tantùm vt præexistens forma vniatur materiæ; quæritur an ad veram generationem requiratur primum, an verò sufficiat secundum: & tota difficultas est in hominis generatione: nam ex vi actionis naturalis non producitur anima, sed tantū, cum sit immaterialis immediatè creatur à Deo, & vnitur materiæ dispositæ. Vnde quæritur, an generatio hominis sit vera generatio: qua in re omissis ijs, qui animā rationalem dicunt educi ex potentia materiæ, & ijs, qui propter hoc aliam formam ponunt in materia, contra quos alibi.

Difficultas huius dubitationis in quo consistat.

2. Not. formam præexistere generationi potest dupliciter intelligi; primò præexistētia prioritate naturę ex vi alterius agētis, quod de nouo producit formam, quæ ex vi naturæ vnitur materiæ, & hæc præexistentia potest esse vel per accidens, vel per se quòd pendet ex intentione agentis producentis formam.

Formam generationi præexistere, dupliciter intelligitur

Secundò potest esse præexistentia secūdùm prioritatem durationis, quomodo Pythagorici ponebant, generari homines per transmigrationem animarum ex vno corpore in aliud.

Et quomodo verè in resurrectione cōtinget dum anima præexistens vnietur de nouo corpori.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicendum esse verā generationem, quia de ratione generationis est, vt terminetur ad nouum compositum, etiam si nulla de nouo forma producatur. Ita Venet. 1. de Gen. t. 16. vnde per accidens est ad veram generationem, 2

Generatio hominis est vera generatio.

L quod

quod ex vi illius existat forma, vel ex vi alterius actionis, nam quomodocumque existat satis constat, produci inde compositum.

Generatio hominis est æquiuocè generatio.

2. Opinio est dicentium esse æquiuocè generationem, & analogiã sitã esse in hoc, quia sicut finis aliarum generationum est compositum; ita & huius: sed discrimen est, quia in alijs generatio intrinsecè est entitas formæ, & terminatur ad formam: & non est vnio formæ cum materia, sed productio alicuius substantiæ. Pro solutione Not. Cum hæc quæstio sit de nomine, maximè spectandus vsus loquendi Doctorum: quare sit.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

3 *Generatio hominis est imperfecta generatio.*

PRima Concl. Generatio hominis nõ ita perfectè participat conditiones generationis, vt generatio habentium formam corruptibilem, nam non participat hanc conditionem, vt per eam attingatur intrinsecè forma, quam conuenire generationi patet ex 2. phys. 14 5. met. 5. *Generatio*, inquit, *est natura, quia via ad naturam*; & vbique generatio substantialis dicitur ea, qua producitur forma substantialis: vt accidentalis, qua producitur accidens.

Partes quo modo vniã tur.

Confir. quia alio modo partes vniuntur per compositionem, alio per generationẽ: sed ad compositionem partes præexistentes sufficit vniri; ergo in generatione aliud requiritur, quod esse aliud non potest, nisi quia per generationem produci debet formam.

Partes vniri differt à generari.

Confir. 2. ex Mars. quia aliud est vniri partes, aliud rem generari; neque dicas, generari esse produci formam in materia, nam generatio terminatur ad substãtiam: sed formam esse in materia est modus essendi formæ; non igitur per se esset terminus generationis. Vnde Arist. 4. phys. 84. videtur dicere, id generari ex materia, quod educitur ea potentia materiæ, non quod ab extra venit.

Confir. 3. quia alioqui resurrectio dici posset generatio, quia terminatur ad compositum, quod prius non erat: nam licet dici possit, in generatione produci à Deo animam rationalem, quæ non producitur in resurrectione; tamen hoc omnino tollit difficultatem, quia non producitur anima rationalis ex vi actionis generantis, sed per actionem distinctam à generatione, ad exigentiam tamen actionis generantis: vnde prius est saltem natura animam produci, quam hominem generari, & quod attinet ad generationem hominis proinde est si anima præfuerit, ac si de nouo producatur.

Absolutè productio hominis dicenda est generatio. 4

2. Concl. absolutè tamen hominis productio dicenda est generatio; tum quia dum desinit esse homo, verè dicitur corruptio hominis etiam si singulæ partes remaneant; ergo etiam dum de nouo incipit: tum quia ita absolutè loquitur Arist. 2. phys. 26. 7. met. 22. *Sol*, inquiens, *& homo generant hominem*; tum quia verè producitur aliquod compositum de nouo cõflatum ex duabus partibus, quarum vna est actus, altera potentia; qua ratione distinguitur ab vnione partium integrantiũ, & verè producitur modo naturali, idest per dispositiones introductas ab agente naturali; vnde distinguitur à resurrectione:

Quid requiritur vt aliquid dicatur generari.

Ex quo deducendũ, vt aliquod dicatur generari, non requiri, vt intrinsecè forma attingatur ab agente naturali; sed sufficit, si extrinsecè attingat, idest introducendo dispositiones necessarias, siuè deinde forma consequatur ex vi dispositionum, quando forma est educibilis ex potentia materiæ, siuè ab altero agente producatur, quod ad exigentiam ordinis naturalis, idest positis dispositionibus producit formam illis proportionatam, quando ex naturali agente hæc produci non potest; vnde soluitur argumentum aliud, vt v.g. si ponatur vnum agens producere omnes dispositiones, & in instanti productionis ab alio agente producatur forma, tunc dici nõ põt, primũ agẽs producere formam, sed secundũ, quia illa forma est producibilis ab agente naturali: quare dispositiones illæ essent aptæ introducere formam rationalem, si hæc esset educibilis de potentia materiæ.

Sed difficultas est de termino formali an sit vnio.

Terminus formalis intrinsecus in generatione hominis est vnio; extrinsecus forma. 5

3. Concl. in generatione hominis terminus formalis intrinsecus est vnio extrinsecus verò exigitus, est forma.

1. Pars prob. quia illa attingitur ex vi generationis elicitæ à natura, nam anima licet sit immediatè à Deo supplente defectum naturæ, & ideo operante ad modum naturæ, tamen verè non attingitur viribus causarum secundarum. Confir. ex productione artefacti. ūm ex rebus præexistentibus, nam terminus formalis v.g. ædifica-

tionis

tinnis non sunt lapides, & ligna, sed compositio illorum.

Anima creatur à Deo ad exigentiam causarum naturaliũ.

2. Pars quia præsupponitur ad generationem per actionem, quam exigit naturalis ordo causandi, nam cum natura dispositiones produxerit in materia, cum quibus manere non potest forma præexistens in materia, necessariò debet alia produci, & cum inter causas naturales nulla sit sufficiens, Deus vt auctor naturæ illam producit ad exigentiam causarum naturalium.

ARTICVLVS IV.

Afferuntur, & soluuntur argumenta.

VAsq. loc. supra citato existimans formalem terminum esse formam ipsam secundùm suam substantiam probat primò: illud est terminus formalis, per quod constituitur compositum, quod est terminus totalis, sed compositum humanum constituitur per formam, & non per vnionem, ergo illa, & non vnio est terminus formalis.

Confir. illud est terminus formalis in quo generans assimilat sibi effectum, quia omne generans intendit assimilare sibi passum.

Forma est principiũ, quo generans agit.

Sed illud, in quo est hæc assimilatio, est forma, nam illa est principium, quo generans agit; ergo similiter quo generatum generatur.

Confir. 2. quia ex dictis superiori dubitatione concl. p. ex Arist. forma generatur, sed non vt terminus totalis, ergo vt formalis.

Ponitur germana Termini formalis definitio.

Respond. 1. negando vniuersaliter maiorem, quia terminus formalis est qui immediatè attingitur per generationem, siuè primariò constituat compositum, siuè secundariò, nam quando forma educitur tūc ex termino formali, tàm primariò, quàm secundariò constituitur compositum, at quando non educitur tunc forma nunquā est terminus formalis intrinsecus, sed extrinsecus, vt accidit in generatione hominis, vbi anima rationalis eatenus est terminus generationis quatenus vnitur materiæ, & ideo anima est terminus extrinsecus per suppositus, & vnio est intrinsecus, nam qua ratione terminus applicationis, qua ignis applicatur ad comburendam stuppam, nō est ipse ignis, sed proximitas, seù vbi proximum stuppæ, seù præsentia ad stuppam, licet intendatur combustio stuppę, quæ fit per formam ignis, non tamen forma ignis erit terminus formalis illius motus localis, quia neq; inde fit, vt motus localis fit motus substantialis, nec variatur terminus actionis, ex effectis sequutis ex vi illius; ita licet ex termino generationis. s. vnione sequatur compositum, quod constituitur primariò per formam, terminus formalis non erit forma constituens compositum intentum ab agente, sed vnio, qua anima applicatur materiæ, vt resultet compositum.

At instabis hinc sequeretur hominem non esse causam per se, & physicam hominis, sed per accidens, & moralis, vt applicās ignem ad comburendum Resp. negando consequentiam cuius rei aliqui rationem afferunt, quia ignis applicatus est suppositum, & ideo actio comburendi illi tribuitur, at forma applicata nō est suppositum, & ideo effectus, qui sequitur non illi, sed applicanti tribuitur, quia actiones sunt suppositorum; sed non placet, quia si influxus physicus non est ab applicante, non potest illi tribui vt physicè agenti actio, & effectus, sed per accidens, & vt causæ morali, sed ille effectus physicè tribui debet physicè agenti producenti formam; Quare neganda est consequentia, quia semen, quod est instrumentum hominis ad generationem hominis physicè attingit vnionem necessariam intrinsecè ad constitutionem hominis, & quia semen est ad hoc à natura institutum, ideo homo est causa per se, & physica hominis. Non sic autem applicans ignem, quia eius actio terminatur per se, & physicè ad vbi, quod non pertinet per se ad productionem ignis, quia posset poni ibi ignis, & tamen non sequi combustio, vel quia non est ibi stuppa, vel quia impeditur à fortiori agente; Vnde sicut est per accidens ibi esse stuppam, & non adesse fortius agens, ita per accidens applicans dicitur comburere stuppam.

Compositũ constitui per formã dupliciter intelligi potest.

Resp. 2. minorem dupliciter posse intelligi primò de forma secundùm se, & hæc non constituit compositum, vt patet ex anima separata.

Secundò de forma vt vnitæ materiæ, & sic constituit compositum. Quare vnio siue ingrediatur cōstitutionē cōpositi primariò siuè secundariò vt cōditio, sine qua cōpositū non posset constitui à forma, constat terminum, qui ex vi generationis intrinsecè fit, semper esse vnionem, siuè aliquando sola fiat, siuè simul cum forma.

Terminus attenditur ex fine intrinseco actionis.

Ad 1. confir. Resp. primò negando maiorem, nam terminus formalis non attenditur ex fine agentis extrinseco actioni, sed ex fine intrinseco actionis, vt patet, tum quia applicans ignem intendit combustionem, & tamen terminus formalis non est forma ignis producta in stuppa, sed est terminus intentus ab agente, vt effectum extrinsecum suæ actionis.

Similiter terminus medicinæ non est sanitas intentum à medico, sed talis contemperatio humorum, quæ fit à medicina intrinsecè.

Tum quia generans assimilat sibi effectum in materia & tamen non fit illam esse terminum generationis.

Assimilatio in ea ab agente fieri potest completa, & incompleta.

Respond. 2. assimilationem intentam, aliquando fieri completam, vt quando educitur forma, aliquando incompletam, vt quando partes præexistunt, & deest tantùm earum vnio ad assimilationem, nam tunc illa tantùm ex vi actionis intenditur; neque ex eo quod agens agit per formam fit, terminum *quo* generationis posse esse formam; nam forma etiam est principium *quo* primarium omnis motus. & tamen terminus earum non est forma substantialis.

7 Ad 2. confir. Resp. Aristotelem loqui de formis educibilibus nam constat, an maxime rationalem non generari.

2. Obij. generatio hominis vniuocè conuenit cum alijs in ratione generationis, sed in alijs terminus formalis est forma; ergo etiam in generatione hominis, nam si haberet terminos, qui non conueniunt in vna ratione, non possent conuenire in ratione communi generationis.

Confir. quia omnis generatio est participatio quædam generationis diuinæ, nam vt omnis paternitas ab illa denominatur, ex D. Paulo, ita & generatio.

Sed terminus diuinæ generationis est essentia, & non applicatio essentiæ ad subsistentiam; ergo.

Respon. primò inde rectè probari primam conclusionem, non tamen non conuenire vniuocè in genere, quia sufficit ad hanc conuenientiam, vt earum termini formales conueniant in vnione substantiali, licet differant specie in ratione conternini formalis, quod in generatione corruptibilium addit forma, vt complementum formalis, non autem in generatione hominis, vt explicatum est.

Resp. 2. etiam si concederetur non conuenire vniuocè, non inde sequeretur aliquod absurdum, quia licet substantiæ completæ conueniant vniuocè in ratione substantiæ, non tamen in completæ modales substantiæ, cuiusmodi est generatio.

Ad confir. Respon. communiter generationem in diuinis posse accipi dupliciter primò vt est communicatio, & sic terminus est essentia, quæ communicatur personis.

Generatio in diuinis dupliciter accipitur.

Secundò vt productio, & vt terminus totalis est persona, sic formalis est relatio; nam alioqui relatio non esset ab alio, & essentia esset terminus formalis, & produceretur, *vt quo*, atque adeo deberet distingui à producente, quod patet, esse falsum, sed de hac quæstione fusius Deo dante suo loco.

DVBITATIO II.

An dentur formæ substantiales distinctæ realiter à materia, & earum modo generandi.

DE hac re vide Pauesium 3. disp. c. 5. &
1 19. Auet 7. met 31 & 12 c. 18. vbi
Niphus, & Zimarum or. t. 14 Caiet. 2. phys.
q. 1. Et nos diximus in phys. tract 6. q. 2 &
3. seq. vbi susius de hac disputatur per
decem dubitationes. Quare non inten
do probare formarum existentiam iam
abundè probatam, sed examinare quo-
rundam recentiorum doctrinam qui an amo-
re veritatis, an gloriæ antiquitatem reno-
uare conantur, euertendo Aristotelis, &
Peripateticorum doctrinam omnium scho-
larum consensu receptam, & rationibus
bene fundatam. Quare vt eorum vanus co-
natus appareat aliqua breuiter volui anno-
tare plura de illorum doctrina dicturus
opusculo de illorum doctrina aduersus
Aristotelem.

Quid in hac dubitatione intenditur.

ARTICVLVS I.

Refutatur opinio Bassonis.

SEbastianus Basso Medicus lib. 1. de forma, qui primò volens destruere materiam ab Arist. inuentam ex mutatione substantiali, negat dari formam substantialem, qualem posuit Arist. vt inde neget dari mutationem substantialem, quod probat non dari omnium vnam materiam, sed esse diuersa principia, vt supponit probatum in prioribus libris, ex definitione

tione generationis tradita à veteribus, quod sit, debita diuersarum naturarum in optimum ordinem compositio, quam definitionem nos infra falsam esse ostendemus.

Secũdò refert intẽtione prima, principiũ peripateticum, quo negant dari mutationẽ substantialem dum homo nutritur, & augetur, ac decrescit, etiam si materiæ fluenti alia succedat, quia non mutatur forma.

3 Ex negatione vnitatis materiæ, negat talem mutationem substantialem, nam cũ sunt diuersæ naturæ, præparatæ, ex quibus tanquam ex materia res componuntur per mutuam earum actionem, ergo ibi nulla est forma substantialis, atque adeo neque mutatio substantialis.

2 Sed hæc diuersitas naturarum sine vlla materia illius intrinseca, non potest consistere in mutua actione, per quam aliquid debet introduci, cũ actio nequeat esse sine termino, ergo datur aliqua materia communis diuersis formis terminãtibus actiones mutuas naturarũ, has autem formas aliquando esse accidentales, aliquando substantiales fusè ostendimus in physicis tr. 6, sed quia lib. 3. de forma profitetur rationes omnes conuellere, & euertere, operantium dixi, quæ docet referre.

ARTICVLVS II.

Refertur confutatio argumenti Zabarellæ, & defenditur.

PRimò Zab. probat, existentiam forma rum ex mutatione rerum secundùm substantiam; sed in hac inquit Basso petitur principium, quòd supponit formã substantialem constitutiuam substantiarum, nam antiqui generationem substantialem dicebant non esse aliud quàm diuersarum particularum, & athomorum diuersam compositionem, & in optimum ordinem dispositarum harmoniam. Confir. quia si daretur forma substantialis dari deberet materia illi proportionata, sed non datur materia prima preter athomos, vt supponit probatum in primo libro; ergo.

Resp. ex mutatione secundùm suã substantiam optimè probari existentiam formarum, & ex diuersitate mutationum, diuersitatem formarum, nec in ea probatione petitur principium, si vis illius intelligatur, Nam ex euidentia experientiæ apparet duplex in rebus genus mutationum, vnum quò tota species destruitur, alterũ, quò permanet species, & mutatur secundũ aliqua, quæ dicuntur accidentia, vt ex albo nigrum ex vno loco in alium. Neque dicant, corruptionem speciei non oriri ex corruptione alicuius substantiæ vnicæ materiæ, sed ex dissolutione partium compositarum ad certam harmoniam, ex qua constituitur species; tum quia in animali mortuo, & viuente manent partes illius eodem ordine, & modo dispositæ quæ erant prius, & tamen non manet eadem specifica materia, ergo interitus non consistit præcisè in partium ordinatę compositionis dissolutione, sed in defectu alicuius entitatis, quam vocamus formam, tũ quia incidunt in foueam, quam volunt vitare, nam vt ipsi negant formam ne multiplicẽtur entia, ipsi multiplicant entitatem, quã vocant harmoniam distinctã ab illis partibus, vt sonus harmonicus à sonis secũdùm situm denique opusc. peculiari ostendetur illam earundem partium diuersam cõpositionem efficere diuersas species absq; eo, q; appareant partes vt sũt in se: sicut apparent in dictionibus caracteres, habentes diuersam dispositionem. *Mutationũ genus duplex.*

Ex quibus patet, nõ peti pricipiũ in ponendo materiam primam, quia positio 3 materiæ primæ sequitur ex positione formarum, vnde falsò negant, illam dari, cum alibi ostenderimus, ex quolibet fieri sinè immediatè, siuè mediatè, hoc autem fieri non posset si non datur materia prima cuius partes sint in potentia ad omnes formas, at si singula essent ex partibus diuersis, non possent singula educi ex eadem portione materia, de qua re alibi.

ARTICVLVS III.

Referuntur rationes Conimbricensium 1. phys. c. 9. q. 10. ar. 2. pro forma à Bassone impugnata.

PRima ducitur ex compositione rerũ naturalium, quæ probatur ex mutatione earum secũdùm definitionem; nã cũ vna natura mutatur in aliam vel mutatur tota, & sequitur illam annihilari, & aliam, quæ accedit, creari, vel mutatur secundùm partem, & sequitur componi ex diuersis partibus, quarum vna manet vt subiectum actionis, qua producitur alia natura, & altera perit hæc quæ perir non potest esse, accidentalis, quia non mutaretur secundũ

defi-

definitionem, vt non mutatur, quando mutatio est tantùm accidentium, ergo erit substantialis.

Resp. Basso. lib. 3. de form. inten. p. vt. n. in artefactis mutatur diuersa compositio ex eadem materia, mutatur definitio artefactorum sine additione formę substantialis, vt patet dum ex diuersis charecteribus fiunt diuersæ orationes, & libri, sic etiam dum ex eadem materia fiunt cathedra, sedes & similia, ita dicēdum in naturalibus.

Ars est principium motus localis.

Sed primum errat dum non tribuit perfectiorem virtutem naturæ, quam arti, quę propriè nō est principiū nisi motus localis applicando, actiua passiuis, & vnam partem alteri.

4 Deinde cur nouam formam accidentalem agnoscat ex vi agentium naturalium, & nolit admittere substantialem, cum vtraque prius non existeret, & postea existat, cur absorbet difficultatem, negando formam accidentalem creari, & illam non vult negare in eductione nouæ formæ substantialis, dicet fortasse, accidentalē sensibus agnoscimus, nō sic substantialem, at illam nos ratione agnoscimus, sed fortè mentem habet non dissimilem Anaxagoræ, & Democriti menti, contra quem Aristoteles 4. met. 21.

3. Si materia est substantia, cur non etiā forma, quæ est nobilior cum ex variatione, quæ fit secundùm formam, appareat variatio in operando, & similibus perfectionibus. At inquit inde sequeretur etiam in artefactis formam esse substantialem, nam vt, Plato dicebat, Deus materiam mutat, ita faber ferrum; sed negatur consequentia, & patet ex instantia diuinæ virtutis, nā Deus etiam in prima rerum productione operatur vt artifex, quia operatur per ideam, & tamen non producit solam figuram, sed totum esse rei: vnde artifex potest esse imperfectus, qualis est homo, perfectus, qualis est Deus, hic autem in suis operibus vtitur causis naturalibus, per quas attingit substantias effectuum.

Compositū per quid à simplici distinguitur.

Partium diuersitas vnde sumēda.

4. Cum compositto ex se exigat plures partes, hīc enim distinguitur à re simplici, inquirendæ sunt qualitates partium. Harū autem diuersitas sumi debet ex qualitatibus compositorum, quorum alia dicunt naturam per se vnam, alia vnam per accidens. Et quia hìc agimus de compositis per se quorum alia constant ex partibus integralibus, alia ex partibus essentialibus, & quia argumentum procedit ex compositis ex partibus essentialibus habentibus vnitatem per se, videndum est, quales esse debent partes componentes huiusmodi naturam, quod vt cognoscatur, Ponendum vt certum, vnam naturam per se pertinere ad vnum prædicamentum. Ex hoc sequitur, partes essentialiter componentes illam naturam non posse pertinere ad diuersa prædicamenta, quia sic non esset sub vno prædicamento. Sed pluribus, immò essent plures species vltimæ diuersorum prædicamentorum. Et quia hic agimus de essentia substantiali, necessariò eius partes debent esse substantiales. Et quia est vna species sub prædicamento substantiæ non potest exigere vtramque partem, quæ habeat vim constituendi speciem, nisi vna pars se habeat vt potentia, altera vt actus, nam si vtraque pars haberet rationem actus, illa non esset vna species, sed plures; quia singuli actus constituunt propriam speciem. Et cum illę partes, vt dixi, debeāt esse diuersæ rationis, necessariò species cōstitutæ per illos actus essent diuersæ rationis: Ex quibus probatur, materiam esse in potentia ad actus constitutiuos essentiæ. Quare illud argumentum non procedit ab
ignotis ad ignota, sed ex suppositione po- 5
tentialitatis materiæ iam probatæ procedit ad probationem formæ.

Vna natura ad vnū pertinet prædicamētum.

Partes compositi debēt habere se circa vt potentia, altera vt actus.

Vnde cū aduersarius negat conseq. illā, si materia est substāția ergo & forma, videtur nō satis cōsiderasse vim argumenti. Nā cū compositum substātiale pertineat, vt vna species ad prædicamentum substantiæ, nō potest componi ex pluribus, vel vna parte accidentali; non enim substantia componitur ex non substantijs; neque exemplū, quod affert, pertinet ad rem; nam domus neque est ens naturale, sed artificiale, neq; est vna essentia per se, sed per accidens, nā continet plures species vltimas entis, scilicet, lapides, calcem, arenam, trabes, & alia huiusmodi substantialia, & præterea figuram, quæ pertinet ad prædicamentum qualitatis: & licet Phylosophi probent mutationem substantialem ex accidentali, tanquam notiore, tamen illa probatio procedit ex quadā similitudine, quæ non in omnibus est æqualis. Ex quibus patet ad ridiculam instantiam adductam ex facto Zenonis; nam cum domus nō sit vna species in ratione entis naturalis, sed vna in ratione entis artificialis, demonstrātā domo, non potest inde demonstrari vnitas specifica compositi naturalis.

2. Pro-

2. Probatur formarum substantialium existentia ex varijs figuris, proprietatibus, & operationibus, quas videmus singulis speciebus proprias, nam ibi debet esse aliquod principium, ex quo fiat, vt huic debeatur talis proprietas, & operatio, & non alijs, neque id referri potest in accidentia, nam huius diuersitatis ratio quærenda est cur huic debeantur talia, & non talia accidentia.

Resp. Basso contendit ex hac diuersitate operationum non colligi, esse ibi diuersas formas substantiales; nã putat, omnes operationes, & motus esse à causa vniuersali Deo, qui vt artifex omne mouet ad suos fines; & causas secundas esse veluti instrumenta, quæ habent diuersam aptitudinẽ conuenientem illis, vt diuerso modo partes componuntur per additionem, detractionem, inuersionem, & alias huiusmodi mutationes, & hinc fit, vt per easdem partes diuerso modo compositas fiant diuersę operationes, & licet singulæ naturæ habeant proprias operationes, tamen earum principium non est in singulis naturis, sed Deus vt causa vniuersalis, qui vt artifex vniuersalis mouet omnes naturas, vt eius instrumenta iuxta exigentiam cuiusque naturæ particularis. Hæc autem naturæ diuersitas non est ex formarum diuersitate, sed ex partium additione, & detractatione, & inuersione ordinis illorum. Hoc autem confirmant ex doctrina aduersariorum, qui in animali ponunt vnam formam, & tamen diuersas operationes per diuersa organa; vel dicendum, singulis partibus singulas formas conuenire, nam vt ex figura, colore, sapore virtute &c. huius herbæ colligitur, ibi esse propriam formã substãtialem, ita in radice, caulibus, frondibus, floribus, fructibus, & semine cũ inueniatur eadem diuersitas, debet etiam esse diuersitas formarum, & idem apparet in partibus animalis, vt patet ex medulla, carne, ossibus neruis, &c. in quibus sunt diuersa accidentia.

Quid sint causæ secundæ in sententia Basſ.

Naturæ diuersitas vnde sit.

6 Confir. 2. hæc doctrina ex ipsorũ principio, nam dicunt, hanc diuersitatem operationum in diuersis speciebus non posse oriri à materia, quia eadem est in omnibus, ergo in eodem supposito non potest vna forma esse principium tam diuersarũ functionum & virtutum, quia eadem causa eosdem effectus producit, vel certe assignent eandem diuersitatis causam id dicunt de vnitate materiæ, & non idem de vnitate formæ.

Confir. 3. nam si formarum substantialium diuersitas poni debeat, propriam vnicuiq; speciei ex diuersitate figurarũ, virtutũ, functionum, inclinationum, aptitudinum ad varias artes, & scientias &c. pari ratione in viuentium partibus deberẽt poni formę diuersæ, & sic in singulis propria forma substantialis, quia quælibet pars habet suam figuram, vim, actionem & vsum. Nam si ex figura, colore, & sapore, quem talis herba à natura adepta est, agnoscunt vnum principium. i. formam substãtialem, cur in radice, caule, frondibus fructu, & semine non possunt diuersas formas cum inueniant eandem diuersitatem, quam in illa herba. Et idem inferetur in partibus animalium ob earum diuersitatẽ, vt patet ex carne, neruis, & alijs partibus. Neque negare possunt, in illis partibus esse diuersas figuras, virtutes, &c. cum constet, fructus corticem habere diuersam virtutẽ à pulpa, cum illa calefaciat, digerat, & abstergat; Hæc verò refrigeret, repellat, & constringat. cur enim eadem materia in singulis partibus habeat eosdem effectus, & eadem forma in illis non habeat eosdẽ effectus? nulla enim ratio reddi potest. 7

Quod si dicãt, in illis partibus esse diuersas formas partiales, & alteram totalem, vt volunt Scotistæ; his obijci potest, quæ experimur in diuersis hominibus, in quibus ponunt eandem formam eiusdem speciei, inter quos videmus tantam dissensionem facierum, vt vix duo homines reperiantur similes. Idem apparet ex diuersitate staturæ, ex gracilitate, carnositate, infirmitate, & sanitate, rectitudine, & gibositate, & alijs corporum differentijs, quibus hominum corpora non minus differunt, quàm ouis à capra & piscis ab aue, in quibus ponuntur formæ, & species distinctæ, & tamen non ita de hominibus sentiunt.

8 Quod si dicant, ex his non sumi differentiam specificam hominum, quia non oriũtur hæ differentiæ ex natura formæ humanæ, sed per accidens conueniunt hominũ corporibus. Tum contra nam Inclinationes, quæ sunt propriæ ab anima, sunt adeò diuersæ in ipsis hominibus, vt magis inter se dissideant, quàm animalia inter se diuersa specie, vt simia, canis, & similia. Vnum videmus ingeniosum. Alterum obtuso ingenio. Vnum ad literas addiscendas propensum. Alterum ab illis abhorrentem Et alium ad arma, quæ alij auersantur. Hic poesim sectatur, ille oratoriam artẽ.

Homines inter se per quid differant.

Et

Et alij alias scientias, vt philosophiam, iurisprudentiam, medicinã, mathematicas, & similes; de quorum ingeniorum diuersitate legendus Albert. 1. methaphysicæ tract. 1. cap. 5. & nos dicemus in libro de anima, Deo bene iuuante.

Confir. 4. ex diuersis inclinationibus ad virtutes, cum alios videmus ignauos, ventri deditos, strenuos compotores, gæneones, lurcones, & similes, qui à popinis nunquam recedunt, Contra verò experimur alios parcos, sobrios, tenaces, rei familiari ita addictos, vt potiùs ex ore dẽtem, q̃ obolũ ex erumena eripias. At sunt alij liberales, splendidi, magnifici, vt abhorreant quicquid abiectius apparet. Omitto cætera, cum omnia satis ex se appareant, Nã ita sunt aliqui ad virtutes, vel ad vitia addicti, vt vel ex vultu eorum affectiones dignoscantur. Vnde Horat. *Naturam furca expellat licet vsquè recurrit.*

9 Ex quibus patet, argumentum sumptũ à diuersis figuris, & operationibus, quo probant existentiam, & diuersitatem formarum, vel nullam habere vim, vel habere eam in omnibus: Quod si hoc secundum concedant, sibi ipsis repugnant immo & ipsi naturæ, cum videamus in eodem homine secundùm diuersam ætatem inesse diuersos effectus; atque adcò diuersa principia substantialia, quod nemo audebit affirmare.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur rationes Bassonis.

Doctrina Bass. non cõsentanea ostenditur principiis fidei. SEd hæc doctrina non est satis consentanea principijs fidei primò negare actiones creaturarum, nec videtur satis cõsonum scripturis, quæ narrant, Deum administrare inferiora per superiora, & miraculosè ignem non combussisse pueros in fornace; & similia, quæ supponunt, actiones naturales oriri à creaturis, aliter ac ab illis oriuntur actiones supernaturales, respectu quarum se habent instrumentaliter.

Nec ipsi rationi naturali. Nec videtur consonum rationi naturali ductæ ab experientia, vt ostendi in physicis, & infra etiam ostendetur contra Gabrielem.

Nec diuinæ bonitati. Nec consonum Dei bonitati, nam vel Deus potuit efficere creaturas, cum virtutibus connaturalibus actiuis, & non est cõsonum eius bonitati, & prouidentiæ illas priuare huiusmodi perfectionibus.

Vel non potuit, & repugnat Dei omnipotentiæ.

Vel ex parte obiecti non fuit possibilitas talium creaturarum, & cum nulla adsit implicantia, temere asseritur, præsertim cũ agendi vis non trascendat perfectionem creatam, quod confir. ex doctrina aduersariorum dicentium, naturas particulares se habere, vt instrumenta causæ vniuersalis, at nõ singula instrumenta sũt apta naturaliter ad q̃libet operationẽ, sed determinata ad determinatas operationes; ergo in illis debet poni principium proportionatum operationibus.

Secundò naturas particulares dirigi quidem à prima causa in proprios fines, sed non excludendo proprias operationes naturarum particulariũ, quia est cõtra suauitatẽ diuinæ prouidentiæ, ad quam ex doctrina SS. pertinet gubernare mundum, id præstare vtendo causis secundis, & earum operationibus, quare inde potiùs probatur concursus causarum secundarum. 10

3. Diuersitatem naturarum specificam non posse prouenire à detractione, vel additione aliquarum partium, vel earundem transpositionem, vt dicunt se alibi probaturos, nam ibi reprobabimus, omne satis est operationes esse adeo inter se, vel disparatas, vel contrarias, vt nequeant prouenire ab ijsdem principijs, siuè transpositis, siuè diminutis, siuè auctis, nam diminutio, & auctio, seu additio, non variant species operationum, sed tantùm easdem producunt secundùm maiorem, vel minorem perfectionem intra eandem speciem, & multò minùs transpositio earundem partium, quia cum sint agentia necessaria quomodocũq; ordinentur sẽper edẽt suas operationes magis & minùs sm̃ diuersam pfectionẽ extẽsiuã, vel intẽsiuã, vel alio, & alio modo modificatas; neque omitti potest, quod asserunt de latentia principiorũ in re minima, ex qua latentia impediuntur ex athomis apparentibus, edere proprias operationes, nam infra ostendemus cum de actione, nõ posse ꝓbabiliter asseri, qua ratione priuentur omninò proprijs operationibus ex illa latentia, sed ad summum moderari.

Ad 1. confir. rectè colligi ex diuersitate operationum, & figurarum in diuersis suppositis colligi diuersitatem specificam naturarum; Neque rectè id negatur, argumẽto ducto ex diuersitate partium organicarum eiusdem suppositi primò non esse alia

nium

Responsiones ad Aduersariorũ argumẽta.

num ab opinione Paripateticorum in diuersis partibus etherogeneis viuentium esse diuersas formas specie distinctas, sed partes eiusdem formæ, quæ habet partes entitatiuas e herngeneas coextensas partibus materiæ, neque inde destrui vnitatem per se, quia illæ diuersæ formæ non informant eandem partem materiæ, sed diuersas per se tamen, continuatas à natura propter conseruationem, & perfectionem viuentis. Immò inde improbatur opinio aduersariorum, quod cum tali viuenti conueniant diuersæ opiniones, natura non solum instituit, vt partes materiæ haberent diuersas formas accidentales, sed etiam diuersas partes substantialis formæ informantes diuersas partes materiæ diuerso modo dispositas.

Diuersitas in hominis partibus vnde.

11 2. Alij quibus displicet hæc diuersitas partium formæ, respondent, de ratione animæ propter perfectionem illius, & varias operationes ab illa procedentes, esse ordinem ad corpus organicum, quod cum ipsa sit simplex informando, vtitur illis diuersis organis ad diuersas operationes eliciendas, quas continet in perfectione suæ virtutis, atque adeò datur vna forma, quæ est simplex formaliter, & virtualiter plures informans materiam diuerso modo dispositam. At verò cum illæ dispositiones, & operationes diuersæ sint in diuersis suppositis, à quibus videmus oriri diuersas operationes, necessariò inferimus, ibi esse diuersas formas specie, quia non potest ibi poni vna forma specie, cum videamus se inuicem excludere ab eodem supposito;

12 quod confirmatur ex anima rationali, quæ cum sit vna spiritualis, & indiuisibilis exigit materiam organizatam, in quibus habet diuersas operationes.

Quod si dicant, hinc probari diuersitatẽ operationum non arguere diuersam formam. Tunc contra, nam quod cõuenit animæ propter suam perfectionem non potest conuenire alijs propter earum imperfectionem. Vnde non potest inferri esse vnam perfectionẽ formæ ex diuersis operationibus in diuersis suppositis, sicut inferimus vnam animam propter sui perfectionem.

12 Ad 2. confir. Resp. diuersam esse rationem materiæ, vnitatis, & formæ, primò quia materia debet suppont ad generationẽ, cum agentia naturalia non possint generare nisi per eductionem, quæ fit ab agente concurrente materia, & quia actiones recipiũtur in aliquo cõposito, quod pfecta alteratione cõtraria, corrumpitur, necessariò ponenda est eadem numero materia in genito, quæ erat in corrupto, aliter generatio non posset esse eductio; At non sic forma, nam vna recedit adueniente alia, & ideò non potest esse eadem forma in omnibus vt est eadem materia.

2. Malè infertur quod sicut diuersæ operationes in supposito viuente sunt ab vna forma, ita illa diuersitas operationum esse poterit ab eadem saltem specie forma in diuersis suppositis, quare, inquiunt, malè inde infertur ex diuersis operationibus diuersitas specifica principiorum; Nam ea dictis ad primam confirmationem patet ratio diuersitatis in viuente, & non viuente, & in viuente perfectiori, & imperfectiori.

Ad 3. & 4 confir. resp. primò aliquas diuersitates facierum staturæ, & similium oriri ex differentijs indiuiduantibus siue sint hæccecitates contrahentes immediatè animam, siuè alia perfectio proueniens ex materia signata. Vnde falluntur dicentes non minus differre vnum talem hominem ab alio, quàm differat piscis ab aue, vel ouis à capra, vt patet ex diuersa generatione, & earum principijs, & operationibus, quæ ab illis prouenunt; cùm operatio, quæ prouenit ab vno, non possit prouenire ab alio, si ex proprijs naturis, & essentijs specientur.

Specierum diuersitas quomodo dignosci possit.

Magis, & minus non vales speciem.

Respondeo 2. ad digoscendam diuersitatem specierum ex accidentibus, & operationibus debent spectari illa secundùm substantiam, non secundùm magis, & minùs ex trito axiomate, quod magis, & minùs non valeat speciem. Quare cum à diuersis hominibus possint esse eædem operationes secundùm substantiam, etiam si illæ perfectiori modo conueniant vni, quàm alteri, iure colligimus, esse vnam formam secundùm substantiam, & diuersitatem secundùm magis & minùs oriri vel à principijs indiuidualibus, vt aliqui volunt, vel ex diuersitate dispositionis organorum infra latitudinem dispositionis conuenientis tali formæ; non enim dispositio necessaria ad formam consistit in indiuisibili; & hinc patet ad argumentum sumptum ex diuersis inclinationibus, de quibus interim videre Albertum loc. cit.

Fructuum diuersitas vnde.

Denique ex his patet, cur fructus, & arbores, & similia magis proueniant ex vna parte terræ, quàm alia; non enim illa maior, vel minor aptitudo prouenit ex mate- 13

riæ primæ diuersitate, sed præcipuè ex influxibus cœlorum, qui sunt diuersi in diuersis regionibus non solum ratione planetarum, qui diuerso modo diuersas partes terræ respiciunt, etiam si totum orbem circumeat quotidie ab oriente in occidēs, & singulis mensibus secundùm locum mutentur quoad aspectum terræ, sed etiā ex stellis firmamenti, & partibus cœli empyrei immobiliter respicientis easdem partes terræ.

2. Diuersitas oritur ex diuersis seminibus, quę sunt in vna regione, quàm in alia. Vnde translata ex vna regione in aliam, etiam ibi fœliciter crescunt, vt nostra ætate vidimus vites, & alias arbores translatas in Indiam, ibi crescere, & alias ad nos inde aducēas, & radices, & fructus protulisse.

3. Diuersitatem oriri ex diuersa industria, & cultura hominum, quod alij alijs frugibus, & plantis delectentur. Quare iniuria aduersarij ac experientia inducuntur ad negandas formas substantiales specierum constitutiuas.

ARTICVLVS V.

Proponuntur difficultates contra aliorum argumenta pro formis.

ALij pro existentia formarū 1. argumentum sumunt ex Aristotele 2. de generatione tex. 39. vbi reijcit opinionem Empedoclis, quod ex ea non possit reddi ratio generationis naturalis, quæ cursu naturæ, non arte, aut casu fit, quæ enim aut semper, aut plerumque sunt à natura oriri necesse est: at videmus semper ex homine hominem oriri, ex vite vitem, ex frumento frumentum, neque vnquam, nisi rarò, & monstruosè contrarium accidit: At huius ratio non potest reddi ex opinione Empedoclis, quia non aliam causam generationis ponit, nisi coniunctionem elementorum: quæ coniunctio non facit aliam coniunctionem elementorum eiusdem rationis: sed posita forma, quæ est natura, simile producet vel semper, vel frequenter.

Aliquid fit à natura vnde dignoscatur.

14 Sed hæc ratio nihil probat; nam Primò si omne simile produceret sibi simile, rufus rufum, fuscus fuscum generare deberet. Vnde fieret, vt forma substantialis in fusco sit dissimilis à forma rufi, cū n. semper afer nigrum, pygmæus pygmæum & gigas gigantem generet, sequitur in his omnibus esse formas substantiales dissimiles. Quod si Aristoteles neget ex his tàm dissimilibus causis esse formas dissimiles, sed similes, tunc destruetur eius principium, quod simile generat simile, cum à dissimilibus oriatur forma eadem, quæ non potest esse similis pluribus, quæ sunt inter se dissimilia. Quare vt validum sit principium Arist. debet effectus dissimilis oriri ex principijs inter se dissimilibus, vt ouis sit à diuerso principio ab eo, à quo est capra, quia ouis habet diuersam formam à capra, sic etiam in afro, & anglo diuersas formas agnoscet, quod afer nigram, & anglus albā prolem generet, quod si neget illam diuersitatem oriri ex diuersitate formarū substantialium, eadem ratione negare deberet ouē à lupo, & miluū à columba differre per formas substantiales, sed sicut illi partus sunt similes genitoribus, oritur sine differētia, vt afer nigrum, & anglus album generet, pari ratione differre debent penes materiā ouis à lupo, & ouis partus similis matri orietur ex parte materiæ, & si quæras causam effectiuam, facilè respond. esse Deum causam vniuersalem, siue solùm siue cum syderibus, quæ producant effectus iuxta exigentiam materię. Neque dicant, non esse philosophicum recurrere ad causam vniuersalem, sed debet assignari causa particularis. Nam est ratio cur ad generationem canis exigatur forma vt causa particularis, & non exigatur ad generationem muris, ranæ vermium, & similiū, quę dicuntur oriri ex putri materia, nam sol, & astra temperant elementa iuxta eorum influxus, & materiæ qualitates.

Dices esse diuersam rationem, nam ouis semper ouē gignit, & nō sic quæ ex putri, nam huius ratio est quia in illis est magis fixa elementorum proportio: vt non facilè immutetur proportio in semine; & ideo semper oritur simile, at non sic in alijs. 15

Deinde falsum est non semper oriri similia ex eadem parte terræ, vt patet ex ijs quæ scribit Virgilius, vt alibi segetes, alibi vuæ, alibi arbores, alibi salices, alibi orni, & taxi frigidam terram amant, vnde illud, *Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt.* At certum est hæc non produci à forma terræ, sicut neq; pediculi à forma hominis, nec cantharidæ à forma fraxini, nec tinea à forma lanæ, vel vermes à forma cadaueris, eū tamen hæc non minùs oriantur ex illis, quam hœdus à capra &c.

2. Argumentū ab aduersarijs sumitur ex vnitate, & simmetria partium, & operationum

num in ordine ad conseruationem totius, nam cum in animalibus videamus partes diuersas dispositionibus inter se contrarijs affectas, & earum operationes ita inter se subordinatas, vt nequeant hanc perfectionem habere, nisi detur vna forma conseruans, & dirigens illas in ordine ad finem, idest conseruationem totius. Ergo debet dari in animali vna forma informans omnes illas partes, & principia operatiua.

1. Partem Minoris probant. Nam inter partes diuersæ rationis non potest dari vnio, nisi detur aliqua forma vniens illas, & conseruans vnionem, vt patet ex experientia cadaueris, in quo deficiente anima, quæ vniebat, & conseruabat illas partes, videmus earum vnionem corrumpi, & putrescere.

2. Partem probant. nam plura vt plura non possunt certò, & ordinatim operari in ordine ad eundem finem, nisi detur aliquod principium ordinans illas ad vnum finem. nam plura secundùm se tantùm operarentur in ordine ad fines proprios independenter ab alijs, non enim natura in suis operibus est magis defectuosa, quàm politia humana, quæ statuit, vt communitas hominum dirigatur ad finem politicũ ab aliquo gubernante illam. Et aliqui id probant ex harmonia, quæ oritur ex diuersis cytharæ chordis, quæ indiget cytharædo pulsante.

16 *Ad diuersarum partiũ vnionem forma non requiritur.* Sed hanc rationem nihil probare, patebit experientia: Nam primò non requiritur forma pro vnione diuersarum partiũ, nam videmus picem, gluten, viscum res diuersissimas & sibi, & alias alijs connectere: similiter ferrum, & lapidem certo glutine, vel masticbe copulari; & tamen in illis non datur forma substantialis communis in illis partibus: nam etiam si forma glutinis posset dici causa huius cõiunctionis, ea tamen non informat materiam ferri, & lapidis. Quare similiter poterunt partes viuentis inter se connecti absque forma substantiali communi.

Neque obstat dissolutio partium cadaueris, nam multi ponunt in illis partibus formam cadaueris, quæ tamen non impedit dissolutionem, & corruptionem illarũ partium. Quod si vnio non indiget in partibus forma communi, neque illa indigebunt operationes partium in ordine ad vnum. *Neque ad diuersas partiũ operationes.* Tum, quia videmus in viscis arboribus adnatis pendere ab arboribus non minùs, quàm vna pars arboris ab alia, cum viscum excisum non amplius viuat, arboris autem pars plantata radices agat, & crescat; & tamen viscum alimentum capit ab arbore, non tamen forma arboris informatur. Idẽ patet ex capillis, qui nõ minùs cohærent corpori, à quo alimentum capiunt, quàm vna pars arboris cum alia. Ita etiam vngues etiam recisi crescunt, & alimentũ capiunt ex corpore, cui ita tenaciter inhærent, vt non nisi cum maximo dolore moueri possint, & tamen non informantur ea dem forma, qua aliæ partes. Quare non idem dicendum de vnione neruorum cũ cerebro, & iecoris cum venis, & cordis cũ arterijs, & ossium cartilagine.

Neque dicas viscum esse in arbore, vt est planta in terra, & capillos in cute, & vngues indigitis.

Nam eodem modo dici posset de venis, arterijs, & neruis respectu partium, in quibus radicantur, quia non est maior ratio de vno, quàm de alio.

Confirmatur ex ijs, quæ docet Galen. de fection. vteri, & Arist. 7. de hist. cap. 8. vbi ait *Vmbilicum esse velut putamen circa venas*, quarum origo est ab vtero, qui habet connexionem cum secundinis, quibus fœtus inuoluitur. Vnde fit, vt puer per vmbilicum nutrimentum capiat; & tamẽ in his non est vna forma, cum pateat formam pueri non esse formam matris. Et idem patet ex insitionibus, per quas surculi adhærent trunco, quæ sunt diuersarum naturarum, vt patet ex fructibus eorum; & tamen habent tantam vnionem, vt faciant vnum per se non minùs, quàm ex corde, & arteria, & alijs partibus prædictis. 17

Denique patet non probari formam substantialem ex consensu partium corporis, & operationum ad vnum finem, nam huius rei, & consensus mens diuina est, quæ illas partes, & operationes dirigit ad vnum finem, vt patet ex vnitate mundi, cuius partes non solùm specie, sed etiam genere differunt: carentes forma aliqua communi; & tamen consensum habent, & operationes ad vnum finem. Vnde Piccolomineus libr. de mundo cap. 10. admiratur tàm arctam vnionem partium mundi, de cuius causa refert varias phylosophorũ sententias. Nam tanta concordia partium, & earum ordo non potest non habere aliquam causam, quæ dominetur omnibus partibus; alioquin si illius vnionis nulla datur causa siue informans, siue adsistens, idem dici poterit de partibus corporis

animati, cum animata ad breue tempus viuant, mundus verò æterno tempore, vt dictum est in libris de cœlo. tractat. 3.q. 4.dubit. 2. Quod si vnionis, & consensus partium mundi datur causa, vel illa est informans, & non, quia ex omnium Peripateticorum sententia, & ratione patet, non posse tot partes mundi informari vna forma; Ergo causa illius vnionis erit aliqua forma adsistens, quam Plato dixit esse mẽtem diuinam per omnia diffusam, singulis rebus adstantem, motum ad finem proprium dare, atque virtutem cuique suam dare, & conseruare. Ergo non est necessaria alia forma informans pro vnione, & concordia partium, cum sufficiat vna vniuersalis per omnia diffusa si enim illa potest tot partes mundi dirigere, cur non poterit vnius plantæ, vel animalis partes coniungere, & dirigere? Præsertim cum omnia ab vno principio oriantur, & ad illud ordinentur.

Mundus æternus.

Adsistens forma mens est diuina per Plat.

18 Tertium antiquorum principium quo formas substantiales dari negant, sumitur ex finitate virtutis creatæ, à qua negatur virtus creandi. At formæ substantiales ex schola Peripateticorum producuntur ex nihilo, cum illarum partium nulla præexistat, sed secundùm totam entitatem de nouo existant, sed quæ sunt huiusmodi nõ, nisi creatione produci possunt. Vnde extat illud proloquium. *Ex nihilo nihil fieri* apud Arist. 1. physicor. tex. 32. & 33. & 3. cœli tex. 25.

Neq; dicas non creari formas, sed educi ex potentia materiæ, nam hoc est ludere nominibus, non satisfacere argumento, nam illa potentia materiæ non est pars formæ. Ergo vt non dat illi intrinsecam entitatem; ita neque extrahit formam, vt non contineatur sub nihilo. Atque adeò semper erit productio ex nihilo formæ, atque adeò creatio. Neque dicas habere aliquod esse in potentia materiæ, Nam hoc esse non destruit rationem creationis, nam terminus creabilis magis continetur in potentia actiua, quàm forma in potentia passiua; & tamen illa possibilitas in actiuitate non impedit rationem creationis. Ergò multò minùs possibilitas formæ in potentia materiæ contenta.



ARTICVLVS VI.

Soluuntur difficultates propositæ art. praced.

AD primum argumentum, quo Aristotelis ratio infirmatur resp. t. mirum esse, quod aduersarij potiùs amore gloriæ, quàm veritatis incitati cæcutiant in dignoscẽdis diuersitatibus specialibus, & accidentalibus specierum, nam cum Aristotelis ratio, qua probet dari formas, respiciat similitudines, & dissimilitudines essentiales ipsi transferunt ad accidentales, & hinc homo rufus non semper rufum gignit, quia hic color non pertinet ad differentiam essentialem, licet etiam aliquando ex patre rufo oriatur filius rufus siuè id oriatur ex accidentali qualitate seminis, siuè ex forti imaginatione concipientis, de qua re suo loco. Et hinc pigmæus ex paruitate loci, in quo formatur fœtus, vel ex paruitate seminis generat pigmæum. Hæc autem diuersitas non infert essentialem differentiam, sed accidentalem. Quare manet principium Aristotelis, quod *simile generat sibi simile* quoad essentialem differentiam, & sæpe etiam quoad accidentales conditiones, vt afer nigram, & anglus albã prolem gignit; Ad quas accidentales conditiones confert etiam qualitas regionis, vt ostendemus in libris de anima. 19

Simile quomodo sibi simile generet.

De ratione autem cognoscendi ex quibus accidentibus cognoscatur diuersitas essentialis, & ex quibus accidentalis in communi hæc regula assignari potest. Quod quando cum diuersitate accidentiũ in varijs indiuiduis stat complexio accidẽtium, & operationum, quæ omnibus conueniunt, tunc ex illa accidentibus colligitur differentia accidentalis, vel indiuidualis. Quando autem cum illis non stat complexio debita naturæ communi ad omnia indiuidua, tunc ex illis accidentibus colligitur diuersitas essentialis, vt alibi fusè ostẽdi, & declaraui. Cætera autem, quæ ibi afferuntur de pediculis, tinea &c. potiùs Aristotelis sententiam confirmant, quàm destruant. Nam cum generatione illorum stat forma panni, & animalis; neque illa generantur à formis ibi existentibus, sed ex aliquibus partibus, quæ inde exhalant, corruptis, concurrente cœlo, sicut ad alia, quæ generantur ex putri materia.

Diuersitas essentialis, atque accidentalis vnde dignoscatur.

Ad 2. argumentum dico primò, satis 20

probabiliter inde probari vnitatem formæ in viuentibus, nam in cæteris non apparet eadem ratio: nam anima est actus corporis organici, atque adeò requirit in materia diuersitatem partium vnitarum, atq; adeò anima supponit partes vnitas; neque hæc ratio infirmatur ex exemplis ibi adductis, quia modus colligendi vnitatem formæ non militat in illis exemplis, quia ibi non est vnitas præ requisita ex natura formæ, sicut requiritur ad animam, sed per accidés glutinæ vniuntur plura, quo ablato, manêt naturæ secundùm eandem propriam perfectionem, secundùm quam erant vnitæ: at non sic vnio partium viuentis, quia non manent secundùm eandem perfectionem separatæ ab anima. Neque obstat quod affertur de visco, nam multi volunt, illam partem arboris esse animatam, quia nascitur tanquam fructus quarundam partium arboris, sicut etiam dicunt de capillis, de qua re disputatur in libris de anima. Verũ quia alij id negant, dicendum viscum esse excrementum arboris, sicut in animali sũt pili, & capilli; quæ propriè non nutriuntur ex vi attractionis nutrimenti, sed potius per expulsionem excrementorum, quæ cũ semper in viuente oriãtur, semper per partem post partem expelluntur, & in aere siccantur. Et quia illa expulsio est continua, ideò vnio semper manet donec separentur per excisionem. Et idem dicitur de vnguibus, si anima non informantur. Et quia partes illæ excrementitiæ sunt viscosæ, ideò maximè adhærescunt carni. Et quia ex separatione partes carnis scinduntur, inde sentitur dolor.

Anima est actus corporis organici.

Viscum arboris excrementum.

Capilli, et pili quomodo nutriuntur.

21 Ad confir. Resp. inde maximè commendari naturæ prouidentiam, quæ tàm miro ordine partes animæ vegetatiuæ, scilicet, nutritiuam, & generatiuam ita ordinauit; Primò producendo semen, tum materiam menstruam, quæ, cum sint partes superfluæ, non necessariæ ad conseruationem eiusdem indiuidui, ordinauit ad conseruationem, & multiplicationem naturæ: vterus enim matris, intra quem continetur fœtus, est animatus, cuius vmbilico connectitur pars quædam animata matris, per quam transmittitur alimentum ad fœtum in vtero contentum, vt inde augeatur. Illa autem vnio, quæ fit inter partem procedẽtem à matre cum vmbilico filij, fit ex humiditate, & viscositate partium, de quarũ animatione non est nostrum hic disputare. Illud autem est certum in fœtu, & matre esse duas animas, quarum singulæ informant partes sui corporis.

Vnio matris cum fœtus vmbilico vnde fit.

Quod autem dicitur de surculis, & insitionibus, certum est, ibi esse animam cõuenientem surculo, & conuenientem trunco. Quare inde potiùs probatur, dari formam, quia alimentum subministratum à trunco ipsi surculo, conuertitur in naturam surculi, & inde fructus proprij producuntur. Et si qua est variatio, oritur ex alimento accipiente aliquas qualitates à trunco, vnde producuntur à surculo fructus habẽtes aliquid ex natura trunci.

Ad vltimam confir. sumptam ex concordia plurium partium ad vnum finem, necessariò infertur vnitas animæ. Si enim appetitus non radicaretur in eadem anima, in qua est cognitio, & potentia motiua non esset in anima, in qua est appetitus, qua ratione fieri posset, vt cognitio moueret appetitum, & appetitus corporicè motiuam potentiam, cum singulæ essent inter se potentiæ omninò separatæ. Neque phylosophicè sustineri potest totam illam subordinationem, & directionem causari præcisè à Deo sine vllo concursu, & subordinatione potentiarum; tum quia id est contra ordinem statutum à diuina prouidentia, vt dixi supra, tùm quia multi motus animæ sunt ad peccata, tùm quia non apparet quomodo esset in voluntate libertas, si cognitio non est in eadem anima, in qua est voluntas, quia nec voluntas posset imperare intellectui actus cognitionis, nec intellectus mouere voluntatem; sicut enim cognitio, quæ est in Petro non mouet voluntatem Pauli; ita neque cognitio, quæ est in vno subiecto posset mouere voluntatem, quæ est in alio subiecto eiusdem suppositi, si non radicantur in eodem subiecto. 22

At inquiunt. Deus per omnia diffusus, vt dirigit ad vnum finem omnes mundi partes, ita potest partes parui mundi dirigere ad vnum finem.

Resp. posset quidem Deus, sed an id efficiat est de quo disputatur; nam phylosophicum est putare, Deum dirigere singula secundùm operationes cuique conuenientes; atque adeò supponere operationes fieri secundùm modum cuique conuenientem.

Deus quomodo dirigit omnia, & singula.

At inquiunt 2. ad hanc vnionem, & directionem partium ad vnum finem, vt fit à Deo inter partes mundi sine informatione illarum per se ipsum, vel per aliam formam

mam communem omnibus partibus mūdi; & hoc secundùm ordinem suæ prouidentiæ; ita etiam fieri à Deo vnionem, & directionem partium singularum rerum ad proprios cuiusque fines.

23 *Diuersa ratio est in paruo mundo, ac in magno.* Resp. esse diuersam rationem in magno mundo, ac in paruo, quia mundus non est vna natura, sed aggregatio plurium naturarum, & habet vnitatem ad eum modum, quo dicitur vna Respublica, vel vnus exercitus; pro quorum vnitate non exigitur forma aliqua, sed tantùm subordinatio ad vnum caput. At verò paruus mundus habet vnam naturam specificam distinctam à qualibet alia, & habet multas operationes pertinentes ad eandem naturam; & ideò exigitur aliqua vna forma, quæ sit veluti caput omnium illarum operationum. Sicut enim politicis non sufficit vnus Rex in Republica ad dirigendas omnes actiones cuiuscunque familiæ, sed in singulis exigitur proprium caput, idest paterfamilias, & similiter in cæteris communitatibus; Ita in naturalibus requiritur, vt in singulis naturis respectu propriarum actionum sint sua capita proportionata. Hæc autem est forma substantialis.

Plura alia dici possent contra aduersarios Aristotelis, & veritatis pro solutione, & manifestatione infirmitatis instantiarum, & argumentorum, quæ afferuntur contra fundamenta peripatetica ad asserendas formas substantiales. Sed hæc mihi visa sunt sufficere pro manifestatione veritatis. Et vt breuitati satisfaecerem, abstinui notare, & ponderare falsitates, quæ in illis admiscentur, & quàm inconsequentia loquantur. Vnde meritò obijci illis potest id, quod Aristoteles obijcit aduersariorū parentibus, & primis Auctoribus. *Et falsa assumunt, & non syllogizantes sunt.* Quibus positis, transeamus ad solutionem tertij fundamenti.

24 Ad 3. fundamentum ductum ex creatione resp. formas non creari, sed educi ex potentia materiæ, quia hæc actio non est supra virtutem causarum naturalium, cum ad illam non concurrat solùm virtus effectiua, vt exigit creatio, sed concurrat etiam materia, qui concursus repugnat creationi, quæ dicitur esse ex nihilo non quidem termini, sed subiecti; & hæc solutio est planior, quàm quæ affertur ab aliquibus negantibus generationem fieri ex nihilo termini, quia enim terminus generationis sit compositum, & compositum constet ex materia, & forma, sequitur terminum, qui sit. non fieri ex nulla parte sui præexistente, cum fiat ex materia, quæ est pars eius præexistens.

Sed hoc non est soluere vim argumēti, sed verbis dissimulare difficultatem, nam verè id, quod recipit existentiam de nouo est sola forma, cuius nulla pars præexistebat.

Respondent 2. alij negando nihil formæ præexstitisse, quia cum essentia formæ contineat in se possibilitatem, & hæc præexistat in materia, iam non potest dici fieri ex nihilo sui, sed ex aliquo sui præexistente, scilicet ex possibilitate præexistente in materia. Et licet secundùm esse possibile præxistat etiam in virtute agentis, tamen illa præexistentia non destruit conceptum creationis, qui ex vi solius virtutis agentis haberet existentiam. At verò quando deducitur, cum concurrat materia forma non exit tota, & totaliter à virtute agentis, sed etiam à possibilitate, quæ continetur in virtute materiæ. Verùm hæc ratio, quam iunior excogitaui, habere videtur aliquas instātias, quas alibi proponam, ne prolixior in hac dubitatione sim, quàm par est.

Respondeo 3. eandem difficultatem esse in opinione aduersariorum. Cum enim dicunt res variari accidentaliter, vel substantialiter per additionem, vel subtractionem, vel transpositionem particularū, seu athomorum. Quæro qua ratione illi actus additionis, & detractionis, & transpositionis, cum antea non fuerint secundū aliquam sui partem, & nunc existant secundùm omnes sui partes, sint producti? certè non per creationem, neque sunt improducti. Ergo per eductionem, quia non est alius modus producendi, quàm per creationem, vel eductionem. 25

Cætera, quæ aduersarij afferunt ex materia de anima, & alijs partibus phylosophiæ contra existentiam formarum, soluentur in proprijs locis.

DVBITATIO IV.

Quomodo formæ substantiales producantur.

De hac quæstione Auer. 7.m.31. & 12.met.18. ibi Niph. Pauel. disput. 5. & 19. Canon. 1. phys. q. 1. Zim. theor. 114. & dixi in phys. tr. 6. q. 4. quare non est cur ibi *Quid in hac dub. intenditur.* 1

ibi dicta hic repetantur, solùm aliqua sunt aduertenda.

Materia quomodo cōparatur ad formas, quomodo ad composita.

Primò materiam comparari ad formas, & composita, & quidem ad formas comparatur vt potentia receptiua, & vt potentia substentatiua respectu quorum dicitur causa; nam respectu compositi causat illud cōstituendo materialiter concurrendo ad cōstitutionem, seu vnionem, qua constituitur compositum. Quod si datur tertia entitas, multò magis habet rationem causæ. Vnde falluntur aliqui negantes habere rationem causæ eò quod nihil causat nec seipsam, nec formam; præsertim rationalem, quia causat totum ratione totius per vnionem: Hac enim ratione dixit Arist. Ba, non esse B, & A, sed simel Ba, idest B, & A, vt dicunt compositionem, vt nobis significaret compositum non esse materiam, & formā, sed esse materiam, & formam cum vnione. Ex quo multò magis falluntur qui negant constituere compositum esse causare illud Hinc enim tollerentur omnes causæ intrinsecę essentiæ, quia non causant, nisi constituendo essentiam, communicando seipsas non quidem effectiuè, sed in genere causæ formalis, & materialis.

Compositū est materia & forma cum vnione.

Constituere compositum quid sit.

2 2. Formas nō esse actu in materia, sed in potētia. Ex quo posset iuuenile ingenium deducere materiam non solùm esse perfectiorem vna forma, sed omnibus formis, imò esse perfectionis infinitæ; nam perfectior continentia est, qua continetur forma in potentia, quàm ea, qua continetur actu, & formaliter: nam illa esset continentia æquiuoca, atque adeò diceret maiorē perfectionem, quàm sit in forma, vt est formaliter in se. Et cum hac continentia contineat omnes formas, habebit vnam perfectionem æquiualentem omnibus formis, quæ sunt infinitæ.

Formę sunt in materia in potentia.

Quomodo materia nō sit perfectionis infinitę, cum contineat omnes formas in potentia.

Sed non videt continentiam potentialem, quæ est in materia respectu omnium formarum esse receptiuam, quatenus ipsa recipere potest formas in illa productas ab efficiente: potentia autem receptiua, cum debeat esse denudata à natura recepti quò plurium est receptiua, eò magis est imperfecta, quia caret pluribus perfectionibus. Dicitur autem causa respectu receptionis formarum, quatenus receptio non potest esse sine recipiente, & quia effectus dat illi perfectionem effectus informādo illam, & datio respicit recipere. Ideò est causa passiua receptionis & informationis, quia sine ipsa non potest esse nec receptio, nec informatio, causa autem dicitur id, ad cuius esse sequitur aliud: hæc autem sequela effectus non est vnius rationis, sed diuersæ iuxta diuersum genus causandi. Ex quo sequitur non esse necessarium, vt perfectio effectus contineatur in omni causa, quæ dat perfectionem non quæ recipit.

Materia quo pacto sit causa passiua.

3 At instant. Si materia non dat perfectionem effectui. Ergo nō causat, quia causare est dare esse, seu perfectionem. Dare autē supponit in dante perfectionem formaliter, vel virtualiter, quam dat effectui.

Receptiua potentia quomodo det esse.

Resp. Potentiam receptiuam dare esse recipiendo ab efficiente effectum, quia effectus receptionis non potest existere sine recipiente. Hic autem modus causandi non supponit perfectionem effectus in causa, sed potiùs negationem perfectionis. Sicut datio eleemosynæ pauperi non potest esse sine paupere. Vnde ad illam acceptionem eleemosynæ concurrit pauper.

Exemplo pauperis prob.

Hinc tamen non fit, pauperem præhabere nummos, quos illi communicat eleemosynarius, sed potiùs illis carere, & habere indigentiam illorum: oritur autem hæc difficultas ex eo quod non distinguant modos causandi, & concipiunt causalitatem materiæ, sicut causalitatem efficientis.

4 Ex quo patet quantum à veritate distent qui ob prædictum argumentum negant materiam esse causam, cum eius causalitas consistat in recipiendo formam, vt simul cum illa causet compositum, etiamsi non causet entitatem formæ, vt dicitur de anima rationali.

At instabis. Productio termini non potest existere sine termino. Et tamen terminus non causat productionem. Ergo ex eo quod aliquid nequeat existere sine alio, non sequitur illud aliud esse causam huius, atque adeò ex eo quod datio, & receptio non potest esse sine recipiente, non sequitur recipiens esse causam receptionis.

Terminus habet causalitatem respectu sui productionis.

Resp. primò falsum esse terminum nullam habere causalitatem respectu productionis sui; tum quia cum productio fit propter terminum tanquam propter finē, finis autem est causa, tum quia cum productio habeat suam essentiam in tali specie, debet habere non solùm causam efficientem, sed etiam specificatiuam illius essentiæ. Specificatio autem illius intrinseca sumitur à termino tanquam à causa causante in genere causæ formalis terminatiuē; quod genus causandi non exigit præexistentiam ad effectum, sed concomitantē,

&

& præexistentem intentione naturæ.

Resp. 2. rectè quidem dici non habere rationem causæ omne id, quod requiritur ad existentiam illius, seu id, sine quo aliud esse non potest siue simpliciter, siue connaturaliter, quia dantur conditiones *sine quibus non* quæ tamen non habent rationem causæ, sed reducuntur ad illud genus causæ, respectu cuius sunt cōditiones, quo modo dicitur approximatio agentis ad passum esse conditio, sine qua nō est actio. Et similiter dispositiones materiæ dicuntur esse conditiones, sine quibus creatio animæ rationalis non esset in tali materia, non tamen inde negari debet causa necessaria ad existentiam effectus: sicut ex eo, quod quis diceret brutum esse animal, & non homo, non inde sequitur, quod aliquod animal non sit homo. Quare videndum est vnde oriatur illa necessitas vnius ad existentiam alterius: nam si vnum per se ipsum requiratur ad existētiam alterius, non potest requiri vt conditio quia conditio requiritur ad existentiam alterius eo quod sit requisita ad aliquam causam illius effectus. Et hac ratione dispositiones dicuntur conditiones respectu creationis animæ, quia Deus vt causa prima supplens defectum causæ secundæ non producit animam in materia, nisi disposita. Et hinc virtus diuina, quæ est principium actionis non applicatur, nisi positis dispositionibus. At materia ratione sui est requisita ad existentiam formæ. Ergo non potest habere rationem conditionis, *sine qua non*, sed veræ causæ.

Cōditiones sine quibus non.

Causa quomodo requiritur ad existentiam alterius, & quomodo conditio.

Materia quomodo requiritur ad formæ existentiā.

5 Tertiò materia respectu formarum materialium non solum habet rationem causæ respectu receptionis, de qua dictum est; sed etiam respectu existentiæ formarū sustentando illas.

Materia est causa formæ materialis etiam respectu eius existētiæ.

Probant ex eo quod extra subiectum nequeant conseruari naturaliter, ergo pendent in sui existentia à materia. Respondēt inde non probari causalitatem materiæ, quia potest esse dependentia à materia vt conditione, & non vt causa, idque tribuitur Lessio de summo bono l. 2. n. 49. quod ponat nullam esse necessitatem ponendi influxum materiæ in formam, nam distinguitur generatio à creatione, quod terminus creationis nullo modo pendeat à subiecto nec vt à causa, neque vt conditione, in suo esse, & conseruari, at terminus generationis pendet à subiecto vt conditione.

Sed nō placet tū q. productio animæ rōnalis pēdet à materia, vt inquiūt aduersarij, vt à conditione; ergo illa productio non esset creatio, sed generatio. Similiter cum vnio non posset esse sine extremis, illa non posset creari, quod est contra Authores opinionis contrariæ, qui dicunt posse creari.

Tū 2. q. conditio necessaria ad agendum non ponitur gratis, sed propter aliquam indigentiam agentis, vel actionis, vt sit connaturaliter, vt approximatio exigitur propter finitam virtutem agentis habētis sphæram finitam, extra quam non potest agere: & dispositio materiæ est necessaria, vt conditio secundum aduersarios, quia determinat materiæ indifferentiam ad receptionem talis formæ, & sic de alijs.

Conditio necessaria ad agendū quomodo ponitur.

At materia non potest esse necessaria ad existentiam, & conseruationem formæ ad aliquem finem, si non habet causalitatem in formam, quia si esset necessaria, vt conditio ad productionem ab agente esset maximè, vt reciperet formam, at hæc ratio non est sufficiens, vt ponat necessitatem quoad cōseruationem existētiæ, nam ad animæ rationalis productionem est necessaria materia disposita, & tamen non inde infertur necessitas materiæ quoad conseruationem.

Materia nō est necessaria ad existentiam formæ, & cur.

2. Prob. quia materia est distincta à natura ad componēdum compositum simul cum forma, ergo habet à natura ea, quæ sunt necessaria in suo genere ad illum finem, quia natura non deficit in necessarijs. 6

Natura nō deficit in necessarijs.

Sed virtus causatiua formæ in genere materialis est necessaria ad illum finem, ergo. Minor prob. nam cum forma sit necessaria ad constitutionem compositi, & non existat à se debet existere ex causis existentibus in natura, sed in natura non datur causa creatiua; ergo debet dari productiua ex materia, quæ dicitur eductiua, quæ p. hoc distinguitur à creatiua, sed nō distinguitur per exigentiam materiæ, vt conditionis, vt patet ex creatiua animæ rationalis; ergo per exigentiam materiæ vt causæ.

Tum quia creatiua attingit terminum sub alia rōne formali, ac eductiua, at creatiua attingit terminum, vt independentem à materia, vt causa, & non independentem à conditionibus cōnaturalibus, nam creatiua Angeli v.g. attingit Angelum, etiam si pendeat in sui existentia à proprijs passionibus, vt conditionibus, sine quibus nō debetur

Causa creatiua quomodo suū terminum attingit, & quomodo eductiua.

debetur creatio, & conseruatio; vnde fit vt dependentia termini ab alio, vt conditione non aufert rationem creationis.

7 Confir. ex natura formæ materialis, quæ recipitur in subiecto capaci plurium formarum, & contrariarum dispositionum, ad diuersas formas. Ergò talis forma necessariò est separabilis à materia, vt patet ex appetitu materiæ, & contrarietate dispositionum; sed non est separabilis, vt forma incorruptibilis per se subsistens, quia esset vt anima rationalis, à qua forma materialis distinguitur ob defectũ perfectionis subsistentiæ. Ergo est separabilis, vt corruptibilis, atque adeò vt indigens causalitate materiæ, vt retineat existentiam suam, per quam suppleatur defectus, quem habet in subsistentia. Sed causa supplens defectum rei necessariæ ad existendum non potest esse conditio, quia nihil perfectionis tribuit effectui. Ergo debet esse vera causa. Neque dicatur non cognosci, an illa corrumpatur, vel aliò migret, quia nullum vestigium videmus de ea corruptione, vel migratione, nam eadem ratione posset dici de anima rationali, quia nullum vestigiũ videmus, an illa corrumpatur, an alio migret, quo nihil absurdius, non enim ex visu iudicium ferendum est, sed ex ratione, qua vtitur Aristot. ex dependentia, vel independentia, vel operationum à materia. Cum enim in brutis, & alijs omnes operationes sint dependentes à materia, eorum formas dicimus secundùm esse dependere à materia, non sic autem in anima rationali, de qua ratione in libr. de anima.

Ratione, nō visu iudicādum.

Vnde dicatur, formas materiales dependere à materia.

Confir. 2. quia si ratio, per quam colligitur concursus materiæ ad formam, non est sufficiens ad id, neque erit sufficiens, vt ex illa colligatur concursus causæ efficientis, nam sicut, vt producatur ignis, requiritur ignis, vt efficiens, & lignum, vt materia, si ex illa præsentia non colligitur concursus materiæ ad ignem productum, neque potest colligi concursus efficientis; non enim ignis in vacuo potest aliquid producere. Ergo necessariò ignis productio exigit materiam. Quod si dicant esse diuersã rationem in efficiente, & causa materiali eo quod nullus effectus potest esse sine causa efficiente, non enim potest esse à se ipso; at potest esse sine causa materiali, vt patet ex substantijs simplicibus. Tunc contra, quia compositum, quod est effectus primarius materiæ, & formæ, multò minus potest esse sine materia, & forma, quia ex illis essentialiter componitur, non sic ex efficiente. Ergo vt efficiens concurrit ad formam, per quam, componitur substantia materialis; ita ad illam debet concurrere materia præsupposita necessariò ad existentiam formæ.

In quo differt causa efficiens à materiali respectu formæ materialis.

8 Denique prob. quia ablato concursu materiali simul cum efficiente ad formã, sequeretur, omnem causam creatam habere perfectionem virtutis creatiuæ, quia præberet effectui totum concursum necessarium ad sui existentiam, præcisò concursu materiali. At ille concursus esset æqualis secundùm perfectionem intrinsecam concursui, quem dicunt creatiuum, cum ex vi materiæ nihil perfectionis addatur, dũ ponitur tantùm vt conditio; atq; adeo virtus, à qua est hic cõcursus, esset æqualis perfectionis intrinsecæ ac virtus creatiua. Multa alia essent dicenda contra hanc fictam opinionem, qui satis, & ingeniosè sibi videntur probasse, dum afferunt non posse dari rationem in contrarium; & ex hoc principio recedunt à principijs receptis in omnibus academijs non sine maxima temeritate. Cætera, quæ pertinent ad hanc quæstionem videantur in ijs, quæ scripsi in physicam, vbi etiam de discrimine inter causam, & conditionem, *sine qua non*.

Si materia non concurreret cum efficiẽte ad formã materialem, omni causa creata creare posset.

Dices si materia haberet verum impulsum in existentiam formæ, haberet virtutem causatiuam in perfectiones omnium formarum, quæ sunt infinitæ Sicut enim si esset vnum efficiens omnium formarum, illud esset infinitæ perfectionis; ita etiam dicendum de materia. Neque dicas non sequi infinitatem in virtute superioris ordinis respectu effectuũ infinitorum, quia virtus illa finita, cum sit in superiori ordine, nunquam potest adæquari ab infinitis perfectionibus eff. ctuum inferioris ordinis. Sicut perfectio hominis non potest adæquari ab infinitis mixtis, & brutis ob perfectionem superioris ordinis, quæ est in homine, non, inquam, id dicas, quia materia non solum non excedit perfectiones omnium formarum, sed est imperfectior forma quacunque etiam minimæ perfectionis.

9 Respondent aliqui formas, etiam si pẽdeant à materia, tamen verè creati recipiẽdo totam perfectionem ab efficiente; atq; adeò non sequi perfectiones formarum contineri in materia, quia illas non recipiunt

Forma materiales secundum aliquos verè creantur.

N

piunt à materia.

Sed contra Primò ex hoc derogatur immortalitati animæ. Si enim anima bruti creatur,& tamen est corruptibilis, cur etiã anima rationalis non erit corruptibilis, cũ ex creatione eam probamus esse incorruptibilem,& meritò, quia de ratione creationis est terminari ad rem subsistentem: subsistens autem sufficiens ad terminandam creationem est sufficiens ad existendum sine materia, quia quoad nullam sui perfectionem existendi indiget materia, neq; indigentia materiæ quoad informationẽ potest tribuere illis corruptibilitatem, sicut neque tribuit illam animæ rationali.

Creatio terminatur ad subsistens, quod potest existere sine materia.

Confir. quia dependere à materia, & creari includunt repugnantia, quia de ratione creationis est terminari ad terminũ independentem à materia, atque adeò esse influxum agentis independentem à materia.

Creari, & dependere a materia implicant.

Quod si dicant illam dependentiam à materia repugnare cum creatione, quæ est ex vi causalitatis,& influxus materiæ. At dependentia formæ corruptibilis non est per influxum, sed alterius rationis. Sicut dependentia creationis à termino non destruit conceptum creationis, quia est alterius rationis à dependentia causalitatis materialis: Sed contra, quia explicari debet in particulari qualis sit,& quid sit hæc dependentia formæ à materia, quæ non destruit creationem. Dupliciter enim explicari solet dependentia. Primò, quod sit receptio sui esse ab alio; & ita secundum aduersarios non est in forma à materia, nam non causatur, quia sic reciperet esse ab illa. Secundò explicari solet per exigentiam vnius respectu alterius quoad sui existentiam, quia exigens aliud quoad sui existentiam habet dependentiam ab illo. Et hac ratione poterit dupliciter esse. Primò vt à causa; & ita constat formam per aduersarios non pendere. Secundò vt à cõditione, *sine qua non*, siue antecedenti, siue subsequenti, siue concomitanti. At nullo ex his modis potest forma corruptibilis pendere à materia,& tamen sit creabilis.

Dependentia formæ à materia dupliciter explicatur.

10 Non primò modo, quia omnis conditio antecedens effectum est propter aliquam necessitatem, quæ est in causa, vt exeat in actum, sed materia cum non sit causa non debet exire in aliquem actum respectu formæ, vt patet ex approximatione, existentia causæ, &c. ergo non potest exigere conditionem aliquam, vt ipsa posita ponatur existentia formæ, quod materiæ existentia exigitur respectu Dei dantis existentiam formæ, atque adeo esse conditionẽ, vt existat forma; tunc contra quia ex vi illius exigentię non potest sumi corruptibilitas formæ, cum eadem exigentia sit in anima rationali; quod si dicant esse diuersam rationem illius exigentiæ in Deo vt causante formam incorruptibilem, & corruptibilem, tunc obstat quod hæc diuersa ratio non potest assignari, cum vtraque actio sit creatiua, & fingere ad libitũ conditiones est alienum à recta philosophandi ratione.

Forma cur non pendet à materia, vt conditione antecedenti.

Deinde cum ponant formæ existentiã necessariò exigere præexistentiam materiæ cur dicant habere potiùs rationẽ conditionis, quàm causæ cum forma ob sui imperfectionem nequeat existere extra materiam, hos autem arguit concursum materiæ supplere illam imperfectionem, vt possit existere: quod non potest præstari sine causalitate aliqua. Denique cum ponant illam non exigere causalitatem materię quoad suam existẽtiam debet assignari aliqua operatio conueniens illi vt habet hanc independentiam, atque adeo ratione illius posset permanere extra materiã, quia extra illam posset operari, vt dicitur de anima rationali, cur enim ignis extensus in se subsistens extra materiam non poterat calefacere, vt dicitur de accidentibus Euchar.

Dices pendere à materia, vt modus pẽdet à re modificata. Sed contra quia nec forma est modus materię, cũ entitas sit subsistens distincta realiter à materia distinctione tata, tum quia modus seipso pendet à fundamento, atque adeo seipso causatur sine influxu medio, quæ dependẽtia est maior, quàm dependentia per influxum realem, quia ponit incapacitatem existentiæ extra fundamentum etiam per potentiam Dei, vt opinatur opinio probabilior. At ipsi dicunt formas posse per potentiam Dei existere separatas à materia.

Cur nõ vt modus à re modificata.

Neque potest pendere à materia, vt cõditione consequente, quia hæc dependentia est in causa respectu suorum effectuũ, & passionum. At materia neq; est effectus formæ, nec eius passio, vnde neque est terminus formæ, cum forma non sit actualis ratio, neque actualis relatio, sed solùm aptitudinalis, ex quo patet, formam non pendere à materia à posteriori, & vt conditione subsequẽti, vt dicitur materia pẽdere

Cur non vt conditione cõsequente.

dere à forma, vt nequeat esse sine aliqua forma.

Tum quia forma est effectus materiæ, non sic materia formæ, tum quia materiã sine omni forma abhorret natura ob illius deformitatem, cum ad nullam determinatam speciem prædicamentalem pertineat, atque vt aliquid indeterminatum refugit natura, sicut non potest genus existere ob sui indeterminationem nisi contractum ad aliquam speciem. At hæc ratio non militat in forma, quæ secundùm se est determinatæ perfectionis, & pulchritudinis.

Cur non est conditio cõcomitans.

11 Neque potest fingi pendere à materia vt conditione concomitante, quia conditio concomitans non ponit dependentiã nisi per accidens, quatenus per accidens est vt in causa sit talis perfectio, vt dicitur de musica respectu ædificationis, etiam si musica inesset necessario in ædificãte, quis enim dicet, existentiam formæ pendere ab aere vt à conditione, quia productio sua facta in aere; vel aqua &c. Quare ad argumentum. Resp. primò ex illo sequi intellectum, cum possit concurrere ad infinitas specie intellectiones, habere perfectionem infinitam, quod non sequitur infinitas virtutis, & perfectionis in intellectu concurrente efficienter ad intellectiones multò minus sequeretur in materia infinitas perfectionum ex eo quod concurrere potest ad infinitas formas sustentando illas in genere causæ materialis. Hinc patet ex hoc argumento moueri ad negandum concursum materiæ ad formas non esse laudem ingenij, sed defectum scientiæ iuxta illud 1. de Gen. *ad pauca respicientes facilè enunciant*.

Responsio duplex ad arg.

Effectus perfectiones quomodo contineãtur in causa.

Resp. 2. perfectiones effectus contineri in causa quidem, sed adæquata, nam alioqui id falsum esse patet ex intellectu concurrente ad intellectiones, qui si coniungatur cum vna specie, continebitur in illo coniuncto perfectio illius intellectionis, si coniungatur cum alia specie, continebitur perfectio alterius coniunctionis, & sic consequenter. Idem etiam patet ex intellectu concurrente ad visionem beatificam, quæ est supernaturalis secundùm substantiam, & tamen non continet perfectionem naturalem secundùm substantiã; sed illa perfectio continetur in intellectu illuminato; sic etiam lumen gloriæ concurrit ad vitalitatem; & tamen non continet perfectionem vitalitatis, nisi ratione intellectus sibi coniuncti. Plures enim causæ possunt concurrere ad eundem effectum dupliciter. Primò diuisibiliter, cum singulæ causæ concurrunt ad partem effectus distinctam ab alia parte, vt potentia nutritiua, quæ est in manu concurrit ad diuersam partem, ac illa, quæ est in pede. Et sic de alijs, etiam si ex omnibus illis nutriatur totus homo. Secundò indiuisibiliter, & tunc sicut ab illis est vna actio; ita à singulis est tota entitas effectus absque eo, quod posset distingui, hanc entitatem esse ab hac causa, & aliam ab alia; non tamen est totaliter à singulis, sed à coniuncto ex causis: in quo tamen coniuncto sunt virtutes distinctæ, ratione quarum effectus habet varias perfectiones identificatas cum vna entitate; vt v. g. eadem entitas intellectionis est vitalis, & est supernaturalis, ita ut nihil entitatis sit in illa, quin sit vitalis, & supernaturaturalis: sed vitalitatem habet ab intellectu, & supernaturalitatem à lumine, vnde dicitur effectus esse partialiter à causis non partialitate effectus, sed partialitate causarum. Ex quo patet ad argumentum, nam materia coniuncta cum diuersis efficientibus concurrit in suo genere ad diuersos effectus, & vt potest coniungi cũ efficientibus sine termino; ita per eandem perfectionem finitam potest concurrere ad plures effectus sine termino absque eo, quod contineat perfectiones omnium effectuum, quia omnibus illis ex se non tribuit, nisi perfectionem materialitatis, quæ ex consortio causarum efficientium diffunditur in omnes perfectiones effectus. Et hæc sufficiant de hac quæstione.

Plures causæ possunt concurrere ad eundem effectum dupliciter.

Effectus partialiter dictus partialitate causæ.

Materia quomodo concurrit ad diuersos effectus.

DVBITATIO V.

An idem effectus possit à pluribus agentibus totalibus produci diuisim, vel coniunctim.

DE hac Marsi. hic q. 8. Sax q. 7 Canon. 2. phys. q. 3. art. 3. Per. lib. 8. cap 14. Fland. 5. m. q. 2. art 3. & Masius 2. phys. sect. 5. quæst. 2. & 3. & nos sũ è in phys. tract. 14. quæst. 7 vbi dub. 1. dixi an detur effectus, qui ab vna sola causa pendeat, & dub. 2. An idem numero effectus possit produci à pluribus causis eiusdem generis, & ordinis diuisim; & dub. 3. An à pluribus causis totalibus simul concurrentibus. quibus cum à recentioribus post nostra scripta nihil est additum dignum relatione,

Superfluitas non bene probat, eundem effectum non produci naturaliter per duas actiones, & cur.

Superfluitatem in naturæ operibus ponere absurdum est.

Dependentia actualis quid dicat essentialiter.

ideo nihil videtur addendum, nisi quod ab aliquo recentiori dicitur, non probari ex superfluitate actionis, naturaliter eundem effectum non produci per duas actiones simul totales, eo quod tunc superfluitas est absurda cum ex illa sequitur aliud absurdum, in quo apertè fallitur, nam ponere ipsam superfluitatem in operibus naturæ; est ex se absurdum: sicut & deficere in necessarijs ex illo Axiomate; quòd natura, vt non deficit in necessarijs, ita refugit superflua; Hæc obiter, plura dicturus, si occasio dabitur. Deinde quod alij addunt actualē dependentiam essentialiter excludere aliā dependentiam, & non solùm connaturaliter, est omnino falsum, quia depentia actualis essentialiter non dicit nisi effectum habere esse ab aliquo. at hoc non dicit essentialiter quin possit habere ab alio, sed connaturaliter, eo quod illi esset superflua, quod refugit natura.

Secundò non probari quod ab aliquibus dicitur non licere argumentari à superfluitate in physicis vitanda ad vitandā superfluitatem in actibus intentionalibus, vt v.g. ponere duas vbicationes in eodem corpore. Ergo non possunt poni duæ visiones eiusdem speciei circa diuersa obiecta, v.g Petrum, & Paulum, nam si ponantur termini proportionati, absurdum superfluitatis sequitur eodem modo, nam sicut est absurdum poni duas visiones circa eundem Petrum; ita ponere duas vbicationes in eodem corpore respectu eiusdem spatij Et sicut non est absurdum ponere duas visiones circa Petrum, & circa Paulum; ita non est absurdum ponere duas vbicationes circa duo corpora in eodem spatio: imò de facto omnes entitates realiter distinctæ, quæ sunt in vno corpore habent proprias vbicationes.

Tertiò licet omnis effectus productus à causa creata possit idem numero produci à Deo cum contineat perfectiones omnium creaturarum, non tamen productus à causa creata potest idem numero produci ab alia causa patet quia ignis B. productus ab A. non potest producere B. quia continet intra suā virtutem suam causam, & hac ratione optimè D. Tho. 1. p. q 45. art. 5. ad 1. negauit causam vniuocam habere pro obiecto adæquato totam speciē, quia alias contineret & posset producere seipsam. An autem idem numero effectus productus ab vna causa possit produci ab alia est quæstio, quæ pendet ex principijs,

Causa vniuoca cur nō potest habere pro obiecto adæquato totam speciem.

ex quibus sumitur indiuiduatio, nam qui dicunt sumi ex ordine ad talem causam negare debent posse produci ab alia: Qui verò id negant, non necessitari ad id negandum; sed de hac re in methaphysica, & videnda quæ diximus in physicis locis citatis.

Quartò examino esse doctrinam aliquorum, qui, vt probent posse supernaturaliter eundem effectum produci à duabus causis totalibus, docent ex ratione physica causarum & effectus posse naturaliter eundem effectum produci simul à duabus causis totalibus, quia alioquin si esset repugnantia physica, neque posset fieri supernaturaliter, & de facto nunc non dari dependentiam eiusdem effectus à duabus causis totalibus, quia ex lege Dei ordinaria determinationem vnius principij à Deo ad vnum effectum per influxū totalem excludere determinationem alterius causæ ad eundem effectum sicut ex lege Dei ordinaria causam, quæ semel exijt in actum circa vnum effectum siue ille effectus sit corruptus, siue existens, nō posse determinari ad reproductionem eiusdem.

In hac doctrina duo mihi displicent. 3
Primum dum negant rationem physicæ repugnantiæ duarum actionum totalium sumptum ex superfluitate actionum, nam cùm omnis actio naturæ sit propter finem præsente fine, cessat actio, atque adeò cum actio sit propter existentiam termini, posita per vnam actionem existentia termini, natura refugit elicere aliam actionem circa eundem terminum, quia frustra laboraret circa illum, de qua ratione dixi in physica loco citato. Dices. Tàm potentia actiua, quàm passiua dicunt ordinem ad illam duplicem actionem, cum vtraque sit illis possibilis, Ergo si vtriusque actio ponatur in esse, nullum ponitur inconueniens, atque adeò ex naturis rerum non repugnat. Ergo illarum repugnantia circa eundem terminum debet oriri ab aliquo extrinseco, idest ex lege Dei. Resp. possibili posito in esse eo modo, quo est possibile, non sequitur inconueniens, sed possibilitas duarum actionum circa eundem terminum non est connaturaliter, vt sint coniunctim, sed diuisim; & ideò actiuum, & passiuum non habent vim connaturaliter illas simul producendi. Neque est necessaria admonitio, qua intimetur potentiæ ne exeat iterum in actionem circa

Repugnantia physica duarum actionū totalium circa eundem effectū, oritur ab extrinseco quare nō placeat.

eundem

eundem terminum, quia sufficienter est admonita ex vi institutionis naturæ ad operandum tali, vel tali modo. Sic enim materia habet potentiam ad omnes formas, nõ tamen ad illas simul recipiendas. Lege quæ docui in physica tract. 5. q. 6 dubit. 1. & 2. n. 13. vbi aliquo modo probaui hanc rationem sumptam ex determinatione Dei.

Incapacitas naturaliter duarũ eiusmodi actionũ nõ arguit incapacitatem supernaturaliter.

Secundum quod displicet est illa consequentia. Terminus non est naturaliter capax duarum actionum, ergo neque supernaturaliter; hæc enim consequentia semper à me impugnata est, Quare non est cur hic repetam.

Tertium esset examinandum qua ratione fiat, & sit necessaria determinatio diuina, de qua disi in physica loco cit. sed non vacat omnia hic examinare, præsertim, cum de ea te agendum sit in methaphysica.

DVBITATIO VI.

An idem possit ab eodem agente produci in quolibet plurium instantium.

1 DE hac Marf. 1 de Gen. q. 9. Sax. q. 8. Mircta 1. phys. tr. de princ. indiu. Mas. tract. de caus. & nos egimus in 5. phys. loc. cit. vbi disputatum est tàm de productione successiuorum, quàm permanentium, relata opinione communi, quæ distinguit successiua à permanentibus; quod successiua ita sunt addicta tempori, in quo producuntur, vt non possint eadem numero produci in alio tempore, etiam per absolutam potentiã Dei; sicut hoc tẽpus numero quod est in duratione hac imaginaria non potest esse in alia. Et ita motus, qui est in hoc tempore non potest esse in alio: nam alioqui posset idem successiuum siue motus, siue tempus reproduci contra commune axioma, quod ad præteritum non est potentia. Et quod hoc solo priuatur Deus, vt præteritum non sit præteritum, atque adeò non potest fieri præsens. Permanentia autem non ita eo quod sunt possibilia in quolibet instanti; itaut idem numero ignis, qui potest esse in instanti A. potest esse etiam in instanti B. eò quod principium indiuiduans non pendet ab hoc, vel illo instanti.

Successiua in quo distinguãtur à permanentibus.

Ad præteritum non est potentia.

2 Verum Marsil. & Saxonia etiam permanentia, quæ possunt produci in instanti B. non possunt produci in instanti A. Fundamentum, quia effectus pendens à pluribus causis, variata vna causa, variatur principiũ indiuiduans effectum, tum quia variatur actio; tum quia variatur ordo effectus ad causam iuxta variationem principij, à quo est; sed omnes causæ, quæ sunt in hoc instanti productiuæ effectus, non possunt esse in alio instanti, quia inter alias causas est influxus cœlorum, qui perpetuo variatur, quia nunquam est idem aspectus omnium syderum respectu eiusdem partis orbis. Confirmant, quia alioqui non esset ratio cur idem numero effectus semel productus non possit reproduci in alio instanti. Alij tamen volunt omne ens siue successiuum, siue permanens secundum rationem positiuam, quam dicunt posse produci in pluribus instantibus; non autem secundum rationem negatiuam, quam includunt. Verùm de hac re videnda sunt quæ diximus loco citato; vbi etiam posita sunt fundamenta, quibus solui possunt argumenta contraria.

Permantia in vno instanti producibilia non ponuntur in alio produci.

Aliorum in hoc opinio.

DVBITATIO VII.

An eadem forma possit informare plures materias.

DE hac dixi tract. 6. q. 6. d. 5. vbi ostẽdi nullam formam siue diuisibilem siue indiuisibilem esse posse extra materiã sibi adæquatam, & indiuisibilem esse naturaliter in diuersis partibus sui corporis, cum sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius, quod etiam de animabus perfectorum animalium asserunt Thomistæ; qui consequenter asserere debent, omnes partes materiæ concurrisse adæquatè, & indiuisibiliter suo genere ad eductionem illius animæ, quia ibi est vnus concursus iuxta exigentiam formæ. 1

Forma indiuisibilis quo modo sit in diuersis sui corporis partibus.

3. Portionem formæ diuisibilis eductã ex portione materiæ B, non posse esse in portione materię A; quia cum eductio vel sit essentialiter vnio formæ cum materia, vel connaturaliter exigit vnionem cum portione materiæ, ex qua educitur, non potest eadem vniri cum alia portione, quia eadem entitas numero esset in diuersis locis. quia vero illa exigit materiam, & formã esse simul penetratas in eodem spatio. Confir. ex opinione dicentium formæ vnitatem numericam sumi ex vnitate portionis materiæ, ex qua educitur, de qua opinione dictum est in physicis.

Formæ diuisibilis portio educta, ex vna portione materia non potest esse in alia.

Ea

Superfluitas non bene probat, eundem effectum non produci naturaliter per duas actiones, & cur.

ideo nihil videtur addendum, nisi quod ab aliquo recentiori dicitur, non probari ex superfluitate actionis, naturaliter eundem effectum non produci per duas actiones simul totales, eo quod tunc superfluitas est absurda cum ex illa sequitur aliud absurdum, in quo apertè fallitur, nam ponere ipsam superfluitatem in operibus naturæ, est ex se absurdum: sicut & deficere in necessarijs ex illo Axiomate; quod natura, vt non deficit in necessarijs, ita refugit superflua; Hæc obiter, plura dicturus, si occasio dabitur. Deinde quod alij addunt actualem dependentiam essentialiter excludere aliam dependentiam, & non solùm connaturaliter, est omnino falsum, quia dependentia actualis essentialiter non dicit nisi effectum habere esse ab al quo, at hoc non dicit essentialiter quin possit habere ab alio, sed connaturaliter, eo quod illi esset superflua, quod refugit natura.

Superfluitatem in natura operibus ponere absurdum est.

Dependentia actualis quid dicat essentialiter.

Secundò non probari quod ab aliquibus dicitur non licere argumentari à superfluitate in physicis vitanda ad vitandam superfluitatem in actibus intentionalibus, vt v.g. ponere duas vbicationes in eodem corpore. Ergo non possunt poni duæ visiones eiusdem speciei circa diuersa obiecta, v.g Petrum, & Paulum, nam si ponantur termini proportionati, absurdum superfluitatis sequitur eodem modo, nam sicut est absurdum poni duas visiones circa eundem Petrum; ita ponere duas vbicationes in eodem corpore respectu eiusdem spatij. Et sicut non est absurdum ponere duas visiones circa Petrum, & circa Paulum; ita non est absurdum ponere duas vbicationes circa duo corpora in eodem spatio: imò de facto omnes entitates realiter distinctæ, quæ sunt in vno corpore habent proprias vbicationes.

Tertiò licet omnis effectus productus à causa creata possit idem numero produci à Deo cum contineat perfectiones omnium creaturarum, non tamen productus à causa creata potest idem numero produci ab alia causa patet quia ignis B. productus ab A. non potest producere B. quia continet intra suā virtutem suam causam, & hac ratione optimè D. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. ad 1. negauit causam vniuocam habere pro obiecto adæquato totam speciē, quia alias contineret, & posset producere seipsam. An autem idem numero effectus productus ab vna causa possit produci ab alia est quæstio, quæ pendet ex principijs, ex quibus sumitur indiuiduatio, nam qui dicunt sumi ex ordine ad talem causam negare debent posse produci ab alia: Qui verò id negant, non necessitari ad id negandum; sed de hac re in methaphysica, & videnda quæ diximus in physicis locis citatis.

Causa vniuoca cur nō potest habere pro obiecto adæquato totam speciem.

Quartò examino esse doctrinam aliquorum, qui, vt probent posse supernaturaliter eundem effectum produci à duabus causis totalibus, docent ex ratione physica causarum, & effectus posse naturaliter eundem effectum produci simul à duabus causis totalibus, quia alioquin si esset repugnantia physica, nec posset fieri supernaturaliter; & de facto nunc non dari dependentiam eiusdem effectus à duabus causis totalibus, quia ex lege Dei ordinaria determinationem vnius principij à Deo ad vnum effectum per influxū totalem excludere determinationem alterius causæ ad eundem effectum sicut ex lege Dei ordinaria causam, quæ semel exijt in actum circa vnum effectum siue ille effectus sit corruptus, siue existens, nō posse determinari ad reproductionem eiusdem.

3 In hac doctrina duo mihi displicent. Primum dum negant rationem physicæ repugnantiæ duarum actionum totaliter sumptum ex superfluitate actionum, nam cùm omnis actio naturæ sit propter finem præsente fine, cessat actio, atque adeò cum actio sit propter existentiam termini, posita per vnam actionem existentia termini, natura refugit elicere aliam actionem circa eundem terminum, quia frustra laboraret circa illum, de qua ratione dixi in physica loco citato. Dices. Tàm potentia actiua, quàm passiua dicunt ordinem ad illam duplicem actionem, cum vtraq; sit illis possibilis. Ergo si vtriusque actio ponatur in esse, nullum ponitur inconueniens, atque adeò ex naturis rerum non repugnat. Ergo illarum repugnantia circa eundem terminum debet oriri ab aliquo estrinseco, idest ex lege Dei. Resp. possibili posito in esse eo modo, quo est possibile, non sequitur inconueniens, sed possibilitas duarum actionum circa eundem terminum non est connaturaliter, vt sint coniunctim, sed diuisim; & ideò actiuum, & passiuum non habent vim connaturaliter illas simul producendi. Neque est necessaria admonitio, qua intimetur potentiæ ne exeat iterum in actionem circa eundem

Repugnantia physica duarum actionū totalium circa eundem effectū, oritā ab extrinsēco quare nō placeat.

eundem terminum, quia sufficienter est admonita ex vi institutionis naturæ ad operandum tali, vel tali modo. Sic enim materia habet potentiam ad omnes formas, nõ tamen ad illas simul recipiendas. Lege quæ docui in physica tract. 5. q. 6 dubit. 1, & 2. n. 12. vbi aliquo modo probaui hanc rationem sumptam ex determinatione Dei.

Incapacitas naturaliter duarũ eiusmodi actionũ nõ arguit incapacitatem supernaturaliter.

Secundum quod displicet est illa consequentia. Terminus non est naturaliter capax duarum actionum, ergo neque supernaturaliter; hæc enim consequentia semper à me impugnata est, Quare non est cur hic repetam.

Tertium esset examinandum qua ratione fiat, & sit necessaria determinatio diuina, de qua dixi in physica loco cit. sed non vacat omnia hic examinare, præsertim, cum de ea re agendum sit in methaphysica.

DVBITATIO VI.

An idem possit ab eodem agente produci in quolibet plurium instantium.

1 DE hac Mars. 2 de Gen. q. 9. Sax. q. 8. Murcia 1. phys. tr. de princ. indiu. Mas. tract. de caus. & nos egimus in 1. phys. loc. cit. vbi disputatum est tàm de productione successiuorum, quàm permanentium, relata opinione communi, quæ distinguit successiua à permanentibus; quod successiua ita sunt addicta tempori, in quo producuntur, vt non possint eadem numero produci in alio tempore, etiam per absolutam potentiã Dei; sicut hoc tẽpus numero quod est in duratione hac imaginaria non potest esse in alia. Et ita motus, qui est in hoc tempore non potest esse in alio: nam alioqui posset idem successiuum siue motus, siue tempus reproduci contra commune axioma, quod ad præteritum non est potentia. Et quod hoc solo priuatur Deus, vt præteritum non sit præteritum, atque adeò non potest fieri præsens. Permanentia autem non ita eo quod sunt possibilia in quolibet instanti; itaut idem numero ignis, qui potest esse in instanti A. potest esse etiam in instanti B. eò quod principium indiuiduans non pendet ab hoc, vel illo instanti.

Successiua in quo differunt à permanentibus.

Ad præteritum non est potentia.

2 Verum Marsil. & Saxonia etiam permanentia, quæ possunt produci in instanti B. non possunt produci in instanti A. Fundamentum, quia effectus pendens à pluribus causis, variata vna causa, variatur principiũ indiuiduans effectum, tum quia variatur actio; tum quia variatur ordo effectus ad causam iuxta variationem principij, à quo est; sed omnes causæ, quæ sunt in hoc instanti producti uæ effectus, non possunt esse in alio instanti, quia inter alias causas est influxus cœlorum, qui perpetuò variatur, quia nunquam est idem aspectus omnium syderum respectu eiusdem partis orbis. Confirmant, quia alioqui non esset ratio cur idem numero effectus semel productus non possit reproduci in alio instanti. Alij tamen volunt omne ens siue successiuum, siue permanens secundum rationem positiuam, quam dicunt posse produci in pluribus instantibus; non autem secundum rationem negatiuam, quam includunt. Verùm de hac re videnda sunt quæ diximus loco citato; vbi etiam posita sunt fundamenta, quibus solui possunt argumenta contraria.

Permanentia in vno instanti producibilia non ponuntur in alio produci.

Aliorum in hoc opinio.

DVBITATIO VII.

An eadem forma possit informare plures materias.

1 DE hac dixi tract. 6. q. 6. d. 5. vbi ostẽdi nullam formam siue diuisibilem siue indiuisibilem esse posse extra materiã sibi adæquatam, & indiuisibilem esse naturaliter in diuersis partibus sui corporis, cum sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius, quod etiam de animabus perfectorum animalium asserunt Thomistæ; qui consequenter asserere debent, omnes partes materiæ concurrisse adæquatè, & indiuisibiliter suo genere ad eductionem illius animæ, quia ibi est vnus concursus iuxta exigentiam formæ.

Forma indiuisibilis qu modo sit in diuersis sui corporis partibus.

3. Portionem formæ diuisibilis educta ex portione materiæ B, non posse esse in portione materiæ A; quia cum eductio vel sit essentialiter vnio formæ cum materia, vel connaturaliter exigit vnionem cum portione materiæ, ex qua educitur, non potest eadem vniri cum alia portione, quia eadem entitas numero esset in diuersis locis, quia vnio illa exigit materiam, & formã esse simul penetratas in eodem spatio. Confit. ex opinione dicentium formæ vnitatem numericam sumi ex vnitate portionis materiæ, ex qua educitur, de qua opinione dictum est in physicis.

Forma diuisibilis portio educta, ex vna portiore materiæ non potest esse in aliis.

Ea

Superfluitas non bene probat, eundem effectum non produci naturaliter per duas actiones, & cur.

Superfluitatem in naturæ operibus ponere absurdum est.

Dependentia actualis quid dicat essentialiter.

Ideo nihil videtur addendum, nisi quod ab aliquo recentiori dicitur, non probari ex superfluitate actionis, naturaliter eundem effectum non produci per duas actiones simul totales, eo quod tunc superfluitas est absurda cum ex illa sequitur aliud absurdum, in quo apertè fallitur, nam ponere ipsam superfluitatem in operibus naturæ, est ex se absurdum: sicut & deficere in necessarijs ex illo Axiomate; quod natura, vt non deficit in necessarijs, ita refugit superflua; Hæc obiter, plura dicturus, si occasio dabitur. Deinde quod alij addunt actualē dependentiam essentialiter excludere aliā dependentiam, & non solùm connaturaliter, est omnino falsum, quia depentia actualis essentialiter non dicit nisi effectum habere esse ab aliquo, at hoc non dicit essentialiter quin possit habere ab alio, sed connaturaliter, eo quod illi esset superflua, quod refugit natura.

Secundò non probari quod ab aliquibus dicitur non licere argumentari à superfluitate in physicis vitanda ad vitandā superfluitatem in actibus intentionalibus, vt v.g. ponere duas vbicationes in eodem corpore. Ergo non possunt poni duæ visiones eiusdem speciei circa diuersa obiecta, v.g Petrum, & Paulum, nam si ponantur termini proportionati, absurdum superfluitatis sequitur eodem modo, nam sicut est absurdum poni duas visiones circa eundem Petrum; ita ponere duas vbicationes in eodem corpore respectu eiusdem spatij Et sicut non est absurdum ponere duas visiones circa Petrum, & circa Paulum; ita non est absurdum ponere duas vbicationes circa duo corpora in eodem spatio: imò de facto omnes entitates realiter distinctæ, quæ sunt in vno corpore habent proprias vbicationes,

Causa vniuocatur nō potest habere pro obiecto adæquato totam speciem.

Tertiò licet omnis effectus productus à causa creata possit idem numero produci à Deo cum contineat perfectiones omnium creaturarum, non tamen productus à causa creata potest idem numero produci ab alia causa patet quia ignis B. productus ab A. non potest producere B. quia continet intra suā virtutem suam causam, & hac ratione optimè D. Tho. 1.p.q 45. art. 5. ad 1. negauit causam vniuocam habere pro obiecto adæquato totam speciē, quia alias contineret & posset producere seipsam. An autem idem numero effectus productus ab vna causa possit produci ab alia est quæstio, quæ pendet ex principijs, ex quibus sumitur indiuiduatio, nam qui dicunt sumi ex ordine ad talem causam negare debent posse produci ab alia: Qui verò id negant, non necessari ad id negandum; sed de hac re in methaphysica, & videnda quæ diximus in physicis locis citatis.

Quartò examino esse doctrinam aliquorum, qui, vt probent posse supernaturaliter eundem effectum produci à duabus causis totalibus, docent ex ratione physica causarum, & effectus posse naturaliter eundem effectum produci simul à duabus causis totalibus, quia alioquin si esset repugnantia physica, neque posset fieri supernaturaliter; & de facto nunc non dari dependentiam eiusdem effectus à duabus causis totalibus, quia ex lege Dei ordinaria determinationem vnius principij à Deo ad vnum effectum per influxū totalem excludere determinationem alterius causæ ad eundem effectum sicut ex lege Dei ordinaria causam, quæ semel exijt in actum circa vnum effectum siue ille effectus sit corruptus, siue existens, nō posse determinari ad reproductionem eiusdem.

3 In hac doctrina duo mihi displicent. Primum dum negant rationem physicæ repugnantiæ duarum actionum totalium sumptum ex superfluitate actionum, nam cùm omnis actio naturæ sit propter finem præsente fine, cessat actio, atque adeò cum actio sit propter existentiam termini, posita per vnam actionem existentia termini, natura refugit elicere aliam actionem circa eundem terminum, quia frustra laboraret circa illum, de qua ratione dixi in physica loco citato. Dices. Tàm potentia actiua, quàm passiua dicunt ordinem ad illam duplicem actionem, cum vtraq; sit illis possibilis, Ergo si vtriusque actio ponatur in esse, nullum ponitur inconueniens, atque adeò ex naturis rerum non repugnat. Ergo illarum repugnantia circa eundem terminum debet oriri ab aliquo extrinseco, idest ex lege Dei. Resp. possibili posito in esse eo modo, quo est possibile, non sequitur inconueniens, sed possibilitas duarum actionum circa eundem terminum non est connaturaliter, vt sint coniunctim, sed diuisim; & ideò actiuum, & passiuum non habent vim connaturaliter illas simul producendi. Neque est necessaria admonitio, qua Inritetur potentia ne exeat iterum in actionem circa

Repugnantia physica duarum actionū totalium circa eundem effectū, oritur ab extrinseco quare nō placeat.

eundem

eundem terminum, quia sufficienter est admonita ex vi institutionis naturæ ad operandum tali, vel tali modo. Sic enim mate tia habet potentiam ad omnes formas, nõ tamen ad illas simul recipiendas. Legite, quæ docui in physica tract. 5. q. 6 dubit. 1. & 2. n. 13. vbi aliquo modo probaui hanc rationem sumptam ex determinatione Dei.

Incapacitas naturaliter duarũ eiusmodi actionũ nõ arguit incapacitatem supernaturaliter.

Secundum quod displicet est illa consequentia. Terminus non est naturaliter capax duarum actionum, ergo neque supernaturaliter; hæc enim consequentia semper à me impugnata est, Quare non est cur hic repetam.

Tertium esset examinandum qua ratione fiat, & sit necessaria determinatio diuina, de qua dixi in physica loco cit. sed non vacat omnia hic examinare, præsertim, cum de ea re agendum sit in methaphysica.

DVBITATIO VI.

An idem possit ab eodem agente produci in quolibet plurium instantium.

1 DE hac Mars. 1 de Gen. q. 9. Sax. q. 8. Marcia 1. phys. tr. de princ. indiu. Mas. tract. de caus. & nos egimus in 1. phys. loc. cit. vbi disputatum est tàm de

Successiua in quo distinguatur à permanentibus.

productione successiuorum, quàm permanentium, relata opinione communi, quæ distinguit successiua à permanentibus; quod successiua ita sunt addicta tempori, in quo producuntur, vt non possint eadem numero produci in alio tempore, etiam per absolutam potentiã Dei; sicut hoc tẽpus numero quod est in duratione hac imaginaria non potest esse in alia. Et ita motus, qui est in hoc tempore non potest esse in alio: nam alioqui posset idem successiuum siue motus, siue tempus reproduci contra commune axioma, quod ad præteritum non est potentia.

Ad præteritum non est potentia.

Et quod hoc solo priuatur Deus, vt præteritum non sit præteritum, atque adeò non potest fieri præsens. Permanentia autem non ita eo quod sunt possibilia in quolibet instanti; itaut idem numero ignis, qui potest esse in instanti A. potest esse etiam in instanti B. eò quod principium indiuiduans non pendet ab hoc, vel illo instanti.

2 Verum Marsil. & Saxonia etiam permanentia, quæ possunt produci in instanti B. non possunt produci in instanti A. Fundamentum, quia effectus pendens à pluribus causis, variata vna causa, variatur princ. piũ indiuiduans effectum, tum quia variatur actio; tum quia variatur ordo effectus ad causam iuxta variationem principij, à quo est; sed omnes causæ, quæ sunt in hoc instanti productiuæ effectus, non possunt esse in alio instanti, quia inter alias causas est influxus cœlorum, qui perpetuò variatur, quia nunquam est idem aspectus omnium syderum respectu eiusdem partis orbis.

Permantia in vno instanti producibilia non ponuntur in alio produci.

Aliorum in hoc opinio.

Confirmant, quia alioqui non esset ratio cur idem numero effectus semel productus non possit reproduci in alio instanti. Alij tamen volunt omne ens siue successiuum, siue permanens secundum rationem positiuam, quam dicunt posse produci in pluribus instantibus; non autem secundum rationem negatiuam, quam includunt. Verùm de hac re videnda sunt quæ diximus loco citato; vbi etiam posita sunt fundamenta, quibus solui possunt argumenta contraria.

DVBITATIO VII.

An eadem forma possit informare plures materias.

Forma indiuisibilis quomodo sit in diuersis sui corporis partibus.

1 DE hac dixi tract. 6. q. 6. d. 5. vbi ostẽdi nullam formam siue diuisibilem siue indiuisibilem esse posse extra materiã sibi adæquatam, & indiuisibilem esse naturaliter in diuersis partibus sui corporis, cum sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius, quod etiam de animabus perfectorum animalium asserunt Thomistæ; qui consequenter asserere debent, omnes partes materiæ concurrisse adæquatè, & indiuisibiliter suo genere ad eductionem illius, animæ, quia ibi est vnus concursus iuxta exigentiam formæ.

Formæ diuisibilis portio, educta ex vna portione materiæ non potest esse in alia.

3. Portionem formæ diuisibilis educta ex portione materiæ B, non posse esse in portione materię A; quia cum eductio vel sit essentialiter vnio formæ cum materia, vel connaturaliter exigit vnionem cum portione materiæ, ex qua educitur, non potest eadem vniri cum alia portione, quia eadem entitas numero esset in diuersis locis, quia vnio illa exigit materiam, & formã esse simul penetratas in eodem spatio. Confit. ex opinione dicentium formæ vnitatem numericam sumi ex vnitate portionis materiæ, ex qua educitur, de qua opinione dictum est in physicis.

Superfluitas non bene probat, eundem effectum non produci naturaliter per duas actiones, & cur.

Superfluitatem in natura operibus ponere absurdum est.

Dependentia actualis quid dicat essentialiter.

ideo nihil videtur addendum, nisi quod ab aliquo recentiori dicitur, non probari ex superfluitate actionis, naturaliter eundem effectum non produci per duas actiones simul totales, eo quod tunc superfluitas est absurda cum ex illa sequitur aliud absurdum, in quo apertè fallitur, nam ponere ipsam superfluitatem in operibus naturæ; est ex se absurdum: sicut & deficere in necessarijs ex illo Axiomate; quod natura, vt non deficit in necessarijs, ita refugit superflua; Hæc obiter, plura dicturus, si occasio dabitur. Deinde quod alij addunt actualē dependentiam essentialiter excludere aliā dependentiam, & non solùm connaturaliter, est omnino falsum, quia depentia actualis essentialiter non dicit nisi effectum habere esse ab aliquo, at hoc non dicit essentialiter quin possit habere ab alio, sed connaturaliter, eo quod illi esset superflua, quod refugit natura.

Secundò non probari quod ab aliquibus dicitur non licere argumentari à superfluitate in physicis vitanda ad vitandā superfluitatem in actibus intentionalibus, vt v.g. ponere duas vbicationes in eodem corpore. Ergo non possunt poni duæ visiones eiusdem speciei circa diuersa obiecta, v.g Petrum, & Paulum, nam si ponantur termini proportionati, absurdum superfluitatis sequitur eodem modo, nam sicut est absurdum poni duas visiones circa eundem Petrum; ita ponere duas vbicationes in eodem corpore respectu eiusdem spatij Et sicut non est absurdum ponere duas visiones circa Petrum, & circa Paulum; ita non est absurdum ponere duas vbicationes circa duo corpora in eodem spatio: imò de facto omnes entitates realiter distinctæ, quæ sunt in vno corpore habent proprias vbicationes.

Tertiò licet omnis effectus productus à causa creata possit idem numero produci à Deo cum contineat perfectiones omnium creaturarum, non tamen productus à causa creata potest idem numero produci ab alia causa pater quia ignis B. productus ab A. non potest producere B. quia continet intra suā virtutem suam causam, & hac ratione optimè D. Tho. 1. p. q 45. art. 5. ad 1. negauit causam vniuocam habere pro obiecto adæquato totam speciē, quia alias contineret, & posset producere seipsam. An autem idem numero effectus productus ab vna causa possit produci ab alia est quæstio, quæ pendet ex principijs,

Causa vniuoca cur nō potest habere pro obiecto adæquato totam speciem.

ex quibus sumitur indiuiduatio, nam qui dicunt sumi ex ordine ad talem causam negare debent posse produci ab alia: Qui verò id negant, non necessitari ad id negandum; sed de hac re in methaphysica, & videnda quæ diximus in physicis locis citatis.

Quartò examin. esse doctrinam aliquorum, qui, vt probent posse supernaturaliter eundem effectum produci à duabus causis totalibus, docent ex ratione physica causarum & effectus posse naturaliter eundem effectum produci simul à duabus causis totalibus, quia alioquin si esset repugnantia physica, neque posset fieri supernaturaliter, & de facto nunc non dari dependentiam eiusdem effectus à duabus causis totalibus, quia ex lege Dei ordinaria determinationem vnius principij à Deo ad vnum effectum per influxū totalem excludere determinationem alterius causæ ad eundem effectum ficut ex lege Dei ordinaria causam, quæ semel exijt in actum circa vnum effectum siue ille effectus sit corruptus, siue existens, nō posse determinari ad reproductionem eiusdem.

3 *Repugnantia physica duarum actionū totalium circa eundem effectū, oritur ab extrinseco quare nō placeat.*

In hac doctrina duo mihi displicent. Primum dum negant rationem physicæ repugnantiæ duarum actionum totalium sumptum ex superfluitate actionum, nam cum omnis actio naturæ sit propter finem, præsente fine, cessat actio, atque adeò cum actio sit propter existentiam termini, posita per vnam actionem existentia termini, natura refugit elicere aliam actionem circa eundem terminum, quia frustra laboraret circa illum, de qua ratione dixi in physica loco citato. Dices. Tàm potentia actiua, quàm passiua dicunt ordinem ad illam duplicem actionem, cum vtraque sit illis possibilis, Ergo si vtriusque actio ponatur in esse, nullum ponitur inconueniens, atque adeò ex naturis rerum non repugnat. Ergo illarum repugnantia circa eundem terminum debet oriri ab aliquo extrinseco, idest ex lege Dei. Resp. possibili posito in esse eo modo, quo est possibile, non sequitur inconueniens, sed possibilitas duarum actionum circa eundem terminum non est connaturaliter, vt sint coniunctim, sed diuisim; & ideò actiuum, & passiuum non habent vim connaturaliter illas simul producendi. Neque est necessaria admonitio, qua irritetur potentiæ ne exeat iterum in actionem circa

eundem

eundem terminum, quia sufficienter est admonita ex vi institutionis naturæ ad operandum tali, vel tali modo. Sic enim materia habet potentiam ad omnes formas, nō tamen ad illas simul recipiendas. Legite quæ docui in physica tract. 5. q. 6 dubit. 1, & 2. n. 12. vbi aliquo modo probaui hanc rationem sumptam ex determinatione Dei.

Incapacitas naturaliter duarū eiusmodi actionū nō arguit incapacitatem supernaturaliter.

Secundum quod displicet est illa consequentia. Terminus non est naturaliter capax duarum actionum, ergo neque supernaturaliter; hæc enim consequentia semper à me impugnata est, Quare non est cur hic repetam.

Tertium esset examinandum qua ratione fiat, & sit necessaria determinatio diuina, de qua dixi in physica loco cit. sed non vacat omnia hic examinare, præsertim, cum de ea re agendum sit in methaphysica.

DVBITATIO VI.

An idem possit ab eodem agente produci in quolibet plurium instantium.

1 DE hac Mars. 1 de Gen. q. 9. Sax. q. 8. Marcia 1. phys. tr. de princ. indiu. Mas. tract. de caus. & nos egimus in 1. phys. loc. cit. vbi disputatum est tàm de productione successiuorum, quàm permanentium, relata opinione communi, quæ distinguit successiua à permanentibus; quod successiua ita sunt addicta tempori, in quo producuntur, vt non possint eadem numero produci in alio tempore, etiam per absolutam potentiā Dei; sicut hoc tēpus numero quod est in duratione hac imaginaria non potest esse in alia. Et ita motus, qui est in hoc tempore non potest esse in alio: nam alioqui posset idem successiuum siue motus, siue tempus reproduci contra communne axioma, quod ad præteritum non est potentia. Et quod hoc solo priuatur Deus, vt præteritum non sit præteritum, atque adeò non potest fieri præsens. Permanentia autem non ita eo quod sunt possibilia in quolibet instanti; itaut idem numero ignis, qui potest esse in instanti A. potest esse etiam in instanti B. eò quod principium indiuiduans non pendet ab hoc, vel illo instanti.

Successiua in quo distinguātur à permanētibus.

Ad præteritum non est potentia.

2 Verum Marsil. & Saxonia etiam permanentia, quæ possunt produci in instanti B. non possunt produci in instanti A. Fundamentum, quia effectus pendens à pluribus causis, variata vna causa, variatur principiū indiuiduans effectum, tum quia variatur actio; tum quia variatur ordo effectus ad causam iuxta variationem principij, à quo est; sed omnes causæ, quæ sunt in hoc instanti productiuæ effectus, non possunt esse in alio instanti, quia inter alias causas est influxus cœlorum, qui perpetuò variatur, quia nunquam est idem aspectus omnium sydcrum respectu eiusdem partis orbis. Confirmant, quia alioqui non esset ratio cur idem numero effectus semel productus non possit reproduci in alio instanti. Alij tamen volunt omne ens siue successiuum, siue permanens secundum rationem positiuam, quam dicunt posse produci in pluribus instantibus; non autem secundùm rationem negatiuam, quam includunt. Verùm de hac re videnda sunt quæ diximus loco citato; vbi etiam posita sunt fundamenta, quibus solui possunt argumenta contraria.

Permantia in vno instanti producibilia non ponuntur in alio produci.

Aliorum in hoc opinia.

DVBITATIO VII.

An eadem forma possit informare plures materias.

DE hac dixi tract. 6. q. 6. d. 5. vbi ostēdi nullam formam siue diuisibilem siue indiuisibilem esse posse extra materiā sibi adæquatam, & indiuisibilem esse naturaliter in diuersis partibus sui corporis, cum sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius, quod etiam de animabus perfectorum animalium asserunt Thomistæ; qui consequenter asserere debent, omnes partes materiæ concurrisse adæquatè, & indiuisibiliter suo genere ad eductionem illius, animæ, quia ibi est vnus concursus iuxta exigentiam formæ. 1

Forma indiuisibilis qu modo sit in diuersis sui corporis partibus.

3. Portionem formæ diuisibilis educta ex portione materiæ B, non posse esse in portione materię A; quia cum eductio vel sic essentialiter vnio formæ cum materia, vel connaturaliter exigit vnionem cum portione materiæ, ex qua educitur, non potest eadem vniri cum alia portione, quia eadem entitas numero esset in diuersis locis, quia vnio illa exigit materiam, & formā esse simul penetratas in eodem spatio. Confir. ex opinione dicentium formæ vnitatem numericam sumi ex vnitate portionis materiæ, ex qua educitur, de qua opinione dictum est in physicis.

Forma diuisibilis portio, educta, ex vna portione materia non potest esse in alia.

Ex

Superfluitas non bene probat, eundem effectum non produci naturaliter per duas actiones, & cur.

Superfluitatem in naturæ operibus ponere absurdum est.

Dependentia actualis quid dicat essentialiter.

Ideo nihil videtur addendum, nisi quod ab aliquo recentiori dicitur, non probari ex superfluitate actionis, naturaliter eundem effectum non produci per duas actiones simul totales, eo quod tunc superfluitas est absurda cum ex illa sequitur aliud absurdum, in quo aperte fallitur, nam ponere ipsam superfluitatem in operibus naturæ; est ex se absurdum: sicut & deficere in necessarijs ex illo Axiomate; quod natura, vt non deficit in necessarijs, ita refugit superflua; Hæc obiter, plura dicturus, si occasio dabitur. Deinde quod alij addunt actualẽ dependentiam essentialiter excludere aliã dependentiam, & non solum connaturaliter, est omnino falsum, quia dependentia actualis essentialiter non dicit nisi effectum habere esse ab aliquo, at hoc non dicit essentialiter quin possit habere ab alio, sed connaturaliter, eo quod illi esset superflua, quod refugit natura.

Secundò non probari quod ab aliquibus dicitur non licere argumentari à superfluitate in physicis vitanda ad vitandã superfluitatem in actibus intentionalibus, vt v.g. ponere duas vbicationes in eodem corpore. Ergo non possunt poni duæ visiones eiusdem speciei circa diuersa obiecta, v.g Petrum, & Paulum, nam si ponantur termini proportionati, absurdum superfluitatis sequitur eodem modo, nam sicut est absurdum poni duas visiones circa eundem Petrum; ita ponere duas vbicationes in eodem corpore respectu eiusdem spatij Et sicut non est absurdum ponere duas visiones circa Petrum, & circa Paulum; ita non est absurdum ponere duas vbicationes circa duo corpora in eodem spatio: imò de facto omnes entitates realiter distinctæ, quæ sunt in vno corpore habent proprias vbicationes.

Tertiò licet omnis effectus productus à causa creata possit idem numero produci à Deo cum contineat perfectiones omnium creaturarum, non tamen productus à causa creata: potest idem numero produci ab alia causa patet quia ignis B. productus ab A. non potest producere B. quia continet intra suã virtutem suam causam, & hac ratione optimè D. Tho. 1. p. q 45. art. 5. ad 1. negauit causam vniuocam habere pro obiecto adæquato totam speciẽ, quia alias contineret & posset producere seipsam. An autem idem numero effectus productus ab vna causa possit produci ab alia est quæstio, quæ pendet ex principijs,

Causa vniuoca cur nõ potest habere pro obiecto adæquato totam speciem.

ex quibus sumitur indiuiduatio, nam qui dicunt sumi ex ordine ad talem causam negare debent posse produci ab alia: Qui verò id negant, non necessitari ad id negandum; sed de hac re in methaphysica, & videnda quæ diximus in physicis locis citatis.

Quartò examin. esse doctrinam aliquorum, qui, vt probent posse supernaturaliter eundem effectum produci à duabus causis totalibus, docent ex ratione physica causarum & effectus posse naturaliter eundem effectum produci simul à duabus causis totalibus, quia alioquin si esset repugnantia physica, neque posset fieri supernaturaliter, & de facto nunc non dari dependentiam eiusdem effectus à duabus causis totalibus, quia ex lege Dei ordinaria determinationem vnius principij à Deo ad vnum effectum per influxũ totalem excludere determinationem alterius causæ ad eundem effectum sicut ex lege Dei ordinaria causam, quæ semel exijt in actum circa vnum effectum siue ille effectus sit corruptus, siue existens, nõ posse determinari ad reproductionem eiusdem.

3 In hac doctrina duo mihi displicent. Primum dum negant rationem physicæ repugnantiæ duarum actionum totalium sumptum ex superfluitate actionum, nam cum omnis actio naturæ sit propter finem præsente fine, cessat actio, atque adeò cum actio sit propter existentiam termini, posita per vnam actionem existentia termini, natura refugit elicere aliam actionem circa eundem terminum, quia frustra laboraret circa illum, de qua ratione dixi in physica loco citato. Dices. Tàm potentia actiua, quàm passiua dicunt ordinem ad illam duplicem actionem, cum vtraq; sit illis possibilis, Ergo si vtrausque actio ponatur in esse, nullum ponitur inconueniens, atque adeò ex naturis rerum non repugnat. Ergo illarum repugnantia circa eundem terminum debet oriri ab aliquo extrinseco, idest ex lege Dei. Resp. possibili posito in esse eo modo, quo est possibile, non sequitur inconueniens, sed possibilitas duarum actionum circa eundem terminum non est connaturaliter, vt sint coniunctim, sed diuisim; & ideò actiuum, & passiuum non habent vim connaturaliter illas simul producendi. Neque est necessaria admonitio, qua intimetur potentiæ ne exeat iterum in actionem circa

Repugnantia physica duarum actionũ totalium circa eundem effectũ, oritũ ab extrinseco quare nõ placeat.

eundem

eundem terminum, quia sufficienter est admonita ex vi institutionis naturæ ad operandum tali, vel tali modo. Sic enim materia habet potentiam ad omnes formas, nõ tamen ad illas simul recipiendas. Legite quæ docui in physica tract. 5. q. 6 dubit. 1, & 2. n. 12. vbi aliquo modo probaui hanc rationem sumptam ex determinatione Dei.

Incapacitas naturaliter duarũ eiusmodi actionũ nõ arguit incapacitatem supernaturaliter.

Secundum quod displicet est illa consequentia. Terminus non est naturaliter capax duarum actionum, ergo neque supernaturaliter; hæc enim consequentia semper à me impugnata est, Quare non est cur hic repetam.

Tertium esset examinandum qua ratione fiat, & sit necessaria determinatio diuina, de qua dixi in physica loco cit. sed non vacat omnia hic examinare, præsertim, cum de ea re agendum sit in methaphysica.

DVBITATIO VI.

An idem possit ab eodem agente produci in quolibet plurium instantium.

1 De hac Marsi. 1 de Gen. q. 9. Sax. q. 8. Mureta 1. phys. tr. de princ. indiu. Mas. tract. de caus. & nos egimus in 1. phys. loc. cit. vbi disputatum est tàm de productione successiuorum, quàm permanentium, relata opinione communi, quæ distinguit successiua à permanentibus; quod successiua ita sunt addicta tempori, in quo producuntur, vt non possint eadem numero produci in alio tempore, etiam per absolutam potentiã Dei; sicut hoc tẽpus numero quod est in duratione hac imaginaria non potest esse in alia. Et ita motus, qui est in hoc tempore non potest esse in alio: nam alioqui posset idem successiuum siue motus, siue tempus reproduci contra commune axioma, quod ad præteritum non est potentia. Et quod hoc solo priuatur Deus, vt præteritum non sit præteritum, atque adeò non potest fieri præsens. Permanentia autem non ita eo quod sunt possibilia in quolibet instanti; itaut idem numero ignis, qui potest esse in instanti A. potest esse etiam in instanti B. eò quod principium indiuiduans non pendet ab hoc, vel illo instanti.

Successiua in quo distinguãtur à permanentibus.

Ad præteritum non est potentia.

2 Verum Marsil. & Saxonia etiam permanentia, quæ possunt produci in instanti B. non possunt produci in instanti A. Fundamentum, quia effectus pendens à pluribus causis, variata vna causa, variatur principiũ indiuiduans effectum, tum quia variatur actio; tum quia variatur ordo effectus ad causam iuxta variationem principij, à quo est; sed omnes causæ, quæ sunt in hoc instanti productiuæ effectus, non possunt esse in alio instanti, quia inter alias causas est influxus cœlorum, qui perpetuò variatur, quia nunquam est idem aspectus omnium syderum respectu eiusdem partis orbis. Confirmant, quia alioqui non esset ratio cur idem numero effectus semel productus non possit reproduci in alio instanti. Alij tamen volunt omne ens siue successiuum, siue permanens secundum rationem positiuam, quam dicunt posse produci in pluribus instantibus; non autem secundum rationem negatiuam, quam includunt. Verùm de hac re videnda sunt quæ diximus loco citato; vbi etiam posita sun fundamenta, quibus solui possunt argumenta contraria.

Permantia in vno instanti producibilia non ponuntur in alio produci.

Aliorum in hoc opinio.

DVBITATIO VII.

An eadem forma possit informare plures materias.

De hac dixi tract. 6. q. 6. d. 5. vbi ostẽdi nullam formam siue diuisibilem siue indiuisibilem esse posse extra materiã sibi adæquatam, & indiuisibilem esse naturaliter in diuersis partibus sui corporis, cum sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius, quod etiam de animabus perfectorum animalium asserunt Thomistæ; qui consequenter asserere debent, omnes partes materiæ concurrisse adæquatè, & indiuisibiliter suo genere ad eductionem illius, animæ. quia ibi est vnus concursus iuxta exigentiam formæ. 1

Forma indiuisibilis quo modo sit in diuersis sui corporis partibus.

3. Portionem formæ diuisibilis educta ex portione materiæ B, non posse esse in portione materię A; quia cum eductio vel sit essentialiter vnio formæ cum materia, vel connaturaliter exigit vnionem cum portione materiæ, ex qua educitur, non potest eadem vniri cum alia portione, quia eadem entitas numero esset in diuersis locis, quia vnio illa exigit materiam, & formã esse simul penetratas in eodem spatio. Confir. ex opinione dicentium formæ vnitatem numericam sumi ex vnitate portionis materiæ, ex qua educitur, de qua opinione dictum est in physicis.

Formæ diuisibilis portio educta ex vna portione materiæ non potest esse in alia.

Ea

Exigentia effectus cũ efficiente diuersa est ab exigentia formæ cum materia.

Ex quo patet multò minus posse naturaliter vnã formam numero esse in duabus materijs inter se separatis, neq; dici potest educi ex illis adæquatè, vt dicitur de effectu respectu duorum efficientium, quia effectus non exigit esse in eodem spatio penetratiuè, cum sua causa efficiente, vt forma cum materia, vt dixi, ex hac ratione patet primò neque eandem numero portionem formæ posse successiuè esse in diuersis partibus separatis, quia vel esset in diuersis locis; vel si relicta vna parte esset in alia transiret de subiecto in subiectum, quod non potest intelligi qua ratione fiat; neque obstat actus nutritionis, quo animal nutritur, quia per nutritionem vt reparatur pars materiæ deperditæ, ita etiam pars formæ, non enim eadē portio diuisibilis formæ, quæ informabat portionem materiæ deperditæ transit in portionem materiæ, quæ additur, vt in lib. de anima.

2 *Formam vnam esse in omnibus animalium suppositis absurdum.*

Ex quibus patet 2. delirami, & bellulnam esse opinionem dicentium in omnibus suppositis animalium esse vnam numero formam, atque adeò omnia Bruta esse eiusdem speciei, & solùm differre accidentibus, & figuris. Nam variæ dispositiones indicant diuersas formas, sicut diuersas operationes diuersa principia; Cōfirmatur quia nullum aňl posset mori, q̃a formæ cuiuslibet animalis essent cōnaturales omnes dispositiones, vnde manere potest forma in qualibet portione materiæ, quæ habet nouas dispositiones, etiam si sint contrariæ præcedentibus. Confir. alij quia sequeretur omnes operationes, quæ essent in vno supposito esse in alio: vnde dolor ex scissione continui, quæ esset in pede vnius, sentiretur ab alio supposito, vt offensio pedis, affert dolorem animæ, quæ est in capite: sed hæc ratio habet difficultates, quæ afferuntur contra replicationem hominis in diuersis locis, quos examinare hic non vacat; nec licet ob vitandam confusionem materiæ, quæ tractatur in proprijs locis.

Vna anima rationalis non potest esse in diuersis suppositis.

3. Patet animam rationalem eandem numero non posse esse in diuersis suppositis inter se separatis, vt contra Auer. ostendemus in lib. de anima, dum ponit vnum intellectum in omnibus hominibus; sed Dices cor potest esse in diuersis partibus eiusdem corporis, vt in capite, & pede, cū non possit naturaliter esse in diuersis diuersorum suppositorum. Resp. rationem sumi ex fine naturæ, nam cum à natura sit institutum vt operationes omnes animales pēdeāt ab vno principio, debent omnes partes à quibus sunt operationes habere connexionem cum illo principio siue immediatè, siue mediatè per neruos, arterias, venas, & alia ligamenta, siue illud principium sit cor siue, cerebrum, siue epar; At hæc cōnexio non potest esse in seperatis suppositis, cum spiritus, & influxus principij non possint peruenire ad separata supposita, vnde videmus animam rationalem statim desinere naturaliter informare membrum totaliter abscissum; & quod D. Dionysius caput suum abscissum manibus portauerit, id fuit miraculosè, quare manet difficultas de potentia absoluta.

DVBITATIO VIII.

An de potentia absoluta possit vna forma informare plures materias.

1 *Affirmatiua est prima opinio de materijs inadæquatis.*

PRima opinio est dicentium, Deum posse eleuare formã ad informãdas plures materias inadæquatas suæ virtuti informatiuæ, quia nulla est repugnantia, cum possit eandem approximare diuersis materijs dispositis ad illam recipiendam. At negat posse eleuare ad informandas plures materias quarum singulæ sint adæquatæ virtuti informatiuę quia cum virtus informatiua sit finita non potest habere actus extra latitudinē sui termini, quare informãdo vnam materiam sibi adæquatam, non poterit aliam informare; quod si dicas nō posse ex viribus naturalibus, sed posse per vires eleuatas per potentiam Dei; sed contra, quia licet Deus possit eleuare causas naturales in genere causæ efficientis ad producendos effectus vltra vires causarum naturalium, non tamen potest eleuare in genere causæ formalis formam ad informandam vltra vires naturales, quia cum informatio repugnet diuinæ pfectioni nō potest dare vires informatiuas per eleuationem. Neq; dicas, Deum in genere causæ efficientis eleuare formam ad informãdum, nam cum virtus eleuata indigeat virtute eleuante ea debet eleuare in eodem genere quo indiget virtus eleuata vt excedat in suo genere actum sibi naturalem, at cum informatio exigat esse à virtute informatiua, si hæc ex vi efficientiæ diuinæ non crescit, neque potest crescere eius effectus, quia Deus ex vi suæ efficientiæ præcisè non potest producere informationem

nem sine concursu causæ formalis, quem concursum virtus informatiua non potest præstare vltra suas vires.

Secundò à posteriori, nam in eadem forma possent esse actus formaliter incompossibiles, vt in vna materia amare Deū, & in alia odio illum habere; in vna lachrymari; & in alia ridere, in vna moueri, & in alia quiescere; & sic consequenter. At hi actus non possūt esse simul, ergo forma potest esse simul in duabus separatis materijs.

2 *Affirmat secunda & de materiis adæquatis.*

Secunda opinio est dicentium de potentia absoluta posse eandem formam nō solum informare diuersas partes materiæ inadæquatas, sed etiam diuersas materias, quarum singulæ sint adæquatæ virtuti informatiuæ. Hanc fusè probaui 1. tom. opusc. libr. 3. tract. vlt. vbi ostendi virtutē informatiuam non esse minùs obedientialiter suppositam imperio diuino, quàm virtutem effectiuam. Non enim apparet cur possit eleuari ad producendum frigus, quæ est actio contraria calori, & non possit eleuari virtus informatiua ad informandum subiectum sibi connaturaliter improportionatum. Sicut enim calor nullam habens virtutem connaturalem ad frigefaciendum potest frigefacere ex imperio diuino, ita virtus informatiua, cum hæc non eleuatur ad causalitatem sibi contrariam, quia eleuatur ad informationem, & tamen habet aliquam improportionem respectu subiecti informabilis, quod excedit suam virtutem naturalem. Et hæc opinio mihi placet.

Virtus informatiua eodem modo subiacet diuinæ virtuti obedientialiter ac effectiua.

Resp. arg. 1. opinionis. Deus in tali eleuatione quomodo concurrat.

Vnde ad argumentum primæ opinionis respondetur formam eleuari ad informandum supra suas vires, adiuuante Deo non in genere causæ formalis, sed efficientis producendo simul cum virtute informatiua formæ informationem, seu vnionē formæ cum materia, neq; est nouum, causam adiutam ab alia causa posse in effectū maiorem, quàm posset sola; neq; nouum, vnum genus causæ adiuuari in suo genere concurrendi ab alio genere causæ, vt efficiens a ex materia magis disposita, ad concurrendum in suo genere adiuuat efficientem causam ad eductionem effectus perfectioris, vel secundum intensionem, vel secundum modum quia citiùs. Quare non mirum si Deus concurrendo per suas vires supernaturales efficienter ad vnionē formæ cum materia potest illam adiuuare ad maiorē actionē vltra materiam sibi adæquatam connaturaliter, & plures, quam possit naturaliter.

Confirmatur quia illa informatio indiuisibiliter est à forma, materia, & Deo cōcurrentibus singulis in suo genere; ergo Deus concurrendo ad illam informationē potest adiuuare alias causas producendo cum pluribus materijs plures vniones cum eadem forma, secundum potentiam obedientialem non enim video, cur intellectus nullas habens vires ad supernaturalitatem visionis possit per potentiam obedientialem, concurrere ad supernaturalitatem illius, & forma habens vires informatiuas materiales non possit habere vires obedientiales ad actus eiusdem rationis cum naturalibus, cum non eleuetur nisi ad informandum supra vires naturales, sed de hac re vide, quæ scripsi loc. cit.

Intellectus per potentiam obedientialem concurrit ad supernaturalitatem visionis, ita &c.

3 *Resp. ad 2. arg. 1. opin.*

Ad 2. argumentū plura dixi in physics; hic addo easdem difficultates esse in informationibus pluribus respectu diuersarum, & diuisarum materiarum inadæquatarū virtuti informatiuæ, vt patet applicanti.

Secundò easdem esse difficultates in eadē anima replicata quoad diuersa loca vt patet ex ijs, quæ dixi in materia de Eucharistia.

Forma quot operationum genera conueniant.

3 Ex doctrina communi duo genera operationum possunt formæ conuenire talium operationum intrinsecarum formæ sine exigentia materiæ, & hæ comitantur formam vbicumque sit, vnde non posset habere actus inter se incompossibiles qualis est odium, & amor, & similia.

Alterum dependentium à materia quales sūt ridere, & lachrymari, quia cum sint illi actus in diuersis subiectis nullam important repugnantiam, ita etiā dicitur de ijs quæ pendent à loco seu spatio, Legite quæ in physics scripsi.

4

Dices vna materia non potest informari duabus formis, ergo neque vna forma informare duas materias, quia sicut illud repugnat, quia inde sequeretur in vna essentia specifica includi duas species, quod repugnare patet ex incompossibilitate formarum ad faciendam vnam essentiam per se; nam ea vna forma fieret vna essentia habens duas materias essentialiter, atque adeo esset vna, & non vna.

En materia informata duabus formis non fieret vna essentia.

Resp. Ex dictis patere ex materia informata duabus formis nō fieri vnā essentiā, sed duas inter se distinctas inadæquatè .s. ratione formarum, & vnionū; non tamen ratione materiæ, quia in illa identificantur

fi

sicut duo concreta accidentalia in eodem subiecto, vt dulce, & album in lacte distinguũtur specie inadæquatè, quia sũt idẽ ratione subiecti. Quare similiter si vna forma informaret duplicem materiam essent distincta inadæquatè ratione materiæ, & vnionum, & non ratione formæ, vnde essent eiusdem speciei, & formaliter, sed materialiter distincta. At inquies maior identitas includit minorem, sed formalis identitas est maior quam materialis, ergo si sũt idem formaliter erunt etiam idem materialiter, Resp. distinctionẽ formalẽ, & materialem accipi posse physicè, & metaphysicè, quæ cum sumantur in ordine ad diuersa, diuerso modo inter se comparantur, nã cum identitas, & distinctio formalis metaphysica sumatur in ordine ad eandem realitatem vel diuersam, in qua fundatur conceptibilitas in ordine ad intellectum, & in eadem realitate fundẽtur diuersæ rationes formales metaphysicæ necessario identitas formalitatis infert identitatem realitatis, vnde illa identitas, vel distinctio formalis distinguitur à reali.

Distinctio formalis dupliciter accipitur.

5 At formalis, & identitas physica sumitur per ordinem ad formam physicam, & subiectum physicum, quare cum dicut formæ physicæ possunt esse in eodem subiecto, vt dulcedo, & albedo in lacte distinctio formalis, seu specifica physica potest esse cum identitate subiecti; & contra identitas formalis physica cum distinctione subiecti, vt albedo lactis, & calcis sunt idem formaliter physicè, & distinguuntur materialiter, & hinc fit vt identitas formalis duorum cõcretorum, non inferat identitatem materialem.

Identitas formalis duorum concretorũ cui non infert materialem.

Dices an quæ sunt distincta specie possint esse idem numero.

Resp. identitatem, & distinctionẽ numericam esse duplicem vnam intrinsecam ortam ex hæcceitate, & repugnat quæ sunt distincta specie esse idem numero. Alteram extrinsecam ortam ex subiecto, & non repugnat distincta specie esse idem numero vt albedo, & dulcedo in lacte sunt distincta specie, & vnum numero subiectiuè.

Identitas, & distinctio numerica duplex est.

DVBITATIO IX.

De influxu necessariò ad conseruationem duarum formarum incompossibilium in eadem materia.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò cum dictum sit, duas formas naturaliter esse incompossibiles in eadem materia, sed per potentiam Dei cõpossibiles, dubitatur qua ratione ex vi potentiæ Dei fiant compossibiles, & quod dicitur de formis substantialibus intelligendum proportionaliter est de formis accidentalibus inter se contrarijs. 1

Dubitatio in quo consistat, explicatur.

2. Not. incompossibilitatem formarum posse oriri ex triplici capite. primò ex natura formarum, quarum vna expellat sua virtute alteram ab eadem materia sicut corpus sua virtute expellit aliud corpus ab eodem loco. 2

Formarũ incompossibilitas vnde oriatur.

2. Ex natura materiæ, quæ non habeat virtutem sufficientem ad substentandas vtramque, vel earũm vniones.

3. Ex diuino influxu, quo, præsente vna forma in materia, desinit conseruare aliam iuxta exigentiam naturæ. Nos hic non quærimus de incompossibilitate formarũ ex propria virtute expulsiua, neque de ea quæ oritur ex defectu virtutis materialis, sed de ea, quæ oritur ex conseruatione Dei, nam sicut iuxta leges naturæ desinit conseruare vtramque, ita de potentia absoluta potest non desinere, sed vtramque conseruare, de qua quæritur. An eodem influxu quo Deus conseruabat vnam formam in materia, conseruet illã, cum est in materia simul cum alia forma. An vero exigatur maior influxus.

De qua nã incompossibitate hic quæritur.

3. Not. non esse difficultatem de huiusmodi influxus supernaturalitate; nam cum sit contra legem ordinariam naturæ, necessariò erit supra exigentiam naturæ; sed quia supernaturalitas potest esse quoad substantiam, quòd influxus secundùm suam essentiam sit supernaturalis, & secundùm modum .s. quod sit naturalis secundum essentiã, sed supernaturalis quoad modum, quia non præstatur secundum leges naturæ, vt dicitur de restitutione visus in cœco. 2

Supernaturalitas dupliciter esse potest.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium influxum conseruatiuum vnius formæ, existen-

tis

3 *Influxus conseruatiuus non sufficit ad conseruandam aliam formam in materia iam vna forma informata per primã opinionem.*

tis in materia, non esse sufficientem ad cõseruandam eandem formam sin eadem materia simul supernaturaliter informata forma alia incompossibili, sed requiri maiorem, & supernaturalem secundum substãtiam, quo conseruentur oppositæ eodem subiecto.

Ex quo inferunt, Deum non posse conseruare charitatem cum actu peccati, quia illa conseruatio esset supernaturalis, quæ non potest præstari à Deo circa actum peccati.

Fundamentum. Virtus calefactiua citiùs producit, & intensiorem effectum, absente contrario à materia, ac quando est præsens, vt experientia patet. Ergo præsentia contrarij variat actionem agentis; ergo effectus non potest conseruari per eandem actionem quando est præsens cõtrarium ac quando est absens, quia esse eandem actionem, & mutari repugnat. Confir. quia si calor, vt duo, absente frigore, potest habere actionem, vt duo, quam non potest habere præsente frigore, vt duo: quam tamen potest habere calidum, vt octo; ergo actio circa formam, præsente contrario, debet esse perfectior, quàm quando est absens, quia exigit maiorem virtutem, à qua est. Confir. a quia maior virtus in actu primo requiritur in agente producente calorem, conseruato in materia frigore, vt cõcedunt aduersarij, & ratio ostendit, ergo requiritur actio perfectior ad producendum calorem in illo subiecto quia si maioritas virtutis non requireretur propter actionem perfectiorem, impertinenter se haberet ad productionem caloris in materia frigida, quia sicut sufficit æqualis actio in præsentia, vel absentia frigoris, ita etiam per se æqualis virtus.

4 *Influxus Dei conseruatiuus naturaliter dupliciter considerari potest per 2. opinionẽ.*

Secunda opinio est dicentium, influxũ Dei conseruatiuum naturaliter posse considerari dupliciter; primò vt præstatur simul cum influxu alterius causæ, vt v.g. est conseruatio formæ educibilis à materia, quæ præstatur à Deo & simul ex communi ex materiæ influxu; & huiusmodi conseruatio si præstatur à Deo solo, necessariò debet augeri supplendo concursum alterius causæ.

Secundò vt præstetur à solo Deo, sed ad exigentiam alterius causę secundùm legem ordinariam sine illius influxu, & hic si præstatur contra legem ordinariam, non exigitur maior concursus secundùm substantiam licet sit supernaturalis secundùm modum, & huiusmodi est concursus, quo duæ formæ oppositæ conseruantur in eadẽ materia: nam qui sunt sufficientes ad singulas, quando sunt separatæ, erunt etiam sufficientes ad illas quando sunt coniunctæ contra legem ordinariam naturæ.

Fundamentum, quia Deus cõseruando formas oppositas simul non supplet defectum alicuius causæ; ergo qui est sufficiẽs ad conseruandas illas separatim, est sufficiens ad illas simul conseruandas; consequentia prob. quia non requiritur ex parte Dei, nam Deus simul illas conseruabat separatim influxu proportionato illis, neque ex parte formarum secundùm se, quia ipsę secundùm se non exigunt materiã, neq; ex parte formarum simul tempore existentiũ quia ita conseruabantur, neq; ex parte formarum vt vnitarum in eadem materia, quia simultas informationis eiusdem materiæ, non ponit necessitatem supplendi defectũ influxus alicuius causæ, cum supponatur, materiam præstare singulis influxum in suo genere; neque defectum in substantia formæ, quæ indigeat maiori influxu, quia supponimus, illam non variari secundùm substantiam. *Probatur primò secũda opinio.*

5 *Probatur secũdò secũda opinio.*

2. Prob. nam vel concursus identificatur cum forma, vel ab ea distinguitur; si primum manente concursu eodem manere debet forma cum qua identificatur, nam quæ sunt eadem realiter non possunt separari, nec vno existente, alterum non existere ob contradictionem ibi importatam.

Si secundum dicatur etiam sequitur, sufficere priorem concursum, quia ea vnione cũ alia forma, illa non est facta aut perfectior, aut imperfectior, vt egeat maiori cõcursu, sicut manente eodem obiecto immutato, impossibile est, non manere cognitionem, quæ erat illi adæquata.

Respondent, non manere concursum eundem in præsentia contrarij. *Probationẽ impugnant primò.*

Sed contra, quia calor antea conseruabatur à Deo, & subiecto, & à se ipso, sed nulla ex his causis aufertur in præsentia frigoris; ergo conseruatur vt antea.

Respondent 2. ea præsentia contrarij mutari necessariò concursum, quia quando erat solus non erat ibi resistentia, at adueniente frigore additur resistentia respectu conseruantis, vnde necessarius est maior influxus ad superandam resistentiam, quàm tunc respectu productionis caloris, sicut virtus B. potest sustinere pondus A. *Impugnãt secundò.*

at si A addatur aliqua maior resistentia, non poterit sustineri ab ipso B. sed requiritur maior influxus, & conatus.

Sed contra quia frigus adueniens nō resistit positiuè, sed solū negatiuè quatenus exigit ex natura sua, ne Deus præstet influxum conseruatiuum caloris, at Deus non est obligatus legi, vt neget influxum ad existentiam caloris, ergo præstando eundem influxum, eodem modo conseruabit calorē; sicut si manus teneat baculum manente eadem manus compressione, nunquam poterit ex illa abripi baculus, ita dicendum manente eodem influxu, non potest desinere existētia caloris, & sicut exigitur, vt Deus miraculosè conseruet cōpressionem manus etiam si fortior virtus velit mutare, ita miraculosè conseruat influxum etiam si frigus exigat illum non esse.

Impugnāt tertiò. Resp. 3. etiam si non mutetur natura formæ, tamen mutatur circumstantia .s. præsentia contrarij, at constat vnā actionem esse sufficientē ad prod. effectus in aliqua circumstantia, & insufficientem in alia, sicut calefactio B. quæ est sufficiens ad producendum calorem vt duo circa materiam distantem per palmum, non tamen ad illum producendum si distat per duos palmos. Neque dicas influxum illū non esse indifferentem vt producat, & non producat cum sit actualis influxus; Nam cum negetur, esse sufficientem, ex tali circumstantia consequenter negatur, manere cum sufficientia mutata circumstantia.

Influxus quia actualis non est indifferens.

7 Sed contra, quia ex vi illius circumstantiæ potest quidem fieri, vt exigatur, talem influxū nō existere, sed si ponatur cōtra illā exigentiam existere; non potest fieri quin sit adæquatus, vt erat antea. Sed nō placet, quia ille erat adæquatus respectu effectus in tali circumstantia, at non sic in alia circumstantia, vt dictum est de influxu in calorem vt duo; quare aliter Respondere debet, .s. dupliciter circumstantiam posse pertinere ad actionem. Primò intrinsecè, quæ .s. est necessaria ad actionem ex dependentia quàm habet virtus causæ ab illa quoad operandum; & ita, variata circum stantia, variatur actio, & effectus, vt dicitur in exemplo materiæ minùs, vel magis applicatæ agenti. Secundò intrinsecè, quatenus virtus agentis non dependet ab illa quoad actionem, quia non variatur virtus neque in se, neque quoad sphæram, sed est circumstantia impediens per quandam concomitantiam, & tunc non variatur actio, modò effectus maneat intra virtutem illius. Et talis est circumstantia formæ contrariæ respectu productionis alterius. Et hinc fit, vt ablato impedimento siue quoad actum primum, siue secundum, sequitur eadem actio, ac si non esset impedimentum; illud autem impedimentum Deus aufert per suam potentiam, quæ facit, vt forma in actu secundo non resistat introductioni alterius.

Circumstātia dupliciter pertinere potest ad actionem.

Circumstātia formæ contrariæ est circumstantia impediens.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

8 Prima concl. Determinatio huius quæstionis pendet à modo, quo vna forma resistat alteri, & actioni contrariæ, nam ex varia doctrina, quæ circa illam quæstionem affertur variari debet doctrina de perfectione, vel imperfectione actionis: nam si forma non solùm per se ipsam, sed etiam per suam actionem, seu virtutē actiuam resistit contrario agenti, necessariò ponenda est sicut maior virtus in agente; ita & perfectior actio, vt destruatur. Si verò non ita resistit, sed solùm sua informatione exigente desitionem conseruationis ad præsentiam contrarij, tunc posset vtraque pars defendi, licet probabilius sit sufficere eandem actionem. Quære sit.

Determinatio præsentis quæsti. à quo dependeat.

9 Secunda concl. probabile est actionem sufficientem ad conseruationem formæ in materia, absente forma incompossibili nō esse sufficientem ad illius productionem, & conseruationem, præsente forma incompossibili. Probant aliqui, quia illa actio esset supernaturalis: At actio supernaturalis est perfectior, quàm naturalis. Neque dicas, esse supernaturalem quoad modum, quatenus illa actio naturalis secundū in substantiam est contra exigentiam alterius formæ incompossibilis; atque adeò contra leges naturæ: nam illa conseruatio caloris, v.g. etiam si sit contra exigentiam frigoris, est naturalis calori, quia vnumquodque debet spectare suam vnitatem, & non quid exigat suum contrarium; alioqui omnis actio inter contraria esset supernaturalis, quia productio vnius esset contra exigentiam naturæ alterius. Sed hoc argumentum ob instantias, quas habet, facilè soluitur, nam inde ac ferretur omnes actiones supernaturales quoad modum, quia omnes illæ sunt contra exigentiam naturæ, & tamen sunt naturales quoad substantiā; Talis

Conclus. 2. prob. ab aliquibus.

Probatio huiusmodi ostenditur non sufficiens.

Talis enim est restitutio visus, quia est eiusdem perfectionis, ac ille, quo conseruabatur visus. Idem dicitur de conseruatione materiæ sine vlla forma; quod exemplum non admittunt Thomistæ. Tales etiã sunt actiones productiuæ duorum *vbi* in eodem corpore respectu eiusdem spatij, & conseruatio essentiæ sine passionibus. Neque obstat huic supernaturalitati, quod illa conseruatio sit vtilis, v.g. calori, sicut & productio frigiditati, quia quoad hanc supernaturalitatem non attenditur bonum priuatum, sed bonum publicum legis naturalis, quæ refugit duo opposita esse simul: vnde fit, vt etiam sit contra bonum priuatum quia calori etiam bonum est, & etiam frigori, vt non habeant inter se coniunctionem in vna materia, ne se mutuò impediant quoad actiones. Vnde Auctor naturæ ad præsentiam vnius non conseruat aliud ex lege naturæ, sed si vult, potest retenta conseruatione vnius, producere aliud contrarium; sicut anima non petit creari, nisi corpus sit dispositum; & tamẽ si Deus crearet illam sine dispositione corporis, esset actio quidem miraculosa quoad modum; nam creatio esset eiusdem rationis secundùm substantiam siue corpus sit dispositum, siue non. Neque inde fit, omnẽ actionem inter contraria esse supernaturalem, quia illa non solùm non est contra leges naturæ, sed est maximè necessaria vniuerso, vt inde resultent mixta, vt dicemus cum de mixtione.

Creatio animæ in corpore non dispesito esset miraculosa quoad modum.

Non omnis actio inter cõtraria est supernaturalis.

10

Aliorum ratio probans secundam conclusionem.

Secundò probant alij, quia si conseruatio, & non conseruatio rerum non penderet ex natura rerum, sed solùm esset ex voluntate Dei, sequeretur, naturas rerum non habere inæqualitatem quoad vires naturales agendi, & resistendi, sed illa inæqualitas tota referretur in voluntatem Dei conseruantis, vel non conseruantis. Quod si Deus vellet æqualiter conseruare contrarium ad potentiam alterius, omnia æqualiter agerent, & resisterent. Sed hæc ratio non probat; nam dupliciter potest voluntas Dei se applicare ad conseruationem, & ad agendum. Primò ex libera sua voluntate independenter ab exigentia causarum secundarum, & hac ratione omnia agerent, & resisterent secundùm Dei voluntatem, & non secundùm propriam naturam. Secundò iuxta exigentiam naturarum, & secundùm hanc rationem ex voluntate Dei non impeditur, quin vna virtus sit maior altera tam in agendo, quàm in resistendo. Vnde fit, vt vnum sit potentius altero. Confir. nã eadem difficultas est in opinione aduersariorum, dicentium, conseruari per maiorẽ influxum, quis ex voluntate Dei est, vt res non conseruetur, quia noluit præbere maiorem influxum.

Impugnatur hæc ratio aliorũ.

Voluntas Dei quot modis se applicat ad cõseruationem, actionemq.

Probatio Auctoris.

Ego probo hanc conclusionem ex argumentis, quæ adduxi pro prima opinione, quæ licet solui possent, tamen semper retinent aliquam probabilitatem, vt dicetur infra.

11

Cõseruatio formæ cum cõtrario in materia nõ est distincta substantialiter à conseruatione eiusdem sine contrario.

Tertia conclusio actio, qua conseruatur vnum contrarium in materia cum informatione formæ illi oppositæ, non est distincta secundùm substantiam ab actione, qua conseruabatur in absentia contrarij; nam licet natura rerum exigat vt Deus cesset à conseruatione, & productione vtriusque, tamen, quia est Dominus naturæ potest vtrumque simul, & conseruare, & producere per easdem actiones, quibus solitariè poterat producere, vel conseruare nã productiones illæ erant adæquatæ singulis, & ex coniunctione illorum in eadem materia non admittunt perfectiones, quas habebant, ergo neque admittunt adæquationem.

Dices, quod sicut virtus vnita est fortior ad agendum, ita virtutes resistitiuæ vnitæ in materia magis inter se resistunt, atque adeo requiritur maior virtus ad superandum illam resistentiam; sicut videmus guttulas aquæ se vnire ad præsentiam contrarij, vt resistant contrario.

Sed contra, quia resistentiæ harum formarum non sunt eiusdem rationis, sed cõtrariæ, & ideò non inter se vniuntur, vt resistant, sicut vniuntur partes virtutis actiuæ ad agendum, sed potiùs ea illa vnione debilitantur ad resistendum, cum vna impediat aliam; sicut cum duo agentia contraria applicantur eidem materiæ se mutuò impediunt ne producatur actio ita perfecta, vt exigunt eorum virtutes.

2. Prob. ex dictis in secunda opinione. Cætera autem, quæ ad hanc quæstionem pertinent, dicentur suo loco.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta primæ sententiæ.

12

Resp. 1. arg. primæ opinionis.

AD primum cum omnis actio sit à proportione maioris virtutis supra resistentiam passi dupliciter potest passũ se

O 2

se habere primò nudè sine aliqua resistentia, & ibi producit effectum in instanti posita applicatione actiui, quia nullam inuenit resistentiam, vt dicitur de productione hominis.

Secundò cum præsentia cōtrarij, & ibi producitur successiuè, sed citiùs, & tardiùs iuxta proportionē maioris inæqualitatis, quæ potest esse maior, & minor, quod si multiplicatur resistentia respectu eiusdē virtutis erit tardior, sed si multiplicatur virtus cum proportionata maioritate supra resistentiam producitur effectus æquali velocitate. At in casu nostro virtus, quæ poterat in duas resistentias separatim poni, ut etiam cum eadem maioritate in illas coniūctas; quare actio sufficiens ad conseruationem illarum formarum separatarum est ex se sufficiens ad illas conseruandas cōiunctas in eadē materia posita dispensatione in lege naturæ, per quā formæ incōpossibiles, ex lege naturæ, fiūt compossibiles.

Resp. cōfir. Ad confir. Resp. cum calidum vt octo habeat maioritatem supra resistentiā passi, quàm calidū vt duo; ideo ab illo est actio circa calorem vt duo, quam non potest habere calor vt duo; At hìc non agimus de virtute maiori, vel minori in actu primo, sed ipsarum actionum sufficientia ad ponendum terminum, & dicimus actionē, quæ est sufficiens ad ponendum terminū separatim manere eiusdem perfectionis si in eadem materia ex dispensatione maneat forma contraria ex vi eiusdem actionis, quæ priùs ibi conseruabatur etiam si sequiratur maior virtus ad illas simul conseruandas, quàm si vnam conseruaret, vt v. g. calefactio vt vnum circa subiectum, est eiusdem perfectionis cum calefactione vt vnum circa aliud subiectum, quod si illi duo calores ponantur in eodem per potentiam Dei, illæ calefactiones essent eiusdem perfectionis.

13 Resp. 2. arg. Ad 2. maiorem virtutem requiri ad ponēda simul tēpore duo cōtraria vnita quā separata, sed nō maioritate productiua, sed dominatiua supra legē naturæ, quia illa virtus vt producit nō eficit perfectiores operationes sm substātiam, sed secūdū modū quatenus sunt cōformes, vel difformes legi impositæ naturæ; sed de hac quæstione infra plura dicentur.

QVÆSTIO IV.

De subiecto generationis.

DVBITATIO I.

An materia prima sit subiectum generationis.

De hac quæstione non est controuersia inter Peripateticos, cum ex 2. de anima t. 24. pateat, materiā primā esse subiectum, & requirere dispositiones, nam cū ex se sit indifferens ad plures formas, requirit dispositiones, vt determinetur potiùs ad hanc, quàm illam formam substantialem. Solùm cōtrouersia est inter Aristotelem, & antiquos, quod cum antiqui negarent formas substantiales, totam substantiam rerum naturalium constituebant in partibus materialibus inter se vario modo cōpositis ex vi agentium naturalium, sicut arte facta ex vi agentis artificialis constituuntur ex varia compositione partium materiæ, vt patet ex domo, cathedra &c. Contra quos aliqua diximus in physica tractat. 4. & 5. & dicemus peculiari opusculo ad retundendam recentiorum contra doctrinam Aristot. scribentium audaciam. 1 *Subiectum generationis est materia prima.*

DVBITATIO II.

An materia immediatè vniatur formæ.

Respondeo immediationem posse accipi dupliciter. Primò vt excludit subiectum medium inter primam materiam, & formam. & de hac diximus in physica tract. 6. quæst. dub. 2. & aliqua dicentur infra. Secundò vt excludit dispositiones medias, itaut forma possit recipi in materia nuda spoliata omni dispositione, vt affirmant Thomistæ, & negat Communis; de qua dubitatione dixi in phys. tract. 6. q. 6. dubit. 4. & non est cur hîc repetantur. Quare solùm videndum est qualisnam sit dispositio necessaria ad formam, quæ potest esse, & substantialis, & accidentalis. Et quia antiquiores ponebant in materia formam corporeitatis substantialem coæuam ipsi materiæ, ideò de ea primò dicendum de qua licet sit tractatum in physica aliqua hîc addemus. Ideo sit tertia dubitatio. 1 *Immediatio huiusmodi dupliciter accipitur.* *Quid in hac videndum.*

DV.

DVBITATIO III.

An materia vt sit subiectum generationis requirat aliquam formam substantialem sibi coanam.

1 DE hac quæstione Auicenn. 1. sufficientiæ c. 2. Fons. 2. met. c. 2. quæst. 1. sect. 8. Suar. disput. 13. Metaphys. qui affert loca D. Thomæ, Caietan. & Ferrariēs. Capreol. in 2. dist. 15. q. 1. Ægid. tract. de pluritate formarum & nos fusè in 1. physicor. tract. 6. q. 3. dub. 2. vbi ostendi non dari formam corporeitatis, neque tot formas, quot sunt gradus metaphysici in cōposito. Quia tamen aliqui recentiores renouare cupientes antiquatas opiniones id affirmant; ideò de ea quæstione aliqua breuiter hic dicemus.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

In quo dissentiunt aut. circa materiam primā vt subiectū generationis.

Dispositionū duplex genus.

PRimò notandum, ab omnibus concedi, materiam primam esse subiectum generationis, sed dissentiunt in dispositione requisita, vt materia possit exercere hoc munus recipiendi generationem ad formas substantiales. Et quia dispositio ad formas substantiales potest esse vel substantialis per aliquam formam substantialem, vel accidentalis per formas accidentales. Ideò quæritur, an requiratur dispositio substantialis.

2 *Dispositio substantialis non præ requiritur ad omnem formam.*

Secundò notandum. Hanc dispositionē substantialem non posse prærequiri ad receptionem omnis formæ substantialis, quia ne detur processus in infinitum debet deueniri ad aliquam formam, quę immediatè recipiatur in ipsa materia, quæ disponat illam ad receptionem aliarum formarum.

Materia ex se non exigit aliquādispositionē, quæ tenet ad omnes formas insufficiens.

Tertiò notandum ex dictis in physicis tract. 5. q. 2. dubit. 2. materiam esse ex natura sua substantiam incompletam habentem indifferentiam ad omnes formas, atq; adeò à natura sua non potest exigere aliquam dispositionem, per quam destruatur eius potentia. Hæc autem destructio orietur si non posset recipere omnes formas. nam, licet per dispositiones aliquas determinetur ad hanc, vel illam formam, semper tamen manet potentia ad alias formas, ratione quarum potest priuari prædictis dispositionibus. Vnde si qua forma substātialis ponenda sit in materia, deberet esse talis, quæ compossibilis sit cum omni forma.

3 *Dispositio debet esse per imperfectiorem formam ad perfectiorem recipiendā.*

Quartò notandum, inter formas esse differentiam quandam gradualem perfectionem eo quod vna sit perfectior alia. Et hinc patet non posse in materia exigi per perfectiorem formam ad recipiendam imperfectiorem, quia hoc repugnat conceptui receptiui, & receptibilis, quia semper receptiuum dicitur esse in potentia ad receptibile, vt suum actum. Potentia autem est imperfectior suo actu. Quare si poni potest hæc dispositio, necesse est, vt sit per formam imperfectiorem respectu formæ receptibilis.

Quæstio hæc vbi tractatur.

Quintò notandum. Hanc quæstionem fusè tractari in libris de anima, vbi inquiritur, an in animali sint formæ partiales pro diuersitate organorum, an plures animæ pro diuersitate operationum vitalium; tractari etiam solet 1. physicor. de qua ego dixi loco citato, occasione sumpta ex natura materiæ, quam aliqui antiqui ponebant esse ens aliquod completum, & incorruptibile, nulla indigens completione formali, sed solum accidentali, quatenus diuersæ earum partes diuerso modo inter se copulentur. Et ita dicebant fieri rerum generationes, vt supra retuli. Alij verò illā ponebāt compositam ex omnibus formis latentibus tamen. Vnde generationem dicebant esse apparentiam illatum formarū, quæ latebant. Ita Anaxagoras, ad quam opinionem reuocantur ponentes inchoationem formarum apud Albertum de quatuor coæuis q. 2. & 1. metaph. tract. 1. per tot. vbi tractat de opinionibus antiquorum quid sentirent de natura materię.

Materia prima variæ opiniones antiquorum.

4 *Compositio materię ex forma dupliciter intelligi potest.*

Sextò notandum duplicitèr posse intelligi materiam esse compositam ex forma. Primò compositione ex his, quod scilicet, ipsa materia secundum suam essentiam componatur ex duabus partibus, vna potentiali, altera formali. Et hoc repugnare probat Albert. quia ipsa non esset primū subiectum omnium formarum, nam pars potentialis, ex qua ipsa componitur, esset prior, nam principia componentia sunt priora principiato.

Secundò compositione cum his, & in hoc sensu instituitur quæstio. An materia, debeat informari aliqua forma, vt possit recipere alias, de qua-

re.

re in physicis loco citato retuli quatuor opiniones, vt ibi videre licet; nam ibi ostendi primò non esse essentialiter trinā dimensionem, 2. non esse ens completū completione mixtionis ex pluribus formis, vt ibi contra antiquos probaui, 3. non esse completum completione compositionis, quia deberet eius essentia constare ex receptiuo, & receptibili, 4. non constitui eius essentiam ex al qua forma specifica, vt ibi fusè, 5. non esse compositum ex forma generica 6 non esse ens completum simplex, 7. non esse completum in ratione corporis Hæc omnia ibi ostendi; Nune solùm quærimus. An vt recipiat formas specificas exigat informari forma corporeitatis, qua fiat apta ad generationes & recipiēdas illas formas, & q a hoc tripliciter fieri potest primò vt materia recipiat immediatè formas specificas, sed pparata per formam corporeitatis. 2. vt illas recipiat mediante forma corporeitatis, ita vt forma i formet materia mediante informatione qua immediatè informat formam corporeitatis. Tertiò potest tam materia, quàm forma corporeitatis immediatè informari per formam specificam, ita vt vtraque habeat rationem immediatam subiecti, nec vna possit informari, quin etiam informetur alia de qua omnissa quæstione vn uersali de hac speciali dubitatione erit agendum breuiter tamē, ex quo partim in physica, partim in lib. de anima vniuersaliter tractatur.

Quid hic quæritur.

ARTICVLVS II.

Opinio ponentium formam corporeitatis cum suis fundamentis.

5 *Materia exigit corporeitatis formam ad alias recipiendas secundum aliquos, & cur.*

PRima opinio est ponentium materiā exigere formam corporeitatis, vt possit recipere alias. Fundamentum, quia omnis actio physica ab agente physico non potest esse, nisi circa corpus. At materia constituitur ratione corporis per formam corporeitatis. Ergo hæc requiritur, vt materia possit recipere, actionem generatiuā agentis physici, atque adeo, vt possit recipere formam, quæ est terminus agentis physici.

2. Probant quia non repugnat, esse plures formas substantiales in eadem materia vt patet ex viuentibus in quorum partibus sunt formæ propriæ organorum, & partium heterogenearum, & præterea anima informans omnes illas partes, vt Scotistæ quam ipsi vocant communem.

3. Quia corpus vt contra distinguitur ab anima dicit aliquam formam substantialem, sed non potest dicere nisi formam corporeitatis. Ergo. maior prob. ex mysterio eucharistiæ, vbi ex vi verborum non ponitur anima, & tamen ponitur corpus; ergo corpus non dicit animam, nec dicit solam materiā, q̄ præcisa à forma non est corpus, tum quia corpus ponitur in recta linea substantiæ vt genus subalternum, cuiusmodi non est materia nuda.

Tum quia si diceret materiam cum talibus accidentibus actio sacramentalis, non magis esset transubstantiatio, quàm transaccidentatio cum vtrumque veniat ex vi verborum, imò cum compositum denominetur ex forma magis quà n ex subiecto, illud non esset compositum substātiale, sed accidentale.

Tum 3. quia homo constat essentialiter ex corpore, & anima, ergo corpus non dicit animam, sed aliam formam non accidentalem, sed substantialem, alioqui accidentia ingrederentur essentiam hominis. 6

4. Quia inter se differunt essentialiter, vt v g. caput à manu & non per animā, quia vtrumque informatur anima, ergo per formas partiales; q si dicas, sufficere formam cōstitui per partes heterogeneas ad differentiam partium; tunc contra obiicitur q differentia essentialis inter partes homini iis, qui informantur eadem anima speciali, & indiuisibili.

Confirmatur, quia posita causa sufficienti ad effectum, ponitur effectus, quia quādo causa est necessaria non potest naturaliter suspendi eff ctus sed forma corporeitatis est effectus necessariò consequens ad dispositiones positas sibi sufficientes: sed hæ dispositiones necessariò ponuntur dū producuntur formæ determinatæ speciei, nam cum illæ formæ sint perfectiores requirunt dispositiones perfectiores. Vt aūt acquirantur perfectiores debet fieri transitus per imperfectiores: Hæ autem sunt sufficientes ad formam corporeitatis quia vt est imperfectior aliis ita ea git imperfectioris dispositiones. Neque dicas esse imperfectiores, sed ex imperfectionibus quàlitatibus: nam omnes dispositiones sunt ex primis qualitatibus, & secundis, quarum singulæ sunt eiusdem rationis vbicunque reperiantur.

Dispositiones omnes sunt ex 1. & 2. qualitatibus.

7 Quinto probant ex morte hominis, per quam

Forma cadaueris in homine mortuo non est de nouo producta.

quam anima recedit à materia, at materia non potest existere sine aliqua forma: ergo in illa materia debet poni aliqua forma, quæ dicitur forma cadaueris: sed hæc non potest esse de nouo producta, tum quia illa forma est eiusdem rationis ex quacunque causa moriatur homo siue ex suffocatione in aqua, siue ex igne, siue ex suspensione, siue ex occisione, siue alia ratione. Forma autem eiusdem rationis non potest oriri à tam diuersis causis: ergo ibi debet supponi forma præcedens, quæ remaneat.

Tum 2. quia si in corpore mortuo non remaneret forma antiqua, sed noua generaretur, quæ dicitur cadaueris, inde sequeretur corpus Christi in triduo fuisse corruptum ob formam cadaueris aduenientem, & prioris destructionem, contra scripturam dicentem: *Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem.*

Tum 3. quia Verbum quod semel assumpsit nunquam dimisit. Sed si, recedente anima adueniret noua forma cadaueris, illa fuisset assumpta à Verbo: nam cum esset substantia, debuisset subsistere non propria subsistentia. ergo subsistentia Verbi. At in resurrectione cum illa non manserit, dimissa fuisset à Verbo.

Tum 4. quia eadem caro, quæ fuit sepulta post mortem est nata ex virgine: at si aduenisset noua forma, non esset eadem caro, sed illius speciei, quam accipit à forma adueniente.

Confirm. in homine est formaliter esse corporeum, esse carneum, osseum, & similia; sed hi effectus exigunt causã formalem, quia omnis effectus formalis exigit causam dantem illud in genere causæ formalis: verùm huiusmodi effectus in homine non possunt esse ab anima in genere causæ formalis: ergo debent dari aliæ causæ formales dantes illud esse.

Minor prob. quia anima est formaliter spiritualis, cui repugnat esse formaliter corpoream: ergo non potest dare in genere causæ formalis esse corporeum. Et quia esse carneum, osseum, & similia includunt essentialiter esse corporeum, non poterunt accipere ab anima in genere causæ formalis specificam rationem carnis, ossis &c.

8 *Forma substantiales requirunt minorem virtutem in subiecto, quam accidentales.*

6. Probant: Minor virtus sequiritur in subiecto ad recipiendas plures formas substantiales, quàm ad recipiendas formas accidentales, quia maior est dependentia à subiecto in accidentibus ob eorum imperfectionem, quàm formæ substantiales: atque adeo indigent maiori influxu quàm formæ substantiales. Sed eadem portio materiæ põt recipere plures formas accidentales, vt patet. Ergo eius virtus multò magis poterit se extendere ad plures formas substantiales.

Forma corporeitatis non eodem modo ab his auctoribus ponitur in materia.

Hi tamen inter se diuisi sunt: nam aliqui ponunt illam formam disponere materiam ad recipiendas formas specificas; non tamen illas recipere in se, siue totaliter, siue partialiter, sed recipi immediatè in materia prima, sicut dicitur de alijs dispositionibus accidentalibus, quæ determinant materiam ex se indeterminatam ad hanc, vel illam formam, sicut forma corporeitatis disponit materiam, vt possit recipere actiones causarum producentium formas specificas.

Alij tamen putant, illam concurrere ad receptioné formarum specificarum, sicut concurrit ad receptionem actionum causarum naturalium. Causæ enim naturales non possunt habere suas actiones, nisi circa subiectum corporeum. Vnde communiter concedunt, accidentia corporea esse immediatè in quantitate, quæ consequitur materiam informatam corporeitate.

ARTICVLVS III.

Opinio negantium formam corporeitatis.

9 *Forma corporeitatis non datur secundùm alios.*

SEcunda opinio est dicentium, non posse dari in rebus naturalibus formã corporeitatis distinctam à formis specificis singulorum entium naturalium, neque vt dispositiuam materiæ, neque vt cooperantem subiectiuè ad receptionem formarum specificarum, neque vlla alia ratione posse permanere cum alia forma substantiali. Ita communis sententia, de qua in physica loco cit. & fusiùs in libris de anima; vbi vniuersaliter probabitur, in eadem portione materiæ posse dari duas formas substantiales ob earum incompossibilitatem. Fundamentum aliqui sumunt ex parte materiæ, quæ licet sit indifferens secundùm se ad plures formas vagè tamen per quamlibet completur eius potentialitas. Vnde reijcit omnem aliam formam substantialem dum habet vnam. Confirmant, nam potentia habens actum suæ virtuti adæquatum naturaliter non potest habere

Conclusio hæc negatiua prob. 1. ex parte materiæ.

alium

alium actum; sed potentiæ materiæ recipiendo vnam formam adæquatur eius virtus receptiua: ergo retinendo illam non potest habere alium actum receptionis, sicut virtus visiua vt tria producens actum vt tria sibi adæquatum, non potest videre aliud obiectum nisi eius virtus desinat influere in actum priorem.

Prob. 2. ex parte formæ substantialis. Alij verò fundamentum sumunt ex parte formæ substantialis, cuius est dare materiæ esse simpliciter in genere prædicamentali. At forma adueniens materiæ iam informatæ non potest dare illi esse simpliciter, sed secundùm quid in tali, vel tali esse. Vnde secunda forma esset accidentalis, cuius est dare esse secundùm quid, & supponere subiectum habere esse simpliciter.

10 *Prob. 3. ex parte effectuũ formalium.* Alij 3. fundamentum sumunt ex repugnantia effectuũ formalium: nam quando effectus formales inter se repugnant esse in eodem subiecto, etiam causæ formales illorum repugnant in eodem subiecto, quia repugnat formas informare & non dare suos effectus formales: sed effectus formales formarum substantialium repugnant esse in eadem parte materiæ, quia singulæ darent suum effectum specificum, v.g. esse equinum, & leoninũ. At hinc eadem pars materiæ constitueretur in duplici specie substantiali, quod videtur repugnare, scilicet quod eadem res sit leo, & equus.

Confirmatur, quia de ratione formæ & materiæ est componere vnam per se naturam. At materia informata vna forma, & faciente vnam naturam per se cum illa nõ potest efficere vnam naturam per se cum alia forma, quia ex duabus naturis completis non potest fieri vna natura per se, sed p accidens, quia vnitas per se oritur ex vnione actus & potentiæ, non ex vnione duorum, quæ sunt in actu.

Hæc sunt argumenta, quæ proponi solent ad urgendam vniuersaliter compossibilitatem duarum formarum substantialium in eadem parte materiæ, quorum vim examinabimus in libris de anima. Hic verò tantùm quædam adnotabimus ad satisfaciendum recentioribus negantibus ex his probari intentum ponentes hæc principia.

Aduersariorum principia. Primum. Per quamlibet formã substantialem substantialiter perfici, non tamen primam completi, cum possit per aliam etiam compleri, quia non est de ratione substantiæ, vt adæquatè compleat, sed vt sit prima radix omnium, quæ in tali natura constituta per formam reperiuntur.

Secundum. Hãc primitatem radicis posse diuidi in duo principia inadæquata cõstituentia vnum adæquatum principium, quia sicut de facto ad constitutionem naturæ, quæ est principium adæquatum accidentium concurrit materia, & forma; ita possent concurrere partialiter duæ formæ. *Primitas radicis diuidi potest in duo principia inadæquata.*

Tertium principium. Plures formas in eodem supposito esse principia diuersarũ proprietatum, vt v. g. formæ partiales sunt radices organizationis, & dispositionum: anima verò est radix potentiarum, & operationum vitalium. Vnde fit, vt adæquatũ principium eorum, quæ conueniunt naturæ hominis constet ex materia, formis partialibus, & anima. Ex quo principio soluitur argumentum recentiorum, dum dicunt tot formas esse superfluas, & otiosas, præsente anima: nam cum sint principium aliquorum accidentium, quorum principium non potest esse anima, vt quantitas, corporeitas substantialis, & alia corporea accidentia non potest dici esse otiosa. 11

Quartum principium. Cõceptum substantiæ non consistere in eo, quod primò conuenit materiæ; nam quantitas, & dispositiones priùs conueniunt, quàm formæ substantiales; & tamen sunt accidentia & non substantia, quia licet priùs conueniãt in ordine executionis non tamen in ordine intentionis, quia omnia illa ordinantur ad formas substantiales. Vnde inferunt formas partiales habere conceptum accidentium, quia ordinantur ad vlteriorem formam perfectiorem.

Quintum principium. Conceptum substantiæ non constitui præcisè ex eo quod petat aliquas dispositiones, quia hoc est commune etiam accidentibus, vt patet ex potentijs organicis, quæ requirunt in subiecto varias dispositiones. Vnde etiam fit, vt nequeat conceptus substantiæ sufficiẽter constitui ex eo quod concurrant sufficienter ad aliqua accidentia: nam etiam primæ qualitates concurrunt ad secundas, & tamen sunt accidentia.

Sextum principium. Vnitatem per se naturæ ex materia, & forma substantiali non sufficienter probare, non posse in vna materia esse plures formas, quia gratis assumitur, illã vnitatem oriri ex vnione materiæ,

teriæ, & formæ substantialis potiùs quàm ex vnione cum formis accidentalibus, ad quas aliæ consequuntur, quia nulla affertur ratio diuersitatis, imò cum accidentia priùs, & immediatiùs respiciantur, videntur magis concurrere ad vnitatem per se.

12 *Principia huiusmodi aduersariorum singula impugnantur.*

Sed hæc principia etiam si appareant habere aliquam speciem veritatis, non tamen omnia sunt simpliciter vera: nam primum principicipium, quod, scilicet, potẽtia materiæ informatæ vna forma non compleatur quoad simultatem informationis, falsum esse inde apparet, tum quia quando indigentia est ad plura vagè, illi indigentiæ satisfit si habeat vnum ex illis, vt indigentiæ equitãdi sufficit vnus equus &c. Sed potentia materiæ habet indigentiam compleri per plures formas vagè: ergo habendo vnam expletur eius indigentia, ergo simul cum illa non appetit alterã existere, bene tamen successiuè; ex quo appetitu successiuarum formarum potiùs probatur contrarium, vt speculanti patet.

Potẽtia materiæ quam habeat indigentiam.

Tum, quia pessimè esset consultum naturæ, si materia posset habere plures formas substantiales simul; nam cum formæ substantiales habeant diuersas inclinationes ad diuersas operationes, si illæ formæ essent in eadem materia, seipsam impedirent quoad operationes, dum vna natura constituta per vnam formam, & altera natura constante ex eadem materia; ad diuersas operationes essent determinatæ, quod absurdum magis apparet in corporibus animatis, dum oue appetente comedere herbas, lupus appeteret ire ad prædam. De qua ratione alibi fusiùs.

Secundum principium continet æquiuocationem quandam; nam licet ad eundem effectum possint concurrere plures causæ partialiter, ex quibus fiat vna adæquata, non tamen dici potest de ijs, quæ consequuntur formas, nam cum quælibet forma constituat suam naturam specificã, necessariò ex illa consequi debent suæ proprietates: at si ad illas non concurreret forma adæquatè, non posset natura specifica habere proprietates, nisi illi esset coniuncta altera specifica in eadem parte materiæ, quia effectus non potest existere, nisi ex concursu adæquato. Neq; obstat, quod de facto ad proprietates concurrant forma, & materia, quia est de constitutione vnius naturæ.

Tertium principium, quod diuersæ formæ essent principia diuersarum proprietatum in eodem supposito, examinabitur alibi, dum tractabitur, an inter formas substantiales possit esse subordinatio: nam si hæc auferatur difficilè seruari poterit hæc diuersitas proprietatum.

Quartum principium, quo explicatur natura substantiæ non omninò satisfacit. 13
Primò quia cum habeamus ab Aristotele rationem formalem, qua constituitur substantia non est cur aliam fingamus: substantiam enim definit esse illud ens, quod non est in subiecto, & de subiecto prædicatur secundùm nomen, & rationem, nomine autem subiecti intelligit primam substantiam.

Substantiæ definitio ab Arist.

Secundò Quod substantia sit prima radix eorum omnium, quæ conueniunt rei. Si rectè ponderetur est potiùs definitio essentiæ, quàm substantiæ. In quolibet enim ente essentia est prima ratio eorum omnium, quæ illi enti conueniunt ex natura rei. Quod si dicant, naturam accidentalem oriri à substantiali, atque adeo non esse primam radicem. Similiter dico neque formam substantialem esse primam radicem, quia hæc pendet à suis causis, præsertim efficiente, & fine; quare potiùs finis erit prima radix cur hæ proprietates potiùs, quàm illæ conueniant substantiæ.

Tertiò Cum materia sit substantia, vel erit prima radix omnium, quæ conueniũt illi supposito; & ita forma non erit substãtia, quia non prima, sed secunda radix erit, vel non est prima radix, & sequitur non esse de ratione substantiæ, vt sit prima radix. Sed de hac re in metaph.

Denique non iure quæritur cur ex materia, & forma substantiali fiat vna natura, & non ex materia, & forma accidentali, quia vna natura non potest pertinere nisi ad vnum prædicamentum, imò vna natura non potest pertinere, nisi ad vnam speciẽ vnius prædicamenti. Et hinc fit, vt materia habens vnam formam substantialem non possit habere aliam, quia pertineret ad duas species eiusdem prædicamenti, & tamen esset secundùm aduersarios vna natura per se. Quare meritò Peripatetici naturam per se fieri ex potentia & actu, non ex potentia actuata cum alio actu. De qua re fusè in metaphysica.

Vna natura non põt pertinere nisi ad vnã speciẽ vnius prædicamẽti.

14 *Plures formæ habentes tantùm cõtrarias dispositiones nõ possunt esse in eadẽ parte materiæ.*

Tertia opinio est dicentium formas, quarum dispositiones sunt contrariæ, non posse esse simul in eadem parte materiæ de potẽtia ordinaria. At verò quoad alias, quæ tales dispositiones non exigunt, nulla

alium actum; sed potentiæ materiæ recipiendo vnam formam adæquatur eius virtus receptiua: ergo retinendo illam non potest habere alium actum receptionis, sicut virtus visiua vt tria producens actum vt tria sibi adæquatum, non potest videre aliud obiectum nisi eius virtus desinat influere in actum priorem.

Prob. 2. ex parte formæ substantialis. Alij verò fundamentum sumunt ex parte formæ substantialis, cuius est dare materiæ esse simpliciter in genere prædicamentali. At forma adueniens materiæ iam informatæ non potest dare illi esse simpliciter, sed secundum quid in tali, vel tali esse. Vnde secunda forma esset accidentalis, cuius est dare esse secundùm quid, & supponere subiectum habere esse simpliciter.

10 *Prob. 3. ex parte effectuū formalium.* Alij 3. fundamentum sumunt ex repugnantia effectuū formalium: nam quando effectus formales inter se repugnant esse in eodem subiecto, etiam causæ formales illorum repugnant in eodem subiecto, quia repugnat formas informare & non dare suos effectus formales: sed effectus formales formarum substantialium repugnant esse in eadem parte materiæ, quia singulæ darent suum effectum specificum, v. g. esse equinum, & leoninū. At hinc eadem pars materiæ constitueretur in dupliei spec e substantiali, quod videtur repugnare, scilicet quod eadem res sit leo, & equus.

Confirmatur, quia de ratione formæ & materiæ est componere vnam per se naturam. At materia informata vna forma, & faciente vnam naturam per se cum illa nō potest efficere vnam naturam per se cum alia forma, quia ex duabus naturis completis non potest fieri vna natura per se, sed p accidens: quia vnitas per se oritur ex vnione actus & potentiæ, non ex vnione duorum, quæ sunt in actu.

Hæc sunt argumenta, quæ proponi solent ad negandam vniuersaliter compossibilitatem duarum formarum substantialium in eadem parte materiæ, quorum vim examinabimus in libris de anima. Hic verò tantùm quædam adnotabimus ad satisfaciendum recentioribus negantibus ex his probari intentum ponentes hæc principia.

Aduersariorum prin i pia. Primum. Pot quamlibet formā substantialem substantialiter perfici, non tamen per vnam complexi, cum possit per aliam etiam compleri, quia non est de ratione substantiæ, vt adæquatè compleat, sed vt sit prima radix omnium, quæ in tali natura constituta per formam reperiuntur.

Primitas radicis diuidi potest in duo principia inadæquata. Secundum. Hāc primitatem radicis posse diuidi in duo principia inadæquata cōstituentia vnum adæquatum principium, quia sicut de facto ad constitutionem naturæ, quæ est principium adæquatum accidentium concurrit materia, & forma; ita possent concurrere partialiter duæ formæ.

Tertium principium. Plures formas in eodem supposito esse principia diuersarū proprietatum, vt v. g. formæ partiales sunt radices organizationis, & dispositionum: anima verò est radix potentiarum, & operationum vitalium. Vnde fit, vt adæquatū principium eorum, quæ conueniunt naturæ hominis constet ex materia, formis partialibus, & anima. Ex quo principio soluitur argumentum recentiorum, dum dicunt tot formas esse superfluas, & otiosas, præsente anima: nam cum sint principium aliquorum accidentium, quorum principium non potest esse anima, vt quantitas, corporeitas substantialis, & alia corporea accidentia non potest dici esse otiosa. 11

Quartum principium. Cōceptum substantiæ non consistere in eo, quod priùs conuenit materiæ; nam quantitas, & dispositiones priùs conueniunt, quàm formæ substantiales; & tamen sunt accidentia & non substantia, quia licet priùs conueniāt in ordine executionis non tamen in ordine intentionis, quia omnia illa ordinantur ad formas substantiales. Vnde inferunt formas partiales habere conceptum accidentium, quia ordinantur ad vlteriorem formam perfectiorem.

Quintum principium. Conceptum substantiæ non constitui præcisè ex eo quod petat aliquas dispositiones, quia hoc est commune etiam accidentibus, vt patet ex potentijs organicis, quæ requirunt in subiecto varias dispositiones. Vnde etiam fit, vt nequeat conceptus substantiæ sufficienter constitui ex eo quod concurrant sufficienter ad aliqua accidentia: nam etiam primæ qualitates concurrunt ad secundas, & tamen sunt accidentia.

Sextum principium. Vnitatem per se naturæ ex materia, & forma substantiali non sufficienter probare, non posse in vna materia esse plures formas, quia gratis assumitur, illā vnitatem oriri ex vnione materiæ,

teriæ,& formæ substantialis potiùs quàm ex vnione cum formis accidentalibus, ad quas aliæ consequuntur, quia nulla affertur ratio diuersitatis, imò cum accidentia priùs,& immediatiùs respiciantur, videntur magis concurrere ad vnitatem per se.

12 Sed hæc principia etiam si appareant habere aliquam speciem veritatis, non tamen omnia sunt simpliciter vera: nam primum princicipium, quod, scilicet, potẽtia materiæ informatæ vna forma non compleatur quoad simultatem informationis, falsum esse inde apparet, tum quia quando indigentia est ad plura vagè, illi indigentiæ satisfit si habeat vnum ex illis, vt indigentiæ equitãdi sufficit vnus equus &c. Sed potentia materiæ habet indigentiam compleri per plures formas vagè: ergo habendo vnam expletur eius indigentia, ergo simul cum illa non appetit alterã existere, bene tamen successiuè; ex quo appetitu successiuarum formarum potiùs probatur contrarium, vt speculanti patet.

Principia huiusmodi aduersariorum singula impugnantur.

Potẽtia materiæ quam habeat indigentiam.

Tum, quia pessimè esset consultum naturæ, si materia posset habere plures formas substantiales simul: nam cum formæ substantiales habeant diuersas inclinationes ad diuersas operationes, si illæ formæ essent in eadem materia, seipsam impedirent quoad operationes, dum vna natura constituta per vnam formam, & altera natura constante ex eadem materia; ad diuersas operationes essent determinatæ, quod absurdum magis apparet in corporibus animatis, dum oue appetente comedere herbas, lupus appeteret ire ad prædam. De qua ratione alibi fusiùs.

Secundum principium continet æquiuocationem quandam; nam licet ad eundem effectum possint concurrere plures causæ partialiter, ex quibus fiat vna adæquata, non tamen dici potest de ijs, quæ consequuntur formas, nam cum quælibet forma constituat suam naturam specificã, necessariò ex illa consequi debent suæ proprietates: at si ad illas non concurreret forma adæquatè, non posset natura specifica habere proprietates, nisi illi esset coniuncta altera specifica in eadem parte materiæ, quia effectus non potest existere, nisi ex concursu adæquato. Neq; obstat, quod de facto ad proprietates concurrant forma, & materia, quia est de constitutione vnius naturæ.

Tertium principium, quod diuersæ formæ essent principia diuersarum proprietatum in eodem supposito, examinabitur alibi, dum tractabitur, an inter formas substantiales possit esse subordinatio: nam si hæc auferatur, difficilè seruari poterit hæc diuersitas proprietatum.

Quartum principium, quo explicatur natura substantiæ non omninò satisfacit. 13

Primò quia cum habeamus ab Aristotele rationem formalem, qua constituitur substantia non est cur aliam fingamus: substantiam enim definit esse illud ens, quod non est in subiecto, & de subiecto prædicatur secundùm nomen, & rationem, nomine autem subiecti intelligit primam substantiam.

Substantiæ definitio ab Arist.

Secundò Quod substantia sit prima radix eorum omnium, quæ conueniunt rei. Si rectè ponderetur est potiùs definitio essentiæ, quàm substantiæ. In quolibet enim ente essentia est prima ratio eorum omnium, quæ illi enti conueniunt ex natura rei. Quod si dicant, naturam accidentalem oriri a substantiali, atque adeo non esse primam radicem. Similiter dico neque formam substantialem esse primam radicem, quia hæc pendet à suis causis, præsertim efficiente, & fine; quare potiùs finis erit prima radix cur hæ proprietates potiùs, quàm illæ conueniant substantiæ.

Tertiò Cum materia sit substantia, vel erit prima radix omnium, quæ conueniũt illi supposito; & ita forma non erit substãtia, quia non prima, sed secunda radix erit, vel non est prima radix, & sequitur non esse de ratione substantiæ, vt sit prima radix. Sed de hac re in metaph.

Denique non iure quæritur cur ex materia, & forma substantiali fiat vna natura, & non ex materia, & forma accidentali, quia vna natura non potest pertinere nisi ad vnum prædicamentum, imò vna natura non potest pertinere, nisi ad vnam speciẽ vnius prædicamenti. Et hinc fit, vt materia habens vnam formam substantialem non possit habere aliam, quia pertineret ad duas species eiusdem prædicamenti, & tamen esset secundum aduersarios vna natura per se. Quare meritò Peripatetici naturam per se fieri ex potentia & actu, non ex potentia actuata cum alio actu. De qua re fusè in metaphysica.

Vna natura non põt pertinere nisi ad vnã speciẽ vni⁹ prædicamenti.

14 Tertia opinio est dicentium formas, quarum dispositiones sunt contrariæ, non posse esse simul in eadem parte materiæ de potẽtia ordinaria. At verò quoad alias, quæ tales dispositiones non exigunt, nulla

Plures formæ habentes tantùm cõtrarias dispositiones nõ possunt esse in eadẽ parte materiæ.

 datur

datur ratio cur non possint esse simul. Prima pars probatur ex ratione contrarietatis dispositionum, quæ nõ possunt esse simul in eadem parte subiecti. Secunda pars patet, quia nulla affertur ratio pro opinione contraria, quæ non soluatur. Et confirmatur, nam videmus experientia formam ferri conseruari cum maximo calore etiã si non in summo; nec tamen illum exigere, vt patet in ferro candenti; & licet ibi sit calor sufficiens ad formam ignis, quia non reperitur alia qualitas exigita ab igne, non est ibi ignis. Ergo erit alia forma substantialis media inter formam ignis, & ferri, quæ differat a ferro eo quod exigat calorem ita magnum, quem non exigit ferrum. & præterea conueniret cum forma ferri propter exigentiam illius qualitatis, propter quam non est ibi forma ignis. Ergo potest dari illa forma exigens dispositiones, quæ non sint contrariæ ferro; atque adeo compossibiles in eadem materia. Quod si dispositiones diuersarum formarum sunt compossibiles, erunt etiam compossibiles ipsæ formæ. & idem probatur ex aqua feruenti quæ non destruitur ex vehementi calore. quare poterit esse in materia aquæ alia forma, cui sit connaturalis ille calor feruidus, & humiditas, quæ est in materia aquæ feruentis. Neque obstat, quod illa materia esset in duplici specie substantiali, quia id non magis repugnat esse in duplici specie substantiali, quàm accidentali. Ita aliqui recentiores.

Probatur hac opinio.

15 *Plures formæ cũ subordinatione inter se non possunt esse in eadem parte materiæ, & cur.*

Quarta opinio est dicentium plures formas substantiales cum subordinatione inter se non posse esse in eadem parte materiæ, quia tunc natura composita ex illis nõ posset esse vna per se, sed per accidens quia constaret ex pluribus naturis specificis nõ solùm determinatis quoad speciem, sed etiam quoad indiuiduationes. Et hæc ratio melior est, quàm quæ affertur à recentioribus, quod forma supponens aliam in materia non potest esse substantialis, sed accidentalis. vnde prima tantum esset substantialis, nam aduersarij ponunt imperfectiorem dicere ordinem, vt potentiam ad actum perfectiorem, quod esset impugnandum.

Possunt verò sine hac subordinatione, sed per concomitantiam.

At verò duas formas inter se independentes posse esse in eadem parte materiæ per concomitantiam. Neque obstat diuersitas dispositionum, quia illæ possent esse disparatæ, & non oppositæ. vt dicitur de ferro candenti, in quo est forma ferri, & ignis, cui applicata stuppa comburitur. Neque dicatur, illam combustionem non fieri ab igne, sed propter vehementem calorem, ex stentem in ferro propter densitatem maximè & unum, quia inde apparet quidam splendor, & lux, quæ non à calore, sed à substantia ignis oriuntur, cum sit veluti proprietas ignis, & non dispositio. Tũ quia idem apparet in carbone accenso, quem videmus paulatim consumi, & conuerti in cineres; hoc autem fieri non posset, nisi esset ibi forma ignis consumens materiam, conuertendo illam in exhalationes.

ARTICVLVS IV.

Opinio Auctoris.

16 *Forma corporeitatis dans esse genericum nõ potest esse in composito substantiali, & cur.*

PRima conclusio. In composito substantiali non potest esse forma corporeitatis distincta à formis specificis dans esse genericum. Quia repugnat, aliquam formam existere, & dare esse composito, quin illud cõstituat in certa aliqua specie, & indiuiduatione, quia rationes genericæ, & specificæ non existunt, nisi in prima substantia ex Arist. in prædicamentis cap. de substantia, & ratione patet, quia non potest existere, nisi producatur; at productio terminatur ad indiuiduum: tum quia alioquin darentur ideæ Platonicæ.

Productio terminatur ad indiuiduum.

Dices genus dum contrahitur potest existere, etiam si solitariè non possit. Ergo etiam esse genericum corporeitatis si contrahatur per alias formas specificas poterit existere, etiam si solitariè non possit. Vnde fit, vt nõ possit reperiri aliquod corpus, nisi sub determinata specie.

Sed contra, tum quia aduersarij ponunt ex vi illius formæ dari esse corporeum genericum in materia, ratione cuius materia sit apta ad recipiendas formas specificas; ergo ante omnes formas specificas daretur materiæ esse corporeum genericum.

Tum, quia non potest intelligi qua ratione illa perfectio sit indiuidua, & non sit indiuiduata ad indiuiduationem subiecti.

Tum tertiò, quia esse genericum non potest determinari ad esse specificum per formam à se realiter distinctam; sicut genus determinatur per differentiam, nam per hoc distinguitur determinatio materiæ, quæ vna numero est indifferens ad plures

formas

formas à determinatione perfectionis genericæ, quod illa cum sit vna numero, possit recipere formas realiter distinctas, quibus determinetur. At ratio generica non potest determinari, nisi radicetur in eadē entitate, quæ habet rationem determinatiuam generis, vt ostendi in logica, nam entitas, in qua radicatur ratio generica, & differentialis physicè est vna numero.

Confirmatur ex ijs, quæ dicentur in secunda conclusione.

17 *Neq; dans esse specificum; & prob.*

Secunda conclusio. In composito substantiali non datur forma corporeitatis dās aliquod esse specificum, distincta ab alijs formis specificis. Primò quia sine necessitate multiplicarentur formæ, nam cum esse corporeum præstetur à formis specificis non debet multiplicari specialis forma ad dandum illud esse, quia frustra poneretur, sed esse corporeum communicatur materiæ ex informatione cuiuslibet formæ. Ergo &c.

Minor probatur, nam vel forma est diuisibilis, & constat habere entitatem corpoream, quia nomine corporei significatur entitas diuisibilis, quæ est capax quantitatis, atque adeo potest communicare materiæ formaliter esse corporeum; vel est indiuisibilis, & hæc vel est corruptibilis, vt ponunt Thomistæ animas brutorum; & hæc cum pendeat in sui existentia à materia non extrahitur à ratione formarum materialium, & corporearum; Vel est indiuisibilis independenter à materia, vt est anima rationalis, & hæc cum dicat essentialem ordinem ad materiam, potest dare formaliter esse corporeum, vt ostendimus in libris de anima, & infra explicabimus.

2. Prob. ex naturali ratione, qua probatur non posse compositum naturale constitui ex pluribus formis, quæ dant materiæ esse specificum, quia illud non esset vna natura per se, sed aggregata per accidens ex pluribus naturis per se, & existentibus in actu.

Compositū per accidēs quando est.

Respon. natura composita ex pluribus actualibus completis esse vnam per accidens; at non sic quando est constituta ex incompletis, quia illę se habent vt potentia, & actus quatenus vnus dicit ordinē ad aliū actū, vt compleatur, & huiusmodi est forma corporeitatis, quæ vt incompleta in ratione specifica dicit potentiam ad formas alias complentes.

18 *Responsio aliquorum.*

Sed cōtra inquiunt aliqui recentiores, nam vel singulæ formæ afferunt secum existentias partiales, vel afferunt vnam indiuisibilem, & simplicem, sed neutrū dici potest: ergo Non primum, quia implicat dari in eodem duas existentias partiales, nam vna habere deberet rationem determinabilis respectu alterius, at hoc prædicatum repugnat existentiæ, nam cum sit vltimus actus essentiæ, non potest vlterius determinari. Neque potest dici secundum quia vnica existentia non potest conuenire nisi ratione vnius formæ, quia sicut existētia est vltima actualitas in ratione terminandi, & actuandi, ita forma est vltima actualitas essentialis in ratione essentiæ, ergo sicut vnica simplex existentia est satis vt omnes grad⁹ naturæ cōueniētes existāt, ita vnica, & simplex forma sufficiet ad omnes gradus, qui essentiam constituunt.

19 *Responsionis doctrina non placet, & quare.*

Sed hæc doctrina nunquam mihi placuit, quia non potest rationabiliter asseri essentiam compositam ex partibus essentialibus non habere etiam existentiam cōpositam ex existentijs proportionatis essentijs partialibus, vt in phys. & supra etiā probaui. Quia non potest intelligi quomodo duo inter se vniantur physicè, & nō habeant existentiam præuiam saltem natura ad vnionem. Vnio enim essentialiter supponit extrema, quæ vniuntur. Quare illam responsionem reijcio ex hoc, quòd illa forma corporeitatis vel dicitur incōpleta, quia non constituit aliquam naturā specificam, sed genericam, & id repugnare ostendimus in prima conclusione, vel cōstituit naturam specificam imò & numericam, cum existat, & existentia non debeatur, nisi enti determinato indiuidualiter; & non potest dici esse incompleta secundum propriam essentiam, cum sit in specie determinata, at habenti determinationem in ratione specifica repugnat respicere aliud determinatiuum in specie, quia infima species alicuius prædicamenti, non potest essentialiter determinari per aliud constitutiuum speciei infimæ in eodem prædicamento, nam infima species, vt distinguitur à naturis genericis non potest contrahi nisi per principia indiuiduāsia, & non per aliquid essentiale.

Responsio reijcitur.

Specificè determinatum non potest respicere aliud in specie determinatiuū.

Deinde quod est essentialiter actus formalis potentiæ receptiuæ, qualis est potētia materiæ, non potest in eodem genere habere rationem potentiæ formalis, quia sic destrueretur eius essentia, sicut materiæ, quia est essentialiter potentia receptiua, repugnat esse actum informatiuum,

Actus formalis non potest in eodem genere esse potentia.

quia inde destrueretur eius essentia: sed si forma specifica faceret vnam naturam per se cum forma sibi adueniente, necessariò deberet esse essentialiter potentia receptiua, quia vna natura per se non fit, nisi ex potentia, & actu ex Aristotelis recepta doctrina. Neque dicas, esse actum formalem respectu materiæ, & esse potentiam informabilem respectu alterius actus substantialis. Tum quia eadem ratione dici posset, materiam esse informabilem respectu vnius actus, & informatiuam respectu alterius materiæ, quia cum sint correlatiua, quod dicitur de vno proportionaliter dicendum est de alio. Tum, quia illa forma secundum essentiam suam cum sit essentialiter potentia, & actus, in nulla esset specie prædicamentali, sicut dicitur de materia prima. Et licet vna forma sit imperfectior alia, non tamen dicere potest ordinem ad aliam formam perfectiuam in eodem genere substantiali, quia illa in ratione suæ speciei est perfectissima, atque adeo in illa ratione nô potest perfici. Neque enim natura specifica imperfectior altera dicit negationem perfectionis priuatiuè, sed negatiuè, quia talis perfectio non est debita suæ speciei, vt naturæ equinæ non est debita perfectio hominis, negatio autem perfectionis, quæ requiritur in potentia receptiua debet esse priuatiuè.

Natura specifica imperfectior dicit negationem perfectionis negatiuè, non priuatiuè.

20 Dices. Existentia est actus essentiæ, & tamen existentia materiæ ex probabiliori opinione est receptiua existentiæ formæ: ergo Quod est actus informatiuus potest esse potentia receptiua respectu diuersorum.

Respon. Ex discrimine actus existentiæ, & formalis magis apparebit veritas nostræ doctrinæ, nam existentia dicitur actus essentiæ non quia determinat illam ad aliã rationem essentiæ, sed quia ponit illam extra potentiam obiectiuam, quia potiùs nõ erat, & nunc est. & quia facit existere naturam receptiuam, ideo proportionatur illi, vt sit similiter receptiua eorum, quæ recipit materia. Sicut etiam hæcceitas materiæ est etiam receptiua, etiam si illa non sit contrahibilis ad alia inferiora.

Existentia quomodo sit actus essentiæ.

Hæc autẽ non conueniunt formæ, quia habet diuersam rationem actuandi. Primò quia determinat indifferentiam materiæ, vt sit sub hac, & non sub alia. Secundò quia ponit materiã in determinata specie prædicamentali. Tertiò hæc omnia præstat per informationem, quæ est immediata sua essentia: ergo in eodem genere informationis non potest essentialiter esse potentia informabilis. Sed de his fusiùs in metaphysica, vbi tractabitur de ratione formali existentiæ.

Forma quomodo sit actus formalis potentiæ.

3. Alij probant ex Aristotele in 1. de generat. & vbique materiam primam poni subiectum immediatum generationis dispositum per dispositiones accidentales, nulla facta mentione dispositionis substantialis; sed vis huius rationis patebit ex dicendis de subiecto immediato generationis.

Dispositiones substantiales non videtur poni ab Arist.

4 Alij probant, quia illa forma esset natura. Ergo determinaret corpus naturale ad aliquem motum, cum omnis natura sit principium motus, & quietis. Sed illi corpori nullus motus conueniret, quia omnis motus conuenit ratione determinatæ formæ, vt ignis sursum, terræ deorsũ, &c. Confirmant, quia omnis forma exigit in materia aliquas dispositiones: sed hæc nullas requireret, quia est compossibilis cum dispositionibus omnium formarum. Sed hæc ratio non sufficienter probat, nã posset dici, esse principium motus recipiẽdi alias formas, sicut est materia, quæ non est principium alicuius motus localis, neque enim nomine motus, cuius principiũ est natura necessariò debet esse localis. Et dici potest, dispositionem requisitam ab hac forma esse quantitatem.

Forma eiusmodi esset natura, & absurdum ostenditur.

Non omnis motus naturalis debet esse localis.

5. Alij probant, quia illa forma esset incorruptibilis, cum sit compossibilis cum omnibus formis, & præsupponatur ad generationem omnium formarum, propter quam rationem materia dicitur incorruptibilis. At hoc videtur repugnare communi cõceptui, quod detur in inferioribus cõpositum incorruptibile, sicut dantur in superioribus cœli. Sed aduersarij non putant hoc esse absurdum, cum illam dicant esse coæuam materiæ.

Forma eiusmodi esset incorruptibilis, quod videtur absurdum.

Tertia conclusio. Duæ formæ concomitantes an possint esse in eadem portione materiæ per potentiam naturalem, probari potest ex principijs supra positis, præsertim ex dictis in secundo articulo. Sed magis patebit ex dicendis an possint esse per potentiam absolutam: de qua dubitatione infra. 21

Duas formas posse esse per cõcomitantiam naturaliter in eadem portione materia probabile est.

Hæc dixi de forma corporeitatis, quam Auicembron. & Auicen. cum alijs posuerunt. De cæteris verò formis quæstionem instituemus in lib. de anim. Quare resoluẽda sunt argumẽta proposita p aduersarijs.

Ad-

ARTICVLVS V.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

22 *Aduersar. 1. arg. respõdetur triplici responsione.*

AD primum Resp. 1. actionem agentium naturalium non posse recipi in subiecto in corporeo, primò falsum esse ostendit actio phantasmatis in intellectum, qui recipit species, & licet eleuetur per intellectum agentem, non tamen fit, quin ipsum non sit corporeum, quare sufficit approximatio.

Resp. 2. etiam si exigatur subiectum corporeum tamen cum materia fuerit initio producta cum aliqua forma, & deinde nunquam fuerit spoliata omni forma substantiali, semper actio causarum corporearum, reciperetur in corpore substantiali, sed huic obstat actio generatiua, quæ recipitur in materia in instanti, quo caret omni forma substantiali, cum in eo instanti in illa non sit forma præcedens.

Resp. 3. sufficere ad actionem agentis corporei, vt habeat materiam quantam sibi approximatam, siue habeat formam substantialem siue nõ, nam si terminus actionis exigit recipi in materia informata forma substantiali, etiam actio exiget idẽ subiectum, si autem terminus non exigit talem materiam, nec actio exiget.

Ad 2. arg. Resp. in lib. de anima.

Ad 2. patebit in libris de anima, nam communis opinio negat illam multitudinem formarum partialium, & animarum.

23 *Resp. ad 3. arg. Corpus vt distinctum ab anima accipitur dupliciter.*

Ad 3. corpus vt distinguitur ab anima posse accipi dupliciter; primò vt distinguitur ab anima adæquatè sumpta, & ita dicet materiam connotando quantitatem, & alias dispositiones, quæ dicitur ex communi vulgi opinione corpus, cui se accomodat modus loquendi philosophorũ dũ dicũt constare ex corpore, & anima, neq; illa ratio corporis ponitur in recta linea prædicamentali, sed potiùs reductiuè, sicut dicitur etiam de anima, quæ est altera pars hominis. Secundò accipi potest corpus, vt distinguitur ab anima inadæquatè, quatenus anima accipitur vt principium dãs esse animatum, præscindendo ab eadem vt dat esse corporeum, & hac ratione corpus dicet quidem formam substantialem, non quidem distinctam ab anima, sed ipsam animam, vt est principium dans esse corporeum; & secundũ hanc acceptionem soluuntur omnia argumenta, nam corpus est in recta linea, venit ex vi verborum anima, vt dat esse corporeum, & per concomitantiam, vt dat esse animatum, &c. vt ex vi consecrationis vini venit sanguis, vt dicit formam dantẽ esse sanguinis, quæ est eadẽ cum forma, q̃ dat esse corporeũ, & esse animatum, si ponatur sanguinem esse animatum; & hinc facilè soluitur 3. probatio, nam non sequitur, existentiã includi in essentia hominis: quòd si illis obijcies corpus in communi non potest terminare actionem, ergo non potest venire ex vi verborum; negant consequentiam, quia illa actio terminatur ad totam substãtiã in particulari, sed ratio cur terminetur ad illam est, quia omnes gradus sunt coniuncti cum gradu corporis, qui venit ex vi verborum. Confirmatur quia si forma corporeitatis esset distincta à cæteris partibus, tunc cum ipsa esset partialis veniret quidem illa ex vi verborum, sed non posset ita facilè probari, venire animam, quia illa esset separabilis ab eo; sed hæc instantia facta soluitur, quia satis est, esse in vno supposito coniuncto.

Aliorum ad hoc resp.

Sed quia hęc opinio non omnibus probatur, soluendum est argumentum iuxta primam opinionem; nam ad primũ Resp. quidam ex vi verborum venire id quod ex communi modo loquendi significat corpus; at hoc non significat aliquid substantiale, sed externam compositionem abstrahendo an sit substantiale, vel accidẽtale, quia vulgus ignorat hanc distinctionẽ formarum.

Resp. impugnatio.

Sed non placet quia ex concilio ex vi verborum venit substantia corporis, succedens in locum substantiæ panis, vnde hãc actionẽ vocat transubstantiationem, at si significaretur apparentia illa externa accidentalis, illa veniret ex vi verborum, quia illud venit ex vi verborũ quod significant primò verba. Quare existimo, ex vsu communi intelligi illud ens corporeum, quod subsistit sub talibus accidentibus, atque adeo illud esse explicitum significatum illius nominis. Hoc autem non dicit solùm accidentia apparentia, sed etiam materiã, quæ subsistit sub accidentibus. Et ideo existimo venire materiam, quæ cum subsistat sub accidẽtibus directè significatur, & accidentia connotatiuè. Et hinc consecratio dicitur transubstantiatio, quia verè conuertitur substantia panis, idest materia, in substantiam corporis Christi, cum tamen accidentia, quæ connotantur remaneant.

Cõsecratio eucharistica quare dicitur transubstantiatio.

neant. Et ideo non potest dici transaccidẽtatio, quia accidentia non sunt terminus *à quo*, sed se habent, vt aliquid commune substantiæ panis, quæ conuertitur, & substantiæ corporis Christi, in quam conuertitur.

Corpus in hominis cõpositione sumitur pro materia nõ pro composito substantiali. Ad tertiam probationem. In illa propositione qua dicitur: Homo constat ex corpore, & anima, ly corpus necessariò sumitur pro materia, & non pro composito substantiali; quia sumitur tanquam compars cum anima componens hominem. Ergo sicut anima accipitur pro entitate partiali, ita & corpus. Neque obstat, quod sub nomine corporis comprehendantur

Accidentia in corpore non comprehenduntur in recto, sed cõnotatiuè. etiam accidentia, quæ sunt de essentia, quia non comprehenduntur in recto, sed connotatiuè. Et ideo non sequitur, quod accidentia sint de essentia hominis, sed pertineãt ad essentiam, vt dispositiones materiæ, quæ est essentialis pars corporis.

24 Ad quartum. Primò negant partes organicas differre essentialiter inter se, sed

Resp. 4. Ad uers. arg. tantùm accidentaliter quia cum informetur eadem anima, non possunt differre essentialiter. Vnde hinc potius probatur non dari formas partiales, quia illæ formæ essent diuersæ essentiæ ratione formarum partialium, & eiusdem essentiæ ratione vnius formæ rationalis informantis. Quare sequitur differre accidentaliter, nam cum anima sit principium diuersarum operationum, indiget in diuersis partibus suæ materiæ diuersis instrumentis, quibus operetur. Ad hanc autem diuersitatem requiruntur diuersæ complexiones accidentiũ siue vt ibi fundentur diuersæ potentiæ, siue vt illis adiuuentur potentiæ ad suas operationes. De qua re in libris de anima, vbi etiam explicabitur, an forma diuisibilis viuentium constet ex partibus heterogeneis iuxta diuersa organa.

Organa corporea differunt inter se essentialiter secundùm aliquos. Respondent secundò alij. Illa organa differre inter se essentialiter, siue quia eadem anima informans illa organa, sicut per illa habet diuersas operationes, ita per suã indiuisibilem perfectionem formaliter, sed virtualiter diuisibilem dat illis partibus diuersum esse, quia dat esse partibus iuxta variam earum dispositionem. Siue

Vnio, qua aia vnitur diuersis corporis partibus est heterogenea. quia vnio, qua anima vnitur diuersis partibus non est homogenea, sed heterogenea. Atque adeo diuersæ partes compositæ ex materia, & anima sunt diuersæ rationis nõ ratione partium principalium, sed ratione vnionis, quæ est diuersæ rationis in vna, ac in alia parte, quia ad constitutionem diuersæ essentiæ satis est, vt aliquod prædicatum essentiale sit diuersum, sicut etiam si materia sit in omnibus eiusdem rationis, tamen, quia formæ sunt diuersæ rationis, tota illa composita dicuntur diuersæ speciei. Neque dicas esse diuersam rationẽ in forma, & vnione, quia licet diuerso modo concurrant ad constitutionem totius, tamen vtrumque essentialiter requiritur ad constitutionem, quia forma non cõstituit, nisi vt vnita materiæ.

Dices, non posse dari causam diuersitatis ratione illarum partialium vnionum, quia materia, & forma, quæ vniuntur sunt eiusdem rationis. 25

Resp. etiam si materia sit eiusdem rationis, quia tamen est diuerso modo disposita, inde causatur vnio diuersæ rationis; nam si diuersa dispositio materiæ eiusdem rationis est sufficiens, vt causet formam diuersæ rationis, multò magis erit sufficiens ad causandam vnionem diuersæ rationis: præsertim addita perfectione formæ operantis diuersis operationes per illas partes. Sed hæc dixi pro solutione argumenti, nã quid sentiendum sit de cætero in libr. de anima. *Vnio quare sit diuersæ rationis, cũ eius termini sint eiusdem.*

Forma aliter se habet circa dispositiones in corruptione, aliter in generatione. Ad confirmationem resp. Aliter procedendum esse in generatione formarum ac corruptione; nam forma non corrumpitur ex quacunque recessione à sibi connaturali dispositione, quia experientia docet cõseruari cum dispositionibus maximè sibi contrarijs, quia facilius est conseruare esse, quod habet, quàm illud de nouo acquirere. Contra verò generatio formæ non ponitur, nisi positis dispositionibus sibi connaturalibus. Hinc fit, vt ea principijs peripateticis nunquam forma corrumpatur, nisi alia generetur. Atque adeo sit dispositio sufficiens ad generandam nouam formam; & ideo forma antiqua conseruatur sub dispositionibus sibi contrarijs. Quod si ignis v.g. intendens ea aqua producere ignem si non potest ea aliquo impedimento producere sufficientem siccitatem ad productionem ignis, & producit calorem cum caritate sufficienti ad formam aeris, producetur ea aqua iam habente humiditatem forma aeris, & non ignis. Atque ita accidet in alijs generationibus, nunquam tamẽ naturaliter accidit, vt producatur dispositio sufficiens ad productionem alicuius formæ, quæ non sit sufficiens ad corruptionem formæ precedentis, alioqui generatio

vnius

vnius non esse corruptio alterius, nisi velimus à doctrina peripatetica recedere, & aliam sine vlla ratione fingere ex proprio capite, qualis est quæ fingitur circa aquam maximè calidam, in qua dicunt esse aliam formam, quæ est compossibilis in eadem portione materiæ cum forma aquæ, Quod in nullius philosophi mentem venire potest, cum experientia pateat, ex aqua calida vapores ascendere, qui sunt substantialiter aqua, vt patet ex pluuijs, quæ fiunt ex vapore aqueo solū à frigiditate densato. nec alius vnquam finxit esse ibi aliquam formam, præter aqueam; concedi tamen potest, aliquam partem materiæ aquæ disponi ad formam aeris ex vi caloris, & humiditatis, cum raritate debita, sed ibi non remanere formam aquæ.

26 At instant. In ferro candenti esse formā ferri, & in eadem portione materiæ esse formam ignis, sicut dicunt etiam de carbone accenso, cum videamus ab illis stuppam approximatam comburi, & conuerti in ignem. Neque dicas, ignem esse in poris ferri, & carbonum; nam nec ibi sunt pori, cum ferrum sit densissimum, & cum accensio sit in omnibus partibus ferri, non potest esse in poris, quia pori non sunt in omnibus partibus ferri.

Ferrū candenti quomodo ignem cōtineat. Resp. Hoc argumentum sumptum ex Aresio lib. de generation. disp. 5. quæs. 43. sect. 5. solutum fuisse ab antiquis. Primò ignem, qui apparet in carbone, & ferro cādenti contineri in poris illorum corporū, *Pori quo pacto fiunt.* Fiunt enim pori per consumptionem partium humidarum ex Albert. & licet appareat, ignem esse diffusum per totum corpus, tamen id oritur non quia corpus nullas habeat alias partes, quàm poros, sed quia sunt proxime, & illa lux, quæ est in poris illuminat totum corpus. Neque densitas repugnat cum poris, quia densitas repugnat raritati, nō porositati. Et quia aqua ingreditur poros illorum corporum excludēdo aerem, ferrum madefactum grauius est, quàm desiccatum.

27 Deinde non video qua ratione dicant lucem adæquatè oriri ab igne, & sole, cum illa appareat in oculis felis, in cicindelis, *Lux vnde oritur.* & similibus, nam, vt bene Albert. in Topic. fol. mihi 263. lux est in vapore ad formam, & subtilitatem aeris condensati, & à terrestri depurata micans, & luminans. Hinc Auerr. in 2. de cœl. text. 42. non omne, quod lucet est ignis. Vnde infert, lucem non indicare astra esse ignem, sed hæc examinare non est huius loci.

Resp. 2. Etiamsi concedatur in illis corporibus non esse poros, adhuc non sequitur, plures formas esse in eadem parte materiæ. Tum, quia dici potest, formam ignis esse in exhalationibus adhærentibus ferro, eleuatis à calore ignis accendentis ferrū, & inde apparet, ferrum accensum. Et quia ferrum habet maximum calorem præsertim quoad actiuitatem ob sui densitatem, immutat sensum tactus. Vnde apprehenditur, totam illam actionem esse ab igne existente in materia ferri. *Alio modo explicatur, ferrum candens, & similia continere ignē.*

Tum, quia dici potest ex vi caloris, & siccitatis disponi materiam ferri ad formā ignis, corrupta forma ferri in ea portione materiæ, quod videtur probari ex duplici experientia, quod ferrum ignitum, etiam corrupto igne minùs ponderat, quàm priùs; ergo aliqua pars illius est resoluta in ignem. Deinde videmus, ex ferro ignito per malleum contuso separari aliquas partes magis siccas, quàm interiores partes ferri. Ex quo colligitur, illas partes fuisse in dispositione ad formam ignis, quod clarius patet in carbone, qui paulatim euertitur in exhalationes, quæ euaporant, remanente parte magis terrea.

Resp. 3. Ex eo quod stuppa comburatur à ferro ignito, non necessariò probatur, in ferro accenso esse ignem propriè elementarem, sed propter maximam actiuitatem caloris produci dispositiones igneas in stuppa, à quibus producitur in materia stuppæ forma ignis, siue solitariè, vt sunt virtutes ignis, siue adiuuante alia causa sāltē prima. Quare non erat cur ex hoc argumento recederent ab opinione communi, quod generatio vnius est cum corruptione alterius. Cætera, quæ ad hoc argumentum dici possent, dicentur cum de elementis. *Ferrū ignitum quo pacto stuppā comburat, absq; eo q in se habeat ignem.*

28 Ad quintum resp. Primò aliqui cum Henr. quodl. 1. q. 4. & Mars. 3. q. 1. art. 1. & q. 13. art. 1. corpus Christi post separationem animæ remansisse cum ijsdem accidentibus, non tamen cum aliqua forma substantiali, nam cum breui tempore recuperaturum esset animam ex vi resurrectionis, erat conueniens, vt Deus illam conseruaret immunem ab omni alia forma. Neq; est nouum, vt à Deo, posito vno miraculo, fiat aliud, vt patet ex accidētib⁹ in sacramēto Eucharistiæ, q conseruātur à Deo sine informatione subiecti, posito primo miraculo conuersionis panis in cor- *Corp⁹ Christi post separationē aiæ quomodo remansit, secū dū aliquos.*

pus

pua Christi. Sed repugnabunt Thomistæ dum negant, posse à Deo conseruari materiam sine forma, quæ opinio communiter à scholia est explosa, sed ex Suar 3.p.t.2.d.38.sect.3.repugnat morti communiter accidenti.ideo

Quid sentiunt alij de corpore post mortē animalis.

Respondent 2. alij ad euitandam hanc controuersiam post mortem animalis, in eo corpore produci aliam formam proportionatam temperamento accidentium, quæ remanent in eo corpore. Atque adeo illud corpus esse specie distinctum à corpore animato. Vnde Aristot. Oculum sine anima vocat æquiuocè oculum, quia secūdùm sensum apparet idem, cum sint multa accidentia in illo, quæ erant in viuo, nō tamen verè est idem numero, vel specie, nisi ratione materiæ.

Formæ succedentes in idem cadauer an sint eiusdē speciei.

Ad 1. im ꝓbationē, qua petitur, an oēs formæ succedentes in idē cadauer sint eiusdē speciei ex quacunque causa moriatur anima? Resp. posse vtramque partem problematicè defendi, nam qui dicunt esse eiusdem speciei fundantur in eo, quod ibi cōplexio accidentium secūdùm substantiam est eadem, quæ sufficit ad identitatem formæ substantialis, etiamsi secundùm aliqua accidentia sit aliqua variatio, vt patet ex alijs generationibus mixtorum eiusdem speciei. Qui verò dicunt esse diuersæ speciei, fundantur in diuersa complexione accidentium, quæ concurrunt ad generationem formæ, quia licet appareant eadē figura, & eædem secundæ qualitates, tamē semper in primis qualitatibus est maxima variatio; à quarum temperamento pendet generatio, & corruptio formarum. Sed quæ verior sit opinio dicetur in libr. de anima.

29 *Quæ nam corruptio neganda est in Christi corpore post separationem, quę verò non.*

Ad secundam improbationem respondeo Primò. Hoc argumentum magis impugnare fidem, quæ docet Christum fuisse mortuum, quia mors nō est aliud, quàm separatio animæ à corpore; at huius destructio dicitur corruptio. Vnde si negant hanc corruptionem, negare debent Christum fuisse mortuum, quod est contra fidem. Vnde cum scriptura docet: *Non videbitis Sanctum meum videre corruptionem*, loquitur de corruptione corporis ratione putredinis, & resolutionis in cineres, & similia: non autem de separatione animæ à corpore, cui succedit alia forma, quę dicitur cadaueris mixti &c.

Deinde inquiritur cum constet corruptionem vnionis materiæ, & animæ fuisse in Christo, cur magis tribuunt corruptionē asseri ab ijs, qui ponunt nouam formam cadaueris produci; quàm qui nullam produci. Responderi posset ab aduersarijs ꝓponentes formam cadaueris, asserunt corporis corruptionem per corruptionem vnionis inter materiam, & formam dantē esse corporeitatis, atque adeo ponunt corruptionem hominis, & præterea corporis, sed hæc sunt puerilea speculationes.

Ad tertiam improbationem respondēt primò aliqui apud Mars. Illam formam de nouo genitam nō fuisse assumptam à Verbo, sed habuisse propriam subsistentiam. Vnde sicut non fuit assumpta, ita neque fuit dimissa in Resurrectione, & quia illa assumptio non profuisset ad redemptionē nostram. Sed his obstat, quia explicare debent quomodo ex materia subsistente in Verbo possit fieri vnum per se subsistēs. At responderi posset ex illa forma, & materia fieri vnum per se ex ratione essentiæ, & existentiæ, sed vnum per accidens in rōne subsistētis, quia sunt duæ subsistētię. 30 *Aliquorum varię Resp. ad 3. impr.*

Sed hic modus dicendi communiter non probat, ob quod putent in illo corpore non fuisse aliam subsistentiam, præter diuinam, nec sancti mentionem faciunt nouæ vnionis, sed priorem mansisse, ita refert Suar. tom. 2. in 3. p. d. 38. sect. 3. ex D. Th. 3. p. q. 5. art 5. ad 3.

Resp. 2. alij ibi non fuisse aliam subsistētiam quam materiæ, nam formæ corruptibiles non habent subsistentiam distinctā à subsistentia materiæ, vnde cum materia subsisteret in verbo, totum illud cadauer subsisteret in verbo ratione materiæ, sed quia illud principium non recipitur à phis cum præcipua pars substantiæ, qualis est forma, non debet ita spoliari, quin sibi debeatur partialis subsistentia.

Respond. 3. subsistentiam propriam illius formæ fuisse impeditam ne resultaret ex essentia; eo quod esset in materia subsistente in verbo ex cuius subsistentia, & subsistentia formæ non potest componi vna subsistentia cum partialitas repugnet subsistentiæ verbi, vnde fit vt illa natura non integrè subsisteret, sed inadæquatè, conseruante Deo formam sine aliqua subsistētia; sed hi admittunt maius miraculum, quàm qui ponunt habuisse propriam subsistentiā non componentem cum subsistentia verbi.

Respondent 4 alij apud Mars Posse cōcedi, Illam formam in triduo fuisse imme-

diatè

tè assumptam à Verbo, & dimissam in resurrectione, quia aliàs deberet poni in illo composito subsistentia creata, quia cum ex materia, & forma fiat natura integra non potest intelligi esse sine aliquo supposito non creato, ergo diuino. Neque hoc est contra axioma theologicum, scilicet, *Quod semel assumpsit nunquam dimisit*, nam intelligitur de assumptione formæ, & materiæ, ex quibus constabat essentia humanitatis Christi, non tamen de assumptione cuiuslibet partis; nam constat, aliquas partes humanitatis ex vi caloris naturalis fuisse resolutas, atque adeo fuisse dimissas à verbo. Et alij idem dicunt de vnione inter animam, & corpus, & similibus. & ratio est, quia illa natura non fuit per se, & primariò a verbo assumpta, sed per accidens quatenus consequitur mortē vsque ad resurrectionem, & ideo posita resurrectione cessat illa vnio; at videtur approbari à Suario.

Quod semel assumpsit nunquā dimisit, quomodo de Christo explicatur.

31 Ad quartam improbationem patere ex dictis quid dicendum sit; nam si dicatur, materiam corporis remansisse sine forma, constat fuisse eandem. Si verò dicatur acquisiuisse aliam formam, adhuc manet eadem materia secundum totam perfectionem suam intrinsecam, etiamsi sit variata quoad perfectionem illi additam. Quia sicut hæc perfectio non tollit à materia identitatem numericam, quam habet intrinsecam, ita neque aufert, quin sit eadem caro, & materia, quæ fuit sumpta ex sanguine B. Virginis, etiamsi perfectio illa acquisita de nouo adueniat, & dicatur constituere totum in specie aliqua prædicamentali. Quod si rectè philosophari volumus, idē apparet in cuiuscunque rei corruptione, & generatione, in quibus manet eadem materia. Quæ omnia à me effusè fuerunt explicata, & probata in 3. part. cum de Incarnatione.

Resp. ad 4. improbat.

Ad confirmationem resp. fusè dictum esse in libr. de anima, qua ratione homo dicatur corporeus; nam aliqui dicunt illū gradum habere à materia, quæ, vt est principium quantitatis, ita dicitur corporea. Vnde negant hominem habere perfectionem gradus corporei ita perfectam, sicut habent alia animalia, eo quod homo sit medium quid inter omnino spirituale, vt sunt Angeli, & omnino corporeum, vt sūt cœli &c. & ideo participat perfectionem vtriusque, per consequens neutra perfectio in homine habet adæquatam perfectionem in suo genere, scilicet, spiritualis, & corporei.

Resp. confirmationi.

Homo qua ratione dicitur corporeus.

Respondent 2. alij. Esse corporeum in homine tribui non solum à materia, sed etiam à forma, quia homo est effectus formalis animæ rationalis ratione vnionis, quam causat in materia. Hæc autem vnio cum sit dispersa per omnes partes corporis est diuisibilis; & non in partes intensiuas; ergo extensiuas; atque adeo est corporea & à materia, & à forma, vt causant hāc vnionem, dicitur homo corporeus; nec mirum, quia licet anima rationalis sit formaliter spiritualis, tamen quia dicit ordinem essentialem ad corpus, vt forma illius, specificatur à corpore, & hinc virtualiter dici potest corporea.

Aliorū ad eandem varia responsionis.

Anima rationalis quomodo possit dici corporea.

32 3. Alij dicunt animam communicare esse corporeum composito in genere causæ formalis non solum ratione vnionis, sed immediatè per suam perfectionem, quia licet in se sit spiritualis, tamen ob suam perfectionem potest habere effectum corporeum, vt patet. Tum quia ratio spiritus est perfectior, quàm ratio corporis; atque adeo perfectio corporis potest esse inter perfectionem virtutis spiritualis: at quod continetur intra virtutem alicuius, potest esse effectus illius virtutis.

Tum quia experientia videmus, Angelum concurrere ad motum corporeum, & animam rationalem ad actus potentiæ vegetatiuæ, & sensitiuæ. Quod si negent cōsequentiam, eo quod sit discrimen inter concursum causæ efficientis, & formalis. Tunc contra. quia si potest esse concursus in genere efficientis, poterit etiam esse in genere formalis, quia ille concursus est perfectior hoc. Neq; dicas esse discrimen ab efficiente, quod forma causet effectum seipsam præbendo subiecto, in quo est effectus formalis; nam licet id verum sit, tamē cum effectus formalis sit distinctus à forma, poterit esse à forma continente illum virtualiter, atque adeo non secundum esse formale: sed quoniam communis sensus est, vt forma formaliter contineat esse, quod formaliter habet effectus; ideo dicendum est animam rationalem per sui immediatam communicationem non dare esse extensum, quale aduersarij ponunt esse corpus substantiale, sed communicare esse substantiale exigens quantitatem in composito, quod sufficit ad esse corporeum. Illud autem anima etiam si sit spiritualis, & indiuisibilis, potest tribuere composito

Q ex

ex ratione talis ſpiritus, ſcilicet, qui ſit informatiuus materiæ. Ad alia autem exempla, quæ ibi afferuntur de carne, oſſe &c. iā dixi non differre eſſentialiter, ſed accidentaliter. Sed de his omnibus fuſius dicetur in libr. de anima; vbi hæc exactius examinabuntur; ſicut etiam de virtutibus operatiuis partium heterogenearum corporis animalis, quæ videntur manere poſt corruptionem, vt dicunt patere ex herbis, arboribus, partibus animalium &c.

33 *Reſp. ad 6. arg.*

Subſtantialis forma, quare maiorem exigat in ſubiecto virtutem, quam accidentalis.

Ad 6. reſp. Inde aliquos probare non poſſe eandem materiam ſuſtentare duplicem formam ſubſtantialem, quia ſubſtantialis eſt maioris ponderis, quàm accidentalis; atque adeo exigere maiorem virtutē in cauſa, quàm accidentalis, vt ex efficiente patet, in quo requiritur maior virtus ad producendum formam ſubſtantialem, quàm accidentalem. Ergo etiam in cauſa materiali.

Verùm alijs hoc non placet: nam in compoſito eſt maior virtus, quàm in materia, & tamen non poteſt recipere formā ſubſtantialem, & poteſt accidentalem: ergo hoc non eſt penſandum ex maiori, vel minori virtute, ſed ex virtute magis, vel minus proportionata; nam materia habet virtutem proportionatam ad formas ſubſtantiales, quam non habet compoſitum, Et contra ex Thomiſtis, compoſitum habet virtutem immediatè accipiendi accidentia, quam non habet materia. Ex quo patet ad argumentum negando conſequētiam ab accidentalibus ad ſubſtantiales, quia eſt diuerſa ratio; nam fundamentum entis, & naturæ debet eſſe vnum, quod cōſtituitur per formam ſubſtantialem; ornamenta verò, & operationes debent eſſe plura, quæ præſtant formæ accidentales.

Entis fundamentum per vnitatē differt ab ornamento.

DVBITATIO IV.

An materia poſſit per potentiam Dei concurrere ſimul ad duplicem formam ſubſtantialem.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.

1 *Materiæ cōcurſus ad formas duplex eſt.*

PRimò notandum, Materiam duplicē concurſum habere reſpectu formarum ſubſtantialium. Primò ad exiſtentiam illius, quæ ſicut pendet ab efficiente; ita etiam à materia; qui concurſus dicitur ſuſtentationis, Alterum ad vnionem, ſeu informationem, quæ eſt à forma quaſi actiuè, & à materia quaſi paſſiuè, & receptiuè: & de vtroque concurſu poteſt intelligi quæſtio.

Secundò notandum, Incompoſſibilitatem duarum formarum in eadem materia poſſe oriri vel ex parte formarum, vel ex parte materiæ, vel ex parte diſpoſitionum, vel ex parte efficientis.

Incompoſſibilitas duarum formarū in eodē ſubiecto vnde oriri poteſt.

Tertiò notandum, Ex parte formæ oriri incompoſſibilitatem ex eo quod inter ſe habent naturalem repugnantiam, vt non poſſint ſimul eſſe in eadem parte materiæ. Ex parte verò diſpoſitionum oriri poteſt, quatenus formæ diuerſæ exigant contrarias diſpoſitiones; nam cum contraria non poſſint eſſe in eodem ſubiecto, & formæ nequeant eſſe in ſubiecto ſine ſuis diſpoſitionibus; ſequitur, quod vbi eſt repugnantia inter diſpoſitiones, ſit etiam incompoſſibilitas inter formas.

2 *Explicatur huiuſmodi incompoſſibilitas quomodo oriri poteſt ex parte formæ, & diſpoſitionū.*

Ex parte verò materiæ oriri poteſt incompoſſibilitas formarum, ſiue ex finitudine virtutis determinatæ ad tantum concurſum, ſiue ex prouidentia naturæ ob abſurda quæ in natura oriri poſſunt ex pluralitate formarum in eadem materia; ſicut negatur penetratio corporum, & poſitio vacui.

Quomodo ex parte materiæ.

Ex parte verò efficientis oritur incompoſſibilitas ex eo quod non poteſt generare formam in materia informata, quòd forma illa reſiſtat virtuti agentis; ſicut dicitur, quod ſimile non poteſt agere in ſimile.

Quomodo ex parte efficientis.

Quartò notandum, conuenire omnes, Incompoſſibilitatem ortam ex incompoſſibilitate formarum, vel diſpoſitionum poſſe per potentiam Dei tolli, atque adeo poni duas formas naturaliter incompoſſibiles in eadem materia. Probant aliqui primò, nam illa incompoſſibilitas conſiſtit in eo quod, poſita vna forma, Deus in eodem ſubiecto non conſeruat alteram iuxta exigentiam naturalem, ſed Deus in operādò non obligatur legibus naturæ, cum ſit ſupra naturam vt patet ex modo, quem ponit in humanitate Chriſti exiſtentis in Euchariſtia, qui eſt naturaliter incompoſſibilis cum modo exiſtendi humanitatis in cœlo: ergo poteſt conſeruare illas formas contra exigentiam illarum.

3 *Incompoſſibilitas ex parte formæ, & diſpoſit. pōt à Deo tolli.*

Ex quo patet, idem dicendum de conſeruatione illarum ſiue ſine vlla diſpoſitione, ſiue cum contrarijs diſpoſitionibus.

Nō ſolū id pōt in fieri ſed etiā in conſeruari.

2. Alij probant, quia Deus aufert ab illis actum secundum repugnantiæ, quæ esset à virtute naturali, sicut aufert à duabus quantitatibus actum secundum impenetrabilitatis; ita ut in actu non se impediant esse in eodem loco. Et ex hac ablatione actus secundi oritur, vt Deus illas conseruet simul, quia in actu secundo non habēt repugnantiam, atque adeo posito primo miraculo, sequitur necessariò necessitate naturali conseruatio illarum formarum simul. Et hæc ratio mihi probatur, licet prima sit communior. Distingui autem actum secundum incompossibilitatis ab actu primo patet ex eo, quia actus primus nulla ratione potest separari à formis; sed actus secundus separatur, dum ponũt duas formas in actu secundo simul existentes.

2. Ratio Auctori places

Dices. Effectus non potest separari à sui causalitate, etiam per potentiam Dei, sed informatio vnius formæ est causalitas, qua forma expellit aliam; ergo non potest esse informatio vnius sine expulsione alterius.

Impugnatur 2. rationis fundamentum.

Resp. negando esse causalitatem expulsionis, quia cum informatio sit quid positiuum, non potest esse causalitas respectu expulsionis, quia expulsio est negatio existentiæ formæ in subiecto. Ergo causalitas debet esse quid negatiuum. Hæc autem est negatio influxus conseruatiui ex parte materiæ, vel efficientis: quæ tamen negatio influxus debetur connaturaliter informationi alterius formæ, & tunc non debetur ob impeditum actum incompossibilitatis formarum.

Impugnationis fundamentum reijcitur.

4 Quintò notandum. Conuenire omnes quando repugnantia naturalis duarum formarum in eadem portione materiæ oritur ex defectu agentis impotentis producere simul duas formas, tunc potest Deus ponere in illa materia duas formas; patet ex infinitate virtutis diuinæ, quæ se extendit ad omnia, quæ nõ implicant. Difficultas est; an illa incompossibilitas possit auferri ex virtute causarum naturalium; nam vbi non est incapacitas ex parte formarũ, vel dispositionum, sed solum ex defectu virtutis actiuæ, tunc videtur ex vi virtutis naturalis posse poni duas formas in eadem materia. Primò ab eodem agente non quidem simul, sed successiuè, cum tamen simul remaneat in eadem materia. Secundò ab altero agente, quod simul cum alio producant duas formas, quia ex hoc modo producendi aufertur tota repugnantia, quæ est ex parte agentium naturalium.

Incompossibilitatem huiusmodi, ortam ex defectu agẽtis naturalis Deus aufert.

Sextò notandum, quæstionem posse intelligi vel de materia, quæ nũc habetur, vel de materia possibili contenta in thesauro diuinæ potentiæ, an possit habere simul duas formas. Et similiter ex parte formarum distingui potest duplex genus formarum. Vnum earum, quæ simul existere in eadem materia repugnant, cuiusmodi ex communi sunt omnes formæ contentæ intra virtutes causarum naturalium. Alterum earum, quæ inter se non repugnant respectu eiusdem materiæ, quas non implicare probatur ex formis accidẽtalibus, quas constat simul esse posse in eadem materia, quia non est ratio cur in tota latitudine formarum substantialium possibiliũ non sint possibiles aliquæ inter se compossibiles in eadem materia. 5

Explicatur de quo possit esse quæstio.

Formarum genus duplex.

Ex his fit, quæstionem non intelligi de materia possibili, neque de formis possibilibus non repugnantibus, sed de materia, quæ connaturaliter non possit recipere duas formas substantiales simul. Et de formis, quæ habent incompossibilitatem cõnaturaliter essendi in eadem materia.

Quæstio de qua materia, & de quibus formis est.

ARTICVLVS II.

Opinio Thomistarum.

PRima opinio est absolutè negantium posse per potentiam Dei materiam eleuari ad recipiendas, & causandas plures formas simul. Tribuitur D. Thomæ 1. part. quæst. 76. art. 3. & 4. Vbi Caietan. & opusc. 37. & quodlibet. 1. ar. 6. vbi ait. Impossibile esse in vno, & eodem esse plures formas. Tribuitur Capreolo in 1. dist. 17. quæst. 1. & alijs Thomistis. 6

Materia neque supernaturaliter potest plures recipere formas simul.

Primò probant ex intima incompossibilitate formarum, quarum vna aliam excludit per se ipsam, & per suam causalitatem: at Deus non potest impedire effectũ formalem, quin sequatur effectus ex causa formali, informante subiecto. Sicut non potest fieri, quin sequatur effectus ab efficiente, posita actione; sed expulsio alterius formæ est effectus formalis formæ informantis.

Probatur 1. huiusmodi opinio.

Respondent. Effectum primarium non posse separari ab informatione formæ. Secundarium verò posse, vt patet in corpore locato in aliquo spatio per vbi non potest non ibi locari; & tamen effectus secundarius expellendi ab eodem spatio aliud cor- 7

Impugnatur 1. prob. Qui nã effectus formalis non possit à forma separari.

pus per potentiam Dei separari potest, vt patet ex penetratione duorum corporum. Expulsio autem formæ est secundarius effectus Informationis formæ.

Secundari° effectus pōt cum primario dupliciter cōnecti.

Sed cōtra, nā dupliciter pōt effectus secūdari° cōnecti cū primario. Primò cōnaturaliter; qua ratione vnū corpus expellit aliud ab eodem loco; & hæc necessitas connaturalis potest impediri à Deo ne sequatur. Secundò connexione necessaria essentiali; & hæc non potest impediri a Deo, quia non potest facere contra essentiale; sed exclusio formæ vnius ex informatione alterius est essentialiter connexa cum effectu primario alterius formæ informantis: ergo non potest impediri à Deo, atque adeo non potest facere Deus, vt duæ formæ substantiales sint in eadem parte materiæ. Minor probatur primò inductione. Forma cadaueris ita dat suum esse; vt excludat esse viuentis, quia non potest fieri, vt idem sit mortuum, & viuens. Secundò ratione; nam quando forma non potest dare effectum primarium, quin necessariò det secundarium, tunc inter illos effectus est essentialis connexio; sed nulla forma potest dare suum effectum primarium, nisi excludat aliam formam: nam primarius effectus formæ substantialis est dare primū esse rei simpliciter: at non poterit dari hoc esse, nisi excludat aliam formam substantialem, quia haberet duo prima esse simpliciter: at repugnat simul esse in eadem re duo prima esse; nam vnum eorum erit secundum, quod esse dare est proprium formæ accidentalis. Sicut quia materia prima est essentialiter primum subiectū, necessariò inuoluit negationem prioris subiecti.

Primarius formæ substantialis effectus quis sit.

8 Confirm. primò ex D. Thoma quodl. 1. q. 4. art. 6. vbi ait formæ vt exerceat rationem actus primi circa materiam duo esse necessaria. Primum vt faciat vnum per se cum materia, secundum vt det primum esse, seu esse simpliciter: at hæc duo non possunt à forma præstari, nisi sequatur effectus secundarius, vt patet ex differentia inter formam substantialem, & accidentalem, nam accidentalis non omnis expellit formam accidentalem, vt substātialis substantialem. Quare expulsio formæ substātialis, licet sit secundarius effectus formæ informantis necessariò sequitur ad effectum primarium.

Forma quid requirat vt sit act° primus circa materiam.

Primum patet, quia quod aduenit enti in actu non aduenit per se, sed p accidens, quatenus materia habens vnum esse specificum, non potest habere aliud, quia esset in duplici specie substantiali. Et cum habet ex vna forma esse simpliciter, non potest habere aliud esse simpliciter, sed tale, vel tale esse, quod est esse accidentale.

Confirmatur 2. quia omnis forma substantialis dicit secundario negationem aliarum formarum vt forma equi dicit negationem aliarum: ergo informando materiam tribuendo effectum formalem primarum, tribuit materiæ necessariò negationem aliarum formarum: ergo in illa materia non potest poni alia forma, quia ibi esset, & non esset illa forma.

Forma secundariò dicit aliarum negationem.

Confirmatur 3. nam si possent esse duæ formæ in eadem parte materiæ, illæ naturæ essent distinctæ, quia habent duas formas, & essent indistinctæ, qa haberent eādem numero materiam. Neque dicas distingui inadæquatè, nam leo, & lupus specie adæquatè distinguuntur: & tamen habent materiam eiusdem speciei: atque adeo similiter illa composita erunt omninò, & totaliter distincta. Non, inquam, id dicas, quia cum ibi sit eadem materia numero, ibi erit idem numero indiuiduum, cum indiuiduatio sumatur à materia: & tamen erunt diuersæ speciei ratione diuersarum formarum. Hoc autem videtur repugnare in terminis, vt aliqua sint idem numero, & distincta specie.

ARTICVLVS III.

Opiniones aliorum.

9 SEcunda opinio est negantium implicare est Paludani apud Rubium, & ipse sequitur de forma q. 7. est communis recentiorum Fonsec. 5. metaph. c. 4. q. 4. sect. 5. ad 3. Suar. in met. disp. 15 sect. 10. nu. 6. Hurtad. disp. 4 physic. sect. 3. n. 39.

Non implicare, saltem supernaturaliter duas res ipere formas.

Fundamentum horum est, quia ex nullo capite repugnat, scilicet, nec ex parte formæ, nec materiæ, nec dispositionum, nec efficientis.

Nulla ex parte hoc repugnat.

10 Tertia opinio est dicentium non implicare esse possibilem materiam informabilem per plures formas substantiales simul, quia potest dari tanta virtus, quæ possit habere causalitatem adæquatam duabus formis. Materiam verò, quæ naturaliter non est capax, nisi vnius formæ, non posse eleuari per potentiam Dei ad habendam causalitatem circa duas formas, vel rationes

Non implicare possibilem materiam esse plus. form. informabilē.

for-

formarum, etiam si illæ sint creatæ à Deo. Posse tamen terminare plures vniones diuersarum formarum à Deo creatarum sine concursu ipsius materiæ. Ita Vasquez 3. part. disp. 29. c. 4. nu. 23. quem sequuntur aliqui ex nostris Recentioribus.

Probatur hæc opin. Primam partem probat, nam si materia est capax duarum formarum, etiam si ab agente naturali ob incompossibilitatem formarum non possit illas recipere simul; tamen potest à Deo, quia potentia Dei potest auferre incompossibilitatem ab illis formis, sicut etiam incompossibilitatẽ dispositionum contrariarum.

Confirmant, quia nulla apparet repugnantia nec ex parte materiæ cum illa habeat sufficientem virtutem ad vtramquẽ formam, neque ex parte formæ, quia non repugnat, eandem materiam componere duas species cum duabus formis, neque ex parte compositi, quia ibi non esset vna essentia composita constans ex duabus formis, sed essent duæ essentiæ inter se inadæquatè distinctæ. Quod si illis obiicias hoc non esse naturaliter, quia naturaliter eadem portio materiæ non componit duas essentias. Respondent esse naturaliter ex parte materiæ, quia ad id habet virtutem naturalem sufficientem, sed esse supernaturale ex parte efficientis, quia huiusmodi composita non fiunt ex virtute agentis naturalis, sed supernaturalis; quæ supernaturalitas est extrinseca materiæ.

Secunda pars probatur, quia potentia concurrens subiectiuè, & materialiter ad effectus, si non habet illam sufficientem ad plures effectus, neque poterit illam habere per eleuationem à Deo, quia de ratione eleuationis est, vt principium eleuans suppleat defectum, quem habet potentia eleuata in eodem genere causandi. Sed Deus non potest concurrere subiectiuè ob imperfectionem illius concursus: ergo neque potest eleuare potentiam carentem virtute sufficienti ad illum concursum, quia non potest supplere per se ipsum

Causæ efficientis à materiali discrimen. illum concursum. Confirmatur ex discrimine inter causam materialem, & efficientem quod causa efficiens potest eleuari eo quod Deus suppleat per efficientiam id, quod deest causæ. At non sic respectu materialis. Neque dicas Deum supplere defectum concursus materialis per suam efficientiam; nam cum illi concursus sint diuersi generis, non potest vnus supplere defectum alterius: sicut linea secundùm suã lõgitudinem non potest supplere defectũ latitudinis superficiei, quia sunt quantitates diuersæ rationis.

Confirmatur, quia maiorem connexionem, & proportionem habet forma cum materia, quàm materia cum efficiente. Et tamen concursus formalis non potest supplere defectum concursus materialis: ergo multò minus poterit concursus effectiuus. 11

Confirmatur 2. quia si ille concursus non esset à materia in suo genere concurrendi, sequeretur esse causalitatem sine virtute causatiua, quia ille concursus essentialiter exigit, vt sit in genere subiectiuo. Sed in hoc genere non datur virtus sufficiens ad illum: ergo datur effectus sine causa sibi sufficienti. Quòd si dicant, sufficere influxum causæ efficientis maiorem, quàm esset, si daretur causa sufficiens materialis; tum contra, quia ille concursus vt est ab efficiente, non est subiectiuus: ergo, vt subiectiuus non habet causam in suo genere.

Tertia pars huius opinionis probatur, quia virtus terminatiua, quæ est sufficiens ad terminandum vnum, est sufficiens ad infinita, vt patet ex termino relationis, & ex termino visionis, nam idem album posset terminare infinitas visiones, si essent possibiles, quia ratio terminatiua non est causatiua; atque adeò non debet crescere iuxta augmentum eorum, quæ terminantur. Hinc inferunt eandem materiam posse terminare vniones infinitarum formarum, si essent possibiles, modò ad illas non concurrat per aliquam causalitatem, quia quælibet virtus est sufficiẽs terminare omnes.

ARTICVLVS IV.

Opinio Auctoris.

PRima conclusio non implicat, dari materiam aliquam, quæ sit receptiua connaturaliter formarum inter se compossibilium; implicat autem esse connaturaliter receptiuam formarum ex natura sua incompossibilium. Prima pars patet ex dictis in tertia opinione, quia non video huius materiæ repugnantiam neque ex parte sui, neque ex parte formarum, neque ex parte efficientis, quia posset dari vnum efficiens connaturaliter productiuum simul duarum formarum in eadem materia. Vel successiuè, vt producta vna, producat aliam. Vel duo efficientia, quæ producant 12 *Explicatur ac prob. 1. conclus.*

circa

circa eandem materiam suos effectus.

Secunda pars probatur, quia potentia naturaliter informabilis respicit formas naturaliter informatiuas; sed formæ oppositę non habent vim informandi simul eandē materiam, quia hoc est contra rationem oppositorum; scilicet, vt non possint esse simul in eodam subiecto.

Confirmatur, quia quando in natura datur potentia passiua, debet dari etiam actiua illi proportionata in eodem ordine ex Aristot. 9. met. text. 2. vbi definit potentiam passiuam in ordine ad actiuam. Esset enim inanis potentia naturalis, quæ non posset reduci ad actum per potentiā naturalem, vt rectè notat Ammon. in prædicament. & Simplic. 3. Physic. text. 57. Et patet ex ratione potentiæ, quæ respicit actum extrahibilem ex illa. ex Auerr. 7. metaph. 31. Et hinc oritur illud Alens. in 1. metaph. omnem potentiam passiuam appetere naturaliter coniungi cum suo actiuo ob sui perfectionem, quæ non potest haberi, nisi ex coniunctione cum suo actiuo.

13 Dices satis esse, vt illa materia possit reduci ad actum per potentiam diuinam, per quam potest impediri incompossibilitas formarum. Ergo non repugnat dari talem materiam respectu duarum formarum incompossibilium.

Repugnantia materiæ vnde oriatur.

Resp. Repugnantiam huius materiæ nō oriri ex ratione potentiæ receptiuæ duarū formarum incompossibilium simpliciter, quia hanc dari posse, conceditur, sed ex ratione potentiæ receptiuæ connaturaliter, quia illa debet reduci ad actum per potentiam naturalem, non per potentiam absolutam Dei, in ordine ad quam creatura omnis habet potentiam obedientialem.

Dices 2. Etiam si materia receptiua cōnaturaliter simul duarum formarum incompossibilium secundùm se non posset reduci ad actum per causas naturales, tamen hæc impotentia non ponit repugnātiam ipsæ, sed tantùm exigentiam connaturalem, contra quam Deus operari potest, cum sit Dominus absolutus naturæ.

Resp. Posse quidem Deum operari cōtra, vel supra exigentiam naturæ, non tamē inde auferri connaturalem exigentiam, quia illa cum sit essentialis naturæ, non potest auferri manente natura; sicut quod naturæ secundùm se repugnat, semper manet illa repugnantia radicalis, dum manet natura. Nunc autem dari potentiam naturalem respectu formarum compossibilium simul existentium dicimus repugnare, nō quidem simpliciter, & absolutè, sed ratione connaturalitatis, quæ vt repugnat formis, ita & potentiæ ad illas.

Ex his patet, materiam receptiuam plurium formarum incompossibilium successiuè non posse connaturaliter recipere illas easdem formas vt compossibiles, quia variaretur terminus specificatiuus illius potentiæ, non enim specificatur à formis vt simul existentibus, sed vt successiuè potentibus existere. 14

Dices modus successionis, vel simultatis non variat rationem essentialem formarum. Ergo non variat rationem specificatiuam potentiæ receptiuæ. Atque adeo ex potentia, quæ potest eas connaturaliter recipere successiuè, poterit & simul, quantū est ex se.

Variatio essentiæ quot modis intelligi potest.

Resp. Negando potentiam existendi simul, vel successiuè in formis non variare essentiam formarum; nam dupliciter variatio potest intelligi. Vno modo essentialiter per se; & ita illos modos essendi successiuè, & simultaneè non variare essentias formarum concedi potest. Secundò per se arguitiuè: & ita ex illis modis variantur essentiæ formarum, quia aliqua duo esse cōnaturaliter compossibilia, & connaturaliter incompossibilia omninò repugnat nō variatis essentijs.

Explicatur ac prob. 2. conclus.

Secunda conclusio. Materia habens virtutem connaturalem terminandi vnionē vnius formæ, quæ sit informatio, non potest connaturaliter simul terminare plures vniones plurium formarum; quia virtus illa, quæ est adæquata vni non potest se extendere connaturaliter ad plura, quia ferretur extra suum adæquatum: sed materia, quæ habet virtutem terminandi vnam vnionem est connaturaliter adæquata illi; ergo non potest connaturaliter terminare plures vniones. Minor probatur, tùm quia sicut non quodlibet potest terminare quālibet, vt sapor nō potest terminare visionē; ita nec quælibet potentia receptiua actus pōt terminare vnionem cuiuscuq; actus, potentia materiæ inferioris non potest terminare vnionem formæ cœli; nec potentia, quæ est in materia cœlesti solari potest terminare vnionem formæ lunæ, & animæ rationalis. Ergo similiter potentia, quæ non est terminatiua connaturaliter, nisi vnius formæ in se existentis, non potest terminare connaturaliter vniones plu- 15

sium

rium formarum connaturaliter incompossibilium.

Tum à priori, quia virtus terminatiua, quæ est in materia respectu vnionis formarum est determinata ad terminandam connaturaliter vnionem formalem eo modo, quo formæ possunt esse in materia: sed formæ incompossibiles non possunt esse connaturaliter in materia: ergo neque materia potest illas connaturaliter simul terminare.

Confirmatur ex regula correlatiuorum, in quibus dispositio in vno extenditur proportionaliter ad dispositionem alterius. Sed potentia, & actus sunt correlatiua; ergo dispositum in actu censetur dispositum in potentia. Sed actus sunt naturaliter incompossibiles, & supernaturaliter corruptibiles: ergo potentia supernaturaliter illorum vnionem, vt compossibilium terminabit, & vt incompossibilium naturaliter non poterit simul.

16 Dices. Etiam si formæ non possint esse simul connaturaliter in materia, sed supra naturaliter, tamen positis illis in materia per potentiam Dei connaturaliter illarum vnionem materia terminabit; sicut calor non potest calefacere, nisi inhærens subiecto; tamen posita eius existentia per potentiam Dei extra subiectum, connaturaliter calefacit.

Virtus terminatiua, & calefactiua v.g. in quo differant.

Resp. Hoc debere esse fundamentum aduersariorum, tamen non omnino satisfacit. Patet ex discrimine virtutis terminatiuæ, & calefactiuæ: nam virtus calefactiua non necessariò indiget ad connaturaliter operandum inhærentia, quia sufficit illi existentia. At verò virtus terminatiua materiæ respectu vnionis exigit proportionẽ cum vnione: quæ proportio variatur cum extenditur ad plurea, & ideo non potest connaturaliter ad plurea se extendere.

Virtutis terminatiuæ finis.

Secundò quia virtus terminatiua est tributa à natura propter informationem. Cũ igitur connaturaliter non possit esse in materia duplex informatio simul, neque poterit esse duplex terminatio, quia virtus terminatiua connaturaliter est adæquata virtuti receptiuæ.

17 Dices 2. Virtus terminatiua vnius potest terminare infinita talia, quia non requiritur maior virtus ad terminanda plura, quàm vnum, vt patet inductione: nam terminus sufficiens ad terminandam vnam relationem potest terminare omnes illius speciei. Sic calor terminans vnam visionẽ potest terminare omnes alias. Et sic consequenter de cæteris; ergo virtus terminatiua vnius vnionis, seu informationis potest terminare omnes alias vniones formarum.

Terminus quam causalitatẽ habet circa terminatum.

Resp. Primò, falsum esse terminum nullam habere causalitatem erga rem terminatam, cum constet, habere rationem specificatiuam illius, quæ pertinet ad causalitatem in genere causæ formalis.

Resp. 2. Etiam si illi negetur omnia causalitas, non tamen inde sequitur virtutem terminatiuam ad vnum posse terminare plura præsertim quando terminata sunt diuersæ speciei, quales sunt vniones diuersarum formarum cum materia: immo ex cõmuni sententia idem terminus non potest terminare diuersas relationes sub eadem ratione, vt dicitur de relatione filij ad patrem, & matrem, & de relatione patris ad plures filios, & de relatione patris, & matris ad filium, qui licet sit vnus, tamen sub diuersa ratione vtriusque relationes terminat. Nec exemplum coloris terminantis visiones illis fauet, sed potius obest: nam color albus ita terminat actum vnius speciei, vt non possit terminare actũ alterius speciei, vt visionem v. g. nihili. Quare similiter virtus determinata terminandi vnam formam simul vnius speciei, non potest terminare simul vniones diuersarum specierum. Neque dicas, virtutem vnicam materiæ esse terminatiuam vnionum omnium formarum: nam etiam vnus oculus est visiuus omnium colorũ. Quare sicut in visu debet spectari modus operationum; ita in virtute materiæ debet spectari modus, quo est vnibilis formis.

Dices 3. Potest eadem natura terminari per plures subsistentias diuinas, quia tantùm se habent vt terminus subsistentiarum, non vt causa, neque vt effectus: ergo cum materia se habeat respectu illarum vnionum diuersarum formarum vt purus terminus, non vt causa, & effectus, (nam supponitur formas, & earum vniones fuisse productas sine causalitate materiæ) materia poterit vtriusque vnionem terminare. 18

Ostenditur disparitas exempli à diuinis.

Resp. 1. Exemplum non esse ad rem, nã hic quærimus vnitatem termini respectu plurium, quæ terminantur. Exemplum autem est de pluribus terminis respectu vnius naturæ terminatæ. Quare magis ad rem fuisset asserere, quod vna persona possit terminare plures naturas simul, quod licet de persona diuina concedatur non

tamen

tamen de creata ab omnibus conceditur, etiam si id asseratur fieri per eleuationem.

Quæstio est de virtute naturali.

Resp. 2. Hic quæstionem esse de virtute naturali materiæ respectu plurium vnionum, non de virtute obedientiali, cum tamen argumentum assumat ea, quæ naturaliter esse non possunt, nemo enim sanæ mentis asserit connaturaliter naturam, v. g. humanitatem posse terminari pluribus suppositis alienis, imò nec vno supposito alieno, sed si id fieri potest, dicunt fieri supernaturaliter ex vi potentiæ obedientialis, quam quidem negantes decidunt in opiniones absurdas.

19 *Explicatur 3. conclus.*

Tertia conclusio supernaturaliter non implicat eãdem portionem materiæ vniri cum pluribus formis inter se incompossibilibus non solùm terminando illarum vnionem, sed etiam causando, & formarũ existentiam, & earum vniones.

Prima pars conceditur ab aduersarijs, dum asserunt, id naturaliter fieri posse ex parte virtutis terminatiuæ: ergo multo magis fieri poterit supernaturaliter per virtutem terminatiuam obedientialem.

Probat. 2. pars conclusionis ab aliquibus.

Secundam partem probant primò alij, quod capacitas materiæ ita se habet ad plures formas incompossibiles, sicut capacitas spatij ad plura corpora incompossibilia. Sed potest Deus ponere duo corpora in eodem spatio simul coexistentia absque eo, quod vnum expellat aliud: ergo similiter poterit ponere duas formas in eadem portione materiæ absque eo, quod vna expellat aliam.

Probatio hæc nõ placet, & cur.

Sed hæc ratio facilè soluitur ab aduersarijs negando paritatem, eo quod spatium non exercet aliquam causalitatem recipiẽdo corpora. Et ideo ea, quæ est sufficiens ad vnum, est sufficiens ad infinita, impedita incompossibilitate corporum. At verò virtus & capacitas materiæ concurrit physicè ad causandas formas, & vniones. Et ideo virtus limitata ad vnius causalitatem non potest exire in causalitatem alterius formæ ob defectum virtutis. Vnde si eius virtus non crescit, non potest habere aliam causalitatem. Hinc inferunt virtutem subiectiuam, quæ naturaliter non potest in aliquam formam, neque poterit in illam supernaturaliter, quia ex vi supernaturalitatis non crescit in suo genere.

Probatur ab alijs.

2. Alij probãt. Materia ex sua virtute potest concurrere ad oẽs formas à se diuisim educibiles per suas vires naturales, vt supponitur: ergo per easdem vires eleuatas poterit concurrere coniunctim iuxta determinationem eleuantis. Consequentia probatur primò, quia quælibet virtus plus potest supernaturaliter, quàm naturaliter causare, alioqui supernaturalitas nihil conferret: hoc autem apparet esse falsum ex operibus miraculosis, quæ fiunt à creaturis, & tamen excedunt vires earum naturaliter operantes. Tum 2. quia omnes illæ formæ continentur intra virtutem materiæ, vt effectus in causa, & non potest exire in actũ alicuius ob suã indeterminationẽ, ob quã exigit determinari ad hunc potiùs, vel illũ effectum vel ex circumstantijs, vel à Deo, vt prima causa. Sed Deus vt determinat materiam ad concursum talis formæ equinæ v. g. Brunelli potiùs quam Bucephali ex sua libertate; ita potuisset determinare materiam ad concursum vtriusque, cum in suo genere vtramque contineat. Non enim apparet aliqua repugnantia ex parte voluntatis diuinæ.

3. Quia sicut eadem virtus productiua effectus successiuè potest producere ex eleuatione, & supernaturaliter eundem effectum in instanti siue per ablationem cõtrarij, siue impediendo oppositionem actualem: ergo similiter poterit eosdem effectus à se successiuè producibiles producere simul ex eleuatione, eo quod illas perfectiones successiuè producibiles in se ipsa causa contineat.

Respondent. Ex virtute causatiua successiuè effectuum non rectè inferri virtutem causatiuam effectuum simul, quia plus virtutis requiritur ad producendos duos effectus simul, quàm vnum ex illis, vt patet experientia. Sed contra, quia quando effectus sunt eiusdem rationis, & sunt ab eadẽ causa producibiles, vtrique effectui virtus causæ est æqualis; sicut enim quãtitas palmaris est æqualis omnibus palmaribus, ita virtus causatiua leonis B, est æqualis leoni C, &c. nam omnes illi leones non habent maiorem perfectionem intensiuè, quam habeat vnus leo, licet extensiuè sit maior in pluribus; quàm in vno: ergo non est ratio cur repugnare non posse, illam virtutem eleuari ad causandum leonem B, & C, simul, quia nihil virtutis perfectionis intensiuè requiritur in causa; & perfectio extensiua suppletur ex eleuatione, qua Deus determinat illos effectus produci simul, sicut naturaliter determinat, vt causentur diuisim. Et ratio huius est; nam cum efficiens reperitur vt actiuitas sibi passum, si nil illo

20 *Probat. 2. tribus argumentis.*

Impugnatio huius dicti reijcitur.

21

illo passo adsimilato per vnam formam non habet actionem ad amplius adsimilandum quia præsente fine, cessat actio. Vnde etiam alia causa non potest circa idem subiectum habens formam B producere in illo subiecto aliam formam similem in specie; & ideo etiam materia non potest iuxta cursum naturæ inditum concurrere ad aliam formam illi similem quam habet. Et multò minùs ad aliam incompossibilem naturaliter, quia neque efficiens datur productiua talis formæ, nisi destruatur altera. Vnde sicut Deus non subiacet huiusmodi ordini naturali in suis operibus; ita neque aliæ causæ creatæ, vt subsunt Imperio diuino ligantur legibus naturæ.

Tertio probatur, quia nulla est implicantia cur nequeat vnâ materia informari per potentiam Dei per plures formas & vnionès à materia causatas. Primo non ex parte formarum quia licet sint incompossibiles naturaliter, tamen illa incompossibilitas impediri potest à Deo, quia maior est incompossibilitas formarum contrariarum, vt caloris, v g & frigoris, quam duarum formarum substantialium, inter quas non est contrarietas, sed pura incompossibilitas, & tamen Deus potest ponere duo contraria in eodem subiecto: ergo etiam duas formas substantiales.

Non repugnat ex parte formarũ, & cur.

21 Neque repugnat ex parte materiæ, vt dictum est ex capacitate omnium forma u, cuius virtus licet naturaliter non possit se extendere ad plures simul, tamen ex imperio diuino ratione potentiæ obedientialis poterit se extendere ad omnes, ad quas potest se extendere Imperium diuinum. Hoc enim habet creatura ratione potentiæ obedientialis, vt se extendat ad effectus, ad quos non potest potentia naturalis.

Non repugnat ex parte materia, & cur.

Dices. Poterit quidem, sed adiuta ad causandum à virtute diuina, quia tunc ille effectus causaretur ab vtriusque virtute. At virtus subiectiua non potest adiuuari à Deo, quia Deo repugnat virtus subiectiua.

Sed contra primò, quia sunt qui dicant cum Fonseca, Concursum substentatiuum præscindendo ab informatione non repugnare Deo, quia nullam dicit imperfectionem, sicut dicit de concursu effectiuo.

Deus quomodo concurrat cum materia ad plures formas.

Secundò Virtus creaturæ est adeo subiecta Deo, vt habeat actus ex imperio diuino, quos ex se habere non posset, vt colligitur ex D. Hieronymo in cap 8 Matth. lib. 1. dum explicat illa verba. *Imperauit ventis, & mari; Per hoc, inquit, intelligitur, quod omnes creaturæ sentiant Creatorem, quæ enim increpauit, & quibus imperauit sentiunt increpantem, non qui iem errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia sunt, illi sensibilia sunt.* Sed magis est creaturas insensibiles sentire imperium Dei, quàm virtutem materiæ causatiuam vnius formæ causare ex Imperio Dei duas. Hæc enim præstantur per potentiam obedientialem, quæ non est alligata legibus naturæ.

Tertiò Defectus virtutis materiæ respectu plurium formarũ suppletur à Deo in genere causæ efficientis, qui licet fit in diuerso genere tamen cum sit in genere superiori, & infinitæ virtutis potest adiuuare quodlibet genus causæ, assumendo virtutem materiæ cum sua efficientia ad effectus, quos materia sua vir ute connaturaliter non poterat siue sua efficientia roborando virtutem subiectiuam siue à forma, auferendo à forma indigentiam tanti, vel tanti concursus subiectiui. Si enim potest producere formas independentes à materia sine vllo concursu materiæ reddendo illas independentes à materia, cur non poterit easdem formas producere cum minori concursu subiectiuo, quam exigerent ex sua natura? Iam enim materia, quam forma sunt subiecta imperio diuino.

ARTICVLVS V.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

AD primum respondetur. Incompossibilitatem formarum acceptè posse dupliciter primò in actu primo; & hanc non posse tolli à formis siue abstractè cõsideratis, siue in cõcreto, seu vt informantes subiectum. Secundò in actu secundo & hic impediri potest quoniam vna forma excludat aliam à subiecto: Tum, quia actus secundus potest separari à primo per potentiam Dei. Tum, quia effectus secundarius potest separari à forma informante, vt omnes concedunt de expulsione formæ contrariæ. Ad replicam bi positam de effectu secundario essentialiter connexo cum primario effectu, dicimus expulsionem formæ non habere necessariam conditionem essentialem cum effectu primario.

22 Formarũ incompossibilitas dupliciter accipi potest.

Replicæ Resp.

1. prob. resp.

Forma cadaueris dupliciter accipi potest.

Ad primam probationem respondeo, formam cadaueris posse accipi dupliciter. Primò vt dicit rationem positiuam, quæ est forma quædam mixti, & hæc essentialiter non excludit animam. Et hac ratione potest dici, quod corpus illud non est viuū ratione formæ mixtæ, & est viuum ratione animæ, sicut dicunt ponentes formas partiales cum anima; secundò vt significatur nomine cadaueris, in quo significatu includitur negatio viuentis. Et ita excludit esse animatum: Verùm hæc significatio nō impedit Deum, quin possit ponere illam formam positiuam sine exclusione, quia illa forma non diceretur forma cadaueris secundùm significatum, quod habet nunc hoc nomen. Et idem dicitur de herba viridi, & sicca &c. ratione formarum substantialium.

23 *2. prob. resp.*

Ad secundam probationem respōdeo, illam sumere vim à terminis, quibus significantur res, vt nunc sunt. Et quia nunc materia accipit esse substantiale specificum in genere prædicamētali à forma substantiali, quæ priùs illi conuenit, quàm forma accidentalis ex opinione Thomistarum, & communi. Ideo quicquid aduenit materiæ post informationem formæ substantialis dicitur dare esse accidentale. At verò cum hic agatur de rebus non vt nunc sunt, sed vt esse possunt per potentiam Dei, non debemus ex ijs, quæ nunc sunt negare quæ sunt possibilia Deo; nam si Deus poneret duas formas substantiales in eadem materia, vtraque daret esse specificum prædicamentale, & vnum esse non esset prius altero; at comparatione accidentium essent duo prima esse, quia singulæ essent priores proprijs accidentibus; & vtraque daret esse simpliciter respectu suorum accidentium, quæ habent esse secundùm quid. Quod si ponamus materiam priùs informari per vnam formam, & deinde per aliam, tunc prima materia daret esse primum, & secunda secundum ratione temporis, non ratione causalitatis, cum neutra in alteram haberet causalitatem. Primitas enim causalitatis formæ substantialis attenditur respectu formarum accidentalium.

1. confirm. resp.

Ad primam confirmationem patet ex dictis quoad illud, quod accidit de primitate. Ad illud verò, quod additur de ente per se respondeo, quamlibet formam substantialem proportionatam materiæ facere vnum per se cum materia, siue adueniant concomitanter, siuè non: & hoc est de ratione formæ substantialis secundùm se. Quod verò forma substantialis informans materiam excludat ab illa, vt non habeat aliud esse per se, non est de ratione formæ secundùm se, sed secundùm statum naturæ, qui nunc est: In quo quicquid aduenit naturæ suppositatæ est accidens; atque adeo constituit vnum per accidens. Hinc autem non licet argumentari ad ea, quæ à Deo fieri possunt supra cursum naturæ, sic enim lutum excæcat oculos, & tamen lutum in manu Christi restituit visum.

Deinde dupliciter intelligi potest duas formas esse in eodem subiecto per potentiam Dei. Primò, vt vtraque sit immediatè informatiua materiæ, & componant duo composita inter se inadæquatè distincta, & in hoc sensu intelligimus quæstionem. Secundò vt vna immediatè informet materiam. Altera verò mediatè, vt dicitur de accidentibus. Et in hoc sensu qui ponunt formas partiales disputant hanc quæstionem nam putant, animam, v. g. recipi immediatè non in materia, sed in formis partialibus, quas dicunt essentialiter ordinari ad animam recipiendam, atque adeo fieri vnam naturam per se ex materia informata duabus formis subordinatis, & in hoc sensu disputabitur in libris de anima, quia maiorem quandam difficultatem habet, quàm in sensu præcedenti, cum ponatur vna essentia specifica constituta ex duabus formis specificis. 24

Duas formas esse in eodem subiecto supernaturaliter quot modis intelligatur.

Ad secundam confirmationem respondeo, negationem alterius formæ annexam formæ substantiali esse duplicem. Vnam identitatis; & hæc inseparabiliter est coniuncta cum forma, etiam per potentiam Dei, quia per nullam potentiam forma distincta realiter ab alia potest identificari realiter cum illa. Alteram coniunctionis cum altera forma naturaliter incompossibili, & hæc potest separari à forma de qua est controuersia, quia illa non est essentialiter connexa cum forma.

2. cōfir. resp.

Negatio in forma alterius formæ duplex est.

Ad tertiam confirmationem respōdeo. Ex illa materia, & duabus formis non fieri vnum compositum, sed duo, quæ sunt distincta inter se inadæquatè, idest formaliter, & non materialiter, sicut in lacte album, & dulce distinguuntur formaliter, & non materialiter, seu inadæquatè ratione eiusd. communis subiecti. Ad replicam negamus principium indiuiduans sumi à sola materia, alioqui omnia composita ex eadem

3. cōfir. resp.

Ex materia, & duabus formis duo fiunt composita.

mate-

materia successiuè essent idem numero. Atque adeo cum aer fit ex aqua, aer productus esset idem numero cum aqua corrupta. Vnde autem accipiatur principium indiuiduans dictum est in metaphys. nam qui putant essentiam determinari per hæc, vel illam hæcceitatem à Deo vt primæ causa, putant sufficienter assignasse causam indiuiduationis. Alij autem, qui id negant, dicunt sumi ab omnibus causis, & circumstantijs concurrentibus ad actionem, & terminum. Alij verò vtrumque requirunt. Verùm de veritate huius suo loco.

25 Ex dictis patet ad argumenta tertiæ opinionis, nam prima pars nobiscum sentit. Secunda pars nobis aduersatur. Sed eius fundamentum solutum est supra. Neque obstat diuersitas inter causam efficientem, & materialem, vt ibi ostensum est. Neque exemplum lineæ ibi adductum est ad rem, nam cum linea sit indiuisibilis secundùm latitudinem non potest augere latitudinem nisi indiuisibiliter. At verò virtus materiæ naturalis vt est obedientialis potest in plura, quàm possit naturalis, quia exercet actum à se distinctum ex Imperio diuino.

Arg. 3. opin. resp.

Ad primam confirmationem. Aliud esse concursum vnius generis, & non supplere concursum alterius. Aliud principium concursus vnius generis non posse supplere concursum alterius. Et licet neutrum fieri possit naturaliter, tamen vtrumque potest fieri supernaturaliter, quando principium concursus eleuans est infinitæ virtutis in omni genere, vt ostensum est supra. Quare cum forma non sit infinitæ virtutis, non potest per suum concursum supplere defectum causæ materialis; an autem per suam entitatem possit habere rationem causæ materialis, dictum est alibi.

1. confirm. resp.

Ad secundam confirmationem. Cum ille concursus ex vi eleuationis sit à virtute materiæ eleuata concurrente in suo genere iuxta exigentiam formæ, vt stat sub Imperio diuino, falsò dicitur existere sine virtute causatiua illius.

Resp. 2. confirm.

Quæ verò pertinent ad tertiam partem dicta sunt supra. Et hæc satis sint de hac quæstione.



DVBITATIO V.

An vna forma possit informare simul plures materiæ partes continuatas.

DE hoc dixi in phys. tract. 6. quæst. 6. d. 5. 1

Hæc dub. habet duas difficultates prima est de materiæ partibus continuis, altera de partibus discontinuis; de vtraque aliqua breuiter attingentes plura dicturi in libris de anima.

Dubitationis difficultas duplex.

Primò est certum, animam rationalem indiuisibilem esse totam in toto, & totam in qualibet parte corporis. Atque adeo esse in partibus materiæ inter se distinctis, quia omnes illæ partes sunt adæquatum subiectum potentiæ informatiuæ, quam habet anima.

Secundò est certum, eandem numero animam rationalem non esse in pluribus corporibus inter se distinctis. Vtrumque patet ex principijs fidei. Quare difficultas manet primò de formis diuisibilibus specietatis naturis ipsarum. Altera de indiuisibilibus formis, vel diuisibilibus spectatis in ordine ad potentiam diuinam. Quæ sit prima dubitatio. An formæ diuisibiles eædem numero possint esse vel in diuersis partibus materiæ continuatis, vel discontinuatis.

Difficultas de quibus formis sit.

2

Prima opinio affirmat, eandem numero formam de facto esse in pluribus suppositis eo quod putent omnia animalia v.g. bruta esse eiusdem speciei, & solùm differre per diuersas dispositiones.

Forma naturalis est eadem numero in pluribus suppositis.

Sed hæc opinio, sicut asseritur, sine vllo fundamento ita non potuit oriri, nisi à supposito bellnino, nam cum in se experiretur bellunas cogitationes, putauit se esse eiusdem substantiæ cum belluis, & solùm differre secundùm figuram, & accidentia externa; sed eos fallit, nam accidentia etiam indicant formarum diuersitatem, nã quælibet forma sua habet accidentia propria, & dispositiones. Confirm. quia videmus in diuersis suppositis exire diuersas operationes, ergo ibi sunt diuersa principia, quia non est ratio cur mortuo animali non possit moueri, & operari, vt mouebatur ante mortem, si habet eandem formam. Confirmatur, quia nullum animal posset mori, quia haberet animam, cui essent connaturales omnes dispositiones, at mors accidit

1. opinio impugnatur.

Forma diuersitas ab accidētibus indicatur.

cidit ob defectum dispositionū: hoc autē est contra scripturā, q̄ asserit homines, & iumenta mori. Denique alij probant, quod operationes independentes à locis, quæ essent in vno essent etiam in cæteris, sic cognitio, sensatio, dolor &c. sicut accidit in homine, in quo dolor pedis sentitur ab anima quæ est in capite, sed hæc ratio habet illas difficultates, quas habet homo replicatus in diuersis locis, quas examinare non est huius loci.

Forma diuisibilis est in diuersis eiusdem materiæ partibus.

Secunda opinio est dicentium, formas diuisibiles eiusdem materiæ continuatæ esse in diuersis partibus eiusdem materiæ, quia cum sit dependens à materia tanquā ab adæquata sui causa debet dependere ab omnibus partibus illius. atque adeo esse in omnibus illius partibus, sicut in opinione Thomistarum dicitur de formis animalium perfectorum, quas ipsi ponunt indiuisibiles.

4 *Forma diuisibilis est diuisibiliter in materia.*

Tertia opinio est dicentium formas diuisibiles esse in materia diuisibili ubi adæquata, sed diuisibiliter, itaut pars formæ sit in vna parte materiæ, & non in alia, sicut tota anima est in tota materia secundum diuersas sui partes.

Probant aliqui, quia forma diuisibilis ibi est vbi educitur, sed partes formæ ita educuntur ex vna parte materiæ, vt non educantur ex alia parte: ergo partes formæ ita sunt in vna parte, vt non sint in alia.

Probatio impugnatur.

Respondent aliqui, hinc non rectè probari, nam sicut aliquis effectus potest pendere à duabus causis efficientibus inter se distinctis, & partialiter concurrentibus; ita possent dici plures partes materiæ concurrere partialiter ad illam formam, atq; adeo posse esse in pluribus materijs partialiter concurrentibus: sed hi non percipiunt vim argumenti, nam argumentum petit formā esse in illa parte materiæ, ex qua educitur. Quare si eadem portio formæ educeretur ex diuersis partibus materiæ inter se distātibus, illa eadem portio formæ esset in partibus materiæ distantibus connaturaliter, at repugnat, vt idem sit in diuersis locis connaturaliter.

Opinio quæ placet auctori.

Ex qua ratione patet, non posse esse eādem formam in materijs inter se separatis, quia idem naturaliter non potest esse in diuersis locis, atque adeo neque educi ex diuersis materijs inter se separatis; Et hæc opinio mihi placet. Solùm difficultas oriri posset ex formis indiuisibilibus brutorū, ad quas omnes partes corporis heterogenei concurrunt. Verùm in libris de anima ostendi non posse formam eductam ex materia esse indiuisibilem, eo quod eductio supponit indistantiam formæ à materia educta, non potest autem intelligi quomodo illæ partes materiæ inter se distantes concurrant ad illam entitatem numero, quæ est à se distans, cum sit simul cum alia parte à se distante. Sed de hac re alibi vbi etiam dicendum quid de potentia absoluta an vna forma possit informare duo subiecta adæquata.

Vnio informationis non bene infertur ex hypostatica terminatione. 5

Dico solùm hic adnotanda, quæ passim à recentioribus admittuntur sine examine, primum est non rectè ex terminatione Hypostatica inferri vnionem informationis, nam suppositare naturam non includit necessariò mutationem in supposito suppositante, quia hoc est terminare vnionem existentem in natura suppositata, & hinc verbo conuenit suppositare humanitatem, quia fit sine mutatione ipsius; at informare & informari essentialiter includit mutationem in informatiuo, & informabili, & ob hanc rationem nulli perfectioni diuinæ conuenire potest ratio informantis, & informabilis, quia hæc dicunt imperfectionem mutationis. Vnde negāt Hypostasim diuinam posse informare naturam suppositando illam. Alterum quod deducunt ex suppositatione verbi .s. posse dari, ac sufficere vnam vnionem informationis in vno extremo subiectiuè, & in altero terminatiuè, hoc autem repugnare videtur dictis nam cum de ratione informationis actiuę, & passiuæ sit mutatio in extremis, si ponitur vna vnio, illa vt inferat mutationem debet afficere vtrunque extremum, nam pura terminatio est sine mutatione. At eādem vnionem afficere vtrumque extremū repugnat; nam vel ponitur vnio identificari cum extremis vt modus cum re modificata, & repugnat eandem perfectionē finitam, & modalem identificari cum duabus distinctis realiter, sicut eandem numero rationem formalem identificari formaliter cum duabus formaliter distinctis; nam hoc solùm conuenit diuinæ essentiæ ob suam infinitam perfectionem, vt .s. identificetur cum personis distinctis realiter, quare ponere huiusmodi identificationē est ponere mysteriū Trinitatis in perfectionibus finitis & modalibus, quo nihil stultius dici potest.

Vnio informationis in vno extremo subiectiuè, & terminatiuè in altero dari non potest.

Vel ponitur vnio distincta realiter ab vtroque extremo, & vtrumque afficere, &

hoc

hoc primo videtur repugnare vnioni: quæ per seipsam vnitur extremis, at perfectio distincta realiter ab alia non potest vniri seipsa, sed media vnione superaddita, alioqui forma seipsa informaret præcisa vnione superaddita, sed afferri potest discrimen, quod forma non est actualis informatio, sed est informatiua; at vnio hæc est actualis informatio.

6 Secundò objicitur, tum quia quod conuenit positiuè alicui ex ratione generica, conuenit etiam dum est contracta ad aliquam speciem vt sensibile homini, sed perfectionibus distinctis realiter inter se ex ratione realitatis distinctæ conuenit vniri per vnionem superadditam, vt patet deductione ex actibus immanentibus, et alijs, nã actus illi licet sint actuales rationes, tamen distinctæ realiter à potentia possunt poni extra illam, vnde aduersarij concedunt posse cognitionẽ poni in lapide; ergo etiam actuali informationi id conueniet, vel actualis informatio non potest esse perfectio realiter distincta ab extremis.

Tum quia realiter distincta ex propria ratione sunt separabilia per potentiam Dei nisi aliunde ponatur repugnantia, sed vnio informationis non potest per potentiam Dei existere non solum extra extrema ab illis separata, sed neque intra illa sine affectione extremorum per solam assistentiã, & præsentiam localem, quia esset effectus formalis sine forma, & materia causãtibus illum, quia non causant sine earum mutatione.

Tum quia repugnat perfectioni ex sua actualitate facienti vnam naturam per se existere, quin faciat vnũ per se sicut repugnat, existentiam existere, quin reddat aliquid existens quia est essentialiter ratio actualis qua aliud existat; At si esset distincta realiter posset esse absque tali effectu per potentiam Dei, quia posset esse sine afficientia actuali extremorum.

Denique si vna poneretur afficere vtrũque non posset ab illis extremis causari, nã illa exigit ad sui existentiam causalitatẽ materiæ, & formæ in proprijs generibus, sed non posset sic causari, quia à forma causaretur in genere causæ materialis, cum illa vnio causaretur à forma recipiendo illam, at causa causans recipiendo causat in genere causæ materialis, quia non est aliud causare materialiter, quam causare recipiẽdo suum effectum; & quia illa informatio causaretur à materia in formã, materia causaret formaliter formã, quæ omnia videtur absurda philosopho sanæ mentis; Nec video aliud effugium, nisi distinguendo vnionem illam accipi *vt quod*, & sic recipitur, & *vt quo*, & est ratio, cur posita in forma, materiam informet, vt dicitur de intensione generitatis affixa generi, quæ *vt quod* est singularis, & *vt quo* est ratio vniuersalis, qua genus refertur ad plura; ita illa vnio recepta in forma facit vt forma informet materiam; hæc dixi tum ad redarguẽdã tarditatem, & secordiam ingenij recentiorum, tum ad aperiendam illis viã veritatem indagandi, propterea nihil addidi plura dicturus Deo dante cum de anima.

DVBITATIO VI.

An subiectum generationis exigat dispositiones accidentales vt recipiat formam substantialem.

RE'spondetur affirmatiuè. Patet experientia, quia ideo in hac materia introducitur hæc, & non alia forma, quia habet dispositiones proportionatas huic, & non illi formæ, ex quibus determinatur ad hanc, & non illam formam. Difficultas manet in inuenienda ratione, ob quam requirantur dispositiones, cum materia ex natura sua sit apta ad recipiendas omnes formas substantiales. 1 *Subiectum exigit ad formam dispositiones accidentales.*

Primò dici potest necessitatem oriri ex indeterminatione materiæ ad plures formas specie; & cum effectus determinatus non possit esse à causa indeterminata nisi determinetur, ideo materia indiget determinatione ad hanc potiùs formam, quàm illam: hæc autem fit per dispositiones huius, vel illius formæ. Dices etiam est indeterminata quoad accidentia, & tamen respectu illorum non indiget determinatione intrinseca, sed tantùm extrinseca, quæ prouenit à præsentia agentis productiui huius, vel illius dispositionis: ergo eodem modo dicendum est de forma substãtiali. Respondeo. Diuersam esse rationem dispositionis, & formæ substantialis, nam cum natura ordinauerit priùs recipi dispositiones in materia, quàm formam substantialem, ex hoc colligi debet ad recipiendam formam substantialem exigi in materia determinationem intrinsecam; ad recipiẽdas verò dispositiones quia sunt quæ primò

Ratio huius exigentiæ oritur 1. ex indeterminatione subiecti.

Determinatio mãtæ ad formam est intrinseca, extrinseca verò ad accidentia.

mò

mò recipiuntur in ordine exequutionis, sufficere determinationem extrinsecam, alioqui oportuisset dare processum in infinitum. Addo, etiam inter accidentia dari aliquam prioritatem in recipiendo, nam priùs recipitur quantitas, quàm qualitas, & inter qualitates priùs recipiuntur primæ, quàm secundæ. Vnde non mirum si à natura ordinatum sit, vt ad recipiendas dispositiones primarum qualitatum sufficiat determinatio extrinseca à præsentia agentis.

2 *Ex perfectione formæ exigentis perfectam præparationem.*

Secùndò. Sumi potest ratio ex perfectione formæ substantialis, nam vt forma artificialis non introducitur in materiam, nisi præparatam, ita dicendum de forma substantiali, cum ars imitetur naturam. Confirmatur, nam videmus à forma substantiali quò est perfectior, eò exigi perfectiores dispositiones exornantes materiam. Confirmatur secundò ex operationibus politicis, nam quò nobiliores, vel ignobiliores sunt personæ, quæ habitare debent in domibus, eò nobiliores, vel ignobiliores exiguntur præparationes, quia recta ratio dictat, esse conueniens præparationem fieri secundùm rationem dignitatis habitantiũ. Et hinc natura, q̃ sẽper seruat rectã rõnẽ in suis operationib⁹ nobiliores ordinauit dispositiones in materia nobilioribus formis.

Ex indigentia formæ.

Tertia ratio sumitur ex indigentia formæ, quæ cum indigeat causa productiua & plerumque causa adæquata sit absẽs, ordinauit accidentia, quæ disponendo materiam producerent vt instrumenta substãtiæ formas substantiales. Sed de veritate huius rationis infra.

Ex formarum substãtialium cõseruatione.

Quarta ratio ducitur ex conseruatione formarum substantialium, nam si essent in materia carente dispositionibus, tunc actio inter substantias esset immediata, & cum substantiæ sint indiuisibiles, actio inter ipsas esset in instanti, & quia perfectiores formæ haberent maiorem virtutem, iam destruxissent omnes formas inferiores. Iã verò non ita, nam cum actio mutua immediatè fit inter accidentia dispositiua, quòd cum ad vnam dispositionem plura accidẽtia sint necessaria, compensatur eorum actio. nam quod de dispositione detrahitur ab vna, restauratur secundùm aliam partem dispositionis ab alia. Et ita in hac pugna mutua plurium qualitatum difficiliùs sequitur corruptio formarum substantialium, cum difficiliùs corrumpatur dispositio necessaria ad existentiam formæ in materia: præsertim cum dispositio necessaria ad illam habeat latitudinem, & facilè, absente contrario ex vi formæ restauratur.

Dispositio est subiecto necessaria vt conditio sine qua nõ.

Denique dici potest, materiam indigere dispositione tanquam *conditione, sine qua non*, vt informetur, & conseruet informationem: de qua re etiam si nullam rationem haberemus, præter quotidianam experientiam, qua videmus formam non produci in materia, nisi disposita, nec productam conseruari, destructis dispositionibus, sufficiens motiuum haberemus, vt dicamus dispositiones aliquo modo concurrere ad productionem, & conseruationem formarum in materia siue vt causas, siue vt *conditiones, sine quibus non*. non enim natura frustra exigit dispositiones.

Dices. Dispositiones conseruantur à forma, vt patet, quia cum deficiunt, illas sibi producit, vt patet ex aqua, quæ se reducit ad pristinam frigiditatem, absente contrario: ergo non indigent, vt conseruentur à dispositionibus, quia esset mutua dependentia quoad eandem rationem. 3

Dispositionũ aliæ præcedẽtes, subsequentes aliæ.

Respondent aliqui. Dispositiones alias esse præcedentes ad productionem formę, alias esse subsequentes. Primæ producuntur à causa productiua formæ, & ab his formæ dependent in produci, & conseruari. Secundæ producuntur à forma, & ab his non dependet in conseruari. Sed contra, quia dupliciter potest intelligi hæc duplicitas dispositionum, vt vtraque sit secundũ æquales gradus. Et ita constat, quod hæc opinio repugnat illi principio, quòd duo accidentia numero distincta non possunt esse in eadem substantia. Secundò intelligi potest, quod priores dispositiones habeant aliquos gradus, qui sunt necessarij ad conseruationem formæ, qui augentur intensiuè à forma iam producta. Et ex his non dependet conseruatio formæ. Quare non est dependentia mutua quoad conseruationem respectu eiusdem. Sed contra; nam vel illi gradus superadditi sunt connaturales formæ; & ita non est ratio cur nõ conseruent formam sicut inferiores gradus, cum omnes sint connaturales, & si qui sunt producti à forma, essent producti à causa productiua formæ, iam ex illis conseruaretur forma, ergo hanc vim conseruatiuam semper habent siue fiant ab hoc siue ab illo agente; vel non sunt connaturales formæ, & tunc non poterunt emanare à forma, quia hæc emanatio non conceditur, nisi respectu propriarum perfectionũ.

Res-

Mutuò conseruantur formæ, & dispositiones, sed in diuerso genere.

Respondent alij mutuò conseruari in diuerso genere nam dispositiones conseruant formam in genere causæ materialis, quatenus disponunt materiam, vt conseruet informationem formæ à cuius conseruatione dependet existentia formæ corruptibilis, sed conseruantur à forma in genere causæ efficientis siue influendo, vt aliqui dicunt, siue resistendo corrumpenti. Qui modus dicendi non potest facilè impugnari respectu conseruationis, quia conseruatio supponit existentias rerum: posita autem existentia, negari non potest, quin possit esse mutuus influxus. Vnde aliqui putant, posse idem eleuari ad conseruandum seipsum: non tamen potest ille mutuus influxus prærequirens existentiam poni quoad primam productionem vtriusque, vt fusè ostendimus in physicis.

4 *Dispositiones, quippe quæ ad formam prærequisitæ ab illa produci non possunt.*

Quia tamen hic agimus de dispositionibus requisitis ad primam productionē formæ, ideo negandum est, illas emanare ab illa forma, quæ producitur siue in genere causa efficientis, siue materialis. sed solùm pendere in genere causæ finalis, quod genus causæ non requirit præexistētiam physicam, de quo genere dicit Arist. dari mutuam causalitatem in diuerso genere, nam finis causat actionem agentis, & causatur ex vi actionis secundùm existentiam physicam.

DVBITATIO VII.

Qualis sit dispositio necessaria.

1 *Quantitas est dispositio subiecto ad omnem formam necessaria.*

RESpondeo primò. Quantitatem esse dispositionem necessariam pro omni forma, nam experientia, & ratione constat materiales formas exigere quantitatē in materia, cum habeat partes entitatiuè extensas, quæ vt sint impenetrabiles cum alia forma, & materia quanta necessariò debet habere quantitatem, per quam fiat incompossibilis in eodem spatio cum alia forma, & materia quanta. Si verò forma sit indiuisibilis, vt est anima rationalis, similiter constat experientia non recipi nisi in materia disposita per quantitatem: tum ratione operationum organicarum; tū vt possit recipere species intelligibiles ab obiectis corporalibus, vt dicetur in libris de anima.

Ratio probans responsionem.

Et ratio omnium est, quia inter entia naturalia non potest esse actio mutua, nisi habeant materiam quantam, ratione cuius, & producatur, & recipiatur actio illorum. Et cum ipsa quantitas sit prima omnium dispositio prima omnium recipitur in materia; & solum difficultas est circa illam an recipiatur in toto composito, an in sola materia, altera si est in sola materia an sit illi coæua; de quibus dicendum est in sequentibus dubitationibus ne multiplicentur relationes opinionum, & rationes. Dices. Cur requiritur quantitas, vt dispositio materiæ. Respondent communiter, vt materia habeat partes extensas in spatio, quas sine quantitate habere non potest; sed in physicis ostendimus omnem entitatem corpoream habere partes entitatiuas præcisa materia: & licet illæ sint inter se penetrabiles, tamen si ponantur in diuersis partibus spatij in illis erunt diuisibiliter cum penetrabilitate: à quantitate autem haberent, vt sint impetrabiles cum alijs quantis. Sed respondetur, etiam si partes entitatiuæ possint habere illam extensionem, cum tamen non illam habeant ex se, requiritur quantitas, vt illas explicet, & reddat extensas, in ordine ad spatium cum impenetrabilitate, vt fiant mediatæ actiones agentium, quia ablata impenetrabilitate possent eidem applicari infinita agentia, quæ se in agendo perturbarent.

Respondeo secundò. Alterum genus dispositionum consistit in qualitatibus, quarum diuersa complexio exigitur à diuersis formis, de quarum singulis non est huius loci disputare; nam aliæ dispositiones requiruntur pro corporibus simplicibus; qualia sunt elementa; aliæ pro corporibus mixtis inanimatis, aliæ pro animatis; de quarum subiecto etiam est controuersia; nam alij volunt illa, accidentia esse in toto composito, alij immediatè in materia prima in qua recipitur forma substantialis; alij mediatè, idest mediante quantitate, in qua immediatè dicunt recipi accidentia. Quæ difficultates sunt examinandæ in dubitatione sequenti. 2

Qualitates etiam sunt dispositiones necessariæ subiecto ad omnem formam.

DVBITATIO VIII.

De subiecto immediato quantitatis, & aliorum accidentium.

DE hac quæstione Zerb. 8. met. sect. 1. Fons. c. 1. q. 2. Tol. 1. de generat. quæst. 7. Conimbr. cap. 4. quæst. 4. & 18. Ruuius tract. 3. q. 8. & sequent. Complut. disput. 2. q. 6. & 8. Ouied. controu. 1 Arest. quæst. 29. 1

Suar.

Suar.disp.14.metaphys.sect.3.
Hurtad.in phys.disp.5.sect.6.§.58.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

2 *Quæst.hæc à Græcis nō agitatur.* PRimò notandum hanc quæstionem non agitari à Græcis. Vnde cum dicunt accidentia esse in composito, vt Alex. 1.met.cap.1.loquuntur de subiecto denominationis, nam alibi dicunt quantitatem præcedere formam in materia. Ex quo patet duplex esse subiectum denominationis, & inhæsionis. Patet igitur primò subiectum denominationis esse totum compositum 1. an. 66. quia id denominatur ab accidentibus quod habet completam subsistentiam, nam accidentia intelliguntur aduenire rebus constitutis in propria essentia.

Subiectum denominationis est totum compositum.

Confirm. nam huiusmodi accidentia vel sunt dispositiones formarum, vel ornamenta. Et de hoc subiecto loqui Peripateticos notat Alex. 1.natural.q.9.cap. 8. & 17.2.anim.cap. 25. & 27. Qua ratione Aristoteles in Antepræd.cam. accidens definit esse quod est in subiecto, & non vt pars, vbi nomine subiecti intelligit totum compositum, licet aliquando nomine subiecti intelligatur etiam materia prima primò physicor. 81.2.physic 50. 7.metaphys. 7. & 44. Vnde etiam patet, quod quamuis accidentia sint instrumenta formarum, & operationes immediatè fluant ab accidentibus; tamen neque accidentia, neque operationes tribuuntur formis, sed supposito 1. animæ 64. Secundò constat aliqua accidentia immediatè subiectari in forma, vt habitus animæ rationalis, actus &c. Tertiò Quædam accidentia recipi in toto composito, vt motus localis, nam videmus, singulas partes totius compositi syncategorematicè sumpti moueri; implicat autem, aliquid moueri, & non recipere in se motum; moueri enim non est aliud, quam mutare spatium; solùm difficultas esse potest, qua ratione anima rationalis potest subiectare motus extensos, sed facilè soluitur, si in motu duplicē extensionem distinguamus, ex parte subiecti, quæ repugnat motui animæ rationalis; & ex parte termini successiuè acquisiti, & hæc in motu animæ rationalis, vt patet ex motu Angeli: Vnde totalis motus hominis componitur ex partibus diuersæ rationis, nam vna pars motus est vndequaque extensa; altera verò tantùm ex parte termini. De qua re Dur.1.d.8.q.4. & 4. d.12.q.12.& 3.

Motus extensus quomodo subiectetur in anima rationali.

Secundò. Not. Dari causam materialem accidentium in generatione 12. met. 23. 4
Materialis causa accidentium datur in generatione. vbi soluit quæstionem propositam 3. in. 15. nam causalitas materiæ priùs nobis nota fuit in ordine ad accidentia, quàm ad formas substantiales; & ratio, quia accidentia verè ab illa pendent, nam cum entitas accidentalis in se nequeat subsistere, indiget subiecto; hinc accidentis esse est inesse: hinc patet discrimen inter substantiā, & accidentia, quòd substantia, vt sic non requirit materiam, siue sit totalis, siue partialis quia potest ex ratione sua subsistere, vnde requiritur ex peculiari ratione substantiæ, scilicet corporeæ, vel talis formæ, scilicet naturalis, & accidentia vt sic requirunt materiam, seu substantiam, à qua sustententur, siue sint corporea, siue spiritualia; siue naturalia, siue supernaturalia, quod intelligendum est de accidentibus habentibus propriam entitatem accidentalem, nam modi accidentales non habent propriam materiam, sed sufficit illis entitas, cùm qua identificantur; siue illi coniungantur vt subiecto, siue vt termino, siue alio modo. &c.

Tertiò Not. Accidens in abstracto non habet materialem causam, ex *qua* vt benè Sonc.12.met.q.26 Iau.q 8. Iand.8. met. 8. quia accidens secundùm se totum est forma, & præterea nec requirit talem materiam propter transmutationem, neque propter actiuitatem, vt patet: Sed habet materiam in qua, seu à qua sustentantur, vt patet ex dictis tàm in fieri, quàm in facto esse, quę materialis causa analogicè dicitur de causa respectu accidentium, & vt respectu formarum substantialium, quia vnio cum accidentibus est secundum quid, sicut & accidens est ens secundum quid, vnde est diuersæ rationis ab vnione cum forma substantiali.

Accidens in abstracto non habet causam materialem.

Quartò Not. Accidens in concreto, seu compositum accidentale habet causam materialem, *ex qua*, quia in eo composito accidens habet rationem formæ, & materia habet veram causalitatem circa illam per veram vnionem, quod non est in quibusdam artefactis, in quibus est vnio secūdum situm inter partes eiusdem artificij, nam respectu figuræ est causalitas, sicut reli-

4 *Accidens in concreto habet causam materialem.*

respectu aliorum accidentium.

Ordo accidentium ad substãtiam reuocatur.

Quintò Not. ea Suar. sect. 2. Cum totus ordo accidentium sit imperfectus, necessariò reuocari debet ad substantiam, tanquam ad fundamentum primum, cui accidentia innitantur, de qua quæri solet, per quam potentiam substantia causat illa; per potentiam accidentalem sibi additam, an per seipsam, & substantialem, & ex dictis 1. phys. patet deueniendum esse ad potentiam, quæ non distinguitur à substantia, vt ipse optimè, & fuse hic probat, & explicat illud Axioma, *actum, & potentiam esse in eodem genere*, primò de potentia per se primò ordinata ad actum, præter potentiam mutuandam secundò de existentia in eodem genere reductiuè.

5

Subiectum inhæsionis distinguitur per aliquos à subiecto substẽtationis.

Sextò Not. apud aliquos distingui subiectum inhæsionis à subiecto substentationis, eò quod anima rationalis inexistat materiæ, & tamen ab ea non substentatur; sed hi falluntur primò quia terminos non satis percipiunt; nam putant inhærentiam formaliter esse ipsam receptionem, seu informationem formæ, sed non vident animam rationalem recipi, & informare materiam, & tamen non inhærere; imo inhærentia est adeo propria accidentium, vt neque conueniat formis materialibus, quæ substentantur à materia, & tamen illi non inhærent, quia inhærentia est specialis quidam modus dependentiæ à subiecto, distinctus à dependentia formæ substantialis, & hinc axioma manauit apud philosophos, quòd *Accidentis esse est inesse*.

Secundò falluntur, quia non distinguunt subiectum ab actu subiecti; nam licet actus receptionis distinguatur ab actu substentationis, vt dixi in physica tract. 5. q. 3. d. 5. & 8. vnde fit, vt potentia receptiua distinguatur à substentatiua; tamen nõ potest naturaliter dari subiectum substentatiuum in genere causæ materialis, quin sit receptiuum, nã p hoc distinguitur concursus substentatiuus in genere causæ materialis, ab eo, qui est in genere causæ efficientis.

Subiectum, de quo est difficultas, est, quod habet potẽtiã substentatiuam.

Quare difficultas manet de subiecto, quod habet potentiam substentatiuam, & receptiuam accidentium, an sit totum cõpositum ex materia, & forma, an verò aliqua eius pars: & si pars, materia ne, an forma; & quia fundamentum proximum omnium accidentium corporalium est quantitas, ideo præcipuè quæstio est de subiecto quantitatis, qualitatum primarum, & earum, quæ ex harum commixtione sunt, & quia subiectum aliud est denominationis, & remotum, seu radicale, aliud inhæsionis, & proximum, quod est ratio, & potentia per quam accidentia recipiuntur, ideo quæstio est non de subiecto denominationis, sed inhæsionis proximi, & quia hæc virtus receptiua potest esse totalis, in suo gradu non exigit aliam causam, & potest esse partialis, quæ scilicet in suo genere exigit aliam concausam, ideo difficultas de causa subiectiua totali, vt notat Idelf. 2. de anima q. 2. Hinc fallitur Fons. dum docet, Thomistas loqui de subiecto denominationis, aduersarios verò de subiecto inhæsionis, nam Thomistæ verè loquuntur de subiecto inhæsionis.

6

Resolutionis vsq; ad materiam primam quæstio diuiditur à quæstione de subiecto &c. secundũ aliquos.

Septimò Not. aliquos separare quæstionem de resolutione vsque ad materiam primam quoad accidentia à quæstione de subiecto immediato accidentium; Nam aliqui putant quantitatem, & accidentia inhærere quidem materiæ primæ, sed tamen in corruptione substantiali fieri semper resolutionem vsque ad primam materiam, eò quòd hæc nequeat substentare accidentia nisi dum manet vnio cum forma substantiali, sed ex hoc capite reprehenduntur ab alijs eò quòd nullum est instans, in quo sit materia sine aliqua forma, atq; adeo nũquã manet sine exercitio substẽtatiuæ, et si huius actus pẽdeat ab vnione cum forma, nisi gratis dicant pendere à determinata forma contra vniuersalia principia, vt infra.

At alij admittentes, accidentia esse in toto composito adhuc negant fieri resolutionem omnium accidentium vsque ad materiam primam, nam cum formæ corruptæ succedat alia forma illa accidentia communia consequentia gradum communem formis, non possunt corrumpi ex vi subiecti corrupti; nam substentatur à composito ex materia, & gradu communi; qui materiæ præbetur à forma sequente, vt præbebatur à præcedẽti, & hinc fit vt non transeant de subiecto in subiectum, quia est idem genericè, quæ vnitas sufficit ad substentanda talia accidentia. At accidentia propria compositorum secundùm speciem illa corrumpi ex vi subiecti; sed patet eos falli, nam non potest corrumpi cõpositum secundùm specificam rationem, quin corrumpatur secundùm gradus omnes superiores; ergo quidquid pendet ab existentia illius compositi, debet corrumpi, quia non potest permanere actualis in-

Gradus cõmunis formis.

fluxus corrupto principio influente, neque potest conseruari à simili principio, vt dicitur de lumine producto ab vno, & conseruato ab alio simili, quia existentia accidentis est vel inhærentia, vel cum inhærentia, quæ eadem permanere non potest, sicut neq; eadem actio variato principio; & hinc fit vt accidens quod habebat inhærentiam cum subiecto vno, transeat ad aliud, cum quo acquirit nouam inhærentiam; quæ infra fusius patebunt.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

7 *Accidentia recipiuntur in composito secundum aliquos.* Prima opinio est dicentium, accidentia recipi immediatè non in materia nuda, sed in composito ex materia, & forma: nam hinc distinguuntur à formis substantialibus; quæ immediatè recipiuntur in materia. Ita Alens. S. Thom. 1. p. q. 76. art. 6 q. 77. ar. 6. 4. de anima art. 9. & q. vnica 1. p. q. 57. ar. 4. de spirit. creaturis art. 3. ad 18. vbi negat in materia quantitatem interminatam præcedere formas substantiales: & licet 4. d. 11 q. 4. art. 1. quæstiuncula 3. ad 4. & d. 11. q. 1. art. 1. quæstiuncula 4 & d. 44. q. 1. art. 1. quæstiuncula 3. & opus. 40. doceat contrarium; propria tamē ipsius sententia est, q̄ scripta est in summa, & ante ipsum fuit Albert. summa de homine p. 2. q. de nutritione art. 1. & d. 8. q. 1. vbi Dur. q. 4. sequitur Capr. 2. d. 13. q. 1. ar. 3. Heru. quodl. 49. 10. Caiet. 1. p. locis cit. & de ente & essentia c. 7. q. 16. & 17. Clyp. q. 16. Ferr. 4. contra Gent. c. 81. q. 2. & 7. Soto 1. phys. q. 7. Ægid. 1. de Gen. c. 24. & 2. c. 25. Astudillo 1. de Genet. Sonc. 8. met. q. 15. & 17. Fland. 8. met. q. 5. ar. 2. & q. 8. ar. 2. Soto 1. phys. q. 7. Videtur expressè Philop. 1. de Gen. com. suo 72. vbi ait nihil remanere in genito & corrupto. Tat. 1. de Gener. q. 1. d. 1. & videtur Ioan. de Magistris q. 1. Not. 1: qui tamen discrepant à Thomistis, quod hi duo vltimi velint non semper fieri resolutionem vsque ad materiam primam; nam ponunt formam corporeitatis, vnde in aliqua generatione manet accidentia ratione illius conuenientia, vt cicatrix &c. & cum his videtur Scotus in 4. d. 11. q. 3. Vnde fallitur Suar. dum nō dicit omnes, qui negant fieri resolutionem vsq; ad materiam primam, affirmare accidentia esse in materia.

Fundamentum huius 1. opinionis. Fundamentum, nam subiectum totale vel est materia prima nuda, vel forma, vel compositum. Non potest dici primum: Nā diuersitas actuum in genere remoto differentium, exigit diuersitatem propriorum susceptiuorum.

Sed actus substantiales, & accidentales sunt sic diuersi; ergo exigunt diuersa susceptiua: sed forma substantialis exigit vt proprium susceptiuum ipsam nudam materiam; ergo formæ accidentales non possunt respicere nudam materiam; ergo vel respiciunt formam, vel totum compositum; non formā, quia hæc est essentialiter actus, atq; adeo carens potentia receptiua; ergo

Resp. rationem radicalem receptiuam esse eandem .s. materiam; at proximum subiectum esse diuersum, nam substantialium est nuda materia, accidentium verò esse compositum.

Sed contra, quia vt ex parte agentium diuersitas actionum arguit diuersitatem principiorum, nam idem agens producit diuersos effectus non per idem, sed per diuersa principia, vnde vbi in diuersis agentibus esset eadem virtus agendi, ibi esset vnus actus, vt patet in Patre, & Filio, à quibus est vna spiratio propter vnum principium spiratiuum: ita ex parte causæ materialis diuersitas actuum receptorum magis arguet diuersitatem principiorum receptiuorum, quàm diuersitatem suppositorum recipientium.

Confirmatur, quando perfectio actualis entitatis pendens subiectiuè ex actuali entitate receptiua, & non contra, tunc requiritur per se in entitate receptiua perfectior actualitas, quàm sit in entitate recepta vt patet ex ratione causæ.

Sed materia nuda non habet perfectiorem actualitatem, quam accidentia, cum illa sit pura potētia, hæc autem sint actus; ergo non potest esse principium totale receptiuum.

Neque dicas, hinc sequi, nec posse recipere formas substantiales, quia id oritur ex necessitate naturæ, quia hę formæ nequeunt habere subiectum actuatum alia forma.

Neque potest dici secundum .s. formā esse totale subiectum, quia forma separata posset per se recipere quantitatem, & cætera accidentia; ergo manet, vt adæquatum susceptiuum sit totum compositum.

Materia est subiectum immediatū quantitatis secundùm alios. Secunda opinio est dicentium subiectum immediatum quantitatis esse materiam primam, & in hac etiam subiectari qualitates primas, & eas, quæ ex his consequuntur. Est Auerr. 1. de Gener. cap. 4. & 2. de Gener.

Gener.c.25.Epit.met.tr.2.cap.vlt.Simpl. 1.phys.69.ex Arist. & Platone, Arrian.in prædicamento quantitatis Philop. 1. de Gen.23.24 Auic.1.suff.cap.6.Achil.2.de elem.d.3.Niph.8.met.disp. 4. & 5. Mars. 2.q.12.1.de Gen.q 7.Sax.q. 5.& 6 Venet.t.21.& 24.Paris.quæs.3.Suar.disp.14. sect.3.Flamin.in cap.5.q.32.Greg.Arim. 2.d.17.qu.2.art.2. Gab.d. 16.qu.1.art.1. Aureol.2.d.12.q.1.art.1.& 3 & 5. Ochã quodl.2.q.10.& 11.Argen.t.d.8.q.a.art. 1.Idelf.a.an.q 2.art.1. Tribuit illam Suarius Ægid.8.met.q 4.Niph.8. met.qu. 3. Zim.theor. 46 Venetus sum.de Gener.c. cap.54 Petrus Ga z 1 fen.lib. 1. doct.3. cap 1.disp 9.num.8. Georg. 1. de Gen.tr. 2.q. 1. dub. 2 Primum fundamentum sumunt ex Arist.7.met.8.vbi quantitas dicitur inesse materiæ & 3.phys.quantitas dicitur proprietas materiæ 1. de Gener. 27. manere eandem in genito, & corrupto, & t.6.dispositiones ad formam, & alterationem proximè esse in materia.

Probationes huius sententiæ. Secundum ea sequentibus suppositis: Primò nihil agit per se ad sui corruptionem, quia quælibet res appetit permanere in esse. Secundò effectus per se non contrariatur suæ causæ, sine qua non potest naturaliter permanere, quia aliàs ageret per se ad sui corruptionem: Tertiò qualitas eo subiecto inhæret, quod disponit ad hoc, vt forma substantialis introducatur; quare cum disponitur materia, qualitates erunt in materia. His positis, probant conclusionem, quia aliàs sequeretur, quod effectus ageret per se ad corruptionem causæ, à qua conseruatur; atque adeo ad sui corruptionem, nam caliditas v. g. agit per se ad corruptionem formæ aquæ, in qua subiectatur, motus autem, & accidentia non perimunt subiectum.

Confirmant, quia in homine sunt accidentia materialia, & non possunt esse per se primò in toto, quia sunt extensa; totum autem secundùm omnes partes non est extensum; quare non per se primò extensum:

Dices: Non valere hanc consequentiam quia Paternitas, & filiatio insunt homini, & non animæ rationali, neque materiæ. & similiter alia accidentia, quæ attribuuntur toti, & nulli parti essentiali eius; & non valet consequentia, talia accidentia insunt toti. & non animæ; ergo solùm materiæ.

Relatio paternitatis v.g. vbi est immediatè. Sed Resp. hæc supponere totũ distingui realiter à partibus, quare dicimus relationẽ immediatè esse in potentia generatiua, neque esse accidens in composito, quod non sit in materia, vel forma immediatè.

2. Confir. ea 1. de Gener. t. 24. & 2. de Gener. t. 27. vbi in generatione symbolorum, vt cum aliquid generatur vel corrumpitur in aerem manere aliquam eandem passionem vt transparentiam, & humiditatem in genito, & corrupto. *Confirm. 2. sententiæ 2.*

Hanc aliqui tribuunt D. Tho. cuius explicatur sensus, quod p.p.q.76. ar. 6. non dicat accidẽtia, quæ fuerũt in corrupto, remanere in genito, sed tantùm animam immediatè vniri materiæ, & neget dispositiones accidẽtales præexistere in materia ante formas substantiales, ex quibus non sequitur resolutio vsq; ad materiam primã, siue quia D. Tho. intelligi potest concomitanter, idest quod materia nunquam recipiat accidentia sine forma substantiali; sed non placet, quia ait dispositiones accidentales non præexistere ante animam, ergo non potest intelligi concomitanter, sed antecedenter, siue quia non intelligitur de præexistentia, vt dicit prioritatem, sed intimitatem, eo quod accidentia non intimiùs vniuntur materiæ, quàm formæ, sed potius contra, nam vult probare animam non vniri materiæ medio accidente. sed non placet, nam non video, quid intelligatur per intimiùs vniri, quia vel intimiùs dicit maiorem immediationem, & habetur, formam substantialem immediatiùs vniri, quàm accidentia, atque adeo accidẽtia vniri mediante forma substantiali, vel per intimiùs intelligunt proportionem, quæ maior est in materia respectu formæ substantialis, quàm accidentalis, & hoc est verum, sed non ad rem, quia non inde sequitur priùs vniri accidentibus, quàm formæ, sed potiùs contra, nam cum materia habeat maiorem proportionem cum substantiali, quàm accidentali, priùs vniri debet substantiali, quàm accidentali, atque adeo accidentia erunt immediatè in composito, & non in materia; vel denique per intimiùs intelligitur præexistentia non secundùm rem, sed secundùm intelligendi modum, vt videtur intelligere D. Thom. dum ait *oportere, vt quod est primum in actibus, primò in materia intelligatur*. Et hinc probatur, in materia priùs recipi formam substantialem; quia inter actus, substantiales sunt priores accidentalibus, cum accidentales ex illis pendeant ex D. Tho. sententia; quare non est, cur D. Tho. negẽt

fuisse eiusdem sententiæ, quam sequuntur communiter Thomist. præsertim cum ar. 6. expressè D.Tho. dicat, *esse impossibile, quod quacumque dispositiones accidentales praexistent in materia ante formam substantialem.*

10 *Impugnatur ex Diuo Thoma.*

Dices in resp. ad 1. docere dispositiones ad animam, vt rationalem præintelligi ad eandem sub illa ratione consideratam, sed tamen posterius intelligi eandem, vt concipitur quatenus forma dans esse.

Confir. nam ad 2. ait *dicendum, quod dimensiones quantitatiua sunt accidentia cōsequentia corporeitatem, qua toti materiæ conuenit; vnde materia tam intellecta sub corporeitate, & dimensionibus potest intelligi vt distincta in diuersas partes vt sic accipiat diuersas formas secundum vlteriores perfectionis gradus; quamuis enim sit eadem forma secundum essentiā, qua diuersos perfectionis gradus materiæ attribuit, vt dictum est; tamen secundum considerationem rationis differt.*

Explicatur D.Thom.

Resp. D.Tho. ibi inquirere, an anima rationalis vniatur materiæ medijs dispositionibus accidentalibus, & negat; vnde ad primū docet materiā determinari ad formas perfectiores ex eo, q hæc contineat quidquid est perfectionis in inferioribus, & idem potest tribuere materiæ diuersos gradus perfectionis, & hinc per animam eandem, per quam homo est ens actu, est etiam corpus viuum, animal, & homo; atq; adeo materia priùs intelligitur esse actu, quàm corpus &c. & quia ad quemlibet gradum perfectionis consequuntur propria accidentia, ideo vt in illa priùs intelligitur vnus gradus, quàm alius, ita priùs intelliguntur accidentia consequentia actū priorem; quare concludit, dispositiones in materia ante formam præintelligi non quantùm ad omnes effectus, sed quantùm ad posteriorem; vnde patet accidentia nūquam intelligi esse priùs in materia, quàm sit aliqua ratione forma, & hinc patet Ad Confir. nam ibi expressè loquitur de corporeitate, quam habet materia ex vi formæ, & hinc distingui diuersas partes materiæ, hęc ea mente D.Tho. ibi, quæ an rectè dicantur ex dicendis patebit.

11 *Materia est ex se subiectum quantitatis, & aliorum accidētiū, per aliquos.*

Hi tamē inter se diuisi sunt, nam aliqui putant, materiam solam esse subiectum tam quantitatis secundùm se, (quam Auerroes vocat interminatam) quàm aliorum accidētium proximorū præcisa omni forma substātiali, nam licet materia nequeat naturaliter esse sine forma substantiali: tamen ea necessitas non oritur ex ratione subiectandi accidentia, sed ex imperfectione suæ naturæ, quam solam existere abhorret natura; sed si ea sola daretur per aliquā potentiam, tunc accidentia reciperet eodē modo ac quando est sub forma, nam receptio accidentium non pendet ab vnione materiæ cum forma, sed ea perfectione substantiali materiæ, & hinc fit, vt eadem accidentia maneant in composito genito, quæ erant in corrupto.

12 *Materia est subiectum &c. sed vnita formæ per alios.*

2. Alij verò putant, materiam esse quidē totale subiectum receptiuum accidentiū, sed eius virtutem non posse exire in actu nisi sit vnita cum forma substantiali, quia sicut ob imperfectionem suam non est capax naturaliter existentiæ nisi sit vnita formæ, ita neque potest exercere suam virtutem nisi vnita sit formæ, quia virtus proportionatur essentiæ; hinc fit, vt separata materia à forma, corrumpantur accidentia ita Conimb. 1. de Gen. c. 4. q. 4 art. 1. vnde falluntur, qui Conimbricensibus tribuunt, quod senserint accidentia subiectari adæquatè in composito.

Reijcitur hæc sententia.

Sed contra illam obstat, quod sicut non corrumpitur existentia materiæ dum vni formæ succedit altera, ita neque deberent corrumpi accidentia, quia manet eadem virtus materiæ substentatiua illorum. Neq; dicas actum substentandi dependere quidem à virtute materiæ, sed dependere à forma in genere causæ formalis, vt ablata causa aufertur omnis effectus ab illa causa dependens, nam sicut existentiæ non destruitur etiam si pendeat ab vnione cum forma vt causa formali, ita neque debent corrumpi accidentia, & ratio quia effectus secundarij non necessariò destruuntur ablata forma, sed solùm primarius, quando succedit alia forma conseruans.

Materia in substentādo accidentia pēdet a forma in genere causæ efficiētis per alios.

3. Alij concedunt quidem, materiam esse totale subiectum accidentium, & pēdere in substētādo illa ab vnione cum forma, non quidem in genere causæ formalis, extrinsecę, sed effectiuæ, cum à forma fluāt quantitas, & cætera accidentia similia corrupti, & geniti, nam à prima forma emanarunt productione, à sequentibus verò conseruatiuè, cum productum ab vna causa possit ab alia conseruari; Accidentia verò dissimilia corrumpuntur quidem cum re corrupta, & cum genita de nouo producūtur per emanationem à forma genita, nā dissimilia nō possūt conseruari cum causis

diuersis

diuersis, vnde fit, quantitatē eandem manere, quia est omnibus communis.

Materia est subiectum quantitatis independenter à forma per alios.

4. Alij putant nunquam fieri resolutionem vsque ad materiam primam, eo quod putent quantitatem esse inseparabilem à materia, atque adeo remanere in qualibet rerum corruptione vt Auer. & ferè communis.

Per alios verò non semper.

At alij negant in qualibet corruptione substantiali fieri resolutionem vsque ad materiam primam, sed aliquando putant fieri cōtra Auer. siue mediatè, vt .s. post multas corruptiones rerum, siue aliquando etiam immediatè, vt in prima corruptione, tribuitur Toleto.

13 a *Materia p. sola est subiectum substentationis quātitatis, non autem inhæsionis.*

3. Opinio est dicentium, solam materiā esse subiectum substentationis quantitatis, & hinc non fit resolutio vsque ad materiam primam quia semper manet materia illam substentans, at accidentium materialium subiectum inhæsionis non esse solam materiam, sed etiam formam materialem, (quod addidi, vt excludam animam rationalem, quæ non est capax quantitatis.)

Prob. 3. opinio.

Fundamentum, quia formæ materiali tribuenda est virtus receptiua aliquorum accidentium, non solum modalium, sed etiam realium, tū quia vt formę spirituali tribuitur virtus respectū accidentium spiritualium, ita materiali respectū materialium; tum quia aliqua sunt propriæ passiones formarū, & hæ recipiuntur in codē subiecto, à quo fluunt, nam alioqui essent extra subiectum suum.

Tū quia est substātia, quæ magis est apta recipere formam accidentalem, quàm quantitas, cum sit perfectior ob suī essentiam, existentiam, & subsistentiam, vt hæc distinguitur ab inhærentia propria accidentium; tum quia carere accidentibus est proprium diuinæ essentiæ, forma non potuit immediatè operari, sed per accidentia sibi inhærentia, tanquam per potentias; tum quia cum materia, & forma se inuicē penetrent non potest accidens esse præsens vni, quin sit alteri præsens, ergo etiam quātitas recipitur in forma; conseq. patet, tum quia omnia accidentia materialia recipiūtur in substantia media quantitate ex communi axiomate ex eo, quod in Euch. videmus remanere omnia accidentia in quantitate.

Impugnatur 3. opinio.

Sed hæc opinio, vel cōfundit terminos, vel si terminos rectè percipit non potest excusari à falsitate, nam docet subiectum omne substentationis esse etiam subiectū inhæsionis, at non omne subiectum inhæsionis esse substentationis, cum anima rationalis inhæreat materiæ, & tamen ab ea non substenietur.

Primum probatur, quia hic confundit inhæsionem cum informatione, nam anima rationalis informat quidem materiam, at non inhæret vt loquuntur omnes, & ostendemus cum de animæ immortalitate, cum anima rationalis sit subsistens; quare meliùs distinxisset subiectum inhæsionis, & informationis, nam vsus fuisset terminis, & vsu communi.

Secundum probatur, quia forma, cui conuenit inhærentia, est pendens à subiecto quoad existētiam, at hæc dependentia non est aliud, quàm substentatio, per quam forma existens pendet à subiecto, quia dependentia est concursus subiectiuus materiæ, qui concursus consistit in substentatione in genere causæ materialis; ergo formę, cui conuenit inhęrentia, necessariò cōuenit substentatio.

Confir. quia substentatio in genere causæ materialis essentialiter includitur in cōceptu inhæsionis, ergo non potest dari subiectum inhærentiæ, & non substētationis. 14

Substentatio essentialiter includit inhæsionem.

Conseq. patet, quia res non potest separari ab eo, quod includitur in eius conceptu.

Antec. prob. quia accidens distinguitur à substantia, quod illud sit inhærens, hæc autem non sit inhærens, sed per se, at non distinguitur per inhærentiam ratione informationis, & negationis informationis, quia informare est commune vtrique; ergo distinguitur per indigentiam substentationis, & non substentationis, ergo substentatio includitur in ratione inhærentię. vnde D. Th. 1. d. 17. q. 1. art. 2. omne quod aduenit alicui in esse completo vt inhærēs est accidens in se propriè, nam si aduenit non vt inhærens, vt vestis, non est propriè accidens in se vt explicat Fland. 5. m. q. 31. art. 2. & capreolus 7. m. q. 1. art. 5. vbi ex D. Th. op. de natura accid. cap. 1. vbi *natura accidentis est inesse .i. inhærere ipsi rei*, quam inhærentiam explicat per depēdentiam à subiecto D. Th. 1. d. 8. q. 4. art. 3. & 5. met. lect. 1. & hanc dependentiam habere à causa proxima docet 4. d. 12. q. 1. art. 1. quæstiuncula 1. ad primum, & ibidē Scotus q. 1. ad primum L, & quodl. 5. F. vbi q. 2. explicat per dependentiam à subiecto, quæ est diuersæ rationis, quando est

ab

ab alio accidente, ac quando est à substantia; quare inhærentiam dici, quæ includit dependentiam à subiecto docet vtraque schola Thomistica, & Scotistica, & ideo recentiores abutentes terminis reijciendi sunt à numero philosophorum veritatem consectantium.

Secundò probatur si accidens inhæreret formæ substantiali, & non substentaretur ab illa, magis forma indigeret accidente, quàm accidens forma, nam accidens nõ indigeret forma, neque quoad suum esse, nam substentaretur à materia, neq; quoad operari, quia cum sufficienter existat ex cõcursu materiæ, poterit operari, vt patet ex accidentibus sacræ eucharistiæ. At verò formæ dependent ab accidentibus quoad esse, nam sine illis non possunt existere, & quoad operari, cum per illa operentur, & non sine illis.

15 Tertiò quia accidens inhærens formæ non penderet ab illa quoad suam existentiã, & transiret de subiecto in subiectum; nam dum ex aere fit aqua, humiditas existens in aere, vel inhæret in sola materia, à qua dicitur substentari, & negant aduersarij ponentes, illam inhærere etiam formæ, vel inhæret etiam formæ, à qua non pendet, & tũc corrupta forma aeris adhuc maneret, quia non deest materia conseruans illam in esse, tunc vel inhæret formæ aquæ genitæ, & sequitur accidens idẽ numero transire ex forma aeris in formam aquæ, atque adeo de subiecto in subiectũ contra axioma receptum ex D.Th.3.p.q. 62.art.3.ad 2.& q.77.art.1.& q.3.de pot. art.7.quodl.1.art.8.& quodl.8.art.3.& 4. ad 3. Hinc Scotus in 3.d.1.q.2.& 4. & D. Thom.4.d.4.q.1.art.3 quæstiuncula 3. & d.14.q.1.art.3.quæstiuncula 1.& de verit. q.14.a.4.ad 7. negat idem numero accidẽs esse posse in diuersis subiectis, quia .s. indiuiduatur per subiectum ex 1.p.q. 29.ar. 1.& alibi, de qua ratione alibi; facilè enim intelligitur dependentia vnius effectus à pluribus causis immediatis, at non ita informatio eiusdem numero accidentis extensi immediata respectu diuersorum subiectorum, nam hoc videtur proprium formarum indiuisibilium formaliter, & diuisibilium virtualiter, vt est anima rationalis, &c.

Resp. hoc non esse transire de subiecto in subiectum, sed substantiam mutari sub accidentibus, nam vt Turris dicitur permanere sub varijs superficiebus aeris circa illam moti, ita idem accidens permanet circa varia subiecta, vnde Arist. 24. docet, eandem quantitatem manere in genito, quæ erat in corrupto.

Sed contra quia huiusmodi migratio, quæ negatur accidentibus non est localis, & approximationis qualis est in exemplo Turris, & aeris vbi rectè intelligitur quomodo per vnius motum corpora illa approximentur, vnde non negatur vni corpori esse sub diuersis superficiebus. At hæc migratio est informationis, quæ iam est respectu subiectorum præexistentium, quàm de nouo existentium, quam negant accidentibus.

Quæ migratio accidentium negatur.

Respondent 2. accidens non migrare de subiecto in subiectum substentationis, non autem quando est subiectum informationis.

Sed contra quia faciliùs intelligitur idẽ simul, vel successiuè substentari à duabus causis, vt patet ex concursu effectiuo, quã informare immediatè duo subiecta, dixi immediatè, nam mediatè facilè intelligitur, vt figura existens in quantitate immediatè, existit in corpore mediatè, & similiter de alijs,

Quartò accidentium, quæ sunt in composito, duo sunt genera, vnum eorum, quæ habent præcisè rationem passionum formarum, & hoc constat esse in forma informatiuè & substentatiuè. 16

Accid. in composito duplex genus.

Alterum eorum, quæ habent rationem dispositionis respectu formarum, & hoc non potest recipi in formis per informationem, sed in materia, in qua recipi debet forma, nam hoc genus accidentium præcedit siue tempore, siue natura totum genus formarum, ergo non potest naturaliter inhærere formis, nam subiectum inhæsionis præcedit formas inhærentes, at hic dispositionibus nõ formæ pcedut, natura aũt nõ instituit, vt priùs existat perfectio quam perfectibile vt patet inductione; vnde videmus, nec ipsam animam rationalem produci nisi post corpus dispositum.

Confir. quia forma in illo subiecto recipitur, à quo educitur, quia eductio est productio formæ ex potentia receptiua subiecti concurrẽte recipiendo, & substẽtando; sed dispositiones non educuntur ex potentia formæ, quia illa non est dum producuntur dispositiones: ergo non sunt in forma.

Resp. sicut accidentia educuntur de potentia materiæ, & non ex quantitate, & tamen

tamen recipiuntur in quantitate, ita & dispositiones ex materia, & recipiuntur in forma.

Accidentia ex quantitate educuntur.

Sed contra quia sicut accidentia inhærent quātitati, quia ex illa educuntur, vt patet ex speciebus cōsecratis, quæ ex vi agentis naturalis non solū mouentur localiter, sed etiam alterantur; ita accidentia, quæ ex materia, & non ex forma educuntur, erunt in materia, & non in forma, cum, n. quantitas sit sufficienter potens informari accidentibus, vt patet ex accidentibus eucharistiæ, non est cur aliud subiectum immediatum illi attribuamus.

Confirm. 2. quia vt accidens informet subiectum, debet dari agens producens vnionem inter formam, & subiectum, sed hoc non semper datur; ergo non est hæc noua informatio.

Minor prob. quia dum remanet in corruptione aeris in aquam gradus aliquis caloris, non potest produci vnio illius cum aqua ab agente frigido producente aquā, quia hoc vt non est productiuum frigoris, ita neque vnionis illius cum aqua, quia est extra latitudinem eius actiuitatis.

17 Dices accidens dici ur entis, id est substantiæ, &c. sed forma est præcipua substātiæ pars; ergo accidentia erūt participatio illius. Confir. quia si conseruaretur forma sine materia non esset sine accidentibus, quia solius Dei est carere accidentibus. Confir. 2. quia cum materia, & forma se inuicem penetrent, vt accidens est præsens materiæ, ita & formæ, at illa præsentia sufficit ad informationem vbi adest subiectum potens informari; at forma est apta informari, quia licet sit actus, tamen est prior actu accidentali; ergo vt sic est in potentia ad posteriorem, sicut materia licet sit actuata per formam substantialem, tamen potest recipere accidentalem, ita poterit & ipse actus subordinatus vlteriori actui.

Accidens quomodo sit substātiæ participatio.

Resp. accidens esse participationem substantiæ, sed secūdum variam rationem, nam respicit illā vt subiectum, vt efficiens, & vt finem, quare licet omnia materialia accidentia respiciant compositum, & in hoc præcipuè formam vt finem tamen, vt subiectum non omnia respiciunt formam vt subiectum, vt v. g. quæ sunt dispositiones ad recipiendam formam.

Ad confir. esset quidem cum accidentibus, quæ sunt in ipsa, non tamen cum iis, quæ sunt in materia, nisi Deus vellet vtraque seipso conseruare.

Accidentia aliqua per hanc opinionem subiectantur in forma.

Ad 2. confir. Resp. nos non negare formas subiectare aliqua accidentia, sed negamus de illis, quæ ipsam præcedunt in materia, neque impedimentum informationis oritur ex defectu præsentiæ, sed potentiæ, quia natura non tribuit potentiam rebus ad recipienda accidentia, quæ præcedunt ipsam, vt informādo subiectum, quæ informatio variari non potest ex vno subiecto in aliud. Confir. quia cum sit eadem potentia oppositorum, si forma haberet à natura potentiam ad recipiendas suas dispositiones, haberet illam ad recipiendas opposita sui destructiuas, & hoc est contra bonam naturæ institutionem. Neque forma substantialis recipitur in quantitate, & aliis dispositionibus per informationem illarum, sed in materia immediate, in qua est quantitas cum aliis dispositionibus.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Qvantitas interminata immediate inhæret materiæ primæ: pro cuius explicatione Notandum, quantitatem interminatam dici ipsam extensionem præscindendo à termino, siue extensionis, siue raritatis, & condensationis, siue figuræ; terminatam verò dici, quæ habet certum terminum vel extensionis, vel raritatis, vel certam figuram: quare dum dicimus materiam habere quantitatē interminatam, non debet intelligi quasi nullum eius quantitas habeat omnino terminum, sed ideo id dicimus, quia materia ex se non magis hunc, quam illum terminum vendicat, sed terminatio est à forma: sicut cum dicimus materiam esse quid informe, non intelligimus quod careat omni forma, sed quia ex se est expers oīs formæ; quare dimensio interminata non distinguitur à terminata, nisi ratione; de quibus plura Sonc. 7. met. q. 35. & 8. met. q. 17. & 18. & Iand. q. 17. qui conantur trahere Auer. in D. Thom. sententiam. His positis probatur Conc. ab Arim. 2. d. 12. q. 2. art. 1. ibidem. Ioan. de Bassol. qu. 3. & alij. primò, quia in homine non potest quantitas inhærere formæ, cum sit indiuisibilis, atque adeo incapax effectus formalis quātitatis; ergo neq; in alijs formis. Consequentia patet, nam cum quantitas ex natura sua nō vendicet subiectum, quod sit compositū sub-

18

Quantitas interminata quæ nā sit.

Quantitatem interminatam inhærere immediatè materiæ, prob. ab Arim. alijsque.

substantiale, quia accidens existens in toto attingit sua vnione formam, & materiam per modum vnius, atque adeo animam rationalem sequitur semper inhærere materiæ, tamquam subiecto totali: nam ordo ad subiectum inhæsionis, cum sit de essentia quantitatis debet esse vnius rationis: & saltem ostenditur, materiam habere vim sufficientem ad id.

Scotistarũ responsiones.

19 Respondere possunt Scotistæ negando consequentiam, quòd putent subiectari in forma corporeitatis: sed ea sententia alibi refellitur.

Respondent secundò. Non repugnare accidens materiale, vt attingat sua vnione formam spiritualem, vt informantem materiam, sicut ipsa forma sua vnione attingit materiam, & humanitas habet vnionē terminatam ad Verbum.

Scotist. 2. resp. impugnatur.

Sed contra, quia quantitas non potest vniri nisi subiecto capaci sui effectus formalis, cum vniatur illi vt forma, de cuius ratione est dare effectum formalem subiecto, at effectus quantitatis est facere subiectum extensum .s. vt habeat partes extra partes, at rationalis etiam informans, non est capax extēsionis; neq; dicas vniri quantitatem cum anima, sed non informare; quia vnio illa non est aliud, quàm informatio; quare nulla est similitudo in exemplis adductis, cum ibi sit diuersa ratio vnionis. At instabis sensatio recipitur in corpore, & tamen nō dat illi effectum formalem sentiendi, quia anima, & non corpus sentit. Sed contra, tum quia sicut anima extra corpus non sētit, ita ad sensationem concurrit corpus, vt aliqui putant. Tum quia sensatio potest accipi dupliciter, primò vt est forma, & ita eius effectus formalis non est dare actum sentiendi, sed dare esse repræsentatiuum obiecti, quod esse corpus recipit, & dicitur repræsentare obiectum; vt corpus habens imaginem Petri repræsentat Petrum, nō tamē cognoscit, quia cognoscere exigit præter informationem etiam concursum effectiuū in sensationē in se receptam, quem influxū non hēt corpus, & ideo non sentit. Alij tamē negant visionem recipi in corpore, sed immediatè in anima, in qua est potentia.

Sensatio dupliciter accipi potest.

Ratio quæ recipit, & ratio qua recipitur distinguitur à Thomistis.

20 Respondent tertiò Thomistæ aliqui, aliud esse id, quod recipit quantitatem, aliud id, quod est ratio recipiendi: nam id, quod recipit est totum compositum; ratio verò recipiendi est materia; forma autem, cum neque ipsa recipiat, neque sit ratio recipiendi, non est cur per se, vel per accidēs extendatur. Dicitur autem recipi in toto, quia materia non recipit, nisi informata prius anima: vnde constituat compositum receptiuum quantitatis, licet non per se, primò, sed ratione partis.

Thomistarum responsio refellitur à Dur.

Sed contra, ait Durand. primò quia hoc est dicere totum denominari quantum, sed quantitatem tantùm recipi, & inhærere in materia, quia ad illam solam terminatur vnio, & informatio quantitatis. Et confirmatur, quia tam anima, quàm quantitas habet immediatam vnionem cum materia, & inter quantitatem, & animam nulla est immediata vnio, sed solùm per accidens ratione tertij, scilicet materiæ. Hinc patet, sine fundamento dici, vnionem materiæ cum anima esse posteriorem via generationis, licet sit prior ordine perfectionis, & intentionis: nam non est vnde colligatur prioritas illa; non enim anima dat materiæ intrinsecum esse, nam supponit illud, vt ei possit vniri: neque vnio materiæ cum anima est causa vnionis materiæ cū quantitate in aliquo genere; non enim est in genere causæ materialis, cum ostensum sit per suam entitatem subsistentem immediatè causare; neque in genere causæ efficientis, quia neque vnio fit ab altera, neque quantitas ab anima, cum efficiens spirituale sit improportionatum principiū quantitatis. Accedit quòd vnio cum quantitate est dispositio necessaria, tum ad vnionem, tum ad informationem animæ, vt possit extenso modo informare materiam, vnde habet vicem formæ corporeitatis.

21 Confir. quia vnio materiæ cum quantitate est etiam prior secundum subsistendi consequentiam vnione cum anima: nam anima naturaliter non est in materia sine quantitate, tum quia materia non esset, tū quia manente eadem vnione animæ cum materia, non potest quantitas eadem recedere à materia, quia neque directè cum non habeat contrarium, neque indirectè vnde possit expelli: sed contra recedente anima, & adueniente alia forma potest manere eadem quantitas: nam anima potest expelli per dispositiones contrarias, & per introductionem formæ oppositæ: vnde non est ratio cur recedat quantitas.

Vnio materiæ prior est cum quantitate, quàm cum anima.

Dices: Quantitatem mediatè pendere ab anima, quatenus ab illa pendet materia. Sed contra, quia hæc dependentia potest suppleri per aliam formam. Et hæc ratio probat de omnibus accidentibus, quæ

quæ tn sunt corpori media quantitate, nec effectiuè pendent ab anima.

22 *Sentiendi actus sunt in quantitate recepti.*

Dices: Actus sentiendi sunt extensi, atque adeo in quantitate recepti, & tamen oportet, vt informent partialiter animam, quia alioqui non posset constitui sentiens; Homo enim non videt per corpus, sed per animam.

Aliorum responsiones.

Respondent aliqui, ob id potentias sensitiuas non distingui realiter ab anima, sed esse in sola anima; at sic difficilè colligunt immortalitatem animæ, quæ colligitur ex eo quod potentiæ rationales sint in sola anima, & non esset ratio cur bruta non essent immortalia, cum habeant potentias independenter subiectiuè à corpore: sed hoc suo loco est examinandum.

Respondent 2. alij denominationem sentientis consistere non in recipiendo actum, sed efficiendo illos actus.

Respondent 3. Alij, requiri quidem efficientiã, & receptionem, sed sufficere, si recipiantur in potentia, & corpore, cui ãïa est intimè coniuncta, & ideo non ita propriè anima dicitur videre, sicut intelligere: sed homo totus per se primò principaliter quidem, per animam, & instrumentaliter per corpus.

23 *Impugnatur 2. resp. 3. Thomist.*

2. Reijcitur 3. Responsio Thomistarũ, quia sequeretur, nullam formam esse extensam, quia præcedit in natura quantitatem; neque dicas cæteras formas extendi, non quod recipiant, vel recipiantur in quãtitate, sed quia educuntur de potentia materiæ, quare participant conditiones materiæ. Nam huic doctrinæ obstat, quod quantumcumque forma dependeat à materia; numquam tamen afficitur qualitatibus, & dispositionibus materiæ, quæ non sunt ratio receptiua formæ, vel contra, vt v.g. sapor, etsi educatur de potentia materiæ coloratæ; tamen non afficitur colore, quia color non est ratio receptiua saporis, & contra. Ita similiter etiam si forma fit in eodem subiecto, in quo est quantitas; tamẽ si quantitas non recipit, neq; recipitur subiectiuè à forma, neq; est ratio recipiẽdi formã, nõ poterit forma extendi.

24 *Aggregatũ ex materia, & forma est ratio totalis recipiendi quãtitatem per Durand.*

Respondent 4 Durand. quod totalis ratio recipiendi quantitatem, siue remota, siue immediata non est materia, neque forma, sed aggregatum ex vtraque, & ideo in forma non oportet vt extendantur illæ partes, sed sufficit, si totum extendatur: sicut ex eo quod anima, & corpus sunt partiales causæ receptiuæ potentiæ visiuæ nõ est necesse, animã secundum se videre, nec corpus: sed totum videt, ita etiam hic totũ extenditur, & non partes. Quare si materia, & forma extenduntur, id est ex alia causa, scilicet quia sunt entia simpliciter corporalia, cum non sint, neque possint esse naturaliter, nisi in corpore, cuius sunt partes; & ideo sequuntur conditiones corporis.

Durã. resp. Impugn.

Sed primò obijcitur, quia sicut videtur implicare aliquid affici albedine, & non esse album; ita affici quantitate, & non extendi.

Secundò quia illud discrimen, quod affert, non est ad rem, nam licet consequi debent conditiones corporis, tamen oportet, vt assignetur qua ratione communicetur effectus ille formalis qualitatis, cum dicãt non esse ex eo, quod sint ratio recipiendi quantitatem.

25 *Quantitas educi potest ex subiecto indiuisibili per alios, atque adeo in illo recipi.*

Respondent 5. alij Quantitatem posse educi ex subiecto indiuisibili absque eo, quod illud subiectum fiat diuisibile, quia sufficit diuisibilitas virtualis, quam habet subiectum, vt coexistat quantitati in eodẽ spatio diuisibili, ita sufficere, vt ex illo subiecto indiuisibili coexistenti spatio diuisibili educatur quantitas diuisibilis, vt ostẽdi in physica: vbi ostendi substantiam indiuisibilem habere ex natura sua virtualẽ diuisibilitatem in ordine ad spatium independenter à quantitate; sicut etiam habeẽ substantia materialis ratione suarum partium entitatiuarum, sed diuerso modo, quia substantia materialis respondet secundum diuersas partes sui diuersis partibus spatij: at indiuisibilis respondet indiuisibiliter, & est tota in toto spatio, & tota in singulis partibus spatij.

Indiuisibilis forma respondet spatio diuisibili aliter, ac materialis.

Quare patet, falli recentiores, qui illum effectum tribuunt substantiæ indiuisibili ratione vnionis cũ quantitate. Ex hac doctrina sequitur, quod sicut quantitas non tribuit materiæ partes entitatiuas; ita etiam potest materia præcisa quantitate habere suas partes entitatiuas extensas in ordine ad spatium, cum hoc tamen discrimine, quod quando sunt vnitæ quantitati sunt & inter se, & cum alijs impenetrabiles; secundum se verò posse esse penetrabiles, & inter se, & cum alijs; quæ fusè ostendi in physica. Et hinc probari potest, quantitatem posse recipi in subiecto indiuisibili absque eo, quod illud habeat partes formaliter extensas, sed sufficere habere virtualem extensionem. Sed non placet; nam etiamsi antecedens concedi pos-

Resp. non placet, & cur.

sit non tamen concedi potest eodem modo se habere subiectum respectu quantitatis, vt informantis, quia non potest intelligi actualis informatio sine effectu formali ipsius formæ, qui ponitur esse formalis extensio subiecti, cuius est incapax subiectum indiuisibile.

26 *Compositū est effectus formalis formæ.* Respondent 6. alij negando, hunc esse effectum formalem formæ, sed esse totum compositum ex forma, & subiecto; atque adeo eum datur illud compositum, datur effectus formalis illius formæ. Vnde falsò requiritur alius effectus formalis in materia, quia sicut compositum, quod per formam constituitur, non tribuitur subiecto, seu materiæ; ita neque effectus formalis, eum effectus formalis formæ non distinguatur à composito. Neque obstat, quod forma det hanc, vel illam denominationē huic subiecto, & non alteri, quia id prouenit ex natura ipsius formæ & subiecti. Et hinc fit, vt eadem forma denominet hoc subiectū, & nō aliud. Sed non placet, quia forma non tribuit effectum formalem cōposito, nisi informando subiectum; ergo prius natura est informare subiectum, quā constituere compositum: at in nullo instanti potest intelligi informatio sine effectu formali. Cōfirmatur, quia p hoc distinguitur compositum per aggregationem à cōposito per informationem, quia compositum per aggregationem non ponit in partibus, nisi rationem componendi; at compositum per informationem præter rationem componendi totum dicit realem effectum formæ in materia. Vnde si poneremus materiam, & formam componere vnum per assistentiam, esset alterius rationis, ac est compositum per informationē, ergo formam componere compositum præcisè non est effectus formalis, qui tribuitur ex vi informationis materiæ.

Resp. non placet, & cur.

Dices si effectus formalis quantitatis esset extendere subiectum in partes extra partes, sequeretur eandem partem quantitatis non posse informare duas partes subiecti inter se penetratas in codē situ, quin illas reddat extra seipsas in diuersa spatia; sed hoc patet esse falsum, ergo constituere partes extra partes non est effectus quantitatis. Respondent quantitatem non cōstituere partes extra partes, n si informando subiectum per diuersas sui partes, nam si per vnam partem informaret infinita subiecta, non extraheret illa extra se, at si vnū informaret per vnam partem, & alteram per alteram partem sui tunc constitueret illa extra seipsa, quia non possent esse in eodem spatio.

Sed cōtra, quia sicut duæ partes materiæ vnitæ eidem parti quantitatis, non extrahuntur extra seipsas, ita dum duæ partes quantitatis vniuntur eidem parti, non extrahit illam extra seipsam, quia hoc est, quod vna pars sit extra aliam, tantū competit substātiæ, q secūdū diuersas sui partes vnitur diuersis partibus quantitatis, at substantia indiuisibilis non vnitur diuersis partibus per diuersas partes, sed per vnam indiuisibilem, ergo ex eo, quod indiuisibile non extenditur, non sequitur non posse vniri diuersis partibus quantitatis; & ratio quia effectus quantitatis est constituere subiectum in eodem spatio, in quo est ipsa quantitas; quod si pars quantitatis existens in spatio, A, informaret plura subiecta; illa omnia constitueret in eodem spatio, quod si vnum informaret per partem existentem in, A, & aliud per partem existentē in spatio. B tunc illa subiecta cōstitueret extra seipsa in diuersis spatijs.

Respondent 7. alij. Etiamsi concederetur, in homine quantitatem non recipi in anima, non tamen sequitur, non recipi in alijs formis diuisibilibus, nam dici potest, materiam habere adæquatam virtutem causandi subiectiuè quantitatem, quam exercet circa quantitatem existentem in homine, quis ibi non est aliud, quod possit subiectiuè causare illam; at non ita cum est vnita formæ, quæ potest illam causare; quia tunc materia non adæquatè causat, sed partialiter simul cum alia forma; sicut calidum vt octo, potest producere se solo circa materiam calorem, vt tria, tamen si sit coniunctum cum alio calido, non producet adæquatè illum calorem, sed partialiter simul cum alio calido, quia quando duæ causæ vniuntur, quarum quælibet potest effectum adæquatè producere, vtriusque influxus attemperatur, vt ab vtraque effectus indiuisibiliter vniatur adæquato, & à singulis inadæquatè. Quare consequētia ex homine ad alia materialia est mala. 27 *Quantitas licet in forma speciali non recipiatur, potest tamen recipi in materiali.*

Sed reijcitur ab alijs, quod eum materia prima existens in homine, & in alijs sit eiusdem rationis, eandem virtutem adæquatam habebit respectu quantitatis in vtroque composito, ergo in forma non est virtus ad recipiendam quantitatem, quia cum habeatur sufficiens virtus in omnibus compositis ratione materiæ, neque sit *Respon. ab alijs reijcitur, & cur.*

fit ratio tribuendi illam, etiam formæ, nõ est illi tribuenda hæc virtus.

28 *Probat. 2. Conc. ab Auer. quia formæ substantiales diuersæ in diuersis partibus materia recipiũtur.*

Secundò probatur Concl. ab Auer. formæ substantiales diuersæ recipiuntur in diuersis partibus materiæ; ergo formæ supponunt materiam esse extensam. Consequentia probatur; quia ratio partium extẽsarum, non potest esse, nisi à quantitate. Antecedens probatur, quia aliàs quælibet forma, siue quælibet pars formæ totam materiam acciperet; quare in eadem materia essent formæ contrariæ.

Confir. ex eo quod quantitas est dispositio prærequisita ad informationem omnis formæ substantialis, & hæc præexistit in materia, non solùm prius natura formis substantialibus, sed etiam cæteris accidentalibus dispositiuis ad formas substantiales, at illæ acquiruntur in tempore ergo quantitas præcedit tempore in materia formas substantiales.

Quod si dicas cũ Thomistis dispositiones productas ab agente extrinseco esse priores forma substãtiali, sed q a illæ erãt in cõposito vt in subiecto, ad corruptionem huius sunt corruptæ. Vnde in instanti, quo forma producitur ipsa sibi per emanationem producit dispositiones requisitas ad informationem; neque id est absurdum, quia ibi est prioritas, & posterioritas mutua: nã est in diuerso genere, q a dispositiones pẽdẽt à forma in genere effectiuo, & forma à dispositionib' in genere materiali.

Sed contra primò quia quando causalitas exigit in causa physicam existentiam non potest neque in eodem, neque in diuerso genere dari muta dependentia, quia existentia physica non potest conuenire rebus nisi sint extra omnes sui causas, neque sufficit, pendere ab vna, vt ostendi in physica tr. 44 q. 3.

Secundò quia hic esset mutua causalitas in eodem genere, nam vt forma penderet à dispositionibus in genere causæ materialis, ita in eodem instanti dispositiones penderent à forma non solùm in genere efficientis, sed etiam materialis, quia penderent à toto composito materialiter, cuius pars essentialis est forma. & per consequens penderet à forma in genere causæ materialis; alia possent obijci, sed hæc sufficiant.

Resp. 1. à Bann.

Respondet Bann. art. 3. ad 2. materiam, vt intelligitur sub forma corporeitatis, tã intelligi extensam, & diuisam in partes, nã sicut non datur instans, in quo materia sit sine forma; ita neque datur instans, in quo ab illa forma recipiens gradum corporis non substentet quantitatem, siue eã, quæ conueniebat formæ præcedenti; siue quæ conuenit formæ subsequenti. Et hanc sequitur Iauell. 8. met. q. 2. & Heru. opusc. de plurit. formarum, & supponit res produci per primum esse, & corrumpi per primum sui non esse, de qua re Sotus 5. phys. q. 3. Sed contra, nam priùs natura intelligitur secundũ hãc materiam informari forma substantiali, iam verò peto in illo priori, vel materia est quanta, vel non. Si secundum habet vim argumentum, qua ratione forma informat diuersas partes materiæ. Si primum igitur non est corrupta quantitas præcedens; & si hæc existit in forma, neque erit corrupta forma neque duæ formæ oppositæ in eadem materia; vel dicendum, quantitatem immediatè inhærere solùm materiæ, quod dicit Iauell. esse quantam per quantitatem extrinsecè, quam non habet; ridiculum est, cum nullus effectus formalis esse possit, nisi ponatur in actu causa formalis: qua ratione etiam confutatur Responsio Bagnes dicẽtis, distinguit materiam per ordinem ad formam, & quantitatem.

29 *Resp. 2. ab eodem, qui reqrit quãtitatem in instanti tẽporis non naturæ.*

Respondet 2 Bann. sufficit si in eodem instanti temporis habeat quantitatem etiam si in illo priori naturæ non intelligatur cum quantitate.

Sed cõtra q a dispositio necessaria in eo instãti, in quo educitur forma debet præexistere in materia ipsi formę, & simul esse dũ educitur forma: sed extẽsio materiæ est dispositio necessaria in eo instãti, in quo educitur forma: cum non producatur ex subiecto indiuisibili 6. phys. 48 & 3. cõcl. 29. videnda sunt quæ scripsi in physicis trac. 6. q. 3. d. 2. & 3.

Confir. ex agente corporeo, quod agit in extensum.

Confir. materia est ex natura sua instituta vt sit subiectum generationis ex vi agẽtis naturalis; ergo debet intelligi informata quantitate, nam agens corporeum prærequirit passum extensum, & localem, ac quantitatiuam applicationem, neque sufficit, quod fuerit in toto tempore alterationis præcedentis; sed debet esse in instanti intrinseco generationis, quia tunc est noua actio ab agente corporeo; ergo supponit subiecti quantitatem, quia conditio necessaria ex parte subiecti, vt possit officium subiecti exercere, non fit ab agẽte per actionem, quæ supponit subiectum aptum. Nam alioqui negari deberet con-

ta&c;tum quantitatiuum esse conditionem prærequisitam ad omnem actionem, sed tantùm ad alterationem; ad generationem verò esse subsequentem, vel concomitantem. At non videtur consonum naturæ agentis naturalis, quod æquali ratione producit suas operationes, nec possit afferri cōgruens ratio discriminis in vna actione, quàm in alia.

30 *Conf. ex dispositionib., quas materia prærequirit.* Confirm. 2. quia materia est indifferens ad formas; ergo, vt determinatam formam recipiat, debet per dispositiones determinari; ergo hæ dispositiones in materia recipi debent, tum quia præcedunt formam, ad quam disponunt; tum quia physica, & proxima dispositio debet esse in eo subiecto, in quo est forma, ad quam disponitur, quia non est ratio cur recipiantur in alio subiecto: nam illud subiectum debet recipere dispositiones, quod ipsis formaliter disponunt; sed non disponunt totum compositum, cum hoc non sit subiectum formæ materialis: & idem patet in moralibus quia ea domus ornati dicitur, in qua habitare dicitur Rex. Vnde si lux reciperetur in toto, & non in materia, diaphaneitas, quæ est dispositio ad lucem impertinenter reciperetur in materia.

ARTICVLVS IV.

Proponuntur, & soluuntur argumenta contra primam conclusionem.

31 *Obijcitur quia quantitas non pōt manare à materia.* Sed contra hanc conclusionem primò obijcitur, quantitas est passio corporis substantialis, quia sequitur corpus, quod ponitur in prædicamento substantiæ, & nō sequitur materiam, nam proprietas manat actiuè ab eo, cuius est proprietas; at non potest manare à materia, quia hæc non habet efficientiam 1. de Gener. 55. 2. de Gen. 53.

Confirm. quia forma accidentalis cum sit actus informans dicitur esse participatio actus substantialis potius, quam materiæ, neque formæ corporeitatis potest tribui alia proprietas.

Confirm. 2. quia forma substantialis reciperetur in materia media quantitate, vt alia accidentia, quia supponunt illam in materia, quod esse falsum patet tum ex vnione per se & natura substantiæ, quia est intimior actus, quam accidens, tum ex materiali principio generationis, quæ non est quantitas, sed natura subiecti; ergo inhæret in toto corpore, quia passio dicitur inhærere immediatè in eo, cuius est passio.

32 *Resp. ex D. Tho. quantitatem consequi materiam, sicut qualitas formam.* Respondetur primò ex D. Thom. 3. phys. lenit. & 5. metaph. cap. de ente, quantitatem consequi materiam, vt qualitas formam, & id quidē rationabiliter, nam sicut quædam accidentia conueniunt supposito solùm ratione formæ, vt intelligere homini; ita debet dari accidens conueniens ratione materiæ, quod non potest esse, nisi quantitas, cum hæc omnia alia præcedat accidentia, & careat actiuitate. Vnde corpus, quod ponitur in prædicamento non est trina dimensio, sed compositum ea forma, & materia, & illa completur ratione substantiæ quæ dicitur materiæ coæua. Et hinc fit, vt talis substantia sit capax quantitatis, non ratione omnium partium, sed vnius. Ex quo patet, cur homo cum cōstet ex spirituali, & materiali parte, simpliciter dicatur corporeus, cum tamen præcipua pars sit spiritualis; ratio enim est, quia homo habet integram rationem substantiæ corporeæ, scilicet compositum materiæ, & formæ, siue sit spiritualis, siue corporalis: Vnde etiam fit, vt solùm materia immediatè afficiatur quantitate; forma autē dicitur quanta mediatè ex extensione materiæ. Vel vt alij Respondent consequi materiam non vt substantiam, sed vt rationē receptiuam. Ita Iauell. 8. met. loc. cit. Sōc. quæst. 7 ad 1. & 2. Ferr. 3 contra Gent. cap. 97.

Homo cur dicitur simpliciter corporeus, cum habeat etiā spiritualem partem.

33 *Passiones aliæ habent dispositionis rationē, aliæ dāt virtutem agendi.* Respondeo 2 etiam si quantitas sit passio corporis, tamquam id, ad quod ordinatur, est tamē materiæ, tāquā primi, & radicalis subiecti, vt intellectus est passio animæ, & hominis licet solùm inhæret in anima. Vnde Notandum passiones esse duplicis generis, aliæ, quæ habent rationem dispositionis, & passionis, & hæ præcedere debent formam, & non inhærere formæ; aliæ, quæ tantùm ornant, & dant virtutem agendi, & hæ debent inhærere in forma tamquam potentiæ, & instrumenta ipsius formæ.

Suarij resp. Respondet 3. Suar. 1. etiam si sequatur formam, adhuc potest à forma manare in materiam. Secundò conuenire composito ratione materiæ, nam materia, cum sit ens quoddam subsistens debet habere proprietatem aliquam, neque ad formam secundùm communem rationem formæ, necesse est, vt sequatur specifica proprietas, sed sufficit ratio generica qualitatis, vt sub

stantiam

stantiam immaterialem vt sic non sequitur specifica qualitas, sed intellectus, & voluntas, vt sic.

34 Cõfir. ex homine, qui cõstat ex materia, anima, & tamen vendicat sibi quãtitatem; ergo ratione materiæ.

Confir. 2. ex proportione cum materia, quia quantitas non est passiua, & tamen disponit ad recipiendum.

Confir. 3. Hæc naturalis coniunctio materiæ cum quantitate primò potentia passiua, vt motus dicitur naturalis cœlo, & centrum terræ, & species Angelo. Secundo ratione actiuæ potentiæ intrinsecæ, & suam admitti pôt, quia materia vt ex se habet veram essentiam entitatiuam, & actualem, ita potest esse principium quantitatis, licet non possit agere per propriam actionẽ in aliud, sicut Angelus non potest producere alium Angelum; & tamen ab eo dimanant potentiæ; & de præsentia locali, & relationibus probabile est manare à materia.

35 *Obijcitur authoritate Arist.* Secundò obijc. subiectum generationis non occupat locum 1. de Gen. 31. ergo vt sic non est quantum, nam si haberet quantitatem occuparet locum.

Confir. quia hæc quantitas interminata non est in aliqua specie quantitatis; ergo neque in generatione.

Resp. ex eo textu potius colligi contrarium, vt benè ibi Buccaf. adnotauit ibi ait Arist. auctionem non fieri ex additione materiæ non quantæ, sed ex additione rei quantæ, & vult non generari quantitatem dum nutrimur, quod si quantitas esset in toto composito, necessariò dum alimentũ conuertitur in carnem, corrumpenda esset quantitas, & dicit materiam generationis, alterationis, & auctionis non separari loco. Quod si alicubi id reperietur, vt 5. phys. intelligi debet non esse in loco, simpliciter, quia hoc conuenit toti supposito, & non parti.

Quantitas interminata est sub certa specie. Ad confirmationem, quantitatem hanc interminatam esse sub certa specie corporis; tamen dici interminatam rationibus prædictis, scilicet ratione certi termini, non quòd omnino caret termino.

36 *Quantitas debet inhærere formæ, vt hac extendatur.* Tertiò quia nisi quantitas inhæreret formæ non posset assignari modus, quo forma naturalis extendatur, nam omnes effectus formæ debent participare causam formalem: sed forma non potest participare extensionem à quantitate, nisi ipsa forma inhæreat quantitati, vt dicitur de accidentibus, quod videtur absurdum, vt substantia substentetur à quantitate, licet quãtitas inhæreat formæ, quod est intentum; nam quod quantitas, & forma inhæreant in materia non efficitur, vt forma extendatur, nisi afficiatur ab ipsa quantitate, sicut albedo non participat formaliter effectum saporis, ex eo, quod vtrumque sit coniunctum in eodem subiecto.

Confir. nam si quantitas non reciperetur in forma substantiali se haberent dispatatè in eodem composito nam constat nõ posse habere inter se ordinem nisi subiectiuum, quod s. forma informet quantitatem, & patet ex dictis esse falsum, ergo quantitas informare debet formam.

Respondent quidam ex coniunctione quantitatis, & formæ, in eodem subiecto ipsam formam extendi in eodem subiecto. Sed non placet, quia extensio formæ non potest esse, nisi effectus quantitatis; ergo quantitas habere debet aliquam causalitatem in illam; cum ergo causalitas vel causæ formalis, vel materialis, quorum neutrum asserunt; ergo donec aliud occurrat, dico, extensionem formæ esse quidem effectum quantitatis, sed mediatum, quia scilicet prius causat extensionem in natura, & ex hac causatur extensio quantitatis, nam dum forma immediatè informat entitatem materiæ per modum intrinsecum extensionis extensam, etiam ipsa entitas formæ extenditur. Vnde si Deus annihilaret materiam, conseruata forma, hæc non remaneret extensa. *Obiect. 3. resp. aliqui.* *Ad hoc vt tribuatur effectus quãtitatis in aliquo debet dari causalitas in tale aliquod.*

Ex his patet non repugnare, quantitatẽ eandem manere in corrupto, quæ erat in genito, nam cum inhæreat in materia, non est necessarium, vt corrumpatur cum forma præcedente. Et confir. quia tanta quantitas, quanta fuit in corrupto non potest ita subitò corrumpi, & ea, quæ est in genito, tam subitò generari, cum prius produci debeat vna pars, quàm alia. An autem quantitas per condensationem corrumpatur alibi videbimus. 37 *Corrupto composito non corrumpitur quantitas.*

Confirmatur, quia videmus manere eandem figuram, & cicatricem in viuo, & mortuo, nam figura illa non conuenit formæ cadaueris, cum potius per illam formã dispositio fiat ad corruptionem ipsius figuræ.

Ad confir. Resp. ordinem inter quantitatem, & alias dispositiones, ac formam non esse subiectiuum immediatè, sed mediatè, quia illa accidentia sunt dispositiones

nes subiecti, sine quibus non posset connaturaliter informari per formas substantiales; ex quo patet, non coniungi per accidens. i. præter intentionem naturæ, dispositiones, & formam in eadem materia, sed per se .s. ea intentione naturæ, atque adeo connexio inter illa non est disparata, sicut dulcedo, & albedo vniuntur in subiecto eodem contingenter, & per accidens; sed ex necessaria necessitate naturali, & connexio enim oppositis dispositionibus est innaturalis, & repugnans. Ex quo patet, nõ satis acutè probari, formam non posse dici extensam, sicut albedo non potest dulcis, nec dulcedo alba etiam si sint in eodem subiecto, tum quia licet vnum accidens non possit prædicari de altero abstractè sumpto etiam si sint in eodem subiecto, tamen potest prædicari in concreto, vt album est dulce. & dulce est album.

Tum quia est diuersa ratio, nam dulcedo nec mediatè, nec immediatè participat rationem albedinis, sed habent se omnino concomitanter in eodem subiecto, at forma participat mediatè effectum quãtitatis, nam forma informando diuersas partes materiæ coextenditur materiæ, vt supra ostendi in primo argumento pro cõclusione contra Thomistas, & in 3. Nec mirari debent aduersarij quod quantitas, & forma sint simul in materia, & tamen inter se non vniuntur immediatè vt actus, & potentia, nam natura non ordinauit quãtitatem, vt esset potentia vel actus respectu formarum, sed vt esset dispositio materiæ ad formas, & ideo ea vnione vniri debent, quæ est conueniens inter dispositionem & formam, hæc autem est vt vniantur in eadem materia, vt aduersarij concedunt, dulcedinem, & albedinem non vniri inter se immediatè vt actum, & potentiam etiã si sint simul, quia natura ea non sic instituit vniri, sed eodem subiecto ratione eiusdem causæ.

38 Quartò quia si materia priùs reciperet quantitatem, & non mediante forma substantiali, tunc materia priùs esset sub forma alterius generis, scilicet, sub quantitate, quàm proprij generis, scilicet esse substantiale; sed hoc est falsum; quia inclinatio naturæ priùs est ad perfectionem sui generis, quàm alterius ergo &c.

Materia priùs debet recipere esse à forma substãtiali, quàm ab accidentali.

Confir. quia quantitas, vt quodlibet accidens requirit subiectum actu existens in esse simpliciter, quia actus secundùm quid supponit esse simpliciter.

Confir. 2 quia effectus communia pluribus requirit causam communem in eis. Sed quantitas reperitur in cœlo, vbi non est materia; ergo conuenit ratione formæ.

Confir. 3. substantia prima est subiectũ omnium accidentium ex prædicamento subiecti, nam hac destructa, destruuntur omnia accidentia. Sed substantia prima est compositum ex materia, & forma, nam materia cum forma sunt causa omnium accidentium. 1. phys. 80.

Substantia prima quid sit.

Confir. 4. Idem est subiectum quantitatis terminatæ, & interminatæ; sed subiectum terminatæ est compositum, & præcipuè forma, quæ est ratio cur dimensiones sint terminatæ.

Subiectum quantitatis terminatæ est idem ac interminatæ.

Ad hæc arg. resp. extensionẽ cõuenire cõ 39
posito rõne materiæ, & rõne formæ, aliter tamen, & aliter; nam materia est ratio susceptiua quantitatis; forma verò est ratio, & finis cur materia recipiat quantitatem, nam vt essent a materiæ ordinatur ad formam; ita omnia habet in ordine ad formã; & hinc est, vt iuxta varias formas varia sit quantitas, & cæteræ qualitates; sicut ex variatione finis variantur media: vnde forma non est ratio recipiendi quantitatem, vt superficies colores, nam hæc est etiam in se susceptiua colorum: vnde etiam separata à corpore informatur colore, & hac ratione intelligitur illud 1. phys. 80. Materiam simul cum forma esse causam omniũ accidentium. Vnde patet.

Extensio ratione formæ, & ratione materiæ quomodo cõueniat composito.

Ad primum esse necessarium propter perfectionem formarum, vt in materia priùs sit esse accidentale, quàm specificum substantiale, cum hoc requirat dispositiones.

Obiect. 4. resp.

Ad primam confirmationem, sufficere si sit entitas materiæ, quæ habeat esse sim- 40
pliciter suum, non tamen requiritur vt habeat esse simpliciter specificum. Nam licet præcedat ordine intentionis; non tamen ordine exequutionis.

Ad secundam, neque colligi opposita, quia in cœlo non est forma, quæ sit pars, vt hic, neque eiusdem speciei cum his; quare sufficit conuenientia in gradu superiori.

Forma cœli diuersa ab al ys.

Ad tertiam, prima substantia est subiectum denominationis, quod si hęc corrũperetur ratione vtriusque partis, nihil maneret, vel etiam si corrumperetur ratione formæ non manerent accidentia, quia frustra essent, cum careant fine.

Ad quartam cõceditur esse idem subiectum

Terminata quātitas est à forma vt à fine.

ctum, sed terminata quantitas non est à forma, vt à subiecto, sed vt à fine.

Hinc patet ad argumenta proposita ar. 1. pro prima opinione, Nam dicimus, quātitatem esse immediatè in materia vt subiecto inhæsionis, & vt est ratio, per quam compositum recipit quantitatem. Neque obstat, eandem potentiam recipere actus adeo diuersos, quia illi cum sint subordinati possunt specificare eandem potentiā, vt patet ex alijs potentijs, vt voluntas eadē est circa media, & finem, intellectus circa conclusiones & principia; & cum materia respiciat primariò omnes formas substantiales, meritò respicit omnia accidentia, quæ ad illas disponunt. Non tamē hinc fit, debere recipere omnia accidentia immediatè, nam quæ sunt proprietates formarū, vt potentiæ actiuæ, & similia recipiuntur immediatè in formis, vel toto composito, vt alibi, neque est absurdum, aliqua accidentia manere in forma separata, vt intellectus in anima, etiam si aliquando non possint exire in actum ob aliquod requisitum ad actionem, quod deest; vnde patet ad secundam partem.

Ad confir. Resp. 1. substantiam materiæ esse perfectiorem omni forma accidētali, quia substantia ex genere suo est perfectior omni accidenti.

Resp 2. hinc patet, hoc argumentum esse fallax, nam in omni opinione forma substātialis corruptibilis pendet à materia vt causa materiali, & tamen est perfectior materia. Ex quo videtur, negandum omnē causam esse perfectiorem effectu, sed id verum de causa efficiente, & finali.

Resp 3. materiam secundum eam rationē, qua côcurrit ad formā esse perfectiorē forma, & cum côcurrat ad illam in ratione subsistendi, hac ratione materia secūdum quid est perfectior forma, quia perfectior est subsistentia materiæ, quam formæ corruptibilis; sed de hac re alibi.

DVBITATIO IX.

An subiectum immediatum aliorum accidentium sit totum compositum, an quantitas, an materia prima.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò notandum. Cur dictum sit, 1
quantitatem non recipi in toto composito, ex quo facilè intelligi potest quid dicendum sit de alijs accidentibus: qui tamen de illorum accidentium subiecto non satis constat: ideo peculiari quæstione de ea re agendum.

Quatuor sunt certa in hac qu.

Secundò notandum, quatuor hîc esse certa. Primò nullum accidens posse esse vltimum subiectum alterius accidentis, quia hoc est proprium substantiæ. Secundò est certum, necessariò debere poni aliquod accidens, quod sit immediatè in substantia; alioqui oporteret dari processum in infinitum, si non deueniretur ad primū accidens immediatè afficiens substantiā. Tertiò est certum dari aliqua accidentia, quæ non sint immediatè in materia, vt proprietates formarum, & quæ conueniūt compositis vt sic, & de modalibus vt est Vbi, & similia. Quare difficultas manet de accidentibus communibus pluribus subiectis. Quartò est certum aliqua accidentia non recipi immediatè in materia, sed mediantibus accidentibus vt intellectio, volitio, habitus &c. quia hæc ordinantur ad perfectionem substantiæ cum aliqua subordinatione, idest mediantibus potentijs: circa quæ accidentia difficultas est, qualis sit hæc immediatio, an per verum influxū, itaut vnum accidens influat immediatè in substentationem alterius; an verò accidens sit conditio, vt aliud accidens recipiatur in substantia, vt dicitur de forma substantiali recepta in materia, mediantibus dispositionibus.

Aliorum sētētiæ de hac dub. superi⁹ positæ sunt.

Tertiò notandum. Sententias Doctorū 2
relatas fuisse in præcedenti dubio: quod aliqui dicant recipi in toto composito, alij in materia prima secundum se, alij in quātitate. & inter hos est discrimen quod aliqui velint, quantitatem esse subiectum influens in existentiam accidentium non solùm quoad substentationem, sed etiam quoad informationem: alij verò quoad informationem, & non quoad substentationē eo quod substentare sit proprium substantiæ: alij autem côtra. Denique alij asserūt, quantitatem solùm se habere, vt conditionem, *sine qua non*, vt materia influat in accidentia tam quoad substentationem, quàm informationem.

Alij verò cum Soncin. lib. 12. metaph. quæst. 88. & Iauell. q. 8. dicunt recipi quidem in materia, sed mediante potentia accidentali eiusdem rationis cum forma

recepta

recepta: Quæ opinio multiplicat entia, & difficultates, nam cum illæ potentiæ sint eiusdem rationis, non est cur vna possit esse immediata materiæ, & altera non.

ARTICVLVS II.

In quo Auctor probat accidentia non inhærere immediatè in composito.

3 *Subiectum denominationis est suppositū.*

PRima conclusio subiectum denominationis esse suppositum patet ex 1. de anima t. 64. vbi *discere aut irasci animam simile est, ac si quis diceret, eam texere, & ædificare; quare melius fortasse erit non dicere, animā misereri, vel addiscere, aut cogitare, sed hominem anima, hoc autem non tanquam motu in ea existente, sed aliquando quidem vsque ad illam, aliquando quidem ab illa, vt sensus quidem ab his reminiscentiam verò ab illa.*

Confir. ex communi modo loquendi fundato in natura rei, nam quæ sunt in partibus compositi ordinantur ad compositū, sicut & partes, vnde suppositum denominatur ab illis accidentibus, quæ ipsum habet mediantibus partibus. Quare difficultas est de subiecto inhæsionis.

4 *Subiectum immediatū inhæsionis, & informationis &c. non est compositum.*

Secunda conclusio. Compositum non est immediatum subiectum inhæsionis, & informationis respectu primarum qualitatum, & illarum, quæ ex illis oriuntur. Primò facilè probatur contra eos, qui dicunt formas substantiales produci ab accidentibus, vt sunt virtutes substantiæ, nam si hæ inhærerent composito, corrupto composito, corrumperentur, atque adeo carerent existentia necessaria ad virtutem productiuam. Quod si negent virtutem hanc effectiuam, adhuc vrget argumentum, quod qualitates illæ sunt dispositiones prærequisitæ, vt materia concurrat ad existentiam formarum corruptibilium, & etiam ad informationem omnium formarum, vt probatum est supra, nam cum dispositiones secundum existentiam sint priores existentia formæ, etiam requirunt existentiā, vt materia causet formam: quam tamen existentiam perderent si subiectarentur in toto composito, atque adeo in instanti generationis formæ ipsæ non essent, sed solū materia nuda, atque adeo forma reciperetur in materia indeterminata, qualis est secundum propriam naturam. Vnde etiam sequeretur posse naturaliter permanere in materia formam sine vlla dispositione, quia si productio formæ est in materia, vt caret omni dispositione, & est sufficiens materia illo priori concurrere ad existentiam formæ, & informationem, multò magis poterit forma conseruari à materia carente omni dispositione, quia facilius est rem productam conseruari, quàm de non existente produci.

Respondent Thomistæ primò sufficere, si præcesserint dispositiones, quas consequitur generatio formæ, vt terminus viam. *Thomist. ad prob. resp.* Sed contra, nam vt benè Sonc. generatio est terminus extrinsecus alterationis; quare in eo instanti, in quo est, debet habere principium influens.

Et confir. quia forma substantialis est nouum ens reale distinctum à qualitatibus; ergo & quod non est non potest producere; nam quod præcesserit est solùm extrinseca denominatio: nec sufficit naturalis sequela sine efficientia: sed inter dispositionem, & formam est naturalis successio, vt scilicet aliqua causa producat formam, & frustra videtur esse labor agentis, vt producat dispositiones, quæ debent corrumpi in instāti generationis. Rectè enim dicitur. *Quod fuit, & non est pro nihilo habetur.* Si quis enim affirmaret virtutem actiuam, quæ fuit anno præterito, & nunc non est, producere aliquem effectum, qua ratione potest conuinci falsum dicere? cū ad agendum secundùm ipsos sufficiat existentia præterita: cum tamen nunc non sit.

Resp. 2. Ferr. ex D. Thom. 1. p. q. 76. art. 6. ad 1. materiam disponi per dispositiones, quæ fluunt à forma: nam dispositiones illæ sunt priores in genere causæ materialis; sed posteriores in genere causæ efficientis. Sed hic modus non explicat à quo forma producatur tamquam ab efficiente: ex qua ratione etiam reijcitur opinio eorum, qui dicunt formam prius vniri materiæ secundum gradum corporis, ad quem consequuntur dispositiones &c. & deinde secundum alios gradus: nam hi primùm non assignant efficiens respectu formæ, vt dat corporeitatem, tum secundò neque assignant efficiens respectu consequentium graduum: quia sicut forma habet vnam existentiam, ita vna actione producitur, quia in illo priori intelligitur existere tota entitas formæ; tum tertio quia licet ad esse corporeum consequantur dispositiones illi accommodatæ, non tamen dispositiones aptæ ad alios gradus; quare non est, cur alij gradus producantur. Neq; 5 *Ferr. Resp.*

illa

illa diuersitas in genere causandi soluit argumentum, tum quia esset in eodem genere, scilicet effectiuo, quia dispositiones producerent formam, & ab illa producerentur, & causarent formam in genere causæ materialis, & causarentur a forma existente in composito in eodem genere: cum ipsi ponant accidentia subiectari in toto composito. Deinde sæpe diximus, illud principium non intelligi de causis requirentibus physicam existentiam vt causent. Neque obstat, quod dicitur inter causas immediatas non posse dari mutuam causalitatem, sed posse dari inter causas remotas, nam hoc dictum & falsum assumit, & non rectè syllogizat.

Primum prob. nam forma existens in composito subiectante dispositiones non est causa remota, quia cum sit pars essentialis compositi, immediatè concurrit, licet inadæquatè, ad subiectationem accidentium, sicut ipsa essentia compositi immediatè concurrit adæquatè, imò videtur immediatiùs concurrere, quia ipsa est ratio, licèt partialis, ratione cuius compositũ concurrit ad subiectationem accidentium.

Secundum verò, quia difficiliùs concipitur effectum, A, produci à causa B quod est effectus ipsius A, quàm produci à causa, D, quæ producit, E, & mediante, E producit B, & per, B, produxit, A. Quis enim intelligere potest, Petrum, v.g. nunc existentem producere auum, vel atauum ante multos annos existẽtes? sed nullum delirium adeo absonum, quod summo malo scientiarum non inueniat patronum.

6 *Aliorum responsiones.* 3. Alij, vt Caiet. & Soncin. dicũt produci formas à qualitatibus, quæ sunt in agente à quo prius expelluntur dispositiones, & formæ oppositæ à materia, tuio in nudam materiam producunt formas & ad has consequuntur dispositiones conuenientes, qui modus difficilè impugnari potest; sed tamen illi obstant primò quæ diximus tractatione de causis. Secũdò ex Georg. q. 2 ex Thomistis forma naturalis non agit in extrinsecum subiectum, nisi per qualitates, at qualitates agentia non possunt attingere actionem superioris agentis nisi prius attingant proprium, nam agens instrumentale non attingit effectum superioris, nisi præuia propria actione 1. p. q. 45. ar. 5. ergo prius producit accidens in subiecto, quàm formam substantialem, quod est vltima dispositio ad formam facta à generante, aliàs actio eductiua esset præuia ad productionem dispositionis, nec dici potest, fieri dupliciter, directè scilicet, & indirectè, quia non potest directè, scilicet idẽ effectus fieri à pluribus causis, & duabus actionibus totalibus, & sufficientibus.

Confir. quia agens naturale non corrũpit formam vnius speciei, vt producat formam eiusdem speciei immediatè in eadẽ materia; ergo.

Tertiò quia si in illo instanti, quo desinunt dispositiones præcedentia formæ applicetur agens fortius altero, quod prius egerat, certè introducet suas dispositiones, & formam in instanti, quia inuenit subiectum sine resistentia, & non producit formam agens, quod prius egerat. Consequẽtia patet, nam subiectum est æquè capax vtriusque actionis, & vnum agens superat alterum in virtute: neque dicas cum Soncin. quòd prius agens completè ageret, alterum verò inciperet agere: non inquam id dicas, nam in instantaneis simul est incipere, agere, & completè agere. Quare secundò meliùs cum Soncinate, negandum est, materiam in eo instanti esse æquè indifferentem ad quamlibet formã substantialem, sed tantùm est capax eius formæ, cui aptantur dispositiones præcedentes. Sed contra, quia præcedentes dispositiones non tollunt à materia indifferentiã, cum nõ sint, vt patet in reliquis, si fiat inductio; tollitur autem solùm ex dispositionibus, quæ actu sunt in ipsa materia.

Responderi 4. potest concedendò totum, quod sanè durum videtur.

Confir. quia dispositiones hæ conseruant formam in materia: sed in primò instanti, quo forma est in materia ita requirit illam conseruationem, ac in tempore consequenti; ergo in primò instanti introductionis habet illas; & confirmatur secundò quia natura requirit, vt dispositiones necessariæ ad formam præcedant formam, & existant in primo instanti, in quo est forma, & hic est modus magis conueniens operationi naturæ.

Secundò probatur Concl. nam dispositiones penderent à forma in eodem instãti, quo sunt quoad existentiam in genere causæ efficientis: & forma quoad existentiam in genere causæ materialis à dispositionibus penderet, sed mutua hæc dependentia etiam in diuerso genere causæ, vt patet ex tractatione de causis, esse non potest; ergo. 7 *Prob. 2. concl. 2.*

Respondent Aliqui formam pendere

Forma pendet à dispositionib. prius in fieri, nō in facto esse. in primò instanti, & in fieri à dispositionibus præcedentibus: sed deinde in facto esse pendere à dispositionibus, quas sibi ipsa producit, quæ in fieri dependerunt à forma.

Impug. hac resp. Sed contra tum quia dispositiones præcedentes non sunt, ergo ab illis non potest esse dependentia in fieri, tum quia etiam in conseruati hæ dispositiones penderent à forma cum subiectentur in forma; ergo esset dependentia mutua in facto esse.

Neque est, cur hic afferatur instantia de verbis consecrationis, quæ assumuntur à Deo ad causandam gratiam, quando non sunt, nam fortasse id efficiunt per vltimum terminum realem, vel sonus est aliquid permanens, vel assumitur certa pars, quæ causet successiuè gratiam, vel non producunt physicè, sed moraliter, s. Deus ad præsentiam illorum; de qua re Theologorum est disputare.

Prob. 3. concl. 2. Tertiò probatur ex argumento secundæ opinionis posito dubit. præcedenti, quod idem sui destructionem intenderet, dum formaliter corrumpit subiectum suum; nā quod dicitur id esse ratione communis, & vniuersi, non placet Gal. qui putat nunquam res naturales intendere bonum cōmune, n si coniunctum cum aliqua sui cōseruatione, de qua re Nos alibi: quare meliùs Bannes q. 9. ar. t. ad 2. dicens, calorem per accidens seipsum corrumpere, nam vt instrumentum ignis intendit producere ignem, ex quo sequitur corruptio formæ aquæ: sicut calor naturalis, dum in humidum radicale agit, seipsum corrumpit; sed nihilominus hæc ratio non habet vim, quia non videtur conueniens, vt natura tribuerit formæ vim receptiuam, & substentatiuam formæ sibi oppositæ, à qua debet corrumpi, cum ex Aristotele vbique dicatur, oppositum non recipere formaliter oppositum; sed hæc virtus debet tribui materiæ, quæ est indifferens ad opposita.

8 *Prob. 4.* Quartò probatur ex fine dispositionū, nam illi debet tribui vis receptiua dispositionum, quod debet recipere formas, ad quas ordinantur dispositiones: sed hoc est compositum, quia forma constituit compositum, non recipit, nam recipiens supponitur esse prius recepto; ergo debent dispositiones recipi in materia siue immediè siue mediatè.

Confir. primo, quia in illo debent inhærere accidentia, ex quo educuntur; sed non educuntur ex forma: vt calor non potest extrahi ex forma aquæ, cum opponatur illi, & sit determinata ad frigiditatem; quare debet extrahi ex potentia communi ad opposita.

Confirm. 2. contra Thomistas, quia ex Soncin. 7. met. qu. 3. Her. quodl. 2. qu. 10. Bann. art. 1. c. 1. quicquid recipit aliquid, id efficit per suam potentialitatem; ergo radix recipiendi accidentia erit materia, quæ causa in composito est causa omnis potentialitatis.

Respondent, esse causam remotam: sed contra ait Durandus: ergo causa proxima erit forma. Sed aduersarij negant, affirmantes esse compositum.

At obstat, nam quod est receptiuum vt quod, debet habere potentiam, qua recipiat: at hæc potentia non potest esse totū compositum syncategorematicè sumptū, tum quia inter partes compositi est forma, quæ eum essentialiter fit actus, non potest habere rationem potentiæ receptiuæ; tum quia natura non tribuit rebus potentiam ad recipienda ea, quæ rem ipsam destruunt, quia hæc inclinatio est opposita inclinationi, quam res habet ad sui conseruationem; neque dicant non recipi inclinatiuè, sed violenter, nam omnis potentia est ex natura sua inclinata ad suū actū, tamen vt materia nō potest esse principium agendi, ita neque actus potest esse principium recipiendi.

Neq; potest esse cōpositū categorematicè sumptum quia licet hoc denominetur recipere tamen actus conuenit illi ratione alicuius partis.

Confir. 3. quia non posset aqua calefacta reducere se virtute formæ ad pristinā frigiditatem: nam tunc frigus reciperetur in ipsa forma, atque adeo eadem forma secundùm se totam esset agens, & patiens.

Confir. 4. quia generatio est accidens, & tamen immediate recipitur in materia.

ARTICVLVS III.

Afferuntur, & soluuntur argumenta contra præcedentem conclusionem.

9 *Obiectiones ex Arist. authoritate.* PRimò obijciuntur varia loca Aristot. primus est in 1. de Gener. t. 23. & 24. vbi hoc constituitur discrimen inter generationem, & alterationem, quod in gene-

-ncia-

neratione nullum maneat sensibile, sed in alteratione maneat; igitur in generatione fit resolutio vsque ad materiam primam, quia alioqui maneret aliquod sensibile.

Secundus est ex 1. phys. t. 75. 76. &c. & 5. phys. 8. & 1. de Gener. 24. vbi subiectũ generationis dicitur esse non ens, idest materia prima, quæ est in potentia ad formã; igitur non habet aliquod accidens. quia haberet aliquod esse: neque dicas loqui de subiecto denominationis, nam ita affirmat subiectum alterationis, & qualitatis esse, vt neget esse de subiecto generationis: sed in hac loquitur de subiecto inhæsionis; ergo &c.

Tertius est in prædicamentis c. de substantia, & 5. met. 15. vbi ait corruptis primis substantijs, impossibile esse aliquod aliorum scilicet prædicamentorum remanere; igitur accidentia subiectantur in toto composito, quia corrumpuntur ad eius corruptionem, cum, vt ibi inquit Aristoteles, in primis substantijs sint omnia; primam autem substantiam Aristoteles vocat non primam materiam, sed compositum, vt patet ex toto discursu, cum materia nõ ponatur in recta linea: prima autem substantia ponitur.

Confir. 1. phys. 81. & 82. materia prima dicitur respicere per se primò formam substantialem; ergo immediatè, & non medijs accidentibus.

Confir. 2. ex 7. met. 8. vbi materia prima dicitur non esse quid, neque quale &c.

Quartus in primo de partib. animal. c. 1. vbi pedem viuum, & mortuum vocat æquiuocè pedes; quod si maneret aliquod accidens vniuocè conuenirent in ratione mixti.

Quintus in 7. met. 4. & 12. met. 43. vbi substantia dicitur esse prior accidente, natura, tempore, & definitione; quod de materia prima verificari non potest, nam loquitur de substantia composita, vt patet ex contextu, nam priùs diuidit ens in decem prædicamenta, tum quia in fine t. 4. dicit id conuenire ei, quod est simpliciter ens, & substantia, quæ non conueniunt materiæ primæ.

10 *Primo loco dupliciter resp.*

Respõdeo ad primum locum ex Marſ. non manere aliquod sensibile in generatione, quia corrumpitur præcedens compositum, & non manet subiectum idem, idest suppositum sensibile idem: quare si manet aliqua qualitas, non manet vt subiectum idem, & ratio, quia est nouum compositum, quod est generatum, & intelligi de composito patet ex t. 23. vbi ait in alteratione manere semper idem sensibile, vbi omnes intelligunt idem compositum substantiale.

Respondeo 2. ex Sax. q. 6. & Parif. q. 3. Aristotelem loqui de subiecto denominationis, nam cum fit generatio, denominatur generari terminus, qui de nouo existit; in alteratione verò denominatur subiectũ, quod præerat; vt autem denominetur cõpositum non requiritur, vt totum recipiat formam denominantem secundùm omnes partes, sed sufficit si recipiat ratione alterius partis, vt homo dicitur intellectiu⁹, licèt potentia tantùm inhæreat inanimæ 1. de an. 66. de somno, & vig. c. 1. 2. de Gen. animal. c. 1.

Secundo loco resp.

Ad secundum locum hanc esse differẽtiam, vt subiectum, cui inhæret generatio sit materia nuda, quæ cum non appareat, non denominatur generari; subiectum verò alterationis licèt quoad inhæsionem sit materia; tamen non est nuda, sed quæ habet concomitanter formam substãtialẽ, quod colligi potest ex 1. de Gener. t. 24. in fine, vbi ait: *Subiectum generationis esse materiam primam, aliarum verò mutationum quodammodo*, quia scilicet generatio recipitur in materia nuda, illamque non denominat, sed aliæ mutationes in materia informata; quare denominatur totum, quia illud apparet sensui moueri, & acquirere qualitatem.

Impugn. resp.

Dices Arist. 1. de Gener. 24. apertè dicit: *Quando autem nihil permaneat, cuius altera passio est, & accidens, omnino generatio est*; quare videtur velle in generatione nullum manere subiectum, cui conueniant accidentia.

11

12 *Impugnat. reijcitur.*

Respondetur sensum esse, vt in generatione non maneat subiectum, cui conueniat passio acquisita per generationem, & alia amissa per corruptionem: nam hoc dicit de Gener. quatenus differt ab alijs mutationibus, quarum termini sunt accidentia, & in quibus manet idem subiectum integrum vt priùs, vel vt Suar. ibi probat oppositum, nam ait: *In his autem si aliqua maneat passio eadem cõtrarietatis ingeniti, & corrupti, vt quando ex aere aqua, si ambo trãsparentia aut frigida non oportet, huius alteram passionem esse, in quàm transmutatur, sin minus erit alteratio, vt si homo ex musico fiat immusicus, homo quidem idem perseuerat*; & ideo est alteratio; at

verò corrupto subiecto, & altero generato, manente eadem affectione tunc est corruptio, & generatio, non autem alteratio, vt fusè Suarius explicat.

3. Locus explicatur. Ad 3. locum Aristotelem loqui de corruptione primarum substantiarum quoad omnes partes suas, ita vt corrumpatur materia, & forma, nam alioqui si intelligeret tantùm de totius corruptione falsum diceret, nam si omnia indiuidua completa corrumperentur, & manerent animæ rationales non idcirco omnia accidentia corrumperentur; vt patet, & benè Buccaf. loc. cit.

Ad primam confirmationem conceditur, materiam per se primò respicere substantialem formam; sed non negatur secũdariò respicere quantitatem.

Ad secundam id dicitur ratione informationis animæ, vt alibi, quia essentialiter nullam formam includit.

4. Locus expl. Ad quartum Resp. huiusmodi entia posse dupliciter considerari; primò vt mixta sunt, & fortè sunt eiusdem speciei in viuo, & mortuo. Secundò vt instrumenta animalis, & ita æquiuocè conueniunt, quia non sunt apta ad munera, ad quæ ordinantur ob defectum spirituum, &c. & potiùs inde confirmatur nostra Concl. quia ibidẽ dicit manere eandem figuram.

Ad quintũ locum variæ sunt responsiones. Ad quintum varij sunt modi respondendi. Primò alij volunt Aristotelem loqui à toto genere substantiæ, & accidentis, quia in genere substantiæ reperitur Deus, qui est omnibus illis modis prior accidentibus, quia omnino est separabilis ab accidentibus. Ita Alens. ibidem qu. 4. Accidens autem secundùm totum suum ambitum est inseparabile.

13

2. Alij dicunt intelligi de substantia prædicamentali, quæ est illis modis prior accidentibus, non ratione omnium partiũ vno modo; sed ratione materiæ est causa subiectiuè, ratione formæ effectiuè, ratione totius finaliter.

Substantia quot modis potest cum accidẽtibus comparari. 3. Respondet Suar. posse comparari substantiam absolutè cum accidentibus absolutè, & sic prior est substantia absolutè cõparata: secundò substantia in quamlibet in suis accidentibus, & adhuc dupliciter, quia si substantia accipiatur secundùm omnes partes, sic in omni genere est prior accidentibus; si verò accipiatur vt composita est prior quantitate perfectione, & natura in ordine totius, & suo modo in genere causæ formalis: vnde in genere causæ materialis est posterior, nam non repugnat aliquod accidens esse priùs aliqua substãtia in aliquo genere.

4. Ego Resp. Aristotelem loqui de accidentibus respectu subiecti, in quo sunt, nam hoc est prius ijs accidentibus, quæ subiectantur in illo, quod probat, quia subiectum potest separari ab accidentibus nõ quidem omnibus, sed hoc vel illo, nunquam tamen accidens potest separari à subiecto, in quo inhæret. Ita Niph. & Aphrod. & Auer. Quod si obijcias proprias passiones, quæ simul sunt cum subiecto. *Resp. auct. ad hunc locum.*

Respondet Auer. quod passio sequitur formam, qua priùs esse materiam etiam secundùm durationem nihil prohibet; quare ratione materiæ semper substantia erit prior accidentibus.

Alij autem Respondent, propositionẽ Aristotelis veram esse per se, licet per accidens sit falsa, idest substantia ex se est prior accidentibus non pendet ex accidentibus, licèt per accidens ratione naturalis connexionis, vel resultantiæ sint vnita. Sicut Petrus ex se non est albus, neque alio colore infectus licet per accidens, & absolutè falsum sit Petrum nullum habere colorem: vnde colligitur, quod licè sit substantia inseparabilis ab accidentibus, tamen illa inseparabilitas magis oritur ex dependentia accidentis, quàm ex independentia substantiæ, nam hæc præcedit ex se, quia separabilis, & hoc oritur ex independentia; vide N. grum in Clyp. q. 11. *Sequuntur aliorum respõsiones ad quintum locum.*

2. Obijcitur. Esse secundùm quid supponit esse simpliciter: sed accidentia dant esse secundùm quid; formæ verò dant esse simpliciter; ergo accidentia supponunt in materia formas substantiales. Minor probatur ex Alberto quia accidens supponit naturam rei, vt patet ex conceptione accidentis. Confir. primò quia omne esse per se debet præcedere esse per accidens, alioqui ens per accidens esset fundamentũ entis per se; sed ex forma substantiali, & materia fit ens per se; ergo debet præcedere compositum ex materia, & accidente. Dices præcedere materiam, quæ est ens per se; sed contra quia sicut substantia simplex debet præcedere accidens simplex; ita substantia composita compositum accidentale, & compositum per se præcedere compositum per accidens. 14 *Obiectiones ex ratione.*

Confir. 2. quia accidens in eo subiecto debet inhærere, quod per se subsistit: sed per se subsistere conuenit composito, nam

non

non subsistit, nisi quod habet esse actuale, & simpliciter ergo; maior probatur, quia alioqui non posset substentare aliud.

Confir. 3. quia alioqui materia esset magis substantia, quàm forma, & quàm prima substantia, quia pluribus substaret, scilicet formæ, & accidentibus contra Arist. in prædicamentis, vbi primam substantiã vocat maximè substantiam, quod omnibus subster, & est contra rationem materiæ, quæ in sua existentia pendet à forma.

Confir. 4. forma substantialis, & accidẽtalis sunt actus distinctæ rationis; ergo requirunt potentiam distinctæ rationis; ergo non poterunt vtraque immediatè respici à materia prima, sed ordine quodam, vt primò substantialem formam, tum accidentalem: nam actus, & potentia debent proportionari: quare sicut actui simpliciter respondet potentia simpliciter; ita actui secundùm quid potentia secundùm quid: & præterea materia recipicit speciem ab actibus, quos per se primò respicit; ergo non potest respicere actus tam diuersæ rationis.

15 *Astudill. opinio de hac re.*

Respondetur propter hæc argumenta Astudillo 1. de Gener. q. 2. dicit, immediatum subiectum accidentium esse quidem materiam, sed requirere tamquam conditionem, vt prius sit informata forma, quia non potest materia antequam recipiat esse simpliciter recipere secundùm quid; & ideo ordine naturæ debet forma substantialis semper præintelligi; quæ etsi mihi non displiceat; tamen clarius Resp. esse simpliciter accipi dupliciter: primò pro esse completo, & in certa specie: secundò pro existentia, & essentia rei, qualiscumq; sit: accidens igitur est posterius via originis habente esse simpliciter secundo modo; non autem primo modo, quia quęcũq; substantia antequam fit, supponit in materia dispositiones; ordine tamen intensionis substantia completa primo modo est prior accidente. Vnde patet ad primam confirmationem. Respondetur rectè ibi dici. Ad instantiam Respondeo compositum per se non necessariò præcedere compositum per accidens via generationis; sed potius contra, non tamquam fundamẽtum entis per se, sed vt dispositio fundamẽti; sed via intensionis compositum per se præcedit. Ad confirmation. ideo compositum dicitur subiectum non quidem inhæsionis sed denominationis, quia est totum, sicut suppositum denominatur operari; cum tamen principium elicitiuum operationis sit forma, vel accidens: vnde materia per suam subsistentiam est apta substinere accidentia, quando est sub forma, quia ad rationem primi subiecti sufficit si non subiectetur in alio, etiam si naturaliter pendeat in sua existentia ab alio. Neque requiritur vt habeat subsistentiam totalẽ, vt patet in anima rationali, & hinc patet discrimen inter materiam, & formas materiales: nam materia per se subsistit; ideo potest per se substentare; aliæ autem formæ quasi inhærent in materia; vnde fit, vt accidẽtia non pẽdeant in sua existentia à forma determinata, & ideo manere possunt cum genita; & corrupta, si vtrique communia sunt.

Esse simpliciter dupliciter accipitur.

Accidens quo nam esse simpliciter sit posterius.

Ad tertiam, licèt materia pluribus simpliciter subster, non tamen eo modo substandi, vnde sumitur ratio primæ substantiæ; quia hæc sumitur à substare completo, tamquam id, de quo omnia prædicamenta possint prædicari; cuiusmodi non est materia prima, sed substantia prima, quæ est fundamentum omnium prædicamentorum. 16

Ad quartam, licèt sint actus distinctæ rationis, quia tamen sunt subordinari ad eamdem potentiam optimè dicimus specificare vnam potentiam, vt diximus in physicis, & colligitur ex 7. met. 8 vbi materia dicitur in potentia ad omnia accidẽtia; ergo ipsam actuant. Ex quo patet solutio alterius rationis, quia forma adueniret enti per accidens, nam adueniret materiæ habenti accidens, soluitur inquam, non aduenit illi vt subiecto, tamquam accidentia sint subiectum, quo forma vniatur materiæ: sed vnio immediatè fit inter materiam, & formam, & dispositiones mediant, vt dispositiones, non vt subiectum, quare aduenit forma immediatè enti per se, & in potentia ad illam. Ex quo etiam patet, requiri dispositiones ad formæ substantialis vnionem cum materia, non autem ad vnionem accidentium cum materia, non propter affinitatem maiorem inter materiam, & accidentia, sed propter perfectionem formæ, quæ dispositionibus, tamquã ministris vtitur, quod colligimus, nam quò perfectior est forma, eò videmus plures requiri dispositiones in materia, vt patet in anima.

17 *Sequuntur obiectiones ex ratione.*

3. Obijcitur Accidentia sunt passiones formarum, & compositorum; ergo inhærent in compositis, quia proprietates supponunt

ponunt id, cuius sunt proprietates; ergo supponunt formam in materia. Antecedēs probatur tum, quia materia est indifferens, vt habeat hæc, vel illa accidentia, sed rantū complexio talium accidentium illi debetur, ratione talis formæ, cui proportionatur complexio illa, nam hæc conuenit formæ omni, soli, & semper, saltem secūdùm aliquam latitudinem complexionis; tum quia omnia accidentia comparantur ad formam, vt actus secundus ad primum.

Confir. primò si dispositiones illæ corrumperentur, forma posset sua vi per actionem immanentem illas sibi producere; sed in hoc casu inhærerent in ipsa forma, vt patet ex ratione actionis immanentis; ergo etiam priùs, quia cum hæ sint eiusdē speciei cum prioribus dependere debent ab eodem subiecto, & requirere patem concutium subiecti ad sui substentationem.

Confir. 2. quia in eo debent accidentia inhærere, cum quo analogantur in ente; sed accidentia analogantur cum substantia completa, & præcipuè cum forma; ergo. Minor probatur, quia dicitur entis ens, idest entis simpliciter, quod non est materia, sed substantia completa.

Confir. 3. quia materia esset actiua, nam cum sit subiectum primarum qualitatum, dici potest agere per illas: nam accidens dicitur esse instrumentum eius, à quo habet esse ex dependentia suæ existentiæ, quod est contra Arist. 3. phys. 17.

Confir. 4. Nam magis pendet quodlibet accidens à substantia, quàm vnum accidens ab altero: sed multa accidentia inhærent in substantia per aliud accidens; idest per quantitatem; ergo multò magis accidentia inhærebunt in materia media forma.

Confir. 5. nam ex conditionibus subiectorum colligimus conditiones proprietatum: sed materiæ conuenit esse potentiā, principium receptiuum, & eiusdem rationis in omnibus; formæ verò esse actum, principium agendi, & diuersæ rationis: sed qualitates magis proportionantur formis, nam habent rationem actus, sunt principium agendi, & sunt distinctæ rationis. Pro solutione.

18 *Dispositiones quomodo à forma dimanant.* Notandum, Quo sensu dicatur propositio illa, dispositiones dimanant à forma: nam cum duo sint tantùm principia in composito, & dispositiones à materia dimanare non possint, cum hæc sit omnibus communis, & dispositiones propriæ cuiq; sint, certè à forma dimanabunt, quòd vt intelligatur.

Qualitates è formis dimanant. Notandum 2. Proprietates formaliter, vel radicaliter vel esse qualitates, vel quantitatem: & quidem qualitates omnes tribuunt formis; in quātitate autem sunt duo consideranda: primum est ipsa entitas quātitatis: secundum est terminus, & figura quantitatis. *Quantitas qua ratione consequitur materiam, qua verò formam.* Ratione primi consequitur materiam, quæ sicut est indifferens ad formas, quibus potest coaequari; ita in sua quātitate nullum requirit determinatum terminum. Secundum verò quantitas habet à forma, vel saltem à corpore continente, non quod forma aliquid in quantitatem efficiat, sed quia agens assumit subiectum in tanta quantitate, & ita figurat, vt requirit forma, quo etiam sensu intelligitur quod dicitur, qualitates dispositiuas conuenire composito ratione formæ; non enim debet intelligi quod forma habeat aliquam efficientiam circa dispositiones, sed quia agens, quod cæpit disponere, continuat illas dispositiones vsque ad instans generationis formæ iuxta exigentiam formarum: vnde in primo instanti non dicuntur manare ab illa in genere causæ efficientis, sed finalis: Ex quo fit, vt non habeant præcisè rationem passionum, cuius natura est consequi formas. His positis.

Respondetur, huius passiones non inhærere ipsi formæ, sed ei, quod debet disponi ad receptionem formarum, quæ sunt passiones compositorum, vt causæ finalis, nō subiectiuæ, vnde fit vt non denominent compositum, & sint instrumenta formæ ad vitam tuendam, & speciem propagandam, & quia accidentia denominant compositum; ideo comparatur esse, vt actus secundus ad primum. 19 *Obiect. 3. resp.*

Ad primam confir. Resp. concedendo produci ex vi formæ, sed recipiuntur non in ipsa forma, sed in materia, & quia in eodem subiecto etiam forma, & accidentia sunt producta; ideo illa actio potest dici immanens.

Incompleta substantia respectu accidentis dicitur ens simpliciter. Ad secundam confirm. Resp. accidens analogari, tam cum substantia completa, quàm incompleta, nam hæc respectu accidentia dicitur ens simpliciter, licet respectu completæ sit perfectior analogia; quia hæc substantia continet omnes alias, tam, quam partes sui: vnde diuersa ratione fit hæc analogia, vt alibi.

Ad 3. Resp. materiam non dici operari

per

per accidentia, tanquam per instrumenta, quia ex se illa non requirit, sed forma dicitur operari, quia sunt in materia propter formam; neque accidens ab eo habet operari, à quo sustentatur, sed à quo efficitur, propter quod est, seu ad quod ordinatur, vt alibi.

Accidēs potest in rōne receptiui magis ab accidente pendere, quam à substātiali forma.

Ad quartum, non esse absurdum in ratione receptiui vnum accidens pendere magis ab alio, quàm à forma substantiali: quia forma substantialis per se non est ordinata ad recipiendum, sed ad actuādum; multa verò accidentia possunt per se ordinari ad recipiendum.

Ad quintum, primò id falsum in quantitate, quæ est receptiua, non operatur, & est eiusdem rationis in omnibus. Secundò falsū est, id, quod recipitur, debere habere conditiones rei, in qua recipitur, vt pa et in forma substantiali, quæ recipitur in materia, imò dicitur potius habere oppositas cum actuet.

Idelphons. obiectio.

20 Dices cum Idelphons. 2. an. quæst. 2. Diuersitas actuum genere remoto differentium requirit diuersitatem in proprijs susceptiuis, ergo forma substantialis, & accidentalis requirunt diuersa susceptiua, cum sint diuersi actus genere, sed propriū susceptiuum, & immediatum formæ substantialis est materia nuda, ergo susceptiuum formæ accidentalis non est materia nuda, sed composita. Neque dicas rationem receptiuam esse eandem, scilicet, materiam, sed subiectum receptiuum esse aliud, & aliud. Vnde formæ susceptiuum est sola materia, accidentium verò compositum, non, inquam in dicas, nam, vt ex parte agentium diuersitas actuum ab illo prodeuntium arguit diuersitatem principiorum, cum idem agens per diuersa principia producat diuersos effectus; vnde videmus à diuersis principijs, in quibus est vna ratio principiandi esse eundem actū, vt a patre, & filio, in quibus est vna virtus spiratiua: ita ex parte materiæ diuersitas formarum receptarum arguet magis diuersitatem principiorum recipiēdi, quàm diuersitatem recipientium. Confir. quia id, cuius actualis entitas pendet subiectiuè, vel effectiuè ab alia entitate receptiua, & non contra, exigit per se in subiecto receptiuo perfectiorem actualitatem entitatis, quàm sit entitas rei receptæ. Sed quātitas & alia accidentia sunt entitates actuales; ergo subiectum illorum requirit perfectiorem actualem entitatem. Sed hæc actualitas perfectior non est in materia, sed in composito; ergo compositum est subiectum immediatum quantitatis, & accidentium.

Variæ ad obiect. responsiones.

Respondent aliqui negando vltimam consequentiam, quia sufficeret sola forma ad subiectanda illa accidentia, quia illa sola habet perfectiorem entitatem actualem, quàm accidentia. Sed contra, quia si illa esset totalis causa subiectiua quantitatis, & accidentium posset per se ipsam, separata à materia illa recipere.

Diuersitas receptorum nō requirit diuersa recipientia.

Respondent alij negando, diuersitatem actuum requirere diuersa recipientia, nam constat ex diuersis agentibus, vel eodem agente per diuersa principia in eadem materia recipi diuersos effectus, nam vt idem agens per eandem rationem agēdi potest causare in diuersis subiectis diuersos effectus; ita proportionaliter diuersa agentia in eodem subiecto diuersos effectus. Et sicut idem agens secundùm diuersas rationes agendi potest causare diuersos actus, vt sol illuminat, & calefacit; ita materia per diuersas rationes recipiendi recipere potest diuersas actus. Quare diuersitas actuū arguit diuersas causas siue diuersas rationes principiandi vel in agente, vel in passo: atque adeo idem agens per diuersa principia producit substantiam & accidens, & eadem materia per diuersam rationem receptiuam recipit formam substātialem, & accidentalem, quare non est necessariū recipi accidens in composito, nam potest recipi in materia, in qua recipitur etiam forma: quæ opinio non docet quomodo illæ rationes principiandi distinguantur inter se ex natura rei, vel ratione.

Diuersitas actuum requirit diuersas rationes principiandi.

Diuersitas actuum adæquatorum distinguit potentiarū diuersitatē.

Ego respondeo, non quamlibet diuersitatem actuum distinguere diuersitatem potentiarum, sed diuersitas actuum adæquatorum, alioqui oporteret ponere tot intellectus specie, quot sunt actus specie distincti, & tot potentiæ visiuæ, quot sunt visiones. Actus autem adæquati potentiæ materiæ receptiuæ sunt omnes formæ receptibiles, cum aliqua tamen subordinatione, nam primarij actus sunt formæ substantiales, secundarij verò, & illis subordinati sunt formæ accidentales necessariæ ad disponendam materiam, vt possit recipere formas substantiales. Cætera autem accidentia, quæ sunt proprietates formarū non recipit immediatè, sed mediantibus formis ex communi.

Ad confirmationem respondeo mate- 21

riam

Materia est sufficienter apta ad accidētia subiectiuè causanda.

riam habere sufficientem actualitatem requisitam ad causandum subiectiuè formas accidentales, nam si illam habet ad causandas substantiales, quas immediatè recipit, multò magis ad formas accidentales, quæ ratione formarum substantialiū tanquam propter finem recipiuntur in materia. Vnde non dicitur pura potentia, quasi careat omni actu, cum habeat actum entitatiuum imò, & subsistentiam ex probabiliori opinione, sed quia caret omni actu formali constitutiuo in certa specie prædicamentali, vt ostendi in physicis. Qua ratione autem materia non sit simpliciter perfectior forma substantiali ex vi causalitatis receptiuæ dictum est supra.

Respondeo secundò. Ex vi illius rationis non sequi accidentia recipi in composito, sed ad summum in forma, quæ habet perfectiorem actualitatem accidentibus. Et quia forma est materialis ideò non potest illa recipere extra materiam, quod si Deus illam separaret à materia, posset illa retinere, & recipere, vt dicunt communiter de quantitate eucharistica, quæ recipit adæquatè accidentia. At neq; recipi posse in forma, quia actus eiusdem rationis exigere debet rationem recipiendi eiusdē rationis in diuersis subiectis, nam si hinqui non possemus ex actibus arguere vnitatē, vel diuersitatem potentiarum, sed forma in diuersis compositis non est eiusdem rationis in illis, sed sola materia ergo ratio recipiendi est materia, & non forma, & licet in cœlo recipiatur quantitas in quo non est materia eiusdem rationis, tamen alij volunt, illam quantitatem esse diuersæ rationis à nostra; vel alij in cœlo esse materiam eiusdem rationis cum nostra; vel alij esse eiusdem rationis proportionalis, quia vtraque habet rationem primi subiecti; videatur Ægid. opus. de gradibus form. p. 2. c. 12. & 13. sed de hac re alibi fusiùs disputādū, an s. quantitas recipiatur formaliter in forma, nam cum participet effectum formalem quantitatis, videtur informari per illam, nam cum animæ rationali non tribuatur effectus formalis, dicendum videtur aliter vniri quantitatem cum formis corruptibilibus, ac cū anima rationali. Confir. quia dupliciter potest participari effectus quātitatis, vel quia recipit, vel quia recipitur, sed forma substātialis non potest recipi in quantitate, vt alibi; ergo recipit. At alijs videtur contrarium, s. quod radicalis ratio recipiendi sit

Cœlū quomodo recipiat quantitatem, variæ opiniones.

materia, & formam si conceditur posse recipere id habere à materia, quatenus ipsa est materialis, & ab ea recipit materialitatem.

Alij verò dicentes, solam materiam recipere, dicunt, formas non extendi à quantitate, quia habet de se partes entitatiuas in ordine ad se extensas; sed solùm recipere à quantitate impenetrabilitatem partiū, quam habent dum sunt in materia quanta; nam ratione illius quantitatis excluditur omnis quantitas aliarum partium ab eodem spatio. Sed de hac re alibi, quia non vacat hîc omnia examinare. 22

Forma quātitatem non recipiēs impenetrabilitatem accipit ab illa non extensionem.

DVBITATIO X.

An subiectum immediatum accidentium communium sit quantitas, an materia.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

Difficultas maior manet de subiecto immediato primarum qualitatum, & similium, an sit materia prima an verò quantitas, nam aliqui volunt esse materiam primam, vt Hurtad. disp. 6. phys. sect. 6. & sequuntur aliqui Recentiores quantitatem se habere dispositiuè non subiectiuè respectu aliorum accidentium. Alij verò cum Suar. recipi immediatè in quantitate, & mediāte quantitate in materia. Ita disp. 14. sect. 4. num. 5. sequitur Rubius in 1. de gener. cap. 4. tract. 3. quæst. 8. vsque ad 11. sequuntur communiter Recentiores. Alij tertiò dicunt, recipi adæquatè in materia, & quantitate. Hoc autem asserunt, vt fugiāt difficultatem cur accidentia illa non recipiantur in cœlo; nam si quantitas esset adæquatum subiectum illorum accidentium, quantitas cœli, quæ est eiusdem rationis cum inferiori haberet vim recipiendi accidentia, atque adeo cœlum esset alterabile alteratione corruptiua. 1

Variæ auctorum opiniones de subiecto immediato primarū qualitatum.

Alij verò putant, in hac quæstione nihil certi posse affirmari, sed vtramque partem esse probabilem, vt patet ex solutione argumentorum, quæ Patroni illarum opinionum afferunt.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

Pri-

2 *Accidentia materialia recipiuntur immediatè in materia disposita per quantitatem.*

PRima conclusio, probabile est, accidētia materialia recipi immediatè in materia prima tanquam in subiecto, disposito tamen per quantitatem. Primò, quia quantitas est actus formalis ordinatus ad informationem subiecti, vt illud extendat. Ergo non habet potentiam receptiuam accidentium, quia sic haberet duplicem perfectionem constitutiuam essentiæ, & informatiuam, & receptiuam accidētium, quod videtur repugnare naturæ.

Sed respondent, id non esse absurdum. Tum quia hæc duplex perfectio conuenit etiam alijs accidentibus vt potentiæ, quæ informant essentiam, & efficiunt actus, & illos recipiunt.

Tum, quia quantitas essentialiter constituitur in ordine ad subiectum extendēdum. Potentia verò recipiendi accidentia conuenit illi concomitanter, idest, non ex institutione naturæ, sed quia habet perfectionem entitatiuam, quam concomitatur potentia receptiua, ex necessitate quadam naturæ, quæ non est aliquid superadditum essentiæ, sed illi identificata, vt dicitur de potentia obedientiali. Ita Suar. loc.cit. de qua ratione nos infra.

Aliorum probationes 1. conclus.

Secundò probant alij. Illud subiectum debet recipere dispositiones, quod informatur formæ, ad quam disponunt, sed subiectum quod immediatè informatur forma substantiali est materia prima, & non quantitas; ergo materia prima est immediatè receptiua dispositionum, & non quantitas.

Respondent negando, omnes dispositiones debere recipi in eodem subiecto, in quo forma substantialis, sed sufficere recipi immediatè vnam & mediante illa recipi alias. Et ita quia quātitas est dispositio, illa immediatè recipit accidētia & mediāte illa recipiūtur in materia aliæ dispositiones. Sed cōtra tū quia materia non esset intrinsecè determinata ad formam, quia non reciperet in se, & intrinsecè dispositiones determinatiuas, nam quantitas cum sit dispositio communis ad omnes formas, non potest materiam determinare ad hanc, vel illam formam. Quare hæc determinatio debet prouenire à dispositione qualitatiua.

Quantitas est dispositio communis ad omnes formas.

Tum quia alia accidentia magis depēderent à quantitate, quàm à substātia, quia ab illa dependerent eductiuè, & informatiuè, à materia verò nullo modo, nisi ratione dependentiæ, quam accidentia habēt ratione quantitatis. Vnde videtur materia quasi causa per accidens respectu accidētium, nam destructa materia, manente quantitate, adhuc illa eodem modo maneret.

Tertiò probant alij. Vel quantitas est subiectum adæquatum illorum accidentium, vel inadæquatum, & simul cum materia adęquatum. Sed neutrum dici potest: non primum, quia sequeretur qualitates illas recipi posse in cœlo, quia ibi esset subiectum adæquatè receptiuum illorum accidentium, scilicet, quantitas eiusdem rationis cum inferiori quantitate. Neque potest dici secundum, quia licet hoc posset defendi, quatenus subiectum habet munus concurrendi sustentatiuè ad existentiam formarum: de qua re alibi dixi: non tamen quoad munus informationis passiuè. quia sicut eadē numero forma non habet virtutem informandi duo subiecta realiter distincta; ita neque duo subiecta realiter distincta possent informari per eādem numero formam, quia non apparet quomodo vniantur inter se illæ duæ informationes: non enim vniuntur extēsiuè, sicut partes integrales, neque intensiuè, quia ibi non est intensio, & remissio, neq; vniuntur essentialiter, quia hæc vnio non potest esse nisi inter genus, & differētiam, vel potentiam physicam, & actum physicum, qualia non sunt illæ informationes.

Deinde cum ponant accidentia informare immediatè partialiter materiam, 3
cur non totaliter, quod dici potest cum maiori verisimilitudine, vt euitentur diuersæ informationes eiusdem formæ. Confir. quia si quantitas esset immediatū subiectum qualitatum, & accidentium corporalium vel esset adæquatum, & non, quia multa accidentia exigunt etiam immediatum concursum substantiæ, vt patet ex actibus vitalibus, & etiam ex qualitatibus primis, quæ non possunt recipi in cœlo, etiam si ibi sit quantitas eiusdem rationis, quia deest concursus materiæ incapacis harum qualitatum, vel est subiectum inadæquatum, & sequitur idem accidens numero, & simplex inhærere duobus subiectis.

Quartò probant alij ex auctoritate Aristotelis, qui 4. metaph. 14. habet accidens non accidere accidenti, quia ambo accidunt eidem subiecto. Confirm. primò nam in prædicamentis dicitur. *Proprium esse substantia, vt cum vna numero sit recipiat contraria.* Neque dicas loqui de

Prob. ab alijs concl. ex Arist. auctor.

Forma pendet à dispositionib⁹ praeuiis in fieri, nō in facto esse. in primò instanti, & in fieri à dispositionibus praecedentibus: sed deinde in facto esse pendere à dispositionibus, quas sibi ipsa producit, quae in fieri dependebant à forma.

Impugn. hac resp. Sed contra tum quia dispositiones praecedentes non sunt, ergo ab illis non potest esse dependentia in facto esse, tum quia etiam in conseruari hae dispositiones pendebant à forma cum subiectentur in forma; ergo esset dependentia mutua in facto esse.

Neque est, cur hic afferatur instantia de verbis consecrationis, quae assumuntur à Deo ad causandam gratiam, quando non sunt, nam fortasse id efficiunt per vltimum terminum realem, vel sonus est aliquid permanens, vel assumitur certa pars, quae causet successiuè gratiam, vel non producunt physicè, sed moraliter, s. Deus ad praesentiam illorum; de qua re Theologorum est disputare.

Prob. 3. concl. 2. Tertiò probatur ex argumento secundę opinionis posito dubit. praecedenti, quod idem sui destructionem intenderet, dum formaliter corrumpit subiectum suum; nā quod dicitur id esse ratione communis, & vniuersi, non placet Gal. qui putat nunquam res naturales intendere bonum cōmune, nisi coniunctum cum aliqua sui cōseruatione, de qua re Nos alibi: quare melius Bannes q. 9. at. 1. ad 2. dicens, calorem per accidens seipsum corrumpere, nam vt instrumentum ignis intendit producere ignem, ex quo sequitur corruptio formae aquae: sicut calor naturalis, dum in humidum radicale agit, seipsum corrumpit; sed nihilominus haec ratio non habet vim, quia non videtur conueniens, vt natura tribuerit formę vim receptiuam, & substentatiuam formae sibi oppositae, à qua debet corrumpi, cum ex Aristotele vbique dicatur, oppositum non recipere formaliter oppositum; sed haec victus debet tribui materiae, quae est indifferens ad opposita.

8 *Prob. 4.* Quartò probatur ex fine dispositionū, nam illi debet tribui vis receptiua dispositionum, quod debet recipere formas ad quas ordinantur dispositiones: sed hoc est compositum, quia forma constituit compositum, non recipit, nam recipiens supponitur esse prius recepto; ergo debent dispositiones recipi in materia siue immediatè siue mediatè.

Confir. primò, quia in illo debent inhaerere accidentia, ex quo educuntur; sed non educuntur ex forma: vt calor non potest extrahi ex forma aquae, cum opponatur illi, & sit determinata ad frigiditatem; quare debet extrahi ex potentia communi ad opposita.

Confirm. 2. contra Thomistas, quia ex Soncin. 7. met. qu. 3. Her. quodl. 2. qu. 10. Bann. art. 1. c. 1. quicquid recipit aliquid, id efficit per suam potentialitatem; ergo cadix recipiendi accidentia erit materia, quae causa in composito est causa omnis potentialitatis.

Respondent, esse causam remotam: sed contra ait Durandus: ergo causa proxima erit forma. Sed aduersarij negant, affirmantes esse compositum.

At obstat, nam quod est receptiuum *vt quod*, debet habere potentiam, qua recipiat at haec potentia non potest esse totū compositum syncategorematicè sumptū, tum quia inter partes compositi est forma, quae cum essentialiter sit actus, non potest habere rationem potentiae receptiuae; tum quia natura non tribuit rebus potentiam ad recipienda ea, quae rem ipsam destruunt, quia haec inclinatio est opposita inclinationi, quam res habet ad sui conseruationem; neque dicant non recipi inclinatiuè, sed violenter, nam omnis potentia est ex natura sua inclinata ad suū actū, tamen vt materia nō potest esse principium agendi, ita neque actus potest esse principium recipiendi.

Neq; potest esse cōpositū categorematicè sumptum quia licet hoc denominetur recipere tamen actus conuenit illi ratione alicuius partis.

Confir. 3. quia non posset aqua calefacta reducere se virtute formae ad pristinā frigiditatem: nam tunc frigus reciperetur in ipsa forma, atque adeo eadem forma secundùm se totam esset agens, & patiens.

Confir. 4. quia generatio est accidens, & tamen immediatè recipitur in materia.

ARTICVLVS III.

Afferuntur, & soluuntur argumenta contra praecedentem conclusionem.

PRimò obijciuntur varia loca Aristot. primus est in 1. de Gener. t. 23. & 24. vbi hoc constituitur discrimen inter generationem, & alterationem, quod in gene- 9 *Obiectiones ex Arist. auctoritate.*

-nera-

neratione nullum maneat sensibile, sed in alteratione maneat; igitur in generatione fit resolutio vsque ad materiam primam, quia alioqui maneret aliquod sensibile.

Secundus est ex 1.phys.t.75.76. &c. & 5.phys.8.& 1.de Gener.24. vbi subiectū generationis dicitur esse non ens, idest materia prima, quæ est in potentia ad formā; igitur non habet aliquod accidens, quia haberet aliquod esse: neque dicas loqui de subiecto denominationis, nam ita affirmat subiectum alterationis, & qualitatis esse, vt neget esse de subiecto generationis: sed in hac loquitur de subiecto inhæsionis; ergo &c.

Tertius est in prædicamentis c. de substantia, & 5.met. 15. vbi ait corruptis primis substantijs, impossibile esse aliquod aliorum scilicet prædicamentorum remanere; igitur accidentia subiectantur in toto composito, quia corrumpuntur ad eius corruptionem, cum, vt ibi inquit Aristoteles, in primis substantijs sint omnia; primam autem substantiam Aristoteles vocat non primam materiam, sed compositum, vt patet ex toto discursu, cum materia nō ponatur in recta linea: prima autem substantia ponitur.

Confir. 1.phys.81.& 82. materia prima dicitur respicere per se primò formam substantialem; ergo immediatè, & non medijs accidentibus.

Confir 2. ex 7. met. 8. vbi materia prima dicitur non esse quid, neque quale &c.

Quartus in primo de partib. animal. c. 1. vbi pedem viuum, & mortuum vocat æquiuocè pedes; quod si maneret aliquod accidens vniuocè conuenirent in ratione mixti.

Quintus in 7.met.4. & 12.met.43. vbi substantia dicitur esse prior accidente, natura, tempore, & definitione; quod de materia prima verificari non potest, nam loquitur de substantia composita, vt patet ex contextu, nam priùs diuidit ens in decem prædicamenta, tum quia in fine t.4. dicit id conuenire ei, quod est simpliciter ens, & substantia, quæ non conueniunt materiæ primæ.

10 Respōdeo ad primum locum ex Marſ. non manere aliquod sensibile in generatione, quia corrumpitur præcedens compositum, & non manet subiectum idem, idest suppositum sensibile idem: quare si manet aliqua qualitas, non manet vt subiectum idem, & ratio, quia est nouum compositum, quod est generatum, & intelligi de composito patet ex t. 23. vbi ait in alteratione manere semper idem sensibile, vbi omnes intelligunt idem compositum substantiale.

Primo loco dupliciter resp.

Respondeo 2. ex Sax.q. 6. & Parif. q.3. Aristotelem loqui de subiecto denominationis, nam cum fit generatio, denominatur generari terminus, qui de nouo existit; in alteratione verò denominatur subiectū, quod præerat; vt autem denominetur cōpositum non requiritur, vt totum recipiat formam denominantem secundùm omnes partes, sed sufficit si recipiat ratione alterius partis, vt homo dicitur intellectiu', licèt potentia tantùm inhæreat in anima 1.de an.66, de somno, & vig.c.1.2. de Gen. animal.c.1.

Ad secundum locum hanc esse differētiam, vt subiectum, cui inhæret generatio sit materia nuda, quæ cum non appareat, non denominatur generari; subiectum verò alterationis licèt quoad inhæsionem sit materia; tamen non est nuda, sed quæ habet concomitanter formam substātialē, quod colligi potest ex 1.de Gener.t.24. in fine, vbi ait: *Subiectum generationis esse materiam primam, aliarum verò mutationum quodammodo*, quia scilicet generatio recipitur in materia nuda, illamque non denominat, sed aliæ mutationes in materia informata; quare denominatur totum, quia illud apparet sensui moueri, & acquirere qualitatem.

Secundo loco resp.

Dices Arist. 1.de Gener.24. apertè dicit: *Quando autem nihil permaneat, cuius altera passio est, & accidens, omnino generatio est*; quare videtur velle in generatione nullum manere subiectum, cui conueniant accidentia.

Impugn. resp.

11 Respondetur sensum esse, vt in generatione non maneat subiectum, cui conueniat passio acquisita per generationem, & alia amissa per corruptionem: nam hoc dicit de Gener. quatenus differt ab alijs mutationibus, quarum termini sunt accidentia, & in quibus manet idem subiectum integrum vt priùs, vel vt Suar. ibi probat oppositum, nam ait: In *his autem si aliqua maneat passio eadem cōtrarietatis ingenito, & corrupto, vt quando ex aere aqua, si ambo trāsparentia aut frigida non oportet, huius alteram passionem esse, in quam transmutatur, sin minus erit alteratio, vt si homo ex musico fiat immusicus, homo quidem idem perseuerat*, & ideo est alteratio; at

Impugnat. reyicitur.

verò corrupto subiecto, & altero generato, manente eadem affectione tunc est corruptio, & generatio, non autem alteratio, vt fusè Suarius explicat.

3. Locus explicatur. Ad 3. locum Aristotelem loqui de corruptione primarum substantiarum quoad omnes partes suas, ita vt corrumpatur materia, & forma, nam alioqui si intelligeret tantùm de totius corruptione falsum diceret, nam si omnia indiuidua completa corrumperentur, & manerent animæ rationales non idcirco omnia accidentia corrumperentur; vt patet, & benè Buccaf. loc. cit.

Ad primam confirmationem conceditur, materiam per se primò respicere substantialem formam; sed non negatur secundariò respicere quantitatem.

Ad secundam id dicitur ratione informationis animæ, vt alibi, quia essentialiter nullam formam includit.

4. Locus expl. Ad quartum Resp. huiusmodi entia posse dupliciter considerari: primò vt mixta sunt, & fortè sunt eiusdem speciei in viuo, & mortuo. Secundò vt instrumenta animalis, & ita æquiuocè conueniunt, quia non sunt apta ad munera, ad quæ ordinantur ob defectum spirituum, &c. & potiùs inde confirmatur nostra Concl. quia ibidē dicit manere eandem figuram.

Ad quintū locum variæ sunt responsiones. Ad quintum varij sunt modi respondendi. Primò alij volunt Aristotelem loqui à toto genere substantiæ, & accidentis, quia in genere substantiæ reperitur Deus, qui est omnibus illis modis prior accidentibus, quia omninò est separabilis ab accidentibus. Ita Alens. ibidem qu. 4. Accidens autem secundùm totum suum ambitum est inseparabile.

13 2. Alij dicunt intelligi de substantia prædicamentali, quæ est allis modis prior accidentibus, non ratione omnium partiū vno modo; sed ratione materiæ est causa subiectiua, ratione formæ effectiuè, ratione totius finaliter.

Substantia quot modis potest cum accidētibus comparari. 3. Respondet Suar. posse comparari substantiam absolutè cum accidentibus absolutè, & sic prior est substantia absolutè cōparata: secundò substantiam quamlibet in suis accidentibus, & adhuc dupliciter, quia si substantia accipiatur secundùm omnes partes, sic in omni genere est prior accidentibus; si verò accipiatur, vt composita est prior quantitate perfectione, & natura in ordine totius, & suo modo in genere causæ formalis: vnde in genere causæ materialis est posterior, nam non repugnat aliquod accidens esse prius aliqua substātia in aliquo genere.

Resp. auct. ad hunc locum. 4. Ego Resp. Aristotelem loqui de accidentibus respectu subiecti, in quo sunt, nam hoc est prius ijs accidentibus, quæ subiectantur in illo, quod probat, quia subiectum potest separari ab accidentibus nō quidem omnibus, sed hoc vel illo, nunquam tamen accidens potest separari à subiecto, in quo inhæret. Ita Niph. & Aphrod. & Auer. Quod si obijcias proprias passiones, quæ simul sunt cum subiecto.

Respondet Auer. quod passio sequitur formam, qua priùs esse materiam etiam secundùm durationem nihil prohibet; quare ratione materiæ semper substantia erit prior accidentibus.

Sequuntur aliorum respōsiones ad quintum locum. Alij autem Respondent, propositionē Aristotelis veram esse per se, licet per accidens sit falsa, idest substantia ex se est prior accidentibus non pendet ex accidentibus, licèt per accidens ratione naturalis connexionis, vel resultantiæ sint vnita. Sicut Petrus ex se non est albus, neque alio colore infectus licet per accidens, & absolutè falsum sit Petrum nullum habere colorem: vnde colligitur, quod licè sit substantia inseparabilis ab accidentibus, tamen illa inseparabilitas magis oritur ex dependentia accidentis, quàm ex independentia substantiæ, nam hæc præcedit ex se, quia separabilis, & hoc oritur ex independentia: vide Nigrum in Clyp. q. 11.

14 *Obiectiones ex ratione.* 2. Obijcitur. Esse secundùm quid supponit esse simpliciter: sed accidentia dant esse secundùm quid; formæ verò dant esse simpliciter; ergo accidentia supponunt in materia formas substantiales. Minor probatur ex Alberto, quia accidens supponit naturam rei, vt patet ex conceptione accidentis. Confir. primò quia omne esse per se debet præcedere esse per accidens, alioqui ens per accidens esset fundamētū entis per se; sed ex forma substantiali, & materia fit ens per se; ergo debet præcedere compositum ex materia, & accidente. Dices præcedere materiam, quæ est ens per se; sed contra quia sicut substantia simplex debet præcedere accidens simplex; ita substantia composita compositum accidentale, & compositum per se præcedere compositum per accidens.

Confir. 2. quia accidens in eo subiecto debet inhærere, quod per se subsistit: sed per se subsistere conuenit composito, nam

non

non subsistit, nisi quod habet esse actuale, & simpliciter ergo; maior probatur, quia alioqui non posset sustentare aliud.

Confir. 3. quia alioqui materia esset magis substantia, quàm forma, & quàm prima substantia, quia pluribus substaret, scilicet formæ, & accidentibus contra Arist. in prædicamentis, vbi primam substantiã vocat maximè substantiam, quod omnibus substet, & est contra rationem materiæ, quæ in sua existentia pendet à forma.

Confir. 4. forma substantialis, & accidẽtalis sunt actus distinctæ rationis; ergo requirunt potentiam distinctæ rationis; ergo non poterunt vtraque immediatè respici à materia prima, sed ordine quodam, vt primò substantialem formam, tum accidentalem: nam actus, & potentia debent proportionari: quare sicut actui simpliciter respondet potentia simpliciter; ita actui secundùm quid potentia secundùm quid: & præterea materia recipicit speciem ab actibus, quos per se primò respicit; ergo non potest respicere actus tam diuersæ rationis.

15 *Astudill. opinio de hac re.* Respondetur propter hæc argumenta Astudillo 1. de Gener. q. 2. dicit, immediatum subiectum accidentium esse quidem materiam, sed requirere tamquam conditionem, vt priùs sit informata forma, quia non potest materia antequam recipiat esse simpliciter recipere secundùm quid; & ideo ordine naturæ debet forma substantialis semper præintelligi; quæ etsi mihi non displiceat; tamen clarius Resp. esse simpliciter accipi dupliciter: primò pro esse completo, & in certa specie: secundò pro existentia, & essentia rei, qualiscumq; sit: accidens igitur est posterius via originis habente esse simpliciter secundo modo; non autem primo modo, quia quæcumq; substantia antequam fit, supponit in materia dispositiones, ordine tamen intentionis substantia completa primo modo est prior accidente. Vnde patet ad primam confirmationem. Respondetur rectè ibi dici. Ad instantiam Respondeo compositum per se non necessario præcedere compositum per accidens via generationis; sed potiùs contra, non tamquam fundamẽtum entis per se, sed vt dispositio fundamẽti; sed via intentionis compositum per se præcedit. Ad confirmation. ideo compositum dicitur subiectum non quidem inhæsionis, sed denominationis, quia est totum, sicut suppositum denominatur operari; cum tamen principium elicitiuum operationis sit forma, vel accidens: vnde materia per suam subsistentiam est apta sustinere accidentia, quando est sub forma, quia ad rationem primi subiecti sufficit si non subiectetur in alio, etiam si naturaliter pendeat in sua existentia ab alio. Neque requiritur vt habeat subsistentiam totalẽ, vt patet in anima rationali, & hinc patet discrimen inter materiam, & formas materiales: nam materia per se subsistit; ideo potest per se sustentare; aliæ autem formæ quasi inhærent in materia; vnde fit, vt accidẽtia non pẽdeant in sua existentia à forma determinata, & ideo manere possunt cum genita, & corrupta, si vtrique communia sunt.

Esse simpliciter dupliciter accipitur.

Accidens quo nam esse simpliciter sit posterius.

Ad tertiam, licèt materia pluribus simpliciter substet; non tamen eo modo substandi, vnde sumitur ratio primæ substantiæ; quia hæc sumitur à substare completo, tamquam id, de quo omnia prædicamenta possint prædicari: euiusmodi non est materia prima, sed substantia prima, quæ est fundamentum omnium prædicamentorum: 16

Ad quartam, licèt sint actus distinctæ rationis, quia tamen sunt subordinati ad eamdem potentiam optimè dicimus specificare vnam potentiam, vt diximus in physicis, & colligitur ex 7. met. 8. vbi materia dicitur in potentia ad omnia accidẽtia; ergo ipsam actuant. Ex quo patet solutio alterius rationis, quia forma adueniret enti per accidens, nam adueniret materiæ habenti accidens, soluitur inquam, non aduenit illi vt subiecto, tamquam accidentia sint subiectum, quo forma vnitur materiæ: sed vnio immediatè fit inter materiam, & formam, & dispositiones mediant, vt dispositiones, non vt subiectum, quare aduenit forma immediatè enti per se, & in potentia ad illam. Ex quo etiam patet, requiri dispositiones ad formæ substantialis vnionem cum materia, non autem ad vnionem accidentium cum materia, non propter affinitatem maiorem inter materiam, & accidentia, sed propter perfectionem formæ, quæ dispositionibus, tamquã ministris vtitur, quod colligimus, nam quò perfectior est forma, eò videmus plures requiri dispositiones in materia, vt patet in anima.

17 *Sequuntur obiectiones ex ratione.*

3. Obijcitur Accidentia sunt passiones formarum, & compositorum; ergo inhærent in compositis, quia proprietates supponunt

ponunt id, cuius sunt proprietates ; ergo supponunt formam in materia. Antecedēs probatur tum, quia materia est indifferens, vt habeat hæc, vel illa accidentia, sed tantū complexio talium accidentium illi debetur, ratione talis formæ, cui proportionatur complexio illa, nam hæc conuenit formæ omni, soli, & semper, saltem secūdùm aliquam latitudinem complexionis; tum quia omnia accidentia comparantur ad formam, vt actus secundus ad primum.

Confir. primò si dispositiones illæ corrumperentur, forma posset sua vi per actionem immanentem illas sibi producere: sed in hoc casu inhærerent in ipsa forma, vt patet ex ratione actionis immanentis; ergo etiam priùs, quia cum hæ sint eiusdē speciei cum prioribus dependere debent ab eodem subiecto, & requirere parem concursum subiecti ad sui sustentationem.

Confir. 2. quia in eo debent accidentia inhærere, cum quo analogantur in ente: sed accidentia analogantur cum substantia completa, & præcipuè cum forma; ergo. Minor probatur, quia dicitur entis ens, idest entis simpliciter, quod non est materia, sed substantia completa.

Confir. 3. quia materia esset actiua, nam cum sit subiectum primarum qualitatum, dici potest agere per illas: nam accidens dicitur esse instrumentum eius, à quo habet esse ex dependentia suæ existentiæ, quod est contra Arist. 3. phys. 17.

Confir. 4. Nam magis pendet quodlibet accidens à substantia, quàm vnum accidens ab altero: sed multa accidentia inhærent in substantia per aliud accidens; idest per quantitatem; ergo multò magis accidentia inhærebunt in materia media forma.

Confir. 5. nam ex conditionibus subiectorum colligimus conditiones proprietatum: sed materiæ conuenit esse potentiā, principium receptiuum, & eiusdem rationis in omnibus; formæ verò esse actum, principium agendi, & diuersæ rationis: sed qualitates magis proportionantur formis, nam habent rationem actus, sunt principium agendi, & sunt distinctæ rationis. Pro solutione.

18 Notandum, Quo sensu dicatur propositio illa, dispositiones dimanant à forma: nam cum duo sint tantùm principia in composito, & dispositiones à materia dimanare non possint, cum hæc sit omnibus communis, & dispositiones propriæ cuiq; sint, certè à forma dimanabunt, quòd vt intelligatur.

Dispositiones quomodo à forma dimanant.

Notandum 2. Proprietates formaliter, vel radicaliter vel esse qualitates, vel quantitatem: & quidem qualitates omnes tribuunt formis; in quātitate autem sunt duo consideranda: primum est ipsa entitas quātitatis: secundum est terminus, & figura quantitatis. Ratione primi consequitur materiam, quæ sicut est indifferens ad formas, quibus potest coæquari; ita in sua quātitate nullum requirit determinatum terminum. Secundum verò quantitas habet à forma, vel saltem à corpore continente, non quod forma aliquid in quantitatem efficiat, sed quia agens assumit subiectum in tanta quantitate, & ita figurat, vt requirit forma, quo etiam sensu intelligitur quod dicitur, qualitates dispositiuas conuenire composito ratione formæ; non enim debet intelligi quod forma habeat aliquam efficientiam circa dispositiones, sed quia agens, quod cæpit disponere, continuat illas dispositiones vsque ad instans generationis formæ iuxta exigentiam formarum: vnde in primo instanti non dicuntur manare ab illa in genere causæ efficientis, sed finalis: Ex quo fit, vt non habeant præcisè rationem passionum, cuius natura est consequi formas. His positis.

Qualitates è formis dimanant.

Quantitas qua ratione consequitur materiam, qua verò formam.

Respondetur, huius passiones non inhærere ipsi formæ, sed ei, quod debet disponi ad receptionem formarum, quæ sunt passiones compositorum, vt causæ finalis, nō subiectiuæ, vnde fit vt non denominent compositum, & sint instrumenta formæ ad vitam tuendam, & speciem propagandam, & quia accidentia denominant compositum; ideo comparatur esse, vt actus secundus ad primum. 19

Oobiect. 3. resp.

Ad primam confir. Resp. concedendo produci ex vi formæ, sed recipiuntur non in ipsa forma, sed in materia, & quia in eodem subiecto etiam forma, & accidentia sunt producta; ideo illa actio potest dici immanens.

Ad secundam confirm. Resp. accidens analogari, tam cum substantia completa, quàm incompleta, nam hæc respectu accidentia dicitur ens simpliciter, licet respectu completæ sit perfectior analogia; quia hæc substantia continet omnes alias, tamquam partes sui: vnde diuersa ratione fit hæc analogia, vt alibi.

Incompleta substantia respectu accidentis dicitur ens simpliciter.

Ad 3. Resp. materiam non dici operari

per

per accidentia, tanquam per instrumenta, quia ex se illa non requirit, sed forma dicitur operari, quia sunt in materia propter formam; neque accidens ab eo habet operari, à quo substentatur, sed à quo efficitur, propter quod est, seu ad quod ordinatur, vt alibi.

Accidẽs potest in rõne receptiui magis ab accidente pendere, quam à substãtiali forma.

Ad quartum, non esse absurdum in ratione receptiui vnum accidens pendere magis ab alio, quàm à forma substantiali: quia forma substantialis per se non est ordinata ad recipiendum, sed ad actuãdum; multa verò accidentia possunt per se ordinari ad recipiendum.

Ad quintum, primò id falsum in quantitate, quæ est receptiua, non operatur, & est eiusdem rationis in omnibus. Secundò falsũ est, id, quod recipitur, debere habere conditiones rei, in qua recipitur, vt patet in forma substantiali, quæ recipitur in materia, imò dicitur potius habere oppositas cum actuet.

20 *Idelphons. obiectio.*

Dices cum Idelphons. 2. an. quæst. 2. Diuersitas actuum genere remoto differentium requirit diuersitatem in proprijs susceptiuis, ergo forma substantialis, & accidentalis requirunt diuersa susceptiua, cum sint diuersi actus genere, sed propriũ susceptiuum, & immediatum formæ substantialis est materia nuda, ergo susceptiuum formæ accidentalis non est materia nuda, sed composita. Neque dicas rationem receptiuam esse eandem, scilicet, materiam, sed subiectum receptiuum esse aliud, & aliud. Vnde formæ susceptiuum est sola materia, accidentium verò compositum, non, inquam in dicas, nam, vt ex parte agentium diuersitas actuum ab illo prodeuntium arguit diuersitatem principiorum, cum idem agens per diuersa principia producat diuersos effectus; vnde videmus à diuersis principijs, in quibus est vna ratio principiandi esse eundem actũ, vt a patre, & filio, in quibus est vna virtus spiratiua: ita ex parte materiæ diuersitas formarum receptarum arguet magis diuersitatem principiorum recipiẽdi, quàm diuersitatem recipientium. Confir. quia id, cuius actualis entitas pendet subiectiuè, vel effectiuè ab alia entitate receptiua, & non contra, exigit per se in subiecto receptiuo perfectiorem actualitatem entitatis, quàm sit entitas rei receptæ. Sed quãtitas & alia accidentia sunt entitates actuales; ergo subiectum illorum requirit perfectiorem actualem entitatem. Sed hæc actualitas perfectior non est in materia, sed in composito; ergo compositum est subiectum immediatum quantitatis, & accidentium.

Variæ ad obiect. responsiones.

Respondent aliqui negando vltimam consequentiam, quia sufficeret sola forma ad subiectanda illa accidentia, quia illa sola habet perfectiorem entitatem actualem, quàm accidentia. Sed contra, quia si illa esset totalis causa subiectiua quantitatis, & accidentium posset per se ipsam, separata à materia illa recipere.

Diuersitas receptorum nõ requirit diuersa recipientia.

Respondent alij negando, diuersitatem actuum requirere diuersa recipientia, nam constat ex diuersis agentibus, vel eodem agente per diuersa principia in eadem materia recipi diuersos effectus, nam vt idem agens per eandem rationem agẽdi potest causare in diuersis subiectis diuersos effectus; ita proportionaliter diuersa agentia in eodem subiecto diuersos effectus. Et sicut idem agens secundùm diuersas rationes agendi potest causare diuersos actus, vt sol illuminat, & calefacit; ita materia per diuersas rationes recipiendi recipere potest diuersas actus. Quare diuersitas actuũ arguit diuersas causas siue diuersas rationes principiandi vel in agente, vel in passo atque adeo idem agens per diuersa principia producit substantiam & accidens, & eadem materia per diuersam rationem receptiuam recipit formam substãtialem, & accidentalem, quare non est necessariũ recipi accidens in composito, nam potest recipi in materia, in qua recipitur etiam forma: quæ opinio non docet quomodo illæ rationes principiandi distinguantur inter se ex natura rei, vel ratione.

Diuersitas actuum adæquatorum distinguit potentiarũ diuersitatẽ.

Ego respondeo, non quamlibet diuersitatem actuum distinguere diuersitatem potentiarum, sed diuersitas actuum adæquatorum, alioqui oporteret ponere tot intellectus specie, quot sunt actus specie distincti, & tot potentiæ visiuæ, quot sunt visiones. Actus autem adæquati potentiæ materiæ receptiuæ sunt omnes formæ receptibiles, cum aliqua tamen subordinatione, nam primarij actus sunt formæ substantiales, secundarij verò, & illis subordinati sunt formæ accidentales necessariæ ad disponendam materiam, vt possit recipere formas substantiales. Cætera autem accidentia, quæ sunt proprietates formarũ non recipit immediatè, sed mediantibus formis ex communi.

Ad confirmationem respondeo mate- 21

riam

Materia est sufficienter apta ad accidētia subiectiuè causanda. riam habere sufficientem actualitatem requisitam ad causandum subiectiuè formas accidentales, nam si illam haberad causandas substantiales, quas immediatè recipit, multò magis ad formas accidentales, quæ ratione formarum substantialiū tanquam propter finem recipiuntur in materia. Vnde non dicitur pura potentia, quasi careat omni actu, cum habeat actum entitatiuum imò, & subsistentiam ex probabiliori opinione, sed quia caret omni actu formali constitutiuo in certa specie prædicamentali, vt ostendi in physicis. Qua ratione autem materia non sit simpliciter perfectior forma substantiali ex vi causalitatis receptiuæ dictum est supra.

Respondeo secundò. Ex vi illius rationis non sequi accidentia recipi in composito, sed ad summum in forma, quæ habet perfectiorem actualitatem accidentibus. Et quia forma est materialis ideò non potest illa recipere extra materiam, quod si Deus illam separaret à materia, posset illa retinere, & recipere, vt dicunt communiter de quantitate eucharistica, quæ recipit adæquatè accidentia. At neq; recipi posse in forma, quia actus eiusdem rationis exigere debet rationem recipiendi eiusdē rationis in diuersis subiectis, nam aliòqui non possemus ex actibus arguere vnitatē, vel diuersitatem potentiarum, sed forma in diuersis compositis non est eiusdem rationis in illis, sed sola materia ergo ratio recipiendi est materia, & non forma,

Cœlū quomodo recipiat quantitatem, variæ opiniones. & licet in cœlo recipiatur quantitas in quo non est materia eiusdem rationis, tamen alij volunt, illam quantitatem esse diuersæ rationis à nostra; vel alij in cœlo esse materiam eiusdem rationis cum nostra; vel alij esse eiusdem rationis proportionalis, quia vtraque habet rationem primi subiecti; videatur Ægid. opus. de gradibus form. p. 2. c. 12. & 13. sed de hac re alibi fusius disputādū, an si. quantitas recipiatur formaliter in forma, nam cum participet effectum formalem quantitatis, videtur informari per illam, nam cum animæ rationali non tribuatur effectus formalis, dicendum videtur aliter vnisi quantitatem cum formis corruptibilibus, ac cū anima rationali. Confir. quia dupliciter potest participari effectus quātitatis, vel quia recipit, vel quia recipitur, sed forma substātialis non potest recipi in quantitate, vt alibi, ergo recipit. At alijs videtur contrarium, s. quòd radicalis ratio recipiendi sit materia, & formam si conceditur posse recipere id habere à materia, quatenus ipsa est materialis, & ab ea recipit materialitatem.

22 Alij verò dicentes, solam materiam recipere, dicunt, formas non extendi à quantitate, quia habet de se partes entitatiuas in ordine ad se extensas; sed solùm recipere à quantitate impenetrabilitatem partiū, quam habent dum sunt in materia quanta; nam ratione illius quantitatis excluditur omnis quantitas aliarum partium ab eodem spatio. Sed de hac re alibi, quia non vacat hîc omnia examinare. *Forma quā titatem non recipiēs impenetrabilitatem accipit ab illa non extensionem.*

DVBITATIO X.

An subiectum immediatum accidentium communium sit quantitas, an materia.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

1 Difficultas maior manet de subiecto immediato primarum qualitatum, & similium, an sit materia prima an verò quantitas, nam aliqui volunt, esse materiam primam, vt Hurtad. disp. 6. phys. sect. 6. & sequuntur aliqui Recentiores quantitatem se habere dispositiuè non subiectiuè respectu aliorum accidentium. Alij verò cum Suar. recipi immediatè in quantitate, & mediate quantitate in materia. Ita disp. 14. sect. 4. num. 5. sequitur Rubius in 1. de gener. cap. 4. tract. 3. quæst. 8. vsque ad 11. sequuntur communiter Recentiores. Alij tertiò dicunt, recipi adæquatè in materia, & quantitate. Hoc autem asserunt, vt fugiāt difficultatem cur accidentia illa non recipiantur in cœlo; nam si quantitas esset adæquatum subiectum illorum accidentium, quantitas cœli, quæ est eiusdem rationis cum inferiori haberet vim recipiendi accidentia, atque adeo cœlum esset alterabile alteratione corruptiua. *Variæ auctorum opiniones de subiecto immediato primarū qualitatum.*

Alij verò putant, in hac quæstione nihil certi posse affirmari, sed vtramque partem esse probabilem, vt patet ex solutione argumentorum, quæ Patroni illarum opinionum afferunt.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

Pri-

2 *Accidentia materialia recipiuntur immediatè in materia disposita per quantitatem.*

PRima conclusio, probabile est, accidētia materialia recipi immediatè in materia prima tanquam in subiecto, disposito tamen per quantitatem. Primò, quia quantitas est actus formalis ordinatiua ad informationem subiecti, vt illud extendat. Ergo non habet potentiam receptiuam accidentium, quia sic haberet duplicem perfectionem constitutiuam essentiæ, & informatiuam, & receptiuam accidētium, quod videtur repugnare naturæ.

Sed respondent, id non esse absurdum. Tum quia hæc duplex perfectio conuenit etiam alijs accidentibus vt potentiæ, quæ informant essentiam, & efficiunt actus, & illos recipiunt.

Tum, quia quantitas essentialiter constituitur in ordine ad subiectum extendēdum. Potentia verò recipiendi accidentia conuenit illi concomitanter, idest, non ex institutione naturæ, sed quia habet perfectionem entitatiuam, quam concomitatur potentia receptiua, ex necessitate quadam naturæ, quæ non est aliquid superadditum essentiæ, sed illi identificata, vt dicitur de potentia obedientiali. Ita Suar. loc. cit. de qua ratione nos infra.

Aliorum probationes 1. conclus.

Secundò probant alij. Illud subiectum debet recipere dispositiones, quod informatur forma, ad quam disponunt, sed subiectum quod immediatè informatur forma substantiali est materia prima, & non quantitas; ergo materia prima est immediatè receptiua dispositionum, & non quantitas.

Respondent negando, omnes dispositiones debere recipi in eodem subiecto, in quo forma substantialis, sed sufficere recipi immediatè vnam & mediante illa recipi alias. Et ita quia quātitas est dispositio, illa immediatè recipit accidētia & mediāte illa recipiūtur in materia aliæ dispositiones. Sed cōtra tū quia materia non esset intrinsecè determinata ad formam, quia non reciperet in se, & intrinsecè dispositiones determinatiuas. nam quantitas cum sit dispositio communis ad omnes formas, non potest materiam determinare ad hanc, vel illam formam. Quare hæc determinatio debet prouenire à dispositione qualitatiua.

Quantitas est dispositio communis ad omnes formas.

Tum quia alia accidentia magis depēderent à quantitate, quàm à substātia, quia ab illa dependerent eductiuè, & informatiuè, à materia verò nullo modo, nisi ratione dependentiæ, quam accidentia habēt ratione quantitatis. Vnde videtur materia quasi causa per accidens respectu accidētium, nam destructa materia, manente quantitate, adhuc illa eodem modo maneret.

Tertiò probant alij. Vel quantitas est subiectum adæquatum illorum accidentium, vel inadæquatum, & simul cum materia adæquatum. Sed neutrum dici potest: non primum, quia sequeretur qualitates illas recipi posse in cœlo, quia ibi esset subiectum adæquatè receptiuum illorum accidentium, scilicet, quantitas eiusdem rationis cum inferiori quantitate. Neque potest dici secundum, quia licet hoc posset defendi, quatenus subiectum habet munus concurrendi substentatiuè ad existentiam formarum, de qua re alibi dixi: non tamen quoad munus informationis passiuè. quia sicut eadē numero forma non habet virtutem informandi duo subiecta realiter distincta; ita neque duo subiecta realiter distincta possent informari per eādem numero formam, quia non apparet quomodo vniantur inter se illæ duæ informationes: non enim vniuntur extēsiuè, sicut partes integrales, neque intensiuè, quia ibi non est intensio, & remissio, neq; vniuntur essentialiter, quia hæc vnio non potest esse nisi inter genus, & differētiam, vel potentiam physicam, & actum physicum, qualia non sunt illæ informationes.

Deinde cum ponant accidentia informare immediatè partialiter materiam, cur non totaliter, quod dici potest cum maiori verisimilitudine, vt euitentur diuersæ informationes eiusdem formæ. 3 Confir. quia si quantitas esset immediatū subiectum qualitatum, & accidentium corporalium vel esset adæquatum, & non, quia multa accidentia exigunt etiam immediatum concursum substantiæ, vt patet ex actibus vitalibus, & etiam ex qualitatibus primis, quæ non possunt recipi in cœlo, etiam si ibi sit quantitas eiusdem rationis, quia deest concursus materiæ incapacis harum qualitatum, vel est subiectum inadæquatum, & sequitur, idem accidens numero, & simplex inhærere duobus subiectis.

Prob. ab alijs concl. ex Arist. auctor.

Quartò probant alij ex auctoritate Aristotelis, qui 4. metaph. 14. habet accidens non accidere accidenti, quia ambo accidunt eidem subiecto. Confirm. primò nam in prædicamentis dicitur. *Proprium esse substantiæ, vt cum vna numero sit recipiat contraria.* Neque dicas loqui de

subiecto vltimato quia obijcit sibi orationem; quæ immediatè recipit falsitatem, & veritatem, & soluit negando secundum seipsam variari. Confir. 2. quia distinguit substantiam ab accidente, quod illi conueniat subsistere; vnde oritur substare accidentibus, & accidēti conuenit inhærere; sed repugnat substantiæ inhærere, ergo accidenti substare. Confir. 3. nam quod terminat dependentiam aliquam non potest ipsum dependere ab alio dependentia eiusdem generis. Sed omne accidens dependet dependentia subiectiua; ergo nullum accidens potest terminare dependentiam subiectiuam alterius accidentis.

Quintò probant alij, quia si accidentia essent in quantitate, sequeretur idem accidens transire de subiecto in subiectum, nā cum in rarefactione maneant qualitates, & corrumpatur quantitas, iam illa accidētia, quæ inhærebant quantitati præcedenti inhærerent quantitati de nouo productæ.

4
Accidentiū huiusmodi immediatū subiectum est quantitas, mediatum materia.

Secunda conclusio. Probabile est, huiusmodi accidentia immediatè inhærere, & informare quantitatem, & mediante quantitate materiam. Probāt aliqui primò quia materia non potest recipere accidentia, nisi priùs subiectet, & informetur quantitate. At hæc necessitas non potest oriri, nisi, quia indiget quantitate, vt illa recipiat subiectiuè. Sed non placet, quia illa necessitas oriri potest ex indigentia dispositionis ad recipienda alia accidentia, sicut indiget ad recipiendas formas substantiales. At nemo dicit, hanc recipi in quantitate.

2. Probant alij. In eo subiecto recipiuntur accidentia, in quo recipiuntur actiones, quibus illa producuntur, cum terminus, & actio sint idem realiter, vel saltem sunt inseparabiles. Sed alteratio, qua producuntur accidentia, recipitur in quantitate immediatè, quia recipitur in subiecto, vt quanto; atque adeo quantitas est ratio formalis immediata recipiendi.

Sed non placet, quia forma substantialis non potest recipi in materia nisi habeat quantitatem, & tamen non informat quātitatem, nam exigentia quantitatis in materia est in ratione disponendi, non in ratione subiectandi.

3. Alij efficaciùs probant ex sacramento altaris: in quo est quantitas, & nulla substantia, tum quia videmus illam quantitatem calefieri, & frigefieri ea actione agentis naturalis, ergo ex aliquo subiecto, quia alias agens naturale crearet, & non ex materia, vt subiecto quia ibi nulla est; ergo ex quantitate. Neque dicas cum Hurtado, illa accidentia produci à Deo per creationem, vt cælaret mysterium fidei ne posset ratione naturali cognosci; eadē .n. ratione fingi posset, omnem actionem ad præsentiam creaturarum esse à Deo ob aliquam causam sibi notam cum videamus eodem modo ignem calefacere illam quāntitatem post consecrationem ac priùs. Et licet posito vno miraculo, Deus aliquando aliud faciat, vt ait D. Thom. tamen illud non fit, nisi vbi necessitas exigit illud. Hìc autem nulla est necessitas, cum illa actio possit saluari ea obiectione quantitatis.

Hurtad. dicit accidentia in Eucharist. creari à Deo.

Tum 2. quia videmus post consecrationem remanere omnia accidentia, quæ priùs erant, ergo illa inhærebant quantitati, Consequentia patet, quia illa habebant subiectum, & non substantiam aliquam pro subiecto, quia cum illa post consecrationem nulla sit, accidentia essent corrupta, cum tamen videamus existere: vel permanerent sine subiecto, & repugnat naturæ ipsorum.

Responderi posset, conseruari immediatè à Deo, sicut conseruatur quantitas. Sed contra tum, quia esset multiplicare nouum miraculum; tum quia illa non possent recipere impenetrabilitatem à quantitate, respectu aliorum, quia non haberent immediatam connexionem cum quantitate, siue subiectiuā, siue informatiuam: neque vnionem mediatam ratione tertij subiecti, cum neutra sint in aliquo subiecto. Neque dicas, illa accidentia recipi in quātitate non ex natura sua, sed ex eleuatione quantitatis ad illa substentanda; quia etiam multiplicantur miracula tam quoad substentationem, quàm informationem, præterquam quod multi dicunt formam non posse eleuari ad informandum subiectum sibi improportionatum. Vnde sequeretur, esse substentationem sine informatione, quod sine nouo miraculo fieri non potest in naturalibus.

Accidentia Eucharist. recipi in quantitate per eleuationem ipsius, cur dici non potest.

5

Dices. Si Deus corrumperet materiam, seruata forma, & quantitate, & alijs accidentibus, non rectè inde colligeremus, formam inhærere quantitati; ergo neque illi inhærere accidentia, sed à Deo conseruari independenter à subiecto. Sed contra, quia est diuersa ratio, nam formam substātialem aliunde habemus non posse informare quantitatem, tum quia informatio formæ substantialis ordinatur ad vnum

per

per se cum subiecto informato; sed ibi non potest esse vnio per se, quia inter illa vnio esset accidentalis non substantialis, qualis requiritur inter componentia vnum per se cum substantia: at hæc ratio non militat inter vnionem quantitatis, & alia accidentia, quia hæc est accidentalis non ordinata ad vnam naturam per se. Quare licet tam forma substantialis, quàm accidentalis exigat in materia quantitatem, ea tamen exigentia est sub diuersa ratione, idest sub ratione dispositionis, & sub ratione subiecti.

Prob. opinio auctoritate. 3. Prob. quia hæc opinio est communior inter Doctores. primò Durand. loco citato num. 14. Argentin. in 4. dist. 2. q. 1. art. 1. qui probat ex corruptione accidentium in eucharistia vi agentium naturaliũ, quæ requirunt subiectum, in quod introducant accidens oppositum alteri. Probat Scot. quæst. 2. D. Thom. q. 1. art. 1. in corpore, & art. 2. ad 1. & 3. par. q. 77. art. 2. & ibi Caiet. Ferrariens. contra Gentes cap. 64 § Circa septimum, & cap 66. Sot. dist. 10. quæst. 2. art. 2. & alij d. 12. vt Hen. & Palud. Caprol. q. 1 Ricc. Rub. q. 2. Bassol. quæst. 1. Vict. quæst. 51. Dur. 1 d. 8. par. 2. quæst. 4. & illam supponit D. Thom. pluribus locis, vt citat Suar. disp. 14. sect. 4.

Confirm. à parita e aliorum accidentium. Confirmant alij, quod cum videamus aliqua accidentia subiectare alia accidentia, vt figura respectu quantitatis, relatio præsentiæ, habitus in potentijs operatiuis, actus immanentes, & similia; ergo idem dicendum est de accidentibus corporeis respectu quantitatis, quia cum quantitas sit primum accidens conueniens materiæ & careat virtute actiua, vt caret materia; hæc carentia actiuitatis, & primitas indicãt, habere aliquam causalitatem subiectiuam respectu aliorum accidentium, cum pateat, hanc causalitatem non repugnare accidenti respectu aliorum accidentium; & mihi placet non quia habeatur ratio cõueniens, sed quia communior, nec argumenta aduersariorum repugnãt, vt patet ex solutione illorum.

ARTICVLVS III.

Soluuntur argumenta adducta in art. 2. pro prima opinione.

6 *Aduers. arg. soluũtur.* AD primum dictum est ibi, non repugnare eidem entitati hanc duplicẽ perfectionem, siue quia inde integratur principium vnum constitutiuum talis essentiæ, siue quia vis receptiua concomitatur perfectionem essentiæ ex ratione quadam vniuersali communi pluribus entitatibus.

Ad 2. Resp. satis esse dispositionem recipi in materia receptiua formarum exigẽtium dispositionem, siue immediatè siue mediatè. Ad primã instãtiam. Resp. si pra determinari extrinsecè, vt agens determinatur ad efficiendum, sed non placet quia agens non determinatur ad effectua receptionem, & ideo satis illi esse determinationẽ extrinsecam, quare melius alij asserũt, illam determinationem esse intrinsecam, quia est in quãtitate, quæ est intrinseca materiæ, sicut materia determinatur ad actũ, quem recipit per speciem, quæ est in organo corporeo.

Ad 2. instantiã Resp. 1. aliqui, de ratione accidentis, esse quod sit extra conceptum Dei, hoc autem saluatur siue mediatè, siue immediatè insit substantiæ, vnde ratio accidentis ita perfectè saluatur in præsentia locali, sicut in ipsa quantitate, etiam si quãtitas sit immediatè in substantia, & præsentia in quantitate.

Sed non placet, quia hæc est ratio accidentis prædicabilis, non prædicamentalis vt alibi ostendi, nam hæc ratio accidentis potest conuenire substantiæ, quatenus prædicatur de alia substantia accidentaliter.

Resp. 2. hoc argumento, & sequenti reddi maximè probabilem hanc opinionem in Resp. maiorem dependentiã posse dupliciter accipi, primò maioritate immediationis, & hæc est maior in accidentibus respectu quantitatis, 2. maioritate perfectionis, & hæc est maior respectu substantiæ, nam ipsa est prima ratio, à qua omnia accidentia dependẽt secundùm communẽ rationem accidentis, licet secundùm speciales rationes, diuerso modo. s. immediatè, vel mediatè à substantia; quod certẽ concedi debet in figura, & alijs, quæ mediatè cõueniunt substantiæ, vnde negatur, substantiam esse causam per accidens respectu aliorum accidentium, tum quia connaturaliter quantitas exigit inhærere substantiæ dum concurrit ad alia accidentia, tum quia omnis dependentia accidentis fundatur ex ordine, quem habet ad substantiam siue vt dispositio, siue vt potentia, siue vt actus, siue alijs rationibus. *Maior depẽdentia accidentis dupliciter accipi potest.*

Ad 3. patet ex dictis in lib. de cœl. tr. 5. q. 2. vbi ostendi, probabilem esse opinionẽ 7

vtramque. s. quātitatem cœli esse eiusdem rationis cum hac inferiori, & esse diuersæ, 2. concurrere ad subiectationem accidentium cum materia, 3. etiam si adæquatè substentaret, non sequitur, ibi recipi qualitates alteratiuas ob resistētiam formarum. Ad aliam partem argumenti in opinione dicentium, qualitatem simul cum materia concurrere ad accidentium existentiam, dixi, etiā ibi in eucharistia suppleri à Deo partialem concursum ad aliorum acciden tium existentiam, sicut totali concurrit ad existentiam quātitatis: & posse duas causas concurrere subiectiuè partialiter ad vnam formam.

At difficultas manet de informatione quantitatis, & materiæ Resp. cum quantitas informet materiam, dici potest primò informari vtràque per duas informationes integrantes vnam totalem, sicut ex omnibus accidentibus ponitur, integrari vnam dispositionem totalem ad formam substātialem, nam vnio accidentis cum quantitate, est alia ab vnione eum materia.

Secundò dici potest, esse vnam ex parte formæ, quæ adæquatè identificatur cum forma, & terminatur adæquatè ad quantitatem, & materiam, sicut ponitur dependentia in ratione existendi esse adæquatè ad vtràque, sed ex parte materiæ esse duas vniones, passiuas informationes vnam idētificatam cum quantitate, alteram cum materia; sed vtramque terminari ad vnam formā; quod dicitur in opinione ratione informationis esse ponendas duas vniones vnam ex parte formæ, alteram ex parte materiæ, sed de hac re dictum est in physicis, & plura infra.

Ad instantiam, qua petitur, qua ratione vniantur illæ informationes. Resp. integrare vnam totalem, sicut varia accidentia integrant vnam totalem dispositionem, non quidem integritate continuatiua, sed compositionis ratione finis vnius, & ratione subordinationis subiectiuæ, quatenus informatio in quantitate subordinatur informationi, quæ est in materia.

Ad 2. instantiam Resp. non poni informationem adæquatè in materia ex motiuis positis in conclusione ostendentibus subiectari in quantitate.

8 *Subiectum accidentiū duplex vltimatum, s. et proximum.* Ad 4. ex Auctoritate Arist. ad primum locum ex Scoto, duplex esse subiectū vnū vltimatum, alterum proximum; cum igitur negat, accidens accidere accidenti, intelligitur vt vltimato subiecto, & ratione ly *quia* explicat causā, cur vnū accidat alteri, quia vtriusque subiectum vltimatum est substantia. At per hoc non negat quin accidens possit accidere accidenti vt proximo subiecto.

Aliorum ad 4. arg. respōsiones. Resp. 2. alij, ibi non loqui de quibuslibet accidentibus, sed de accidentibus disparatis vt albedo, & dulcedo, quia horum accidentium vnum non accidit alteri, nisi quia vtrumque accidit eidem subiecto .i. lacti, vbi ly *quia* potiùs dicit cōcomitātiā, quàm causam adæquatam, & sensus est vnum non accidit alteri, nisi quando vtrūque accidit tertio.

Resp. 3. Alij Aristotelem illud inferre tanquam absurdum ex opinione dicentiū, contradictoria esse vera, quia inde sequeretur, omnem prædicationem esse per accidens, atque debere progredi in infinitū eum nunquam posset reperiri prædicatio per se, at vbi est infinitas ille non potest esse ordo, quia ibi non est primum; vnde sequeretur, nullum accidens per se ordinari ad aliud, quia non magis hoc ad illud, quàm contra ordinaretur, atque adeo accidens nunquam secundùm se accideret accidenti.

Resp. 4. alij, ibi non loqui de accidere per inhærentiam, sed per prædicationem, materialem vnius de altero omnino per accidens, qua ratione album dicitur dulce, vel musicum, quæ prædicatio est vera ratione subiecti; At non negat, accidens prædicari de alio secundùm se ratione inhærentiæ, quæ non est omnino per accidens, qua ratione intellectus dicitur intelligere, & quantum dicitur esse in loco.

Ad 1. confit. dictum est supra, qua ratione eadem forma possit esse, & non esse in duobus per vnam vel duplicem vnionem.

Ad 2. ibi loqui de subiecto vltimato, & *vt quod*, ad quod referuntur omnia accidentia, quæ ratio subiectiua non conuenit alicui accidenti; non tamen ibi negat rationem esse subiectum per est, & *quo* falsitatis, & licet potuisset, non tū sibi obiecit quantitatem, quia non ab omnibus antiquis concedebatur, esse accidens, putabat, esse substantiam, in quam ferè opinionem incidunt nominales, vt Arim. 2. d. 12. q. 2. art. 2. ibi maior qu. 3. Gab. in canon. lect. 44. Marl. 4. q. 9. art. 2. & Gottifred. apud Scotum dicentes, quantitatem non distingui à substantia. Quare malè citantur pro opinione, quæ asserit, accidentia immediatè recipi in materia prima.

Ad

Ad 3. Respon. à subsistentia substantiæ oriri, vt substet omnibus accidentibus vt primo, & radicali subiecto, non indigenti alio subiecto, & huic inhærere accidentis, cui vt non potest conuenire subsistere, ita neque substare primò, & radicaliter accidentibus; At potest conuenire substare secundariò, & immediatè eum ind gentia subiecti, cui inhæreat.

9 Ad 4. confir. Resp. ex generatione substātiarum patet, falsum esse maiorem, nam pater terminat dependentiam sui filij, & tamen ipse pendet, à suo generatore dependentia eiusdem rationis, ac dependentis, quam ipse terminat.

Respon. etiam concessa maiori, negatur minor, nam dependentia caloris quam quantitas v.g. terminat, non est eiusdem perfectionis ac dependentia, quam ipsa habet à substantia, quia ipsa pendet à substantia vt subiecto primo independenti; At ipsa terminat dependentiam non vt subiectum primum independens, sed vt dependens à substantia; quare secundùm communem rationem omne accidens pédet, & non terminat dependentia subiectiuam; sicut creatura pendet à Deo in genere efficientis, & tamen potest terminare dependentiam effectus sui, sed non in genere causæ efficientis primæ.

Quantitas nec generatur, nec corrumpitur.

Ad 5. prob. Resp. negando, quantitatem generari, & corrūpi in rarefactione & cōdensatione, sed tantùm variari secundū modum essendi, quia raritas, & densitas sūt modi essendi eiusdem quantitatis, vt infra dicetur ex D. Tho 2.2.q.24.ar.6.

Resp. 2. concedentes acquiri, & deperdi quantitatē, dicūt non esse absurdū accidentia mutare subiectum partiale substituto loco alterius, & hac ratione dicunt accidentia, quæ erant in composito, eo corrupto manere in genito eo quod mutatur tantùm forma manente eadem materia.

Respon. 3. alij, esse absurdum, accidens mutare subiectū per motū localē de vno subiecto in aliud, at non esse quando immotum localiter in idem spatium succedit aliud subiectum etiam adæquatum corrupto priori, ex quo fundamento multi opinantes, accidentia existētia in toto cōposito, post illius corruptionem manere in composito de nouo genito.

Verum de his modis dicendis, infra, interim probatur prima responsio.

Subiectū inhæsionis dupliciter pōt dici.

Et soluitur alia quæstio, qua ratione vnum accidens sit subiectum inhæsionis alteri' accidētis. Alij resp. dupliciter posse dici subiectum inhæsionis, primò *vt quo* quatenus est ratio cur accidens sit in substantia, secundò vt sit id, cui accidens inhæret; per illud inhæret mediatè in substātia, & hoc dicit subiectū *quod*, nam in ibi terminatur ratio substandi, hec est ratio cur alij inhæreat, primo modo accidens posse esse subiectum alterius, non autem secundo modo, quia hoc conuenit solùm substantiæ, quæ est ens per se subsistens: accidens verò ex natura sua est in alio, à quo substētatur. Vnde substantia est subiectum vt *quod* proximum per se substentans; accidens verò nec proximum, nec remotum esse potest subiectum per se substentans, quia illi repugnat per se existere ex D. Thom, 3.par.q.77.art.2.ad 1 & 2. & 1.2.q.7.art.1.ad 3. & q.56.art.2.ad 5.

Accidens quomodo possit esse subiectum inhæsionis accidentis.

Dices, An accidens possit esse proximū subiectum, *Quod*, inhæsionis, non quidem per se subsistens, sed alteri inhærens, à quo dependet. 10

Quæritur an accidens possit esse subiectum proximum, quod, accidentis.

Respondent aliqui. Accidens nullo modo posse esse subiectum inhæsionis, nisi vt dispositionem, vel conditionem, *sine qua non* substantiæ, vt subiectet alia accidentia.

Variæ Doctorum responsiones ad hanc quæstionem.

Alij verò concedunt accidenti rationē subiecti, *vt quo*, quia alioquin accidens substentaret aliud, quod repugnat: tum quia cum non possit substentare seipsum, multò minùs poterit substentare aliud. Tum quia substare accidentibus est proprietas substantiæ in 4 modo.

Alij verò concedunt, vnum accidens inhærere immediatè accidenti vt subiecto, *quod* proximo; & ratione illius remotè inhærere substantiæ, vt subiecto, *quod* per se existenti; ita Durand. & Suar. locis cit. ex Aristotel. 2. de anima 121. dum potentias sensitiuas asserit, esse susceptiuas formarum, seu specierum, suscipere autem species, est esse subiectum *Quod*, & non *quo*. Et idem patet ex actibus, qui recipiuntur in potentijs animæ, quæ sunt accidentia, vt intellectio in intellectu, & volitio in voluntate, & sensationes in potentijs sensitiuis, nam illis tribuitur effectus formalis illorum actuum & obiecta agunt in illas imprimendo species. Eidē patet ex figura, præsentia locali, relationibus, quæ conueniunt accidentibus vt proximis subiectis, quibus inhærent, quod et patet ex communi opinione dicentium, accidentia eucharistica recipi in quātitate.

Sed

Sed ex dictis patet, posse aliquod accidens habere rationem subiectiusm inhæsionis respectu alterius accidentis, non tamen rectè probstur ex exemplis, quæ afferuntur sd id probandum, quia de actibus vitalibus non requiritur, quod inhæreant potentijs, & non substantiæ animæ.

Explicatio subiecti, quo, & q, quare non placet.

Deinde non placet explicatio illa subiecti, *quo*, & *quod*, quia non video qua ratione accidens sit ratio recipiendi non vt dispositio neque vt conditio, & tamen nō sit subiectum recipiens, quod ipsi vocant vt *quod* proximum, quia non potest esse ratio recipiendi nisi, vt potentia animæ receptiua accidentium, atque adeo, vt ipsi vocant, vt subiectum *quod* proximum, & substantia animæ sit remotum. In quo certè recedunt à communi modo loquendi dicentium per suppositum esse principiū *quod*; potentiam omnem esse principium, *quo*. Sed non est contendendum de nominibus, in qua contentione toti sunt Recētiores.

Dices secundò an accidens habeat adæquatsm virtutem recipiendi, & substentādi, ac conseruandi accidentia sibi inhærentia: an verò insdæquatam, coexigens causalitatem substantiæ ad illius substentationem.

11 *Accidentiū duplex genus, compositum .s. & simplex.*

Respondent aliqui, accidentia esse duplicis generis, vnum compositum ex pluribus accidentibus, vt præsentia localis, quæ est in msteria & forma, seu quantitate, & alijs accidentibus. Et huiusmodi exigunt concursum vtriusque. Alterum simplex, & ex his aliquod substentatur à solo accidente sine concursu substantiæ, vt figura respectu quantitatis, primæ qualitates &c. quæ sunt in quantitate. Alia verò exigunt etiam concursum non solùm potentiarum, sed etiam substantiæ, vt actus, vitsles, sd quos vt concurrunt eum potentia substantiæ animæ effectiuè; ita etiam receptiuè, cum actus vitales sint immanētes. Sed alijs non placet hæc distinctio, quod non sit ad rē, quia nō est quæstio de accidentibus, quæ habent duo subiecta proxims, sed de accidente comparato respectu duorum subiectorum: in quorum vno accidens proximè recipitur, & inhæret, & in altero remotè, mediante subiecto proximo, quod inhæret substantiæ, quæ est subiectum remotum, sed hic fallitur non percipiendo sensum quæstionis, nam dum quæritur, sn accidens habeat adæquatam, vel inadæquatam virtutem respectu substentationis accidentiū necessariò quęritur, an sd substentationem sccidentis sit sufficiens concursus immediatus alterius accidentis; an verò sit insufficiens, atque adeo exigens concursum immediatum substantiæ ad illius substentationem. Vnde fit, vt substantia non solùm concurrat remotè substentando accidens substentatiuum alterius, sed etiam proximè simul cum sccidente substentato ad actum substentationis respectu alterius accidentis.

Respondent secundò alij, substantiam per se concurrere ad substentationem secundi accidentis non tamen proximè, & immediatè, sed remotè quatenus per se, & ex necessitste naturali concurrit ad substētationem accidentis, quod alterum substētst, nsm cum accidens substentatiuum per se substentetur à substantia, ab illa recipit virtutem substentandi aliud accidens, nam caussa communicat suam virtutem quantū potest effectui: potest autem hāc virtutem communicare accidenti, quia non apparet ratio, cur non communicet, dum accidens est capax illius virtutis. Vnde consequenter concedunt, accidens illud educi ex potentia sccidentis substentati, & non ex potentia substantiæ, vt patet ex speciebus intelligibilibus, & sensibilibus, & ex calore educto ex quantitate eucharistiæ. Vnde fit, vt eodem modo educeretur, si sub illa quantitate esset substantia panis. Vnde miraculum non est respectu eductionis caloris, sed respectu substentationis quantitatis, quæ miraculosè manet sine subiecto.

Substantia remotè concurrit ad substentationem secundi accidentis.

Neque est absurdum, accidens esse caussam formalem respectu substantiæ, & materialem respectu accidentis. Sed quid sentiendum sit patet ex dictis.

Dices tertiò cum in composito sit forma, materia, quantitas, & alia accidentia vnde cognosci potest accidens aduenieus recipi potiùs in forma, quàm materia, vel in alio accidente, vel cōtra. Constat enim totum suppositum denominari ab illo accidente: at dubium est, à qua parte compositi habet illam denominationem. 12

Accidēs adueniens cōposito, pōt ne cognosci, in qua parte ipsius recipiatur.

Respondeo, certsm regulam non posse tradi ob varias perfectiones formsrum, & modos denominandi: communiter tamen dici potest, quando eius denominatio est effectiua, spectandam esse regulam Arist. quam tradit in posterioribus, vt præscindantur omnes rationes, quæ supposito conueniunt, præter vnam: & si illa posita, ponitur effectus, tunc illa erit ratio efficiendi

Regula certa ad hoc dari non potest, nisi Arist. Regula, & quando hæc valeat.

Nou

Non tamen sequitur, esse causam, si positis alijs, & eo præciso non sequitur effectus; nam potest effectus non sequi ex præcisione illius non quia est causa, sed quia est conditio vt ex alijs positis sequatur effectus, vt v.g. posito igne, & ligno præcisa approximatione non sequitur combustio ligni, non licet inferre, approximationem esse causam combustionis; sed vel causam vel conditionem *sine qua non.*

Secundò in denominationibus formalibus præcipuè spectandum, quis sit effectus formalis formæ, & quæ pars suppositi est capax effectus formalis, nam inde apparet, formam recipi in parte illa.

Tertiò spectandam esse naturam accidentium, quæ colligi debet ex effectu formali ipsius; nam si effectus formalis non petit immediatum concursum substantiæ, tunc concurrit remotè, quia cum sufficiat accidentis concursus frustra ponitur alius, & ita dicitur de qualitatibus primis, & secundis respectu quantitatis, cuius signum est, quod sublata materia, & manente quantitate, manet idem modus inhæsionis, neque est vnde colligitur dependentia immediata à substantia. At si aliquod accidens sit, quod ex speciali natura, & modo informandi requirat immediatam inhærentiam non solum ad potentiam, sed etiam ad substantiam, vt in actibus vitalibus dicitur, tunc non repugnat, ita fieri ex vi causalitatis materialis, & aliqui volunt, actus supernaturales recipi in habitibus, & potentijs; an verò qualitates primæ non recipiantur & quam ob causam in quantitate cælesti, dicetur alibi, quia fortè oritur ex conditione formæ cælestis resistentis actionibus inferiorum agentium.

DVBITATIO XI.

An accidentia eadem, quæ erant in re corrupta remaneant in re genita.

1 De hac Bagnes quæst. 10. articul. 1. 2. & 3.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Accidentiũ quadruplex differentia. Primò Notandum, Accidentia esse in quadruplici differentia, alia, quæ intrinsecè pendent à forma corrupta, & hæc certum est non manere in quocumque sint subiecto; alia impedientia formam geniti; & hæc certum est expelli; quædam, quæ disponunt ad formam geniti, vt calor in ligno dum productus est ignis; quædã sunt indifferentia, & communia genito, & corrupto, vt quantitas, & de his dubitatur, an sint in materia, vel in toto, atque adeo an corrumpantur, & reproducantur, an verò remaneant eadem numero.

Secundo Notandum ex Caiet. de ente c. 7. q. 17. accidens quatuor modis posse desinere: primò ex corruptione subiecti. Secundò ex introductione contrarij. Tertiò ex desitione termini: Quartò ex defectu causæ conseruantis; at hæc accidentia non possunt ex defectu subiecti, cum sit materia incorruptibilis: nec secundò quia quantitati nihil est contrarium. Tertius est proprius relationum. Quartus intelligi potest dupliciter, vt materia non conseruet accidens, nisi informata; sed contra: quia id esse debet propter aliquod genus causalitatis formæ in accidentia, quia alioqui non est, cur pereant recedente forma; hæc vel est in genere causæ formalis, vel efficientis: prima nõ est esse immediata, quia formam non informat quantitatem, & alia accidentia; mediatè, licèt intelligi possit, quia materia, ex qua pendent accidentia, pendet à forma; tamen non satis est, quia recedente vna succedit alia conseruans materiam eandem; ergo si per sequentem formam suppletur concursus ad existentiam materiæ, etiam ad quantitatis, quia manet virtus materiæ, quia respectu accidentium impertinens est, quòd ab hoc, vel illo conseruetur, modò conseruetur, vt patet in conseruatione per causam efficientem: sicut in quantitate substentantur accidentia sine subiecto ob conseruationem Dei. Secundus dependentiæ modus scilicet in genere causæ efficientis est incertus, cum accidentia insint materiæ informatæ per formam, cui repugnant. Deinde etiam posita non soluitur, quia succedit alia sufficiens ad cõseruandum siue interruptione, quia in quolibet est vis conseruandi quantitatem, cum ponatur conseruare quantitatem sequentem simili modo efficientiæ per emanationem. Ex quo patet falli Conimbricenses, dum hic cap. 4. q. 4. art. 1. asserunt, corrupto composito, corrumpi omnia accidentia, quæ in illo erant nam licet illa inhæreant immediatè materiæ, tamen de-

pen-

2 *Accidens quot modis desinere potest.*

Defectus causæ conseruãtis accidentium quot modis intelligi potest.

Conimbr. sent. de accidentium omniũ corrupt. refellitur.

pendent à forma, quatenus materia naturaliter nō poteſt exiſtere ſine forma ob eius imperfectionem. Vnde nec poteſt eſſe ſubiectum accidentium, niſi ſit vnita formæ; nam ſicut materia, recedente vna forma, non amittit exiſtentiam quia ſuccedit alia forma, ita non deſinit eſſe ſubiectum accidentium, quæ habebat.

Quæſt. hæc à quæſt. de ſubiecto diſtinguitur per aliquos.

Tertiò Not. hanc quæſtionem aliqui putant, diſtingui à quæſtione de ſubiecto accidentium, nam primò ſi ponātur accidentia in materia adhuc corrupta forma ſubſtantiali, putant fieri reſolutionem accidentium vſque ad materiam primam, eo quod materia nō poteſt ſuſtinere accidētia dum priuatur forma; ita Conimb. loc. cit. & Hurtad. diſp. 1. phyſ. ſ. 38. Sed non placet, nam accidentia diſponentia ad formam generandam, non poſſunt nec immediatè pendere à forma præcedēte, quia cū ſint illi contraria, nō poſſunt ab illa cōſeruari, ſed potiùs deſtrui, quia contra naturæ inſtitutionem eſt, vt natura impediat deſtructionem eorum, quæ ſibi ſūt contraria, & multò magis vi illa ſuo influxu conſeruet. Neque poſſunt ab illa pendere mediatè, quod requiratur ad cauſalitatem materiæ circa talia accidentia, tum quia materia habet in ſe vim ſufficientem ſubſtētandi accidentia, vt habet vim ſubſtentandi formas ſubſtantiales; tum quia etiam ſi indigeret forma, ad cauſalitatem, illa, qua indiget, non poteſt eſſe forma, cui diſpoſitiones exiſtentes ſunt contrariæ, tum quia priùs natura deſinerent diſpoſitiones, quā forma, quia forma deſinit ex eo, quod illi deficiunt diſpoſitiones, tum quia in eodē inſtanti, in quo deficit forma, ſuccedit alia cui diſpoſitiones ſunt connaturales, ergo ab hac materia poſſet habere, vt conſeruet ſuā cauſalitatem circa formam; atque adeo non fiet reſolutio vſque ad materiam primam, ſed conſeruabunt in illa accidentia, quæ erant in corrupto.

3

Accidentia pereūte forma, in qua ſubiectātur, non ideo pereunt per alios, & cur.

Secundò alij dicunt etiam ſi accidentia ponantur in toto compoſito, atque adeo in forma non perirent pereunte forma, quia ſuccedit alia forma habens eandem virtutem ſubſtentandi; vt pereunte vna cauſa efficienter conſeruante effectum, nō perit effectus, ſi ſuccedat alia cauſa eiuſdē virtutis; cum tamen eſſentialior ſit dependentia ab efficienti, quàm à materiali, ſicut dicunt, exiſtentiam materiæ receptam ab vna forma conſeruari ab alia, atq; adeo, corrupta vna cauſa, non corrumpitur effectus, ſi ſuccedat alia cauſa, imò ex Thomiſtis magis pendet exiſtentia materiæ à forma, quàm effectiua à cauſa efficiente, vel ſubiectiua, quia non poteſt per diuinam potentiam exiſtere materia ſine aliqua forma, tamen poteſt Deus ſupplere genus cauſæ efficientis, & ſubiectiuæ, remota omni alia cauſa particulari, imò ſi compararetur dependentia ab efficiente cum dependentia à ſubiecto, magis eſt intrinſeca rei dependentia ab efficiente, quàm à ſubiecto, quia dependentia ſubiectiua poteſt ſuppleri à Deo in alio genere, at effectiua non poteſt, niſi in genere efficientis.

Opinio hæc refellitur.

Verum hæc opinio habet aliam difficultatem, quod ponat accidens ex vno ſubiecto migrare in aliud, vt quod erat in forma corrupta in formam genitam. Et quod dicunt, hanc migrationem intelligi per motum localem, quando ſcilicet accidens exiſtens in ſubiecto, A, migrat in ſubiectum. B exiſtens in alio ſpatio. Secus verò quando in eodem ſpatio manet cum ſubiecto, in quod ſpatium, corrupto priori ſubiecto, ſuccedit aliud, quia tunc nulla eſt migratio; Falſum eſt, nam intelligitur de inhæſione, quam vocant migrationem, eo quod accidens inhærens vni ſubiecto non poteſt inhærere alteri per vnionem formalem. Vnde ſit exemplum efficientis non eſſe ad rem: nam efficiens non exigit vnionem formalem, vt cōſeruet effectum, ſicut exigit ſubiectum, vt conſeruet formam.

Accidentia de partiali ad partiale ſubiectum migrare poſſunt; non autem de totali ad totale per alios.

Reſpondent alij, non poſſe migrare de ſubiecto in ſubiectum adæquatum, poſſe tamen de partiali in partiale. Vnde cum accidens recipiatur in forma, & materia, quę ſemper remanet in omni corruptione, fit, vt mutetur ſolùm forma, quæ eſt ſubiectum partiale. Sed neque ſatisfacit. Primò quia ſequeretur, formam ſubſtantialem non poſſe corrumpi, quia nulla forma corrumpit ſuum ſubiectum, quia ab eo recipit eſſe, effectus autem non corrumpit ſuā cauſam, tum quia accidentia illa recipiuntur in forma vſque ad vltimum inſtans alterationis ex aduer. ergo poſſunt remanere in inſtanti, & tempore ſequenti, quia ea vis illarum non poteſt deſinere, cum illæ habeant eandem perfectionem, & eodem modo informent in ſequenti inſtanti ac priùs. Neque dicas corrumpi ex forma, quæ in eo inſtanti producitur, nam cum forma ſit in poſſeſſione materiæ, & ea vi diſpoſitionum non poſſit eijci, vt probatū

eſt

est, sequitur, non posse in eam materiam introduci aliam formam, quod absurdum sequitur ex positione dispositionum in forma præcedēti. Nec dicas idem sequi si accidentia ponantur in materia, nam cum dispositio non sit completa ante instans non potest desinere forma, & cum in instanti non possit compleri, quai si ponitur, subiectum non esse, non potest deficere, at quia materia manet in illo instanti ideo potest dispositio in eo instanti habere esse completum cum immediatè ante fuerit in compleri in infinitum, in quo est indeterminatio partium.

4 Tertiò sequitur, nullum accidens posse corrumpi ex defectu subiecti, quia semper ad corruptionem vnius formæ sequitur generatio alterius; ergo sequitur conseruatio accidentium, quia cum ex aduersarijs habeat vim per receptionem in se illorum accidentium illa conseruare, nunquam corrumperentur. Quod si dicant idem dici debere secundùm eos, qui ponunt illa in materia adæquatè, cum hæc nunquam deficiat. Respondetur si nullum ponatur contrarium, vel defectus conseruantis, nunquam perirent accidentia, vt patet ex accidentibus cælorum; quare corruptio ex defectu subiecti conueniet accidentibus, vel quæ habent subiectum corruptibile alijs causis, vel quæ conueniunt subiecto incorruptibili habenti virtutem limitatam ad subsistentanda accidētia, quia deficit causalitas conseruatiua subiectiuè.

Accidens vnum informans subiectum non potest alterum informare, priore corrupto.

Denique probatur, non posse accidens informans, & inhærens vni subiecto, eo corrupto, informare, & inhęrere alteri, quia vel informat, & inhæret per eandem vnionem, & repugnat, quia vnio essentialiter dependet ab extremis. Vnde, variato vno extremo, non potest permanere eadem; sicut actio, quæ est ab hoc agente non potest esse ab alio: vel informat, & inhæret per diuersam vnionem; & hoc licet possit esse per potentiam absolutam Dei, non tamen naturaliter, quia deficiēte sua vnione cum suo subiecto, desinit esse simpliciter, vt patet ex forma substantiali, quæ minùs indiget vnione, & inhærentia cum materia; & tamen, deficiente illa vnione, etiam si succedat alia materia, corrumpitur. Neque dicas corrumpi, quia non potest applicari alia materia, cui vniatur, cum non possint duæ partes materiæ se penetrare in eodem spatio: nam hinc colligitur, illam corruptionem conuenire ex natura sua accidenti formæ, nam natura non tribuit virtutem ad effectum impossibilem naturaliter vndecunque illa impossibilitas in natura accidat.

Confit. quia vnio informationis, & inhæsionis conuenit formis secundùm exigentiam naturæ: at non potest exigere informare oppositum qualis est forma succedens respectu aliquorum accidentium, quæ erant in forma corrupta.

Confirmant Thomistæ apud Fland. 8. met. q. 8. art. 2. quod accidens numeratur per subiecta; ergo vbi plura subiecta sunt plura accidentia. 5

Thomistarum confirmatio superioris prob.

Antecedēs prob. ex illo principio, quod in eodem subiecto non possunt esse plura numero accidentia eiusdem speciei, de quo Fland. 5. met. q. 9. art 7. quia accidentia nō habent principium formaliter, quo numero distinguantur nisi propter aptitudinem essendi in diuersis subiectis, vel in eodem successiuè diuerso tempore, neque est eadem ratio efficientis, & materiæ, quia illa est extrinseca, hæc intrinseca; sed Respondent, quod ordo ad efficiens est intrinsecus accidēti, quare sicut quādo idē accidēs agit circa diuersam materiam producit plura numero accidētia, quia sufficit variari vnū principium ex pluribus concurrentibus ad vnitatem numericam, ita contra quando plura agentia eiusdem speciei agunt circa eandem materiam, debent producere diuersa numero accidentia. Sed contra quia hic apparet, numericam vnitatem accidentia magis pendere ab vnitate materiæ, quàm ab vnitate efficientis, nam plura efficientia circa idem subiectum vnuntur vt causæ partiales ad vnum numero effectum. At non sic plura subiecta ad vnum numero accidens, quia semper sunt plura iuxta numerum subiectorum siue agentia sint plura, siue vnum; Hæc ratio sic explicata habet aliquam probabilitatem, sed de ea re fusiùs in metaphysica. Hic disputant Recentiores de lumine mutante subiectū dum vna pars aeris ingreditur in spatium, in quo erat alia pars. Sed hi omnino falluntur, quia tamen quod erat in parte aeris, B, existente in spatio, B, non relinquit subiectum vt inhæreat in parte aeris succedente, sed vel conseruatur in eodem subiecto, vel perit, & lumen, quod est in parte succedente, est aliud ab illo: sed non mirum, quia addicti alicui opinioni sibi summum fingunt.

Y AR-

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

6 *Resolutio vsque ad materiam primam necessariò datur.*

PRima opinio est dicentium in generatione, & corruptione rerum substantialium necessariò fieri resolutionem vsque ad materiam primam, ita ut ad corruptionem formæ substantialis corrumpantur omnia accidentia, quæ in illa natura erant, nō solùm quæ erant proprietates formæ, sed etiam quæ sunt communia pluribus formis, vt sunt primæ qualitates &c. Hanc opinionem sequuntur ferè omnes, qui opinantur huiusmodi accidentia adæquatè esse in toto composito non solùm denominatiuè, sed etiam per inhærentiam, & dependentiam subiectiuam quoad eorum existentiam, de quibus Auctoribus dictum est supra. (Dixi ferè,) quia aliqui Recentiores putantes, accidentia hæc subiectari in composito dicunt, illa permanere, eo quod conseruantur à materia adiuta, & fota per nouam formam aduenientem, cum qua componit, & reddit vnum subiectum adæquatum illorum accidentium, nec putant absurdum, accidentia illa mutare subiectum partiale, à quo partialiter conseruentur, sicut non est absurdum lumen productum ab vno lucido conseruari ab alio.

In quo fundetur hæc opinio. Fundamentum commune sumitur ex perfectione necessaria ad subiectandum accidentia, quæ non potest esse, nisi in toto composito substantiali. Quod probant cum ex Arist. dicente in cap. de substantia. Corruptis primis substantijs, esse impossibile aliquid aliorum remanere, idest, tam prædicatorum essentialium, quàm accidētalium. Hoc autem oriri non potest, nisi ex eo, quod prima substantia sit subiectum illorum, quia non corrumpuntur ex vi cōtrarij, cum non semper adsint contraria. Neque ex defectu conseruantis effectiuè, vel terminatiuè, vt patet; ergo ex defectu conseruantis subiectiuè, vnde generatio dicitur mutatio totius in totum nullo sensibili remanente vt subiecto eodem. Neq; dicas loqui de sensibili substantiali, tū quia substantia non est ratione sui sensibilis, tū quia substantia est vnum, at Aristot. supponit esse plura dum ait, nullo sensibili remanente, at accidentia sunt plura, tum quia frustra adderetur, nam cum priùs dixisset mutari totum, tum supponit corrūpi formam, quæ componebat totum, ergo frustra additur, nullam sēsibilem formam, remanere.

Tum ex imperfectione materiæ, quæ sicut ex se non habet completam ratione in ratione essentiæ; ita non potest habere rationem completam in ratione recipiendi accidentia, nam prius est rem compleri in sua essentia, quam compleri per accidentia, atque adeo priùs illi conuenit recipere formam substantialem, qua compleatur in essentia, quàm recipere accidentia.

Cōfir. ex ordine inter esse substātiale, & accidentale, nam prius est esse substantiale, quàm accidentale, cum hoc sit in illo. Neque dicas, sufficere vt præcedat substantia materiæ, in qua recipiuntur accidentia; Nam licet esse materiæ præcedat, non præcedit secundum ordinem exigitum à sua essentia, sed ipsius essentia priùs respicit formas substantiales, quàm accidentales; ergo priùs est esse substantiale formatum, quàm accidentale, neq; dicas esse prius secundum ordinem intentionis nō tamē exequutionis, nā materia eo ordine respicit illas formas vt eas recipiat; ergo etiam in exequutione recipiet priùs substantialem, quàm accidentalē, quia idē est ordo in recipiendo, qui est in respiciēdo, tum quia actus secundus semper supponit primū in eodē ordine, vt actus secūdus in ordine operationū supponit primū; ergo etiam in ordine essendi; sed forma accidentalis est actus secundus in essendo; ergo supponit actum primum in essendo; hunc autem præstat forma substantialis. Minor probatur, quia accidens dicitur quasi alteri, idest substantiæ, vt actui primo accidit, vt operatio respicit potentiam, à qua est operatio.

Secundum fundamentum sumitur ex fine materiæ; hæc enim per se primò ordinatur ad constituendā vnam per se essentiam cum forma; ergo in instanti, quo recipit formam debet carere omni ratione, quæ impedit hanc vnionem per se, sed exigentia ad recipienda accidentia impediret hanc vnionem per se, tum quia illud compositum includeret accidentia, cum priùs requirantur accidentia quàm fiat compositum ex materia, & formam nam posterior forma supponit priorem, atque adeo compositum ex posteriori forma supponit priorem formam, tum quia materia non vniretur formæ, nisi determinata per accidentia; sed compositum componitur ex forma,

forma,& ex materia determinata, atque adeo habente accidentia.

3. Sumitur ex Arist. qui non solùm ait in generatione nullum sensibile remanere; sed explicat t. 24. per hoc sensibilia intelligere accidentia; *quando autem*, inquit, *nihil permaneat, cuius altera passio est, & accidens, omnino generatio est*, ergo in generatione nullum manet accidens. Confir. ex 1. phys. t. penul. *si quid corrumpitur in hoc*, idest in materiam, *abibit vltimum*; ergo vltimam quod est materia prima.

Confirm. quia subiectum generationis ait esse materiam primam, quam vocat ens in potentia sicut alterationis esse compositum ens actu ex 5. phys. & 1. de gen.

7 *Non his superstat, sa resolutio in omni corruptione.*

Secunda opinio est negantium in omni generatione & corruptione fieri resolutionem vsque ad materiam primam, sed remanere aliqua accidentia eadem numero in genito, quæ erant in corrupto ita Auerr. loc. cit. Arim. Marsil. Saxon. Venet. Achillin. lib. 2. de element. dub. 3. Parisienses 1. de generat. quæst. 3. vbi nobilius cap. 5. quæst. 3. Tolet. q. 7. Zabarell. de gener. cap. 7 Niph. 8. metaph. disput. 4. Zimara metheor. 46. alij. Inclinát græci hic Com. 70. Alex. 1. metheor. cap. 1.

Hi tamé inter se diuisi sunt, nam aliqui putant, nunquam fieri hanc resolutionem quoad omnia accidentia vsque ad materiá primam, quod putant, quantitatem esse passionem inseparabilem à materia prima, ita Auerr. quem alij sequuntur.

Resolutio huiusmodi aliquando fit per aliquos.

Verùm alij putant, fieri resolutionem vsque ad materiam non quidem in omni generatione, sed in multis generationibus itaut pereant accidentia illud, quod manet in corruptione vini in acetum; tandem post multas transmutationes non ampliùs manere in materia. Quod si aliquando in aliqua corruptione primò fit resolutio, id rarò contingere ita Tolet. quem alij sequuntur.

8 *Vtraq; opinio probabilis est per Conimb. & alios.*

Tertia opinio est dicentium, vtramque opinionem esse probabilem, ita Conimbricens. cap. 4. quæst. 4. & 18. Suar. disp. 14. sect. 3. Saxon. quæst 6. Cum hoc tamen discrimine quod Conimbricen. putét, priorem opinionem esse magis probabilem, eo quod materia non possit conseruare accidentia corrupta forma. Suar. verò cum alijs posteriorem opinionem putat probabiliorem, eo quod illi magis faueat sensus.

Fundamentum huius opinionis sumitur ex solutione argumétorũ vtriusq; partis.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Accidentia corrupti remanere eadem in genito non repugnat. 9

Prima conclusio non repugnat manere eadem accidentia in genito, quæ erant in corrupto, quia possunt dari aliqua accidentia communia genito, & corrupto, vt humiditas, quæ est dispositio, & aquæ & aeris; ergo probabile est, naturam instituisse, vt hæc accidentia reciperentur in materia, quæ est subiectum commune formæ aquæ, & aeris: Accidentia autem illa existentia in materia non semper habent contrarium approximatum corrumpens; ergo non repugnat, quin illa maneat in materia.

Secundò etiam si ponantur, accidentia existere in toto composito non repugnat corrupta forma, quin possent conseruari per formam sequentem in eodem instanti, quo alia forma corrumpitur. Et licet accidentia mutent subiectum partiale, tamen aliqui putant, id naturaliter non repugnare contra commune axioma: de qua re suo loco.

Resolutioné &c. ac facto non dari probabile est. 10

Secunda conclusio. Probabile est, de facto non fieri resolutionem quoad accidétia vsque ad materiam primam. Primò probatur, nam constát ad introductionem formarum substantialium requiri dispositiones accidentales 2. de anima 24. 26. vnde sumitur distinctio materiæ primæ, & secundæ. Sed si fieret resolutio vsque ad materiam primam in instanti generationis, materia esset nuda sine vlla dispositione: at illa esset incapax determinatæ formæ, quia esset indeterminata ad hanc potiùs, quàm illam. Sed à causa indeterminata non potest oriri effectus determinatus.

Sigillatur materia ab accidentib. præcedétib.

Neque dicas determinari, & sigillari per accidentia immediaté ante præcedentia, nam cum virtute illorum sit expulsa forma præcedens, vt patet, virtute illarum introduci debet forma sequens. Consequentia probatur, quia ad expulsionem vnius formæ sequitur naturaliter introductio alterius. Vnde etiam fit, vt ex vi illorũ dispositionum sequatur determinata forma talis speciei, quia alia non potest sequi, vt v. g. si dispositiones præcedentes sunt calor, siccitas, & raritas ex vi quorum expellitur forma ligni, necessariò necessitate naturæ sequitur forma ignis, quia illa dispositio ab agente naturali vt est ordi-

 nata

nata ad expellendam formam ligni, ita est ordinata ad generationem formæ ignis. Hinc sequitur materiam manere determinatam ex vi illarum dispositionum non solùm ad formam ignis specie, sed etiam numero, nam agens naturale, positis præcedentibus dispositionibus, & expulsione formæ ligni, & talibus circumstantijs, determinatur à primo agente ad talem numero formam, cum ex se esset indifferens ad plures talis speciei: & consequenter materia manet ex ordine naturæ determinata ad talem numero formam. Idque oritur tum ex ordine naturalis consequutionis quem habent formæ inter se respectu eiusdem materiæ dispositæ talibus dispositionibus: tum ex ordine naturali, quem habēt dispositiones ipsæ, vt procedunt à tali agēte, & expellunt à materia talem formam; nam ex hoc necessitate naturæ ordinantur ad generationem talis formæ.

Sed contra. Cum illæ dispositiones in
11 instanti generationis non sint, in illo instanti non possunt habere effectum realē determinationis neque effectiuè, neque formaliter, neq; vt conditio *sine qua non*, quia effectus positiuus exigit causam positiuam. Neque dicas ordinari ab intentione naturæ, quia intentio naturæ non potest habere effectum sine causa proportionata effectui: cum igitur dispositiones præcedentes in hoc instanti nullæ sint, non possunt in hoc instanti habere effectum positiuum, qualis est determinatio materiæ ad hunc concursum, & non alium. Quod si dicant ex vi dispositionum præcedentiū materiam manere sigillatam, & affectam ad talem formam, iam peto quid sit hæc sigillatio, & affectio: non enim est substantia, neque accidens, quia hoc ipsorum opinioni repugnat; ergo nihil erit, atque adeo nullum effectum habere potest. Neque dicas, agens naturale determinari ab illa materia, quæ habuit dispositiones ad formam ignis, vt producat formam ignis, nā si illi materiæ applicaretur agens frigidū, in instanti generationis non produceretur forma ignis, sed aquæ, v.g. cum inueniret materiam sine vllo contrario: Quare dispositiones præcedentes vt non impediunt actionem huius agentis; ita neque relinquunt materiam determinatam ad receptionem formæ ignis ex vi agentis naturalis. Neque dicas materiam determinari ad talem effectum ab agente extrinseco, tum quia illud agēs cum possit producere plures formas, vt astra cæli est æquè indeterminatum ad hunc, vel illam formam introducendam in materiam: atque adeo nō potest determinare materiam indifferentem indifferens v. g. ad formam auri, & argenti; tum quia probabile est, agens non producere formā, nisi per qualitates, quas introducit in subiectum, quæ cum non existant non possunt habere actionem; tū quia si in eo instanti applicetur aliud agēs disparatum, tunc materia reciperet illam formam, respectu cuius nulla præcessisset dispositio, vt dictum est.

Sigillatio cuiusmodi refellitur.

Confir. quia inanis esset labor naturæ ad introducēdas dispositiones, quæ statim debent corrumpi. Neque dicas non esse inanem, quia ex vi illarum corrumpitur forma præcedens incompossibilis cum forma generanda, quia natura non intendit per se corruptionem, ergo dispositiones non possunt à natura ordinari solum ad hunc effectum sine prouisione omnium causarum necessariarum ad introductionē formæ sequentis, quæ non adessent si deficerent dispositiones in illo instanti, quo debet generari forma.

Confir. 2. quia daretur alteratio sine termino, nam in instanti terminatiuo alterationis sicut non est forma; ita neque v. g. calor, atque adeo illa alteratio non haberet terminum, seu mutatum esse, quod est in instanti consequenti alterationem, cum in illo instanti nihil maneat in materia accidentalitatis.

Prob. 2. ex Arist. per symbolas qualitates.

Secundò probatur ex Arist. ex 2. de gener. vbi inter elementa symbola dicit esse faciliorem transitum, nam facilius est vnū transmutari, quàm multa; ergo qualitates symbolæ manent, cum non mutetur secūdum eas subiectum, quod si etiam ipsæ corrumperentur; ita difficilis esset transitus inter symbola, ac inter asymbola.

Passio symbola non corrumpitur actione contrarij.

Respondent D. Thom. & Philop. id rectè dici quia passio symbola non corrumpitur actione contrarij, sed per modum sequelæ ad corruptionem compositi, & addit Bannes ad primum, cum qualitates consequantur formas, illæ formæ habebūt maiorem conuenientiam inter se, quæ habent maiorem conuenientiam in qualitatibus: vnde fiet, vt minor futura sit resistentia in agendo.

Sed cōtra ex 2. de Gen. 24 vbi in aqua, 12
& aere dicit esse eandem qualitatem, id est perspicuitatem, & humiditatem & id patet ex sēsu non solum in elementis, sed etiam

in

in mixtis tam non viuentibus, quàm viuentibus in quibus eadem figura, cicatrix, calor &c.

Eadem qualitas specie remanet, nō numero. Respondetur loqui de qualitate non eadem numero, sed specie, & ideo non dicitur fieri mutatio secundùm eam, quia natura non solet corrumpere indiuiduum vnius speciei, vt eiusdem speciei alterum producat.

Resp. impugnatur experientia. Sed contra primò, quia sensu apparet manere idem numero accidens: nam si esset diuersum, sensus cognosceret mutationem, quia mutatio afficeret proprium sensibile sensus, qui circa proprium sensibile non fallitur, etiam coniunctum cum aliquo sensibili communi: præsertim cum omnes sensus in hoc conueniant, vt iudicent esse idem, vt oculus colorem, odoratus odorem &c. at recedere à iudicio sensus sine euidenti ratione, vel certitudine fidei non est sapientis: at hi auctores exigunt, vt credamus maiora, quàm exigat fides; nā fides præcipit credere sub quantitate eucharistiæ nō esse substātiā, q̄ prius erat, non tamen aduenisse aliam: At hi volunt nos credere ibi non esse accidens, quod prius erat, & aduenisse aliud; & præcipuè cum accidentia sint propria obiecta sensuum non sic substantia: & tamen volunt sensus decipi circa accidentia quod maius quidem est, quàm decipi circa substantiā. At instant. Constat sensus sæpe decipi, & corrigendos ab intellectu, vt cum iudicant solem esse paruum, & baculum in aqua esse fractum, vel curuum. Respōdetur falli quidem aliquando vel ex indebita distantia, vel ex parte medij impedientis, vt patet in casibus positis, nam sol ob distantiā videtur paruus, & baculus ob diuersitatem medij, vnde variatur diuersitas specierum, videtur fractus: at in casu nostro nullum horum apparet, præsertim cum constet errorem vnius sensus corrigi per alium, per eundem, dum illi diuerso modo applicatur obiectum; vt si baculus extrahatur ab aqua, videtur rectus, & res apparet parua procul posita, approximata apparet magna. Sed adhuc instant, non esse mirum si sensus fallatur, nam idem, & diuersum cū sint passiones entis, non sunt obiectum sensus, sed intellectus. Quare si Deus destrueret albedinem parietis, & in eodem instanti alteram illi omnino similem produceret, sensus non posset iudicare de diuersitate illarum, sed iudicaret, esse eandē, sicut si ouum omnino simile alteri poneret loco illius, iudicaret sensus esse idem, & non iudicaret esse diuersum. Sed contra, nam numerus ponitur inter sensibilia communia. Vnde sensus cognoscit quando obiectum est vnum, & quando plura, atque adeo quando idem, & quando diuersum: alioqui si circa huiusmodi obiecta sensus cognitio est deferenda, vix vlla certitudo haberi potest. Vnde si quis contractum aliquem fecisset cum Petro, posset illi negare fidem, eo quod non esset idem, sed illi similis, quia sensui non est fidendum. Confir. quia quando fit mutatio vnius obiecti in locum alterius, sensus cognoscit illorum mutationem, scilicet, vnius ablationē, & alterius positionem, etiam si illa mutatio fieret in instanti. Quis enim credet, baculus manu constrictus si destruatur, & alter loco illius omnino similis ponatur, sensum tactus non aduertere illam mutationem.

Secundò probatur esse eandem, tum quia Aristoteles expresè loquitur de identitate numerica, nam inde Aristoteles vult probare, futuram veram generationem, etiam si in subiecto maneat accidens aliquod alterius formæ, quia illud non manet vt subiectum, vt ibi Flamin. Buccaf. Alex. apud Philop. 2. de Gener. cont. 17. & alij. Tum quia Arist. 5. metaph. 15. distinguit inter qualitates similes, & easdem: at ibi dicit; inter symbola manere vnam qualitatem, & alteram mutari: præsertim cum non possit esse dubium de identitate specifica, sed solùm de numerica, quia experimur aliquando manere quædam accidentia in subiecto, quæ nihil faciunt ad formā introductam; vt cicatrix, color, calor &c. etiam si interficiatur animal in media niue, quare huiusmodi accidentia non esset cur producenda iterum essent, cum non sint necessaria propter genitam formam, & aliquando neque assignari potest agens, quia non est agens interficiens, nam sæpè est frigus, quod non producit calorem: neque ipsa forma producta, quia hæc cum producatur à dispositionibus frigidis, habet repugnantiam ad calorem: & præterea manente forma, perit calor cadaueris, non igitur ex illo fluxit, quia conseruaretur, nec habet proportionē, tū q̄ a calor animalis nō est proportionatus formaliter destruere animal. & hoc argumētum explicatur, nam dum ex aere fit ignis in dispositionibus innaturalibus idest cum aliquo gradu humiditatis; vel frigiditatis peto, à quo pro-

13 Impugnatur vlterius auctoritate Arist.

producitur iterum illa humiditas, non à forma ignis, cum ei repugnet, & potius corrumpatur, nam quod dicit D. Thom. produci ex vi ordinis generationis vel ex necessitate materiæ non satisfacit, cum non assignet agens: neque satisfacit quod ait Caiet. locis cit. de ente, & essentia, produci à generante compositum, quod non potuit totaliter corrumpere omnia accidentia præterita: nam sunt quædam accidentia opposita formæ generantis, & geniti, vt diximus, & aliquando nullum est extrinsecum agens, potens producere tale temperamentum, vt quando moritur per suffocationem, iugulationem &c. Neque dici potest fieri à spiritibus vitalibus, qui aliquando manent, nam de illis est dubiũ an informentur ab anima, vel eorum formæ partiales pendeant ab anima: vnde aliqui putant sanguinem statim ac effluit mutare formam substantialem, etiam si aliquandiù ratione retineat calorem, & aliqua alia accidentia, & præterea duratio horum spirituum est breuissima, & accidentium productio longissima. Deinde hæc accidentia manent etiam in alijs præter animalia, in quibus non sunt spiritus, & si non sint connaturalia formæ genitæ. Demum extrinsecum agens producit has qualitates successiuè, & experimur has qualitates manere in instanti mortis valde intensa, & deinde potiùs corrumpi.

Variæ causæ remanentium qualitatum ab aduers. assignitur, quæ reijciũtur.

Respondent Alij produci à causa vniuersali, ne maneat materia sine forma: sed contra quia illa accidentia non sunt necessaria ad formam genitam, sed potiùs repugnant: Quare alij rationem reddunt esse naturalem successionem, nam cum præcessent similis qualitas, debet succedere alia. Sed contra, quia causæ vniuersales non agunt, nisi ob causam vniuersalem scilicet, ad conseruandum vniuersalem ordinem, & statum; sed nulla est necessitas cur in subiectum, in quo præcessit aliquod accidens, debeat succedere simile, si prius perit, sed potiùs receditur ab ordine causarũ naturalium, vt post corruptionẽ vnius indiuidui producatur aliud eiusdem speciei. Quare productio talis accidentis non est exigita à lege naturæ; atque adeo non est cur causa vniuersalis producat illud accidẽs. Accedit, quod causa vniuersalis tripliciter agit, primò ad exigentiam causarum naturalium, cum quibus agat vt causa prima, & patet non sic agere in hoc casu, secundò ad exigentiam causarum particularium exigentium productionẽ formæ, & tunc cum abest propria causa supplet prima defectum causæ vt dicitur de productione animæ rationalis positis dispositionibus. 3. ex exigentia naturalis legis, qua ratione aliqui dicunt, grauia moueri sursũ, & leuia deorsum à causa prima ne detur vacuum, quæ rationes hic non sunt, vt patet discurrenti per singula, nam quod docet Ruuius c. 4. tr. 3. q. 8. circa finem, de causa producente formam cadaueris dicetur infra.

14 Dices illa accidentia similia consequi formam cadaueris; nam cum corruptio tẽdat in dissolutionem compositi in elemẽta, & hic transitus non possit fieri à corpore adeo heterogeneo ad corpora simplicia immediatè, fit per formas medias similes præcedentibus, & exigentibus similia accidentia, à quibus formis eductus naturaliter mediatè, à causis vniuersalib⁹, & prima oriuntur similes dispositiones quoad figuram, & cæteras quantitates, & quantitatem, ac cicatricem radicatam in corpore viuente. Sed contra, quia cum sint omnia præcedentia destructa .s. compositum, forma, quantitas, & alia, non manet radix; ergo neque potest manere radicatum in illis, nam materia nuda, non exigit illa potiùs, quam alia.

Deinde intereant quatuor eodẽ genere mortis, q habebãt cicatrices in diuersis partibus corporis, qua ratione ex forma eiusdem rationis naturaliter consequi possint cicatrices in diuersis illis partibus, cum formæ operentur secundùm rationem, quam habent, non secundùm rationem præteritam, quam non habent.

Tertiò cum materia sit indifferens ad recipienda omnia accidentia, & tunc sit denudata ab omnibus, non est cur non possit recipere quælibet alia accidentia dissimilia, imò contraria præcedentibus, cum maneat eadem virtus, præciso impedimento recipiendi omnia accidentia. Vnde si aliquam determinationem haberet potiùs illam haberet à forma genita ad opposita accidentia.

Confirm. ex motu violẽto animalis in motu mortui.

Confir. quia si animal sursum moueatur magno impetu, & in medio itineris corrumpatur, non ampliùs ascenderet, si impetus subiectaretur in composito, quia corrumperetur impetus, & nõ esset, à quo reproduceretur, quia non ab impetu corrupto, nam non est, neque impetus producit impetum: neque à projiciente, quia

non

non applicat suam virtutem ad amplius eijciendum: neque ab aere, nam ab hoc, vel parum moueri potest, vel nihil, vt quãdo est maior grauitas animalis, quàm vis impulsiua aeris: neque immediatè à Deo, vt causa vniuersali supplente causæ particularis defectum, quia hoc Deus non præstat, nisi quando sequitur aliquid contra leges naturæ, at quod animal non ascendat, nihil sequitur contra leges naturæ.

15 Confirmant alij ex ratione motus, qui ex aduersariorum principijs non potest desinere, neque variari, nisi intercedente quiete, nam ad identitatem motus satis est, vt parti priori motus altera pars succedat siue hæc, vel illa pars indiuidua succedat, patet ex motu velocissimo alicuius, qui sine quiete media moueatur tadissimè, nam ille motus est vnus numero. Vnde fit quod motus donec continuatur semper est vnus numero: At motus canis cadentis ex turri, & morientis in medio aere continuatur; ergo est idem numero, atque adeo non variatur subiectum. Et tamen variatur forma ergo ille motus, qui continuatur, non recipiebatur in forma, sed in quantitate; ergo illa manet eadem numero, alioqui non posset continuari motus. Sed ad hoc responderi potest illum motum esse continuum ratione materiæ, in qua recipitur, licet discontinuetur secundum partem, secũdùm quam recipitur in quantitate, & forma. Sed contra, nam ex aduersarijs motus non recipitur immediatè in materia, sed mediante quantitate; ergo non manente quantitate, sed variata, non potest motus continuari ex parte materiæ.

Confirmant alij ex cicatricibus, quæ manent in mortuo, illæ enim non possunt desinere absque eo, quod partes materiæ, quæ distabant, vniantur: at partes materiæ non videmus vniri, vt definãt cicatrices, & deinde distrahi, vt de nouo generẽtur, ergo manent eædem, quæ erant prius.

Aduers. resp. Respondent Aduersarij, cicatrices cum desinunt per se exigunt illum motum partium materiæ: Cum verò desinunt per accidens, idest ad corruptionem subiecti, scilicet, quantitatis, non exigitur ille motus: sed desinunt, sicut desinit quantitas, & reproducuntur, sicut reproducitur quantitas similis præcedenti. Sed hæc responsio habet difficultates suprapositas, scilicet quod respectu illius non potest assignari causa efficiens, neque finis reproductionis.

ARTICVLVS IV.

Vnde potest reddi probabilis opinio Thomistarum.

16 Tertia Conclusio. Thomistarum opinio est probabilis non tam ex rationibus, quàm ex auctoritate ipsorum Doctorum, qui illam tuentur vt veram, & pertinaciter; & præcipuè quia illam docuit D. Thom. 1. p. quæst. 76. art. 6. vbi docet, dispositiones accidentales non præexistere in materia ante formam substantialem, & animam immediatè vniri ipsi materiæ. Neque dicas ibi intelligi de præexistentia vt negat omnem formam, quasi accidentia sint in materia in aliquo instanti, in quo careat omni forma, nam hanc responsionem reijciunt illa verba. *Quod dispositiones accidentales neque præexistunt ante animam.* Neque dicas ibi Arist. non negare præexistentiam in pr ori naturæ, vt dicit prioritatem, sed vt dicit maiorem intimitatem, quasi accidentia præexistant intimiùs in materia, vel priùs tempore, vel loco, cum ibi intendat probare, animam non vniri medio aliquo accidente ipsi materiæ, ad quod nihil refert, quod accidens vniatur priùs tempore, modo intimiùs vniatur cum forma substantiali. Non, inquam, id dicas, quia D. Thom. ibi loquitur de modo, quo anima producatur in corpore ex vi dispositionum, quas negat præexistere in materia in instanti productionis, neque id secundùm nostram intelligentiam, sed secũdùm rem, nam quod est primum in actibus, primò debet intelligi in materia, idest secundùm rem, sicut est primum in actibus secundùm rem.

Auctoritas, non ratio probabilem reddit Thomistarum opinionem.

Magis fauent huic expositioni verba D. Thomæ ad primum, & secundum vt ibi videre licet; præsertim cum Caietanus fateatur, D. Thomam aliter sensisse alibi, vt in 4. d. 11. quæst. 1. art. 1. quæstiuncula 3. ad 4. & quæstiuncula 4. & dist. 44 quæst. 1. art. 1. quæstiuncula 3. & opusc. 40. Sed non vacat omnia expendere, satis est hæc adnotasse.

Secundò opinio Thomistarum probabiliter defendi potest, quòd accidentia cũ sint entia per participationem substantiæ; sicut creaturæ sunt entia per analogiam ad ens diuinum. hinc fit, vt nequeãt habere maiorem perfectionem, quàm habeat substantia, cuius sunt participationes. Et quia habere

Accidentia etiam, quòd non sint perfectiora substantia reddunt illam opinionem probabilẽ.

habere existentiam incorruptibilem, & informationem magis indissolubilem à materia, quàm forma substantialis, quæ est maxima perfectio: ideo cum formæ substantiales sint corruptibiles siue secundùm existentiam siue saltem secundùm informationem: ideo non potest incorruptibilitas, & informatio indissolubilis conuenire accidentibus, quia essent perfectiora, quàm substantia. At si quantitas inhæreret materiæ inseparabiliter, vt volût aduersarij, iam aliquod accidens haberet maiorem perfectionem, quàm substantia. Deinde cum vnio inter materiam, & formam substantialem sit dissolubilis, multo magis erit vnio inter materiam, & accidentia.

Denique reddunt probabilem hãc opinionem argumenta posita pro prima opinione, quæ licet à nobis sint soluenda, tamen semper retinent aliquam probabilitatem.

17 Resolutio v. 3 Cõ. nõ semper fit. Quarta Conclusio. Probabilius est non semper fieri in rerum corruptione resolutionem vsque ad materiam primam. Probatur, quia argumenta, quæ pro hac opinione afferuntur, difficiliùs soluuntur, vt patet ex dictis, quàm argumenta, quæ afferuntur pro prima opinione afferente fieri resolutionem, vt patebit ex dicendis in articulo sequenti.

ARTICVLVS V.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

18 Resp. 1. aduers. arg. probationibus. AD primum. Materiam primam esse quidem imperfectam, cum tamen sit substantia, ex genere suo est perfectior accidentibus, atque adeo habet vim subiectandi illa, quod præcipuè asseri potest ab ijs, qui materiæ primæ tribuunt non solùm propriam existentiam partialem, sed etiam propriam subsistentiam, cum sit primum fundamentum omnium entium corporeorum. Et licet ipsa dependeat à forma tanquam à fine, per cuius consequutionem recipiendo perficitur, tamen forma dependet à materia, vt causa subiectiua. imò etiã si illi denegetur propria subsistentia cum Fonseca, non tamen sequitur, non posse subiectare accidentia, quia sicut, recedente forma, adhuc materia existit, ita etiam poterit accidentia conseruare per concursum suum materialem.

Ad primam probationem respondetur, illud intelligi de corruptione omnium substantiarum, non de hac, vel illa, nam destructis omnibus, neque materia remaneret: non ita autem destructa vna prima substantia, quia remaneret in altera.

Ad aliam probationem sumptam ex definitione generationis patet ex dictis supra, quid intelligatur per, *sensibili vt subiecto eodem*: intelligitur enim sensibile radicaliter, quod est substantiale, quod dicitur subiectum, seu substantia prima ex prædicamento substantia, quia hoc sensibile non est idem, vt subiectum, quia, licet remaneat aliquod accidens, non tamen manet idem compositum, quod denominabatur ab illo accidente, nam illud accidens denominat aliud subiectum, quod aduenit, vt cum ex aere fit ignis, calor, qui erat in materia aeris, manet in igne, sed nõ manet, vt denominans aerem, sed ignem. At alij per subiectum intelligunt primam substãtiam, nam cum materia maneat, quæ est sensibilis, tamen non manet vt idem subiectum, nam ratio subiecti simpliciter conuenit primæ substantiæ vt distinguitur à secũda substãtia, q̃ dicitur de subiecto .i. substantia prima, vt de subiecto, nã ipsa nec est in subiecto, nec dicitur ex subiecto. Vide quæ dixi in explicatione definitionis, ex quibus patet ad improbationes.

Ad secundam probationem respõdeo, completionem materiæ posse accipi dupliciter. Primò secundùm suas perfectiones essentiales. Et hac ratione non est imperfecta, quia habet omnia prædicata sibi essentialia, & substantialia secundùm se, quæ sunt sufficientia ad subiectationem accidentium communium pluribus formis, imò habet proprias passiones, quæ sunt accidentia vt potentia subsĩeratiua, & sm aliquos ipsa quãtitas. Secundò in rõne entis prædicamentalis, & secundùm hanc rationem non est in se, & ex se perfecta, sed indiget forma substantiali, per quam perficiatur & compleatur in certa specie prædicamentali. *Completio materiæ quot modis accipitur.*

Ex quo fit, vt diuerso modo recipiat accidentia diuersa, nam quæ sunt propria ipsius, vel necessaria ad exercendum munus proprium siue ex parte sui siue formarũ substantialiũ priùs recipiat, quàm formas substantiales, nã omnis causa alterius priùs debet esse in se constituta in actu primo quoad omnes conditiones, quàm habeat aliquam causalitatem, sed acciden-

tia

tia cõmunia pluribus formis, vt quãtitas, primæ qualitates &c. sunt necessaria ad causalitatem circa formas substantiales, vel earum informationes; ergo priùs illa recipit, quàm formas substantiales. At verò accidentia, quæ sunt propria compositorum vel formarum, nam illa consequuntur ad existentiam formarum, non præcedunt, nõ necessariò priùs recipit, quàm formas.

39 Ad primam probationem, Cum ordo intentionis sit oppositus ordini executionis, eò quod primum in intentione est vltimum in executione, negatur, materiam eundem ordinem seruare in recipiendo ac habet in respiciendo, quia receptio pertinet ad ordinem executionis; & respicere ad ordinẽ intentionis, idq; patet in omni intentione finis, qui acquiritur per media.

Aliorum responsiones.

Respondent secundò alij, cum respicere finem sit per media, idem seruatur in executione, quod fuit intentum in intentione: finis autem fuit intentus per applicationem mediorum, & ita debet acquiri. Ad secundam probationem respondetur. Eo modo, quo est actus secundus ita supponit primum, cum accidentia dispositiua ad omnes formas sint actus secundi ordinati ad formas, debent supponere actum primum materiæ, scilicet actum entitatiuum illius, non autem actum formalem. Neque hoc mirũ, quia natura procedit semper ab imperfecto ad perfectum. Et ideo procedit à formis accidentalibus ad substantiales recipiendas.

Ad secundum fundamentum resp. negando, receptionem dispositionum accidentalium impedire vnionem per se inter materiam, & formam, quia illæ dispositiones non sunt medium subiectiuè recipiẽtes formas substantiales, quia sic ingrederentur essentiam, & impedirent vnionem per se inter materiam, & formam. Sed sunt necessariæ tum ad excludẽdas formas præcedentes, tum ad præparandam materiam, vt ipsa possit immediatè vniri cum forma. Vnde manent extra essentiam, quæ resultat ex vnione immediata materiæ, & formæ.

Ad primam probationem, dispositiones esse necessarias non vt ingredientes compositionem, sed vt præparantes materiam, quæ ingreditur compositionem. Neq; .n. omne, quod est necessarium ad existentiã essentiæ est de essentia, vt patet ex necessitate efficientis, neq; forma, quæ supponitur in materia dispositiuè, ingreditur essentiã, sed quæ supponitur subiectiuè respectu formæ sequentis, nam tunc essentia cõponeretur ex materia, & duplici illa forma.

Ad secundam prob. Materia recipit formam, determinata ad receptionem ex vi dispositionum, non tamen ipsa ingreditur receptionem, sicut conditio, & circumstantiæ determinantes potentiam agentis ad actionem nõ sunt principium elicitiuum ipsius actionis, sed solùm potentia, nam alioqui cùm Deus determinet materiam ad hanc numero, vel illam formam recipiendam, ingrederetur essentiam compositi ex materia, & forma, quia materia non ingreditur essentiam huius compositi nisi determinata à Deo.

3. Argumẽto resp.

Ad 3. argumentum resp. ex dictis patere, quid intelligatur nomine sẽsibilis, quod ponitur in definitione generationis. Vnde in t.24. non asserit, nullum remanere accidens, sed nihil manere subiecti idest compositi, cui passiones, & accidentia denominatiuè tribui possunt: alioqui dicẽdum esset nec remanere materiã sĩ'se, dũ ait, nihil permanere; sed vt materia nõ manet vt pars cõpositi pcedẽtis, ita nec accidẽtia manẽt vt denominãtia cõpositũ præcedens. 20

Aliorum ad idem responsiones.

Ad locum ex 1. physic. respondent aliqui, ibi non loqui de qualibet corruptione, neque de corruptione quoad formas accidentales, sed quoad substantiales quoad completas omnes corruptiones, nam si omnes formæ substantiales corrũperentur, materia sola remaneret. Et ideo dicit, *in hoc abibit vltimũ*. Ego verò resp. Arist. loqui de qualibet generatione substantiali, quod in ea fiat resolutio vsque ad materiam primam quoad formam substantialem. Probat .n. ibi materiam per se esse ingenerabilem, & incorruptibilem, & corruptibilem per accidens .s. ratione priuationis. Vnde in omni corruptione infert manere materiam primã. Vnde etiam probat, ipsam esse ante omne fieri, quia est subiectum, ex quo fiunt omnia.

Ad confir. resp. ibi loqui de subiecto denominationis, quod in alteratione subiectum, quod denominatur, semper est ens actu, at verò subiectum, quod denominatur generari passiuè, semper est materia, licèt compositum denominetur generari terminatiuè. Sed de hac re dicetur cum de alteratione.

QVÆSTIO V.

De causa efficiente generationis.

DVBITATIO I.

An causa particularis aliquid agat?

1 DE hac Fõs.5. metaph. c.2.q.7.Suar. disp.18.metaph.sect. 1.& nos fusè in phys.tract.12.q.9.vbi citantur Conim. Murcia,Ruuius,Hierony. Pla. Toletus, & Masius.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quaestionis.

PRimò Not. cum in physicis loc. cit. ostensum sit,causas secundas non solum habentes animam ob vitalitatē actionis,quod præsertim in liberis est contra fidem,sed etiam materiales ea carentes habere aliquam actionem elicitiuè, & non esse solùm conditiones, ad quarum præsentias Deus ex vi pacti, seu decreti agat, vt multi asserunt de virtute sacramentorū respectu productionis gratiæ, quod etiam à nobis fuit 3.p.refutatum. Solùm notandum, aliquos negare, sufficienter probari à viuentibus elici operationes ex vitalitate operationum, ex quo dici posset, viuentia non dici ex eo quod operentur, sed ex eo quod sunt apta recipere operationes vitales,quales sūt cognitiones,& appetitiones, & hac rōne saluari posset diuersitas incrementi viuentium per intus susceptionem ab alijs,quæ augentur per iuxta positionē; quod si illis obijcias, de ratione actionis vitalis esse,vt procedant à principio intrinseco,id negent, quia nulla experientia apparet,ea viuere eliciendo actiones vitales, sed quia recipiunt illas, licet videamus ea videre,& audire, non tamen videmus ea elicere actionem,quia potest visio illis infundi à Deo,sicut ex eo quod videam coruum nigrum, non inde probatur,nigredinem oriri à coruo.Quod si dicant esse discrimen quod visio sit actio vitalis,non sic nigredo;iam petunt principium dum probant,esse elicitam,quia est elicita à vita; nam est vitalis quia recipitur in vita.

Sed hæc obiectio non eneruat vim argumenti primò quia hi philosophi videntur sapere philosophiam Protagoræ, qui omnem veritatem mensurabat sensibus vt refert Aristoteles 4.met.t. 19, nec aliquid verum putant,quod sensu non appareat.

2.Euertit principium, quo Aristoteles docet, viuentia discerni à non viuentibus quod viuentia ex se, & ab intrinseco se applicant ad operandum, & dolorem eliciant ex sensu noctui,non sic non viuētia,

3.Quod etiam si sensu non videatur influxus animæ in operationes,tamen ratione colligitur, tum quia vt dicemus cum de ratione actus vitalis; vbi ostendemus cognitionem non posse tribuere effectum formalem potentiæ, à qua non elicitur.

Tum quia experimur,sensoria minui ex continuo conatu ad operandum, & id nō oriri ex reactione contrarij,vt in inaminatis; ergo ex eo,q potentia concurrendo ad actionē cōsumit spiritus,& complexionē.

Denique experientia, quam ipsi afferūt ad hoc probandum eludi potest eadem responsione quod Deus mouet animal additis calcaribus, vel Baculo ipsi animali, nam non magis videmus elicere motum dum calcaribus sollicitatur, ac cum non sollicitatur, imò dū nō pungitur,motus videtur esse magis ab intrinseco,quàm dum pungitur; quare ablegandus à scholis hic modus philosophandi, ortus potiùs ex temeritate et ignorantia, quàm ex ingenio, hac enim ratione omnis doctrina scholarum posset reuocari in dubium; hinc .n. posset reuocari in dubiū informatio formarū dicēdo, illas assistere subiectis, quia nō videmus illarum informationes, nam non magis apparet informatio, quàm dependentia à materia,quam ipsi negant.

2.Not.cum constet,causas secundas habere aliquam actionem,dubitari potest,an illa concurrit ad productionem substātiæ, an verò solùm ad accidentium, nam cum substantia sit perfectior accidentibus,non sequitur ex positione virtutis productiuæ accidentium, dari virtutem productiuam substantiæ; quare referendæ sunt omnes sententiæ, vt statuendum sit,causas secundas & vniuersum agere,& producere substantias.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est eorum, qui apud Auerr. 2.met.7.12.met.c.18 & disp. 3.contra Algazel d.18.& D.Thom.3.contra Gent.c.69.& q.3.de potentia art.7.dicunt, causas particulares, nihil omnino agere.sed tantùm Deum ad ipsorum præsentiā,& refert Zeib. 12. metaph. q.19.5. propter 2.quę videtur fuisse sententia Auicembr.apud D.Th.1.p.q.115.art.1. eamque penè extinctam reuocauit Aliac. 4. q. 1.Gabr. 2

Causæ particulares ex aliquorum sententia nihil agunt.

1. Gabr. 4. d. 2. qu. 1. art. 3. quod frustra fit per plura, cum actio Dei, quæ necessaria semper est, si sufficiens, alioqui Deus, & creaturæ dicendæ sunt simul concurrere, vt causæ insufficientes per se, vt duo mouentes vnum lapidem. Secundò quia cum forma fiat ex nihilo sui createtur ab agente naturali. Tertiò quia quod aqua frigefaciat, & non ignis prouenit ex mera Dei liberalitate, nam si Deus oppositum voluisset, ita factum fuisset; cum igitur à natura rei non possint duo opposita oriri, dicendum est, omnia à Deo immediatè affici ad præsentiam tantùm huius, vel illius rei, & hanc putat probabilem Sonc. 7. met. quæst. 29.

3 *Alij volunt res incorporeas agere, non corporeas.*

Secunda opinio est dicentium res incorporeas habere vim agendi; corporeas verò tantùm patiendi. Ita Auic. in lib. fontis vitæ apud D. Tho. 3. cont. Gen. c. 69. nam corpus non potest agere in spisitum, cum agens sit præstantius patiente 3. de an. t. 19. Neque in corpus aliud, tum quia agens, & patiens debent esse similes: corpora autem duo non ita; tum quia valde distant à Deo, quare agendi vim, quæ est maxima perfectio, participare nequeũt. Vnde August. lib. 8. de Genes. ad lit. c. 20. & lib. 5. de Ciuit. c. 9. Deum dicit esse, inouentem immotum; spiritualia mouentia mota; corpora verò mota tantùm: Quod si his obijcias experientiam, nam videmus ignem calefacere.

Respondent, non oriri ex virtute corporea, sed ex spirituali diffusa per corpus.

4 *Alij volunt tantùm causas secũdas agere vt instrumenta Dei.*

Tertia opinio est dicentium, causas secundas agere quidem, sed vt instrumenta Dei, quod omnis creatura indigeat, vt operetur, motione Dei, quod est propriè agere, vt instrumentum.

5 *Alij volunt corporea disponere, sed non producere.*

Quarta opinio est dicentium, corporea disponere quidem materiam per accidentia, sed non posse substantiam producere. Ita Auic. 9. met. c. 4. & 5. apud Auer. 9. met. 7. & 7. met. 3 t. & D. Thom. loc. cit. Vnde voluit formas substantiales produci à Colcodea. & fundamentum est, quia agentia naturalia agunt per qualitates, quæ cum sint ignobiliores substantia, non possunt substantiã producere. Accedit Them. apud Auer. loc. cit. qui voluit, quæ generãtur ex putri, produci ab anima Mundi per vniuersum diffusa, quam 1. de an. c. 24. & 3. an. 51. dicit non esse aliud, quàm vim quandam vitalem per omnem terram diffusam. Similiter Philop. qui cum 1. phys. in fine omnes formas ponat ex nihilo produci, voluit consequenter extrinsecùs aduenire, quod etiam tribui potest Platoni, qui ob id ideas videtur introduxisse, vt *simile, inquit, generetur à simili*; quod etiam Niphus lib. destruct. destruct. d. 12. & 18. de formis viuentium asserit, viuens produci à Deo, & non à semine, nisi instrumentaliter, quod Arist. de Gener. animal. c. 3. dicat, in semine esse mentem quandã. & Gal. apud Auer. disp. 3. d. 18. contra Algaz. dubitat à forma ne, an à semine, an à Deo producatur.

Quinta opinio est dicentium, causas secundas producere, vt principalia agentia, non solùm accidentia, sed etiam formas substantiales, licet inter hos circa productionem substantiæ sit dissidium, & infrà. Ita D. Thom loc. cit. Sotus 2. phys. q. 4. Per. lib. 8. Tolet. 2. phys. q. 8. Fons. loc. cit. Bann. 1. de Gener. q. 3. Masius 2. phys. cap. 3. sect. 3. quæst. 2. Albert. 2. phys. tract. 2. & alij. 6 *Alij volũt, causas secũdas producere vt principia agentia tam accidẽtia quã formas substanti.*

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Prima conclusio. Agentia particularia debere agere, & primò de homine; patet, aliàs tolleretur meritum, consultatio, deliberatio, &c. vnde Deus efficeret peccatum, & homo puniretur. 7 *Agens particulare debet agere.*

Confir. ex intellectione, sensationibus, motu locali, quibus videmus nostras vires debilitari.

Secundò quia si operationes non fluunt à principijs intrinsecis, sed ex mera liberalitate Dei est, vt ad præsentiam huius fiat hæc, vel illa operatio, non possent cognosci ex operationibus essentiæ rerum: vnde tolleretur omnino via philosophandi, vt benè Auer. 9. met. 7. quæ ratio, vt explicat Zerbius, non intelligitur de operationibus in actu secundo, quia sic peccaret fallacia consequentis, quia defectus operationis potest prouenire ex alijs causis, sed de potentia operatiua, quæ necessariò conuenit essentijs.

Confir. quia tolleretur discrimen inter actiones vitales & non vitales, atque non magis lignei homines, quàm veri saltarẽt, canerent, & exprimerent vocem &c.

Confir. 2. quia tolleretur à rebus omnis resistentia: sed Deus sibi ipsi resisteret, dũ leo pugnat cum Tauro, itaque ab homine

anima rationalis efficeretur, vt forma ignis ab igne; imò homo posset effici à formica, vt nunc ab homine, si Deus ad præsentiam formicæ vellet hominem creare.

Dices: Deum se accommodare naturis rerum, dum ad præsentiam huius hanc potiùs operationem, quàm illam efficit.

Sed contra, tum quia cum res nulla ratione concurrat ad illam operationem, nō est cur se accommodet rebus, nam qualibet res est indifferens ex se ad quamlibet operationem secundùm ipsos; quod si dicant, hanc operationem esse magis conuenientem vni naturæ, quā alteri; ergo Deus debuit dare virtutem rebus, vt efficerent operationem conuenientem ipsis; tū quia cur passum magis est perfectum cum luce vt calefaciat, quàm vt frigefaciat, cūnō sit maior similitudo inter lucem, & calorem, quàm inter lucem, & frigus, & si similitudo est causa passi, cur sicut Deus ad præsentiam lucis calefacit; & ad præsentiā caloris nō illuminat; cur albedine præsente non fit albedo, cur homo hominem, & Angelus non producit Angelum. quod confirmatur, nam sicut datur in vniuerso vera causa finalis, naturalis, & formalis; cur ergo non debet dari efficiens; nam non est ratio cur non possit dici, accidentia à Deo sustentari effectiuè ad præstiā materiæ, vt sustētantur effectiuè species Eucharistiæ, ad occultandū mysteriū, ex quo patet alio modo Deum concurrere ad species illas, quàm priùs quando ibi erat substantia panis, vt patet ex fidei principijs.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta Aduers.

VNde patet ad primam, nam non est frustra virtus communicata causis secundis cum perfectiones creaturarum magis ostendant perfectiones diuinas, & sicut essentiæ creaturarum sunt participationes quædam diuinæ essentiæ, ita potētiæ consequentes essentiam sunt participationes diuinæ potentiæ, quæ ponitur attributum diuinæ essentiæ.

Ad 2. patet non creari, quia fiunt depēdenter à subiecto. Dices inter esse formæ, & non esse dari infinitam distantiam, quæ non potest superari ex virtute finita, etiam adiuuante materia, quia huius concursus est etiam finitus, Resp. primò ibi non esse distantiam quia non sunt termini positiui, inter quos distantia potest assignari.

Resp. 2. etiam si illa esset non esset infinita, sed tanta, quanta est perfectio formæ, vt alibi explicabitur.

Ad 3. Non esse omnino ex mera Dei liberalitate, vt ignis habeat vim calefaciēdi, sed ipsa ipsarum natura, licèt existentia talis virtutis sit ex mera liberalitate Dei, quare si Deus statuisset perpetuò vt igne ad frigefaciendum, non esset illi actio naturalis, sed supra ipsius naturam. Ex quo patet errare eos, qui putant, ita Deum agere eodem concursu cum solus, ac cum causa secunda effectum efficit: nam oportet, vt Deus cum solus agit, duplicet concursum, quo suppleatur efficientia causæ secundæ. Neque ex opposita sententia potentia Dei illustratur: nam plus est, Deum non tantùm ex se solo, sed etiam per virtutem communicatam creaturis agere, quàm si tantum se solo posset agere, & Sct pluræ loca soluit optimè Fōt. ratione influxus generalis, quem habet vt causa prima, & in supernaturalibus ex influxu etiam particulari per gratiam excitantem, & adiuuantem, & auxilia, & habitus quibus eleuantur potētiæ naturales; imò scripturæ expressè exprimunt, causas secundas agere, & concurrere de quibus in physica.

ARTICVLVS V.

Probatur, causas secundas concurrere ad productionem substantiæ.

SEcunda Conclusio dantur causæ secundæ quæ substantiam producunt patet Gen. 1. *Producat terra* &c. quod imperium supponit, terram habere virtutem ad illum effectum, nō enim sibi imperauit cum dixit producat terra herbam virētem, sicut quia ipse solus produxit lucem ad præsentiam aeris non imperauit aeri, vt lucem produceret. ex Dam. 2. de fide cap. 9. Ambr. 2. lib. Exam. c. 6. & 8. August. 3. de Trin. c. 3. & 4.

8 *Causæ secūdæ producunt tam accidentia, quàm substantiam.*

Confir. ex Aristot. 7. met. à t. 22. ad 27. vbi ait, carnem produci à forma, quæ est in his carnibus. Secundò probatur experientia, quia videmus determinatas res applicari ad productionem determinatarum formarum; vt ouis ouem, leo leonē, equus equum, & ignis ignem, &c. ergo formæ producuntur ab ipsis causis applicatis, aliàs frustra applicaretur.

Dices applicari vt disponant: sed contra,

tra, quia virtus productiua substantiæ est communicabilis creaturæ, & maximè decet, vt idem agens, quod disponit, producat etiam formam, cuius sunt dispositiones; ergo.

Confir. quia si Deus produceret tantùm effectus, non essent monstra, quia hæc oriuntur ex improportione potentiæ actiuæ supra passiuam: quomodo autem producitur substantia infra dicemus. Confir. secundò quia cum videamus, illos effectus de nouo existere ad præsentiam talium causarum, vt ad præsentiam solis lucem, cur potiùs asseris lucem se habere vt conditionem, & non vt causam, cum communicatio virtutis actiuæ magis Dei beneficentiam cõmẽdet, & nobilitatẽ creaturæ.

Ex his patet, non debere tribui hanc virtutem solùm intelligentijs abstractis, sed etiam ipsis rebus corporeis, quæ applicantur imò fortè vt Theologi ostendunt intelligentiæ præter motum localem, non aliud possunt in rebus corporeis efficere. Secundò patet, causas particulares non agere vt instrumenta Dei, sed vt causas principales, cum non producant effectus vltra suas vires.

DVBITATIO II.

1 *An hæc virtus effectiua immediatè conueniat substantiæ an medijs accidentibus.*

Licet de hac dubitatione plura dixerim in phys. tr. 12. q. 10. d. 1. 2. & 3. disp. 195. c. 1. Perr. l. 8. à c. 11. quos sequitur Vasq. 1. part.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

Virtus operatiua negatur substantiæ ex experiẽtia.

Prima Opinio absolutè negat, vt Thomistæ 1. exper. quia nullam actionẽ videmus conuenire substantiæ, quæ non fiat mediante accidente, siue sit operatio specialis vt intellectio, & volitio; siue corporea vt motus localis, & actiones sensitiuæ, & vegetatiuæ, & quia plurimæ ex his immanentes patet eas non produci immediatè, & multò minus transeuntes, vt ignis medio calore, & aqua medio frigore, & sic de alijs.

Ex principijs Arist.

Secundò prob. ex principijs Aristotelis dicentis, omnem actionem fieri inter contraria; at contrarietas non est in substantia. Et prædicamento substantiæ, sed inter accidentia: ergo omnis actio est immediatè inter accidentia.

Ex alijs rationibus.

Tertiò prob. sicut prius est esse, quàm operari; ita prius est posse operari, quàm operari; sed illa potentia est accidens, ergo operari supponit accidens. Minor probat. quia potentia, & actus debent esse in eodem genere ex Arist. 5. met. t. 7. 9. met. t. 13. 2. de anima t. 5. apud Sonc. 4. met. q. 12. at actio est in genere accidentium; ergo & eius potentia, atque adeo non potest esse substantia.

Tum quia ex Arist. materialis potentia est in specie qualitatis; tum quia potentię, & actus debent proportionari, nam potẽtia per se debet ordinari ad actum, & illi subordinari, at substantia non per se ordinatur ad accidens, sed potius contra, ergo nõ potest habere rationem potentiæ.

Tum 3. quia essentia ordinatur ad esse, potentia verò ad operationem, sed esse, & operari sunt actus diuersæ rationis; ergo non possunt specificare eandem potentiam seu ordinem; sed potentia ad esse conuenit essentiæ vt sic; ergo potentia ad operari non potest pertinere ad constitutionem essentiæ cum sit extra essentiam, quæ prius est constituta per ordinem ad esse.

Quarto prob. nulla substantia finita habet totam suam perfectionem per essentiam, quia hoc est proprium substantiæ infinitæ, & entis per essentiam, vnde etiam ipsa existentia quam maximè est necessaria ad perfectionem essentiæ est extra essentiam. Sed actiuitas est maxima perfectio, ergo non conuenit per essentiam, sed per accidentia.

Confir. quia essentia est prima perfectio rerum, sed quælibet res prius est in se constituta, quia essentialia pertinent ad primũ conceptum, quàm ordinetur ad alia; ergo id per quod res ordinatur ad aliud non est essentiale rei, at per potentiam actiuam ordinatur ad aliud.

Ex quibus, patet hanc indigentiam accidentium ad operandum oriri ex finitudine perfectionis essentialis substantiarũ.

Confir. 2 nam substantia prius ordinatur ad esse, quàm ad operari, ergo potentia, 2
quæ ordinatur ad actum operandi, est extra essentiam substantiæ, tum quia prius constituitur in ordine ad esse, cui superadditur potentia operatiua; tum quia vtrũq; actum vel respicit æquè primo, & tunc

essentia

essentia substantiæ esset eiusdem generis vt patet inductione; vel non æquè primò; & tunc vel primariò actum operandi, & secundariò actum essendi, & sequitur idē absurdum, & est contra naturæ institutionem, qua operari sequitur ad esse, & non contra, ergo primariò respicit actum essendi, & secundariò operationem. At hinc sequitur, essentiam constitui in ordine ad esse, & accidentaliter se habere ad operationem, vt albedo constituitur essentialiter in ordine ad actum suum formalem, & secundariò ac accidentaliter in ordine ad consimile.

3 *Conceditur substantiæ operari.* Secunda opinio est dicentium, substantiam esse per seipsam operatiuam præciso omni accidēte tam respectu sui ipsius, quā externi subiecti, ita Rub. 4. d. 12. q. 5. art. 2. primò, quia est per seipsam positiua ab alio, ergo per seipsam est actiua in aliud, quia non est ratio cur illi debeat tribui imperfectio passiuæ, & non perfectio actiuæ, cum substantiæ ordinetur ad operandum vt ad finem, vt dicetur cum de conceptu substantiæ in metaphysica: Confir. quia vt materia est per seipsam passiua, ita forma erit per seipsam actiua ob proportionalem rationem ordinationis ad proprium finem.

Secundò quia omnis perfectio, quæ conuenit accidentibus, debet contineri in substantia, vel formaliter, vel virtualiter, quia nulla perfectio est in effectu, qui non sit in causa à qua perfectio communicatur effectui.

Sed omnia accidētia sunt à substātia vt causa materiali, efficiēti, & finali 7. m. t. 4.

Sed immediata actiuitas est perfectio accidentis, vt patet, ergo continetur in substantia.

Confir. quia si immediata actiuitas nō conuenit substantiæ, vel est propter illius imperfectionem eo, quod actiuitas immediata est tantæ perfectionis vt excedat perfectionem substantiæ creatæ, & non quia illa conuenit accidentibus, quæ sunt imperfectiora substantijs: vel propter perfectionem substantiæ, quatenus actiuitas immediata ob sui ignobilitatem non conueniat cum perfectione substantiæ, & non quia immediatè agere conuenit Deo, qui est perfectior substantia creata.

Confir. 2. non potest dari substantia sine actiuitate, quia non potest dari substantia, quæ non ordinetur ad finem, ac finis substantiæ est operari, & ad hoc ordinatur per media, quæ est virtus actiua.

Sed potest fieri substantia sine accidentali virtute, de qua disputat Heru. quodl. 8. quæst. 3.

Confir. 3. quia vt recipere sequitur potentiam, ita operari sequitur actum, sed substātia est magis in actu, quàm accidēs, quia est perfectior secundùm essentiam, & existentiam; ergo operari magis conueniet substantiæ, quàm accidenti. Neque dicas, satis esse substantiam radicaliter esse actiuam, non autem est opus esse proximè, & immediatè, nam habere vtrumque modum agendi est perfectius, quàm habere vnum, nam alioqui quia modus agēdi immediatè sit perfectior quàm agendi mediatè, substantia esset ignobilior accidente, quoad præcipuam perfectionem in genere entis.

Tertia opinio est dicentium, substantiā per seipsam præciso accidente posse habere operationem in seipsa circa proprias passiones, quia illæ emanant ab essentia, quod testatur D. Thom. 1. par. q. 77. art. 6. vbi ostendit, potentias animæ fluere ab anima, ex eo quod *actualitas formæ accidentalis causatur ab actualitate subiecti, ita quod subiectum inquantum est in potentia est susceptiuum formæ substantialis, inquantum autem est in actu est eius productiuū, & hoc dico de proprio, & per se accidente, nam respectu accidētis extranei subiectum est susceptiuum tantùm; productiuum verò talis accidentis est agens extrinsecum*, sequitur Caietanus ibi, neque obstat quod harū effectus tribuatur generanti, nam cum hæ passiones debeantur essentiæ in primo instanti sui esse tribuitur ob coniunctionem cum productione ipsi generanti, & hinc huiusmodi influxus dicitur quodammodo actio, & à Caietano effectio sine media actione, & ab alijs emanatio, vnde D. Thom. loc. cit. art. 7. docet, primam potentiam ab anima produci: sed alias producere sequentes. 4 *Substantia præciso accidente pōt agere in se ipsa.*

Secundò essentiæ tribuitur cum deturbatur à propria perfectione, reuocare se ad dispositionem debitam ex communi, & tradit Rub. an. 4. d. 12. q. 6. art. 2. nam illa actio, qua reducit se, aqua v. g. ad pristinam frigiditatem, non oritur ab ambiente, vt malè Bail. quod sæpe non est adeo frigidum, vt experientia constat, neque ex qualitate aliqua virtuali; tum quia cum illa sit ignota ex alijs motiuis, non est multiplicanda propter hunc effectū, cum ille

tribui

tribui possit substantiæ, quæ vt necessariò in re ponitur, ita facilius illi tribui potest hæc virtualitas.

Tum quia illa qualitas virtualis vt habet vim infrigidādi subiectum in quo est, cur non infrigidet externū,vt lumen,quod virtualiter continet calorem;quod si dicatur in eodem subiecto efficere,non in alieno, & extrinseco, idem dicam de substantiæ actiuitate, de qua magis certum est, continere virtualiter sua accidentia. ; sed contra illam alibi fusius, & docet Maior 4.d.12.q.1.

Tertiò substantiæ tribuitur immediatus concursus ad actus vitales, vt alibi fusius; Ita communis opinio recentiorum. Qui tamen inter se differunt circa actionem immediatam in extrinsecum. Nam Scotus cum suis asserunt,à substantia produci substantias, non tamen accidentia in extrinsecum subiectū, quia natura dedit illi instrumenta productiua accidentium in externū subiectum,vt elementis primas qualitates, & virtutes motiuas.

At alij concedunt etiam productionem qualitatum in extrinsecum,& probant experientia, nam posita iuxta ignem magna, & citiùs calefiunt, quàm si essent iuxta agens habens quidem calorem ita intensum,vt est igneus, sed non connaturalem formæ subiecti,in quo est.

Confir.quia cum substantiam v.g.ignis habeat virtutem producēdi calorem in se, cur non poterit producere in subiectum externum illius capax, nā illa natura prouidentia, qua igni datus est calor ad calefaciendum externa, non aufert virtutem actiuam à forma substantiali,sed potiùs ad perfectiorem prouidentiam addidit virtutem virtuti, ita Rub. art. 1. refert aliquos dicentes,accidens coniunctū connaturali subiecto nullam posse habere actionem, ad quam nō concurrat subiectū effectiuè,& principaliter, nam accidens habet tantùm rationem instrumenti,vnde sequitur, agens separatum à substantia non agere,vt ipse putat,vtrumque agere partialiter,

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

9 *Substantia est immediatè actiua passionum suarum.*

PRima Conclusio substātia est immediatè actiua passionum in seipsa, patet ex dictis cum in 2. cum in 3. opinione,& confirm. ex doctrina D. Thom. 1.p. q.7.art.7. Nam quando plura cum aliquo ordine procedunt à tertio, vt secundum est causa tertij;ita primū est causa secūdi. Sed passiones plures conuenientes substantiæ conueniunt cum aliquo ordine, vt ostendit D.Tho.loc.cit.ar.4.ergo substantia est causa primæ passionis, vt hæc est causa secundæ.

Maior probatur, quia primum est principium omnium siue immediatè,siue mediatè, nam omnes passiones demonstrantur de subiecto per causam illarum contentam in subiecto siue mediatè siue immediatè.nam omnes demonstrationes reuocari debent ad immediatas propositiones,vt ostendi in logica tr.2.disp.1.q.4.

Substantia ex vi sua, absente contrario tenocat se ad proprias dispositiones.

Secunda Concl. substantia ex vi suæ essentiæ reuocat se ad proprias dispositiones absente contrario; patet tum experientia, vt in 3. opinione, tum ratione quia natura dans inclinationē ad finem, prouidet etiā de medijs.

Sed natura dedit rebus inclinationem ad sui conseruationem;ergo dedit etiam media ad illam, cuiusmodi est virtus conseruatiua suarum dispositionum, ex quibus pendet essentiæ conseruatio; Sed eadem est virtus conseruatiua,& effectiua, sicut productio, & conseruatio est eadem actio;ergo virtus,quæ est conseruatiua præsentium, est effectiua absentium dispositionum.

Dixi absente contrario,nam eo præsente non sequeretur actio ob impedimentū, vt facilè patet, alioqui nunquam res possent corrumpi.

Dices hæc ratio procedit quidem,quādo conseruatio est ex vi actionis, secus quādo est ex vi virtutis resistitiuæ; sed contra nam vis resistendi actiuo corrumpenti dispositiones non est sine actione, nam essentia non resistit illi formaliter per vim resistitiuam, sed per actionem conseruatiuam dispositionum,nam vis formaliter, & præcisè resistitiua est respectu sui ipsius immediatè,non respectu alterius.

Confirm.quia vnaquæque res debet habere vim productiuam suorum instrumētorum,vt patet ex animalibus, quæ habent vim reparandi partes deperditas,& organa, nisi adsit impedimentum per vim nutriuā; ergo in alijs dicendum.

Dices qualis sit illa virtus. Respondent aliqui,esse potentiam formaliter distinctā ab essentia, quæ tamen non, est respectu accidentium in alieno subiecto. At alij dicunt

dicunt esse immediatè ab essentia per resultantiam, & hoc probabilius.

Dices 2. à qua causa producitur potentia illa formaliter distincta, Resp. cap. 4. d. 12. q. 1. art. 3. ad contra 2. concl. produci ab agente producente naturam, quia est inseparabilis à natura, & illi identificata quare producitur à producente entitatem.

6 *Est immediatè actiua substantiæ.*

Tertia Concl. substantia est immediatè actiua substantiæ, quia omnis effectus exigit causam sui habentem æqualem perfectionem quando est vniuoca, vel maiorẽ quando æquiuoca, quàm affectus, vt in physica ostendi ex continentia perfectionis effectus in causa, vt probatur in physicis tr. 14. q. 6.

At nullum ens habet æqualem, vel maiorem perfectionem substantia, nisi substantia, quia omne aliud ens est accidens, quod est imperfectius substantia; q si dicant, maiorem esse veram in causa principali, non autem in instrumentali; Hinc cõtra quia absente principali non potest prodire effectus ab instrumento imperfectiore effectu, nam exigitur concursus principalis agentis, vt adæquetur perfectio effectus, alioqui illa maior perfectio non haberet causam, quomodo autem producantur ranæ in palustrieis locis, & volucres in oceano septentrionali, de quibus Maior 4. d. 12. q. 1. dixi in physica tract. 12. q. 10. Suar. disp. 18. met. sect. 2. Conimb. 2. phys. q. 18. art. 2. & 6. Ruuius de efficiente q. 5. Ockã & Scot. loc. cit.

Responderi potest, substantias materiales inferiores non produci immediate per influxum in ipsas à causa creata, nisi dispositiuè, sed à Deo vt auctore naturæ, qui vt causa naturalis respicit materiam dispositam ad talem formam.

Sed contra, tum quia malè fuisset instituta natura cum virtute dispositiua ad formam sine virtute eductiua, cum hæc contineatur intra latitudinem naturæ creatæ, vt patet ex virtute eductiua accidentium, neque enim est eadem ratio de anima rationali, quia hæc non est educibilis, sed creabilis, at virtus creatiua est supra latitudinem naturæ.

Tum quia potentiæ passiuæ naturali debet respondere in natura virtus actiua naturalis, vt patet ex terminis vtriusque potentiæ nam passiua dicitur in ordine ad actiuam, vnde etiam respectu animæ rationalis, vt datur potentia passiua quoad vnionem, ità & actiua, & sicut non datur passiua quoad substantiam animæ, ita neque actiua. At instant ex materia cœli, quæ est in potentia passiua ad formam v. g. solis, & tamen non respicit vim actiuam, nisi solam Dei potentiam.

Sed contra, nam est diuersa ratio, tum quia cœlum fuit primò productum ante institutionem, seu in ipsa institutione naturæ, & ideo sicut in prima rerum creatione omnia facta sunt à creatore, ita etiam cœlorum species, & sicut cœli post primã productionem fuerunt in corruptibiles, ita non fuit necessaria in natura virtus generatiua illorum, sed fuisset otiosa; at hæc ratio non militat in cæteris rebus inferioribus.

Tum quia vt respectu cœlorum non est in natura virtus dispositiua, ita neque productiua substantiæ, at datur dispositiua in inferioribus; ergo etiam productiua.

Tum quia nobis non constat, solem non habere vim productiuam alterius solis, in materia apta sibi applicata, quia cum datur alia materia non potest experientia probari, non dari virtutem actiuam.

Respondent 2. alij, formas substantiales non habere causam, quæ per determinatam actionem illas immediatè attingat, sed consequi ad actionem, qua producuntur dispositiones.

Sed contra, quia hæc non solùm repugnat intentioni naturæ, quæ formas substãtiales non secundariò, & consequutiuè, sed primariò, & per se primò ex vi suæ actionis, sed etiam quia illa consequutio est impossibilis sine noua actione, atque adeo sine causa, à qua fluat illa actio, nam vt forma substantialis est entitas realiter distincta à dispositionibus; ergo nõ potest existere de nouo nisi ex vi alicuius actionis distinctæ ab actione dispositiua; tum quia actio dispositiua cum sit idem cum accidentibus disponentibus, non potest identificari, cum substantia distincta realiter ab illis accidentibus, quia idem identificaretur cum duobus distinctis realiter.

Tum quia actio dispositiua est accidẽtalis, at alia est substantialis, cum omnis actio speciem recipiat à termino proprio, quod fusiùs infra constabit.

Quarta concl. probabile est, substãtiam non esse immediatè actiuam accidentis in alieno subiecto, primò quia vel habet accidens sibi connaturale actiuum, & per illud agit in aliena subiecta; quia natura non tribuit duas potentias ad effectus proportionatos vni virtuti; vel eo caret & tũc 7 *Substantia probabiliter negari potest operatio immediata.*

habebit

habebit oppositum, at ex vi illius impeditur actio in extrinsecum, nam potius constat experientia circa illud subiectum agere accidens illi inhærens, quàm substantia ipsa.

Tum quia natura occupata ad repellendum sibi contrarium, non impedit seipsam in alia propagare, quia cum pluribus intentum minus fit ad singula, si ageret ad se in aliena propagandum, minus posset suum contrarium à seipso expellere; quare natura omnes vires ad expellendum contrarium exerit.

Confirm. natura prius agit in proximũ, quàm distans, ergo prius in seipsa ad suã conseruationem, quàm in extrinsecum quod magis distat. Confirm. quia cum omne agens in agendo repatiatur si ageret in extrinsecum ab eo repateretur non solùm quoad accidentia, sed etiam quoad virtutem substantialem, per quam agit, alioqui si ipsa semper perseueraret in agendo semper vinceret.

Dices quid si substantia esset spoliata connaturali & contrario accidente? Resp. id naturaliter non euenire, vt patet ex infra dicendis, sed si id ponatur, tunc ageret in se ipsa ad connaturale accidens producendum, tum per illud ad agendum in aliud.

2. Probatur, nam si substantia haberet per seipsam hanc actionem, nunquam nobilior substantia posset corrumpi ab ignobiliori, etiam si habeat accidentales dispositiones in esse remisso, quia ipsa non solùm per resistentiam formalem resisteret contrario, sed etiam per propriam actiuitatẽ, quæ cum nobilior, & perfectior est imperfectiori substantia, superabit semper actiuitatem ignobilioris substantiæ; Quare meritò natura negauit substantijs hãc vim, vt esset inter rerum species perpetua generatio, & mixtio, atque corruptio.

Confir. ex Arist. c. 4. de sens. & sensil. vbi significat, nullam actionem physicam fieri inter res naturales, nisi per qualitates primas; vt ibi Alex. com. 3. Simpl. 2. phys. 11. Auer 7. met. com. 3 t. notarunt.

3. Prob. ex principijs D. Tho. de spirit. creat. q. 1. art. vlt. & q. vnic. de anima art. 12. nam principium, quo agens agit, est ratio, secundùm quam agens agit sibi simile, vt ignis vt calidus, non vt luminosus producit sibi similem calorẽ, & hinc 2. phys. dicitur forma, & generãs esse idem specie, sed quod sit non pertinet ad esse substãtiale, seu essentiale rei agẽtis, cum sit accidẽs; ergo principium, quo substantia concurrit ad accidens, non est substantiale, sed accidentale. Confir. inductione elementorum, quæ omnia agunt medijs qualitatibus, sed hæc ratio an vim habeat examinabitur in lib. de anima.

Sed obijciunt Recentiores, quia experientia constat, ignem in seipso producere calorem, sed hic calor est eiusdem rationis cum calore, qui recipitur v.g. in ligno, ergo potest producere calorem in ligno, consequentia probat. quia substantia est productiua caloris, & lignum illius susceptiuum, & actiuo, & receptiuo applicatis necessariò sequitur actio. Resp. habere vim producendi immanenter, non autem transeunter, Sed contra, quia modus agẽdi trãseunter est magis proportionatus causis physicis, quàm agendi immanenter, quia agens physicum distinguitur à subiecto passiuo.

Respondent 2. alij, naturam tribuisse substantiæ virtutem accidentalem, quæ agat in externum subiectum, & inde non põi hẽre virtutẽ substantialẽ ad illum effectum, quia impeditur à virtute accidentali. Sed contra, nam quando duo agentia sunt similis virtutis non se impediunt, sed potiùs se adiuuant ad productionem effectus; nam illum citiùs producunt, vt patet experientia; ergo similiter virtus substantialis, & accidentalis, idest calor in ea existens se mutuò iuuabunt, & non se impedient ad productionem effectus. Neque dicas se impedire eo quod virtus accidẽtalis, idest, calor cum sit magis proportionatus ad producendum illum effectum ob similitudinem, præueniet actionem substantiæ, atque adeo illam impediet, nã proportio inter causam, & effectum non sumitur ex similitudine naturæ, vt patet ex albedine eiusdem speciei cum alia, quam tamen non producit; sed sumitur ex virtute actiua, quæ cum sit vtraque in substantia, & accidente, & habeant æqualem approximationem ad subiectum, producent simul attemperando tamen concursum respectu effectus: imò cum virtus actiua substantialis sit perfectior, habebit maiorem propotrionem. Deinde maior, vel minor proportio virtutum actiuarum non impedit, quin virtus minùs proportionata ad effectum suo modo concurrat, quia maior virtus, vnde oritur maior proportio, non impedit, quin minor virtus simul cum illa producat effectum;

imò aliquando illa maior virtus minorem adiuuat ad producendum effectum, qui excedit proportionem minoris virtutis.

Confir. quia si substantia, præcisa virtute accidentali habet vim producendi circa subiectum aliquem effectum, v.g. calorem, producet etiam si illi addatur virtus calefactiua accidentalis, quia ex huius additione non minuitur virtus substantialis, nec capacitas subiecti, nec mutatur approximatio agentis ad passum.

Denique probatur à priori, nam dupliciter vna causa potest impedire actionem alterius circa aliquod subiectum, vel producendo effectum incompossibilem cum effectu alterius: & ita constat, non impedire, cum vtraque causa intendat producere v.g. calorem: vel præoccupando actionem alterius circa subiectum: & neque, quia cum vtraque virtus sit æquè applicata, non est ratio cur vna prius altera agat. Neque dicas, primam causam prius agere cũ vna, quàm cum altera, nam prima causa non agit, nisi iuxta exigentiam causarum secũdarum, quæ non est in vna causa magis, quàm alia: imò etiam si vna causa sit magis actiua, & alia minus, adhuc Deus cum vtraque concurrit iuxta exigentiam vniuscuiusque.

Ego probo, se mutuò impedire ab effectu adæquato vniuscuiusque, natura enim non instituit virtutem actiuam ad effectum, quem nunquam producet, quia ex Arist. 2. de cœl. Frustra est calceus, cuius nulla est calceatio, sed substantia haberet virtutem actiuam, v.g. producendi calorẽ, vt octo, & illi adderet connaturaliter virtutẽ accidentalẽ calefactiuam vt octo, nũquã hæ virtutes possunt producere effectũ adæquatum, quia semper attemperarent suas actiones circa subiectum, quod non potest non æquè esse vtrique applicatum: atque adeo se mutuò impediunt ab actione adæquata singulis conueniente. Ex quibus patet ad fundamentum Recentiorum, quia falsò supponunt, substantiam habere vim substantialem ad actiones accidentales transeuntes in extrinsecum subiectum, quia vel illa, vel virtus accidentalis addita esset superflua, & frustra & ob alias rationes, vt dixi. Neque ex eo quod habeat virtutem producendi substantiam, habet virtutem producendi accidentia in extrinsecum, quia illa virtus est necessaria, hæc autem superflua & frustra. Neque virtus causæ productiuæ effectus est productiua immediatè effectus, qui producitur à suo effectu, nã vna substantia non potest immediatè calefacere, etiã si calor possit.

9 Contrarium docẽt aliqui cum Rubbione 4.d.12.q.6. vbi primò docet accidentia in subiecto cõnaturali coniuncta intẽsiorem effectum producere, quàm separata ob pluralitatem principiorum producentium. Secundò substantiam intensiorẽ effectum producere separatã ab accidente, quàm accidens produceret separatum à subiecto connaturali. Hinc deducit, accidens in subiecto connaturali existens non posse concurrere ad effectum, ad quem non concurrit etiam subiectum, quia cum sint agentia naturaliter, & habeãt subiectũ æquè approximatum, non potest vnum agere, quin aliud agat. Tertiò docet, quod licèt vtrumque concurrat ad effectum, tamen vnum non concurrit dependenter ab alio, sed vnumquodque per seipsum, vnde impedita actione vnius per diuinam potentiam alterum ageret, vt patet ex pluribus luminaribus, quę illuminant idem medium: fundamentum huius doctrinæ est, quia substantia contentiua virtualiter accidentium potest illa producere, non solùm in seipsã, sed in quodlibet subiectum capax illorum accidentium si sit debitè approximatum.

Oppositum alij docent.

Verum hæc doctrina potest esse fundamentum contrariæ opinioni; tamen quia fingit casus qui naturaliter non contingunt: non enim calor summus potest esse extra subiectum sibi connaturale; nam omne ens corporeum vel est mixtum, & in eo non possunt esse qualitates in summo: atque adeo neque habere virtutem actiuam formaliter; vel est simplex, & qualitates in summo non possunt esse, nisi in subiectis naturalibus, vt calor in igne, & aere, & frigiditas in aqua, & terra.

ARTICVLVS III.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

10 RESpondeo ad primum negando, omnes actiones fieri per accidentia, vt patet ex dictis, nam ostendimus, aliquas fieri à sola substantia immediatè, & alias fieri simul cum accidentibus, vt de vitalibus actionibus ostendemus in libris de anima.

Primæ sententiæ enodantur argumenta.

Respondeo 2. etiam si per accidentia sola fierent actiones accidentibus proportionatæ,

tionatæ, non tamen illæ, quæ sunt accidentibus improportionatæ, cuiusmodi est productio substantiæ, & nutritio, quare vt nõ omnes actiones fiunt per substantiam immediatè, ita neque omnes per accidentia sola.

Ad 2. Resp. 1. negando vniuersalitèr, cũ illuminatio sit actio, & tamen non est inter contraria.

Resp. 2. sufficere contrarietatem vel formalem, vel virtualem, seu radicalem, qualis est inter substantias.

Resp. 3. Arist. loqui de actione alteratiua, quæ est inter qualitates, vt patet ex contextu; nam illa est successiua ex vi contrarietatis, non autem de actione generatiua, quæ fit in instanti ex vi sua.

Ad 3. Resp. negando omnem potentiã esse accidens prædicamentale .f. inhærens licèr forcè dici posset accidẽs logicũ, quo modo dicitur accidens quidquid est extra primum conceptum rei, etiam si sit quid substantiale iuxta doctrinam D. Tho. q. 1. de spir. creat. articul. vlum. ad primum probat, illam propositionem non reperiri apud Aristotelem, etiam si Sonc. 4. met. q. 12. varia loca Arist. ad id adducat, vt facilè videre licet, nam 9. met. t. 13. vnde videtur posse sumi, non loquitur de actu, & potentia; sed de natura, quæ est in eodem genere principij, sc potentiæ, & differunt, quod potentia sit principium in alio, natura vero in seipsa.

11 Respon. 2. etiam si expresse reperiretur apud Aristotelem, intelligi deber de actu existentiæ, quæ pertinet ad idem genus ac essentia quæ se habet vt potentia respectu existentiæ, vnde Scotistæ id explicant de potentia obiectiua, & actu entitatiuo vt significatur 3. phy. t. 8. 5. m. t. 6. ibi 9. m. t. 11.

2. De potentia formali materiæ respectu sui actus formalis substantialis, de qua loquitur 2. de anima t. 5. nam de cæteris esse falsum, patet ex omnipotentia Dei, & eius actibus, tum ex vitali potentia concurrente actiuè, & passiuè ad actus vitales supernaturales.

3. Etiam si loqueretur de potentia actiua, intelligi debet de idẽtitate generica, non prædicamentali, sed proportionali, 9. m. t. 11. nã nõ quælibet potentia respicit quemlibet actum, sed sibi proportionatũ, quia inter potentiam, actum, & obiectum debet esse proportio ex Fland. 9. met. 96. art. 2. ex 1. 2. q. 26. ar. 7. neque est absurdũ, substantiam specificari ab accidente, quia est specificatio tanquam à termino extrinseco, qui potest esse inferioris perfectionis, qua specificatum, vt passio ex forma, quæ specificatur à materia, & actu spirituali qui specificatur ab obiecto materiali.

Resp. 3. inde potiùs sequi oppositum, nam cum actus sit substantia, etiam potẽtia ad illum debet esse substantia.

Ad 2. prob. Resp. potentiam, quæ est de genere, qualitatis primariò constitui in ordine ad actus, & terminos accidentales, non autem ad actus substantiales; quare cum hic actus sit substantialis, non potest principium illius pertinere ad qualitatem; potentiæ enim in ordine ad actus accidẽtales, quæ sunt de genere qualitatis, supponunt rem, cui conueniunt, perfectè constitutam secundùm perfectiones sibi conuenientes in primo instanti suæ existentiæ, cuiusmodi non est quando cæter propriis passionibus.

Resp. 2. potentia, qua essentia producit sibi dispositiones, & passiones, non subordinatur accidẽtibus, sed potiùs ea sibi subordinat, quia illa producit ad ipsam essentiam perficiendam; vnde substantia per se respicere potest accidens, siue vt terminum ordinis trascendentalis, quem includit, siue vt finẽ *qui*, cum omnis substantia sit propter operari ex 2. cœli per subordinatum sibi vt finem *cui*, nam operatio ordinatur ad perfectionem substantiæ, vt infra.

Ad 3. prob. Resp. his nominibus, scil. Essentia, Natura. Substãtia, significari eãdẽ rem inadæquatè, nam eadem entitas vt est in ordine ad existentiam dicitur essentia, in ordine verò ad operationes dicitur natura, in ordine verò ad substantiam dicitur substantia; adæquatè verò eadem entitas significatur his nominibus, neque obstat quod esse, & operari sint diuersi actus, siq; adeo non possint specificare eandem entitatem, nam illi actus sunt inter se subordinati, quia essentia respicit existentiam vt operetur, cum natura, & substantia non possit operari nisi priùs existat, neque est nouum, eundem ordinem adæquatè sumptum respicere plura inter se subordinata. 12

Ad 4. Resp. concedendo, substantiæ finitæ non conuenire omnes perfectiones per essentiam, quia hoc est proprium Dei, sed aliquas cõuenire per essentiam, aliquas verò per accidentia, vt facilè patet inductione sumpta ex omnibus creaturis; & quia aliqua perfectio conuenit essentialiter, illa ex sua vi vt est inclinata ad sui conserua-

Substantia finita non habet omnes perfectiones solũ per essẽtiã.

tionem, ita habet vim actiuam respectu passionum,& dispositionum,quæ actiuitas pertinet ad constitutionem rei vt est in se, sicut vt est in se inclinatur ad sui conseruationem si adæquatè concipiatur.

Ad 1. confir. Resp. res priùs esse in se, quàm ordinentur ad aliud,dupliciter intelligi;primò respectu eorum, quæ rem ipsã perficiunt in actu primo debito in primo instanti generationis, & ita negatur priùs adæquatè esse in se,quàm ordinetur ad illas perfectiones.

Secundò quoad perfectiones,quæ non sunt debitæ in primo instanti generationis,& sic conceditur priùs esse in se,quàm ordinetur ad alia accidentalia,vnde omnia naturalia habent varia accidentia, per quæ operentur varios effectus.

Resp. priùs esse in se, accipi dupliciter,primò adæquatè, & ita non sẽper priùs est in se, quàm ordinetur ad aliud,vt dictũ est;secundò inadæquatè, & ita priùs est in prioritate rationis, quàm concipiatur in ordine ad aliud.

Substantia habet ordinem ad esse, & operari, diuerso modo.

Ad 2. confir. licet pateat ex dictis,Respondetur in forma, substantiam habere ordinem ad esse,& operari diuerso modo, nam ad esse ordinatur priùs prioritate medij,ad operationes verò prioritate finis, nã respicit esse tanquam conditionem necessariam ad operandum; vnde negatur priùs constitui in ordine ad esse, quàm ad operari, quia vterque ordo radicalis est de eius essentia, ex quo patet ad primã prob.

Ad 2.Resp. vbi est vnum propter aliud, ibi esse vnum ordinem in re, quare idem ordo qui est ad esse,est ad operari; & cum quæritur terminus primarius huius ordinis,Respondetur,hanc diuersitatem primarij, & secundarij non esse in ipso ordine, quia ille est vnus, sed inter terminos est hæc diuersitas;vnde cum ly primariò accipi possit dupliciter,primitate immediationis,& primitate finis, & ordo respicit esse priùs primitate immediationis, operationem verò primitate finis, neque est absurdum,substantiam ordinari ad accidens,tãquam ad finem *qui*, nam ipsa operatio ordinatur vltimatè ad substantiam tanquam ad finem *cui*, quia omnis operatio tandem est perfectio substantiæ siue intrinseca siue extrinseca.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta secundæ opinionis.

14 *Soluuntur argumenta secundæ sententiæ.*

AD primum Resp. etiã si ex illis probetur nostra opinio,quia tamen,aliquã ibi dicuntur quæ nobis obstant, ideo nobis sunt soluenda; nam primò non est eadem ratio potentiæ passiuæ, & actiuæ, nã quia passiua pertinet ad imperfectionẽ creaturæ,quæ necessario illi tribuenda est, nam cum non possit habere omnem perfectionem per suam essentiam, ideò necessariò debet esse capax accidẽtium, quibus perficitur,quæ capacitas, ne detur processus in infinitum,debet esse essentialis;at verò actiua cum pertineat ad perfectionem nisi ratio aliqua ex prædictis vrgeat,habetur per accidentia,quia est supra perfectionem naturæ iam creatæ habere omnem actiuitatem per propriam essentiam;& licet omnis substantia ordinetur remotè ad operandum, non tamen proximè nisi per accidentia.

Ad confir. Resp. esse diuersam rationẽ, quia materia ordinatur ad faciendum vnũ per se cum forma substantiali,& ideò potẽtia receptiua formæ est substantialis, non accidentalis,quia ad compositum substantiale per se vnum ingrederetur accidens.

Ad 2.Resp.contineri quidem in substãtia accidentia, quæ perficiunt illam vt propriæ passiones continentia virtuali, & immediata, & ideo potest illa in se producere, at non continere virtualiter immediatè omnes operationes illorum accidentium; sicut ex mixtione qualitatum consurgit color, vel sapor, non tamen illa commixtio sine colore vel sapore potest immutare visum vel gustum, quia licet contineat immediatè virtualiter colorem, non tamẽ operationem coloris,sic etiam lumen potest producere quidem calorem productiuum mineralium, non tamen potest immediatè producere mineralia; vnde neque substantia poterit immediatè producere accidentia in aliena subiecta ob rationes supradictas.

Actiuitas in alieno subiecto respectu accidẽtium non conuenit substantiæ propter eius imperfectionem.

Ad 1.confir.Resp.actiuitatem in aliena subiecta respectu accidentium non conuenire substantiæ propter eius imperfectionem, quia non potest habere omnem virtutẽ actiuam per suam essentiam; neque obstat quod conueniat accidenti,quod est imperfectius, quia conuenit illi tanquam perfectio essentialis cum aliam non habeat nisi quod sit potentia substantiæ, ad quam perficiendam ordinatur.

Ad 2.Resp.concedi non dari substantiã sine aliquo accidente,nec substantiam,quę non

non ordinetur ad aliquam operationem, sed negamus omnes eodem modo respici, nam aliquæ immediatè, aliquæ verò mediatè respiciuntur, vt dictum est.

15 Ad 3. operationem sequi actum iuxta conditionem illius, & naturæ institutionē. Hæc instituit quasdam operationes fieri immediatè à substantia, quasdam mediatè, vt diximus, semper tamen forma est principium siue proximum siue remotum, & radicale; ex quo oriuntur virtutes, quæ immediatè operantur, vnde forma dicitur operari per illas vt per potentias suas; neq; tamen hinc fit, substantiam esse ignobiliorem accidentibus, quia tota perfectio accidentium oritur à substantia, etiam quoad esse immediatum principiū, sicut Rex non est ignobilior suis ministris, per quos exercet iurisdictionem iustitiæ, nam totā iurisdictionem ministri habent à Rege, neque similitudini obstat quod iurisdictio data liberè conseruatur à Rege, at virtus data accidentibus necessariò, nam similitudo procedit solùm quoad immediationem operandi ex virtute ab alio recepta, siue liberè, siue necessariò conseruetur.

DVBITATIO III.

1 *An principium, quo substantia generat substantiam, sit substantia, an accidens, an simul substantia, & accidens.*

DE hac quæst. scholastici in 4. d. 12. vbi D. Th. q. 1. Maior q. 6. Arg. q. 1. art. 4. Scot. q. 1. vbi habet Tatar.

Gabriel in expositione Sacrorum Canonum lect. 14 & 4. sent. dist. 12. quæst. 1. Occh lib. 4. q. 7. in 4. sent. Aureolus in 4. dist. 12. qu. 3. Bassolus in 4. dist. 12. qu. 2. Mayronus lib. 4. dist. 12. q. 1.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

2 *Id, quod agit, est suppositum.* PRimò ponendum, id quod agit esse suppositum 1 anim. 64. non humanitas inquit ambulat sed Socrates; nam illi tribuitur agere, cui tribuitur esse; qua ratione omnia accidentia in quacunque actione non possunt dici instrumenta substantiæ, nā nunquam accidens potest agere vt suppositum; semper enim agit vt potentia suppositi: sed cum entia naturalia sint composita ex materia & forma, & constet, materiam non esse actiuam, omnis actio formę tribuitur, quare difficultas est, an forma immediatè agat, an verò per accidentia, quā in re constat, formam esse immediatè actiuam respectu potentiarum, & dispositionum, nam aliàs non haberet sufficientem vim ad se conseruandam, quæ actionem fit per potentiam aliquam, quæ sit accidēs, sed fit immediatè ab existentia formæ per naturalem quandam emanationem, vt bene Capreolus 4. dist. 12. qu. 1. art. 1. ad 2. contra 2. concl. & nos supra ostendimus.

Secundò ponendum, in actionibus vitalibus, non solùm concurrere potentiā, vt proximum, & instrumentale agens, sed etiā peculiari concursu concurrere essentiam animæ, quæ vtitur potentijs, vt artifex instrumentis, experientia patet, nam experimur existente oculo benè disposito, & præsente obiecto cum omnibus requisitis ex parte obiecti, ex eo solùm, quod est homo distractus in alijs actionibus non sequitur visio; ergo præter concursum potētiæ requiritur alius concursus animæ, quæ vtatur potentia. 3 *In actionibus vitalibus quæ cōcurrant.*

Confir. nam experimur non posse produci perfectissimo modo duas operationes vitales etiam diuersarum potentiarū: hoc autem nō alia ratione oritur, nisi quia anima habet virtutem finitam, quæ quò pluribus applicatur, eò est minor in singulis. Ex quo patet, si daretur intellectus separatus, non posse intelligere.

Confir. 2. ex vnione inter actionem voluntatis, & intellectus; non enim voluntas potest aliquid amare, nisi id fuerit præcognitum. Cuius rei ratio est, quia eadem est anima, quæ & concurrit cum intellectu ad cognoscendum, & cum voluntate ad amādum, & ratio à priori potest esse, quòd de ratione actionis vitalis est, vt procedat à principio maximè intrinseco propter ipsius perfectiones.

Tertiò ponendum contra Rubbionum 4. d. 12. q. 6. in naturalibus sola accidentia possunt producere aliquam operationem forma nihil efficiente: patet experientia: nam ignis ita perfectè operatur per calorem, & siccitatem simul, ac si per solum calorem; ergo signum est ad illas actiones non concurrere formam. 4 *Sola accidētia possunt aliquā operationem producere.*

Confir. nam sicut calor separatus à forma, cuius est passio, adhuc videmus illum operari, vt patet in sacramento calefacto, aqua

aqua &c. Imò ferrum calens vehementius calefacit, quàm ignis; ergo calefactio ita pendet à calore, vt nullum requirat influxum actualem formæ: & ratio a priori esse potest, quia calor habet æqualem perfectionem cum calefactione; ergo respectu illius non est cur pendeat ab alio.

Dices cum D. Thom. & Fons. res per illud principaliter agunt, per quod principaliter sunt: sed habent esse per formam substantialem; ergo per illam tantùm principaliter agunt. Maior probatur, nam agere suppositi esse, quia per illud res agit, per quod est.

Principaliter quid agere dupliciter dici potest.

Respondeo, dupliciter aliquid dici potest principaliter agere. Primò radicaliter, & vt primum principium: Secundò formaliter, & immediatè: primo modo vera est maior, nam forma est radix omnium virtutum actiuarum. Secundo modo negatur, nam forma non quamcumq; actionem immediatè producit: vnde per illam formam immediatè res agit, per quam constituitur in esse requisito ad agendum, & non per formam, per quam constituitur in quocumque esse: vnde licet aqua constituatur in esse simpliciter per suam formam; non tamen per illam calefacit, sed per calorem, quo constituitur in esse calefactiuo. His positis difficultas est de principio, quo res generant sibi simile, qua de re fit.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

5 *Aliqui ponunt principium productiuum esse accidentia.*

PRima opinio principium adæquatum productiuum esse accidentia. Ita S. Thom. 1. p. q. 54. art. 3. vbi Caiet. & 3. p. q. 77. art. 3. & 4. dist. 12. q. 1. vbi l. 2. Capreol. qui etiam in primo dist. 7. q. 3. & 4. contra Gent. c. 56. vbi Ferrar. Fland. 7. m. qu. 17. art. 5. & 8. Sonc. qu. 7. & 29. Ægid. quodl. 3. qu. 1. Zim. theor. 14. Mars. 2. de Gen. q. 14. Heru. quodl. 3. q. 2. Perer. lib. 8. c. 13 Maior 4. d. 12. q. 6. Fons. 5. met. c. 2. q. 6. Est etiam inter hos dissentio, nam quidam volunt, accidens producere substantiam propria virtute. Ita Perer. & Maior; cæteri verò dicunt, producere in virtute substantiæ; inter quos aliud est discrimen, nam Fons. sect. 7. vult, accidens non solùm substantiam, sed etiam aliud accidens producere virtute substantiæ.

Alij volũt accidens ab actione produci ꝓpria virtute, sed est aliquod inter hos dissidium.

Alij verò volunt, accidens ab actione produci propria virtute, atque inter hos est aliud dissidium, nam Capr. vult, accidens, dum producit substantiam, recipere quandam qualitatem fluentem à substantia, in cuius virtute producit substantiam. Caiet. verò q. 77. art. 1. vult nihil recipi præter ipsam entitatem actionis: ita vt cũ dicitur productio in virtute substantiæ, sit conseruatio intransitiua, nam ipsa essentia accidentis est virtus substantiæ. Denique differentia alia est, nam quidam volunt præter alteratiuam actionem, non esse aliã actionem productiuam formæ substantialis, sed consequi per modum sequelæ. Ita Per. 50. loc. cit. & Venet. in met. cap. 4.

Alij dicunt requiri propriam actionem productiuam substantiæ.

6 *Substantia non potest produci nisi per accidentia.*

Secunda opinio est dicentium, substantiam non posse produci ab accidente nisi extrinsecè, quatenus scilicet per accidentia disponitur, vt recipiat formam substantialẽ, quæ producitur, vel à simili substantia, vel deficiente particulari causa, à Deo supplente defectus causarum naturalium, vt diximus in anima rationali. Scot. 1. d. 37. & in 2. dist. 18. & fusius 4 d. 12. qu. 3. vbi Tat. Maironus q. 2. Rub. q. 6. Dur. qu. 2. & 2. d. 2. q. 3. vbi Och. q. 23. Baccon. dist. 18. q. vnic. Antonius 3. met. q. 11. Tromb. 12. met. q. 6. conc. 4. Achill. 3. de elem. d. 4. Pauef disp. 3. met. c. 21. Bund. 2. phys. q. 5. vbi Vall. & Villalp. & indicat Alent. 7. m. t. 32. Gab. in can. missæ lect. 45. & 2. d. 18. quia est etiam inter hos aliqualis dissentio: nam primò Tromb. vult, viuentia non produci à viuentibus propter ipsorum perfectionem, sed tantùm à viuentibus disponi materiam per semen, quod cum sit vniforme non posset ex se efficere diuersa organa, nisi adiuuaretur virtute cœlesti; facta autem dispositione, animas introduci immediatè à Deo, cum viuens æqualis perfectionis sit extrinsecum; cæteras verò formas, quia imperfectiores sunt, produci à suis similibus. At Maior vult, etiam has produci à Deo, nam semper est absens forma similis, vt in mixtis generatis in visceribus terræ ex elementorum commixtione: Neque tamen omnes creantur, quia educuntur à Deo, & vt viuentia dicantur sibi simile producere, satis est si producant dispositiones, ad quas sequitur anima, vt patet in generatione hominis. Ex quo etiã apparet, falsò dici idem esse agens disponens, & introducens formam: nam non semper qui potest in media, potest in fine:

quando

quando finis non continetur in virtute actiua disponente. Neque ex hoc destruitur potentia vniuersa, quod ita possemus omnem actionem Deo tribuere, nam id necessariò fatendum est in productione animæ rationalis; ergo similiter in alijs animabus propter perfectionem ipsarum, quando non potest assignari agens æquè perfectum, ne cogamur fateri, ignobilius producere nobilius, vt cum animalia fiunt ex semine, vel ex putri,

Accidens concurrit partialiter ad productionem substantiæ. Secundò differunt, nam Rubbionus, q. 5 & Gabriel q. 1. & lect. 45. ex Occhamo dicunt, accidens partialiter concurrere ad productionem substantiæ, & simul cum substantia efficere vnum agens totale: sicut multi dicunt, speciem, & intellectum concurrere ad intellectionem, nam hi putant, accidens vi sua concurrere, & non vt virtutem substantiæ, vt ait Gab. lect. 45. in can.

Alij verò dicunt, accidens nulla ratione attingere intrinsecè formam substantialē,

Probatur 1. 7. met. 32. In productione, inquit, substantiæ necessariò debet præcedere substantia in actu: sed in productione accidentium sufficit si præcedant accidentia in potentia, quod non est, nisi quia substantia immediatè debet producere substantiam; vnde 2. de Gener. 54. 55. reprehendit Antiquos, quod omnium ferè causas reddebant per accidentia. Neque (inquit Pauel.) reprehēdit Antiquos, quòd illi assererent, produci substantias ab accidentibus virtute propria, sed simpliciter eos reprehendit, quod dicerent omnia immediatè fieri ab accidentibus.

Secundò substantia potest immediatè pati; ergo & agere, quia maior est ratio cur substantiæ tribuatur immediatè agere, quàm pati, cum sit perfectius agere, quàm pati.

Tertiò quod non immediatè operetur, vel oritur ex eius perfectione, & non, quia immediata actio tribuitur Deo, vel propter imperfectionem, & neque, quia tribuitur accidenti,

ARTICVLVS III.

8 *Accidens aliquo modo cōcurrit ad productionē formæ substātialis.*

Opinio Auctoris.

PRima Conclusio. Accidens aliquo modo concurrit ad productionem formarum substantialium. Patet, quia concurrit ad disponendam materiam, vnde necessariò sequitur, vt in ea producatur forma substantialis, & hac ratione potest dici causa substantiæ, sicut homo dicitur generare hominem.

Secunda Conclusio. Forma substantialis produci debet per actionem distinctā ab actione, qua producuntur dispositiones: patet, nam formæ immediatè fiunt; ergo habent agens, quod per se, & immediatè concurrit ad illarum existentiam. Antecedens patet, nam cum existant post non esse, & nō à seipsis; ergo ex vi alicuius causæ. Consequentia patet, quia nihil aliud est per se, & immediatè fieri, quàm recipere existentiam ab alio immediatè. 9 *Forma producitur actione distincta ab actiōne producēte dispositiones.*

Confir. quia alioqui nulla generatio esset per se mutatio; imò præter primas qualitates, nihil per se fieret, cum omnes aliæ qualitates consequantur primas; neque sufficit, vt aliquid non dicatur per se fieri, quod fiat post actionem, qua productum est aliud, nam hac ratione neque compositum per se fieret, nam fieret post alterationem, & productionem formæ contra Arist. 1. phys. 64. 7. m. à t. 32. ad 51. & 8. m. t. 8. vbi ostendit compositum per se fieri.

Probatur, nam naturalis illa sequela nō potest esse sine noua actione: nam producitur noua entitas distincta ab omni alia præcedenti; vbi autem est nouus effectus, & per ipsē per se intentus, debet esse noua actio, atque adeo virtus eliciens illam actionem,

Confir. nam generatio est terminus extrinsecus alterationis; ergo est actio à præcedente distincta, sicut illuminatio: quia est terminus extrinsecus motus localis, ideò est actio distincta à motu locali.

Confir. 2. quia si in instanti generationis facta vltima dispositione Deus suspenderet suum concursum, non existeret forma substantialis; ergo præter actionem præcedentem requiritur noua actio. 10

Confir. 3. nam hac ratione distinguimus productionem animæ rationalis, & aliarum formarum, licèt vtraque fiat post alterationem perfectam, quia anima rationalis concursum superioris agentis requirit, quem aliæ formæ non requirunt.

Tertiò probatur, quia si accidens non potest producere substantiam directè, neque potest per modum sequelæ; tum quia in formis substantialibus idem est produci per se, & per modum sequelæ; tum quia non minor virtus requiritur ad vnum productionis modum, quàm ad alterum; imò

ad

ad productionem per modum sequelæ maior requiritur, quia duo produci debē.

11 *Accidēs nō potest producere substantiā propria virtute.*

Tertia Conclusio. Accidens non potest producere substantiam propria virtute. Patebit ex rationibus, quas attulimus in phys.tr.12.q.10.d.3. nam omnis causa particularis, vel est vniuoca, vel æquiuoca; si vniuoca, iam est æqualis effectui; si æquiuoca non potest esse imperfectior, cū continere debeat vel virtualiter, vel formaliter perfectionem effectus.

Accidēs est ignobilius ratione entis non virtutis productiuæ.

Respondent. Accidentia esse quidem ignobiliora in ratione entis, non tamen in ratione productiui.

Contra obijcit Scotus, nam virtus productiua non potest esse perfectior entitate, & essentia, quæ consequitur, cum sit illius potentia, & ex virtutibus colligamus, perfectiones essentiarum: vnde Doctores plura, & perfectiùs docent.

Effectus intrinsecus nō potest esse perfectior causa, sed potest esse effectus extrinsecus.

Respondent, secundò effectum intrinsecum non esse perfectiorem causa; effectum verò extrinsecum esse posse perfectiorem. est Peter. Sed contra, nam vel per effectum extrinsecum intelligunt non qui attingitur intrinsecè à virtute causæ, sed eum, ad quem concurrit causa producendo aliquid prævium ad illius existentiam, tunc conceditur quod dicunt, sed non est ad rem, quia adhuc non est assignata causa productiua effectus; vel intelligunt illum, qui attingitur intrinsecè à virtute causarū, iam procedit argumentum supra factum. Secundò probatur, nam si à formis substātialibus negatur concursus particularis, nulla esset generatio vniuoca: neque natura esset principium motus, & generationis.

Confir. nam aliàs tolleretur via indagādi formas, & perfectiones substantiales ex operationibus, si accidens virtute propria omnia producit: neque potest reddi ratio, cur musca non potest producere elefantem.

Insurgunt aduersarij experientijs.

Sed contra obijcitur primò. Videmus generari ignem ex solo calore, siue genito ex reflexione radiorum, siue duorum corporum attritione; ergo virtute propria producit formam ignis. Consequentia patet, quia non potest in his casibus assignari agens, quod tribuat calori virtutem, nam maximè esset vel subiectum, & non cum sit aer, qui nō habet virtutem producendi ignem; vel agens, quod producit calorem, & non, tum quia sæpè est separatū à calore, tum quia sępè calor producitur à formis mixtorum, quæ non habent virtutem producendi formam ignis.

Confir. primò nam constat, accidentia seiuncta à substantia producere substantiam, vt patet in accidentibus vini consecrati, quæ conuertunt guttulam aquæ infusam in vinum.

Confir. 2. nam idem agens est, quod disponit materiam, & introducit formam: sed accidēs virtute propria disponit; ergo.

Confir. 3. nam virtus illa, qua accidens dicitur in virtute substantiæ producere substantiam, est ipsa essentia accidentis: sed nihil est magis proprium rei, quàm propria essentia.

Scoti responsio.

Respondetur primò ex Scoto negando, in illis casibus produci substantiam ab accidentibus; at verò laborat in assignāda causa effectiua illius effectus; ideo aliqui Scotistæ recurrunt ad substantiam absentem, quæ positis dispositionibus in materia producit effectum substantialem nō producendo illum in medium, sed in distans, infra tamen sphæram suæ actiuitatis, illum autem dicunt esse cœlum per sua astra, vel aliam substantiam similem ibi proximam, vt dicunt de anima viuentium producta intra vterum fœminæ, quæ producitur ab anima ipsius fœminæ, & similiter ignis ab igne proximo.

Sed hæc doctrina supponit, agentia naturalia posse agere in distans, non producendo effectum eiusdem rationis circa medium, ac est ille, qui producitur in distans, quam licet probet Scotus, communiter reijcitur; de qua re nos infra.

Aliorum responsio.

Respondent secundò alij, in illis, & simillibus casibus, vbi deficit agens substantiale, habens adæquatam virtutem ad producendum effectum, positis tamen dispositionibus in materia produci formas substantiales à Deo, vt auctore naturæ; vt .n. auctor naturæ ex lege operatur ad vniuersi conseruationem, ita etiam ad eius prouidentiam pertinet operari, supplendo defectum causarum naturalium, exigente natura operationem effectus; cum igitur natura exigat, vt disposita sufficienter materia recipiat formam, ad quam dispositio ordinatur; ad naturæ auctorem spectabit illam ibi producere; ita enim disposita materia ad animam rationalem, quia non datur agens producens illam, Auctor naturæ supplendo defectum causæ, illam producit; idem patet ex determinatione indiuidui, vt hoc potiùs, quàm illud producatur, 12

quæ

quæ determinatio tribuitur auctori naturæ,& similiter si globus ignis perfectus ponatur æqualiter in centro terræ, ita vt centrũ globi respondeat centro terræ, tunc cũ necessariò inde moueri debeat ad auctorẽ naturæ pertinebit, vt potiùs versum hanc, quàm illam moueatur. Deniq; ad auctorẽ naturæ pertinebit determinare, in qua parte vitrum æqualis fortitudinis debeat frangi si super illud cadet plana massa magni ponderis æqualiter. Et idem seruat vt auctor supernaturalis, nam si sacerdos sit in tali loco, quod non possit habere aquam de fonte, vel riuo vel aliunde,fodit terram vt inueniat aquam, si non inuenit imploranda est bonorum omnium largitoris gratia,si .n. facit quod,potest,quod autem non potest committit Deo,tunc ipse Deus inuisibiliter supplet defectum &c. ex D. Th.3.p.q 68.ar.2.7.9.q.2.ar.4.ad 2.& in 4.d.3.ar.2.q.2.& 3.ad 4. & opusc. 65.c.3.

Hinc in 3.d.25.q.2.ar.1. quæstiuncula 1.ad 2.docet de *Barbaro nutrito in syluis, vel inter infideles, si faceret quod in se est, quærendo salutem, Deus illi aliquo prædictorum modorum prouideret de sua salute*, idest,*vt explicatio eorum, quæ sunt de necessitate salutis,vel diuinitus homini prouideretur per prædicatorem fidei, vt cornelio* Act.10.*vel per reuelationẽ*, &c.vt dicitur ibi ad primum,quod relinquitur Theologis examinandum.

13 *Non obstat diuina prouidentia.* Neque obstat, quod ordinaria prouidẽtia Deus semper vtatur causis secundis ad effectus determinate producendos,& conseruandos; nam hinc non fit,vt aliquando ad exigentiam causatum secundarum immediatè producat aliquam formam, vt enim Deo negari non potest immediatus concursus conseruatiuus, & cooperatiuus cum causis secundis, ita neque hic immediatus concursus ad huiusmodi effectus ob maximam perfectionem suæ prouidentiæ;neque enim probanda est impietas antiquorum philosophorum,qui negarũt, Deum habere immediatam prouidẽtiam rerum inferiorum, eò quod putarunt ad maiorem Dei perfectionem pertinere omnia administrare per ministros, nam vt rectè Augustinus lib.3.de Trin. cap. 4. licèt inferiora gubernentur per superiora, tamen nihil in illis fit,nisi quod Deus vult fieri,aut permittere; quia altioris sapientiæ bonitatis,& potentiæ est princeps,qui se solo potest omnia ordinare,& efficere,quã princeps,qui indiget ministris, Deus talis est artifex,vt sit magnus in magnis,nec minor in paruis; *quis .n.* inquit August. in ps. 148. *disposuit membra pulicis, & culicis vt habeant ordinem suum, habeant vitam suam,habeant motum suum?* &c. *quis dedit aculeum culici, quo sanguinem sugat? quàm tenuis fistula est,qua sorbet? quis disposuit ista? quis fecit ista? expauescis in minimis,lauda magnum, qui fecit in cælo Angelum,fecit in terra vermiculum.*

Sed contra hunc Auctoris Naturæ concursum insurgit Ruuius, nam inde sequeretur,causas secundas, & particulares non esse per se, & proximas causas effectuum, sed remotas,& impropriè,atque adeo homo non esset causa generationis hominis, quia nec attingeret formam humanã, nec vnionem animæ rationalis cum corpore, quia cum hæc sit spiritualis, non poterit attingi à virtute seminali corporea etiam instrumentaliter,ex quibus etiam sequitur, nec animalia, nec plantas generare sibi similia, ex quo sequitur aliud absurdum, vt inter patrem, & filium non sit relatio paternitatis,& filiationis, quia hæ relationes fundantur super generationem vnius hominis ab alio, quæ non est inter patrem, & filium in hac opinione, imò falsum esset dictum Aristotelis, quod sol et homo generãt hominẽ. Deniq; hinc tolleretur omnis generatio vniuoca inter viuẽtes,quia omnes essent à Deo,qui est causa vniuoca. 14 *Ruuius insurgit.*

Resp.falsò ab hoc auctore vniuersalites assumi,nullam formã substantialem produci à causis secundis,nam plerumq;causę secũdæ substãtiales sunt applicatæ,vt ignis ignem,& planta plantam producit, quãdo autem causæ secundæ non sunt applicatæ, tunc substãtialẽ formam producit auctor naturæ;tribuitur tamen effectus causis secũdis,vel quia disponunt materiam, vel quia vniunt formam cum materia,quando autẽ sint causæ sufficientes applicatæ,vel insufficientes videndum est in singulis rebus, nã si semen est animatum,vt multi putant,nõ est cur semen non possit producere plantã, vel saltem vnire materiam cũ forma, quia illa vnio cum sit modus est imperfectior forma substantiali seminis, quæ vnio sufficit ad generationẽ simpliciter,vt patet ex generatione hõnis,q̃ tribuitur homini, quia vel semen vitile vnit materiam cum forma,quæ vnio non est spiritualis,sed corporea cũ sit in materia; vnio verò,quæ est in forma,etiam secundũ aduersarios debet esse à Deo producente animam cũ sit spiritualis. Deniq; pro animabus corruptibilibus *Ruuius impugnatur.*

libus

libus dicemus infra, dari efficiēs proximū scil. animam fœminæ, quæ in vtero concipit semen viri. Cætera legite, quæ scripsi in phys. loco citato.

At Thomistæ, qui asserunt substantiam produci ab accidentibus, negant ab illis produci virtute propria substantiæ, atque adeo sine nouo concursu substantiæ attingere formas substantiales, quia sufficit, semen recepisse illam virtutem à substantia, ad quam essentialiter ordinatur vt eius virtus, & hinc consequenter respondent ad sequentes confirmationes, vnde.

Ad primam confirmationem, vt fusè S. Thom. 3. p. q. 32. art. 3. sufficit enim accidens ea natura sua statim ac existit, esse instrumētū quoddā, vt veluti substātię semē.

Ad 2. confir. 1. negando, in omnibus esse veram propositionem, vt in homine; secundò diuersa virtute idem & disponere, & producere potest substantiam, nō quod sint duæ virtutes distinctæ realiter, sed quia eadem virtus comparata ad diuersos effectus inducit duplicem rationem.

15 *Agere propria virtute fiat dupliciter.* Ad 3. agere secundùm propriam virtutem, stat dupliciter: primò vt proprium distinguitur cōtra extraneum, & ita rectè dicitur accidens producere substantiam in virtute propria. Secundò vt distinguitur contra virtutem instrumentalem, & negatur, accidens agere in virtute propria id est principali, nam illam virtutem non habet à se, sed ab alio, tamquam causa particulari, cui subordinatur.

16 *Probabiliùs accidens pducit accidens ppria virtute.* Quarta Conclusio. Probabiliùs dicitur accidens producere accidens in propria virtute contra Fons. loc. cit. & Sot. q. 4. c. 2. Probatur, quia per agens principale intenditur, quod producit effectum non excedentem perfectionem agentis. Ita S. Thom. 1. p. q. 115. art. 1. ad vlt. Ferr. 4. cōtra Gent. c. 66. & 2. contra Gent. c. 21. Ægid. 2. d. 1 q. 1. & 3. & alij.

Confir. quia cuilibet naturæ debet tribui aliqua propria operatio.

Confir. 2. quia instrumentum, vt sie nō requirit assimilare sibi effectum, nam aliàs tolleretur via ad cognoscendas, & distinguendas causas principales ab instrumentalibus: quia cum omnes operationes, siue excedant virtutes agentis, siue non, siue assimilent sibi effectum, siue non, efficiant vt earum causæ dicantur instrumenta, non est cur omnes causæ non dicantur instrumenta Dei, à quo & virtutem acceperunt, & in operando pendent.

Obiectiones enodantur. Sed contra primò id, quod recipit virtutem ab alio est instrumentum illius: sed tunc accidens recipit virtutem à substātia quoad omnem actionem; ergo.

Respondeo negando maiorem, vt patet in igne, ab alio igne producto, qui potest alium vt causa principalis producere; quare intelligitur, quando recipitur virtus respectu effectus excedentis perfectionem proximi agentis.

Secundo obijc. Ita res se habent in agēdo, vt in essendo; sed nullum accidens habet esse per se, sed tantùm est quid alterius; ergo neque sunt actiua per se, sed tantùm, vt instrumenta alterius.

Confir. nam hoc differt causa principalis ab instrumentali, quod instrumentalis accipiat virtutem à causa eiusdem actiuitatis, cum qua efficiat vnam causam totaliter proximam; causa verò principalis habet, vt accipiat virtutem agendi à causa superiori, idest Deo non tamen accipiat virtutem ab alia ejusdem actiuitatis in eodē ordine, vt est semen, quo vtitur generans; sed omne accidens recipit virtutem à causa ejusdem generis in agendo, nam omnis actio primariò, & per se proficiscitur ab aliquo supposito, vt 1. met. c. 1. q. 5. ostendit Fons. Vnde Arist. naturam definit esse principium primum motus, idest principale, & similiter animam esse principium, quo primò viuimus, &c. Hinc manauit, vt eidem agenti tribuantur dispositiones accidentales, & productiones formarum.

Respondetur dupliciter aliquid dicitur agere, vt principale agēs: primò quod agit, vt suppositum, & tunc accidens non est principale agens, vt benè probant argumēta, imò neque formæ substantiales, imò neque ipsa essentia, vt distinguitur à supposito, imò neque humanitas Christi, vt distinguitur à supposito, quod est principale; secundò vt distinguitur contra agens, quod producit effectum perfectionem se, & ita accidens est principale agens, dum producit accidens; non enim ea eo, quod vnum pendet ab alio, hinc sequitur agere in virtute illius, aliàs semen dum descendit moueretur in virtute viuentis, cuius est semē; vt igitur accidens habet propriam naturā; ita habet propriam operationem: quia vt vt res dicatur agere in virtute alterius, non sufficit pendere ab illo, nisi produceret operationes excedētes perfectionē suæ naturę. *Ad 2. obj. resp.*

Ad confirmationem falsa est illa doctrina, quam fingit, nam ignis accipit virtutē ab alio igne, & tamen producit ignem, vt principale agens. Ad illud autem de definitione

Principale agens duplex est. nitione naturæ. Respondetur, duplex esse principale agens, primum radicale, & ita accipitur in definitione naturæ. Secundum proximum vt potentia formæ, & ita accidens est principale agens, *vt quo:* Quare forma substantialis agit per accidentia, nō tamquam per instrumenta, sed tamquam per virtutes agendi:

18 *Accidēs attingere substantiam, est probabile.* Quinta Conclusio opinio, quæ docet accidentia adæquatè attingere productionem substantiæ, vt instrumenta substantiæ, defendi potest ex his principijs. Vnde antequam probatur, pro ea sunt aliqua notanda, Accidentia dici instrumenta substātiæ: quatuor autem fingi possunt in instrumentis à principali agente. Primum, vt recipiat virtutem permanentem distinctam ab entitate instrumenti, sicut astra sumunt lumen à sole. Secundum vt recipiat virtutem fluentem, id est quæ non maneat in instrumento, nisi dum actu operatur, vt patet in instrumentis artis, & in Sacramētis, quæ assumuntur à Deo ad producendam gratiam, quæ secundùm Thomistas recipiunt virtutem fluētem. Tertiò vt recipiat actionem non formaliter, sed effectiuè, quia scilicet, dum est coniunctum cum principali agente, corroboratur, vt possit producere effectum, quem alioqui non potest, vt pars ignis admota metallo, illud liquare non potest, nisi coniuncta cum alia parte ignis, quia totum dicitur tribuere actionē huic parti, quia sine eo pars illa non concurrisset ad liquationem. Dixi effectiuè, nō formaliter, nam illa actio formaliter non est in parte ignis, sed in metallo, & ita formaliter sunt potentiæ animæ, quæ non operantur, nisi coniunctæ cum essentia animæ, vnde possunt dici instrumenta animæ. Quartò sæpe agens principale non communicat instrumento, nisi ordinationem quandam, & determinationem virtutis ad agendum, vt medicamenta dicuntur instrumenta artis medicinæ ad eandem sanitatem, quia contemperantur ab illa; ita etiam ignis dum in furnulis excludit pullos. His igitur positis constat, accidens non recipere à substantia aliquid primis duobus modis; non enim recipit aliquam virtutem fluentem, vel permanentem distinctam à propria entitate, vt fusè Caier, loc. cit. Recipit autem totum suum esse à substātia, ita vt sit virtus quædā, & potētia substātię, quod efficit, vt dicatur operari in virtute substātiæ æquè ac si reciperet qualitatem aliquam superadditam. In aliquibus verò tertia dependentia reperitur, nam separatum à substantia accidens nō potest efficere aliquas operationes, quas potest coniunctum; calor enim separatus ab anima nutrire non potest; quia tamen hæc dependentia suppleri potest à Deo, hinc fit, vt etiam si aliquando separata agant, vt species Sacramenti nutriunt; id agant in virtute substantiæ; hæc autem tertia dependentia non æquè reperitur in omnibus: nā quædam ita determinant sibi substantiam, virtute cuius agant, vt alteri coniungi non possint, vt vitales animæ potentiæ; quædā verò, quæ licèt determinent sibi substantiam aliquam, cuius vi naturaliter operantur; eam tamen in certa specie non requirunt: v.g. calor determinat sibi aerem, & ignem, vi quorum naturaliter operatur; vt tamen simpliciter operetur, non requirit determinatum subiectum: vnde calor etiā existens in ferro potest ignire. Verùm hæc dependentia non efficit, vt aliquid dicatur instrumentum alterius, nam alioqui, cum duo trahunt trabem, quam quilibet per se non posset trahere, vnus alterius diceretur instrumentum. Vnde quarta dependentia addi potest, nam cum qualibet substantia plura sibi quærat accidentia, eaq; in arcto gradu, cumque illam communicationem, & contemperationem non habeant accidentia ex se, necessariò illam habere debent ab alio. Hoc autem præcipuè substantia erit, ad quam ordinatur, & cui talis complexio proportionatur; quare non debet respici quodlibet agens producens illam cum casu possit sæpè accidere ex applicatione elementorum, sed debet inspici agens, à quo naturaliter tota illa complexio manare deberet. Sicut licèt aliquando imago aliqua casu fiat, hinc tamen non fit etiam non fieri à pictore, vt à principali agente, cum imago iuxta modum, quo naturaliter producitur à pictore per ideam fieri debeat, ex quibus patet, concursum accidentium esse maximè similem concursui seminis, nam vt semē nihil recipit præter propriam naturam, & dispositiones à viuente, sed seipso est instrumentum alterius; ita & accidentia.

Secundò vt semen agit separatum, ita & accidens; atque vt semen simul productum, non indiget amplius generationis directione, ita & accidens; hoc tamen discrimine, quod semen est determinatum ad vnum producendum, accidens verò nō, sed vt coniunctum cum diuersis diuersas

Inquo sensu accidentia sint instrumenta substantiæ.

complexiones eruit; ita habet vim producendi diuersas substantias; vnde oportet, vt modificetur à substantia, quod cũ augeat dependentiam, à principali augebit etiam rationem instrumenti. Tertiò vt semen etiam si productum à Deo non dicitur instrumentum Dei, sed eius, à quo ex natura sua postulat produci, idest cui effectum assimilat; ita accidens.

Ex quibus probatur concl. ex principijs quibusdam, nam videmus, sæpè produci substantiam ex accidentibus, quod nulli substantiæ potest tribui, vt supra diximus, & confirmari potest; nam si in vase æneo ponatur carbo extinctus, & vas vehementi igni supponatur, videmus igniri carbonem vase non ignito; ergo ignis carbonis non potuit immediatè produci, nisi à calore vasis. Consequentia patet, nam cum agens ex 7. phys. 10. non possit agere in distans, nisi agat in medium, non poterit illa actio tribui igni, cum non igniuerit vas mediũ; neque dicas, in carbone non esse verum ignem, quia inde videmus igniri stuppam; ergo vel ignietur à calore carbonis, & habetur intentum, vel ab igne carbonis. Secundò probatur, nam substantia non est operatiua, nisi per potentias, quæ sunt qualitates quædam; ergo.

Confir. nam non posset reddi ratio, cur substantia non agat in instanti, cum ex natura sua quærat sic produci. Neque dicas, id esse propter dispositiones requisitas, quæ producuntur in tempore, nam si substantia est immediatè operatiua, vel requirit has dispositiones ex parte sui, & non, quia semper habet illa accidentia, quæ sũt necessaria ad agendum; vel ex parte passi, quod scilicet non possit recipere actionẽ productiuam formæ, nisi dispositum, vt opacum non potest recipere actionem luminosi, & neque, quia id maximè esset, quia forma introducenda requirit illas dispositiones: sed hoc non, nam sæpè materia habet dispositiones vnius formæ, & tamen non introducitur forma, vt in vapore est dispositio aeris, & tamen non introducitur forma; sicut neque in cadauere forma animalis, & in fumo forma ignis.

Confir. quia experimur, accidentia quò sunt intensiora, vel remissiora similiter fieri actionem, siue adsit substantia, siue non, et si sit forma perfectissima, & accidentia

19 imperfecta, sequitur actio tarda.

Asseruntur Arist. loca.

Tertiò probatur ex Arist. qui negat, substantiam immediatè agere de sen. & sensili c. 4. vbi ait, ignem agere vt calidum 2. an. 41. & 2. de gen. animal. c. 4. vbi calorem ait esse animæ instrumentum, quo suas exercet operationes. & 2. phys. 26. & 7. m. 31. & 38. 2. de gener. animal. c. 1. ait, hominem generare hominem, & plerumque in naturalibus vniuocum ab vniuoco generari. & 3. de Gen. 30. 7. met. 38. 12. met. 13. & 18. substantiam, inquit generare substantiam; hoc autem non efficit immediatè, sed per virtutem eius, vt ex 7. met. 30. 2. de Gen. animal. c. 1. Videtur colligi.

Quartò nam videmus ex semine produci viuens etiam cum est separatum à principali agente; imò hoc corruptio, vt patet in ouis, ex quibus excluduntur pulli, nã non potest illa exclusio tribui gallinis fouentibus, nam constat excludi ex ouis sub fimo conditis, & in furnulis, vt refert Scal. ex 23. ergo imperfectius potest producere perfectius, & non in propria virtute, vt supra; ergo in virtute alterius.

Absurdum maximum, quod sequeretur si substantia immediatè ageret.

Confir. nam nisi admittatur, aliquid posse virtute alterius producere se perfectius, non benè natura rebus consuluisset, dando scilicet illis appetitum conseruandi speciem, & negando illis virtutem, qua finem hunc assequerentur: hæc enim virtus deesset animalibus, quæ sunt alijs multò perfectiora, cum generare sit perfectissimum opus viuentis. Neq; dicas, produci à Deo positis dispositionibus ex actione naturalium agentium, nam hac ratione philosophia rueret vniuersa; ita enim omnem actionem negare possemus à naturalibus, & Deo tribuere. Neque dicas alia, quæ fiunt ex fœmina, produci à matre, nam id dici non potest in planis. Deinde mater perfectiori modo concurreret, quàm scilicet materia. Demum in animalibus corruptibilibus multi tenent esse animam heterogeneam per totum corpus diffusam, quia non apparet, qua ratione pars animæ, quæ informat oculum matris producat formã oculi in fœtu sine actione circa medium, & sæpè mater caret brachio, cum proles illud habeat.

Sed cõtra hanc cõclusionem objicitur, nullum instrumentum potest attingere effectum principalis agentis nisi ab illo eleuatum; ergo neque accidens potest attingere subiectum nisi eleuetur à principio substantiali. Sed non potest eleuari per virtutem vniuersalem, quia recurreret prima difficultas, ergo eleuari debet per concursum substantialem.

Respon-

Respondent, instrumentum artificiale indigere eleuatione, non autem naturale, quia sicut hoc ex natura sua est instrumentum, ita ex natura sua est eleuatum.

Sed cōtra, quia eleuatio debetur instrumento vt sic, quia debetur illi ob suam imperfectionem, vt adequetur principium perfectioni effectus. Antecedēs probatur non solùm inductione tum instrumentorum artificialium, tum supernaturalium, & potentiæ obedientialis, tum in naturalibus, vt phantasma respectu specierum.

Sed etiam ratione, quia de natura instrumenti est, vt propter sui imperfectionem inadæquatū effectui principalis agētis subordinetur actioni principalis agentis, hæc autem subordinatio non potest consistere nisi per illam actionem eleuetur, vt dicemus tom. 2. opuscul. propter hoc argumentum sit.

2° *Probabiliùs accidens p̄cisa substantia non attingit substantiam p̄ductionē. Accidēs tripliciter potest producere substātiam.*

Sexta Conclusio. Probabilius est, accidens præciso concursu actuali alicuius substantiæ, non posse attingere substantię productionem etiam in virtute substantiæ. Patet ex dictis in tertia Cōclusione, quod causa adæquata effectus debeat continere perfectiones effectus, vel formaliter, vel perfectiori modo .s. eminenter.

Confir. nam tripliciter potest intelligi, accidens producere substantiam in virtute substantiæ, primò vt recipiat virtutem quandam fluentem ab ipsa substantia emanentem accidens ad operandum, & hoc non, quia vel illa virtus est substantia, vel accidens; non substantia, vt etiam ipsi dicunt, & haberetur intentum quod substantia immediatè ageret, quod si nihil agat impertinens est ad eleuationem; neque accidens, nam etiam illa virtus esset imperfectior substantia; si ergo non potest secūdùm propriam virtutem, neque poterit ratione illius virtutis superadditæ, tum quia sæpè abest substantia, à qua virtus illa fluat dum operatur: secundò vt substantia vtatur sua virtute adiuuando illud immediatè in agendo, sicut calamus attingit characterem adiutus à scribente, vt volebat Gabr. & probabiliter dici potest, in aliquibus, & tunc accidens non potest; absente substantia, adæquatè producere substantiam, sicut nec calamus caracteres, quod Aduers. repugnat: nam ideò dicunt, substantiam produci ab accidentibus, vt saluent experientias, quibus videmus, produci substantiam ab accidentibus, seclusa omni actione substantiæ. Tertiò vt per solam virtutem, quā accidens habet in se præciso omni alio actuali concursu substantiæ possit producere substantiam, & hoc communiter intendunt. Sed contra, nam esse virtutem substantiæ non addit aliquam perfectionē supra propriam perfectionem virtutis; sed secundùm propriam perfectionem non potest producere cum sit imperfectius; ergo neque in virtute substantiæ. Maior probatur, nam quod accidens sit virtus substātiæ habet ex specifica sua perfectione; ergo nihil additur supra specificam perfectionem, quia si potest in virtute substantiæ, potest etiam ex propria perfectione; atque adeo imperfectior ex propria perfectione producere potest perfectius, quod fieri nō posse patet ex eo quod virtus corporea, quia imperfectior ente spirituali non potest se sola præciso concursu agentia spiritualia attingere effectum spiritualem, neq; principaliter, neque, vt instrumentum; vnde phantasma non attingit speciem intelligibilem, nisi eleuatur ab intellectu agente.

Confir. 2. nam calor non recipit à forma substantiali aliud esse, nisi esse caloris; ergo non habet aliam virtutem, nisi propriam caloris; ergo esse virtutem substantiæ non est alia virtus à propria virtute: neque potuit forma dando tale imperfectum esse accidenti, dare adeo perfectam virtutem, & actiuitatem.

Confir. 3. quia hac ratione non calor in virtute substantiæ, sed potiùs substantia in virtute caloris produceret substantiam, tū quia calor non à substantia recipit virtutē agendi, sed potiùs contra, nam accidens est virtus quædam, qua substantia producit substantiam.

Tum quia summus calor potest producere substantiam sine substantia; non tamē substantia potest sine calore.

Neque dicas, calorem recipere virtutē à substantia radicaliter, substantiam verò à calore formaliter, quia perfectiori modo calor tribueret actiuitatem substantiæ, quàm contra. Responderi posset ad hæc omnia, imperfectius posse producere perfectiua, Sed contra, nam primùm hinc destrueretur ordo vniuersi; nulla enim relinqueretur via ad inuestigandas perfectiones rerum ex operationibus. Neque, inquit Scotus, potest hoc semel admisso probari, cur musca non producat leonem.

Confir. 4. nam si effectus esset perfectior principio immediatè productiuo, tunc signata ea perfectione, qua effectus adæquat per-

perfectionem principij; non enim potest esse ab alio principio, cum illam non contineat; non enim esset expleta, & adæquata perfectio principij ex alia perfectione effectus; ergo.

Confir.6. nam effectus participat perfectionem causæ; ergo non potest esse perfectior virtute causæ, nam participans esse alterius, non potest esse perfectior re participata.

21 Confir.7. quia nulla res potest dare perfectiùs esse effectiuè, quàm det formaliter, vt patet in Deo, qui cum contineat omnes, & perfectissimè omnes modos causandi omnium causarum, non potest effectiuè communicare maiorem perfectionẽ, quàm communicando formaliter suam essentiam; & ratio est, quia, cum res communicat suum esse formaliter, tribuit totũ esse, quod habet formaliter, & virtualiter: Sed nulla causa communicando se formaliter potest effectui tribuere maiorem perfectionem, quàm in se habeat; ergo neque effectiuè. Secundò probatur, ex parte substantiæ, in cuius virtute operatur: Id, in cuius virtute instrumentum agit, debet habere vim, qua possit producere effectum productum ab instrumento: sed in aliquarum substantiarũ productione nulla substantia potest esse, in cuius virtute accidẽs agat; ergo. Minor probatur, nam vel est suabstantia, in qua inhæret accidens, & nõ, quia sæpè illi accidens repugnat, & sæpè non habet vim ad productionem formæ, vt patet, cùm ex calore recepto in ferro producitur ignis: & similiter, cum producitur ignis à calore producto in aere ex reflexione luminis; aer enim non habet vim producendi formam ignis; vel est substantia, quæ producit accidens, & neque tum quia sæpè non existit, at non existenti repugnat agere, atque adeo virtus agendi: tum quia cum generatur mixtum ex prima elementorum commixtione, non potest assignari causa principalis; illa enim accidentia fiunt à formis elementorum; formæ autem elementorum cum contineantur in inferiori specie rerum, quàm sit mixtum, non adæquant mixti perfectionẽ: & similiter cum ex putri materia generatur mus; non enim apparet, in cuius substantiæ virtute accidentia murem producant, non enim ibi adest mus aliquis vel substantia productiua muris. Nam etiam cœlum quod sæpè producit illa accidentia est imperfectius viuente, vt alibi.

Nulla res potest dare esse effectiuè perfectiùs, quã formaliter.

Respondet Fons. Accidens non producere substãtiã virtute eius, à quo ꝑducitur, sed eius, cui illud accidens, seu complexio est naturalis; putat enim, omne accidens productum à Deo esse connaturale alicui substantiæ indiuiduæ, à qua naturaliter produci potuisset.

Sed contra, nam sæpè contingit, dispositiones produci à diuersis agentibus, quæ non habent vim producendi formam ad quam, quia complexio illa disponit, quæ complexio naturaliter à nulla alia substantia produci potest, cum effectus indiuiduetur ab agente, vt dum ex terra, & aere producitur dispositio ignis; illa enim dispositio non potest attingere ignem in virtute terræ, vel aeris.

Respondent secundò Alij, produci in virtute substantiæ vagæ. Sed contra, nam instrumentum non potest habere maiorẽ vim, quàm habeat id, in cuius virtute agit: sed nulla res vagè sumpta potest habere aliquam actionem, nisi sit singularis, & existens, quia nulla res habet vim operandi extra singularia, & existentia; ergo neque potest efficere, vt aliud agat in virtute ipsius, si ipsa non est singularis, & existens.

Causa principalis vaga impugnatur.

Confir.8. Nam licet dici solet, aliquam propositionem esse aliquado veram, vagè sumpto subiecto, vt ad æquitandum requiritur equus, exercitium tamen semper requirit aliquod determinatum indiuiduum; non enim actio equitandi esse potest in equo vagè sumpto; ergo similiter vt substantia vagè sumpta nulla potest habere operationem, ita neque aliud potest agere in virtute substantiæ vagæ; non enim potest dari alteri maior perfectio agendi, quàm in se habeat.

Confir.9. nam sæpè dispositio illa naturaliter non potest produci ab vlla substantia, etiam vagè: quæ habeat vim producendi effectus, vt in casu posito: siccitas enim terræ, & calor aeris ita indiuiduantur à proprijs causis, vt à nulla alia causa naturaliter produci possint.

Respondent 3. producere in virtute substantiæ, ad quam producendam ordinatur dispositio illa: nam illi substantiæ proportionatur. Sed cõtra, nam sicut nulla res potest producere seipsam; ita neque accidens in virtute illius potest producere eandem rem, à qua recipit virtutem agendi, quia ita produceret seipsam communicãdo virtutẽ ꝑductiuã antequã existat. 22

Secundò probatur, nam non rectè na- 2. *Ratio.*

tura

tura instituisset res, si ad producendum perfectissimum effectum tribuisset vim imperfectam, vt patet in alijs actionibus: non enim ad producendam intellectionē immaterialem tribuit virtutem materialē, cum tamen maior sit distantia in perfectione inter accidens, & substantiam, quàm inter corporale agens, & spirituale. Hinc videmus, rebus varias tributas esse virtutes, easque magis, vel minùs perfectas iuxta variam perfectionem actionum. Quod si perfectum potuisset produci ab imperfecto, sufficeisset, imperfectam virtutem tribuere ad perfectum effectum. Vnde sumitur hæc ratio, Virtus debet esse proportionata actioni, sicut est ipsum agens principale, nam in virtute est tota vis supra effectum; ergo.

Confirmatur, nam si hæc actio negatur à formis, formæ essent imperfectiores actionibus; tota enim perfectio rerum consistit in operationibus. Vnde Arist. 2. phys. 70. ait, formam esse finem efficientem, & formalem, sed est finis ratione sui; ergo etiam, & effectus.

Respondet Fons. id oriri, quia substantia est mediæ cuiusdam naturæ inter Deū, & accidentis; agere enim vt principale, & proximum est Dei, vt proximum, & non principale accidentis; vt principale, & non proximum est substantiæ.

Confir. 2. nam vel hæc actio negatur à substantia propter perfectionem substantiæ, & non, quia conuenit Deo, qui immediatè operatur; vel propter imperfectionē substantiæ, & neque, quia Immediata productio sui similis conuenit accidentibus, quæ sunt imperfectiora substātia. Vt enim producere immediatè accidens sibi simile non arguit perfectionem infinitam in accidente, tum quia entitas effectus est finita, & modus agendi conuenit rebus naturalibus; ita neque si substantia produceit immediatè substantiam, arguet perfectionem infinitam, quia etiam effectus esset finitus, & modus finitus: vnde illud debet constitui principium agendi, in quo agens assimilat sibi effectum, vt seruetur proportio. Neque rectè infertur ex eo quod Deo conuenit producere immediatè substantiam, esse Deum substantiam, quæ immediatè produceit substantiam, quia esset argumentari in secunda figura ex puris affirmatiuis, vel in prima ex materia particulari, vt patet formanti syllogismum. Nam si assumatur, quod omne producens immediatè substantiam est Deus, vt facilè assumitur, ita negatur, & ratio est quia sicut dantur perfectiones propriæ Dei, quæ sūt incommunicabiles creaturis, vt independentia ab alio &c. ita dantur perfectiones communicabiles creaturis: ex quibus non licet inferre diuinitatem, quia alio modo habentur à Deo.

Dices quid intelligat D. Th. cum docet, accidens attingere substantiam in virtute substantiæ. Respondent aliqui, intelligere quod tota virtus, quam habet accidens sit illi communicata à substantia, cum non dicatur simpliciter ens, sed entis ens .i. ens substantiæ, seu virtus, per quam agit substantia; at hoc non addit aliquam perfectionem supra suam perfectionem essentialem, & connaturalem, quæ quia est improportionata ad effectum perfectiorem se, non potest plus in virtute substantiæ, quàm ex sua natura, sed de sensu D. Tho. alibi.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta allata pro quinta Conclusione.

23 Ad primum, Aliqui dixerunt, agentia naturalia solùm disponere materiā; formas verò produci ab agente superiori. Ita Auic. 1. suff. c. 10. 7. met. c. 4. Thomist. & alij contra quos alibi. *Soluuntur allata argumenta.*

Ego dico primò, quando agens naturale disponit materiam ad productionem sui similis, si sufficienter est approximatum passo habet vim adducendi formam substantialem, patet ex 3. phys. 7. 7. met. 31. vbi id etiam fatetur Sanctus Thomas, & ratio est, quia non est ratio, cur hæc virtus negetur naturalibus agentibus, cum productio hæc fieri possit sine creatione. ex S. Thom. 1. p. q. 45. art. 8. actio autem, cui nō admisceetur creatio, est creaturæ possibilis.

Confirm. quia hæc perfectio non deest accidentibus; ergo neque substantiæ.

Confir. 2. nam videmus viuentia habere vim, qua se nutriant, & augeant, quod sine nouæ formæ productione fieri nequit.

Dico secundò, principium principale, & proximum, ex quo fit huiusmodi actio, productio scilicet sui similis, est forma substantialis, si est sufficienter approximata, patet primò ex 2. phys. 70. vbi finem, & efficientem ait sibi inuicem respondere, & *Forma substantialis est principium principale proximum, ex quo fit productio formæ similis.*

& 2. de Gener. 54. & 55. reprehendit antiquos, qui omnes actiones dicebant fieri ab accidentibus, neque inquit Pauef. eos reprehendit quod dicerent, accidentia producere substantiam in virtute propria, sed quia absolutè dicebant, accidentia efficere omnia. Hinc 7. met. 32. ante productionē substantiæ dicit præcedere substantiam.

Secundò probatur, nam hæc generatio est actio quædam substantifica, ideft efficiens substantiam; ergo debet habere principium illi proportionatum; illud enim est principium agendi, in quo passum assimilatur agenti; neque enim terminus sui finis debet excedere suum principium.

Dices id verum est in principio principali, non autem in proximo. Sed contra nam omne principium particulare habet in suo ordine actiuitatem quandam sibi propriam ratione effectus, hic autem nulla alia esse potest, nisi generatio substantialis.

Confir. nam tunc accidens est productiuum accidentis, vt substantia substantiæ, cum actiuitas formæ substantialis debeat esse perfectior, vel saltem proportionalis actiuitati accidentis; sed accidens immediatè attingit accidens sibi simile; ergo. Neque placet quod dicit Caiet. 1. p. q. 54. art. 3. esse principium proximum, & principale productiuum substantiæ excedere perfectionem creaturæ: nam, vt diximus, non apparet vnde sit hic excessus, cum maxima sit proportio inter substantiam producentem, & productam; cum enim concedatur accidenti producere sibi simile, cur non item substantiæ concedetur?

34 Dico 3. Cùm hæc actio tribui non potest formæ substantiali propterea quod nō est applicata, vel alia ratione; tunc confugiendum est ad primam causam; huius etenim munus est concurrere cum omnibus agentibus naturalibus, illorumque defectus supplere: nam quod omnes fatentur in productione animæ rationalis, ne concedatur creaturæ actio creatiua; id debet etiam dici in productione aliarum formarum, ne concedatur imperfectum producere perfectius, quod non minorem habet repugnantiam, quàm actio creatiua cum creatura. Vnde Auic. maluit dicere intelligentias creare, quàm imperfectum producere perfectius. Et ex his patet ad argumentum, & confirmationem; nam calor ille accendi potuit ab igne vel per aerem accensum, qui continetur in poris vasis, vel à se ipso immediatè p actionē in distans, quæ esse potest etiam si non sit in medio, quando medium non est aptum ad recipiendam illam, vt fusè alibi.

Ad secundum etsi dici posset, substantiam producere substantiam per potentiā formaliter à se distinctam, quia hoc non esset tribuere accidenti producere perfectiorem effectum, quàm ipsum est, & quod posset dici simul concurrere etiam ipsam formam substantialem, vt diximus in operationibus vitalibus.

Adhuc tamen meliùs distinguitur duplex actio, vna substantifica, quæ immediatè oritur ab ipsa essentia substantiæ, vt effectus sit principio suo proportionatus; altera accidentalis. & hæc duplex: prima quæ conuenit rei p se, & cōstituitur iam in pfecto statu, vt intellectio, &c. & hæc oritur ex accidētibus. Secunda est, q̄ fit p accidens per quandam resultantiam ab essentia, & hæc ne detur processus in infinitum immediatè oritur ab essentia, vt ferè omnes fatentur.

Ad primam confirmationem Respondetur, requiri dispositiones, tum vt expellatur forma contraria, tum vt introducatur de nouo; non enim quælibet forma potest introduci in quodlibet, nisi aptè dispositum, & sibi proportionatum, & falsò dicitur esse in aliqua materia plures dispositiones alicuius, & non introduci illam formam, nam hoc esset destruere vniuersas corruptiones, & generationes: neq; nobis magis, quàm ipsi met repugnaret; peto enim ab ipsis, cur dispositiones formæ aeris non introducunt formam aeris in vaporem, & introducunt in aliam materiam, cum semper habeant æqualem agendi virtutem. 25 *Cur requirantur dispositiones.*

Ratio igitur alia est, nam non debet attendi vna, vel altera qualitas, sed omnium complexio, cui sit magis proportionata.

Ad secundam confirmationem illud esse quia accidentia intensiora citiùs disponunt materiam, sed remissiora tardiùs.

Ad tertium argumentum Respondetur, multa ex illis videntur nobis fauere quare ad t. 31. 7. met. & c. 4. de sensu, & sen. Respondetur ibi loqui de actione alteratiua, quæ fit per primas qualitates: Vnde etiam patet, qua ratione dicatur esse actio inter contraria: nam loquitur ibi Aristoteles de actione alteratiua. Neque hinc sequitur, substantiæ esse aliquid contrarium, nam licet duæ formæ substantiales sint incompossibiles, non tamen dicuntur opposita;

atque

atque adeo neque contrariæ, cum contrarietas sit species oppositionis, quia ad oppositionem requiritur, vt vna sit incompossibilis alteri, & eo genere incompossibilitatis non sit alteri incompossibilis, vt fusè in c. de opp. dicitur à Doctoribus.

Ad quartum argumentum dicetur infra cum de generatione viuentium.

DVBITATIO IV.

An accidens attingit substantiam vt principium instramentale, & inadæquatum.

1 DE hac fusè dictum est in physicis, quare hic breuiter atringetur.

Accidēs vt principium instrumentale, & inadæquatum substātiam attingit.

Respondeo affirmatiuè, quia ex ijsdem principijs quibus probatur, causas secundas operari effectus, probatur accidens cōcurrere ad productionem substantiæ, nam quia experimur, præsentibus talibus existere de nouo tales effectus rectè inferimus, produci à talibus entibus ibi præsentibus, ita quia videmus ad præsentiam talium accidentium de nouo in materia existere tales formas, debemus inferre, oriri ab illis accidentibus non adæquatè propter imperfectionem accidentium non adæquatē perfectionem effectus; ergo inadæquatè: & sicut non licet, effectum tribui causæ vniuersali, dum potest tribui particulari adæquatæ, ita etiam dum potest tribui inadæquatæ; vnde falluntur Recentiores negantes, dari fundamentum, quo probetur hic concursus inadæquatus accidentium.

Dices, frustra tribui hanc virtutem accidenti, quia quando est præsens substantia potest productio tribui adæquatè substantiæ, quando verò est absens, non potest accidens producere, ergo non est ratio ponendi illam virtutem.

Cur natura tribuerit accidenti virtutem productiuam substantiæ.

Respondeo, naturam instituisse hāc virtutem accidentalem productiuam substātiæ ad supplendum defectum substantiæ, primo extrinsecum .s. præsentiam, & applicationem substantiæ, quia nulla est substātia existens existentibus accidentibus eius in materia, vt quia perijt, siue quis non est applicata, vt dicitur de auro producto à Sole in visceribus terræ per accidentia ibi producta, & cum inde sit absens nō potest immediatè concurrere per suam substantiam ad illius productionē ex principio vniuersali, quod agens naturale non potest producere effectum immediatè in distans, quem nō producit in medio, licèt Scotus affirmat, posse intra suam sphæram; de qua re infra; neque obstat, quod accidētia nequeunt adæquatè producere, quia satis est virtus inadæquata exigitiua concursus alterius causæ adæquantis principium proximum, cuiusmodi est virtus hæc accidentalis exigens concursum causæ substātialis particularis, vel in eius defectum cōcursum causæ vniuersalis, & primæ, supplentis defectum illius.

Quod si dicant, sufficere accidentales dispositiones, vt exigatur concursus causæ primæ, vt patet in productione animæ rationalis. Respōderet, causam actiuam effectus connaturalius exigere concursum causæ primæ respectu effectus, quàm exigat dispositio, & dispositiones ad formam rationalem licèt careant via actiua respectu animæ rationalis, habent tamen illam respectu informationis animæ rationalis: atque adeo exigentia cōcursus causæ primæ in huiusmodi effectus semper est coniuncta cum aliqua virtute actiua. 2

Huiusmodi virtus accidētalis quomodo sit necessaria ad supplēdum substantiæ defectum.

Secundò virtus accidentalis productiua substantiæ inadæquatè est necessaria in natura ad supplendum defectum intrinsecū substantiæ, eo quod secundùm alios etiam si substantia sit eiusdē speciei cum alia, adhuc tamen natura non tribuit illi virtutem adæquatam productiuam substantiæ: atque adeo indigentem virtute accidentali illam complente; sicut anima etiam si sit perfectior sua operatione vitali, non tamen habet virtutem adæquatam producendi illā, sed inadæquatam, vt cum potentia simul producat illam. Neque est negandū, quod natura negauerit illi virtutem adæquatam, tum quia multis entibus illam omnino denegauit, vt Angelis producēdi sibi similē, & secundis qualitatibus similiter: quare non mirum, si aliquibus substantijs reddit illam, sed inadæquatam. Et ratio est, quia ex hac ratione magis consequatur vniuersum, & compensatur mutua actiuitas inferiorum. Si .n. substantia produceret adæquatè substantiam, cum hæc sit indiuisibilis, produceret illam in instanti. Et cum perfectior substantia habeat perfectiorem actiuitatem, semper perfectior corrumperet, & non corrumperetur ab imperfectiori, nunc verò quia accidentia habent latitudinem; & se mutuò refrangunt, non adest semper virtus actiua accidentalis re-

ſpectu productionis ſubſtantiæ. Confirmant aliqui, quia talis inadæquatio virtutis nullam dicit repugnantiam neque ex parte ſubſtantiæ, cum ſubſtantia ex genere ſuo non exigat virtutem actiuam ſui ſimilis, vt dictum eſt. Neque ratione talis ſubſtantiæ, quia taleitas non habet neceſſariã connexionem magis cum virtute adæquatè productiua ſubſtantiæ, quàm productiua inadæquatè, neque ex parte adæquatæ perfectionis inferri poteſt neceſſariò adæquata virtus productiua, vt dictum eſt ſupra. Et ex eo quod plus requiritur ad virtutem productiuam, quàm ad eſſendum, in quo fundatur ſimilitudo naturæ, nam multa conſeruantur in ſtatu eſſendi, in quo non poſſunt producere, vt patet.

3 Neque repugnat ex parte accidentis, vt habeat vim productiuam ſubſtantiæ, quia licet illi propter ſuam imperfectionem repugnet virtus adæquata, non tamen inadæquata, quia hæc potiùs ſupponit imperfectionem; nam cum indigeat eleuatione à principio principali, ſupponit imperfectionem in principio eleuato. At inſtabis, cum tam ſubſtantia, quàm accidens habeant virtutem inadæquatam neutrum poteſt eſſe cauſa principalis, ſed totum quod habet virtutem adæquatam effectui. Reſpondeo quando aggregatum eſt ex virtute inſtrumentali cum eo, cuius eſt inſtrumentum, tunc principalis cauſa non eſt propriè aggregatum, ſed id quod vtitur inſtrumento, vt patet in ſcribente, qui vtitur, & non poteſt ſcribere ſine calamo; vbi ſcriptor dicitur cauſa principalis, & non aggregatum: cum igitur virtus accidentalis ſit inſtrumentum ſubſtantiæ reſpectu productionis ſubſtantiæ, principalis cauſa erit ſubſtantia.

Dices ſecundò. Omnis effectus habet aliquam perfectionem correſpondentem ſuæ cauſæ, etiam inſtrumentali, cum ad illam phyſicè concurrat inſtrumentum. Sed nulla perfectio eſt in ſubſtantia, quæ correſpondeat virtuti accidentali, cum differant genere ſupremo: quæ autem differũt genere non poſſunt conuenire in aliqua perfectione inferiori. Vnde accidens nec adæquatè, nec inadæquatè, neque principaliter, neque inſtrumentaliter poteſt concurrere ad productionem ſubſtantiæ. Reſpondent aliqui, rectè hinc probari de accidentibus nunc exiſtentibus, non autem de poſſibilibus, quia poteſt eſſe principiũ proportionatum inadæquatè, licet non adæquatè. Sed contra, quia argumentum probat, eſſe repugnantiam ex ratione accidentis, & ſubſtantiæ; ergo etiam accidenti poſſibili id repugnabit.

Ego de hoc argumento plura dixi in phyſicis, & 1. tom. opuſc. lib. 3. tract. 2. vbi primò oſtendi, non eſſe neceſſarium, omnes perfectiones effectus correſpondere perfectionibus inſtrumenti, quia alioqui non eſſet inſtrumentum, ſed cauſa principalis, nam cum concurrat ad omnes perfectiones effectus, deberet illas præhabere vel formaliter, vel eminenter, id eſt perfectiori modo: atque adeo eſſet cauſa principalis.

Secundò oſtendi, ſufficere, vt perfectiones effectus correſpondeant cauſæ adæquatæ, quia effectus totus, & totaliter ab illa pendet: atque adeo contineri debet in illa. Hinc fit, vt in actibus cognitionis cum principium adæquatum ſit potentia, & ſpecies, in illis vitalitas correſpõdeat potentiæ vitali, & repræſentatio obiecti ſpeciei. Similiter in productione ſpeciei intelligibilis, ad quam concurrit phantaſma, & intellectus agens, ſpiritualitas correſpondet intellectui, & repræſentatio phantaſmati. Similiter in viſione beatifica vitalitas correſpondet intellectui, & ſupernaturalitas lumini gloriæ. Hæc autem correſpondentia non reperitur in omnibus partibus cauſæ adæquatæ, quia aliqua pars illius eſt purè inſtrumentalis quoad omnes perfectiones effectus, atque adeo omnes attingit ex vi eleuationis: & hinc fit, vt perfectiones effectus correſpondeant principio eleuanti. In caſibus autem poſitis illæ partes non habent quoad omnes perfectiones rationem inſtrumentalem, nam ſpecies non eſt inſtrumentum intellctus, vt concurrit ad repræſentandum, ſed vt concurrit ad repræſentationem talem, ſcilicet, vitalem; ſic phantaſma concurrit ad ſpiritualitatem ſpeciei intelligibilis, & lumen gloriæ eſt inſtrumentum intellectus, vt concurrit ad vitalitatem viſionis, non verò vt concurrit ad ſupernaturalitatem, ſed ad illam concurrit, vel propria virtute, vel vt inſtrumentũ Dei. Sed potiùs intellectus ratione potentiæ obedientialis concurrit inſtrumentaliter ad ſupernaturalitatem: quæ tamen ſupernaturalitas nihil habet in natura intellectus illi correſpondens, cum ſecundùm totam ſuam rationem ſit naturalis.

4 Ex quibus patet, errare Recentiores dũ dicunt, in principio accidentali eſſe aliquã

per-

perfectionem,quæ correſpondeat effectui ſubſtantiali, non quidem formaliter connotatam,ſed eminenter, ſeu virtualiter inadæquatè, nam continentia virtualis, & eminentialis ponit in continente maiorẽ perfectionem,quàm continentia formalis: atque adeo accidens vt continens illas eſſet perfectius,quàm ſubſtantia. Deinde, vel omnes perfectiones ſubſtantiæ, illi correſpondent, & tunc accidens vel eſſet ſubſtantia,vel perfectior ſubſtantia:vel aliquæ, & nulla aſſignari poteſt,cum differãt toto genere. Et cum dicunt inadæquatè contineri, explicari debet,in quo conſiſtat illa inadæquatio; nam cum perfectio effectus metaphyſica adæquatè conſiſtat in genere,& differentia; ſi continetur inadæquatè, vel erit quia non continetur genus, vel quia non continetur differentia, vel explicet quid ſit contineri inadęquatè perfectionem effectus; & cum phyſica eſſentialiter conſiſtat in materia, & forma continebit, vel formam, vel materiam, quod certè non alienum à veritate, patet.

5 Dices tertiò. Perfectio effectus correſpondet cauſæ ratione cauſalitatis,ſed cauſalitas eſt à ſubſtantia, & accidente; ergo perfectio effectus debet correſpondere adæquatè ſubſtantiæ, & accidenti,atque adeo inadæquatè ſingulis, quia ſingula inadæquatè habent cauſalitatem, & ſimul iuncta adæquatè.

Cui principio correſpondeat effectus perfectio.

Reſp.Perfectionem effectus correſpondere principio actiuo principali,& eleuanti, nam illi propriè conuenit ratio cauſæ, non principio inſtrumentali, quia concurrit imperfecto modo non ſolùm ratione concurrendi.ſ.inſtrumentaliter,& virtute concurſus eleuãtis. Vnde fit,vt perfectiones effectus contineri debeant in cauſa, ſeu principio actiuo principali, & in cauſalitate,vt in conditione,per quam cauſa communicat exiſtentiam perfectionibus, quæ ex ſe conueniebant effectui ſecundũ eſſentiam, non tamen ſecundùm exiſtentiam;de qua re dixi in phyſicis, & aliquid dicã infra. At verò quando cauſa eſt principalis,tunc ſi eſt adæquata,illi reſpondent effectus perfectiones oẽs totę & totaliter, ſi inadæquata,reſpondent omnes, ſed non totaliter,ita formę liquefaciũt ferrũ,non vt partes ignis,quia vnitæ ſuperant reſiſtentiã ferri,quod videre licet in effectis dicẽtibus perfectiones diuiſibiles,vt cũ duo portant pondus centum librarum, cum ſinguli nequeant ſoli portare niſi quinquaginta.

De correſpondentia autem inter cauſã, & effectum,de qua Vaſq. 1. par. diſput. 4. cap. 2.& 4.ego alibi fuſiùs diſputaui, & ſi occaſio dabitur,infra aliqua dicam.

Cauſa vnde cognoſcitur eſſe principalis.

Dices quartò. Vnde cognoſcitur,cauſã eſſe principalem. Reſpondeo ex dictis in phyſicis,& tom.1.opuſc.tom. 3. tract. 1. non cognoſci ex concurſu adæquato, nam cum duæ cauſæ partiales concurrunt ad eundem effectum, ambæ dicuntur principales,& tamen ambæ inadæquatè concurrunt.

Reſpondeo ſecundò,cognoſci ex perfectione cauſæ maiori, vel æquali reſpectu effectus:virtus enim actiua, quæ fundatur in maiori,vel æquali perfectione reſpectu effectus,conſtituit cauſam principalem ex communi vſu phyloſophorum, vt ibi oſtendi.

Cauſa vnde cognoſcitur eſſe adæquata, vel inadæquata.

Dices quintò. Vnde cognoſcitur cauſa adæquata,vel inadæquata. Reſp. primò nõ cognoſci ex indigentia alterius concauſæ, 6
nam cum omnis cauſa ſecunda indigeat concurſu cauſæ primæ, ſequeretur, nullam cauſam ſecundam eſſe adæquatam. Reſp. ſecundò, cognoſci ex indigentia alterius concauſæ in eodem ordine cauſarum,nam quæ non poteſt ſola producere effectum, ſed indiget altera,illa dicitur cauſa inadæquata:quæ autem non indiget,dicitur adæquata,quia totus concurſus, & totaliter eſt adæquatè ab illa; ſolùm difficultas poteſt eſſe, an indigentia concurſus inſtrumentalis auferat à cauſa principali rationem cauſæ adæquatæ:de qua re neminem inueni expreſsè diſputantem, ſed tantùm in actu exercito, dum alij vocant adæquatã, alij verò inadæquatam. Sed quia non vacat auctoritates Doctorum hic referre, referam fortaſſe alibi, præferenda tamen ſemper eſt antiquitas Doctorum, cum illi multò doctiores fuerunt, quàm ſint Recentiores, & ingenio etiam præſtantiores.

DVBITATIO V.

Quæ accidentia concurrant effectiuè ad generationem,quæ materiam formaliter diſponunt,an quæ in agente productiuo diſpoſitionum.

CVm hæc dubitatio ſatis patere poſſit ex dictis, iure omitti poterat, 1
quia tamen Recentiores aliqui aliqua

contra rationem fingunt, aliqua breuiter adnotabimus.

Accidentia dispositiua emanantia à forma genita producunt formam.

Primò aliqui putant, produci ab accidentibus dispositiuis emanantibus à forma genita: sed hæc opinio confutata est, quod inde sequeretur, effectum non existentem producere suam causam, vel existentem producere causam sui præexistentem, neque iuuari potest beneficio prioritatis, & posterioritatis in diuerso genere causandi, quia illud principium non habere locum in causis exigentibus ad suas causalitates præexistentiā physicā, probaui in physicis, & hic supra.

2 *Forma resultat vt terminus alterationis, & accidentium p illā productorū per alios.*

Secundo alij, non produci, sed resultare vt terminum alterationis præcedentis, & accidentium ex vi illius productorum, & ad corruptionem subiecti in tempore immediatè præcedenti instans generationis corruptorum, sed hæc opinio supra reiecta est, tum quod tribuit existēs aliquod de nouo sine causalitate, per quam existat, cum nullum ens quantumcumq; imperfectum possit de nouo existere sine causalitate, & influxu alicuius causæ existentis in eadem mēsura in qua causat, tum quia ponit accidentia iam non existentia, dum nō existunt, causare. Deinde nolunt tribuere actiuitatem accidentibus existentibus in causa productiua alterationis, quod accidentia terminantia alterationem sunt magis applicata materiæ sm̄ locum, quàm accidentia, quæ sunt in causa alterante, & non vident, se tribuere actionem accidentibus, quæ nullo modo sunt applicata nec secundùm locum, nec tempus cum non existant, sed vt extiterunt, ita fuerunt applicata secundùm locum.

Dices. Terminus motus est ex vi motus, & tamen existit, corrupto motu. Sed generatio substantiæ est terminus alterationis; ergo existit ex vi alterationis, corrupta alteratione. Minor probatur, nam generatio substantiæ est in instanti immediatè post alterationem.

Respondeo, terminum motus esse immediatè post motum. Sed ex vi causæ, quæ produxit alterationem existentis in instanti, in quo existit terminus alterationis per actionem indiuisibilem distinctam ab actione alterationis. Quare non dicitur, esse ex vi alterationis tanquam ex causa, vel actione, sed vt exigente terminum.

1 Respondeo secundò, terminum alterationis esse duplicem. Vnum intrinsecum, de quo dictum est, & huiusmodi non est generatio respectu alterationis: quare etiā si ille terminus intrinsecus esset ex vi alterationis, non sequeretur, generationem esse ex vi alterationis tanquam per actionem, ex qua resultet. Alterum extrinsecum, qui dicitur terminus, quia est finis, ad quem ordinatur alteratio, & huiusmodi est generatio. Vnde sicut finis exigit actionem, quæ det illi existentiam; ita & generatio.

Respondeo tertiò, Generationem non esse finem immediatum alterationis, sed dispositionis accidentalis acquisitæ per alterationem, & mediante illa, dicitur finis alterationis. Vnde sicut productio mediorum non est productio finis, quia finis producitur ex medijs tanquam ex causa; ita alteratio, quæ est productio accidentium, non est generatio, quę est productio substantiæ, quia hæc est ab accidentibus, vel forma aliqua substantiali,

3 *Per alios tę ròaccidētia, quæ sunt in agente alterante, & disponēte subiectum, producūt. &c.*

Tertia opinio est dicentium, produci ab accidentibus, quæ sunt in agente alterāte, & disponente subiectum, quia idem est agens disponens, & producens formam. Sed hæc opinio habet difficultatem: tum quia aliquando agens disponens in instanti, in quo est generatio, non existit, sed est corruptum, vel saltem eius accidentia ex vi repassionis à contrarijs: tum quia non potest producere effectum in distans, nisi similem producat in medio, vt dicetur infra cum de simultate agentis, & passi. Sed potest esse agens distans à subiecto, in quo producitur forma substantialis, vt sol, cui tribuitur productio auri in visceribus terræ, qui ob distantiam non potest immediatè producere ibi aurum, neque dicas posse quando est intra sphæram suæ actiuitatis, sicut producit lumen in inferioribus, nam intra sphæram potest quidem, sed opus est, vt circa totum medium producat similem qualitatem; at forma auri non producitur in igne, vel aere, quod tamen producitur in visceribus terræ; ergo non est immediatè à sole: & ita dicendum de reliquis.

4 *Accidentia materiam disponentia producūnt per alios.*

Quarta opinio est dicentium, produci ab accidentibus disponentibus materiam, quæ existunt in instanti generationis, cum negetur, fieri resolutionem per corruptionem compositi vsque ad materiam primā, & hæc opinio est communior, quia nihil deest illis accidentibus, quin exerceant suam virtutem circa illud subiectum.

Dices. Generatio est actio transiens; ergo non potest produci ab illis accidenti-

bus

bus,quia esset actio immanens, cum sint in eodem subiecto,in quo est actio.

Respondeo, esse actionem transeũtem, nam hæc dicitur propriè,quæ recipitur in eodem principio, à quo est actio,ita ut sit idem principium actiuum, & passiuum;at generatio esset in materia receptiuè, & nõ in accidentibus, à quibus ipsa est effectiuè.Et hinc sequitur,esse transeuntem, nam hæc dicitur dupliciter. Primò vt transit in alienum suppositum. Secundò vt transit à potentia ad subiectũ à potẽtia distinctũ. Quod si dicas,generationem viuentiũ esse vitalem,atq; adeo immanentem,responsio qua ratione illa generatio sit immanena, vel non,dicetur infra.

5 *Dispositiones in mãta receptæ formam produ cunt.* Dices 2. Quando accidentia,quæ existunt in principali generante,à quo alteratur materia sunt proximè applicata materiæ dispositæ, quæri potest à quibus accidentibus oritur generatio formæ substantialis,nam cum sint eiusdem rationis, & sufficienter applicata, non videtur cur potiùs vni parti,quàm alteri tribuenda sit generatio: Ita aliqui Recentiores,quia non debet tribui actio vni potiùs, quàm alteri, nisi detur aliqua ratio,alioqui gratia tribueretur vni. Sed hîc nulla est ratio neque ex parte virtutis actiuæ,neque ex parte applicationis, neque ex parte formæ producendæ, quia hæc non magis exigit produci ab his, quàm illis accidentibus, neque per actionem magis, vel minùs transeuntem, vel immanentem. Ex qua opinione videtur sequi, vtraque accidentia concurrere partialiter attemperando concursum: quæ opinio videtur satis probabilis.

Alij verò existimant,naturam instituisse, vt forma producatur à dispositionibus receptis in materia, in qua producitur forma: tum quia illa sunt magis applicata materiæ: tum quia sunt ordinata à natura ad conseruandam formam in materia:non sic autem accidentia,quæ sunt in principali agente, vt patet ex eorum recessu. Sed cõseruatio est eadem actio ac productio; ergo accidentia,quę conseruant producũt: alioqui deberet mutari actio,recedentibus accidentibus principalis agentis, nam illa actio erat adæquatè ab vtrisque accidentibus, ergo recedentibus aliquibus,non potest manere eadem actio.Sed erit alia actio adæquatè ab accidentibus dispositiuis. Neq; negabis,hoc nõ esse absurdum; cum quotidie id eueniat in productione rerum à causis secundis cum Deo, & conseruatione,quæ est à solo Deo, nam illa conseruatio non potest esse ab vlla creatura,cum sit propria actio Dei.

Neq;est illa diuersitas circa formas cõseruatas à causis secundis,quale est lumen, quod adæquatè producitur, & conseruatur à sole,& à Deo;sed circa formas, quæ non indigent conseruari à causis secundis.Quæ opinio mihi placeret,si accidentia conseruarent formam per influxum immediatũ in formam, qualis est diuinus,sed quatenus disponunt materiam,vt subiectiuè cõseruet formam. De qua re infra,interim vide Suar.disp.18.met.sect.2. num. 10. & disput.14.sect.1.Hurtad.de genetat. disp. 2.sect.1.subsect.3. Hæc disputaui,vt aperirem viam cæteris inquirendi veritatem, cum vtraque opinio defendi possit.

DVBITATIO VI.

An causæ secundæ pendeant à Deo in operari.

De hac dubitatione non sunt plura dicenda,quia satis multa docuimus contra Dola tom.1.opusculor.lib.2.tract. vlt.Quare hic pauca dicam.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

Hic posset agitari q̃stio de cœlo quo modo cõcurrat,de qua lib.de cœlo; quare tãtũ de Deo quæretur. Negat Durand.apud Capr.2.d.1.qu.1.art.2. primò quia non eadem actione neque diuersa. Non eadem, quia non potest eadem numero actio fieri à duobus agentibus perfectis,& immediatis, nisi haberent eãdem numero virtutem,vt Pater, & Filius respectu productionis Spiritus Sancti; vel nisi agentia particularia, aut vnus immediatè, alter mediatè concurrat,quæ non sunt hîc. *Non pẽdet in operari p Durandũ.* Neque diuersa,quia illæ actiones,vel cum ordine,vt vna prius,altera posteriùs sit, & non,quia totus effectus produceretur ab vna:quare nihil alteri relinqueretur. Et cõtra,vel simul sequitur,primò per accidens concurrere, & vniri: secundò vel totus effectus fit à singulis, altera erit superflua, vel pars ab vna,altera pars ab altera; sequitur,causam vniuersalem non concurrere immediatè ad illam partem effectus. Secundò non potest assignari, quæ pars ab vna

vna, quæ ab altera fiat, præsertim cum effectus est indiuisibilis, in quo non potest signari pars, & pars. Tertiò cum effectus identificetur cum actione, idem non potest identificari cum actionibus distinctis realiter.

Secundò Deus potuit communicare virtutem agendi creaturis sine concursu Dei, quia ad id videtur sufficere virtus finita, & hoc est melius, quia perfectiori modo se communicasset creaturis, nam creaturæ essent perfectiores; ergo debet dici, ita factum.

Confirm. primò per Immediatum concursum debet aliquod communicari creaturis; vel igitur illa re excepta potest creatura operari sine aliquo concursu, vel non; si secundum, erit necessarius alius concursus, & sic ibimus in infinitum. Si primum potuisset illud communicari creaturis, & sic agerent sine illo immediato concursu Dei.

Tertiò ordo efficientium respondet ordini finium; sed impossibile est, eiusdem rei esse duos fines totales, & immediatos &c.

Confirmatur, quia materia, & forma causant sine aliquo concursu.

Quartò quia tollitur libertas arbitrij, nā si necessarius est hic concursus ad omnes actiones, non posset voluntas velle sine hoc concursu. Et si Deus vellet, non posset non concurrere, quare necessitaretur voluntas ad volendum.

2 *Dependentia huiusmodi ab aliis conceditur, sed diuerso modo.* Secunda huic opposita, vt alibi D. Tho. Capr. Sotus, Ægid. Gregorius t. d. 45. q. vnica. & 2. d. 37. vbi Maior. q. 3. Bonau. ar. 1. q. 1. & 3. Gabriel, Licchett. & Scot. Sed differunt primò, quia volunt nihil communicari causis secundis, sed tantùm coagere cum illis. Ita Greg. Gabriel, & Ægidius.

Alij, communicari virtutem quandam, vt D. Thom. q. 3. de potentia artic. 7. ad 7. Ferr. 3. contra Gent. c. 70.

Secundò differunt, nam alij dicunt, Deū esse causam partialem, vt Maironus; alij esse totalem, vt D. Thom. & Greg.

Tertiò in modo, quo Deus concurrit; nam ex D. Thom. primò, quia tribuit virtutem agentibus vt generentur, dicitur causa motus grauium. Secundò, quia eandem virtutem conseruat, vt Toletus dicit, agere per lumen. Tertiò, quia omnis causa subordinata agit virtute superioris, vt fusè 3. contra Gentes c. 66. Quartò, quia applicat causas ad agendum, quod Ferr. 3. contr. Gent. 70. dicit, fieri per virtutem quandam incompletam. Quintò, quia dirigit, vt fines, quæ actiones omnes possunt saluari sine immediato concursu Dei; quare cum D. Thom. q. 3. de potentia artic. 3. & 3. d. 37. q. 1. art. 1. ad 4. expressè fateatur concursum immediatum Dei, dicitur poni alius concursus.

Notandum dupliciter mediatè, & immediatè, immediatè dupliciter, virtutis, & suppositi. Ferr. 3. contra Gent. c. 70. Immediatæ virtutis est agere virtute non recepta ab alio: quare est habere agens supra se, à quo pendeat, vt est ascensus, & descensus à principijs ad effectus.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

3 *Causa naturalis necessariò requirit actionē Dei.* PRima Conclusio. In Arist. necessaria est actio Dei ad actionem causarum naturalium, patet quia mouet cœlum, cuius motus est necessarius in Arist. ad causarum secundarum actiones, cum lib. de Mundo à Deo omnia dicantur coagmentata fuisse, nullamque naturam esse, quæ extra Dei tutelam existere, vel operari possit. Idem patet secundùm veritatē Philip. 2. *Operatur in omnibus velle, & perficere,* Is. 26. *Omnia opera nostra operatus es &c.* Io. 15. & 15. *Sine me nihil &c.* Actor. 7. *In ipso viuimus &c.* Iob. 10. *Manus tua &c.* 38. ps. 146 Matt. 6. Legendus Aug. 7. de Genes. ad litt. c. 23. epist. 37. ad Cōlentium. & de cathechizandis rudibus c. 35.

Secundò patet, quia res quælibet pendet in esse à Deo; ergo in operari, quia operatio habet suum esse.

Tertiò alij probant ex necessitate directionis naturæ in suis operationibus, nam cum à natura exeant effectus cum magna diuersitate partium inter se maximè ordinatarum cum summa proportione tum inter se, tum in ordine ad finem, non potest huiusmodi diuersitas oriri à natura simplici, & vniformi non cognoscente, cuiusmodi sunt virtutes accidentales, & seminis respectu viuentium sine virtute cognoscitiua, quia seruare proportionem, & ordinē partium inter se, & in ordine ad finem necessariò exigit naturam cognoscentem finem, media, & proportionem mediorū ad finem; sic enim hyrundo colligit paleas, vt construat nidum, & nidum cōstruit,

vt contineat oua, & fouet oua, vt pullos excludat. Similiter foramina hepatis, & pulmonum miro ordine sunt inter se proportionata, vt singula diuidantur in duo vsque ad finem; quod exigit perfectissimã cognitionem ne erretur.

Natura creata nihil operatur, sed tantùm Deus per Baß. quod impugnatur.

Ex hoc argumento Basso putat, naturã creatam nihil operari, sed omnes illas operationes esse à Deo vt prima causa, quia talis modus operandi excedit omnem perfectionem naturæ creatæ. Sed eum falli patet, primò ex ijs, quæ docuimus in physica tract. 13. q. 6. dub. 4. & 5. vbi ostendimus, & bruta, & naturalia agere propter finem, ad quem sunt ex natura sua determinata ab Authore naturæ. Vnde dicuntur dirigi ab intelligentia non errante. Secundò, quia vt virtus actiua ordinatè, & cum proportione operetur, non indiget, vt ipsa sit cognoscitiua, sed satis est, vt dirigatur à virtute cognoscitiua: virtus enim motiua manua ordinatè operatur ad applicandos colores, vt fiat imago cum membris, & coloribus proportionatis, etiam si non sit cognoscitiua, quia illi satis est dirigi à virtute cognoscitiua pictoris. Quare eodem modo potest natura operari directa à Deo, qui vt prima causa non solùm applicat causas naturales ad operationes, sed etiam physicè concurrit ad illas: qui concursus est sufficiens ad dirigendas operationes vt sunt à causis naturalibus. Quare ex illo argumento non necessariò probatur cognitio potentiæ operantis, sed ad summum cognitio causæ primæ cooperantis cum causa secunda. Et hoc ipsum an efficaciter probetur ex hoc argumento, alibi examinauimus.

4 *Probabiliùs Deus non concurrit immediatè per suppositum.*

Secunda Conclusio. Probabilius est secundùm Arist. Deum non concurrere immediatè immediatione suppositi ad oẽs actiones, sed tantùm mediante motu cœli, & lumine, vt alibi dicetur.

Confir. quia vel concurrit immediatè sine causa secunda, & non, tum quia causa vniuersalis nihil potest agere sine causa particulari, à qua determinatur; nam idem, vt idem semper facit idem. Causa autem vniuersalis semper est eodem modo; tum quia Deus deberet producere effectus omnes immediatè; frustra igitur aliæ causæ. Vel aliquos tantùm, & non est maior ratio de his, quàm de alijs secũdùm quid: quia hi effectus immediati vel sunt corruptibiles, & non, quia cum Deus necessariò agat; illi effectus essent æterni à parte ante, quare etiam à parte post: vnde incorruptibiles 1. cœl. c. vlt. Vel incorruptibiles, & tunc effectus incorruptibiles non fiunt de nouo, sed sunt æterni. Neque cum causis secundis concurrit immediatè, quia nõ concurrit, nisi per lumen &c. tum quia quando plures causæ eiusdem ordinis cõcurrunt ad effectum, semper vna mediatè, altera immediatè concurrit 2. met.

Tertiò secundùm veritatem concurrit etiam immediatione suppositi, vt benè Aug. loc. cit. nam alioqui non possent omnes actiones tribui Deo. vt licet terra producat herbas; tamen terræ non tribuuntur actiones herbarum. Secundò quia Deus concurrit ad omnem operationem, & ipse est in omnibus per præsentiam; ergo. Tertiò Deus omnes operationes intelligit, & vult: sed ipsum concurrere non est aliud quàm intelligere, & velle.

Confir. quia Theologi colligunt, Deum esse vbique, quia vbique operatur.

5 *Confutantur & soluuntur argumenta.*

Ad argumentum Respondetur, posse vtrumque dici, quod scilicet sit vna, quia identificatur cum vno effectu; licet sit alia actio immanens in Deo, quæ est velle ipsius Dei, quia vult, illam creaturam fieri, quod modo non est absurdum, sed est necessarium, quia non posset creatura aliquid agere, nisi creator velit, quod est concurrere Dei; neque est absurdum, vnam actionem numero fieri à diuersis agentibus diuersi ordinis, vt vna numero fit ab instrumento, & à principali agente; quare totus effectus erit ab agente naturali, & totus à Deo, sed in diuerso ordine, vt totus effectus est ab efficiente, & fine, & alijs causis, licet non totaliter, neque propterea alter erit superfluus, cum vnus non sit sufficiens, & licèt possit se solo; tamen ex libera sua voluntate se determinauit ad tantum, & tantum concursum; vnde patet ad primam, & secundam confirmationem.

Actio Dei potest dici duplex, in quo sensu.

Potest secundò dici, esse duas actiones, quia vnus cõcursus est superioris ordinis; neque potest tribui à creaturis quia æquiuit virtutem infinitam; alter verò est inferioris ordinis.

Confir. quia actio non est, nisi entitas, vt est ab agente; sed alio ordine respicit effectus causas vniuersales, alio particulares; ergo est diuersa actio; neq; tamen illæ actiones differunt realiter, sed formaliter, quia identificantur cum vna entitate effectus, quia totus à singulis, licèt non totaliter producitur.

Ad

6 Ad secundum non posse communicari creaturis, quia deberent esse agentia independentia, quod repugnat creaturis; quare siue dependentia excedit virtutem creaturæ: neq; est simile de effectu formali, quia esse calidum v. g. nihil addit præter calorem existentem in subiecto.

Ad confirmationem Respondeo, nihil communicare de nouo agenti naturali, sed ipse Deus immediatè per suam virtutem producit effectum.

Ad tertium. Non repugnat, aliquid habere duos fines in diuerso ordine, præsertim subordinatos: sicut etiam sunt causæ efficientes; an verò possit esse idem effectus à duabus in ordine, & non subordinato, alibi.

Deus simul concurrit ad nostros actus.

Ad quartum Respondent Aliqui, Deũ simul concurrere ad nostros actus, & nostram voluntatem, ex decreto, quo ab æterno decreuit concurrere cum actionibus creaturarum, quare neque priùs Deus, neque creatura dicetur concurrere. Neque determinatur à creaturis, sed potiùs ipse se Deus determinat ad præbendum talem concursum.

Alij dicunt, Deum determinari à causa secunda, nam est indifferens ad hos, vel illos effectus, determinatio illa fit, cum agit; quare dicetur priùs concurrere in genere causæ secundæ, Deus autem priùs in genere causæ primæ; de qua re 1. tom. opusc. lib. 2. tract. 2.

QVÆSTIO VI.

De fine Generationis.

1 DIco primò. In generatione esse finẽ patet 6 phys. 91. & ostendit 2. de Generat. in fine, & patet: est mutatio; omnis autem mutatio est finita. & confir. quia est actio agentis.

Generationis finis duplex est.

Dico secundò hic finis duplex est; Alter extrinsecus, & vniuersalis, & est assimilatio ad primum ens, quod cum sit æternum, omnia appetunt sui conseruationem; quæ cum non possit esse in indiuiduo, data est via producendi aliud indiuiduum in eadem specie, vnde æterna huiusmodi generatione carent. Ita ex Arist. 2. anim. 34. & 35. 2. de Gener. t. 49.

Finis intrinsecus generationis est forma.

His addunt Theologi, corruptibilia esse propter hominem. Finis verò intrinsecus est forma 2. phys. 14. 23. 70. 5. phys. 3. 2. de Gener. 55. quia forma acquiritur de nouo, tanquam terminus generationis; compositum verò terminat intentionem agentis.

Dices; ergo forma per se generatur, si per se est terminus generationis.

Respondetur, aliud esse per se generari, aliud esse per se terminum generationis, nam motu acquiritur terminus; & tamen id, in quo recipitur motus est compositũ quod dicitur moueri; ratio autem cur moueatur est qualitas, quæ acquiritur; & ideo cum quæritur de termino motus, præcisè quæritur id, quod acquiritur. vide Portiũ 2. de principijs c. 5.

Dices secundò si forma est finis, & terminus, & propterea causa generationis; ergo prior est, quàm compositum; vnde sequeretur primò, formam esse ignobiliorẽ composito, cum posterior sit perfectior. Secundò sequeretur, compositum per accidens generari, scilicet ad generationem formæ.

Respondet Zimara, propositione 100. & Portius, secundùm rem priùs generari compositum, quàm formam; sed secundùm rationem priùs generari formam, quia partes secundùm rationem sunt priores toto; licet in compositione artificiali priùs secundùm rem sint partes, quàm cõpositum; tamen in generatione partiali cõtra accidit, quia priùs est ipsa res, quàm huius partes, licèt secundùm rationem partes videãtur priores: sicut substantia secunda prior est secundùm rationem: sed substantia prima prior secundùm rem. 2

Forma quo pacto sit priùs composito.

Ego Respondeo, esse priùs etiam secũdùm rem ipsam formam, & hac ratione potest dici compositum per accidens generari, licet per se generetur quoad intentionem naturæ.

QVÆSTIO VII.

De speciebus generationis.

DVBITATIO I.

Quot sunt species generationis.

Generationis diuisio in viuentiũ & non viuentium.

REspondeo generationis species posse sumi ex varijs capitibus. Primò, & præcipuè ex ratione terminorum; & hine diuiditur in generationem viuentium, & non viuentium, & consequenter in varias inferiores species iuxta varias species viuentium, & non viuentium. 1

Se-

Generatio quæ nam anomala, quæ verò non.

Secundò ex modo productionis. & hinc diuiditur generatio in anomalam, & non anomalam, seu ordinariam: anomalæ enim dicuntur, quæ non seruant semper naturæ leges, qualis est productio hominis à Deo, vel ab incubis, vel ex putri materia, & similia. Ordinariæ verò dicuntur quæ semper seruant easdem leges naturæ.

Generationis cæteræ diuisiones.

Tertiò diuidi possunt ex parte causæ efficientis, quod aliæ sint à causis vniuersalibus, aliæ à causis secundis particularibus.

Quartò ex parte causæ directiuæ. Vnde aliæ sunt generationes naturales, quæ fiunt à natura necessariò operante sine cognitione.

Aliæ sunt artificiales, quæ fiunt à potentijs directis ab intellectu per idæas. Ex quo fit, vt eadem generatio respectu vnius causæ sit naturalis, & respectu alterius sit artificialis: qua ratione omnes effectus naturales causarum inferiorum naturalium sunt artificiales respectu Dei operatis illos per idæas, nos hic tantum explicabimus generationem viuentium, nam de alijs dicetur in varijs locis.

2 Quintò ex parte materiæ: Vnde alia est generatio mixtorum, alia simplicium corporum, nam materia simplicium corporũ est materia prima disposita per accidentia simplicia: at mixtorum materia sunt quatuor elementa inter se refracta, vnde sumitur materia prima disposita per complexionem, & temperamentum resultans ex quatuor qualitatibus: de quo infra.

DVBITATIO II.

Qua ratione generatio viuentium distinguatur à non viuentium generatione.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Explicandæ sũt peculiares conditiones generationis viuẽtium.*

PRimò notandum, distinctionem inter huiusmodi generationes, satis patere ex terminis, cum vna terminetur ad viuentia, & altera ad non viuẽtia. Sed quia cognitio huius distinctionia est satis confusa, ideò explicandæ sunt peculiares conditiones generationis viuentiũ, non quidẽ pertinentes ad singulas species viuentium, quia hoc munus est animastici, sed pertinentes ad communem rationem generationis viuentium, quæ nobis notæ erunt ex definitione generationis vitalis.

Viuentium generatio tripliciter accipitur.

Secundò notandum, generationem vitalem, quæ dicitur generatio viuentium tripliciter accipi. Primò vt denominatur à termino, non spectato modo, quo exit à principio. Et ita comprehendit omnem productionem viuentis siue fiat ex putri materia, vt generatio muscarum, & serpentum, & de ea hic nõ agimus, siue alia rõne. Secundò pro generatione vt denominatur nõ solũ à termino, sed ẽt à principio viuẽti physicè agente, qua ratione comprehendit etiam generationem plantarum, & herbarum. Dicimus, physicè agente, quatenus non dicit agere ex applicatione per cognitionem. Vnde ad vitandam confusionem terminorum, illam voco simpliciter physicam; alteram verò, quæ fit ab animato cognoscente, voco intentionalẽ, non quod non sit physica, sicut præcedens, sed quia superadditur cognitio, quæ dicitur actus intentionalis, & ideo illam voco generationem intentionalem; & hæ duæ species generationis sunt à nobis explicandæ.

ARTICVLVS II.

Quomodo definiatur generatio viuentium physica.

2 *Generationis vitalis physicæ definitio.*

RESpondent Theologi cum philosophis, quod sit origo viuentis à viuẽte, vt à principio coniuncto in similitudinem naturæ; ita D. Thom. 1. p. q. 27. art. 1. ex Damasceno 1. de fide c. 8. & sumitur ex Arist. 2. de anima tex. 34. 7. meatphys. tex. 28. & 1. de generatione animalium c. 1. & sect. 4. problematum 14. Primò dicitur, origo, tanquam genus, quo conuenit cum alijs generationibus elementorum mixtorum. Secundò dicitur, viuentis, vt distinguatur ab illis. Tertiò dicitur, à principio viuente, vt distinguatur ab alijs generationibus viuentium, quæ fiunt ex putri materia & sole, & etiam vt excludatur nutritio, quæ est viuentis à viuente, sed nõ distincto, cum sit idem suppositum, quæ distinctio significatur per ly, A. Quartò dicitur, principio coniuncto, vt distinguatur à productione Angelorum, & similium, quæ licèt sit productio viuentiũ, & à Deo principio viuente, non tamen coniuncto in substantia Angeli. Quare explicanda est qualis sit hæc coniunctio principij cum viuente producto. Alij putant, hanc con-

Explicatur definitio.

iunctionem exigi in principio cum ipsa essentia causæ producentis, eo quod esse debeat à potentia vitali, quæ est intrinseca essentiæ viuenti. Sed patet, eos falli, quia omnis productio, quæ est à Deo, siue Angelorum, siue aliorum, est à potentis, quæ est Deo intrinseca; & tamen non dicitur generatio viuentis ob defectum huius coniunctionis effectus cum principio. Ideò alij dicunt, illam coniunctionem oriri ex aliqua parte, quæ est in effectu sumpta ex ipso generante, quale est semen, quod elaboratum vitaliter à principio immittitur, & communicatur effectui, vnde fit pars materialis illius. Et hæc coniunctio intelligitur in definitione huius generationis. At inquies. Hac ratione Eua esset generata ab Adamo, quia facta est materialiter ex costa, quæ fuit Adami. Respondetur, Adamum nec præparasse illam costam, vt esset pars Euæ, neque effectiuè ad formationē Euæ cōcurrisse, & ideo nō dicitur generasse Euā. At non sic semen decisum, quia & elaboratum fuit à generante, & effectiuè concurrit ad disponenda organa, & secundùm aliquos etiam sd generationem formæ viuentis.

Costa Adami cur non dicatur generasse Euam.

3 Dices secundò, hinc sequitur, originem plantæ à planta non esse generationem viuentium hic definitam. Respondent aliqui concedendo, hic non definiri, quia arbor non ministrat semen viuo modo, sed mortuo, quia neque actiuè à se semen decidit, neque propria virtute intra terram illud collocat tanquam in matricem, quæ semen illud foueat, & adiuuet ad conceptionem, & parturitionem arboris. Sed falluntur, quia verè illud semē est ordinatum à natura, & elaboratum per potentias vitales arboris ad multiplicandam speciem, sicut est semen animalium. Et falsum est, ab ipsa non decidi vitaliter, cum experiamur, semina vbi sunt perfecta deijci ab arboribus; atque adeo vitaliter arbores à se illud separare. Quod si id non admittatur ab alijs, tunc negamus, esse necessariam decisionem illam vitalem, quam fingunt aduersarij; sicut nō est necessaria, vt ab ipsa arbore in terra plantetur, vel seminetur, id enim summa prouidentia Dei à natura factum est, vt arbores ex vna regione deportentur ad alias regiones; cum enim ipsæ careant virtute motiua, relictæ sunt sub dominio hominis, vt eius industria ad alias regiones conuehant. Quod confirmatur, nam legimus, mulierem concepisse in balneo, in quo erat decisum semen humanum, illudque matricem ad se attraxisse; & ex ijs, quæ infra dicemus de incubis, & succubis, quæ concipiunt ex semine alieno delato à dæmone in matricem mulieris. Quintò dicitur in similitudinem naturæ, vt ab illa excludatur productio capillorum, productio pediculorum, & similium, quæ fiunt ab homine ministrante illis materiam; tamen carent similitudine naturæ, quæ non informantur anima eiusdem rationis (etiam si ponantur capilli animati,) ac est anima hominis.

Semen plātæ qua ratione dicitur generare plantam.

ARTICVLVS III.

Qualis debeat esse similitudo naturæ exigita à generatione.

4 Difficultas qualis debeat esse hæc similitudo specifica ne, an in genere proximo.

Primò respondent aliqui, non requiri similitudinem aliquam in natura specificæ ex vi physicæ actionis, sed ex intentione operantis. Qua ratione dicunt, productionem muli ex equa, & asino esse veram generationem, quia tam asinus seminando, quam equa concipiendo semen, singula intendebant producere sibi simile in natura, licet ex vi actionis non sit productum sibi simile, sed dissimile ob impedimentum, quod sibi inuicem apposuerunt in agendo. Ita Hurtad. disputation. 1. section. 2. Vnde similitudinem necessariam ad generationem ait esse ex vi amoris, quo parentes efficiunt participem prolem suorum bonorum. Sic mulus participat lac, & alias blanditias, quæ à genitrice fiunt erga suam prolem.

Silimitudo non debet esse specifica per aliquos.

Sed hic modus dicendi non habet probabilitatem, quia hac ratione mulus non esset genitus ab asino, quia ab illo nec lac participat, nec blanditias, nec aliud, nisi partem materialem seminis, vt explicatum est per ly *principio coniuncto*. Confirmatur, quia sicut intentio nō tribuit proli similitudinem realiter, ita carens illa non erit proles illius, quia non habet similitudinem requisitam ad rationem talis prolis, sed solùm erit talis secundùm desiderium.

Horum opinio improbatur.

Confirmatur, quia ex hac ratione, quâ ita amaret alium, vt hæredē omniū bonorum

rum

rum sibi Instituerct, ex vi illius institutionis generatet filium, quia ibi esset ratio formalis, in quo consistit generatio filij, scilicet, participatio amoris, & bonorum. Quod si dicant, ibi deesse præcedétes particulas necessarias ad generationem, tunc instatur, quod ibi deesset vltima differentia constitutiua generationis sine prædicatis genericis, quod non videtur consonum principijs phylosophiæ.

5 *Similitudo requisita est tantùm imaginis per alios.* 2. Alij, similitudinem requisitam ad rationem generationis nõn esse per se in ratione speeifica, vel generica, sed quatenus illa contrahitur ad rationem imaginis, quę addit supra similitudinem processionem ab alio, vt illud repræsentetur ex vi rei pro doctæ. Hanc docuit Vasq. 1. p. tom. 2. disp. 113. c. 7. & sumpsit à Canariensi 1. par. q. 27. art. 2. & sequitur Torres Complutensis disp. 2. de Trinit. dubit. 7. Alarcon. disp. 8. c. 18. & 17.

Sed non est necessaria talis determinatio, nam eo ipso quod est processio viuentis à viuente, in similitudinem naturæ, iã habetur secundùm ipsum ratio imaginis.

Deinde hæc definitio generationis cõuenit generationi plantarum ex Aristot. 2. an. t. 24. *Hæc operatio maximè omnium operationum viuentibus est naturalis, vnũquodque aliud sibi simile procreare, animal quidem animal, planta autem plantam*, & tamen plantis non conuenit ratio imaginis, vt patet ex communi, per quam tribuitur vt sit imago Dei; cæteris autem vt sint vestigium, sed Vasq. loquebatur de productione viuentis intellectualis, qualis est filius Dei.

3. Alij putant, ad rationem generationis non sufficere similitudinem in natura, sed etiam requiri similitudinem in principio producendi; nam nomen, natura, significat principium motus ex 2. phys. & hic inferunt, Spiritum Sãctum non esse genitum, quia licèt habeat similem naturam, non tamen simile principium producẽdi, sicut habet verbum, ita ex Antiquis Ricc. Vict. 6. de Trin. c. 16. & seq. Alens. t. p. q. 2. m. 2. S. t. & Nemb. 3. art. 2. ad 3. sequitur Maior t. d. t 3. q. 1. & Bonau. d. 3 1. art. t. qu. t. q. 2. & illam de nouo excitauit P. Zunira tom. de Trin. d. 12. d. 20.

Confirmatur inde, nam geniti naturaliter semper habent virtutem producendi alium, ergo, hæc similitudo debet intelligi in natura, vt dicit principiũ, pducẽdi aliud.

Sed reijcitur ab Arriaga d. 1. de Gener. sect. 4. quod Arist. definit naturam vt dicit partes essentiales substantiæ, quales non sunt in Deo; quare nec Deus nec compositum dicitur natura. Sed quia ex hac definitione naturæ Philosophi, & Theologi omnes nomine naturæ intelligunt essentiam, quæ est radix, & principium omniũ, quæ illi rei conueniunt, non rectè negat, nomine naturæ intelligi principium operationis. Præsertim, quia hic agimus de essentia naturæ substantialis, quæ ordinatur ad operandum propter suum finem. Quare cum in definitione dicitur in similitudinẽ naturæ, inde consequitur, vt sit simile principium operatiuum. Quare aliunde illa opinio reijcienda est, scilicet, quod si natura genita per impossibile non esset productiua alterius, & haberet similitudinem in natura, adhuc illius generationi conueniret definitio.

4. Alij putant, nomine naturæ intelligi id, quod constituit suppositum, atque adeo quicquid aduenit supposito constituto nõ habere rationem naturæ, atque adeo illa actio dicetur esse à natura, quæ est à natura, seu à supposito constituto per talem naturam. Illa verò operatio, quæ prouenit à principio, quod aduenit supposito constituto, non est à natura: atque ita non poterit esse generatio viuentis, quæ est origo viuentis à viuente in similitudinem naturæ, à qua formaliter natura est procedens, vt v. g. si homo non posset produci à natura humana, nisi esset alba, ita ut albedo necessariò concurrat ad productionem hominis, tunc productio hominis non esset generatio à viuente, quia non esset à natura, vt natura est formaliter, sed ab aliquo adueniente naturæ constitutæ, atque adeo non procederet in similitudinem naturæ cum suo principio, quia respectu illius humanitas non exerceret munus naturæ, sed potiùs actionem constituentis principium compositum ex ipsa, & albedine. Et hinc infert, processionem Spiritus Sancti, quæ prouenit à Patre & Filio, vt habent rationẽ principij ex nostro modo concipiendi aduenientis illis personis iam constitutis, non esse generationem, quia non est in similitudinem naturæ cum suo principio. 6 *Naturæ nomine hic qd intelligatur ab aliquibus.*

Verùm de hac ratione non est locus hic disputandi, cum longius exigat examen. Solùm hic aduerto, naturam diuinam essentialiter exigere tres personalitates, atque adeo in vna, vel duabus non adæquatè existere. Ex quo colligitur non minùs esse

necessariam vim generatiuam in patre, quàm spiratiuam, nec in filio rationem geniti, quàm vim spiratiuam. Quare his omissis.

Similudo naturæ intelligitur secundũ specificam rationem per alios. 5. Alij docent, Similitudinem naturæ intelligi per se secundùm specificam rationem. Ita enim explicat Arist. 7. metaphys. tex. 28. vbi ait. *In quibusdam manifestum, quod generans tale est, quale quod generatur, non tamen idem, neque vnum numero, sed vnum in specie, vt naturalibus; homo namque generat hominem, nisi quod præter naturam fiat, vt equus mulus, & hæc quoque similiter, quod enim est commune equo, & asino, non est nominatum propinquissimum genus: fuerint ambo forsasse vti mulus.* Quod Arist. sæpè repetit.

Dices, hinc sequi productionem Verbi non esse generationem, quia non est in similitudinem naturæ, nam similitudo requirit extrema distincta: At in diuinis est vna natura numero & indistincta.

Resp. Inde probari, generationem in diuinis esse multò perfectiorem, quàm in humanis propter identitatem naturæ, quã, quia Arist. non cognouit posse esse vnam numero in duobus suppositis, ideò definiuit generationem per similitudinem naturæ, quod si cognouisset vel vsus fuisset particula disiuncta, scilicet, in similitudinem, vel identitatem naturæ vel nomine similitudinis vsus fuisset secundùm vulgi vsum ad explicandam vnitatem specificam naturæ, siue sit cum identitate, siue cum distinctione numerica.

ARTICVLVS IV.

Afferuntur, & soluuntur argumenta contra prædictam definitionem.

7 *Primum ad uersariorũ argumentũ contra definitionem.* PRimò, quia connenit alijs à definito, nam formatio Euæ ex costa Adami est viuentis à viuente, & principio coniuncto, cum costa Adami manserit in Eua; & tamen Eua non fuit generata ab Adamo, nec dicitur eius filia ex D. Tho. 1. p. q. 92. art. 2. ad 3.

Respondeo negando, quia illa formatio non fuit ab Adamo, vt principio actiuo, sed materiali sine vlla efficientia, & operatione Adami, vt dictum est supra. Secundò ex vi acceptionis costæ Adami non processit Eua similis in natura; nam vt de illa Deus formauit Euam; ita potuisset formare pauonem ex D. Thom. 1. p. q. 42. art. 2. ad 3. & 4. d. 40. q. vnica art. 2. ad 1.

Secundò nõ cõuenit omni generationi, nã primò pullorũ exclusio ab ouis genitis ab vna gallina, fotis ex calore alterius gallinæ est generatio pullorũ: & tamen nõ est à principio cõiuncto, quia materia ouorũ non est pars gallinæ incubãtis, & fouentis. *Secundum argumẽtũ.*

2. Productio, qua planta plantam generat est generatio; sed illa eadem potest esse à Deo, non à principio coniuncto. Ergo illa particula non est addenda definitioni. Minor probatur, quia Deus potest omnem effectum per se producere, quem potest cum causa secunda ex D. Thom. 1. parte q. 105. art. 2.

3. Non conuenit productionibus mulis ex asino, & equa, nec leopardi ex leena, & pardo, nec lincis ex lupo, & ceruã, quia non est in similitudinem naturæ: & tamen illa est generatio viuentis à viuente.

4. Ex dæmone incubo, & fæmina generatur homo: & tamen ibi non est similitudo naturæ.

Respondeo negando nõ conuenire omni generationi definitæ.

Ad primam. Illam generationem non tribui gallinæ incubanti, sed gallinæ producenti oua, nam illa concepit semen maris, quod habet vim gignendi pullos ex ouis: tum quia principium gignendi est coniunctum cum illo, ex cuius sanguine sunt sumpta. 8

2. Oriuntur similes illis, quæ pariunt oua, vt patet ex pullis exclusis, incubante gallina ex ouis perdicis, vel pauonũ; nascuntur enim ex illis perdices, vel pauones, & non gallinæ.

3. Quia materia, ex qua formantur pulli, est albumen, seu pars alba oui, vitello præbente alimentum ex Arist. 3. de gener. anim. 1. & 2. & Plinio 3. naturalis hist. c. 53.

4. Quia effectus, qui fit à gallina incubante fieri potest ex alijs causis calefacientibus, vt ex fimo, sub quo ponuntur oua ex 3. de generat. anim. c. 2. & lib. 6. de hist. c. 2. vbi ita fieri, & in Cairo Ægypti, & alibi, vbi etiam in furnis posita oua supra tellum furni excluduntur.

Vnde D. Ambr. 6. exam. c. 3. ex Aristot. Plin. & Theop. & D. Hieron. in c. 17. Hierem. explicat id. *Perdix fouet oua, quæ non peperit.* Ex quo fit, vt pulli, statim audita voce parientis oua ad illam accurrant naturæ instinctu.

Fate-

Fatemur tamen, incubantes adiuuare suo calore seminalem virtutem contentã in ouis, vt disponat materiam, & organa formet.

At instabis. Sol, & homo generant hominem ex Aristotele. Sed gallina incubãs non concurrit ad generationem pulli non minùs, quàm sol ad generationem hominis. Ergo &c.

Resp. non negari, aliqua ratione concurrere adiuuando principium seminale. Sed negatur, concurrere vti causam principalẽ, cuius actio fundet paternitatem, & filiationem.

Resp. 2. Esse diuersam rationem solaris concursus, & incubantis, quia ille est necessarius vt à causa priuata naturali, non sic alterius concursus.

Ad 2. resp. primò, plantam productam ab vna posse produci à Deo se solo, non potest negari. Sed illa productio non esset generatio vitalis, quam definimus.

Resp. 2. ipsam generationem plantæ, vt est à principio vitali an possit esse à Deo, est dubium.

Nam aliqui negant, eo quod illa actio ex sua essentia respicit principium vitale, sicut calefactio ab hoc igne, quæ est depẽdentia ab hoc igne, non potest esse à Deo, quin sit ab hoc igne, quia dicit essentialem ordinem ad hunc ignem. Ita Caiet. 1. p. q. 26. art. 3. & 3. p. q. 9. art. 1. Corrad. 1. & 2. q. 51. art. 4. Sot. 4. dist. 45. q. 2. ar. 5.

Affirmant aliqui Och. in 4. q. 13. art. 5. ad 6. vbi supplementum Gabr. q. 2. art. 3. dist. 2. Palud. q. 1. art. 2. cap. 95. art. 2. Idem Och. 1. dist. 1. q. 2. Mairon. quæst. 7. Aliac. q. 3. art. 1. Arim. dist. 3. q. 1. art. 1. Gabr. 3. dist. 14. q. 1. Marsil. quæst. 11. art. 2. Ferrar. 4. contr. Gentes cap. 59. Olchot. quodl. 8. art. 3. Soncin. 8. metaph. q. 20. & Communis apud Geruas. in tract. de nutritijs, & alij. & ratio est quia Deus vt continet omnem virtutem, ita potest supplere in genere causæ efficientis omnium causarũ concursum per virtutes causarum in se contentas.

Confir. quia actus generandi non habet maiorem connexionem cum anima, quã potentia generatiua cum eadem. Sed potest Deus impedire emanationem potentiæ generatiuæ ab anima, & illã sua actione communicare animæ; nam non est magis pendens, quàm sint aliæ proprietates à suis formis, quas Deus potest se solo tribuere.

Actio vitalis dupliciter accipi potest.

3. Alij distinguunt, actionem vitalem posse accipi dupliciter. Primò secundùm suam substantiam, vt v. g. est productio talis effectus, & potest produci à solo Deo. Secundò secundùm modum vitalitatis; & ita non potest, quia includit in sua ratione principium vitale, vt causam illius: at includens aliquid in sua ratione, non potest illo expoliari, manente eadem ratione.

Hinc fit, vt eadem numero actio generatiua, quæ est vitalis, possit fieri à Deo cõcurrente vitaliter; non tamen posset secũdùm cõditionem vitalitatis. Ita Conimb. 1. de generat. c. 4. quæst. 10.

Sed puto falli, quia vitalitas in actione non est nisi dependentia à principio vitali. Sed actio non potest priuari dependentia, quia non est aliud, quàm dependentia ipsa actualis, per quam est à principio, quod si mutatur principium debet necessariò mutari actualis dependentia, atque adeo non potest esse eadem numero actio, quæ sit terminus vitaliter, & operatio, quæ sit idẽ terminus non vitaliter.

Ad 3. resp. generationem tendere ad similitudinem eiusdem naturæ specificæ ex intentione naturæ. Sed ex impedimento aliquo deficere à perfecta similitudine, vt contingit in monstrorum generatione. Et talis est pductio muli, eo quod semina diuersorum animalium se mutuò impediunt ne fiat perfecta similitudo. Vnde fit aliquid diuersę speciei ab vtroque principio. Ita Alens. 7. met. t. 28. vbi Flandr. q. 13. & 18. ex Arist. ibidem. Et hinc patet, quid dicendum sit de alijs huiusmodi generationibus. Vnde dicitur, quod Africa semper aliquid noui affert ob concursũ diuersorũ animaliũ ad idem flumen, vt bibant, & hac occasione inter se coniunguntur.

Ego addo. Cum principia sint dissimilia inter se, non potuisse prolem esse similẽ vni potiùs, quàm alteri, & neque formaliter vtrique simul, vt patet; sed est simile principio vtrique communi, nam asino, & equæ est aliquod principium commune in generatione illa, & illi autem est similis mulus, qui non est equus, nec asinus. Lege Aristot. 2. de generat. animal. c. 6. Cyrill. Alex. Albert. 16. de anima c. 15. tract. 1. D. Thom. q. 3. de veritate art. 8. ad 4. de generatione pullorum aquilæ, vide Conimbr. loc. cit.

Ad 4. resp. aliqui ex schola Peripateti- 10
corum putantium, dæmones habere propria corpora aerea, & ex congressu cum

mulieribus verè generasse filios, quos vocabant genios, seu gigantes, vt ait Philo. libr. de Gig. & Ioseph. lib. 1. antiquitat. c. 15. Et ita interpretantur illa verba Gen. c. 6. *Ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt.* Et refert Iustin. mart. in priori apologia pro christianis. Vnde ait, prouectos esse ad maiorem audaciam, ita vt genus humanum sibi subdiderint partim magicis literis, partim incusso metu pœnarum, partim commonstratis sacris constantibus ex victimis, odoramentis, atque libaminibus; atque ita miscuisse omnia maleficijs. Ex quo poetæ nescientes naturam dæmonum, & geniorum progenitorum ab illis, fabulati sūt Iouem, & Neptunum eius fratrem, & Ditis filios rem habuisse cū masculis, & fœminis, & memoratas gentes procreasse. Sed constat, doctrinam illam Platonis esse falsam, nam nec sunt corporei, vt patet ex Luc. c. 8. vbi refertur, in vno homine fuisse legionem, dæmonum, quæ continet sexmille sexcentos sexaginta sex, atque adeò tot corpora fuissent penetrata in vno spatio. Et confirmationem ex Concil. Lateranens. 2. in cap. Firmiter de summa Trinit. in quo distinguitur natura Angelica à corporali, & humana, quæ est ex spiritu, & corpore, dæmonea autem continentur sub natura spirituali. Et est communis opinio apud Patres. lege Egubinum libr. 8. de perenni phylosophia c. 32. & 38. & scholasticos in 2. dist. 5.

Nec si haberent corpora possent generare filios, quia non haberent animam vegetatiuam, ad quam pertinet potentia generatiua ex 2. de anima t. 34. alioqui essent corruptibiles, & indigerent nutritione, vt sumitur ex 1. cœli t. 21. & 2. de generat. t. 26. quod, scilicet, omne, quod nutritur sit corruptibile.

At obijciunt. Ex historijs constat, dæmones cōcubuisse cum fœminis. ex Aug. 15. de Ciuit. Dei c. 23. vbi id affirmat de ijs, qui vocantur siluani, & fauni fuisse incubos; & similiter dæmones, quos Galli nuncupant Dulios. Confirmatur ex epist. Innocentij Octaui, in qua præcipitur fidei Inquisitoribus punire mulieres maleficas; quæ turpem consuetudinem habent cum dæmonibus. Confirmatur 2. ex Abulens. q. 6. in c. 6. Gen. vbi respondet. Gigantes ex tali congressu genitos, & Merlinum Vatem in Anglia eodem modo fuisse genitum, quod de Homero poeta refert Plutarch. in eius vita ex Arist. in 3. Poetic. & fatetur Polician. præfat. in Homerum.

Resp. 1. aliquos negare huiusmodi historias; sed quia D. Aug. putat, hoc negare esse imprudentiæ; ideò explicandum est quomodo id fieri possit à dæmonibus. Primò enim dicimus, posse dæmones aliquādo generare applicando actiua passiuis. Cum enim cognoscant rerum inferiorum omnium naturas, & vires applicando vires actiuas cum materia apta ad generationē animalium, ex ijs causis generantur. Qua ratione refert Aug. 10. de Ciuit. c. 19. iussu se generatos serpētes à magis Pharahonis; qui non apparentes, sed veri fuerunt, quod de animalibus ex putri productibilibus omnes concedunt. De ijs verò, qui non nisi ex semine generantur negat Ioan. Luc. libr. 1. de emend. tempor. c. 4. eo quod virtus generandi, quæ est in semine est adeò tenuis, & spiritosa; vt extracto semine à suo loco statim euanescat. E. confirmat, quia neque possunt vera corpora generari ex elementis, sed solùm apparentia, vt testatur Caiet. 2. 2. q. 95. art. 3 experientia fuisse compertum per tactum, & alia huiusmodi illa corpora non fuisse vera & solida. Sed quoniam D. Thom. in 2. dist. 8. q. 1. art. 4. ad 3. & ibi Duran. qu. 2. contrarium affirmant, ideò dicendum est, virtute motiua dæmonum posse semen tam citò transferri, & ijs fomentis conseruare, vt in illis conseruentur spiritus deseruientes generationi; illudque positū in matrice fœminæ generare, & animalia, & hominem. Sed difficultas est quōmodo in forma hominis congrediantur cum mulieribus.

Dæmones incubi quomodo cum mulieribus congrediātur.

Respondeo, dupliciter id fieri potuisse. Primò assumendo corpora vera alicuius mortui, quod applicando calefacientia, & necessarias causas, illud calefaciat, & humectet, & sua propria virtute motiua illud moueat, prout necessarium est ad congressum, & assumpto semine humano aliunde, immittat illud in vterum mulieris. Secundò formando corpus ex aere sua virtute motiua inducendo colores, partes calidas, & similia. Et de huiusmodi corporibus loquitur Caietan. dum ait, esse fictitia ob defectum temperaturæ, quam exactè non potest inducere in illud corpus. Potest tamen eo vti ad congressum cum mulieribus, assumpto semine aliunde. Ex quo patet, filios inde generatos esse ex vi seminis verè humani, sed immissi per dæmonem in vterum mulieris. Atque adeo prolem inde

inde genitam dici esse illius, à quo sumptum est semen, & non dæmonis, qui tantùm se habet, vt applicans. Et hinc patet ad argumenta initio proposita. Primò non rectè ex congressu cum mulieribus probari dæmones habuisse corpora propria, quia ostensum est, satis esse corpora assūpta ad illum congressum. Neque id probatur ex præstantia magnitudinis, & viribus prolis, non enim id accidit, quod semen illud fuerit proprium, vt notat D. Thom. loco cit. sed ea præstantia refertur in scientiam dæmonū, quod cum sciant vim seminum, & oportuniora tempora ad generandum, & multitudinem materiæ necessariæ ad magnitudinem prolis, oportunè adhibebant illas causas. Et ideò robustissima proles generabatur.

Respondeo 2. ex loco illo Gen. non rectè probari hunc congressum dæmonū cum mulieribus, cum Patres aliter interpretentur illum locum; nam per Angelos intelligunt natos ex stirpe Seth, & per filios hominum natos ex stirpe Cain ex Clemente, Athanasio, Chrysostomo, Augustino, Cyrillo, Cassiano, D. Thoma 1. p. q. 52 art. 3. & 6. & alijs. Sed alij intelligunt nomine filiorum Dei filios Principū, Iudicum, & Potentiorum iuxta consuetudinem hebræorum. Per filias verò hominum intelligi filias popularium hominū, Neque obstat, quod alia versio, vbi vulgata dicit, *filij Dei*, vertit *Angeli Dei*, apud Hieron. in quæstionibus hebraicis. Tum quia in scriptura Angeli dicuntur etiam Sancti homines. Tum quia ea versio est contra vulgatam. Vnde patet quid dicendum sit de gigantibus, de quibus dictum est supra. De Merlino verò an fuerit genitus ex tali concubitu non est certum, sed facilè gigni potuisset hac ratione, de qua supra dictum est. Et eius vaticinia aliqua referri possunt in subtilitatem ingenij, quā potuit habere ex temperatura cerebri procurata à dæmone applicando actiua passiuis. Aliqua verò, quæ in humanum ingenium referri non possunt, referri debent in consuetudinem, quam habebant cum dæmonibus. Illud autem, quod dicitur de Homero, fictitium communiter reputatur. An autem semen possit à dæmone generari applicando actiua passiuis, non est huius loci disputare.

ARTICVLVS V.

Affertur argumentum contra definitionem generationis ex processione Spiritus Sancti, & soluitur.

Denique contra hanc definitionem obijcitur processio Spiritus Sancti, quæ non est generatio, & tamen est origo viuentis à viuente coniuncto in similitudinem naturæ, ergo illa definitio conuenit alijs à definito. 12 *Tertium aduers. argumentum cōtra definitionem.*

Respondent aliqui propter hoc argumentum, debere addi prædictæ definitioni, vt similitudo in natura sit ex vi processionis formaliter, & non ex vi illius materialiter; nam dupliciter potest processio contrahi ad communicandā termino producto eandem naturam. Primò materialiter quatenus ipsa est identificata cum natura, & ratione illius identificationis cōmunicatur materiæ, vt notat D. Thom. 1. d. 13. q. 1. art. 3. dum ait, processionem Spiritus Sancti communicare naturam ratione subiecti. s. inquantum est in diuinis. *Responsio aliorum.*

Secundò formaliter ex vi differētiæ cōtractiuę per se processionem, & hac ratione debet cōmunicari eadem natura ex vi processionis vt sit generatio. Hoc colligunt ex Ricc. de S. Vict. 3. de Trin. c. 7. & 8. dū ꝓbat, in processione vt distincta à generatione non debere considerari rem productam, sed modum producendi. sequitur Bonau. 1. d. 17. art. 1. qu. 2. debere inquit addi modū, D. Th. 1. p. q. 27. a 4. & 49. cōtra Gent. c 1. & ante ipsū Alb. 1. p. q. 31. m. 2. in c. & ad 2. Vnde alij putant, addi ord. *ex vi productionis*, its Scotus 1. d. 10. q. 1. ad 1. & quodl. 1. art. 3. & quodl. 4. art. 3. Gab. 1. d. 13. qu. vnic. & alij cum Caiet. & Ferr. addi per modum naturæ, & voluntatis.

At alij, putant non esse necessarium, addi illam particulam, quia cum generatio sit ratio, qua formaliter communicetur essentia, satis intelligitur debere formaliter accipi in illa definitione, quia in humanis non aliter communicatur natura, quàm per generationem.

Ego existimo, debere addi ad vitandā æquiuocationem, quæ potest esse in processionibus diuinis, nam certum est, Spiritui Sancto communicari eandem naturā, at illā habet ex sua processione; quare explicandum est, qua ratione communicetur *Auctoris responsio.*

Spiri-

Spiritui Sancto natura,& filio per proprias processiones, & ideo dicitur filio communicari ex vi suæ processionis formaliter, Spiritui verò Sancto materialiter, & vt est identificata cum essentia diuina.

Confirm. quia quando essentia potest multis modis communicari ad vitandam æquiuocationē explicari debet ratio formalis illorum modorum, quia alioqui nō potest cognosci veritas.

13 Sed natura potest multis modis communicari; ergo oportet explicari rationē formalem illorum modorum.

Minor prob. nam natura humana potest communicari per creationem, per transubstantiationē,& per generationē, qui modi communicandi terminantur ad eandem naturam,& tamen sunt diuersi; ergo debet explicari causa, vnde sumi debet diuersitas, hæc aūt ratio formalis singulorū, quia nec trāsubstātiatio nec creatio est, ex vi sua nō pōt ꝓducere effectū similē in natura producenti, quam vim habet generatio.

Confirm. quia terminus specificatiuus actionis non sumitur secundùm rationem materialem, sed secundùm rationem formalem, vt patet inductione: eadem enim res vt ens specificat intellectum, & vt bona specificat voluntatem. Et idem apparet in alijs, nam eadem quantitas, vt passio naturalis corporis pertinet ad physicum: vt verò fundat prædicata abstrahentia à materia secundùm rationem pertinet ad Mathematicum; ergo similiter productionū diuersitas etiam si versentur circa eundem terminum materialem, si diuerso modo attingitur, specificat diuersas rationes productionum, vt patet; nam eadem forma potest sub diuersa ratione creari, & generari. Quare etiam in diuinis, licet ex illis communicetur eadem natura ad producendam personam, quæ est Deus, tamen potuerunt productiones distingui secundùm diuersas formalitates personarum, quas sua ratione formali respiciunt. Et licet ibi non sit materia propriè dicta, *Ex qua, vel circa quam*, tamen respectu conceptus formalis habet rationem similem materiæ. Hæc autem formalitas accipitur ex modo terminandi productionis. Neque est nouum ponere hanc diuersitatem conceptuum in diuinis, cum omnes illam fateantur inter attributa diuina. Vnde Bernard. lib. 5. de considerat. Ad Eugen. circa med. *Deus*, inquit, *amat charitate, nouit vt veritas, sedet vt æquitas, dominatur vt maiestas, regit vt principium, tuetur vt salus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, assistit vt pietas.*

14 Dices. Tam Verbum, quàm Spiritus Sanctus ex vi suarum processionum producuntur vt Deus; ergo ex vi suarum processionum, communicatur illis eadem numero diuinitas; ergo sicut Verbum est similis suo principio ex vi suæ processionis; ita etiam Spiritus Sanctus, atque adeo vel vtraque persona est genita,& filius, vel neutra. Respondeo, vtramque personam habere similitudinem, sed diuerso modo, nam Verbum habet similitudinem ex vi suæ processionis formaliter sumptæ; Spiritus Sanctus verò ex vi suæ processionis materialiter sumptæ, quatenus est identificata cum diuina essentia: non ex vi rationis formalis tendentiæ processionis; nam amor non tendit ad communicandam similitudinem, sed tantùm inclinat ex sua ratione formali. At intellectio ex sua ratione formali est similitudo, & repræsentatio sui principij. At instabis. Similitudo, quæ est in intellectione cum suo principio est intentionalis, non realis; ergo non est sufficiens ad generationē, quia hæc exigit similitudinē realem in natura. Dices, intellectionem creatā hoc habere; at contracta ad diuinā exigit similitudinem realē, idest perfectissimam, nam eadem ratione dicetur de amore, qui vt creatus non confert similitudinem in natura. Sed contractus ad diuinitatem confert similitudinem.

Resp. diuerso modo contrahi intellectionem, ac amorem, quia licet vtraque processio sit identificata cum natura diuina. Et ex hac materiali, & subiectiua contractione non sit inter illas discrimen: tamen intellectio per se, & formaliter ex propria differentia in ratione intellectionis contracta ad diuinam affert formaliter similitudinem in natura cū principio suo, nam cum intellectio sit formaliter, & essentialiter similitudo sui principij, omnis differentia contrahens intellectionē debet illā cōtrahere intra genus similitudinis, ex vulgata doctrina Arist. quod differentiæ contrahentes debent esse intra genus contractum. Vnde dixit: *Fixio pedum pedalitas quædam est*. Cum ergo intellectio diuina sit perfectissima, & infinita debet cōtrahi per se per differentiā perfectissimam, & infinitam in ratione assimilandi; atque adeo ex ratione suæ differentiæ habet eandem numero naturam cum suo principio, quia hæc est infinita,& perfectissima simi-

litudo

litudo, cum sit identitas. Neque scandalū patiaris ex illo verbo, similitudo, posito in definitione generationis, nam vt notat optimè Flandr. 7. methaph. q. 18. art. 1. ad 2. vno modo propriè. Et ita non oportet inter generatum, & generans sit talis similitudo, quia illa attenditur immediatè inter duas qualitates eiusdem speciei specialissimæ. Secundo accipitur pro conuenientia aliquorum in aliqua forma secundùm speciem siue illa forma sit substantialis, siue accidentalis. Et ita accipitur in definitione generationis, quia debet esse conuenientia in natura. Et cum conuenientia in vnitate numerica naturæ sit omnium perfectissima, sequitur, vt generatio diuina sit omniū perfectissima, hæc tantùm volui breuiter adnotare, nam de hac materia exactiùs dicetur (Deo dante) in Theologia, ad quā pertinet hanc, & alias rationes à diuersis scholasticis, & SS. PP. adductas examinare.

ARTICVLVS VI.

De similitudine inter prolem, & parentes, & eius causa.

15 PRimò Notandum. Cum ex vi generationis requiratur similitudo inter prolem, & parentes, hæc autem esse possit, vel in natura, vel in sexu, vel in accidentibus, vel delineamentis, dicendum est de causis illius; & quidem de similitudine naturæ constat, illam oriri ex semine deciso à determinato supposito in materiam aptam, & dispositam, quæ sumitur ex foemina: Vnde equus ex equa equū; homo hominem ex muliere similem in natura ex 1. de part. animal. cap. 1. dum ait: *Non quodlibet vtcumque fors tulit, neque ex corpore quolibet semen prodijt, principium namque, & efficiens rei, quæ gignitur, semen est, sunt .n. hæc natura, & proinde ex hoc enascuntur, atque etiam prius, quàm hoc illud est, vnde semen exprimitur*. Itaque semen procedens ab hoc animali habet determinatam virtutem, & facultatem producendi effectum similem in specie; quod etiam docuit Albertus lib. 9. de natura animalium cap. 9. Quare difficultas manet de similitudine quoad sexum, & alias proprietates.

Similitudo naturæ vnde oriatur.

Secundò Notandum, disputari solere, an foemina semen emittat, an verò humorem quendam proprium matricis; & an concurrat effectiuè ad generationem prolis, an verò solùm materialiter præstando materiam, siue hæc sit sanguis menstruus, siue semen, de qua re dicendum est in libris de anima; Nunc solùm hic quæritur, qua ratione concursus materiæ foemineæ siue materialis sit, siue effectiuus, sit origo similitudinis, an verò solū oriatur ex virili semine; & quia diuersa causa videtur esse, quæ causat similitudinem quoad sexum, & quæ quoad alia accidentia, primū videndum est de similitudine quoad sexum, de qua difficultas oritur: nam cum ea, q̄ concurrunt ad formationem foetus, sint agentia naturalia, quæ operantur necessariò, vnde est, quod cum eadem materia sit applicata semini eodem modo, ex vna parte materiæ generet vnam partem organicam, & ex alia alteram, atque adeo ex eadem materia in vno generet sexum virilem, in alio foemineum.

Ad prolis similitudinē vtrum concurrat vir, et foemina, an vir tantùm?

Tertiò Notandum, apud Arist. lib. 2. de gen. animalium cap. 3. & 6. foeminam esse quasi marem læsum, & sexum foemineum, quasi læsionem naturalem, & detrimentum, ex quibus Garzias sen. 1. lib. 1. Doctrina 7. sūma 1. c. 2. disp. 37. c. 7. dixit, generationem foeminæ esse quasi monstrosam secundùm Aristotelem, quod tribuit Mercuriali lib. 1. de morb. mul. c. 1. Non quod sit propriè monstrum iuxta ea, quæ tradit Arist. lib. 4. de generat. anim. c. 2. 3. & 4. De generatione monstrorum docet, sed quatenus non est similis suo generanti, vt explicat D. Thom. nam natura generans intendit generare marem; quare præter intentionem naturæ particularis est generare foeminam, eo quod mas in eo genere sit quid perfectum, mulier verò quid imperfectum, sed in hac re non est opus plura dicere, cum sit quæstio de nomine. 16

Foemina, eiusq; sexus quid nam sit ex Arist.

Quartò Notādum, Aristotelem, & Galenum conuenire in eo, quod mas, & foemina non differāt in omni parte, sed in determinata, quæ constituit sexum lib. 1. de generat. animal. c. 2. & libr. 4. c. 1. licèt 2. de semine c. 5. significet oppositum, cum Arist. loc. cit. qui probat ex spadonibus, qui constitutionem mutant ex mutatione aliqua in genitalibus. Secundò conueniūt, quod viri sint calidiores foeminis. Vnde colligitur, marem generari ex calidiori semine, quàm foeminæ: sequitur Galenus libr. artis medicinalis c. 45. vbi cōplexionem testiculorum calidam ait esse procliuem

B e

uem ad venerem, & generatricem masculorum; contrà verò frigida. Et hinc Arist. 4 de generat. animal. c. 2. valdè iuuenes, & senes generare foeminas propter defectum caloris, qui in iuuene non est perfectus, & idem affirmatur de corporibus humidioribus, & effœminatis ob caloris inopiã. At crassius semen quia concoctius, atq; adeo calidius ex 4. metheor. c. 1. est fœcundius. In his cum conueniant, differunt tamen in proxima causa diuersitatis sexus, vt dicemus infra.

17 *Semen viri le virum intendit producere, muliebre verò mulierem.*

Quintò notandum, hanc quæstionem proponi ab Arist. 2. de generat. anim. c. 1. & eam soluit libr. 4. cap. 2. referendo varias opiniones Antiquorum. Vnde Prima opinio est dicentium, foeminam, & marem semen emittere, sed masculinum referre similem seaum, & in seau fœmineo esse etiam determinatam partem, quæ referat proprium seaum: patet enim ex Galeno 14. de vsu partium c. 6. vterum in fœminis habere omnes partes, sicut in viro pudendum, solumque differre, quia quę sunt in viris extra, sunt in fœminis intus.

Hæc opinio reijcitur ab Arist. eo quod supponat, semen decidi ab omnibus partibus generantis, quia non potest intelligi, quomodo in sentine fit peculiaris pars, quæ referat sexum; quam opinionem Albert. lib. 18. de animalibus c. 1. tribuit Democrito.

18 *Diuersitas sexus ex diuersa vteri qualitate.*

Secunda opinio est dicentium, causam huius diuersitatis oriri ex diuersa qualitatę vteri, nam si sit calidum recipiens semen viri, illud calefacit, & producitur mas, si frigidum generatur fœmina; quam opinionem Albert. tribuit Empedocli, & confirmari potest ex experientia, quam aliqui afferunt, quod semine decidente in partem dexterã vteri, quia calidior, generatur mas; si in sinistram, quia frigidior, generatur fœmina. Sed hanc refellit Albert. ex gemellis, quorum vnus est mas, alter fœmina: at idem vterus non potest esse calidus, & frigidus; sed responderi potest, quod gemelli non generantur in eadem parte vteri, sed diuersa, quia possunt habere diuersas qualitates.

19 *Sexus diuersitas à diuersitate situs partium eundem in fœminis ac viris ex Galeno.*

Tertia opinio est Galeni dicẽtis, easdẽ partes produci in viris, & fœminis, sed efficere diuersum sexum secundum diuersum situm; nam illæ partes vt detinentur intra efficiunt fœminam, cum verò extra eacunt, efficiunt virum, vt ex 14. de vsu partium c. 6. colligitur. Hunc autem diuersum sitũ effici à calore, vel frigore, nam vbi est maior calor proportionatus generationi educuntur illæ partes extra, quia caloris est dilatare, frigiditatis verò contrà; hæc autem caloris, & frigoris diuersitas est in femine; tribuitur Auicennæ fen. 21. lib. 3. doctr. 1. cap. 1. vbi matrici tribuit simile instrumẽtũ, ac est virga viri, habẽt. n. testiculos, & vasa spermatis, & genitaliũ. Neque est mirãdum, quod prius illæ partes intra producantur, & deinde extra eaeant, quia idem contingit in dentibus, & catulis, qui prius non vident, & post aliquos dies vident; similiter Talpa habet oculos intra reconditos.

Confirm. quia referunt, fœminas mutatas esse in viros, eo quod genitalia, quæ erant intra, propter calorem operantem extra exierint, vt narrat Hyppocrates lib. 6. de morbis vulgaribus p. 8. t. 50. de Pethia, quæ cum esset fœcunda, & maritus in exilium abijsset, menstrua cessarunt, vnde rubores, & dolores aborti, vnde corpus virile factũ est, & hirsuta penitus euasit, & produxit barbam, & vox aspera facta est. Simile quid narrat Plinius lib. 7. hist. cap. 4. de Namitia vxore Torgipi, & recipit Amatus Lusitanus cent. 2. curat. 39. & confirmat Marcellus Donatus lib. 6. de mirabili hist. cap. 1. & pluribus exemplis.

Sed hęc opinio non placet Garziæ loc. cit. 1. ex Arist. 1. de gen. animalium cap. 2. vbi partes differre ait, non situ partium; & infra differre facultate, & munere, atque adeo illis conuenire diuersa instrumenta; vnde 1. de hist. animalium cap. 19. ait; *Nulla parte interiori sexus inter se differunt, nisi in vtero: cuius forma qualis nam sit, ex consectionum descriptione petendum, expectandumque est.* 20 *Galeni opinio impugnatur.*

Confir. quia experientia constat, foramen pudendi esse adeo paruum, vt vix arenulæ exitus permittatur sine dolore. Contra verò vterus fœminæ insignem habet cauitatem, per quam fœtus nascitur, & est multo amplior scroto; vnde fit, vt partes vtriusque non solùm situ, sed etiam substantia differant.

Secundò. Non placet, quia si calor effectum illum efficiendi foras partes genitales produceret, sequeretur, in fœmina biliosa, quæ est calidior homine pituitoso, genitalia foras extrahi debere, contra experientiam. Neque dicas, posse esse fœminam calidiorem quoad aliquam partem, & non quoad alias; Nam plurimæ mulie-

res

ces habent vterum calidissimum, contrà verò viri; qui ob frigiditatem sunt impotentes: vnde fit, viros quoad genitalia non esse calidiores fœminis. Neque id referri potest ad victum, vel affectum aliquem morbosum, vt putat Vallesius lib. 1. controu. cap. 9. quia id sæpe contingit ab ortu, præsertim cum ipse Vallesius putet, genitalia fœminarum generari copia materiæ, atque adeo non solo situ differre.

Tertiò, non placet, quia apud Galenum organizatio partium non prouenit ex primis qualitatibus, sed à virtute formatrice, quæ est superioris ordinis; at differentia sexus maximè pertinet ad organizationem partium.

Denique non placet, quia non reddit causam, cur genitalia intus formentur, & postea à calore extrahantur, & non idem dici possit de alijs partibus; & similiter, cur calore genitalia erumpunt foras, & non aliæ partes, quæ intus manent, vt vesica, intestina, &c. neque exempla illi fauent, nã dentes exeunt extra gingiuas, quia augentur, atque adeo prior pars manet intus, vt erat antea, & in catulis apparent oculi apertis palpebris post acquisitam quandam firmitatem, & robur, ne ab externo læderentur, nec oculi mutant situm, sed manent vbi erant; sicut nec oculi Talpæ exeunt, sed manent reconditi ex prouidentia naturæ, cum vitam intra terram agere debeant. Neque credendum Plinio, & alijs referentibus, mutationem fœminæ in virum quoad genitalia, cum id repugnet rationi, cum nulla alia pars intus generata propter intensiorem calorem foras erumpat; & occasio id existimandi fuit, quod ex Auicenna fen. 21. l. 3. tract. 3. c. 22. quãdoq; oritur in ore matricis caro addita, quæ apparet sicut virga viri. Neque contrarium docuit Hyppocr. loc. cit. sed solùm refert ex retensione menstrui fuisse mulierem doloribus vexatam, & inde propter multitudinẽ fuliginum ad exteriores partes concurrentium factum fuisse corpus eius pilosum, & barbatum, & vocis asperitas orta fuit ex vehementi calore circa pulmonem, & asperam materiam, ex quibus vox mutata est, vt colligitur ex eodem Hyppocrate, qui refert, post reditum menstruorum ex remedijs adhibitis, redijsse in priorẽ naturã; quod etiam notat Auicenn. fen. 21. libr. 3. tract. 3. c. 26. Ex quibus patet ad argumẽtum aduersariorum.

21 Quarta opinio est dicentium, causam masculinitatis, & fœmineitatis oriri ex prædominio feminis virilis supra materiam præstitam à muliere, vel eius negationem, nam si semen propter eius calorem habet vim concoquendi materiam, generatur masculus, quod si deficit, neque cõcoquere potest propter caloris inopiam non ducit materiam in suam formam, sed sæpissime superatur, atque adeo necesse est, mutari in contrarium. s. fœminam, quæ est prolea contraria masculo; ita Arist. lib. 4. de generatione animalium c. 1. & vbique dum asserit, calidius semen ad generandum marem esse aptum, minus calidum ad generandam fœminam, vt 6. de generat. animalium c. 9. & 7. de hist. animal. c. 1. vbi mares concipi asserit, flantibus vẽtis aquilonaribus, austrinis verò fœminas, eo quod tunc partes internæ ob antiparistasim fiunt calidiores, vel minus calidæ: sequitur philop. l. 4. de Gen. anim. c. 2. *fœmina*, inquit, *fit ex inconcoctione, & sanguinei alimenti frigiditate*. Sexus diuersitas ex prædominio alterutrius seminis.

Tribuitur hæc opinio Hyppocrati libr. de genitura, dum ait; *Si ab vtrisque fortius semen prodierit, masculus erit partus, si verò debile, fœmina nascetur*. Et idem colligunt ex eodem libro in fine, vbi causam ait esse vterum fortiorem, vel debiliorem; seu humidiorem, & lib. 1. de diæta appellat semen fortius, quod est crassius, imbecillius, quod est humidius; crassius autem est magis calidum, quia est magis coctũ.

Tribuitur etiam Auicennæ fen. 20. lib. 3. tract. 1. cap. 25. vbi inter signa calidi, & sicci seminis ponit quod efficiat masculũ, & c. 8. signũ frigidi, & sicci seminis quod efficiat fœminam, & idem colligitur ex fen. 21. tract. 1. c. 12. & 18. de natura animalium c. vnico.

Tribuitur D. Thom. 1. part. quæst. 92. art. 1. ad 1. fœminam, inquit, generari vel propter virtutis actiuæ debilitatem, vel propter aliquam materiæ indispositionẽ, nam ex materia magis concocta, idest calidiori, oritur mas; & lib. 10. metaphys. c. 8. vbi explicat Arist.

Sed hæc opinio non vacat difficultate, quia licèt intensior, vel remissior calor seminis iuuet ad disponendam materiam quoad raritatem, vel densitatem, concoctionem, vel inconcoctionem, non tamen potest dare formam partibus, vt habeant talem, vel talem figuram. At masculus, & fœmina differunt quoad genitalia quod habeant diuersam figuram, quare alia cau-

ſa quærenda eſt.

22 Quinta opinio eſt dicentium, hanc diverſitatem oriri ex diuerſitate ſeminis virilis, & muliebris; ſupponit enim hæc opinio contra Ariſt. fœminas producere ſemen, illudque actiuum ſecundùm partes ſpirituoſas, ſicut eſt ſemen viri, nam habet potentiam generatiuam, quæ eſt productiua ſeminis.

Secundò ſupponit, in ſemine eſſe plures virtutes .ſ. immutatiuam, temperatiuã, & formatiuam; & quidem immutatiua, & formatiua eſt in vtroque ſemine: temperatiua verò actiua eſt in ſemine viri, paſſiua in ſemine, & menſtruo foeminæ, quia dum permiſcentur ſemina ſemen viri eſt ſicut coagulum agens in lacte, vt ait Auic.ſen.20.lib.3.tract.1.cap.3.& libr.9. de animalibus c.4.

Tertiò ſupponit hæc opinio, virtutem formatiuam vtriuſque ſeminis tendere ad generationem ſui ſimilis. Vnde ſemen viri tendit ad generationem maſculi, foeminæ verò ad generationem foeminæ; vnde cum præualet ſemen viri, generatur maſculus, cum verò præualet ſemen foeminæ generatur foemina; at ſi vtrumque præualet, generatur hermophroditus: ita Cardan. libr. 11. contradictionum c.vlt. eamque tribuit Galeno, qui licèt tribuat generationem maſculi inteuſiori calori, hoc dixit, non quia ſit virtus actiua ſufficiens, ſed quia calor confert ad generationem ſeminis: & hæc opinio mihi videtur magis rationabilis.

Tum quia ex aliorum ſententijs non poteſt reddi conueniens ratio hermophroditarum, quia non poteſt idem ſemen eſſe calidum, & frigidum proportionatum, & improportionatum materiæ.

Tum quia neque poteſt reddi ratio, cur ſemen improportionatũ materiæ ſemper deficiat quoad partes genitales, & non quoad alias, neque cur ex vi talis defectus caloris formentur partes genitales cum tali figura, & tali ſitu, & non ſecundũ n aliã figuram, neque in illarum efformatione ſemper eodem modo formentur, cum nõ ſit veriſimile, materiam illarum partium eſſe ſemper in omni coitu vniformiter diſpoſitam, vt fiant partes genitales ſemper eodem modo in foemina.

Tum quia omni agẽti principali, cui na-
23 tura tribuit inſtrumentum, hoc debet eſſe proportionatum, vt ſcilicet ſit aptum ad aſſimilandum effectum principali agenti;

At ſemen foeminæ eſt inſtrumentum illi à natura datum ad prolem generandam; ergo &c.

Denique idem probatur ex Ariſt. qui libr.4.de generat.cap.2. aſſerit: quoties ſemen maris ſuperat ad ſe ducit, cum ſuperatur in contrarium demutatur; ergo generatio foeminæ tribuitur materiæ præſtitæ à foemina ob reſiſtentiam, quam præſtat ſemini virili. Hæc autem opinio tribuit generationem foeminæ eidẽ materiæ, ſed ratione virtutis actiuæ formatiuæ prolis. Tum quia conuenientius eſt potentiæ vegetatiuæ actiuæ inſtrumentum actiuum, quàm paſſiuum.

Tum quia cum generatio foeminæ ſit neceſſaria ad conſeruationem vniuerſi non minùs, quàm generatio viri, debet dari cauſa actiua intendens generationem foeminæ per ſe, ſicut datur reſpectu generationis viri; at illa cauſa non eſt ſemẽ viri ex Ariſt. ergo illa cauſa ſe tenet ex parte foeminæ.

Dices ex Auicenn. ſen. 21.lib.3.tract. 1.cap. 12. narrante cauſam maſculinitatis ponit ſperma viri calidum, & abundans. Secundũ conuenientiam coitus. Tertiò ſperma ex dextro teſticulo ob eius maiorem calorem ob propinquitatem cum hepate, vnde paſtores cum volunt generari oues ligant dextrum teſticulum arietis: cõtra verò cum volunt generari arietes. Quartò. Cum ſemen decidit in dextram partem matricis ex Hyppocr. aphoriſm. 48. partic. 5. Quintò ſperma mulieris calidius, vt ibi Gentilis, quia magis adiuuat calorem ſeminis virilis. Sextò frigiditatem temporis, & aeris ex ventis ſeptentrionalibus: contra verò quando aer eſt calidus, & venti auſtrini. Septimò ætatem adoleſcentiæ narrat: contra verò in pueritia, & ſenectute: Vbi etiam addit cauſam cur fiat foemina maſculina, & vir foemineus, vt ibi videre licet.

Hæc omnia tribuunt maſculum calori, & foeminam frigiditati ſeminis viri. Reſpondeo ex his poſſe ſumi argumentum ad probandam hanc opinionem noſtram, non enim negamus, calorem adiuuare ad productionem maſculi, & frigiditatem ad productionem foeminæ, ſed dicimus diuerſitatem partium vtriuſque oriri immediatè ex virtute formatrice vtriuſque ſeminis, & cum ſemen mulieris præualet ſemini virilis, formari genitalia foeminea, concurrente diſpoſitiuè defectu caloris in ſemine virili, & abundantia frigiditatis in

ſemine

ſemine foemineo. Quare ex his experientijs poſſet ſumi confirmatio pro vltima opinione; ſed hæc relinquenda ſunt medicis.

ARTICVLVS VII.

De cauſa ſimilitudinis, & diſſimilitudinis inter prolem, & parentes quoad colorem, & delineamenta corporis.

24 *De qua ſimilitudine quæratur.*

PRimò notandum, dum quæritur cauſa ſimilitudinis filiorum cum parentibus, non ſupponitur ſimilitudo quoad omnia, quia hæc in nullo homine reperitur reſpectu alterius, idque ſumma prouidentia Dei factum eſt, vt inter tot homines nulla vnquam fuerit talis ſimilitudo, nam alioqui nec parentes filios proprios certò agnoſcerent; & contra nec maritus vxorem, nec vxor proprium maritum, facilè enim fuiſſet erratum, vt notat Nemeſius lib.de an.facul.c. 42. ſed intelligitur quæſtio de ſimilitudine aliquali ſiue quoad colores, ſiue delineamenta partium.

Secundò notandum. Experientia conſtat, aliquando filios patri ſimiles, aliquando matri, aliquando ſecundùm vnam rationem patri, & ſecundùm aliam matri; aliquando referre ſimilitudinem aui, vel proaui; aliquando verò nulli ex his, ſed omninò diſſimiles parentibus, & alijs ex ſua progenie, vt infra dicemus de nigro nato ex albis parentibus, ex Plin.l.3.c. 12. referente auum Æthiopem, ex quo nata erat mater alba ex adulterio.

Similitudo quandoque eſt quoad morbos.

Tertiò notandum, hanc ſimilitudinem aliquando non ſolùm reperiri quoad colores, & delineamenta, ſed etiam quoad morbos, qui dicuntur hæreditarij, vt docet Auicenn.ſen.2.libr. 1. doctr. 1. cap. 8. & Ariſt. 1. de generat. animalium c. 17. vbi *non ſolùm*, inquit, *rebus natura inſitis, & natiuis, liberi ſimiles parentibus prodeunt, ſed etiam aduentitias, & externas repræſentant: cum enim parentes cicatrices haberent, filij eadem parte ſui corporis idem habuerunt, & Chalcedone cum pater brachio eſſet compunctio, filius idem retulit, confuſa tamen natura, minuſq; explanata.*

Ex quibus patet, quanta ſit huius dubitationis difficultas, nam licet de ſimilitudine filiorum reſpectu parentum afferri poſſit aliqua cauſa quoad colores, & delineamenta, de alijs verò non apparet, quæ cauſa afferri poſſit. Vnde

25 *Similitudinis cauſa eſt pars actiua ſeminis ac materialis per aliquos.*

Prima opinio eſt dicentium, cauſam ſimilitudinis inter filios, & parentes eſſe poſſe tam virtutem actiuam ſeminis, quã partem materialem: at cauſam ſimiludinis reſpectu aliorum nullam determinatam afferri poſſe, cum ſit caſualis ex concurrentia diuerſarum cauſarum, & circumſtantiarum caſu vnitarum ad illius productionem, nam quod ſemen talis qualitatis in tali loco cum tali influxu cæleſti cum tali materia vniatur eſt omnino per accidens; ex illis enim cauſis ſic vnitis producitur complexio, & delineatio, ad quam ſequitur ſimilitudo.

26 *Similitudinis cauſa eſt virtus formatrix exiſtens in vtroque ſemine per Galenum.*

Secunda opinio eſt Galeni lib.2.de ſemine c. 5. hanc aſſimilationem tribuentis virtuti formatrici exiſtenti in ſemine vtriuſque parentis, & cum alterum altero eſt efficacius, ſequitur ſimilitudo reſpectu illius, à quo eſt ſemen efficacius, & licet ſemen viri videatur validius foemineo, tamen foemineum præualet in generatione ob nouem menſium ſpatium, in quo mater exhibet intra vterum filio alimentum, quia ſanguis ille non ſolùm concurrit materialiter, ſed etiam efficienter, atque adeo iuuat actiuitatem ſeminis materni, neque hinc neceſſariò ſequitur, filium ſemper eſſe ſimilem matri, quia ſemen viri poteſt eſſe adeo efficax, vt aliquando vincat actiuitatem vtriuſque.

Galeni opinio alijs nõ placet.

Sed non placet alijs, tum quia putant, in ſanguine menſtruo non eſſe vim actiuã ad formationem foetus; tum quia etiam ſi adeſſet, cum vtrumque ſemen ſit permixtum, & ex Galeno vtriuſque actiuitas ſit ſimilis, non eſt ratio, cur magis adiuuet actiuitatem vnius, quàm alterius. Tum quia conceptio foetus non fit in toto ſpatio nouem menſium, ſed in tempore determinato, in quo formantur partes foetus. Quare ſanguis menſtruus in toto illo tẽpore non poteſt conferre ad formationem foetus; ſed tantùm ad nutritionem partiũ jam formatarum.

27 *Cauſa ſimilitudinis eſt facultas formatrix ſeminis prout à materia determinata.*

Tertia opinio eſt dicentium, illam ſimilitudinem ſumi ex eo, quod facultas formatrix eſt contracta per hanc materiã ſeminis, vnde producitur ſimilis effectus, prout determinatur à materia ad eſſe indiuiduale, quia omne, quod recipitur in aliquo per modum recipientis recipitur; & ſi in recipiente eſt diuerſitas, etiam in forma recepta reſultabit diuerſitas: atq; adeo diuerſa vis ad producendum effectum Ita

Vega

Vega libr. artis med. c. 49. Mercat. libr. 3. de morbis mulierum c. 7.

Hæc opinio à quibus non placet.

Sed non placet alijs, quia licet ex subiecto accidens determinetur, tamen inde illud non variat actiuitatem, quia semper manet eadem virtus, sicut manet eadem essentia. Neque dicas, non mutari vim actiuam seminis, sed determinari à materia ad hanc, vel illam actionem, nam cum potentia sit indifferens secundùm se, non potest determinari à subiecto ad hunc peculiarem, vel illum effectum; præsertim cum illa facultas accidentalis recipiatur immediatè in quantitate, quæ est indifferens. Neque dicas, quod sicut accidens indiuiduatur à subiecto; ita & eius actiuitas; atq; adeo habeat determinatam actionem quo ad determinatum effectum, nam licet virtus actiua determinetur quoad singularitatem à subiecto, non tamen indifferentia in ordine ad effectua, quam habet agens particulare, à materia determinatur, vt patet exemplo aliorum accidentium, quæ, licèt sint in diuersis subiectis, agunt tamē eodem modo & diuersa accidentia in eodem subiecto non agunt simili ratione, sed diuersa. Confirmatur nam cum semen producatur effectiuè à parentibus, potius ab illis habebunt determinatam virtutem, quàm à subiecto, in quo est virtus. Dices; constat experientia, idem agens ex diuersis subiectis producere diuersos effectus, ergo diuersitas subiecti facit ad actionem. Respondeo, aliam esse rationem subiecti, circa quam est actio, ac subiecti, in quo recipitur virtus actiua, de qua nos agimus, nam subiectum actionis modificat actionem iuxta varietatem, quam habet ad recipiendam formam, vt dicitur de calore naturali, qui vnam partem alimenti conuertit in carnem, aliam in arterias, aliā in os &c. at verò eadem forma recepta in subiecto est eiusdem rationis, vt calor naturalis receptus in sua materia. Vnde illud axioma. Quicquid recipitur per modum recipientis recipitur, intelligitur de aptitudine ad recipiendum, quia non quælibet forma potest recipi in quolibet subiecto, sed in subiecto apto.

28 Quarta opinio est Ludouici Mercati loc. cit. qui virtutem hanc tribuit semini primò ex ratione temperamenti, quod est instrumentum animæ vegetatiuæ, quod est duplex, vnum peculiare cuilibet parti, v. g. ossi, neruo &c. alterum cōmune, quod resultat ex illorum complexione; & hoc

Causa simi litudinis est seminis per Ludouicum Mercatum, & quomodo.

asserit continere virtualiter vim omnium particularium temperamentorum. Vnde per illud potentia vegetatiua tanquam per instrumentum producit restea, & testes producunt semen præditum vniuersali temperamento, & per hoc semen cum contineat proprietates indiuiduales omnium partium, à quarum temperamento singillatim confluxit, producit fœtū similem partibus organizatis.

Secundò asserit, hanc facultatem esse in semine ex materia, ex qua fit semen, nam materia, ex qua fit semen, est illa, quę est in proxima potentia, vt conuertatur in partes viuentis, cum semen sit excrementum alimenti proximi membrorum. Vnde S. Th. dicit, inde sigillari semen ad talem productionem.

Tertiò Addit spiritus genitiuos habere magnam vim ad producendam hanc similitudinem, quia in eis existit virtus formatiua, quorum maxima copia est in semine, quod concoquitur in testibus compositis ex neruis, arterijs, & venis, quibus suppeditat magnam copiā aliorū spirituū. Vnde fit, vt semen fiat prolificum, & differat à semine, quod fit in vasis seminalibus: hi autem spiritus genitiui assimilant fœtum membris, tum quia continēt proprietates omniū membrorum indiuidui, à quibus emanauerūt tū quia sūt vitales, quibus viuunt omnes partes, & actiones perficiūtur: hoc autem non posset fieri, nisi continerēt virtutem temperamentorum singularum partium: quod etiam patet ex eo, quod influūt in actiones singularum partium. Quod si quæras vnde habeat spiritus hanc vim, respondet, habere à corde, quod instar solis est in medio corporis habens temperamentum particulare in essendo, sed vniuersale in causando, sicut sol.

Sed hæc opinio non placet alijs, vt videre licet apud Garziam loc. cit. c. 3. cuius argumenta hic non refero, tùm ad vitandam prolixitatem, tùm quia veritas ex dicendis patebit.

Quinta opinio est dicentium, semen habere vim generandi simpliciter, quia est decisum à tribus partibus principalibus, quoad partem spirituosam, .s. hepare, cerebro, & præcipuè à corde; sed vim assimilandi habere à parte spirituosa, q̄ illi cōtingenter communicatur à membris vltra illos spiritus necessarios ad generationem simpliciter; illi autem spiritus non generantur in membris, sed illos recipiunt 29

Causa simi litudinis à seminis parte spirituosa per alios.

ab

ab influxu cordis, & ratione horum ſpirituum fit aſſimilatio ad parentes, ita Thomas de Garb. in ſumma l. 1. c. 5. q. 66. & probat ex Auic. & Gal. nam ex hac cauſa pater habens ſignum aliquod in membro, illud communicatur filio, q nō eſſe poſſet, nam ſpiritus accepti à tribus partibus principalibus licèt poſſint cōferre ad generationem partium, quā virtualiter continent non tamē ad partem cum tali ſigno, quod contingenter conuenit illi parti.

Confirm. quia ex hac opinione ſaluantur omnes experientiæ, quas videmus in prolibus; nam aliquando non ſunt ſimiles parentibus quoad delineationes, quia à membris non communicantur ſpiritus, vel non adeo efficaces, vt poſſint determinare tres illos ſpiritus principales formatiuos. Aliquando fiunt ſimiles parentibus, ſiue vni ex illis, quando ſpiritus deſcendentes à membris patris, vel matris prædominantur, & determinant, & iuxta hanc determinationem ſpirituum fœtus poteſt eſſe ſimilis vni parenti quoad vnam partem, & alteri quoad alteram, & hinc generatur in fœtu membrum diminutum ex diminuto, & inde etiam patet de aſſimilatione quoad ſigna.

Deinde docet, in ſemine præter partem ſpiritoſam eſſe aliam corpulentam deſcendentem à vena, & arteria, à quibus vaſa ſpermatica oriuntur; & ideo cum materia fuerit primò ſanguis, idem dicendum eſt de ortu eius, ſicut de ſanguine, qui tamen ſanguis elaboratur in teſticulis, vnde habet potentiam generandi.

30 *Similitudinis cauſa tribuitur ex Ariſt. proportionaliter ſeminis.*

Sexta opinio colligitur ex Ariſt. tum 4. de Gen. anim. c. 3. vbi cauſam ſimilitudinis refert in proportionem ſeminis virilis ſupra materiam, nam ſi ſuperat adæquatè, pducitur fœtus ſimilis patri, ſin minùs, producitur ſimilis matri, vel auo, & ſuperioribus, quod ſi omnino virtus confundatur producitur natura, ſed ſine ſimilitudine ad parentes. & aſcendentes Quam opinionem exprimit illis verbis: Quoſdam motus ſemini ineſſe actu, ideſt, qui terminantur ad generationem naturæ cum ſua organizatione, quoſdam verò ineſſe potentia, & hi terminantur ad ſimilitudinem cum fœmina, & maioribus tam reſpectu patris, quam matris, quia omnis delatio, inquit, fit in contrarium, ideſt in effectum aliquo modo oppoſitum illi, ad quem ordinatur ſemē per perfectam actionem cum enim cauſa deficit operari effectum intentum, operatur proximum illi effectui magis, vel minùs prout virtus actiua magis, vel minùs poteſt in materiam. Quod ſi confundatur ſeminis virtus cum reſiſtentia materiæ, tunc nulli ſuorum ſimilis producitur fœtus, ſed producitur tantùm natura v. g. humana, vel equina. Nec mirum, quia omne agens in agendo repatitur à ſubiecto, in quo agit, quæ repaſſio poteſt eſſe maior, vel minor; vnde cum virtus actiua partim ſuperat, partim non ſuperat fit multiformis. Quare malè Scotus in 3. diſt. 4. quæſt. vnica reprehendit Ariſt. quod non poſuerit cauſam efficientem reſpectu ſimilitudinis ad matrē &c. quia ex eo, quod negat, ex defectu virtutis aſſimilari filium patri, non tamen negat, quin virtus maneat ſufficiens ad aſſimilandum cum alijs. Accedit, quod in ſemine maris, & materia fœminea reperitur aliquid particulare accidens, ratione cuius poteſt fieri aliqua aſſimilatio. Hanc ſequitur Albertus 18. de animal. cap. 4. Vbi addit, virtutes auorum eſſe in membris pronepotum vſque ad quartam generationem, quia virtus trāſfundens ſemen eſt in virtute transfuſa, donec per digeſtionem abſtergatur ab ea; & hoc eſt, quod dixit Ariſt. aliquos motus eſſe in ſemine in potentia. Accedit, actiuitatem ſeminis aliquando iuuari à qualitate ciborum, & temporis.

31 *Qui motus dicantur in virtute ſeminis actu, qui verò in potentia.*

Dices; primò Cur aliqui motus dicuntur eſſe in virtute ſeminis actu, & alij in potentia, cum ſit vna virtus ordinata ad omnes illos actus? Reſpondeo, illos motus dici in actu, ad quos virtus ſeminis per ſe primò ordinatur, vt v. g. ſemen equinum ad producendam naturam equi ex determinata materia: illos verò dici in potentia, ad quos per ſe ſecūdò ordinatur, ſiue quia impediri poſſunt à diſpoſitione materiæ, ſiue quia indiget alijs quibus adiuuetur ad illos motus; vt v. g. ad aſſimilationem fœtus quoad colores, vel delineamenta, vel alias qualitates.

Dices ſecundò. Qua ratione concurſus ad aſſimilationem cum auo, & anteceſſoribus dicatur eſſe in potentia ſeminis? Reſpondet Albertus loc. cit. quia virtus productiua eſt in potentia remota ad illum effectum, quia quò magis elongatur à ſuo principio, eò eſt remotior reſpectu effectus; nam cum virtus auorum fit communicata filio, & ab illo alteri, ſemper minuitur, & ideo indiget aliquo alio, vt actu aſſimiles prolem auo. Ex quo intelligitur,

qua

In semine sunt plures virtutes virtualiter, non formaliter.

qua ratione aliqui dicant, in semine esse plures virtutes, non enim intelligitur, esse plures formaliter, sed virtualiter, quatenus est in ordine ad plures effectus, & similitudines. Ego verò respondeo ex dictis, quia vt virtus seminis reducatur ad actum respectu similitudinis auorum, indiget aliquo alio derminante, & alterante, vt v.g. ex alimentis &c.

Explicatur quomodo mater assimilet sibi prolem.

Dices tertiò: Qua ratione cum mater nō concurrat actiuè sed tantùm passiuè præbendo materiam, possit fœtus assimilari matri, quia non potest esse similitudo sine causa efficiente, quam efficientiam non potest præstare materia? Respondent aliqui, concurrere matrem efficienter, quatenus efficienter producit materiam, ex qua fit fœtus. Sed non placet, quia præter hanc efficientiam requiritur efficientia ipsius similitudinis, cum sit effectus diuersus à materia. Ego respondeo, efficientiam tribui semini virili, sed illa determinatur à materia magis, vel minùs resistente actiuitati; nam sperma duplicem habet virtutē, vnam ad speciem inducendam, & respectu huius non indiget nisi materia conueniente humanæ speciei, & hanc semper consequitur in propria materia subiecta: aliam autem habet ex qualitatibus materiæ, & ex illa producit complexionem, figuram, & colores, cui, si materia obedit in toto, inducitur similitudo patris, si verò resistit in toto, tunc inducitur similitudo matris; at si in parte vincit, & in parte succumbit, tūc inducitur similitudo vtriusque in diuersis membris; quod si semen operetur ex materia secundùm alias qualitates, tunc nullius parentum similitudinem inducit, sed fortè aui, vel proaui. Ita Albertus lib. 9. de animal. cap. 3. & lib. 8. cap. 4. Vbi affert plures causas ex parte materiæ, ex quibus potest procedere diuersitas figuræ, & aliorum accidentium in fœtu.

Sed contra Arist. opinionem multa Argenterius in artem medicam comment. 2. de temperaturis testium, probando, fœminas semen emittere ex ipsa experientia. Neque dicatur, illud, quod secernitur, esse humorem quemdam proprium vteri excrementum aut portionem menstrui; nam aliarum rerum excretionem, quæ ab vtero prodeunt nec tardare, nec accelerare fœmina potest, at seminis potest, vt experientia probat. Confirmat, quia aliorum humorū excretio in mulieribus aut cum dolore est, aut sine voluptate; at hic humor qui dicitur semen, non sine maxima voluptate eijcitur. Neque dicatur, voluptatem sentiri ex confricatione pudendorum, vnde oritur pruritus, & titillatio quædam; nam eadem voluptas accidit foeminis, ac viris ex confricatione, sed non est tanta, quanta ex emissione seminis, etiam quæ fit per insomnia. Confirmat 2. quia foeminæ castratę menstruum habent, & tamen venerē non appetunt ob defectum seminis. His & alijs rationibus ostendit, mulieres emittere semen, præsertim cum Arist lib. 4. de gen. animalium cap. 1. fateatur, foeminas semen pro materia præbere; deinde ostendit, hoc semen foemineum habere vim actiuam sicut virile, ex quo demonstrat similitudinem foetus cum matre, & aliquādo maiorem illa, quæ est cum patre. Neq; obstat Arist. obiectio, scilicet foeminam posse generare sine viro cum habeat in se vim actiuam, & passiuam; nam illa vis non est sufficiens, sed indiget semine virili, vt coefficiente.

32

Quot modis potest esse similitudo, & dissimilitudo.

Septima opinio continetur pluribus dictis. Primò similitudinem, & dissimilitudinem posse esse quinque modis. primò quoad colores. 2. quoad delineamēta, & figuram membrorum. 3. quoad accidentia quæ per accidens conueniunt membris, vt cicatrix, mutilatio, &c. 4. quoad morbos, qui dicuntur hæreditarij. 5. quoad mores, & inclinationes naturæ; horum enim omnium inquirenda est causa.

Similitudo coloris vnde oriatur per hāc opinionem.

Secundò dicunt; similitudinem quoad colores oriri ex eadem causa, ex qua oritur temperamentum ex primis qualitatibus; nam colores sequuntur ex temperamento harum qualitatum, vt dicitur in libro de coloribus qui tribuitur Aristoteli & cum præcipua causa huius temperamenti sit semen, & materia tam virilis, quā foeminea cum influxu coelesti, iuxta illud, *sol & homo generant hominem*, meritò illis attribuitur assimilatio quoad colores iuxta prædominium seminis, & materiæ præstitæ à parentibus, licèt aliquando oriatur dissimilitudo ex alia causa accidentali, vt refert Arist. de prole alba nata ex Æthiope.

A quo habeatur similitudo figuræ.

3. Dicunt, similitudinem quoad delineamenta, & figuram oriri præcipuè ex virtute formatiua seminis, nam illa est, quę concurrit ad organizationem corporis, organizatio autem præcipuè consistit in figura, & delineamentis, sed variatur ex prædominio alterius parentis, vel ex alia

causa

causa accidentali; vnde fit vt neutri parenti proles sit similis.

Similitudo cicatricis, etc. ex quo sumatur. 4. Dicunt, hanc similitudinem maximè sumi ex materia, ex qua formatur foetus, quia illa est affecta tali qualitate; nam non potest nisi ex virtute formatiua seminis, quia hæc naturaliter agit, nec extenditur ad ea, quæ effectui omnino contingenter conueniunt; ergo per se non potest tribui, nisi materiæ. Neque dicas, materiam præstari à sola foemina; nam probabilius mihi est, partem corpulentam seminis virilis ingredi, vt materiam ad compositionem corporis, & hinc fit vt assimilatio in talibus accidentibus fiat etiam eum patribus.

33 *De mutilationis simili tudine variæ opiniones.* Maior difficultas est de assimilatione quoad membri alicuius carentiam, nam experientia constat, ex viro habente membrum mutilatum, aliquando oriri prolem cum omnibus membris, aliquando verò eum mutilatione membri. Respondent primò aliqui, oriri ex vi feminis, quod cũ decidatur ab omnibus membris fit, vt ex membro mutilato non decidatur, atque adeo semen, non habeat virtutem formatiuam illius membri. Sed non placet, quia hac ratione nunquã posset generari proles habens omnia membra ex eodem parente. Secundò quia semen non deciditur à membris, vt iam animaris, & constitutis in se, vt docet communis opinio, sed ex alimento quartæ digestionis, quod proximè conuertendum est in substantiam membri; at tunc alimentum non habet defectũ, qui est in membro; ergo nõ potest deesse semini virtus formatiua illius membri. Respondent 2. alij, oriri ex defectu spirituum, qui secundariò mittuntur à membris in genitalia, in quibus formatur semẽ: quare cum ex illo membro non mittantur spiritus, non communicatur semini vis formatiua illius mẽbri. Ita colligitur ex Thoma de Garbo. Sed non placet, quia semen habet vim formandi, & organizandi corpus secundùm omnia membra ex Thoma de Garbo ex tribus generibus spirituum principalium, qui communicantur virtuti generatiuæ seminis ab hepate, corde, & cerebro, & secundùm Arist. à solo corde; ergo defectus membri non potest impedire virtutem formatricem omnium membrorum ortam à tribus spiritibus principalibus. Respondent 3. alij, oriri ex defectu materiæ respectu illius membri, nam cum semen virile secundùm corpulentiam suã sit materia foetus, fieri potest, vt habeat defectum quoad illam partem materiæ, non tamen semper id contingit quia pars illa materiæ, quæ deficit in semine virili suppleri potest à materia præstita à matre; & quia hæc contingenter se habent, ideo cõtingit, aliquando oriri prolem cum omnibus membris aliquando verò cum defectu. Nec mirum, quia videmus, aliquando ratione materiæ produci monstra, vt homo eum sex digitis, & similibus. Contra hanc rationem insurgit Argenterius in art. medic. folio 235. quod vim habet quoad eos, quia à materia talẽ defectum hẽnt, nõ tñ qui casu, nam illi non gignunt prolem eum defectu, & tamen deberent gignere si semẽ decideretur ab omnibus partibus; vnde ipse putat testium virtutem in prima sui generatione sumi ab omnibus partibus, à quibus deinde producitur semen perfectius, vel imperfectius iuxta suas qualitates, & perfectiones; sed est contra experientiam, nam in coitu videmus, cerebrum debilitari, & omnes vires corporis, & corpus ipsum fieri macilentius, nec pinguius habere multum seminis, quę omnia probãt semen decidi ab omnibus partibus, sed de hac re alibi.

5. Dicunt, morbos hæreditarios oriri ex materia infecta ex qualitatibus generantibus morbum, quæ cum maneat in prole, causat eundem effectum. Probatur quia non potest tribui influxui cœlesti, quia est communis pluribus eodem tempore conceptis, qui non habent tales morbos; neq; potest tribui virtuti formatiuæ seminis, quia hæc ordinatur ad delineandum, & organizandum corpus suppositis primis qualitatibus disponentibus materiam, ex qua organizatione non apparet, qua ratione oriri possint morbi; ergo manet, vt oriatur ex materia infecta talibus qualitatibus. De qua re alibi. 34 *Similitudo quoad morbos hæreditarios ex quo oriatur per eandem 7. opinionẽ.*

Obijcies. Parentes generant prolem eo tempore, quo non laborant tali morbo, vt experientia constat, aliquem pati podagram quinquagenarium, eum genuerit filium annum agens v. g. decimum octauum, quo tempore omnino sanus erat, nec vestigium morbi apparebat; ergo materia, quæ fuit communicata filio, non erat infecta talibus qualitatibus generantibus morbum.

Respondeo, eodem modo philosophãdum esse in hac materia, ac philosophamur de humido radicali, cuius semper aliqua pars manet, quæ dicitur primogenea,

 euam

etiam si aliæ partes mutentur. Quare idē dici potest de parte illa communicata tali filio; quam illa pars licèt non sit infecta formaliter qualitatibus proximè generantibus morbum, tamen est infecta qualitate radicali, quæ suo tempore causat qualitates, quæ proximè generant morbum.

35 *Similitudo prolis cum maioribus tantùm, vnde oriatur.* Dices cur nati aliquando non similes parentibus, sed maioribus tū propinquis, cum remotis oriantur.

Respondet Arist. loc. cit. oriri quia in semine generantis sunt facultates non solū propinqui generis, sed etiam maiorum, ex quibus aliquæ sunt in actu, vt vis generandi hominem, animal, &c. aliæ in potentia, vt vis generandi fœminam, & prolem similem maioribus patris, & matris; nam cum seminis virtus non est efficax ad vincendam materiā, motus illius in matrē, vel in auiā, vel superiores resoluī dēt. Quod si facultas excedit, tūc fit proles similis patri; quod si non adeo excedit, nec adeo est debilis, vt generet fœminam, tunc generatur proles similis auo paterno, & superioribus: debilitatem autem seminis virili ait oriri ex reactione materiæ, quæ præstatur à fœmina magis, vel minùs. sequitur Garzia loc. cit. vbi etiam explicatur, effectum remotiorem dici, qui continetur in minori virtute, propinquiorem verò, qui in maiori virtute, nam propinquitas maior, & minor attenditur in ordine ad potentiam generantis immediati respectu diuersorum effectuum, quibus fit assimilatio.

Aristot. ad quæstionem resp. impugnatur ab Argēterio. Contra quam rationem insurgit Argenterius, quod licèt in semine virili ponantur plures virtutes, cum ex eo generari debeat corpus organicum, non tamen debet poni, in eo aliquos motus esse actu, alios verò potentia, nā si in omnibus tribuimus vim agendi, & assimilandi, non possunt vtique aliqui ex illis esse potentia, cū virtus actiua debeat esse in actu, & non in potentia; deinde non reddit rationem sufficientem, cur motus generationis potiùs degeneret in propinquum, quàm in remotum; quia cum remotum se habeat vt magis vniuersale, rationi est conionum, vt similitudo feruetur potiùs cum antiquioribus, quàm propinquioribus, vt ipse Argenterius fusè psequitur; sed Arist. defēdit Garz. loc. cit.

36 *Arg. resp.* 2. Respondet Argenterius, primò nihil esse in vniuersa philosophia difficilius hac quæstione. Secundò probabilius putat, vtrunque semen habere vim agendi, & patiendi, & vtrumque habere in se actu diuersas facultates. Tertiò si masculinum semen secundùm omnes suas facultates vincet, orientur filij similes patri, & suis maioribus, quia similitudo seruatur in semine, & veluti p manus descēdit ad posteros, & hinc inter cognatos, qua in ijs, q ab vno parente descendunt nunq̄ dissimilitudo appareret, nisi esset impedimentum ex semine fœmineo, quod cū habeat suas facultates fit ex mutua actione dissimilitudo nunc vno, nunc altero semine dominātε, nunc secūdū omnes seminis partes, nūc secundùm aliquas, quia ex Galeno vnū semen, quod in vno coitu secernitur, non habet partes actualiter concoctas, & elaboratas, & hinc vincere, & vinci potest secundum diuersas partes. Ex his principijs sumitur: similitudo ad maiores maior vel minor, quia s. virtus ab illis accepta in semine manet integra magis, vel minùs, dū commiscetur cum semine fœmineo. Hinc videmus, omnes in eadem familia habere nasum similem simum scilicet, vel aduncū, vel aquilinū, &c. & similiter labis otis &c.

Hæc tribuitur Vegæ apud Garziā loc. cit. d. 37. c. 6. quam reijcit, sed inefficaci argumento; nam similitudo cū matre exigit perfectiorem virtutem, cum habeat effectum sibi adæquatū, vnde imperfectior virtus non illi, sed alteri assimilat.

Quæ opinio facilè defendi potest posita productione seminis ex partibus viuentis, quæ calore naturali separantur, & per meatus eijciuntur in testiculos. At verò opinione Arist. qui negat decidi ea partibus, sed ea alimento proximo partium, nō videtur, qua ratione habeat virtutem assimilandi, cum illud alimentum adhuc non sit factum pars parentum. Sed Peripatetici respondent, non esse spectandam partem materialem, vnde sumatur, sed partem formalem s. virtutem formatricem seminis, quæ illi communicatur ab anima.

3. Respondent alij, hanc similitudinem oriri ex parte imaginationis parentum, nō autem ex vi virtutis physicæ effectiuæ, vel materialis seminalis; sed non placet, quia plerumque illa similitudo oritur sine vlla imaginatione maiorum. *Imaginatio est similitudinis huiusmodi causa per alios.*

4. Respondent alij, talem similitudinem oriri per accidens, sicut oritur similitudo cum externis; ex concursu enim variarum causarum vniuersalium, & particularium oriri potest talis similitudo, qua ratione etiam generantur monstra; Sed non placet alijs, nam monstra rarò contingunt; at hu- *Similitudo huiusmodi est per accidēs, ex aliorum sent.*

iusmodi similitudo sæpè, & aliquando etiam conseruatur in tota familia. Hæc ex aliorũ placitis; q̃d verò nos sẽtiamus, alibi.

37 *Similitudo morum vnde oriatur physicè, vnde moraliter.*

Dices quid dicendum est de similitudine quoad mores, & propẽsiones naturales.

Resp. primò, ex doctrina Galeni physicè oriri ex temperamento simili inter parentes, & filios; nam cum dispositiones producantur à semine parentum, & materia, meritò oritur simile temperamentum ob qualitates, ductas à parentibus, quæ sũt in semine.

Resp. 2. moraliter oriri ex educatione, & consuetudine filiorum cum parentibus; facilè enim conseruantur mores, qui in ætate puerili æstimari solent; at pueri magni æstimant, quæ vident in magistro; de qua re alibi.

ARTICVLVS VIII.

An ex vi imaginationis possit imprimi similitudo fœtui diuersa ab ea, quam habet virtus formatiua seminis.

38 *Non potest per Garziã imprimi similitudo diuersa &c. ex vi imaginationis.*

NEgat Petr. Garz. posse imprimi virtute imaginationis etiam actualiter operantis in actu coitus per se similitudinem fœtui rei imaginatæ, posthabita parẽtum similitudine: tribuit Cardano lib. 2. contradict. tract. 6. c. 6. testanti, oppositam sententiam esse inductam ab adulteris. Primò, quia virtus generatiua est commutatiua materiæ ex vna forma in aliam: sed actus illius non potest obedire imaginationi, neque operari iuxta modum illius, nam actus nutritiuæ non subordinatur per se, & necessariò imaginationi, vt patet experientia, nam etiam si quis in actuali cõctione alimenti, quæ fit à ventriculo, & mutatione sanguinis in iecore apprehendatur aliquod nigrum, non inde producitur chilus, aut sanguis cum tali colore, neque, dum conuertitur in substantiam aliti, illa pars inficitur à colore imaginato; ergo idem dicendum de actu potentiæ generatiuæ, cum vtraque potentia oriatur ex anima, vt vegetatiua. Neque dicas, esse diuersam rationem, eo quod generatiua sit perfectior, atque adeo magis apta obedire potentiæ superiori, idest, imaginatiuę, quia supremum infimi attingit infimum supremi, nam non est perfectior ex eo quod sit superioris ordinis, cum non transcendat perfectionem vegetatiuæ, sed solùm ratione effectus, nam effectus vegetatiuæ est suppositũ integrũ, nutritiuæ verò partiale.

39 Responderi potest, etiam nutritiuam assimilare effectum ratione imaginationis ex experientia relata ab Hyppocrate de muliere prægnante concupiscente terram, aut carbones edere, q̃ illa edẽte, apparet in capite pueri signum illius rei, quam comedit. Sed contra, quia effectus immediatus nutritiuæ est chilus, & sanguis, respectu quorum imaginatio non habet vim immutandi; ergo neque respectu actus generationis, quia ex hac responsione non redditur causa, cur potiùs in vno, quàm in alio oriatur ille effectus. Vnde Hieronymus Mercurialis fatetur, se non potuisse rationẽ inuenire, cur ex tali fame mulierum inficiatur potiùs caput, quàm aliud membrũ. Vnde putat, id non oriri ex vi nutritiuæ, sed per imbibitionem talis substantiæ in poris ante imaginationem productæ.

2. Probat. à causa, positis omnibus requisitis ad agendum, eodem modo se habente non variatur actio, ex 2. de gener. tex. 56. sed omnia requisita ad coitum eodem modo se habent, siue ponatur, siue non ponatur actus imaginatiuæ; ergo oritur similis actio. Minor prob. nam omnia varietas in illis vel est ex parte efficientis, vel materię; non primum, nam vis generatiua seminis producitur ab anima, mediante temperamento siue effectiuè, siue dispositiuè quod manet idem, posita, vel non posita imaginatione; neque secundũ, nã sanguis, ex quo fit fœtus, manet eiusdem naturæ siue ponatur, siue non actus imaginandi. Resp. vtrãque causam mutari ob maiorem copiam spirituum, & peculiarium concurrentium ad partes genitales ex vi imaginationis, quàm ad ventriculum, iecur, & alias partes ob maiorem consensionem, quæ est inter potentiam generatiuam, & imaginatiuam, quàm inter imaginatiuam, & ventriculũ, & iecur. Sed contra, quia huiusmodi diuersitas non potest oriri ex parte efficiẽtis, vel materialis, nam ex parte efficientia dupliciter potest contingere. Primò, quòd proportionales spiritus habentes virtutem generatiuam moueantur iuxta motum rei imaginatæ, & non, quia spiritus gignitiuus iam manet in vasis seminalibus in semine. Quare nõ est, cur moueãtur. Secũdò vt ex vi imaginatiuæ aliq. spiritus materialiter dispositi accipiãt peculiarẽ virtutẽ effectiuã assimilandi, q̃ nõ habebant præexistẽtes in semine, & neq; nã imaginatio nõ hẽt vim pducẽdi dispositionẽ materialẽ. Tertiò q̃ illi spiritus erãt priùs pducti cũ tali dispositione, & ex vi imaginationis mouẽtur ad partes genitales, vbi fiũt gignitiui cũ nulla determinata vi assimilandi, & neq; quia quod spiritus hẽant talem dispositionẽ nõ pẽdet 40

etiam si aliæ partes mutentur. Quare idē dici potest de parte illa communicata tali filio, quam illa pars licèt non sit infecta formaliter qualitatibus proximè generantibus morbum, tamen est infecta qualitate radicali, quæ suo tempore causat qualitates, quæ proximè generant morbum.

Similitudo prolis cum maioribus tantùm, vnde oriatur.

35 Dices cur nati aliquando non similes parentibus, sed maioribus tū propinquis, cum remotis oriantur.

Respondet Arist. loc. cit. oriri quia in semine generantis sunt facultates non solū propinqui agentis, sed etiam maiorum, ex quibus aliquæ sunt in actu, vt vis generandi hominem, animal, &c. aliæ in potentia, vt vis generandi fœminam, & prolem similem maioribus patris, & matris; nam cum seminis virtus non est efficax ad vincendam materiā, motus illius in matrē, vel in auiā, vel superiores resoluit dēt. Quod si facultas excedit, tūc fit proles similis patri; quod si non adeo excedit, nec adeo est debilis, vt generet fœminam, tunc generatus proles similis auo paterno, & superioribus; debilitatem autem seminis virili ait oriri ex reactione materiæ, quæ præstatur à fœmina magis, vel minùs. sequitur Garzia loc. cit. vbi etiam explicatur, effectūm remotiorem dici, qui continetur in minori virtute, propinquiorem verò, qui in maiori virtute, nam propinquitas maior, & minor attenditur in ordine ad potentiam generantis immediati respectu diuersorum effectuum, quibus fit assimilatio.

Aristot. ad quæstionem resp. impugnatur ab Argēterio.

Contra quam rationem insurgit Argenterius, quod licèt in semine virili ponantur plures virtutes, cum ex eo generari debeat corpus organicum, non tamen debet poni, in eo aliquos motus esse actu, alios verò potentia, nā si in omnibus tribuimus vim agendi, & assimilandi, non possunt vtique aliqui ex illis esse potentia, cū virtus actiua debeat esse in actu, & non in potentia; deinde non reddit rationem sufficientem, cur motus generationis potiùs degeneret in propinquum, quàm in remotum; quia cum remotum se habeat vt magis vniuersale, rationi est consonum, vt similitudo seruetur potiùs cum antiquioribus, quàm propinquioribus, vt ipse Argenterius fusè prosequitur; sed Arist. defēdit Garz. loc. cit.

Arg. resp.

36 2. Respondet Argenterius, primò nihil esse in vniuersā philosophia difficilius hac quæstione. Secundò probabilius putat, vtrumque semen habere vim agendi, & patiendi, & vtrumque habere in se actu diuersas facultates. Tertiò si masculinum semen secundùm omnes suas facultates vincet, orientur filij similes patri, & suis maioribus, quia similitudo seruatur in semine, & veluti p manus descēdit ad posteros, & hinc inter cognatos, quia in ijs, q ab vno parente descendunt nunq̄ dissimilitudo appareret, nisi esset impedimentum ex semine fœmineo, quod cū habeat suas facultates fit ex mutua actione dissimilitudo nunc vno, nunc altero semine dominā te, nunc secūdū omnes seminis partes, nūc secundùm aliquas, quia ex Galeno vnū semen, quod in vno coitu secernitur, non habet partes actualiter concoctas, & elaboratas, & hinc vincere, & vinci potest secundum diuersas partes. Ex his principijs sumitur; similitudo ad maiores maior vel minor, quia. s. virtus ab illis accepta in semine manet integra magis, vel minùs, dū commiscetur cum semine fœmineo. Hinc videmus, omnes in eadem familia habere nasum similem simum scilicet, vel aduncū, vel aquilinū, &c. & similiter labia oris &c.

Hæc tribuitur Vegæ apud Garziā loc. cit. d. 37. c. 6. quam reijcit, sed inefficaci argumento; nam similitudo cū matre exigit perfectiorem virtutem, cum habeat effectum sibi adæquatū, vnde imperfectior virtus non illi, sed alteri assimilat.

Quæ opinio facilè defendi potest posita productione seminis ex partibus viuentis, quæ calore naturali separantur, & per meatus eijciuntur in testiculos. At verò opinione Arist. qui negat decidi ex partibus, sed ex alimento proximo partium, nō videtur, qua ratione habeat virtutem assimilandi, cum illud alimentum adhuc non sit factum pars parentum. Sed Peripatetici respondent, non esse spectandam partem materialem, vnde sumatur, sed partem formalem. s. virtutem formatricem seminis, quæ illi communicatur ab anima.

Imaginatio est similitudinis huiusmodi causa per alios.

3. Respondent alij, hanc similitudinem oriri ex parte imaginationis parentum, nō autem ex vi virtutis physicæ effectiuæ, vel materialis seminalis; sed non placet, quia plerumque illa similitudo oritur sine vlla imaginatione maiorum.

Similitudo huiusmodi est per accidēs, ex aliorum sententia.

4. Respondet alij, talem similitudinem oriri per accidens, sicut oritur similitudo cum externis; ex concursu enim variarum causarum vniuersalium, & particularium oriri potest talis similitudo, qua ratione etiam generantur monstra; Sed non placet alijs, nam monstra rarò contingunt; at hu-

ius-

iusmodi similitudo sæpè, & aliquando etiam conseruatur in tota familia. Hæc ex aliorũ placitis; q̃d verò nos sẽtiamus, alibi.

Similitudo morum vnde oriatur physicè, vnde moraliter.

37 Dices quid dicendum est de similitudine quoad mores, & propẽsiones naturales.

Resp. primò, ex doctrina Galeni physicè oriri ex temperamento simili inter parentes, & filios; nam cum dispositiones producantur à semine parentum, & materia, meritò oritur simile temperamentum ob qualitates, ductas à parentibus, quæ sũt in semine.

Resp. 2. moraliter oriri ex educatione, & consuetudine filiorum cum parentibus; facilè enim conseruantur mores, qui in ætate puerili æstimari solent; at pueri magni æstimant, quæ vident in magistro; de qua re alibi.

ARTICVLVS VIII.

An ex vi imaginationis possit imprimi similitudo fœtui diuersa ab ea, quam habet virtus formatiua seminis.

Non potest per Garziã imprimi similitudo diuersa &c. ex vi imaginationis.

38 Negat Petr. Garz. posse imprimi virtute imaginationis etiam actualiter operantis in actu coitus per se similitudinem fœtui rei imaginatæ, posthabita parẽtum similitudine: tribuit Cardano lib. 2. contradict. tract. 6. c. 6. testanti, oppositam sententiam esse inductam ab adulteris. Primò, quia virtus generatiua est commutatiua materiæ ex vna forma in aliam: sed actus illius non potest obedire imaginationi, neque operari iuxta modum illius, nam actus nutritiuæ non subordinatur per se, & necessariò imaginationi, vt patet experientia, nam etiam si quis in actuali cõctione alimenti, quæ fit à ventriculo, & mutatione sanguinis in iecore apprehendatur aliquod nigrum, non inde producitur chilus, aut sanguis cum tali colore, neque, dum conuertitur in substantiam aliti, illa pars inficitur à colore imaginato; ergo idem dicendum de actu potentiæ generatiuæ, cum vtraque potentia oriatur ex anima, vt vegetatiua. Neque dicas, esse diuersam rationem, eo quod generatiua sit perfectior, atque adeo magis apta obedire potentiæ superiori, idest, imaginatiuę, quia supremum infimi attingit infimum supremi, nam non est perfectior ex eo quod sit superioris ordinis, cum non transcendat perfectionem vegetatiuæ, sed solùm ratione effectus, nam effectus vegetatiuæ est suppositũ integrũ, nutritiuæ verò partiale.

39 Responderi potest, etiam nutritiuam assimilare effectum ratione imaginationis ex experientia relata ab Hyppocrate de muliere prægnante concupiscente terram, aut carbones edere, q̃ illa edẽte, apparet in capite pueri signum illius rei, quam comedit. Sed contra, quia effectus immediatus nutritiuæ est chilus, & sanguis, respectu quorum imaginatio non habet vim immutandi; ergo neque respectu actus generationis, quia ex hac responsione non redditur causa, cur potiùs in vno, quàm in alio oriatur ille effectus. Vnde Hieronymus Mercurialis fatetur, se non potuisse rationẽ inuenire, cur ex tali fame mulierum inficiatur potiùs caput, quàm aliud membrũ. Vnde putat, id non oriri ex vi nutritiuæ, sed per imbibitionem talis substantiæ in poris ante imaginationem productæ.

2. Probat. à causa, positis omnibus requi- 40
sitis ad agendum, eodem modo se habente non variatur actio, ex 2. de gener. tex. 56. sed omnia requisita ad coitum eodem modo se habent, siue ponatur, siue non ponatur actus imaginatiuæ; ergo oritur similis actio. Minor prob. nam omnis varietas in illis vel est ex parte efficientis, vel materię; non primum, nam vis generatiua seminis producitur ab anima, mediante temperamento siue effectiuè, siue dispositiuè quod manet idem, posita, vel non posita imaginatione; neque secundũ, nã sanguis, ex quo fit fœtus, manet eiusdem naturæ siue ponatur, siue non actus imaginandi. Resp. vtrãque causam mutari ob maiorem copiam spirituum, & peculiarium concurrentium ad partes genitales ex vi imaginationis, quàm ad ventriculum, iecur, & alias partes ob maiorem consensionem, quæ est inter potentiam generatiuam, & imaginatiuam, quàm inter imaginatiuam, & ventriculũ, & iecur. Sed contra, quia huiusmodi diuersitas non potest oriri ex parte efficiẽtis, vel materialis, nam ex parte efficientis dupliciter potest contingere. Primò, quòd proportionales spiritus habentes virtutem generatiuam moueantur iuxta motum rei imaginatæ, & non, quia spiritus gignitiuus iam manet in vasis seminalib⁹ in semine. Quare nõ est, cur moueãtur. Secũdò vt ex vi imaginatiuæ aliq̃ spiritus materialiter dispositi accipiãt peculiarẽ virtutẽ effectiuã assimilandi, q̃ nõ habebant p̃eəxistẽtes in semine, & neq; nã imaginatio nõ hẽt vim p̃ducẽdi dispositionẽ materialẽ. Tertiò q̃ illi spiritus erãt priùs p̃ducti cũ tali dispositione, & ex vi imaginationis mouẽtur ad partes genitales, vbi fiũt gignitiui cũ nulla determinata vi assimilandi, & neq; quia quod spiritus hẽant talem dispositionẽ nõ pẽdet

ex actu imaginatiuæ, sed ex alia causa concomitante actum imaginatiuæ per accidens; ergo possunt moueri ad illas partes sine actu imaginatiuæ, atque adeo ex vi facultatis generantis semen habebunt vim taliter assimilandi. Neque dicatur, variari temperamentum genitalium ex vi imaginationis ob magnam quantitatem spirituum concurrentium ad partes genitales; variato autem temperamento variatur facultas genitiua seminis, nam maior concursus spirituum possunt quidem magis calefacere partes genitales, non tamen mutare facultatem neque secundum se, neque intrinsecè neque in ordine ad actiones, nam facultas illa pendet ex radicali temperamento, non autem ex accidentibus illius, quod non mutatur ex illo concursu spirituum.

41 Deinde neque hic effectus potest oriri ex parte causæ materialis, qua ratione, vt ea vi passionum mouentur spiritus, & humores, ita ex vi imaginationis in actu venereo mouentur ad partes generationi dicatas. Et iuxta rem imaginatam moueantur humores illi proportionati ex doctrina Auicenn. fen. 1. lib. 1. doctr. 4. cap. 2. vbi prohibet, habentes fluxum sanguinis è naribus aspicere rubeum colorem, ne ex attentione illius moueatur humor similis.

Sed contra, quia non potest ex vi illius materiæ contingere talis similitudo, nisi aut quia ex ipsa generatur semen habens vim effectiuam talem, & non, quia semen non fit de nouo tam breui tempore, quale est, in quo fit illa actio venerea, cum sit necessaria alteratio, vt fiat substantialiter semen; Vel secundò, quia talis humor est materia fœtus, nam hoc repugnat Galeno dicenti, hanc assimilationem potiùs oriri ex actiuitate, quàm ex concursu materiali. Sed hæc ratio soluitur ab ipsomet Garzia dicente, actum illum posse durare sufficienti tempore ad talis seminis productioné, quod cum fiat ex materia simili rei imaginatæ habeat facultatem assimilandi. Neque Galenus negat materiæ virtutem assimilandi.

42 Vnde secundò probat ex doctrina D. Thomæ 1. p. quæst. 117. art. 4. animam nō posse per se mouere corpus, nisi à se informatum; Vnde negat, animam separatam posse mouere aliquod corpus. Inde etiam fit, vt membrum mortificatum non obediat animæ ad motum localem, sed humores, & spiritus anima non informat, vt supponimus; ergo non potest illos mouere per se, atque adeo neque illum humorem proportionalem. Dices, moueri spiritus, & humores ratione passionum, vt videmus ex ira, & amore. Sed contra, nam ad passiones per se concurrunt obiectum cognitū, & appetitus, & dispositiuè transmutatio illa spirituum, & humorum siue sanguinei, siue melancholici, non tamen exigitur motio alicuius humoris proportionalis rei cognitæ. Tum quia cognitio, seu obiectum cognitum determinat quidem appetitum, quoad specificationem actus, nō tamen causam mouentem per se humores in passionibus, cum illa nec sit cognoscitiua, nec appetitiua, cum naturaliter operetur. Tum quia alioqui sequeretur, vt iuxta exigentiam cuiuslibet obiecti cogniti moueatur certa, & determinata pars humoris, & spiritus, quod est contra experientiam. Neque obstat illud Auicennæ fen. 15. lib. 3. tract. 1. cap. 6. vbi prohibet laborantes arquato morbo, siue ictericio aspicere res pallidas; quod ex intuitu similium natura stimulatur ad expellendos extra biliosos humores, quia etiam si hoc concedatur, nō sequitur, moueri determinatam partem humoris, quia non est ratio, cur potiùs moueatur vna pars, quàm alia. Neque dicas cum Genif. moueri determinatam partē humoris ex subordinatione, quam habet respectu actus imaginationis, quia id dicitur sine ratione.

Verùm hæc ratio non placet, nam experientia constat, moueri spiritus, & humores ex appetitu moto ab aliquo obiecto delectabili, vel tristi. Et hoc semper; ergo hic effectus tribui debet immediatè vel appetitui moto ab actu imaginationis, vel causæ subordinatæ appetitui, quæ naturaliter ex subordinatione, & radicatione in eadem substantia animæ moueatur ab appetitu.

3. Probat, illum effectum non posse 43
oriri ratione materiæ, nam vel nomine materiæ proportionalis intelligitur sanguis, ex quo materialiter generatur fœtus; & tunc, cum ille sanguis præstetur à sola matre, sola imaginatio matris, & non viri cōcurreret ad talem effectum. Vel intelligitur materia, ex qua fit semen habens facultatem sic assimilandi, & tunc concurrere deberet ad illam facultatem non imaginatio, quæ est tempore coitus, sed præcedēs, quia tunc natura haberet tempus sufficiens ad generationem seminis; ex quo oritur

virtus

virtus assimilatiua. At hoc patet esse falsũ; ergo multò magis id erit falsum tempore coitus; quod non est sufficiens ad generationem seminis propter breuitatem.

Sed neque hæc ratio videtur sufficiens. Tum quia materia, ex qua formatur fœtus, non solùm sumitur à sanguine fœminæ, sed etiam à parte corpulenta seminis virilis. Tum quia experientia constat, partes genitales alterari ex vehementi imaginatione; & quia in ipso coitu est maxima, ideo para seminis proportionalis tunc magis mouetur, vt fiat pars fœtus etiam si antea sit genarata.

Neque dicant, esse per accidens ab Imaginatione; nam si per accidens intelligant mediationem verè dicunt quia imaginatio non influit immediatè in generationē, vel motum talis materiæ, sed ex isto appetitu, & facultate subordinata appetitui: si autem intelligant fortuitum & concursum, falluntur, quia quod est frequentior, non est casu, & fortuna ex Aristotel. 2. phys. t. 48. Quare non est audiendus Garzia dum negat, hos effectus fieri ab imaginatiua. Neque phylosophi est negare experientiam à sapientibus concessam, eo quod causam effectus illius ignorent; sed sapientis fateri suam ignorantiam, & debilitatem ingenij; quod præstitit Argenterius in artem medicam com. 2. fol. mihi 239. dicēs: *hæc ita altiora sunt, vt videantur adhuc in arcanis naturæ esse recondita, sed fortasse mul tornm labore tandem peruia reddentur.* Quare videamus, an huius effectus aliqua causa occurrat.

44 *Imaginatio similitudinē in fœtu producit per cōmunem opinionem.* Contrarium docet communis opinio, s. ex vi imaginationis, quæ habetur in coitu, oriri fœtus habentes similitudinem quoad colores, & figuram cum re imaginata; patet ex Genes. cap. 30. vbi narratur historia virgarum, quas decorticatas Iacob posuit ante oculos ouium coeuntium: *Factumq; est vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas; & parerēt maculosa & varia, & diuerso colore respersa.* Sequitur Diuus Hieronymus, qui testatur, idem fieri in equarum gregibus apud hispanos, vt generosos obijciant equos visibus concipientium, quod similes eorum concipere, & generare possent. Idem Augustinus q. 95. in Genes. & 18. de Ciuit. Dei cap. 5. vbi simile quid eius, quod fecit Iacob, refert factum esse dolosè à dæmone in Apij boue, quem pro numine Diuino colebant Ægyptij. Idem Isidorus lib. 12. ethimologiarum cap. 1. in fine; vnde columbarum dilectores ponunt pulcherrimas columbas In locis, in quibus illæ versantur, vt similes generent. Idem colligitur ex Arist. sect. 10. probl. quæst. 12. dum quærit, cur proles cæterorum animalium magis, quā homines, suis parentibus similem gerit naturam; respondet: *An quod homo vago varioque plurimùm animo in coitu est; prout autem pater, & mater in conceptu affecti sunt, ita partes euariant, cætera verò animalia omnia rei tantùm ipsi intendunt, totaque se veneri dederunt.* Quem sequitur Plinius lib. 7. cap. 12. & Galenus lib. de Teriaca ad Pisonem cap. 11. vbi refert historiam cuiusdam diuitis desiderantia pulchrum filium; vnde propterea formosum in ampla tabula puerum depinxit, præcepitque vxori, vt illam imaginem diligenter aspiceret, dum coiret, vnde filius natus est illi figuræ similis. Et simile quid ex Hyppocrate narrat Quintil. in orat. pro Matrona, quæ pepererat filium parenti dissimilem ob picturam, quæ erat in cubiculo dum coiret. Idem sequitur Fernerius lib. 7. de hominis procreat. cap. 12. vbi testatur, id se expertum fuisse. Auicenna sen. 21. lib. 3. doct. 1. cap. 2. & sen. 2. lib. 1. doctr. 2. cap. 14. vbi reprehendit homines, qui talia non credunt ob eorum ignorantiam; quod etiam ait iuuare imaginationē masculi dum concipit, vt masculus nascatur. Hinc Diuus Thomas in 2. dist. 20. q. 2. art. 1. ad 2. explicans causas, quæ prohibent generationem viri, & conducunt ad productionem fœminæ, ait: *Alia causa est ex virtute imaginatiuæ, quam sequuntur etiam virtutes corporales, vt patet, quod ad imaginationem alicuius terribilis totum corpus concutitur, & tremit, & ita videmus, quod filij frequenter nascuntur similes illis, quos parentes imaginantur in actu conceptionis ex Hieronymo referente filiū nigrum natum ex parentibus albis propter imaginem nigram tempore coitus visam.* De qua re plura Peterius in Genes. tom. 4. disp. 3. & 4. Vallesius de sacra philosoph. cap. 11. Ludouicus Mercatus lib. 3. de morbis mulierum cap. 7. Leuinius Lemnius lib. 1. de occultis naturæ miraculis cap. 4. Vega in art. medic. loc. cit. Vuecherus lib. 6. de secretis cap. 2. Hinc Fracastorius lib. de Antipathia cap. 23. refert, natū fuisse puerum cum figura alimenti concupiti à matre, & negati, & Albertus lib. 9. de natura animalium cap. 7. natum fuisse pullum

lum ceruice accipitris, quia gallina timuit viso accipitre, & alij referunt, natos fuisse pullos albos ex Pauone contecto linteis albis dum incubaret ouis.

45 *Imaginatiua robustior matutino, quàm vespertino tempore.*

2. Probat Vallesius loc. cit. Iacob posuisse virgas in matutino congressu, potius quàm vespertino, quia virtus imaginatiua tunc præualet magis ad omnem effectum producendum; & ratio quia animalis frequentiùs noctu dormiunt, vnde fit vt mane ob sõnum cerebrum fit magis expeditum, & liberum, quia ex concoctione absumuntur flatus, & generatur spirituum copia, vnde robur accipit potentia imaginatiua; Contra verò vespere, quia tunc cerebrum grauatur ex vaporibus eleuatis ex ventriculo, & in vigilia assumuntur plurimi spiritus; deinde tunc semen est fœcundius, cum mane respondeat tempori veris, vt vespere autumno, vere autem omnia robustiora sunt ad generandum, quàm in Autumno.

Imaginatiua ad quos effectus se extendat, variæ opiniones.

Sed inter auctores nõ conuenit ad quos effectus se extendat imaginatiua; nam aliqui putãt, se extendere solùm ad mutationem coloris in fœtu; alij etiam ad mutationem organizationis; sed patet falli, eo quod colores non abstractè, sed cum determinata figura concipiuntur ab imaginatiua. Vnde alij putant, se extendere ad alias rationes, quæ fundant similitudinem.

Imaginationis actus vehemens esse debet.

Secundò addunt communiter, actum imaginationis, à quo oriri debet hic effectus, debere esse vehementem, quia leuis non est aptus perturbare, & immutare corpus. Quare ab alijs reprehenditur Argenterius loc. cit. putans, sufficere leuem actum ex relatione fœminarum asserentium, res externas leuiter se apprehendere dum concipiunt; nam huius dicti falsitas apparet ex experientia singulorum, cum nemo ex leui imaginatione perturbatione aliqua in corpore afficiatur; ergo multò minùs poterit inde oriri commutatio similitudinis fœtus.

In quibus magis valeat imaginatiua ad huiusmodi effectus.

Tertiò docent, hanc vim imaginatiuæ sæpiùs habere effectum in brutis, quàm in hominibus ob vagam mentis humanæ in rebus contemplandis potentiam, cui licèt organum ministret species, tamen anima minùs illis adhæret, & consequenter minùs illi infligit affectiones. Hinc fit, vt contingat aliquando, vtrumque parentem eãdem rem cogitare, & inde fieri similitudinem respectu vtriusque; sed quia id rarò contingit, ideo rarò etiam sequitur effectus, cũ vnius actio impediat vim alterius. Quare difficultas manet in explicando modo, quo hic effectus ex vi imaginationis fiat.

ARTICVLVS IX.

De modo, quo imaginatiua habeat hos effectus.

Effectus huiusmodi est à superioritate imaginatiuæ supra generatiuam potentiam per aliquos. 46

PRimò aliqui dicunt, id oriri ex superioritate, quam habet vis imaginatiua supra potentiam generatiuam; nam sicut inter causas vniuersi inferior operatur secundùm modum superioris, ita generatiua secundùm exigentiam imaginatiuæ.

Sed non placet alijs, quia non ostendit hæc opinio, imaginitiuam habere causalitatem effectiuam circa potentiam generatiuam, ita vt dependeat in causalitate à superiori potentia, etiam si illa sit perfectior; non enim sufficit quælibet perfectio superioris potentiæ ad ponendam dependentiã in inferiori potentia quoad causalitatem, homo est perfectior lapide, & tamen non potest producere lapidem; vnde oportuit ostendere huiusmodi dependentiam: tum quia cum causa inferior modificet causam vniuersalem, & superiorem, vt patet inter causas vniuersi, sequi debet, vt generatiua modificet imaginatiuam, non cõtra. Vnde D. Tho. 1. 2. quæst. 17. art. 8. ad 3. dixit, potentiam generatiuam non pendere ab appetitu, nisi quantùm ad applicationem causarum; at eadem ratio est respectu imaginationis; ergo non est dependẽtia per se in causalitate.

Per alios verò ex sympathia imaginatiuæ cũ generatiua. 47

2. Alij cum Pererio loc. cit. referunt causam in sympathiam harum potentiarũ, quia licèt sint in diuersis organis, cum radicentur in eadem anima, meritò seipsas mouent mutuò; vnde patet experientia, ex abundantia seminis in generatiua excitari imaginationem libidinis; & contra ex imaginatione voluptatis venereæ partes genitales irritantur, & turgent; & cũ actus imaginationis fiat per organum corporeũ, (est. n. actus animæ sensitiuæ) fit, vt anima simul cum ipso corpore reddatur similis obiecto imaginato, ex Arist. quod anima *sit quodammodo omnia*, & ideo quando anima cognoscit nigrum, fit talis cognoscitiuè, & intentionaliter, & ideo vis generatiua animæ dum simul cognoscit, & generat producit tale, quale cognoscit; nam generans iam tale redditum est, at effectus

pro-

producitur similis generanti, sicut est quando generat. Sequitur Vallesius loc. cit. cap. 11.

Sed non placet Garziæ disp. 37. cap. 8. primò quia non assignatur modus, quo oriri possit ex imaginatione talis effectus; nam vel producitur ex vi speciei expressæ, vel ex vi productionis speciei similis illi, quę est in organo imaginatiuæ, quod producatur in organo generatiuæ, atque ita generatiua affecta tali qualitate determinatur ad talem actionem. Sed neutrum dici potest, nam species expressa non habet vim producendi realem effectum, cũ ipsa habeat esse intentionale, at immutatio organi ad assimilandum realiter non potest fieri sine reali, & naturali mutatione; & licèt species expressa producat habitũ, tamen ille continetur intra latitudinem entis intẽtionalis. Neq; potest dici secundũ, tum quia potentia imaginatiua operatur immanenter; ergo non producit effectum aliquem realem in potentia generatiua. Confirm. nam cum Arist. docet, animã fieri omnia, non intelligit, fieri talia realiter secundùm proprium esse eorum, sed intentionaliter; ergo non potest producere ex vi illius similitudinem in esse reali, sed tantùm intentionali, quia actio elicitur à principio secundùm formam, per quam actu constituitur. At hìc quærimus causã realis effectus, in quo fundatur vniuoca similitudo. Respondet Vallesius. Id, quod erat in anima intentionaliter, producitur in corpus geniti realiter, quia illa actio est à semine, quæ habet ab anima virtutem actiuam faciendi omnes partes similes generanti; & licèt in generante fundamẽtum similitudinis sit intentionale, tamen quia vis generatiua agit realiter, assimilat effectum generanti non intentionaliter, sed realiter, prout est obiectum imaginatiuæ; nam generatiua debet assimilare effectum generanti, & cum non possit assimilare intentionaliter, assimilat realiter, quale est obiectum imaginatiuę, nam ad illam perfectionem concurrit potentia generatiua, à qua habet realitatem, sicut assimilationẽ ex vi cognitionis determinantis generatiuam; sed instant alij, tum quia potentia generatiua, quæ est in semine, non mutatur in sua virtute, & temperamento ab actu imaginationis, ergo habet easdem vires, sed priùs secluso actu imaginationis, habebat quidem vim assimilandi effectum generanti secundùm ea, quæ pertinẽt ad speciem, & secundùm ea, quæ sunt in agente corporaliter, at non secundùm ea, quæ corpori conueniunt contingenter per actum imaginationis; ergo non potest assimilare effectum obiecto imaginationis.

Tum quia hæc similitudo est in agente tum ratione actus imaginationis, tum ratione speciei impressæ; ergo si potẽtia determinaretur ad producendam illam similitudinem ratione speciei expressæ .s. imaginationis, posset etiam producere ratione speciei impressæ, quia eodem modo potẽtia generatiua determinaretur ad illam similitudinem ducendam, cum vtraque sit in agente, & in organo.

Neq; dicas cũ Conimbr. species intentionales secundùm se non producere effectus illos reales, sed vt sunt instrumentum animę; sicut accidens vt instrumentum animæ producit substantiam. Nam substantia per sua accidentia vt per instrumenta illos effectus producit, qui sunt connaturales illi, non autem disparati vel repugnantes, sed effectus, qui producuntur in quæstione positi, non sunt semper connaturales animę, sed sæpè disparati, & repugnantes.

Secundò etiam si efficiens ex vi imagi-
nationis haberet vim assimilandi effectum 48
sensibili similitudine, adhuc non posset as-
similare illum secundùm omnes illius par-
tes, sed tantùm secundùm partem, secundũ
quam efficiens est tali qualitate affectum,
.s. organum imaginationis, quia alioqui
ꝓles nõ similis, sed dissimilis secũdũ alias
partes proderet, tum quia assimilatio, quæ
fit ex vi seminis, non fit nisi secundùm par-
tem, quæ in efficiente est affecta qualitate,
at vis seminalis est efficacior ad assimilan-
dum cum sit à natura ad id ordinata, quàm
vis imaginationis; at hoc est contra expe-
rientiam, & eosdem auctores; ergo.

Neque dicas, apprehendi colorem v. g. non in parte determinata, sed absolutè, & ideo produci in totam, tum quia hinc destruitur ratio aduersariorum, qui tribuunt virtutem producendi ex existentia caloris v. g. in generante, at erat in parte determinata .s. in organo imaginatiuæ.

Tum quia apprehensio absolutè coloris, non ponit speciem, & apprehensionem, quæ est similitudo coloris in toto corpore, ergo neque est sufficiens ad productionem coloris in totum corpus, nam obiectũ nõ vnitur cognoscenti, nisi rõne actus, vnde eam coniunctionem habet, quam habet actus. Neque dicas cum anima sit

indi-

indiuisibilis dũ existit in illa species expressa existit in tota, tum quia hæc ratio non militat in Brutis, in quibus est anima diuisibilis.

Tum quia etiam si anima rationalis sit indiuisibilis, & sit tota in toto, & in qualibet parte; non tamen totaliter est in qualibet vna parte; vnde intellectio non informat animã vt est formaliter in pede, &c. sed vt est in capite vel corde, vbi recipit species.

Tum quia non ostenditur, qua ratione ex existentia intentionali coloris in anima resultet in corpus prolis existentia realis coloris.

49 3. Quia non magis imaginatio reddit similem potentiam, quàm cognitio alterius potentiæ sensitiuæ, vt est visio, & similia; ergo ex vi similitudinis talis potentiæ produci potest effectus similis realiter, qa tale est agens in actu; quod tamen negant omnes. Confirm. quia virtus animæ quoad producendum semen eodem modo se habet quoad vim actiuam siue ille actus sit intensior, siue remissior; at experientia constat, ex actu imaginationis remissæ nõ produci aliquam qualitatem in prole, vt concedunt aduers.

Sed ad hæc omnia respondere posset Vallesf. diuersam esse rationem speciei impressæ ab imaginatiua, ac impressæ, quia imaginatiuæ sicut subest appetitus, ita subsunt & spiritus, & actus aliarum potentiarum, vt dicetur suo loco; quę subordinatio non est respectu speciei impressæ. Vnde etiam patet ad instantiam sumptam ex sẽsibus exterioribus, nam spiritus, & aliæ animæ potentiæ non subduntur immediatè sensibus externis, nisi mediatè, quatenus, s. mouent imaginatiuam. Quod Andr. Laurent. libr. 8. de re anatomica c. 20. confirmat hanc virtutem imaginatiuæ ex experientia, quam fœtus iam productus dũ adhuc est tenellus, recipit ab imaginatione matris prægnantis similitudinem rei ardẽtiùs ab illa exoptatæ; non enim rei, scilicet ficus, aut mori realis similitudo, sed tantũ intentionalis ad vterum fertur, quæ fœtui potiùs quàm vtero imprimitur ob teneriorem materiam, quod tribuit Arist. libr. 5. de animalibus. *Fortis, inquit, imaginatio aereos spiritus, & natura sua mobiles statim mouet, isque optata rei speciem insculpit spiritus sanguini proximo fœtus alimẽto permixti eandem figuram imprimunt.* Ex qua ratione docet etiam, semen ratione spirituum per singulas corporis partes oberrantium, singularum partium imaginem in se continere.

Sed in hac opinione illud esset explicãdum, qua ratione species intentionalis siue per se, siue permixta semini habeat vim producendi effectum realiter sensibilem, & impediat virtutem seminis ne propriũ effectum producat.

Tertiò alij cum Tostato in cap. 30. Genes. quæst. 10. docent, similitudinem illam realem produci immediatè ab anima, sicut figura rei artificialis producitur ab artifice habente in mente ideam illius, nam anima vnitur corpori non solùm vt forma, & finis, sed etiam, vt motor, atque adeo mouet, & dirigit corpus assimilando illud naturæ suæ, non quod talis forma semini imprimatur immediatè, quia sæpè non est capax talium colorum, & aliorum, quæ imprimuntur fœtui, vt patet ex colore, & crispitudine capillorum, quæ aliquando fœtibus imprimuntur ex imaginatione matris, sed ipsa anima, quæ, vt est principiũ decidendi semen, & infundendi illi virtutem formatiuam, ita est principium dandi virtutem quandam semini, secundùm quã talis color, & capilli procreantur; quam virtutem Augustin. 3o. de Trinit. ait, in occulto accipi ab eo, qui omnia in pondere, & mensura disposuit. 50 *Similitudo producitur immediatè ab anima.*

Contra q̃ Garzia eadẽ obijcit, quæ contra Vallesf. addens, animam post genitum semen, non posse tribuere semini peculiarem vim diuersam à connaturali, quia non habet instrumentum, quo illam producat, cum non sit per propriam substantiam immediatè productiua, & soluit fundamẽtum sumptum ab artifice, quia licet ex Arist. 7. metaph. c. 7. dicat, sanitatem corporis fieri à sanitate, quæ est in mente, & explicat D. Thom. 3. part. quæst. 78. art. 2. tamẽ est diuersa ratio, nã quia ideò ars habet rationem efficientis, vt exemplar dirigens, quia facultas exequutiua est subordinata potentiæ, in qua est ars: at verò potẽtia generatiua non est per se subordinata imaginationi; & ideo non potest dirigi ab illa. Verùm aduersarij negant, non esse subordinatam non quidem voluntariè, & liberè, sed necessariò, & naturaliter, sicuti naturaliter deciditur semen.

51 Dico primò, omissis aliorum sententijs, me libenter amplecti opinionem dicẽtiũ; huius effectus causam manere inter naturæ arcana nobis incognita, vt dixit Argenterius; *Similitudinis huiusmodi causa nobis incognita.*

terius; quia tamē in re tam difficili aliquid de re simili asserere, etiam si à veritate recedat, non videtur reprehendendum; aperiam quod mihi dici posse videtur.

Similitudo est ab imaginatiua.

Quare dico secundò, hunc effectum tribui posse imaginatiuæ ex ijs, quæ diximus supra art. præcedenti, vbi narrauimus ea, quæ referuntur ab Authoribus fieri ex vi imaginationis, quorum authoritates negare imprudentis est, præsertim cum scriptura narret conceptum ouium ex aspectu virgarum Genes. 30, Neq; placet, quod dixit Garza, id factum esse miraculosè à Deo, tum quia id gratis fingitur, cum scriptura narret factum simpliciter ex aspectu virgarum; tum quia non fuisset necessaria illa diligentia decorticandi virgas, vt fieret cōceptus maculosus, cum ex diligentia damnum potuisset euenire Iacob, quod malitiosè id effecisset. Tum quia imaginatio maximam vim habet in operibus nostris. Primò ex illa excitatur, aut extinguitur venus. Secundò in somno. Vnde aliqui audientes historiam aliquam statim dormiunt. Tertiò excitatur vomitus, cum ex aspectu fœdorum nausea excitatur. Quartò eius vis apparet ex sonis, quorum memoria horripilatio, & quādoq; horror nos inuadit. Quinto Mortis imaginatio magna, expectatio tormentorum, metus Principis, & similia, quæ trepidationem, & mortem quandoque inducere solent. Sextò in prægnantibus, quæ fœtus maculis ex desiderio inficiunt, & similia, quæ timidis, & assuetis, & humidioris naturæ, vt pueri, & mulieres maximè eueniunt.

Similitudo huiusmodi quomodo est ab imaginatiua.

Dico 3. Hi effectus tribuuntur imaginatiuæ non vt proximè producenti, sed vt primò mouenti, & applicanti causas physicas, mediante appetitu. Prima pars probatur ex dictis supra, quod virtus imaginatiua non est physicè productiua alicuius effectuum, sed tantùm obiectiuè motiua appetitus, est enim potentia vitalis, immanente actiua. Neque dicas, producere, mediante actu, & vt causa effectus, quia eius actus est cognoscere, qui est expressa similitudo obiecti: cognitio autem non potest physicè producere, nisi habitum in potentia, in qua est, alioqui cognitio auri produceret aurum, sicut cognitio coloris secundùm aduersarios producit realem colorem, vel cicatricem, & similia. De qua re dictum est supra.

52 Secunda pars probatur, nam cum hi effectus tribuantur imaginatiuæ, & non vt causæ immediatè operanti hos effectus, non potest illi tribui, nisi vel vt producenti causas illorum effectuum, vel vt mouenti, seu applicanti causas physicas; non primū, quia ex dictis probatum est, hanc potentiam non habere vim physicè producendi, nisi cognitionem: at causa physica illorum effectuum non est cognitio, vt diximus; ergo tribui debet effectus illi vt causæ mouenti, & applicanti causas physicas effectuum.

Tertia pars, s. fieri illum motum mediāte appetitu, patet ex subordinatione immediata eorum, quæ sunt in animali ad appetitum, non autem ad potentiam cognoscitiuam; cuius est tantum mouere appetitum ex vi cognitionis obiecti, vt ostendetur in libris de anima. Quare difficultas solùm manet circa causas physicas, quæ applicantur ad hos effectus producendos: hæ autem esse non possunt, nisi vel materia, ex qua efficitur fœtus, vel efficiens, à qua formatur.

Vtraq; causa ad hos effectus concurrit, sed non eodem modo.

Dico 4. vtramque causam concurrere ad hos effectus, licèt diuerso modo, nam omnis effectus naturalis indiget vtraque causa, vt patet ex virtute causarum naturalium, quæ sunt eductiuæ materiæ, & non creatiuæ. Secundò quia sicut virtus efficiētis potest infici à tali dispositione, quæ est in parentibus, ita & multò magis causa materialis; ergo sicut proles potest contrahere similem qualitatem à causa efficiente, multò magis à causa materiali, quia hæc pars eadem numero, quæ erat in parētibus, est in prole. Vnde est magis intrinseca proli, quàm causa effectiua seminis.

Confir. quia aliqui effectus meliùs intelliguntur proficisci à materia, quàm à causa efficiente, vt cicatrix, & defectus alicuius membri, nam vt in illis est obdurata pellis, & callosa, ita materia, q̄ inde sumitur, cōtinet illam obdurationem, atq; adeo manet in prole: At verò quomodo fiat ab efficienti non satis intelligitur, nisi sit materia ita disposita, quę efficienti obsistat. Et hinc etiam faciliùs intelligitur communicatio morborum hæreditariorū, eo quod materia est infecta talibus qualitatibus, q̄ disponūt ad morbū, vt est debilitas articulorū, & neruorum, ac lassitudo partium, & similia respectu podagræ, licet hic effectus possit tribui et semini, vt efficienti ob debilem virtutem actiuam contractam à semine deciso ab illis partibus.

53 Dices. Quæ sunt illæ causæ, immediatæ, & in particulari horum effectuum, non enim potest tribui sanguini secundum se,

se, quia hic est communis ad omnes partes. Quare debet tribui illi, vt est alteratus, & euaporatus à calore naturali, vt sit proportionatus alendis partibus humani corporis.

Huiusmodi effectus sūt à spiritibus decisis à partibus similes habētibus qualitates.

Dico 5. sicut probabile est, semen deriui ex sanguine alimentali proximè disposito ad alienas partes, vel ex ipso alimento contento in poris partium; ita probabile est, hos effectus oriri ex spiritibus, qui deciduntur à particularibus partibus habentibus similes qualitates, quia sicut semen inde habet virtutem formatiuam membrorum, & partium fœtus, vt sint similes partibus parentum; ita ex spiritibus ortis ab illis partibus infectis, qui admiscentur semini, oriri potest hæc similitudo quoad qualitates contingentes conuenientes parentibus. Habent enim illi spiritus vim effectiuam sicut semen. Et quia cum partibus subtilioribus deciduntur etiam partes crassiores, quæ habent rationem materiæ, ideò virtus illorum spirituum magis producit illam similitudinem, quàm virtus seminis secundùm se, quia inueniunt materiam magis dispositam.

Neque dicas cum Conimbricensibus, hanc causam non habere locum quoad similitudinem in coloribus, effigie, & alijs accidentibus, Nam vt semen ratione spirituum decisorum à partibus alimentaribus habet vim assimilandi quoad colores, & effigiem &c. ita hi spiritus secundariò prouenictes ex partibus admixtis semini habēt vim prædictam assimilandi, imò maximè quoad colores, quia hi sequuntur temperamentum primarum qualitatum, quod variatur in corpore ex concursu spirituum, & aliorum humorum, vt patet ex passionibus iræ, amoris, inuidiæ, &c.

Hæc mihi pro hac difficultate occurrunt, meliora inuenient qui ingenio magis pollent.

His aliqui addūt varias quæstiones pertinentes ad libros de anima, vt de materia fœtus, de virtute actiua seminis virilis, de ordine, quo generantur partes animalis, an semē sit animatum, an sanguis, an vngues, & pili, & similia, quæ vltro omittimus, ne extra suum locum tractentur.

DVBITATIO III.

Quomodo explicatur definitio generationis viuentium, quæ habent cognitionem.

ARTICVLVS I.

Quid aliqui opinantur.

PRimò Not. cum viuentium alia sint expertia cognitionis vt Plantæ, alia sint prædita vi cognoscitiua, & hucusque explicata sit generatio viuentium vtrique communis, nunc videndum an generatio viuentium cognitione præditorum habeat aliquam conditionem peculiarem, quæ non conueniat alijs. 1

Vtrum generatio animalium differat in aliquo ab aliorum generatione.

2. Not. cum viuentiū habentiū vim cognoscendi, alia sint sensitiua, alia intellectiua, & ex illis alia sint perfecta, alia imperfecta, & ex imperfectis alia generentur ex semine, sine semine alia, & vt dicitur ex putri materia, de singulis esset videndū, an habeant peculiarem conditionem; nisi timerem molestiam lectoris, cum in prouerbio sit: *Gaudeāt breuitate moderni*, quare breuiter de illa generatione in genere dicam.

3. Not. hanc generationem esse viuentis à viuente vt principio coniuncto in similitudinem naturæ, & solùm illi addi vt sit per cognitionem, quare videndum est quid importat illa particula, per cognitionem.

Particula, per cognitionem, refert ne ad generationis naturam.

Prima opinio est dicētiū, cognitionē nihil referre ad naturam generationis, sed solùm se habere concomitanter; nam effectus, qui procedit à potentia generatiua eiusdem rationis, & perfectionis etiam indiuidualis si fiat à potentia applicata in somno sine vlla cognitione actus, est eodem modo, ac si fieret ex cognitione, & appetitu applicante potentiam ad actum. 2

Particula huiusmodi non refert.

Confir. quia hæc generatio procedit à semine elaborato ab anima vegetatiua sine vlla cognitione; ergo produceret effectū etiam si nulla adsit cognitio, quia semen est instrumentum animæ vegetatiuæ operantis sine cognitione.

Secunda opinio est dicentium, generationē, quæ fit à viuente habente cognitionem, esse diuersæ rationis ab illa, quæ fit à viuente carēte cognitione; Nam diuersitas specifica entis cognoscitur ex diuersis effectibus. 3

Generatio viuentis cognoscentis est diuersa à viuente non cognoscente per alie-

Sed generatio viuentium habentium cognitionē habet diuersos effectus, ac generatio viuentium carentium cognitione; ergo.

Minor prob. 1. quia fundat relationem paternitatis, & filiationis, quam non fundat

fundat generatio v.g. Plantę, non enim vna dicitur mater alterius, nec genita dicitur filia.

2. Quia videmus, à natura inferri quosdam instinctus effectui per generationem habentium cognitionem, qui instinctus nō cernūtur in Plantis, & alijs effectibus sine cognitione; vnde referunt, ex ouis vnius perdicis pullos exclusos ex alia incubāte, & fouente oua, audita voce perdicis, quæ peperit oua ad illam accurrere, derelicta perdice, cuius calore fota oua pullos in lucem ediderunt ex D. Hier. in c. 17. Hier. explicans id: *Perdix fouit oua, quæ non peperit*.

3. Quia fundat amorem inter genitorē, & genitum, qui amor non est inter plantā genitam, & genitricem. Neque dicas, amorem supponere cognitionem, & ideo non est in plantis, quia deberet esse in illis aliqua inclinatio naturalis proportionaliter respondens amori, vt patet ex alijs carentibus cognitione, qualis est naturalis appetitus materiæ respectu formæ, & grauitates respectu centri.

Confirm. quia generatio, quæ est in cognoscente, est operatio magis vitalis, quā aliorum generatio, quia non solùm elaboratio seminis est vitalis, sed etiam applicatio ad decisionem, & coniunctio cum fœmineo, & similia sunt per actiones vitales; & oriuntur, ex mutuo amore, & inclinatione naturæ, quæ omnia norant, generationem hanc esse alterius rationis, quàm quæ fit sine cognitione.

4 *Generationis viuētiū cognoscitiuorum duo genera.* Tertia opinio est dicentium, in viuentibus cognoscitiuis possunt duo genera principiorum generationis distingui, vnū pertinens ad partem vegetatiuam, Alterum ad partem intellectiuam; vnde duo genera generationum distingui possunt, vnū generationis elicitæ immediatè à potentia generatiua partis vegetatiuæ, & tales sunt omnes generationes animalium, & hoc genus distinguitur ab alio genere ratione connotatorum, non autem intrinsecè. Alterū generationis immediatè ptinētis ad partem intellectiuā, qualis est generatio; Verbi in diuinis, & hic modus generationis nō solùm est diuersæ rationis intrinsecæ à generationibus suppositorum carētiū cognitione, sed etiam habentium cognitionē, quia aliæ sunt materiales, & creatæ, hęc verò spiritualis, & increata.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

PRima Conclusio. Generatio viuentis carentis cognitione non differt secūdùm substantiam à generatione viuentis habentis cognitionem. Patet, quia non solùm conueniunt in ratione generica generationis, sed etiam quoad actiones requisitas per se ad productionem termini, nam vtraque est actio vitalis, in vtraque elaboratur vitaliter semen. In vtraque est inclinatio naturæ ad conseruandam speciem. In vtraque exigitur concursus causarum superiorum solis, & astrorum. Et in vtraq; causæ, seu instrumenta necessariò operantur. Vt enim semen, vel germen plantæ positum in terra necessario operatur, & eius operatio non dependet à voluntate alicuius; ita semen equi in equa. Nec video, qua ratione intrinseca differant, nisi per illam, quæ sumitur ex diuersitate specifica terminorum. 5 *Generatio cognoscitiui non differt secundum substantiā à non cognoscitiuo.*

Confir. quia sicut non differunt in nutritione, & augmentatione, quæ sunt quædam adgenerationes, cum & plantæ nutriantur, & augeantur; ergo neque quoad generationem diuersi suppositi. Et idem probant argumenta primæ opinionis.

Secunda Concl. Huiusmodi generationes differunt quoad connotata, nam diuerso modo applicantur ad generandum, nam animalia applicantur ex appetitu sensitiuo, & exigitur coniunctio duorum vitaliter operantium, non sic autem in plantis. Ex hac autem applicatione per appetitum oritur amor erga sobolem, quia apprehenditur aliquid sui. Et similiter dicendum est de alijs diuersis connotatis, quæ inter illas generationes reperiuntur. 6 *Generationes huiusmodi in quo differant.*

Tertia Conclusio. Generatio intellectualis est diuersæ rationis à generatione materiali. Patet, quia generatio intellectualis non reperitur, nisi in Deo, materialis verò in creaturis: At diuina à creatis differunt plusquam genere etiam si proportionaliter, & analogicè in aliquibus prædicatis conueniant. Sed de hac re alibi. 7 *Generatio intellectualis alia est à non intellectuali.*

Ex his patet ad argumenta secūdæ opinionis, nam Primò dici potest, illam diuersitatem oriri non ex ratione formali generationis, sed ex connotatis, ratione quorū sortita sunt diuersa nomina, nam relatio, quæ est inter omnem effectum, & causam *Satisfit argumentis secundæ opinionis.*

in carentibus cognitione non habet nomē proprium, quod habet inter ea, quæ habēt cognitionē, nā vna dicitur paternitas, alia filiatio. Quæ nomina, vt ex vsu significant relationes inter supposita cognoscitiua; ita potuerunt ex vsu significare relationes inter alios effectus, & causas. Imo ex vsu neque significant relationes causæ, & effectus inter omnia cognoscitiua; quis enim dixit, murem esse patrem, vel matrem muris, vel ranam ranæ? &c. Deinde ob diuersitatem sexuum connotatam in generatione animalium inuenta fuerunt nomina explicantia diuersas relationes illarum. Et idem dicitur de amore ratione connotatæ cognitionis, ad quam sequitur amor. Et quia in plantis non est cognitio non potest sequi amor. Quod autem dicitur de instinctu perdicis videtur mihi valdè dubium, nam nos experimur, non idem sequi in gallinis, neque in pauonibus; imò neque canibus, nam si catelli statim atque sunt nati, separentur à matre, & alantur ab alia, non amplius se inuicem cognoscunt, nec pullus equinus suum parentem agnoscit. Et ita ferè de omnibus: quæ videmus carere hoc instinctu. Inde dubito, historiam illā de perdice non videri certam. Sed quia grauissimi Authores id affirmant, temerarium videtur ab illis in hac re dissentire. Ideo quærenda est ratio illius instinctus, nam cum non appareat in alijs animalibus, dicendum est, prouenire ex peculiari conditione illius animalis ex diuina prouidentia hoc modo illud animal diligente, vt humanum genus doceret, quantus amor, & honor debeatur parentibus.

DVBITATIO IV.

An generatio terminata præcisè ad vnionem materiæ cum forma conueniat vniuocè cum generatione eiusdem formæ secundùm suam substantiam, & vnionem.

ARTICVLVS I.

Explicatur sensus quæstionis.

1 *Quid quæratur expl.* PRimò Not. cum dictum sit, generationem posse terminari, & ad formam vnitam materiæ, & ad vnionem præcisè formā productā per aliam actionem, independenter à subiecto; nunc quæritur, an hæ generationes conueniant vniuocè.

2. Not. generationem vt terminatur ad formam præcisè distingui specie à generatione vt terminata præcisè ad vnionem eiusdem formæ, quia habent terminos distinctæ speciei, quatenus forma habet suam substantiam, & vnionem secundùm suam rationem distinctam à forma. Difficultas esse potest de generatione terminata ad formam, & vnionem, & generatione terminata præcisè ad vnionem illius formæ, nam videntur esse eiusdem speciei, cū vltimus terminus specificatiuus generationis sit vnio. At contrarium alij putant, quia generatio terminata ad substantiam, & vnionem vel est vna simplex, & erit diuersæ rationis, à generatione terminata p̄cisè ad vnionem, vt patet ex opinione dicentium, esse vnam actionem, qua producitur forma pendens à materia, cuius terminus totalis est forma cum vnione; vel est composita ex duabus, vna quæ terminatur ad formam, & altera ad vnionem, & similiter distinguetur ens vt compositum à simplici; nam generatio vnionis præcisè est simplex comparata cum alia. *Generatio prout termi natur ad formam distinguitur à generatione prout terminata ad vnionem.*

3. Not. controuersiam esse de conuenientia vtriusque generationis in ratione generationis, qualis sit, vniuoca ne an Analoga? 2 *Generationum huiusmodi conuenientia est ne analoga, an vniuoca?*

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium, conuenire Analogicè, nam generatio terminata ad vnionem non est generatio simpliciter, sed secūdùm quid quatenus participat rationem generationis à generatione formæ, quæ est simpliciter generatio, nam cum omnis generatio ordinetur ad constitutionem compositi, hoc autem simpliciter constituitur per formam, & materiā, inter quas intercedit vnio non vt pars, sed conditio necessaria partibus vt constituat vnionem. At principium, & conditio conueniūt in ratione principiandi analogicè, quia conditio eatenus habet rationem principij quatenus deseruit partibus, vt cōstituant essentiam. Confir. quia applicans ignem ad stuppam non dicitur physicè comburere, sed moraliter, ergo similiter applicans formam materię per productionem vnionis, non dicitur generare compositum physicè, sed moraliter; at causa 3 *Analoga est per aliquos.*

phy-

physica,& moralis conuenit in ratione causandi,non vniuocè,sed analogicè. Videtur Abulens.in c.3.Gen. & Henric. quodl. 5. q.16.cum Marsil.in 1.de gener.q.2.art.2. qui negant, generationem hominis esse propriè generationem.

4 *Per alios verò vniuocè.* Secunda opinio est dicentium,conuenite vniuocè,quia partes secundùm se non componunt nisi intercedat vnio,non vt cōditio; sed vt ratio formalis compositi formaliter,nam compositum dicitur formaliter à compositione.

Confir.quia in homine est propriè perfectio animæ vegetatiuæ, atque adeo potentia generatiua seminis,sicut in alijs animalibus,alioqui esset imperfectior cæteris animantibus. Sed actus potentiæ propriè generatiuæ est generatio propriè dicta. Ergo generatio hominis cum generatione aliorum animalium conuenit in propria ratione communis generationis.

Confir.2.quia alia animalia propriè generant,quia concurrunt per semen à se decisum, sed simili modo concurrit homo; ergo &c.

Confir. 3. nam fundamentum aduersariorum sumptum ex diuersitate termini, scilicet quod generatio brutorum,v. g. sit ad substantiam, & hominis ad vnionem, quæ non conuenit vniuocè cum substantia,non est firmum; tum quia etiam si termini specificatiui conueniant analogicè, tamen specifica possunt conuenire vniuocè, vt cognitio substantiæ, & accidentis conueniunt vniuocè in ratione qualitatis, nam specificatiuum extrinsecum non tribuit formaliter, & intrinsecè suam essentiā specificatā,sed extrinsecè,& terminatiuè.

Tum quia omnis generatio terminatur formaliter ad vnionem formæ cum materia, licèt supponat existentiam formæ siue eductam,siue creatam: quæ suppositio est extrinseca generationi, vt patet intuenti, tum quia etiam si generatio brutorum formaliter attingeret substantiam formæ, tamen illam non attingeret secundùm se, sed formaliter sub ratione vnionis cum materia: atque adeo ratio formalis terminatiua generationis esset eadem.

5 *Generatio hominis quatuor modis fieri potest.* Tertia opinio est dicentium,generationem hominis quatuor modis fieri posse. Primò à solo Deo, qualis fuit productio Adam. Secundò à Deo,assumpta materia ex viro, vt productio Euæ. Tertiò ex fœmina sine viro, vt generatio humanitatis Christi. Quartò ex viro,& fœmina;& his omnibus conuenit generatio vniuocè, si generatio sumatur quoad substantiam suā. Si verò sumatur secundùm connotata,non conueniunt vniuocè eo quod habeant valde diuersa connotata. Primum probant,quā generatio secundùm substantiam dicit productionem hominis; at per omnes illas actiones productus est homo;ergo omnes illæ conueniunt in ratione formali actionis,& productionis. Dices. In ratione generationis secundùm substantiam continetur mutatio; non enim quælibet productio substantiæ est generatio, sed quæ est cum mutatione: sed in omnibus illis non est mutatio, vt patet ea productione Adami.Respondent,non esse mutationem subiectiuam,sed obiectiuam, quatenus Adamus transiuit de non esse ad esse. *Generationes hominū quomodo vniuocè cōueniāt,quomodo verò non per alios.*

Secundum probant, nam naturalis hominis generatio multa connotat, quæ non connotantur ab alijs modis generationis. Primò, quia exigit dispositiones materiæ productas à causis naturalibus. At non sic in alijs, quia licèt Deus non produxerit animam rationalem in tali materia,nisi dispositā; tamen illæ non fuerunt productæ à causis naturalibus,vt in Adamo, & Eua, vel à causis non naturaliter agentibus,quia non successiuè, sed in instanti fuerunt productæ.Secundò quia licet in omni productione hominis anima producatur à solo Deo, tamen quoad vnionem animæ cum corpore diuerso modo concurrit Deus;nā in productione Adami, & Euæ vnio fuit à solo Deo ea 1.p.q.91.art.4. In generatione verò humanitatis Christi,licèt B.Virgo habuerit omnem concursum, qui à matribus prouenit in prolem; tamen ille non fuit successiuus, vt solet esse concursus naturalis,sed instantaneus, atque adeo modo supernaturali, vt ex D. Thom.3.p. q. 33. art.1.& Alens.3.p q.8. membr. 2. & q.9. membr. 4. & alibi Bonauentura, & alij in 3.dist.3.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

PRima concl. Omnes prædictæ generationes terminatæ ad substantiam conueniunt vniuocè, & ratione actionis. Primò quia omnia, quæ pertinent ad vnū prædicamentum directè, vniuocè conueniunt, quia omne prædicamentum habet rationem prædicati vniuocè,vt ostendi in log:ca 6 *Generationes omnes terminatæ ad substantiam vniuocè conueniunt.*

logica tract. 18. q. 3. dubit. 5. Sed omnes huiusmodi generationes, vt habêt rationẽ actionis, pertinent ad idem prædicamentum actionis, vt ostendimus in logica tr. 17. q. 2. solùm dubitari posset de creatione, quæ cum non inferat passionem, non videtur pertinere ad illud prædicamentũ, quod habet connexionem cum passione. Sed ibi ostendi, hanc rationem non obstare, quia sufficit, vt conueniat in ratione cõmuni, qua constituitur actio, quæ consistit in communicatione existentiæ effectui ab agente, seu independentia effectus ab agẽte. Quod si Aristoteles tribuit actioni inferre passionem, loquitur de actione physica, quia fortè creationem secundùm propriam rationem eius non cognouit. Sed de hac re dictum est alibi.

7 *In ratione verò mutationis non vniuocè.* Secunda concl. Omnes huiusmodi generationes in ratione mutationis non conueniunt vniuocè, siue quia non omnes includunt rationem mutationis subiectiuè, siue quia mutatio ex Aristotele non est prædicatum vniuocum ad sua inferiora, sicut neque motus eo, quod ad nullum prædicamentum directè pertineat, sed reductiuè. Vnde ratio mutationis est prædicatũ analogum siue proportionalitatis, siue attributionis iuxta rationem terminorum, ad quorum prædicamentum pertinent.

8 *Neque secũdùm ppriã rationẽ ratione connotatorum.* Tertia concl. Generationes secundùm propriam rationem generationis ratione connotatorum non conueniunt vniuocè, quia singulæ ex prædictis speciebus generationis habent diuersa connotata, quæ nõ conueniunt vniuocè, nam resurrectio v.g. connotat motum localem Angelorum colligentiũm cineres, & materiam, quę est informata anima rationali. Generatio humanitatis Christi connotat actionem instãtaneam dispositiuam materiæ respectu B. Virginis, & actionem Spiritus Sancti supplentem actionem seminis; & sic de alijs.

9 *Vniuocè verò cõueniũt terminatæ ad substantiam &c.* Quarta concl. Omnes generationes terminatæ ad substantiam secùdùm proprias rationes essentiales præcisis connotatis, conueniunt vniuocè. Primò quia omnes cõueniunt in ratione actionis, vt diximus, vniuocè. Sed illud genus contrahitur ad varias species actionum, inter quas est generatio; ergo illa est species actionis. Sed de ratione speciei est, vt conueniat vniuocè suis inferioribus, vt in logica ostendimus; ergo &c.

2. Quia termini specificatiui singularũ generationum conueniunt in ratione substantiæ, quæ est vniuoca suis inferioribus; ergo species generationum, quæ terminantur ad diuersas species substantiæ conuenire debent vniuocè in ratione generationis, quia hæc specificatur à ratione substãtiæ, quæ est vniuoca.

Difficultas est quãdo generationes plures terminantur ad eandem substantiam, sed modo diuerso, scilicet, naturaliter, vel supernaturaliter, an illæ generationes sint eiusdem speciei, vel diuersæ.

Negant aliqui esse eiusdem speciei. Primò, quia sunt à principijs diuersis specie, vt v.g. creatio Adami, & productio Euæ ex costa Adami sunt non à potentia naturæ, sed diuina; atque adeo talis actio dicit ordinem essentialem ad potentiam Dei, & excludit ordinem ad potentiam naturæ; ergo distinguitur specie ab illa actione, quæ dicit ordinem ad principium naturæ. Et idem patet de resurrectione, quæ dicitur regeneratio eiusdem hominis, nam illa est extra latitudinem potentiæ naturalis. Confirm. quia naturale, & supernaturale non possunt esse eiusdem speciei; ergo neque generatio naturalis, & supernaturalis eiusdem naturæ possunt esse eiusdem speciei. Confir. 2. quia aliqua generatio est eductio, aliqua creatio circa eundem terminum. Sed eductio, & creatio non possunt esse eiusdem speciei; ergo neque generationes eiusdem. *Generatio supernaturalis nõ est eiusdem speciei cũ naturali per aliquos.*

Affirmant alij, quia generatio vt sic specificatur à termino, & non à principio effectiuo. Sed supponimus, terminum esse vel eundem numero vel saltem eiusdem speciei respectu prædictarum generationum; ergo illæ erunt eiusdem speciei. Maior probatur, nam illuminatio est eiusdem speciei siue fiat à sole, siue à Deo, eo quod terminus est idem specie; ergo similiter si homo productus est idem siue producatur à causa naturali, siue à Deo erit idem, atq; adeo eius productio erit eiusdem speciei. Confir. primò natura aliqua producta naturaliter non differt specie ex ratione naturalitatis, & supernaturalitatis; ergo neq; generationes differre poterunt specie ex ratione naturalitatis, & supernaturalitatis quando sunt circa eundem terminum; quia actio, seu productio non est aliud, quàm terminus ipse in fieri ab agente, quod dicitur dependentia ab agente. 10 *Per alios verò est eiusdem speciei.*

Ad hæc respondent Auctores primæ opinionis. Generationem accipi dupliciter. *Generatio dupliciter accipi põt.*

set. Primò vt est mutatio, & hac ratione specificatur à termino, *ad quem*. Secundò vt est productio, & hæc specificatur tum à termino formali, tam à principio, nam cum includat rationem actionis, & actio dicat relationem ad agens, necessariò etiã generatio, vt est productio dicet relationẽ ad agens. Vnde si agens agit per potentiã formaliter, & virtualiter distinctã ab alia, necessariò etiam illarum potentiarum actiones erunt distinctæ. Dixi, formaliter, & virtualiter, quia possunt esse duæ potentiæ distinctæ, sed quia vna potentia continet perfectionem alterius, & concurrit ad actionem, vt cõtinet illam perfectionem, tunc actio erit eiusdem speciei cum actione alterius potentiæ. Et hac ratione illuminatio à sole, & à Deo est eiusdem speciei, quia est à Deo, vt continet virtualiter perfectionem.

11 Ex quo patet, etiam terminum vt formaliter attingibilem per illas potentias esse diuersæ rationis, quia licèt materialiter sit idem, tamen formaliter sub ratione termini non est idem, sicut color attingitur à potentia visius, sensu communi, æstimatiua & intellectu, & tamen specificat actus diuersæ speciei, quia attingitur sub diuersa ratione formali illarum potentiarum, à quibus eliciuntur illi actus. Respondeo secundò non rectè ex identitate rei productæ colligi identitatem specificam actionis, vt v.g. ex identitate oculi producti à natura, & restituti à Deo miraculosè, tum quia res producta non specificatur per ordinem ad agens, sicut specificatur productio, tum quia terminus ille materialiter est idem, & formaliter diuersus, nam oculus v. g. specificat productionem naturalẽ ratione suæ potẽtiæ naturalis, & specificat reproductionem miraculosam ratione suæ potentiæ obedientialis obiectiuè. Ad confirmationem resp. aliquid esse naturale, & supernaturale dupliciter, primo secũdũ substantiam, & ita naturale, & supernaturale distinguuntur specie; 2. secundùm modũ, & ita naturale & supernaturale non distinguuntur specie. Et hinc homo primò genitus, & resuscitatus est eiusdem speciei, quia homo resuscitatus non est secundùm substantiam supernaturalis, sed secundùm modum, quo producitur. Et quia illi modi secundùm propriam rationem, & intrinsecam habent supernaturalitatem, & naturalitatem, ideò distinguuntur speciei. Sed de hac re alibi diximus. Nunc autem tantùm significaui, quæ dici possunt, & ex fundamentis secundæ sententiæ solui possunt argumenta primæ sententiæ.

DVBITATIO V.

Qua ratione generentur viuentia.

DE hac dubitatione Conimbr. 1. de Gen. c 4. à quæst. 28. ad 30. Ouiedo cont. 7. p. 7. Arriaga disp. 1. sect. 6. nos hic breuiter, & leuiter illã attingemus cũ pertineat ad libros de anima, vbi exactè omnia explicabimus. 1

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò Not. Viuentiũ alia generari ex putri, alia ex semine; hæc vel ex semine simplici, vt plantæ, vel ex mixto vtriusque sexus, vt animalia perfecta. *Quomodo viuentia generentur.*

2. Not. Omnes conuenire in ijs, quæ ex semine generantur, semen non tantùm vt materiam, sed etiam effectiuè concurrere ad generationem animalis, nam si concurreret tantùm vt materia, deberet assignari efficiens, quod immediatè disponeret materiam; hoc autem nullum est præter semen. 2 *Semen concurrit etiã effectiuè ad generationem.*

Confir. nam alioqui animalia non generarent sibi similia, si tantùm materiam tribuerent, vt patet in alijs.

Confir 2. quia si semen concurreret tãtùm vt materia, tunc posset animal generari ex qualiber parte viuentis decisa. Quare duplex in hac re est difficultas.

Prima difficultas est circa materiam, in q̃ agit semẽ; non. n. agit in se ipsum, cũ nihil possit seipsum euehere ad perfectiorẽ gradum entis; neque per vnam partem agit in aliam, cum sit homogeneum, & vniforme. Secunda difficultas est per quid agat semen. 3 *Exponũtur difficultates quæstionis.*

3. Not. in viuentibus, in quibus non est distinctio sexus quidam dicunt, quod in seminibus plantarum tantùm resideat virtus actiua, quæ agat in materiam ministratã à terra, quo sensu ait ignem &c. Secundò videtur, dixisse in harum generatione terrã se habere vt motum: sed his repugnat Aristoteles 1. de gener. animal. c. 18. vbi ait, semen plantarum habere vim similem ei, quod est mixtum ex virili, & fœmineo, & *Viuẽtia insensibilia quomodo se habeant ad generationem, variæ opiniones.*

c.20.in

c. 20. *In plantis*, inquit, *non est distinctio sexus, quia in vtroque reperitur facultas vtriusque*, quod S. Thom. 3. p. loc. cit. experientia comprobat. Videmus enim, partem seminis transire in materiam rei genitæ, vt patet in tritico.

Dices cur igitur semen non generat, nisi satum in terra? Resp. virtutem horum actiuam esse imperfectam, quare eget calore quodam vitali, & cœlesti, quo foueatur, & etiam, vt materia disponatur per humiditatem, vt facilius actionem agentis recipiat, quod etiam in semine virili patet.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

4 *Semen virile semen effectiue concurrit, fœmineum verò tantum materialiter.*

PRima opinio est dicentium, in ijs, quæ habent distinctionem sexuum, virile effectiuè concurrere; fœmineum verò tantum præstare materiam. Est Arist. 1. de Gener. an. c. 18. & 20. & 2. de Gener. animal. c. 1. sequitur S. Thom. 3. p. q. 32. art. 4. & 2. 2. q. 154. art. 12. Sonc. 8. met. q. 16. Iauell. q. vlt.

5 *Semē vtrūque effectiuè p alios.*

Secunda opinio est consentientium cū Aristotele in semine virili, vt non concurrat materialiter; discrepantium tamen, quod velint, etiam fœmineum concurrere effectiuè.

6 *Semen virile etiam materialiter p alios.*

Tertia opinio est dicentium, etiam virile concurrere, vt potentia passiua. Ita Auic. lib. 9. de Gener. animalium c. 3. & lib. 15. & 16. de animalibus.

7 *Semē vtrūque effectiuè concurrit, & materialiter.*

Quarta opinio est aliorum, qui in vtroque dissentiunt ab Aristotele, quod vtrūque scilicet concurrat, vt materia, & vt efficiens. Est Hippol. & Gal. qui vtrumque semen putant esse heterogeneum, cuius vna pars, quæ est corpulentior, habet rationem materiæ; Altera quæ est magis spirituosa habet se vt efficiens, quam partem medici vocant spiritum complantatum; Aristoteles verò calorem vitalem. Sequitur Alber. lib. 15. de gener. animal. Scot. 3. d. 4. q. 2. & videtur probabilior, vt fusè probat Vallel. 2. de med. controuer. 6. & 18. Vega lib. 1. de arte medicinæ c. 3. Fernel. lib. 3. phys. ferè per totum præcipuè cap. 6. Quæ quæstio nunc à nobis supponitur, esse scilicet in vtroque semine virtutem actiuam, & passiuam, & propter illas duplices partes non sequitur aliquid agere in seipsum.

Spiritus cōplantatus quisnam?

ARTICVLVS III.

Explicatur, per quid semen agat.

NOtandum 4. quod ratio difficultatis est, quia tam organizatio, quàm anima, quæ producitur videtur superare perfectionem seminis; cum enim sit virtutis similaris, qua ratione illa virtus tunc diuersas partes efficiet? 8 *Difficultas in quo consistat explicatur.*

Confir. nam in instanti, quo generatur anima, corrumpitur forma seminis, ne duæ formæ sint in eadem materia; ergo poterit efficere vltimam organizationem, neque educere animam, cum hæc fiant in instanti generationis. Propter hæc Scotus 2. d. 28. negat, organizationem, & eductionem esse à forma seminis, sed tantùm effici à semine alterationem quandam præuiam, & imperfectam, quia dixit organizationem fieri à cœlo, eductionem verò à Deo, cui fauet Aureol. 7. met. 31. dicens, virtutem seminis esse mirabilem, qua operatur, vt aliæ virtutes naturales, sed vt virtus intentionalis, quam Diuinam vocat Arist. fauet Gal. lib. de format. fœtus, & 3. de vsu partium, vbi admiratur sapientiam artificis in animalis corpore efformando, & dubitat, qua virtute fiat; an illius auctor sit Deus, vel anima, vel facultas aliqua seminis; nihilominus sit probabiliter dici posse, hanc operationem effici non posse à causa rationis expertē. Sed de hac re in lib. de anima.

ARTICVLVS IV.

Opinio Auctoris.

PRima Conclusio organizatio corporis fit à virtute seminis, directa tamē ab auctore naturæ, & adiuta ab illo, vt à causa vniuersali. Probatur, quia nisi hæc actiuitas tribuatur semini tunc concurreret tantùm vt causa materialis; non enim alia assignari potest præcipuè, cum ex hac actiuitate nullum absurdum consequatur, nam dispositio illa, seu organizatio præcisa anima est per accidentia; virtus autem seminis est substantialis; quare habere potest vim ad illam dispositionem efficiendam. & falsò dicitur à se semen esse homogeneum, cum vbique Gal. illud dicat esse heterogeneū; & præterea si esset heterogeneum, etiam continere posset virtualiter dispositiones accidentarias, & heterogeneas: 9 *Corporis organizatio est à virtute seminis.*

geneas: sicut ipse concedit soli, qui est homogeus. Ex quo patet id, quod dicit Albet. lib. 2. de animalibus tract. 1. cap. 4. posse fieri variam illam dispositionem à varijs partibus, quæ sunt in semine: nam aliæ partes embrionis fiut per perforationem, vt cor, & pulmo, quæ fiunt à spiritu multo, & calido aliæ terebrando, vt intestina &c. & fiunt à spiritu calido ventoso, & non acuto; aliæ fiunt per perforationem subtiliorum, vt venæ siue quietæ, siue pulsatiles, & hæ fiunt à pauco spiritu, sed acuto: dispofita igitur materia introducitur forma embrionis à Deo, quæ intra varias sententias, vel est eadem cum anima sensitiua, vel est vegetatiua distincta à sensitiua, quæ introducta per viam nutritionis, & auctionis producit se ad complementum, vt bene Sanctus Thom. 1 par. quæst. 118. art. 5. ad 4. ex 2. de Gener. animal. cap. 1. quodlibet enim viuens habet vim sufficientem ad seipsum augendum, & partes dissimilares efformandas. Vnde non est, cur confugiamus ad virtutem cœlestem; nam sufficit virtus seminis cum calore vitali, quē fouet virtute cœlesti: Vnde *sol, & homo generant hominem.*

10 *Anima viuentium potest immediatè à Deo produci.* Secunda conclusio possibile, est animā viuentium perfectorum, quæ generantur ex commixtione sexuum immediatè produci à Deo; Notandum, quatuor causas posse assignari formarū prima cœlum; & non, quia non est animatum: secundò substantia aliqua separata & vt supponitur ex 1. part. quæst. 110. artic. 2. nihil potest producere in rebus inferioribus, præter motum, nam licè. sit perfectior quolibet viuente; non tamen sequitur hæc inferiora producere: & ratio huius potest esse quia Angeli agunt per intentionem, & voluntatem; posse autem producere res per solam voluntatem videtur superare quamcumque virtutem finitam: nam si Angeli hoc possent, non esset ratio, cur homo etiam non aliqua ratione idem posset, cum homo conueniat aliqua ratione in perfectione cum Angelo. Tertia causa semen, & non, quia eius forma est imperfectior anima, nam quod dicitur 2. de Generat. animal. cap. 1. agere in virtute generantis, supra impugnatum est, cum generans non potuerit tribuere vim aliquam semini, quæ sit æqualis perfectionis cum effectu.

Confirmatur, quia neque Deus potest assumere aliquod instrumentum ad efficiendam gratiam, vel consecrationem, nisi statuendo, se daturum specialissimum concursum, vt benè Suar. tom. 1. 3. part. distinct. 31. sect. 3. 4. & 5.

Confirmatur secundò. Nam si semen efficeret hunc effectum vt principale agens, nulla certè alia ratione posset efficere, nisi eo modo, quo nunc agit, quia non magis nunc iuuatur ab agente, quàm tunc iuuaretur; neque nunc minus agit proprijs viribus, quod tunc ageret: nam quod hanc vim ab alio acceperit, non tollit rationem principalis agentis: neque nunc potest vt instrumentum alterius, & cum dicitur, semen esse instrumentum generationis, debet intelligi quatenus producit dispositiones ordinatas ad animatum inuentum à generante, quo sensu etiam debet intelligi, accidentia esse instrumenta substantiæ ad producendam substantiam; possunt enim accidentia dupliciter considerari: primò secundùm se, & ita producuntur ab accidentibus, vt principalibus agentibus: secundò vt dispositiones substantiarum, & ita accidentia induunt locum instrumenti; quod est per physicam quandam mutationem in ipsis accidentibus; sed tantùm ex communi quadam conceptione Philosophorum, quia varia nomina accidentibus imposuere, prout ad varia ordinantur. Quare quartò solùm remanet Deus, qui sit causa harum formarum. Neque hinc fit, hanc generationem non esse naturalem, nam fit à Deo, vt causa naturaliter agente; & differunt aliæ formæ ab anima rationali, quod ad animæ rationalis productionem non concurrit materia (concurrit autem ad aliarum productionem) neque hæc impossibilitas productionis animarum arguit imperfectionem in viuentibus, cum vnus Angelus neque possit producere alium, & neque homo alium hominem, sed oritur ex conditione huius agentis naturalis, quod non potest esse applicatum materiæ, in qua introducenda est forma; ideò natura tribuit semen, quod decisum à viuente, si non potest introducere animam saltem introducat dispositiones, quibus positis causa vniuersalis infallibiliter producat formam.

Tertia concl. Probabilius videtur produci à potētia vegetatiua, quę est in anima 11

Probabiliùs producitur à potentia vegetatiua.

fœminæ. Probatur, nam huiusmodi animalia semper fiunt ex concursu maris, & fœminæ; potest igitur anima fœminæ vti semine viri, vt instrumento ad disponendam materiam, sine quo non posset disponere materiam, vt introducat animam, cum anima fœminæ non differat specie ab anima viri, sed tantùm in dispositionibus accidentalibus corporis, quæ suppleri possunt, vel virtute seminis calidioris, vel ex diuersa cœli constellatione. Dices ergo maiorem actiuitatem habet fœmina, quàm vir.

Resp. ita colligi experientia, tum propter maiorem amorem inter matres, & filios; tum ex maiori sollicitudine, tum quia fœminæ sunt, quæ generationem ad perfectum statum perducunt: vnde conceptum istum nutriunt per quandam venam annexam vmbilico pueri, & augēt vsque ad perfectum statum, qui modus generationis confirmari potest ex oviparis, quæ oua fouent vsque ad animalis generationem, & si ea relinquāt, pereunt oua, licèt dici possit, à gallina excitari calorem oui, sicut videmus, excitari in furnulis. Qua ratione animal producitur à Deo, & hæc de gen. animal. perfectorum. Nunc de imperfectis, de quibus sit.

12 *Anima plātæ producitur ab anima seminis, si hoc animam habet.*

Quarta concl. si semen plantarum est animatum, vt tenent medici communiter Vall. 2. controu. c. 8. Argenterius in artem patuam. Gabr. à Vega l. 1. c. 3. Scaliger exer. 280. ex Gal. lib. 2. de naturalib. facult. dicendum est, animam vegetatiuam plantæ produci ab anima seminis, nam habet virtutem eiusdem speciei cum planta producta, licèt habeat illam in statu aliquo imperfecto, qui defectus suppleri potest partim à dispositionibus terræ, partim ex concursu cœli.

Confir. quia hæ plantæ potius videntur propagari per modum cuiusdam nutritionis, quàm generationis, cum multipliciter sæpè ex eo, quod vna pars abscisa plantetur; ergo similiter dicendum est cum generentur ex semine, vt scilicet fiant mediāte anima eiusdem speciei, cum præcipuè Arist. 2. de Gen. animal. c. 3. non neget, in semine esse actu animam vegetatiuam quoad actum primum, sed tantùm quoad actum secundum, quia scilicet non habet omnia requisita ad operandum, vt benè Sanctus Thom. ar. 1. loc. cit & videtur, colligi ex contextu Arist. ibi neque mirum, si anima seminis non nutritur, quia ibi non est cum omnibus suis dispositionibus, & virtutibus suis, quia scilicet nō est propter se, sed est principaliter ordinatum, ad aliorum generationem. Ea autem viuentiā dū viuunt nutriuntur, quæ habent statum sibi debitum. Vnde ægroti minùs nutriuntur, quàm benè valentes. Qua in re admiranda est natura, vt semini, quod non debebat recipi in fœmina, tribuerit vim actiuam ad generationem, vnde fecit, vt esset animatū; semina verò animalium, quæ generantur ex vtroque sexu, non fecit animata, quia scilicet in fœtu anima introduci poterat à fœmina.

13 *Animalia imperfecta non producuntur ex semine.*

Quinta concl. Animalia imperfecta, quæ carent distinctione sexus, non producuntur ex semine, sed ex animali concepto, quod intra se generant. Vnde Arist. 1. de Gener. animal. c. 28. & lib. 3. c. 11. dixit, horum animalium semen esse velut id, ꝙ cū mare, & fœmina primum miscetur, quasi conceptus promiscuus quidam, aut ouus, & hoc est satis conueniens imperfectioni horum animalium, & ex his patet ad argumenta initio posita.

Ad primum iam patet.

Ad confirmationem Resp. ex Sancto Thoma 3. p. q. 28. art. 1. ad 5. Soncin. 7. m. q. 15. Astudillo 1. de Gener. q. 4. Valles. 2. controuers. c. 19. In instanti generationis existere spiritum complantatum seminis, qui tamen non multò post durat, sed tandem euanescit, quia functus est munere suo, vt ait Sanctus Thom. 1. p. q. 118. ar. 1. quia est aliena quædam virtus, & substituta quasi in locum instrumenti: neque ex illa materia generatur animal, sed ex aliis partibus seminis corpulentis. Hinc patet, quomodo generentur herbæ, quæ sponte nascuntur; numquam enim generantur sine aliqua radice, vel semine, quod si aliquæ sine radice, vel semine generantur, sed ex putri; dicendū, vt de animalibus &c.

14 *Deus est causa immediata eorū, quæ ex putri nascuntur.*

Sexta concl. Animalium, quæ generantur ex putri causa est immediata Deus, quia non est aliud agens proportionatum. Dices; ergo hæc animalia non habent virtutem ad se propagandum.

Respondetur, hæc esse in duplici differentia; quædam enim generantur, & ex semine, & ex putri, quæ sunt aliquantò perfectiora: alia, quæ ex putri tantùm generantur,

tur, & hæc rectè fecit natura, vt non haberent vim ad se propagandum: nam sunt quasi per accidens intenta ad corruptionē aliorum; quare in omnium sententia dici debet, non habere vim ad sui propagationem.

Hinc patet solutio duarum difficultatū, prima an omnia, q̄ fiūt ex semine, fieri possint ex putri. Secunda quæ ex putri fint ne eiusdem speciei cum ijs, quæ ex semine.

Exigentia perfectam organizationem à semine fieri debent. Dico primò, Quæ requirunt perfectam organizationem, idest quæ casu contingere non potest; sed solùm fit ex intensione naturæ per virtutem seminalem distinctā, ad hoc munus non possunt fieri fine semine: Patet experientia, numquam enim huiusmodi animalia ex putri genita fuisse videmus. Licèt contrarium doceat Auic. & Alber.

Alia verò non exigentia &c. possunt fieri ex putri. Dico 2. Quæ non requirunt adeo perfectā organizationem fieri posse ex putri, quia coniunctio illa dispositionum facilis est. Vnde dici debet, perfectiorem organizationem esse in aue, quàm in mure, & serpente; quamuis ego aliquando legerim in descriptione terræ apud Pium secundū, aues genitas ex putri in Oceano iuxta Scotiam, & lignis putrefactis.

15 *Animalia ex semine producta differunt specificè ab alus quæ fiūt ex putri.* Dico 3. Quæ solùm producuntur ex semine specie differunt ab ijs, quæ ex putri, quia necessariò habent diuersas dispositiones.

Etiam quæ hēnt mediā generationē differunt ab alus, quæ tā tùm fiūt ex putri. Dico 4. quæ solùm fiunt ex putri, specie differunt ab ijs, quæ mediam habent generationem, quia hæc animalia sunt imperfectissima, & per accidens solùm in vniuersitatem potiùs consequuntur imperfectionem rerum, quæ fini per se intentæ; neque habent alium modum se propagandi.

Quæ verò vtrumque modū hēnt generationis non ita differunt. Dico 5. Inter ea animalia, quæ habent vtrumque modum generationis non est distinctio specifica, si vnum ex putri, alterum ex semine generetur; nam habent eādem figuram inclinationis, vim generatiuam, & similia, quæ ostendunt identitatē specificam naturæ. Vide Perr. l. 8. cap. 16. Cysalp. l. 5. qq. perip. q. 1.

QVÆSTIO VIII.

De Corruptione.

DVBITATIO I.

Quid sit corruptio, & quis terminus eius.

DE hac Suar. in metaphys. disput. 16. sect. vlt. num. 8. Venetus 5. phys. t. 47. fusè. 1

Corruptio est mutatio totius in nō totum. Primò ex dictis de definitione generationis quid sit corruptio patere potest, nam sicut generatio est mutatio totius in totū; ita corruptio est mutatio totius in non totum: quare terminus corruptionis est negatio existentiæ formæ, quæ præerat.

Definitiones aliorū. Alij definiūt esse desitionē rei in aliā, vbi desitio ponitur loco generis, & cōprehēdit annihilationē, & ly, in aliam, ponitur loco differētiæ ab annihilatione, per quā ita rea definit vt nihil illius maneat, siue subiectū, siue accidens, vel aliquid aliud, quod loco illius producatur; sic desitio luminis in aere non est annihilatio, quia manet subiectum, quod si alia carentia subiecto definerent manente aliquo accidente, non erit annihilatio, sed corruptio, quia definit in accidentia, vel aliud loco illius. Hinc desitio panis in Eucharistia non est annihilatio, tum quia manent accidentia, tum quia loco illius sub accidentibus accedit corpus Christi. Sed obstat Hurtadus disp. 1. sect. 8. nu. 89. dicens, in rigore esse annihilationem, licèt ab hoc verbo abstinendum ob reuerentiam Patrum. Sed fallitur, modus. n. loquendi Patrū fundatur in rebus secundùm vsum communem, quare non sine temeritate aliter nedum loqui, sed neque sentire licet.

Difficultas est, an omnis desitio actionis generatiua sit corruptio.

Omnis desitio actionis corruptio est per aliquos. Primò Affirmant aliqui, quia sicut omnis desitio actionis creatiuæ est annihilatio, quia nihil supponit, ita omnis desitio actionis generatiuæ est corruptio, quia præsupponitur subiectum.

Confir. quia desitio actionis generatiuę supponit formam ducibilem per causas naturales; ad cuius negationem terminatur; ergo adæquatę opponitur generationi, atque adeo omnis desitio generationis est corruptio, Consequentia prob. quia terminus adæquatus generationis est forma, vel modus pendens à materia per causas naturales, & terminus adæquatus corruptionis, est negatio talis formæ, at formæ passio, & eiusdem negatio inter se adæquantur; ergo generatio, quæ est positio illius formæ, & corruptio eiusdem inter se adæquan-

quantur, ergo omnis desitio generationis est corruptio.

Confirm. alij, quia si non esset, maximè non esset, quod de ratione generationis, & corruptionis sit necessaria mutatio subiectiua, at hæc non est de ratione illarum; ergo erit corruptio, nā sicut generatio est quādo producitur forma in primò instāti, in quo creatur materia, absque eo quod in illa præsupponatur priuatio, ita corruptio non exigit, vt maneat negatio formæ in materia, præsertim cum negationi non cōueniat esse, sed ipsum non esse formæ, non necessariò exigit subiectum, in quo sit.

2 *Non omnis desitio actionis est corruptio per alios.* 2. Alij negant, quia potest esse desitio generationis, quæ non sit corruptio, vt generatam formam Deus in instanti immediato destruat simul cum materia, tunc desitio non erit corruptio, cum nihil illius maneat. Sed respondent Auctores primæ sententiæ, desitionem formæ educibilis ex se desinere in subiectum, licèt per accidens possit etiam desinere subiectum; nam huius desitio non exigitur à desitione formæ, quia potest forma desinere, manente subiecto vel cum alia forma, vel nuda.

3. Alij distinguunt, inter creationem, & generationem datur eductio, quæ nec est creatio, nec est generatio, vt si forma educatur à natura in primo instanti, in quo creatur, ita inter annihilationem, & corruptionem est desitio media, q̃ est per suspēsionē actionis cōseruatiuæ formæ educibilis, & materiæ; nam illa nō est annihilatio, quia non est desitio formæ independentis à subiecto, neque corruptio cū non sit mutatio opposita generationi ob carentiam materiæ, in qua non transitur de forma in eius negationem.

Ego non video in hac quæstione difficultatem aliquam de re, sed solùm de nomine, an sit dicenda corruptio, an pura desitio, nam de re constat, & inter se Doctores conueniunt.

2. Video Recentiores tempus terere, vt laudem ingenij acquirant in huiusmodi quæstionibus de nomine. Vnde omittunt veram rerum scientiam inquirere.

3. Cum in aliqua academia habetur auctor, quem sequitur, turpe est discedere in vsu terminorum ab illo auctore, & velle terminis imponere alia significata. Cum igitur in academijs, quæ sunt in Europa, ferè omnibus auctor cognoscatur Arist. vt princeps Peripateticorum, nullo modo licet in vsu terminorum ab illo discedere. Ex quo fit, quod cum Arist. generationi opponat corruptionem, & generationem vnius dixit esse corruptionem alterius, manente eadem materia, in omnibus confictis casibus, qui tollunt particulas definitionis generationis, & corruptionis, dicendum est, in illis nec esse generationem, nec corruptionem propriè, sed productionem vel eductionem, vel puram desitionem: quæ conueniunt in re secundùm substantiam cum generatione, & corruptione, non tamen conueniunt, vt significantur illis nominibus.

DVBITATIO II.

Qua ratione forma substantialis desinat informare materiam ex vi productionis alterius formæ substantialis.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæ- ... stionis.

PRimò constat, formam ex vi corruptionis nihil in se recipere positiuum, quia corruptio etiam si significetur nomine positiuo, tamen eius significatum est negatiuum, quia idem est corruptio ac tēdentia ad non esse, seu negationem formæ præcedentis, vt in fieri, cuius terminus est negatio formæ; ergo ex vi corruptionis forma nihil positiuum recipit. Ex quo patet, vnam formam non expellere aliam producendo aliquid in forma expellenda, quia illud, quod produceretur potiùs supponeret formam tanquam subiectum, quàm illam destrueret, quia nihil potest esse destructiuum causæ, à qua immediatè accipit esse. 1 *Corruptio nihil positiuum dat formæ.*

Secūdò Ex quadruplici causa physicam posse corruptionē formæ oriri. Primò ex defectu dispositionū requisitarum ad existentiam formæ in materia, siue sint causæ cōseruantes per influxum, siue, vt conditiones *sine quibus non.* *Corruptio oriri potest ex defectu dispositionum.*

2. Ex defectu materiæ, vt definentis cōseruare formam secundùm informationē, vel secundùm informationem, & existentiam: qui defectus conseruationis potest oriri vel ex defectu virtutis materialis, vel ex defectu conditionis requisitæ in materia vt possit conseruare. *Ex defectu materiæ.*

3. Ex

Ex vi efficientis.

3. Ex vi efficientis non quidem immediatè, sed mediatè, quatenus producit aliquem effectum incompossibilem, vel cum dispositionibus necessarijs formæ, vel incompossibilem immediatè cum ipsa forma.

Ex vi formæ incompossibilis.

4. Ex vi alicuius formæ incompossibilis cum alia forma in eadem materia, vt sunt formæ oppositæ, & formæ substantiales. Ex qua non oritur expulsio in actu secundo à forma secundùm se, sed vt informante, vel inhærente, quia formæ non sunt incompossibiles, nisi in ordine ad idem subiectum, in quo possunt existere separatim, non verò simul.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

3 *Formæ destio est ex parte dispositionum necessariarum ad formæ cõseruationẽ.*

PRima opinio est dicentium, id prouenire ex parte dispositionum, quæ sunt necessariæ, vt forma informans conseruetur in materia, eo quod informatio dependet à dispositionibus conseruantibus illam, siue vt conditionibus, vt aliqui volunt, siue vt influentibus simul cum Deo, & materia ad conseruationem. Et quia formæ materiales non possunt naturaliter conseruari in materia quoad esse sine vnione informationis, quæ exigitur ad concursum substentatiuum. Ideò illæ formæ non solùm desinunt informare, sed etiam existere. Et quoniam adueniente alia forma exigente contrarias dispositiones, expelluntur dispositiones formæ præcedentis: ideò forma præcedens corrumpitur. Et hinc dicitur, Generatio vnius est corruptio alterius; s. causatiuè.

4 *Per alios verò ex parte materiæ.*

Secunda opinio est dicentium, id oriri ex parte materiæ, quæ ob finitam virtutem, non potest naturaliter conseruare duas formas. Et quia anima rationalis non indiget influxu substentatiuo materiæ vt conseruetur, sed tantũ eius informatio: ideò adueniente alia forma, desinit eius informatio, atque adeo existentia eius in materia, sed existit extra materiam. Aliæ verò formæ, quia pendent non solùm quoad informationem, sed etiam quoad existentiam à materia, ideò, adueniente alia forma, desinit simpliciter existere. Quod si illis objicias, materiam substentare, & informari pluribus formis accidentalibus, quæ maiori influxu indigent, vt conseruentur in esse ob earum imperfectionem, multò magis poterit substentare, & informari pluribus formis substantialibus, quæ minus indigent ob earum subsistentiam. Respondent negando consequentiam, quia cum formæ substantiales contineant perfectiones suorum accidentium, sicut habent maiorem perfectionem, ita indigent maiori influxu à suis causis, cum illam perfectionem habeant ex influxu causarum.

Tertia opinio est dicentium, id oriri ex incompossibilitate formarum substantialium in eadem portione materiæ, nam sicut vnum contrarium refugit aliud naturaliter ex natura illis indita ab Auctore naturæ, sicut videmus, agnum nunc natum fugere lupum absque vlla experientia præuia; ita in carentibus anima vnum contrarium fugit aliud ex natura sua. Vnde videmus, guttas aquæ se colligere, vt resistant contrario. Quod si dicas, non esse rationem, cur potius vnum contrarium remaneat, & alterum non remaneat. Respondent, id oriri ex actione agentis producentis formam, quæ est maioris actiuitatis, quàm sit resistentia formæ incompossibilis. Et ideò forma producta formaliter expellit aliam: agens verò effectiuè; sicut vnũ corpus formaliter expellit aliud ab eodem spatio; potentia verò motiua effectiuè. Dices substantiæ nihil esse contrarium ex Arist. in prædicamẽto substantiæ; ergo nõ potest habere vllam formam sibi contrariam, atque adeo est compossibilis cum alia forma; sicut videmus inter formas accidentales, quarum singulæ licèt expellant formas sibi contrarias, non tamen alias sibi non contrarias, vt calor, humiditas, albedo, & dulcedo, & similes, q̃ sunt in eodẽ subiecto. Respondent aliqui, formas substantiales inter se non esse contrarias, sed esse natura sua incompossibiles, vt colligitur ex contrarijs dispositionibus, quas exigunt; nam illa exigentia est in natura ipsarum formarum, & in illa fundatur incompossibilitas. Quod si dicas illam esse virtualem contrarietatem, quæ non ponit incompossibilitatem, vt patet ex lumine, quod virtualiter est contrarium frigido, quia est productiuus caloris qui est contrarius formaliter frigiditati, & tamen videmus in aere magnum lumen existere cum magna frigiditate. Quare idem dicendum de formis, etiam si sint productiuæ contrariarum dispositionum. Quod si, inquam, id dicas, Respondent, esse diuersam rationem; nam lumen non necessariò producit calorem, nisi

5 *Ex formarum incompossibilitate per alios.*

nisi reflexum, & ideò nõ habet incompossibilitatem cum frigore, at verò formæ necessariò per emanationem producunt sibi dispositiones, nisi per accidens impediãtur per alicuius resistentiam, Alij verò respondent, oppositorum, quibus repugnat naturaliter esse simul in eodem subiecto, esse diuersa genera. Quare etiam si formæ substantiales non habeant inter se contrarietatem, tamen possunt esse opposita alio genere oppositionis, atque adeo habere incompossibilitatem. Sed contra, quia cũ oppositorum sint quatuor genera, ad nullum illorum videtur pertinere, vt patet inductione, non enim opponuntur relatiuè, nec contradictoriè, nec priuatiuè, vt patet, nec contrariè, vt conceditur; Ergo non sũt opposita, quia ea, à quibus remouentur omnes species, non participant genus. Respond. Aristotelem ibi numerare genera oppositionum respectu determinati termini; at forma substantialis non opponitur formæ substantiali determinatæ, sed quælibet cuilibet, quia nulla forma substãtialis est compossibilis cum alia quæcumque illa sit, quare hoc genus incompossibilium non continetur sub aliquo illorum, sed est trascendens per omnes formas substantiales.

Probant, quia expulsio formæ est effectus formæ secundarius, at non posset esse effectus formalis formæ nisi forma esset alteri formaliter opposita, quia non potest oriri illa expulsio ab alia forma nisi rõne oppositionis, non .n. oritur ab illa vt causa effectiua, q̃a respectu nõ esse, nõ datur causa positiua immediata, neque vt à causa conseruante formam, quia vt negatio vnius non conseruat aliam, ita neque positio formæ aufert conseruans formam præcedentem; ergo oritur ex immediata incompossibilitate formarum, quam habent ex propria natura.

6 Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui ponunt hanc oppositionem esse inter formas secundùm se.

Exponũtur variæ sentẽtiæ auctorũ tertiæ opinionis.

Alij verò id negant, quia omnis oppositio duorum est respectu tertij, siue subiecti, siue spatij, &c. at oppositio respectu tertij requirit vnionem cum illa: vnde dicunt, formas secundùm se non opponi nisi ratione vnionis cũ subiecto, & quia vnio cum subiecto potest esse multiplex, nam potest esse vnio formationis, & vnio inhæsionis seu substẽtationis inter se distinctę, vt patet ex anima rationali, & alij formis, & ostendi in physicis, ideo alij volunt, formas opponi inter se ratione vnionis informatiuæ, nõ ratione vnionis inhæsiuæ, cum possit materia plures formas præcisa ratione inhærentiæ recipere.

At alij putant, repugnare ratione vtriusque, nam licèt vnio inhæsionis distinguatur ab informatione tamen connaturaliter exigit informationem, atque adeo naturaliter non potest permanere inhæsio destructa informatione, & hinc fit, vt destruatur forma, non solùm vt informans, sed etiam secundùm se, cum eius existentia exigat conseruari per causalitatem, seu substentationem à materia; alioqui anima rationalis superueniens materiæ embrionis, destrueret illam vt informantem, & relinqueret vt inhærentem.

Sed inter hos est aliud discrimen; nam aliqui volunt, in corruptione compositi, desitionem informationis vt immediatè, & per se fit ab alia forma, ita per se intendi à principio expellente, & idem asserunt de desitione inhærentiæ vnionis, & inhærentiæ formæ; at negationem existẽtiæ formæ non per se intendi, sed per accidens quatenus exigit inhærentiam, nam si posset sine inhærentia existere, adhuc destructa inhærentia existeret, vt dicitur de anima rationali.

At alij, vtrumque per se intendi, nam cum talis forma ex natura sua exigat inhæ- 7
rentiam, non potest intendi à natura destructio inhærentiæ, quin intendat destructionem formæ; imò cum negatio existentiæ formæ sit vltimus terminus, illa per se intenditur, & ratione illius corruptio inhærentiæ; vt generans intendit primariò formam, & secũdariò generationem illius, sicut non potest intendi destructio inhærentiæ informationis, quin intendatur destructio informationis, præterquam quod modum loquendi non probant, dum ponunt inhærentiam in informatione substantiali.

Quarta opinio est dicentium primò, ra- 8
dicem, ex qua oritur expulsio vnius formę respũ alterius formę ab eodẽ subiecto oriri ex intrinseca incõpossibilitate formarũ; nam præcisa hac incompossibilitate posita informatione, & inhærentia, vel quacumq; alia vnione, vna non expelleret aliam, vt patet ex formis accidentalibus, quarum aliquæ quia natura sua sunt incompossibiles se mutuò expellunt. Aliæ verò etiam si simul informent, & inhæreant, quia carent

Radix expulsionis formæ est ab intrinseca formarũ incompossibilitate per alios.

hac

hac intrinseca incompossibilitate, non se excludunt; ergo si inter formas substantiales est exclusio, illa oritur ex intrinseca earum incompossibilitate. Confirmatur, quia huius exclusionis referuntur variæ causæ immediatè, vt varietas dispositionũ, informationum, &c. sed hæc omnia oriuntur ex natura formarum, ratione quarum debentur variæ dispositiones, informationes &c.

Prima causa expulsionis non est inhærentia formæ.

Secundò posita incompossibilitate formarum in actu primo, adæquata causa proxima exclusionis formarum, non est depẽdentia formarum (quam aliqui vocant inhærentiam) ab eadem materia quoad earũ existentiam. Prob. quia hæc exclusio est inter animam rationalem, & formam embrionis, & cadaueris, & tñ anima rationalis non habet hanc dependentiam à materia, ergo huiusmodi dependentia non est causa adæquata exclusionis.

Informatio est adæquata causa, & actualis huiusmodi expulsionis.

Tertiò adæquata causa in actu secundo est informatio, quia hæc reperitur in omnium formarum exclusione, siue dependentium, siue independentium à materia, siue accidentalium, siue substãtialium.

Confirmatur, quia exclusio forma ponitur effectus formalis secundarius formæ incompossibilis, at hic effectus est à forma informante, non dependente à materia quoad existentiam.

Hinc fit, vt si posset remanere dependẽtia formæ corruptibilis à materia destructa informatione, posset forma opposita manere cum alia non vt informante, sed vt dependente à materia; quia vt sic non habet proximam incompossibilitatem.

9 Quandò de facto forma corruptibilis desinit non solùm informare materiam, sed etiam simpliciter existere ex vi informationis alterius formæ, quia per huius informationem destruitur informatio præcedentis formæ, & per consequẽs destruitur dependentia formæ à materia, quoad suam existentiam, quia naturaliter materia non potest substentare formam se non informantem, siue quia informatio talis formæ est formaliter ipsa dependentia; nam licèt in anima sit informatio sine hac dependentia nõ tamen in forma corruptibili, quæ est informatio talis speciei distinctæ rationis ab informatione rationalis, siue quia etiam si sit distincta tamen est necessariò connexa secundùm naturæ exigentiã actualẽ, & hinc fit, vt non possit naturaliter permanere destructa informatione actuali, vt patet ex forma embrionis, quæ adueniente animæ rationalis informatione nõ solùm corrumpitur informatio formæ embrionis, sed etiam existentia simpliciter illius: cum tamen anima rationalis non habeat vnionem dependentiæ à materia; quare non possunt opponi ratione dependentiæ à materia, sed solùm ratione informationis, qua desinente, desinit dependentia formæ embrionis à materia.

Opiniones præcitæ quomodo concilientur.

11 Ex quibus patet, conciliari posse omnes opiniones positas ex diuersa ratione, qua dici potest expulsio vnius formæ ab alia; cum tamen omnes illę rationes oriantur radicaliter ab ipsis formis.

Secundò patet, qua ratione formæ desinant esse ex cessatione conseruationis, & primæ causæ, quia s. ratione formæ existentis in materia, non debetur conseruatio formæ præcedentis in eadem materia, vt supra dixi & infra explicabitur.

Aduersar. arg. quomodo satisfiat.

Denique hinc patet ad argumenta, quæ obijci possunt ab aduersarijs, quorum breuitati consulens omitto afferre formalem solutionem.

DVBITATIO III.

Qua ratione corruptio causetur à suis causis.

1 Forma non expellit aliam physicè sed moraliter per aliquos.

PRima opinio est dicentium, nullam formam expellere aliam physicè à subiecto, sed moraliter. Prima pars probatur, quia non potest intelligi physica expulsio, nisi vel producendo aliquid in subiecto, & non; nam illud, quod produceretur, vel expelleret formam per aliquam productionem. & inde necessariò sequitur processus in infinitum, vel expelleret per se ipsum, & eadem ratione dici posset, formam per se ipsam aliam expellere, & non per suum effectum, qui fingitur.

Neque illa expulsio potest fieri ex parte formæ per aliquid productum in forma expellenda, neque per cessationem conseruationis, quia forma præterita non conseruabatur per formã aduenientem; ergo non potest ex cessatione conseruationis ab illa forma corrumpi. Quis enim dicet, formã ligni, v. g. indigere conseruari à forma ignis? Secunda pars probatur, nam cum omnis forma indigeat conseruari à Deo, qua conseruatione subtracta, res perit, eatenus vna forma dicitur corrumpere aliã, quatenus est causa vt subtrahatur hic concursus à Deo: Hoc autem non fit à forma,

physicè

physicè operando aliquid circa Deum, sed tantùm moraliter, mouendo, scilicet voluntatem Dei ad subtrahendum concursum conseruatiuum formæ, positis talibus circumstantijs; scilicet applicatione causæ proximæ ad generationem formæ. Secundò destructis dispositionibus necessarijs formæ, & positis dispositionibus cōtrarijs illi. Tertiò posita forma informante materiam eandem. Ex quibus omnibus Deus mouetur ad subtrahendum concursum prædictum. Vnde fit, vt causa efficiēs dupliciter concurrat ad corruptionem formæ. Primò mediatè, scilicet ratione formæ productæ. Secundò immediatè mouendo causam primam ad subtractionem concursus. Ex quo sequitur, formam vt inhærentem, vel informantem, & cætera nō habere causalitatem immediatam circa expulsionem formæ, sed tantùm mediatè, quatenus dicunt exigentiam subtractionis diuinæ. Secūdò sequitur, si Deus subtraheret concursum conseruatiuum, nullo habito respectu ad formam introducendam, & alia exigentia subtractionem, non posse tribui corruptionem agenti naturali, & alijs, quæ exigunt illam subtractionem, quia Deus non subtraxit conseruationem intuitu illorum.

Efficiens dupliciter concurrit ad formæ corruptionem.

2 Secunda opinio est dicentium, causas naturales physicè concurrere ad corruptionem formarum. Primò ea corruptio formarum est physicus effectus, ergo habet causas physicas eo modo, quo est effectus; nam causæ debent esse proportionatæ effectui. Neque dicas, esse physicum effectum, sed moraliter causatum, nam causalitas moralis vel est à Deo, & non. Tum quia sicut conseruatio est causalitas physica; ita subtractio est causalitas physica, quia priuatiuè opponuntur. Tum quia alioqui daretur effectus physicus sine vlla causalitate physica, cum ex aduersarijs nulla sit alia causalitas à causis naturalibus immediatè circa corruptionem. Vel est ab alijs causis, vt mouent Deum ad subtrahēdum concursum. Et hanc motionē, etiā si illā dicerēt, dicēt esse moralē respectu Dei, nō tamē possunt dicere esse moralē respectu corruptionis formarum. Tum quia illa subtractio fit iuxta exigentiam naturæ, & ad modum naturæ, quia positis illis circumstantijs, Deus non posset non suspendere concursum iuxta leges naturæ, sed supernaturaliter. Tum quia productio animæ rationalis esset etiam moraliter à causis secundis, quia effectiue Deo moto à dispositionibus exigentibus creationem animæ cōtra communem modum loquendi, quo dicitur *sol, & homo generant hominem* nō quidem moraliter, sed physicè. Denique, quia omnia à Deo liberè fiunt nihil physicè produceretur. Confirmatur, quia si non ponitur aliqua causalitas physica immediatè circa corruptionem formæ à causis secundis, nulla ratione tribui posset corruptio causis secundis, quia non posset illis tribui ratione concursus immediati, vt concedunt, neque ratione concursus mediati, s. diuini, qui est subtractio cōseruationis, quia hic nullo modo causatur à causis secundis nec moraliter, nec physicè; nam nulla creatura habet aliquam causalitatem circa actus diuinæ voluntatis, atque adeo neque causalitatem circa ea, quæ fiunt per illos actus. Neque dicant, illos actus pendere impropriè à causis secundis, quatenus non ponerentur, nisi positis causis secundis, nam etiam si hoc concederetur cum fiat sine causalitate causarum secundarum, non possunt effectus sequuti tribui illis vt causis causantibus.

Causa naturalis physicè cōcurrit ad corruptionem formarum per alios.

Secundò probatur, nam informatio formæ dependet à materia in fieri, & conseruari, quia non potest intelligi, actualem informationē existere sine concursu actuali formæ informantis, & materiæ informabilis. Sed hæc informatio non potest esse sine dispositionibus siue vt causis conseruantibus, siue vt conditionibus, *sine quibus non*, vt patet experientia; ergo deficientibus dispositionibus, desinunt materia, & forma conseruare informationem. Desinente autem informatione si forma est corruptibilis, desinit simpliciter existere forma, vt supra probatum est. Et hinc causa prima desinit conseruare informationem, & formam; ergo causa corruptionis formarum sunt causæ secundæ, quibus se accommodat causa prima, quæ ideò nō conseruat, quia causæ secundæ non præstant suum concursum ad conseruationem formarum; ita enim ab Auctore naturæ lex constituta est, vt concursus vniuersalis debeatur causis secundis iuxta exigentiam illarum tam quoad productionem, quàm quoad corruptionem. Dices. Experientia constat, formas conseruari in materia sub innaturalibus dispositionibus, vt patet ex aqua feruenti, & aere frigidissimo; ergo conseruatio informationis non dependet à dispositionibus connaturalibus exigitis

à ma-

à materia, & forma vt præstant concursum ad informationem. Respôdeo, Dispositiones requisitas ad generationem, & formarũ habere latitudinem quandam, intra quam sunt diuersi termini; nam vt datur terminus dispositionis connaturalis in statu cõnaturali, ita datur terminus in statu innaturali, intra quem conseruari potest, consideratis omnibus dispositionibus, vt v.g. in aqua est frigiditas, humiditas, densitas, & similiter in aere respectu suarum dispositionum, & datur terminus, in quo non potest conseruari. Hic autem attendi debet ex fine dispositionum; nam vbi dispositio non est sufficiens ad generationem alterius formæ, semper est sufficiens ad conseruationem formæ existentis in materia, ne materia maneat sub nulla forma, quod abhorret natura. Differt tamen hæc latitudo terminorum quoad dispositiones respectu generationis, & corruptionis, quia generatio non est cum tanta innaturalitate, cum quanta est conseruatio, vt alibi ostendi. Dices secundò. An corruptio tribui possit finitati virtutis materialis quoad conseruationem formarum. Respôdeo, de hac re dictum esse in physicis, quia certum est, materiam non habere virtutem ad simul conseruandas infinitas informationes; qualis autem sit hæc finitas respectu accidentalium, & substantialium ibi dixi. Et hæc opinio mihi placet, cum sit magis physica.

Ex his patet ad argumentum primæ opinionis, cum enim corruptio terminetur à non esse formæ præexistentis in subiecto, non exigit, vt existat suo modo, productionem alienius entitatis in forma corrumpenda. Neque vt aliquid producatur in materia, præter dispositiones contrarias præcedenti formę, & informationem nouę formæ, nam inde sequitur, informationem non conseruari à materia, atque adeo desinere. Quæ autem afferuntur in secunda parte opinionis satis explicata sunt in argumentis secundæ opinionis.

Dices 3. An sicut existentia formæ dicit causalitatem à se distinctam siue formaliter, siue ratione, ita negatio formæ, quæ est terminus corruptionis exigat causalitatem negatiuam respectu illius; an verò sit per se ipsam à causa corrumpente. Respondent aliqui, esse eandem rationem, eo quod sicut forma inhærens non dicit causalitatem interiectã, quia inhæsio per se ipsam dependet non per aliam dependentiam à subiecto; ita negatio formæ inhærentis non potest dicere negationem causalitatis, seu subtractionem concursus terminati ad formam vt inhærentem. Sed sicut forma per seipsam vt inhærens dependebat ab agente; ita non esse formæ vt inhærentis desinit conseruari ab agente, & in seipsa inuoluit desitionem sui. Sed hæc doctrina nõ placet, quia aufert distinctionem actionis à termino. Inhærentia enim vt est in facto esse, dependet ab agente per actionem distinctam, sicut depender & ipsa forma; nam vtrumque manet, cessante actione agentis, sicut in alijs, calefactione &c. Et licet actio conseruatiua maneat cũ termino conseruato, adhuc tamen ab illo distinguitur, quia terminus conseruatur mediante conseruatione vt ab agente. Vnde potest variari conseruatio, non variato termino, vt ostendi tom. 1. opuscul. libr. 2. Ex quo patet, proportinaliter idem dicendum esse de corruptione formæ, informationis, & inhæsionis, nam desinente actione conseruatiua illorum, desinit consequenter existentia illorum tanquam terminus actionis, qui vt per se ipsum terminat actionem, ita seipsa desinit esse desinente actione; sed sicut forma, & cætera non pendendet seipsis à causa efficiente, sed mediante actione; ita negatio existentiæ non est immediatè à causa, sed mediãte negatione conseruationis. Et hæc sufficiant de hac quæstione, quæ licet inuoluat aliquas difficultates de re, tamen plures inuoluit de nomine, iuxta consuetum morem Recentiorum.

DVBITATIO IV.

An generatio, & corruptio sint vnus motus.

De hac alibi diximus, nunc breuiter expediemus, vnde.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Notandum primò generationem posse accipi pro omnibus ipsam concomitantibus, vt etiam comprehendit alterationem; ita dici potest vnus motus per aggregationẽ secũdò propriè pro productione scilicet formæ substantialis; ita *Generatio dupliciter sumi pot.*

à materia, & forma vt præstaot concursum ad informationem. Respōdeo, Dispositiones requisitas ad generationem, & formarū habere latitudinem quandam, intra quam sunt diuersi termini; nam vt datur terminus dispositionis connaturalis in statu cōnaturali, ita datur terminus in statu innaturali, intra quem conseruari potest, consideratis omnibus dispositionibus, vt v.g. in aqua est frigiditas, humiditas, densitas, & similiter in aere respectu suarum dispositionum, & datur terminus, in quo non potest conseruari. Hic autem attendi debet ex fine dispositionum; nam vbi dispositio non est sufficiens ad generationem alterius formæ, semper est sufficiens ad conseruationem formæ existentis in materia, ne materia maneat sub nulla forma, quod abhorret natura. Differt tamen hæc latitudo terminorum quoad dispositiones respectu generationis, & corruptionis, quia generatio non est cum tanta innaturalitate, cum quanta est conseruatio, vt alibi ostendi. Dices secundò. An corruptio tribui possit finitati virtutis materialis quoad conseruationem formarum. Respōdeo, de hac re dictum esse in physicis, quia certum est, materiam non habere virtutem ad simul conseruandas infinitas informationes; qualis autem sit hæc finitas respectu accidentalium, & substantialium ibi dixi. Et hæc opinio mihi placet, cum sit magis physica.

Ex his patet ad argumentum primæ opinionis, cum enim corruptio terminetur à non esse formæ præexistentis in subiecto, non exigit, vt existat suo modo, productionem alicuius entitatis in forma corrumpenda. Neque vt aliquid producatur in materia, præter dispositiones contrarias præcedenti formę, & informationem nouę formæ, nam inde sequitur, informationem non conseruari à materia, atque adeo desinere. Quæ autem afferuntur in secunda parte opinionis satis explicata sunt in argumentis secundæ opinionis.

Dices 3. An sicut existentia formæ dicit causalitatem à se distinctam siue formaliter, siue ratione, ita negatio formæ, quæ est terminus corruptionis exigat causalitatem negatiuam respectu illius; an verò sit per se ipsam à causa corrumpente, Respondent aliqui, esse eandem rationem, eo quod sicut forma inhærens non dicit causalitatem interiectā, quia inhæsio per se ipsam dependet non per aliam dependentiam à subiecto; ita negatio formæ inhærentis non potest dicere negationem causalitatis, seu subtractionem concursus terminati ad formam vt inhærentem. Sed sicut forma per seipsam vt inhærens dependebat ab agente; ita non esse formæ vt inhærentis desinit conseruari ab agente, & in seipsa inuoluit desitionem sui. Sed hæc doctrina nō placet, quia aufert distinctionem actionis à termino. Inhærentia enim vt est in facto esse, dependet ab agente per actionem distinctam, sicut depender & ipsa forma; nam vtrumque manet, cessante actione agentis, sicut in alijs, calefactione &c. Et licet actio conseruatiua maneat cū termino conseruato, adhuc tamen ab illo distinguitur, quia terminus conseruatur mediante conseruatione vt est ab agente. Vnde potest variari conseruatio, non variato termino, vt ostendi tom. 1. opuscul. lib. 2. Ex quo patet, proportionaliter idem dicendum esse de corruptione formæ, informationis, & inhæsionis, nam desinente actione conseruatiua illorum, desinit consequenter existentia illorum tanquam terminus actionis, qui vt per se ipsum terminat actionem, ita seipsa desinit esse desinente actione; sed sicut forma, & cætera non pendendet seipsis à causa efficiente, sed mediante actione; ita negatio existentiæ non est immediatè à causa, sed mediāte negatione conseruationis. Et hæc sufficiant de hac quæstione, quæ licet inuoluat aliquas difficultates de re, tamen plures inuoluit de nomine, iuxta consuetum morem Recentiorum.

DVBITATIO IV.

An generatio, & corruptio sint vnus motus,

DE hac alibi diximus, nunc breuiter expediemus, vnde.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

NOtandum primò generationem posse accipi pro omnibus ipsam coocomitantibus, vt etiam comprehendit alterationem; ita dici potest vnus motus per aggregationē secūdò propriè pro productione scilicet formæ substantialis; ita *Generatio dupliciter sumi pōt.*

Ii gene-

generatio distinguitur à corruptione, quia generatio habet pro termino existentiam formae; corruptio negationem existentiae eiusdem formae. In quo quaestio clara est.

Quid quaeratur explic.

2. Not. quaestionem non intelligi de recessu à termino *a quo* essentialiter requisito, euiusmodi est priuatio, quia constat, esse vnum, quia non est aliud accedere ad terminum, quàm recedere à priuatione illius, cum priuatio non sit aliud, quã non esse formae in subiecto: vnde ipsum accedere ad formam est formaliter recedere à priuatione. Sed quaestio est de recessu à termino positiuo: quare generatio, & corruptio sumuntur respectu diuersorũ. Sed quaestio est, an generatio, & corruptio sumantur respectu diuersorum. Vt v.g. sit generatio ignis, & corruptio aeris, quas Arist. 6. phys. 47. vult esse vnam mutationem, nam accessus ad vnum terminum, & recessus ab alio termino opposito est vnus motus, vt patet in motu locali. Et similiter idem motus est intensio caloris, & remissio frigiditatis, aliàs idem duobus motibus moueretur.

2 *Corruptio termini à quo est mutatio priuatiua.*

3. Not. corruptionem termini *a quo* positiui non esse propriè mutationem, sed eũ addito, scilicet priuatiuam, quatenus per illam res non se habet vt antea.

Corruptio sumitur propriè, & figuratè.

4. Not. Corruptionem rei dupliciter posse sumi: primò propriè, idest pro cessatione à conseruatione rei, quae non est: secundò figuratè, idest pro causa quasi formali huius cessationis: quomodo productio formae contrariae. Ea 1. de Gen. t. 15, corruptio vnius est generatio alterius.

Explicatur duplex quaestionis sensus.

5. Not. quaestionis duplicem posse esse sensum. Primus est, an in essentiali ratione motus includatur essentialiter, vt pars illius sit corruptio termini positiui. Alter an corruptio termini positiui essentialiter cõnotetur à productione termini, quatenus est mutatio.

Recessus à termino alter positiuus, alter priuatiuus.

6. Not. duplicem posse esse recessum à termino à quo vnum positiuum, & est illa forma realis, quantum mediãte mobili elõgatur ab illo, & quasi ab illo distinguitur; alterum priuatiuum, & est ipsa corruptio termini *a quo*, quatenus mobile illum in se non amplius habet. Et licèt in hoc sensu frequentiùs vtamur nomine recessus; tamen etiam in primo sensu vsurpamus.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

Prima sententia est dicentium, esse duas mutationes: vna, qua forma abijcitur; altera, qua forma introducitur. Ita Burid. 5. phys. in t. 47. quos tamen Auer. Niph. ibidem. & Alber. cap. 5. esse vnum subiecto, quia simul sunt in eodem subiecto. 3 *Duas esse mutationes asserunt.*

Secunda est Veneti 5. phys. 47. Vbi distinguit, si mutatio accipiatur pro ipsa forma, dicit esse duos motus re distinctos eũ sint duae formae contrariae; si autem pro fluxu formae esse vnicum motum. 4 *Mutatio quando stat pro ipsa forma duos motus, si verò pro fluxu formae vnũ tantùm.*

Tertia sententia est dicentium, esse duas mutationes, sed vnum motum, nam mutatio dicitur quando termini exprimuntur contradictoriè; motus verò, quando exprimuntur contrariè, idest vtroque termino affecti; dispositio igitur frigiditatis, quae est ab esse ad non esse, est alia mutatio, quã acquisitio caloris, quae est à non esse ad esse, sed qualitatis, quando exprimitur per motum non est ab esse frigido ad non esse frigidum, sed ad esse calidum, & pariter acquisitio caloris non est à non esse calorís, sed ab esse frigidi; quare est vnus motus includens duas negationes. Sotus 5. phys. quaest. 4. eamque tribuit D. Thom. quaest. 28. de verit. art. 1. Bann. 1. de Gener. q. 7. 5 *Asserit duas mutationes, sed vnicum tantũ motum.*

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Prima Concl. Corruptio propria termini *à quo* non includitur formaliter, vt pars essentialis in accessu ad terminum *ad quem*; patet, quia corruptio est nõ ens; at accessus est aliquid reale positiuum. 6 *Corruptio propria termini à quo essentialis non est accessui ad terminum ad quem.*

Confir. quia eadem numero mutatio esse potest ad calorem siue ab eodem subiecto recedat frigiditas, siue non. Et ex hoc argumento probatur, nec connotari essentialiter à productione termini, vt est mutatio, quia non corrupta forma contraria potest mutari subiectum mutatione eiusdem speciei, eum ea, qua contraria corrumpitur.

Confir. 2. quia forma positiua contraria non est terminus *à quo* essentialis in mutatione; ergo nec connotatur essentialiter.

Secunda Concl. Corruptio formae contrariae essentialiter connotari potest à mutatione aliqua, vt conuersio est, quia non potest intelligi conuersio, seu transformatio, quin intelligatur subiectum ab vna for- 7 *Aliqua mutatio essentialiter cõnotationem dicere põt ad corruptionẽ formae contrariae.*

forma ad aliam mutari, ita vt vnam amittat ex vi productionis alterius; & in hoc sensu intelligi potest, quod ait Aristotel. 5. phys. t. 37. ex corruptione termini *à quo*, & productione termini *ad quem* fieri vnam mutationem, scilicet conuersiuam, quatenus mutatio termini *ad quem*, vt est conuersio, necessariò connotat corruptionem termini *à quo*.

8 *Duas mutationes dicit definitio termini a quo, & acquisitio termini ad quem.* Tertia concl. In desinitione termini *à quo*, & acquisitione termini *ad quem* sunt duæ mutationes, patet; sunt duo termini *ad quem*, & duo termini *à quo*; ergo, nam mutatio non potest habere, nisi vnum terminum *ad quem*, & vnum terminum *à quo*.

Confir. ex motu locali, nam vna mutatio dicitur accessus, altera recessus, & sic in alijs.

Confir. 2. quia quando per motum deseritur terminus *à quo*, verè dici potest, Nunc mobile est in termino *à quo*, & immediatè post non erit in termino *à quo*. Et similiter quando acquiritur terminus *ad quem* verum est, Nunc mobile est in termino *ad quem*, & immediatè ante non erat; ergo in quolibet motu reperiuntur duæ illæ mutationes. Consequentia patet, quia accessus illi, & recessus non possunt esse per motum; siquidem datur primum esse illorum; ergo erunt per mutationem.

Ea, quorum vnum sequitur ad aliud, distinguuntur. Secundò probatur, quia corruptio sequitur ex generatione, nam generatio est per se intenta, corruptio vero non ita, sed per accidens sequitur: ergo illæ duæ mutationes distinguuntur, nam consequutio non arguit vnitatem, sed distinctionem, nam idem non sequitur seipsum, neque vinculum consequutionis causat vnitatem, sed aggregationem, cum rarefactio sequatur calefactionem, & tamen distinguitur.

Confir. quia alia mutatio est amissio caloris, alia acquisitio frigoris: vnde posset illas Deus separare, imò naturaliter fieri potest, nam in aere habente duos gradus frigiditatis secundùm aliquos potest amitti frigiditas sine acquisitione caloris dum reducit se ad pristinum statum, & potest acquiri calor sine amissione frigiditatis, vt sic calefiat subiectum carens frigiditate.

Cõfir. q̃a ex Arist. in præd. tract. 3. c. 4. de motu intẽsio, & remissio dicũtur mutationes specie diuersæ; ergo intensio cõtrarij, & remissio cõtrarij sũt specie diuersę, nec vnũ tertium cõponunt. Consequentia probatur, quia si remissio frigoris est mutatio essẽtialiter diuersa ab intensione frigoris; etiã remissio caloris erit essentialiter diuersa ab intensione frigoris.

Cõfir. ex 5. phys. à t. 7. & sequẽtib. vbi generatio, & corruptio dicũtur specie diuersæ.

Quarta concl. Sicut sunt duæ mutationes, ita etiam sunt veri duo motus, nam quod dicitur à Soto esse vnum motum includẽtẽ duas mutationes in motu termini, explicatur positiuè, scilicet à subiecto in subiectum, quare includet acquisitionẽ vnius termini, & deperditionem termini, *à quo*, quæ deperditio est ei terminus *a quo*. Hoc inquam verbis soluit, non re, nam verè illæ mutationes sunt realiter distinctæ, neque efficere possunt vnum motum, nisi per aggregationem, siue explicetur per positiones, siue per priuationes terminus. 9 *Coherenter duos motus esse dicit.*

Confir. quia sicut sunt duæ mutationes, ita duo motus, nam quælibet illorum per se sumpta est motus, cum ratio motus consistat in continuo transitu subiecti ad aliquem terminum; hæc verò ratio saluatur in qualibet illarum mutationum per se, & non in ambabus simul, nam seclusa remissione frigiditatis, intelligitur rectè continua intensio caloris; quare intelligitur cõtinua, & successiua mutatio ab vno termino ad aliũm: idem applicari potest remissioni per se sumptæ. Et quod continuitas non saluatur in ambabus simul, patet, quia vna mutatio non continuatur alteri, neque fit successiuè post aliam: sed simul fiunt in eodem subiecto, neque aliam vnionem habent: & hac ratione Arist. vocat vnum.

Confir. quia augmentatio est vnus motus, & tamen non constat ex multis mutationibus, sed solùm, quia est transitus successiuus ex minori ad maiorem quantitatem. Similiter motus decretionis est alius motus; neq; ex his fit vnus; ergo similiter intensio, & remissio erunt distincti motus. *Probatur ex augmẽtatione, & diminutione.*

10 Confir. 2. quia in generatione substãtiæ essent duæ mutationes, & tamen esset vnus motus .s. corruptio aeris, & productio aquæ esset vnus motus; quare ab aere ad ignem erit verus motus.

Ex his patet, in omni motu considerari debere terminos per se, & formales, qui .s. sunt per se necessarij, & terminos materiales, qui quasi accidentaliter concurrũt; termini per se mutationis instantaneæ necessarij sunt priuatiuè oppositi; In motu verò sunt duo termini positiui, inter quos sit aliqua latitudo, vt in motu locali sunt duo vbi, à quorum vno mobile recedit, & ad alterum accedit. In intensione sunt duo *In motu sunt termini formales, & termini materiales.*

termini inæqualiter remissi, & perfecti; termini verò, qui per accidens coniunguntur in mutatione, sunt illæ formæ, quæ repugnant mutationi, vel termino illius, & ita remissio frigitatis admiscetur calefactioni, quia ex ratione intensionis caloris per se non est intrinsecum quod fiat per remissionem frigiditatis, sed quod fiat à caloris gradu remisso. Et ex his patet ad argumentum oppositæ sententiæ, quod sit inter terminos per se requisitos idem motus, quo ab vno receditur, & ad alium acceditur, vt patet in motu locali, & in generatione, in qua eodem motu acceditur ad esse, & receditur à non esse, & iuxta hoc intelligitur etiam dictum Arist. quod sit vnus motus in recessus, & accessus: neque exemplorum, quæ affert, est exquirenda veritas, sed inter terminos, qui per accidens coniunguntur accessus, & recessus sunt duo motus: vnde generatio, & corruptio sunt duæ mutationes physicæ: sic etiam intensio, & remissio; vnde generatio vnius dicitur corruptio alterius non formaliter, sed causaliter, vt infra.

Sed contra, quia etiam in motu locali recedere ab hoc loco ad illum est per accidens, quia potest recedere ab alio; ergo ille recessus erit distincta mutatio.

11 Respondetur. Ad motum localem per se requiritur, vt sit recessus à loco, vbi est mobile; quod verò sit hic, vel ille numero locus id est per accidens, hoc tamen non est satis, vt sit distincta mutatio physica; quia terminus, *à quo*, qui per se relinquitur, non est physicè distans ab illo loco numero, qui quasi per accidens se habet, sed tantùm vt superiùs ab inferiori requiritur; ergo vt terminus per accidens sit physicè distinctus à termino, qui per se deseritur.

Dices, si corruptio distinguitur à generatione; cum quo igitur identificabitur? Neque dicas cum re corrupta, quia hæc non est in instanti corruptionis.

Corruptio identificatur cum negatione ex sistentiæ rei corruptæ. Respondetur, identificari cum negatione existentiæ rei, quæ corrumpitur, quia talis mutatio non est positiua, sed priuatiua; nam sicut mori non est nisi vita priuari, & sic quasi priuatiuè mutari. Idem dicimus in alijs mutationibus, & cum aer fit tenebrosus, nam talis mutatio non potest dici esse idem cum lumine, cum neque sit cum aere, cum aer sit indifferens ad tenebras, & ad lumen: & ratio omnium est, quia terminus *ad quem* corruptionis est priuatio formæ.

Dices: Cur 5. phys. 37. subiectum dicitur vno motu moueri, cum transit ab vno contrario ad aliud. Respōdeo primò, quia positiua mutatio est propria, alia verò est impropria, vt est ens, & ideò non ponit in numerū. Secundò quia corruptio naturaliter sequitur ex productione termini *ad quem*, nam hæc intenditur primariò, sed propter naturalem connexionem est corruptio alterius: vnde dicitur vnus motus physicè, id est propter physicam connexionem, non autem secundùm essentialem rationem intrinsecè sumptam, vt solet dici vna productio circa substantiam, & passiones propter naturalem connexionem inter vtrumque; & quia productio subiecti primariò intenditur. Tertiò ex D. Th. 6. phys. in t. 47. esse vnam substantiam. Quartò loquitur de ea, quæ est inter terminos per se requisitos. Quintò de eo, quo positiuè subiectum elongatur à termino *à quo*, quia tunc omnino est eadem numero mutatio cum accessu ad terminū *ad quem*, vt patet in motu locali, nam eo positiuè recedimus à termino *à quo*, per quod accedimus ad terminum *ad quem*, etiam si per diuersam potentiam maneamus in eodem vbi, in quo priùs, sed maneamus in duobus locis. Similiter eadem alteratione, qua accedimus ad calorem, recedimus à frigiditate, etiam si hæc per diuersam potentiam maneat simul cum calore: nam subiectū per calorē fit dissimile sibi vt frigido, & ideò censetur elongatum à seipso vt frigido tota illa latitudine per quam calor distat à frigiditate: quare quando dicunt, accessum, & recessum esse eandem numero mutationem loquuntur de recessu positiuo, & non de priuatiuo, quia licet consequatur naturaliter ex positiuo; tamen secundùm illius rationem cū sit non ens, quod fit verisimile, quia in probatione vtuntur exemplo motus localis. 12

Ex his patet, errare eos, qui dicunt quatuor mutationes requiri, dum subiectum ex vno contrario tendit ad aliud, nam inquiunt dum mouetur subiectum à calido in frigidum, prima mutatio est à non calore ad calorem: secunda à non esse calidi ad calidum: tertia à frigiditate ad frigiditatē; quarta à frigido ad non frigidum. Falluntur inquam, quia mutatio à non calido ad calidum est eadem cum ea, quæ est à non calore ad calorem, & similiter de frigiditate.

DV-

DVBITATIO V.

De causis corruptionis; an omnia habeant periodum suæ durationis.

ARTICVLVS I.

Explicatur termini, & sensus quæstionis.

Causa intrinseca corruptionis est materia.

1 PRimò Not. Corruptibilitatem esse passionem, quæ ab intrinseco rebus conuenit 1. cœl. in fine à t. 118. & sequentibus; Causæ autem corruptionis ab omnibus in primo cœli duæ ponuntur, Intrinseca vna, & est materia, vt Tol. 1. phys. q. 20. & Canon. qu. 9. d. 2. ostendunt, quod colligunt ex 1. cœl t. 34. & 36. 1. phys. 80. & alijs locis, quos citauimus 1. phys. tr. de an. q. de proprietatibus materiæ. Vnde 9. met. 17. & 17. met. 30. Intelligentiæ sunt incorruptibiles, quia carent materia: & patet ratione, quia non potest prouenire à forma, quia hæc potius dat esse, ergo à materia, quia non est aliud rei intrinsecum.

Probatur ex appetitu materiæ ad oppositas formas.

Confir. ex appetitu materiæ 1. phys. 81, quæ oppositas indiuiduas formas appetit. Optimè Achill. de elementis d. 19. quomodo autem sit causa contrariorum colligitur ex Arist. 1. de Gener. t. 14. & seq. & 2. de Gen. t. 56. quia licèt idem, vt idem, seu similiter se habens semper sit natum facere idem; tamen diuerso modo se habens, & contrario, potest facere diuersa, & contraria: vnde non mirum si materia, vt supponitur agenti diuerso modo disposito, cooperatur ad diuersos effectus.

Confir. quia materia est causa per se, generationis, & per accidens corruptionis: quomodo idem potest esse causa oppositorum.

Confir. 2. quia materia secūdùm se præ-
2 cisè sumpta est causa corruptionis, & generationis remota; proxima verò si sumatur cum potentia partiali, quia disponitur ad hanc formam generandam; quare materia sub eadem potentia particulari non est causa generationis, & corruptionis eiusdem formæ, sed sub diuersis, vt v.g materia est causa generationis eiusdem quatenus est in potentia particulari ad formam oppositam; esse autem causam remotam oppositorum nihil prohibet; proxima autem esse nequit.

Causa extrinseca corruptionis est contrarium.

Extrinseca verò est cōtrarium, vt Auic. 1. suff. c. 3. & alij 1. cœl. & omnes Doctores infra citandi: nam effectiuè productio prouenit à contrario 1. phys. & vtramque causam expressit Arist. 1. de cœl. 20. Vbi cœlum ait esse incorruptibile, quia caret materia, & contrario. & de longit. & breuit. vitæ c. 2. quod habet materiam habet etiam contrarium, vnde corruptibile est, & ratio, quia omnis corruptio est per alterationem; alteratio verò est ratione qualitatum contrariarum.

Non omnia corruptibilia habent principium actiuum intrinsecum, quo corrumpuntur.

Ex his patet, omnia composita inferiora esse corruptibilia ab intrinseco, neque posse naturaliter perpetuari; non tamen omnia habent principium actiuum intrinsecum, quo corrumpantur: nam hæc solùm sunt, quæ constant partibus heterogeneis; vnde patet error eorum, qui dicūt, omnia composita ex elementis habere principium intrinsecum, quo corrumpantur, nam si homogenea sunt, nunquam corrumperentur, nisi agens extrinsecum accederet, vt benè Saxon. & Mart. loc. supra cit. Tatar. 3

Difficultas est, an omnia habeant determinatam periodum suæ durationis; videtur affirmare Arist. 1. cœl. t. 59. & fusius 2. de Gen. t. 57. de qua Bannes c. 10. quæst. 2. Mart. q. 17. Sax. q. 13. Buccaf. in t. 70. d. 2. qui multa explicat de maximo, & minimo. Georg. q. 4. Tatar. q. vlt. d. 4.

Quatuor modis pōt aliquid corrumpi.

2. Not. quatuor modis posse aliquid corrumpi, primo ob recessum efficientis conseruantis, vt lumen: secundò ob interitum termini, vt relatio: tertio ob interitum subiecti, vt accidentia: quartò à contrario expellente, vt quatuor qualitates &c. His id commune est, vt omnia præter ea, quæ conseruantur ab alio, dum corrumpuntur per se corrumpantur à contrario; per accidens autem fit ex subiecto, &c. nam subiectum debet corrumpi à contrario; sic etiā terminus; quare causa per se corruptionis est contrarium; ad quam omnes corruptiones reducuntur. 4

Causa effectiua corruptionis quæ nam?

3. Not. causam effectiuam corruptionis naturalis esse illam, quę producit formam, quæ per sui informationem expellit aliā, sed difficultas est; qua ratione hoc agens per suam actionem expellat præcedenté, nā cū habet actionem, iā forma præcedés non est, atque adeo inuenit expulsam immediatè ante.

Causa efficiēs corruptionis dupli

Respondent aliqui, dupliciter posse cōsiderari causam efficientem expulsionis. Primò in actu primo, & dicitur, quod potest

citer considerari potest.

test ponere effectum siue illum ponat, siue non. Secundò in actu secundo, & dicitur, quod potest, & de facto producit effectũ, & vtroque modo respicit non esse formæ præcedentis in subiecto, vt intelligatur potens in actu primo, & in actu secundo, sed diuerso modo: nam dum est in actu primo non connotat non esse illius formæ pro tempore, quo est in actu primo, sed pro tempore, quo habebit actionem: at verò in actu secundo connotat, vt in tempore, quo est actus secundus, sit negatio formæ, quæ immediatè ante fuit in subiecto. Sed contra instant. Efficiens nõ potest per se ipsum expellere formam, quæ est in subiecto ponendo non esse illius, sed per formam, quam producit illi oppositam; ergo in eo instanti, in quo agit, est in subiecto forma opposita, quia in eo instanti est forma producta expellens: expulsio autem supponit existere rem expulsam simul cũ expellente, vt cum vnum corpus expellit aliud ab eodem spatio. Respondeo negando formam, quæ expellit esse simul in subiecto cum forma expulsa, nam cum expulsio formaliter fiat à forma ratione informationis, si simul esset forma expulsa, iam duæ formæ oppositæ informarent idem subiectum. Vnde expulsio connotat quidẽ existentiam formæ in subiecto, sed immediatè ante informationem. Vnde corrigẽda est imaginatio, qua concipitur expulsio formalis ad modum, quo vnum corpus expellit aliud à spatio, nam ibi sunt duæ rationes expellendi, vna actiua, qua imprimitur impetus, vel motus in aliud corpus, & hæc supponit corpus existere in spatio, à quo est expellendus; altera est formalis, qua vnum corpus per suam existentiam in spatio formaliter expellit illud ab illo spatio: Et hæc expulsio non supponit corpus existere in eodem spatio, in quo est corpus expellens, sed illi præfuisse immediatè. Dices. Expulsio intelligitur vt actus quidam; ergo sicut habet principium, ita habere debet, & terminum: ergo tam principium, quam terminus illius erunt simul, quia sunt simul cum tertio idest cum expulsione; terminus autẽ est forma expulsa. Respondeo, Expulsionem concipi vt quid positiuum, cum tamen sit quid negatiuũ, est enim negatio in fieri existentiæ formę in subiecto; de qua disputari solet, an sit prior, vel posterior productione formæ, de qua infra.

Dices secundò. Cum actio agentis, & forma informans supponat negationem formæ præcedentis in subiecto, qua ratione illa desijt esse in subiecto priusquam esset actio, & forma, non enim cognouit ibi fore actionem, & formam. Et licèt dici possit desinere ratione defectuum dispositionis, tamen de ipsismet dispositionibus potest quæri quomodo desinant per aduentum futuratum. Ex hoc argumento sufficienter videtur probari, id oriri ea prouidentia primæ causæ, quæ videns cursum omnium causarum, posita debita applicatione causarum, & alijs circumstantijs ad agendum, desinit conseruare formam præcedentem iuxta exigentiam causarum naturalium.

At alij volunt, id fieri sine cognitione, sed ex lege naturæ indita, qua ad præsentiam agentis habentis maiorem actiuitatem, quam sit resistentia formæ, cesset ab informatione, vt. s. det locũ agenti, vt possit agere iuxta vires suas; ratio est, quia Deus vt causa prima non concurrit, neque omittit concursum nisi ad exigentiam causarum naturalium, quare vt Deus cessat à conseruatione, debet poni ex parte naturalium causarum exigentia illius cessationis, quod non irrationabiliter dicitur: sed difficultas est, ex qua parte sit hæc exigentia, aliqui ponunt illam ea parte formæ corrumpendæ quæ habet defectum resistendi. Alij verò ponunt illam exigentiam ex parte causæ, quæ est vltimò constituta in actu primo proximo ad agendum, nam exigit negationem formæ in materia, atq; adeo negationem conseruationis, de qua re, quid sentiendum alibi dicetur.

4. Not. cum sunt multæ causæ in actu primo sufficientes ad expellendam formã, 6
vt v. g. defectus dispositionis conseruantis, naturæ virtus conseruans, efficiens formæ oppositæ, vel informationis, dum expellitur, cui tribui debeat in actu secundo expulsio? Respondent quidam, tribui causæ, quæ primò applicatur, nam cum ex illa sit expulsa, aliæ inueniunt expulsam, atque adeo in actu secundo nihil faciunt ad expulsionem. Confirm. ex opinione Theologorũ putantiũ, per actum contritionis, etiam si ex se sit sufficiens ad expulsionem peccati, de facto nũquam expelli, quia inuenit expulsum per habitum gratiæ à qua ipsa contritio elicitur. Ex quo fit, nunquam formam actu expelli per formam vt informantem, quia inuenit expulsam, vel per defectum dispositionum, vel per

effi-

efficiens, exigens vt agat negationem formæ præcedentis in subiecto.

Sed hæc doctrina non placet Hurtado Complutensi disp. 1. de incar. diff. 10. dum docet, actum contritionis expellere peccatum, & si procedat ab habitu gratiæ præsupposito potente peccatum expellere. Nã primò aliud est supponi principium expulsiuum, aliud supponi expulsionem, vnde fit, vt aliud sit pendere à principio expulsiuo vt à causa, aliud pendere ab actuali expulsione.

Secundò forma informans supponit quidem principium in actu primo potens expellere formam contrariam, non tamen supponit actualem expulsionem, quæ potest procedere ab illo principio, neque supponit illud principium vt actu expellens.

Tertiò forma vt informans non potest esse principium secũdùm entitatem illius actus primi habentis potentiam expellendi, vt potest esse principium expulsionis, quia respectu actus primi est natura posterior, non autem respectu expulsionis, vnde fit, vt forma informans possit esse principiũ expulsionis simul cum principio, à quo ipsa producta est, quia licèt sit posterior natura suo principio, tamen sunt simul in ratione principij respectu alterius effectus; sicut lux licèt sit posterior sole, tamen possunt esse simul principium respectu luminis, quod producitur in aere. Ex quibus probatur, omnia illa principia habentia vim expellendi formam à subiecto, etiam si inter se habeant rationem prioris, & posterioris, tamen respectu expulsionis formæ esse simul natura, nam omnia illa habent vim expellendi formam, vt supponitur, & nullum illorum supponit expulsionem actualem; ergo omnia illa simul causant expulsionem. Minorem probant, nam forma, v.g. ignis vt informans, licèt supponat negationem dispositionum ad formã ligni, non tamen negationem formæ ligni, quia hæc est effectus prioris negationis. Et similiter forma ignis licèt supponat principium productiuum illius exigens negationem formæ ligni, non tamen supponit negationem formæ ligni, nam tam negatio dispositionum, quàm principium productiuum formæ ignis realiter distinguuntur à negatione formæ ligni, vt informantis. Sed hæc doctrina non placet, quia forma ignis supponit in materia negationem formæ ligni informantis, quia pendet ab illa tum vt à conditione requisita in materia, vt informet illam: tum quia dependet ab actione agentis, quæ similiter pendet vt à conditione à negatione formæ ligni; non enim in instanti, in quo est productio formæ ignis, potest ibi esse forma ligni. Tum quia forma vt informans dependet à dispositionibus materiæ sibi necessarijs; at tales dispositiones actu existentes supponũt actualem negationem dispositionum ad formam ligni, vnde oritur negatio formæ ligni. Quare hic Auctor non benè considerauit rationes depẽdentiæ, in quibus fundatur prioritas naturæ, non enim fundatur solùm in causis influentibus, sed etiam in conditionibus requisitis à causis vt influant. Ex quo patet exemplum illud solis, & lucis, vt producũt lumen in aere, non esse ad rem nostram, quia vt lux dependeat à sole, non exigitur in sole productio luminis in aere, vt productio formæ substantialis exigit negationem formæ præcedentis.

Respondent 2. alij, virtutem proximam expellendi formam cõtrariam à subiecto, esse in forma, vt informante subiectum. In alijs verò esse virtutem remotam, quatenus conducunt ad productionem formæ informantis, per quam formaliter in actu secundo expellitur forma opposita: patet, quia positis omnibus alijs, & non posita informatione formæ, non posset expelli forma, quia maneret materia sine vlla forma, quod repugnat naturę. Vnde positis dispositionibus ad formam ignis, & destructis dispositionibus necessarijs ad formã ligni, si ad illas nõ sequeretur forma ignis, non desineret forma ligni informare materiam. Et idem dicitur de virtute actiua, & eius actione, cum hoc discrimine à cæteris, quod implicat etiam per potentiam Dei esse productionem, & non esse formã. & argumentum procedit ex hypothesi impossibili. Neque exemplum illud de contritione, & gratia huic doctrinæ obstat, sed potius fauet, nam ex Tridentino Contritio causat destructionem peccati, vt dispositio ad gratiam, per quam remittitur formaliter peccatum, & renouatur homo. In opinione autem dicentium, contritionem elici à gratia iustificante, disputari solet, qua ratione id fiat, vt idem sit prius, & posterius, & ad vitandam hanc difficultatẽ inuenta est illa distinctio, quod gratia vt inhærens est prior contritione, & posterior vt informans. Sed de his suo loco.

5. Not. periodum esse tempus determi- 7

natum

natum secundùm reuolutiones cœli, vltra quod res non potest esse naturaliter: sunt causæ permanentiæ, & durationis variæ.

Assignãtur causæ permanentiæ, & durationis.

Prima est Homogeneitas rei, quia huiusmodi res non corrumpuntur, nisi applicetur extrinsecum.

Secunda est debilitas contrarij, quod est in continente; ideò aliqua diutiùs in vno loco durant, quàm in alio.

Tertia est durities, & resistentia ad diuisionem: nam facta diuisione faciliùs fit actio corruptiua, ideo fortè durum dictum est à durando: vnde quæ diuidi facilè possunt meliùs commiscentur 1. de Gen. 89.

Quarta. Cum est bona commixtio humidi cum calido, & sicci cum sicco terrestri.

8 Quinta est latitudo complexionis, siue proportionis primarum qualitatum cum sua forma: nam quantò forma sub maiori latitudine proportionis qualitatem recipit in materia; tantò res potest diutiùs stare. Ex his patet, res diutiùs durare, quæ habẽt plures, vel vehementiores causas suæ durationis; eas autem æqualiter durare, quæ habent æquales causas durationis. Ex quibus primò deducitur, æqualitatem primarum qualitatum non esse causam permanentiæ, & durationis longioris, nam lapis diutiùs durat, quàm homo, cum in lapide sint qualitates minùs adæquatæ. Secundò deducitur si aliquid esset fortius tam in agendo, quàm in resistendo, quàm suum contrarium, adhuc non corrumperetur, quia tale non reputaretur, vt alibi; quare neque disponeretur ad corruptionem: Vnde constat, non sufficere, vt aliquid sit corruptibile, poni contrarium, nisi hoc ponatur habere maiorem vim agendi, quàm contrariũ habeat resistendi. His positis sit.

Quæ res diutius durant.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

9 *Quæ accidentia hẽnt determinatam periodum ad corruptionem, quæ verò non.*

PRima Concl. Accidentia, quæ non sunt apta esse, nisi in subiectis corruptibilibus, & habent contrarium per se, vel per accidens, habent determinatam periodum ex natura sua: quia hæc possunt expelli, & corrumpi ad corruptionem subiecti, licèt per accidens possit esse, vt non corrũpantur; quæ verò sunt in subiecto incorruptibili, ex natura sua non habent determinatam periodum, cum non repugnet, talia semper permanere.

10 *Corruptibilia hẽnt determinatã periodum ad corruptionem.*

Secunda Concl. omne corruptibile habet determinatam periodum suæ durationis, vltra quam desinit esse: patet, quia omnia huiusmodi pendẽt ex motu cœli quoad sui conseruationem; ergo duratio cuiuslibet habet numerum, & mensuram suæ durationis à motu cœli. Antecedens est Arist. 2. de Gen. loc. cit. Consequẽtia probatur, quia si conseruantur in esse à motu cœli, cum cœlum alteret vario modo corpora; denique corrumpentur. Quod confir. ex eo quod Arist. in 1. cœli t. 21. 121. & 122. putet id, quod est corruptibile non posse esse æternum.

11 *Viuẽtia habent determinatam periodum suæ durationis etiã ab intrinsecis principijs.*

Tertia Concl. Viuentia habent determinatam periodum suæ durationis non solũ ex motu cœli, sed etiã ab intrinsecis principijs, quia cum inter qualitates sit actio, & reactio; tandem deueniendum est, vt omnino cesset res deficientibus dispositionibus, præcipuè, cum ratione nutritionis indigeant cibo, qui reagit in calorem naturalem: vnde consequitur mors: de qua re lib. de morte, & vita.

12 *Quo tempore hæc periodus signari debeat.*

Quarta Concl. Hæc periodus non debet designari naturaliter via corruptionis per maximum tempus, vltra quod non potest, sed per minimum vltra quod non potest viuere. Prima pars probari solet primò, quia alioqui daretur vltimum esse rei permanentis contra 8. phys. 69. Consequẽtia patet, nam si detur maximũ, vltra quod non potest, tunc daretur vltimum instans terminatiuum illius maximi temporis: nã si terminaretur aliqua parte, cum illa sit diuisibilis, poterit vltra quodlibet tempus dari aliud, in quo potest viuere.

Non datur vltimum instans rei.

Confir. 2. quòd non sit dare vltimum instans rei permanentis, nam quocumque instanti dato, in quo res est, illa est alicuius potentiæ duratiuæ diuisibilis; cuius quidẽ potentiæ priùs oportet corrumpi medietatem, quàm res tota corrumpatur, quare quocumque instanti dato erit tempus, antequam res, quæ habet esse in illo, sit corrupta: quare illud instans datum non erat vltimum existentiæ illius rei, quæ ratio fundatur, nam in instanti terminante illud tempus, potentia conseruans est fortior in conseruando, quàm potentia corruptiua, quare corrumpentia non statim corrumpent vitam.

13 *Negat Buccaf. sequi dari vltimum esse rei permanentis.*

Respondet Buccaf. negando, sequi dari vltimum esse rei permanentis, nam totum tempus, quod præcedit illud instans, est maximum, quo fortea potest durare: & illud

lud est suum maximum: neque in instanti poterit durare, nam illud vltimum instans, in quo non est Socrates, non est de illo maximo tempore, quia instans nō est pars temporis. Neque in toto hoc tempore excedit excessu diuisibili causas suæ corruptionis, sed continuè virtus debilitatur, ita vt tandem vincatur à corrumpente, quare potiùs virtus conseruatiua exceditur à virtute corruptiua. Cui Responsioni illud obstat, nam si virtus corruptiua superaret virtutem resistiuam rei, iam omninò corrupta esset res: quare maior debet esse virtus conseruatiua vitæ, quàm corruptiua.

Secunda pars probatur, quia quocumque tempore dato, vltra quod potest viuere, adhuc potest dari minus, nam quod potest viuere per maius, potest per minus. Vnde si ponatur res producta in instanti, potest corrumpi semper in minori, & minori tempore: quare non datur minimum tempus, vltra quod possit viuere, sed non possit in minori.

Sed huic posset Responderi cum corruptio fiat naturaliter per alterationem, atque dispositiones habeant aliquam latitudinem, requiri videtur determinatum aliquod tempus, in quo per alterationem corrumpantur dispositiones necessariæ ad conseruationem formæ.

Tertia pars neque scilicet dari maximum, vltra quod non, quia dato quocumque tempore, vltra quod non potest res viuere, potest adhuc dari maius, vt v. g. si homo, vltra decem annos non potest viuere, neque etiam poterit viuere vltra centum.

Quarta pars, scilicet dari minimum, vltra quod nō potest viuere naturaliter, quia non est alius terminus, nam debet signari minimum tempus, vltra quod non potest viuere, sed sub quolibet minori potest, sed sub maiori non potest.

Dices: accipiatur hoc tempus, per quod potest viuere, & per nullum eo maius potest viuere; ergo illud est maximum, per quod potest.

Respondeo concedendo, esse maximū tempus per quod potest viuere: sed nō maximum, vltra quod potest viuere: sed minimum, vltra quod non potest viuere: Ita vt instans terminans exclusiuè illud tempus sit primum non esse hominis: quod si esset maximū quod sic, diceretur homo in instanti terminatiuo existere; quare datetur vltimum esse.

Quinta Concl. Hæc periodus non est omnibus speciebus æqualis. Ita Arist. t. 57. nam vt patet in lib. de Hist. animal. oues vsque ad 13. capræ ad 11. canes ad 12. boues ad 20. æqui ad 50. asini ad 30. muli ad 80. Cameli ad 50. annos viuere posse dicuntur. Et debet inquit Saxon. sumi hæc periodus, quam nunquam aliquod indiuiduum illius speciei excesserit, neque possit naturaliter; causæ autem cur vna species magis duret, quàm alia, supra numeratæ sunt. Et quidem Aristot. inter extrinsecas numerat præcipuè motus solis per Zodiacum, nam sicut est præcipua causa ipsius esse rerum; ita & durationis; non tamen solus accessus, & recessus solis efficit periodum, cum tunc in hieme solùm mors esse deberet, neque vltra annum posset alicuius vita extendi; quare ad periodum cōstituendam considerari debet conuentus solis cum omnibus stellis in instanti generationis, & præterea virtus seminis, & aliorum concurrentium; causas autem alias supra diximus. 14

Inæqualis est durationis periodus speciebus.

Durationis causa extrinseca est motus solis.

Sexta Concl. Omnia indiuidua eiusdē speciei habent æqualem periodum ratione naturæ, quia vt homo non magis vnus viuit, quàm alter; ratione verò complexionis debitæ principijs indiuiduantibus inæqualis potest esse periodus, quod patet, nā remoto quolibet extrinseco corrumpente, & intrinseco, vt ægritudines, vnus homo magis viuit, quàm alter; nam multi intereunt per solam extinctionem caloris ex senio. Huius autem variæ complexionis ratio multiplex. Prima est varius aspectus Syderum, vt D. Thom. 2. de Gen. loc. cit. Secunda varia complexio indiuidualis vnde sanguinei sunt longioris vitæ propter contemperationem humidi cum calido; Melancolici verò non ita, quia in eis dominatur frigidum, & siccum, quę sunt causæ mortis. Tertia locus continens, vt patet experientia. Quarta regimen circa nutrimentum: vnde fit, vt aliqui ad centum vsque annos viuant. Sapiens, inquit Ptolomæus dominatur astris. 15

Indiuiduis eiusdem speciei datur æqualis periodus rōne naturæ, non sic ratione indiuidui.

Afferuntur nonnullæ rōnes cur aliqua indiuidua diutiùs alijs viuant.

ARTICVLVS IV.

Afferuntur, & soluuntur arg. Aduers.

SEd contra hæc obijcitur primò, quia sunt varij termini iuxta varias cōplexiones s. sanguineam, vel colericam, sed vna cōplexio sępè mutatur in aliā, vt patet. 16

Confir. quia per artem medicicinæ pòtest vita prolongari, vt dicunt medici, & Arist. lib. de morte; ita refert Sax. dici, Aristotelem, dum expiraret, habuisse pomũ, cuius odore vita eius fuit prolongata, quod si non habuisset, citiùs interijsset.

Respondeo hoc argumentum petere difficultatem, an per artem medicinæ possit vita produci in æternum. Qua in re primò constat, non posse per artem medicinæ mortem effugi, quia humidum naturale nunquam potest redigi ad illam puritatem, quam priùs habuit, vnde continuè ex reactione debilitatur, cuius rei inquit Gal. lib. de marasmo c. 2. nulla euidens ratio adduci potest, nisi experimentum, quod inquit Vallef. lib. 9. controuer. c. 1. oritur ex imbecillitate nostri intellectus, non ex rei contingentia, nam quod perpetuò fit, & ex lege naturę, necessariò fit, quare eius necessaria erit causa. Auic. tamen fen. 1. c. de temperamentis reddit rationem quod calor post tempus consistentiæ minorari incipit, nam aer continens exiccat materiã caloris naturalis, & caloris innati, cũ labores, & cibus etiam, qui duobus modis adiuuãt extinctionem: primò suffocando, & tegendo: secundò qualitatem contrariam humore flegmatico, qui frigidus est. In qua ratione videtur omnes causas collegisse. Sed Respondetur primò, res non naturales, vt victus, & aer deputari possunt, quare hæc non magis corrumpunt, quàm conseruant.

Mors per artem effugi medicam nequit.

Rationem necessariæ mortis reddit Auic.

Reijcitur Auicenna.

17 Secundò quod dicitur de diminutione caloris suspectum videtur, nam Auic. cum Hippo. Arist. & Platone videtur sentire, calorem nostrum consumentem humorẽ proprium esse causam efficientem mortis: vt ignis consumit propriam materiam, itaque seipsum conficit, quibus repugnat Gal. lib. de marcore c. 3. nam calor naturalis est principium conseruans, & augens sibi subiectum corpus; ergo nõ est vt ignis principium corruptionis, nam calor naturalis non vrit, neque absumit, sed concoquit, & auget; quare si ex media, & alia ratione non fit igneus non consumit membra, sed cum cõsumit iã factus est igneus, vt febrilis calor: non tamen hic Gal. benè deduxit mortis naturalis non esse euidentẽ rationem, quia licet calor naturalis non consumat, consumitur tamen nostra substantia à calore innaturali, qui fit à potu, cibo, exercitatione, medicamentis, & ex alijs alterantibus; quare, si quod deperditur non restauratur secundùm æqualitatẽ saltem, necesse est mori animal, vel defectu materiæ, vel intemperie. De qua re lib. de longitudine, & breuitate vitæ dicemus; interim videndus Auic. 1. d. 4. cap. 1. Gal. lib. 1. 5. & 6. de sanitate tuenda lib. de marasmo c. 5. Hali. in lib. 3. artis paruæ com. 213. Plusquamcom. l. 3. com. 86. in fine. Concil. diff. 113. Forl. in Auic. q. 30. 31. 32. 33. & 34. Gentil. 1. p. dist. 3. c. 3. dub. 26. Valeriola lib. 5. de locis cõmun. c. 19. Vall. 6. controu. c. 1. quia omnes dicunt, semper humidum restaurari siccius quàm priùs, sicut etiam membra sunt sicciora, vnde minùs apta ad viuendum, & licèt humidum restauratum sit melius humido vitiato qualitatiuè, non tamen est substantificè, idest quàm esset, si persisteret in prima naturali dispositione.

Reijcitur Galenus deducens, non esse euidentem rationẽ mortis naturalis.

18 Dico 2. posse vitam infra certum terminum produci patet, quia cum quis laborat febri, nisi medicamentum adhibeatur interit.

Potest vita produci infra aliquod tempus.

Confirm. quia sanitas amissa recuperari potest per artem, vt Galen. lib. 1. de sanit. tuenda ostendit.

Confirm. 2. quia ex cibis iuxta regulas medicinæ sumptis melius restauratur, quã si sine illius legibus viueretur, quod fieri nequit sine prorogatione vitæ, de qua re plura Gal. Concil. Plusquamcom. & alij supra citati. Arist. 4. de Gen. animal. c. vlt. Vnde Plinius lib. 27. c. 24. refert, Pallonẽ excedentem centesimum annum, Augustino quærenti qua ratione illum corporis vigorem custodisset, Respondisse intus mulso, foris oleo. Ex quo patet, rectè Cõciliatorem dixisse §. propter quartum, vitã non solùm accidentalem, sed etiam naturalem posse propagari vsque ad certum terminum: nam humidum potest perfectè restaurari, vt diff. 112. ostendit. Calor etiã potest contemperari, ne humidum consumendo siccitatem, & frigiditatem corpori inducat. Secundò quia naturalis complexio potest permutari, vt differentia 22. ostendit; ergo. Tertio quia potest obuiari calori extraneo humidum exiccanti, quod ex Arist. 2. de Gener. t. 17. & 58. & 4. de Gener. animal. cap. 10. colligit.

Prorogatur ratione cibi iuxta regulas medicinæ sumpti, & ex alijs causis.

19 Confir. 4. ex locis continentibus, quia in India diutiùs viuitur, quàm in Æthiopia; potest igitur Æthiops ex Æthiopia in Indiam proficisci. Quintò vita potest abbreuiari; ergo. nam dato vno oppositorum &c. 2. cœl. 18. Videndus Buccaf. qui

optimè

optimè disputat pænes quid in spiritibus attendatur maior duratio in viuentibus sumi ex magnitudine caloris, & humidi in corde, & horum proportione, nam si calor multum excedit humidum, citò corrumpetur, & ita dicitur de plantis. Et ex his patet ad argumenta.

Quomodo periodus debita vni indiuiduo mutetur in periodum debitã alteri.

Ad primum inde fieri, vt periodus debita indiuiduo ratione vnius complexionis, mutetur in periodum debitam alteri complexioni; nunquam tamen fit, vt viuat vltra periodum debitam complexioni, quæ tunc est in corpore. Et inde patet, ad confirmationem; non enim transilitur terminus debitus, si nullus fiat in viuendo error, sed per artem emendantur errores, vt indiuiduum quàm maximè accedat ad terminum cõstitutum. Et hinc patet ad illud de pomo Arist. de qua re videndus omnino Mars.2. id erat ex virtute supernaturali pomo concessa, vt Mars.

20 Alij 3. communiter dicunt, esse virtutẽ naturalem, quia restaurabatur humidum radicale pro certo tempore, quo transacto necessarium erat iterum ex illo comedere; nam vna commestio non erat sufficiens, cũ in pomo sit virtus finita, quare non nisi finitam virtutem addere poterat, quare tandem superari poterat à calore, atque adeo consumi, de qua re D.Th.1.p.q.95 & 97. & 12.q.85.art.5.& 6.& 22.q.164.ar.1.& Magister 2.d.19.vbi Durand. Scotus, & alij. Perer. in Gen.2.disp. de Arbore Vitæ. q.3.& 4.

Dices: Materia debet proportionari formæ, & hæc suo fini: sed tam forma hominis, quam finis est perpetuus; ergo.

Qua ratione sit mors homini debita.

Respondetur ex D.Thom.12.q.85.ar. 5.& 6. Homo potest dupliciter considerari primò secundùm principia essentialia, & mors homini est naturalis ex parte corporis, qui cum sit organicum, necessariò est corruptibile, & ideo mors est homini naturalis, quia necessariò consequitur ex necessitate materiæ: sicut ferræ quod sit ferrea conuenit ratione formæ, & finis, quod contrahat rubiginem conuenit necessitate materiæ, non quod forma illam per se requirat. Secundò potest considerari secũdùm primum instrumentum, ita mors non est illi naturalis, sed consequuta est in pæ, nam peccati, nam Deus tribuerat incorruptibilitatem, quia licèt corpori naturaliter non deberetur, tamen erat quodammodo naturalis ex ordine ad finem.

31 Secundò obijcitur, nam ignis in sua sphæra non corrumpitur. Similiter lumen solis in sua sphæra.

Confir. quia si aliqua haberent determinatam periodum, haberent aliquam potẽtiam ad durandum: quare aliqua potentia requireretur ad durationem, quod esse falsum patet, nam quæ infinito tempore durant, haberent potentiam infinitam. De his vide Mars. præcipuè an accidentia habeant determinatam periodum, vbi ait, in accidentibus, quæ ex defectu conseruantis corrumpuntur, non esse determinatam periodum, si causæ sunt perpetuæ, quia si ponantur causæ conseruantes perpetuæ, etiã erunt perpetua accidentia, quod si accidẽs aliquando est, aliquando non est, haber determinatam periodum. Vide ipsum, & Tolet. quæst.12.

DVBITATIO VI.

An generationes, & corruptiones sint perpetuæ, & an corruptio vnius sit generatio alterius.

De hac Ruuius quæst. 3. Conimbr. q.17. Hurt. d.1.§.53. 3

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Dupliciter generatio dicitur perpetua.

Primò Not. dupliciter generationem posse dici perpetuam: primò propriè, quod scilicet est semper sine interruptione: secundò improprìè pro eo quod ante quodlibet tempus fuit, & post quodlibet tempus erit, quod dicitur perpetuum interceisè.

Perpetuum dupliciter accipitur.

2. Not. Perpetuum adhuc dupliciter posse sumi: primò, quod est semper, & omni tempore, dum est tempus, quomodo etiam secundùm fidem concedi potest, generationem esse perpetuam, quia semper dum fuit tempus, fuit generatio: quare non valet, ante creationem non fuit generatio; ergo non fuit semper, quia ly *semper* distribuit: quare distinguit, dum fuit tempus: vnde generatio semper fuit, dum fuit tempus. Secundò perpetuũ dicitur, quod fuit in infinitis instantibus, quorum quodlibet distat ab alio per partes æquales infinitas, & hoc modo negamus de fide, generationem esse perpetuam, & contendit Aristot. esse perpetuam 2.de Gener. à t.56. vbi cau-

Confir. quia per artem medicicinæ potest vita prolongari, vt dicunt medici, & Arist. lib. de morte; ita refert Sax. dici, Aristotelem, dum expiraret, habuisse pomū, cuius odore vita eius fuit prolongata, quod si non habuisset, citiùs interijsset.

Mors p artem effugi medicam nequit.

Respondeo hoc argumentum petere difficultatem, an per artem medicinæ possit vita produci in æternum. Qua in re primò constat, non posse per artem medicinæ mortem effugi, quia humidum naturale nunquam potest redigi ad illam puritatem, quam priùs habuit, vnde continuè ex reactione debilitatur, cuius rei inquit Gal. lib. de marasmo c. 2. nulla euidens ratio adduci potest, nisi experimentum, quod inquit Valles. lib. 9. controuer. c. 1. oritur ex imbecillitate nostri intellectus, non ex rei contingentia, nam quod perpetuò fit, & ex lege naturæ, necessariò fit, quare eius necessaria erit causa. Auic. tamen fen. 1. c. de temperamentis reddit rationem quod calor post tempus consistentiæ minorari incipit, nam aer continens exiccat materiā caloris naturalis, & caloris innati, tū labores, & cibus etiam, qui duobus modis adiuuāt extinctionem; primò suffocando, & tegendo: secundò qualitatem contrariam humore flegmatico, qui frigidus est. In qua ratione videtur omnes causas collegisse. Sed Respondetur primò, res non naturales, vt victus, & aer deuitari possunt, quare hæc non magis corrumpunt, quàm conseruant.

Rationem necessariæ mortis reddit Auic.

Reijcitur Auicenna.

17 Secundò quod dicitur de diminutione caloris suspectum videtur, nam Auic. cum Hippoc. Arist. & Platone videtur sentire, calorem nostrum consumentem humorē proprium esse causam efficientem mortis: vt ignis consumit propriam materiam, itaque seipsum conficit, quibus repugnat Gal. lib. de marcore c. 3. nam calor naturalis est principium conseruans, & augens sibi subiectum corpus; ergo nō est vt ignis principium corruptionis, nam calor naturalis non vrit, neque absumit, sed concoquit, & auget; quare si ex media, & alia ratione non fit igneus non consumit membra, sed cum cōsumit iā factus est igneus, vt febrilis calor: non tamen hic Gal. benè deduxit mortem naturalem non esse euidentē rationem, quia licet calor naturalis non consumat, consumitur tamen nostra substantia à calore innaturali, qui fit à potu, cibo, exercitatione, medicamentis, & ex alijs alterantibus; quare, si quod deperditur non restauratur secundùm æqualitatē saltem, necesse est mori animal, vel defectu materiæ, vel intemperie. De qua re lib. de longitudine, & breuitate vitæ dicemus; interim videndus Auic. 1. d. 4. cap. 1. Gal. lib. 1. 5. & 6. de sanitate tuenda lib. de marasmo c. 5. Hali. in lib. 3. artis paruæ com. 213. Plusquamcom. l. 3. com. 86. in fine. Concil. diff. 113. Forl. in Auic. q. 30. 31. 32. 33. & 34. Gentil. 1. p. dist. 3. c. 3. dub. 26. Valeriola lib. 5. de locis cōmun. c. 19. Vall. 6. controu. c. 1. quia omnes dicunt, semper humidum restaurari siccius quàm priùs, sicut etiam membra sunt ficciora, vnde minùs apta ad viuendum, & licèt humidum restauratum sit melius humido vitiato qualitatiuè, non tamen est substantificè, idest quàm esset, si persisteret in prima naturali dispositione.

Reijcitur Galenus deducens, non esse euidentem rationē mortis naturalis.

Dico 2. posse vitam infra certum terminum produci patet, quia cum quis laborat febri, nisi medicamentum adhibeatur interit. 18

Potest vita produci infra aliquod tempus.

Confirm. quia sanitas amissa recuperari potest per artem, vt Galen. lib. 1. de sanit. tuenda ostendit,

Confirm. 2. quia ex cibis iuxta regulas medicinæ sumptis melius restauratur, quā si sine illius legibus viueretur, quod fieri nequit sine prorogatione vitæ, de qua re plura Gal. Concil. Plusquamcom. & alij supra citati. Arist. 4. de Gen. animal. c. vlt. Vnde Plinius lib. 27. c. 24. refert, Pallonē excedentem centesimum annum, Augustino quærenti qua ratione illum corporis vigorem custodisset, Respondisse intus mulso, foris oleo. Ex quo patet, rectè Cōciliatorem dixisse 5. propter quartum, vitā non solùm accidentalem, sed etiam naturalem posse propagari vsque ad certum terminum nam humidum potest perfectè restaurari, vt diff. 112. ostendit. Calor etiā potest contemperari, ne humidum consumendo siccitatem, & frigiditatem corpori inducat. Secundò quia naturalis complexio potest permutari, vt differentia 22. ostendit; ergo. Tertio quia potest obuiari calori extraneo humidum exiccanti, quod ex Arist. 2. de Gener. t. 17. & 58. & 4. de Gener. animal. cap. 10. colligit.

Prorogatur ratione cibi iuxta regulas medicinæ sumpti, & ex alys causis.

Confir. 4. ex locis continentibus, quia in India diutiùs viuitur, quàm in Æthiopia; potest igitur Æthiops ex Æthiopia in Indiam proficisci. Quintò vita potest abbreuiari; ergo. nam dato vno oppositorum &c. 2. cœl. 18. Videndus Buccaf. qui 19

optimè

optimè disputat pænes quid in spiritibus attendatur maior duratio in viuentibus sumi ex magnitudine caloris, & humidi in corde, & horum proportione, nam si calor multum excedit humidum, citò corrumpetur, & ita dicitur de plantis. Et ex his patet ad argumenta.

Quomodo periodus debita vni indiuiduo mutetur in periodum debitā alteri.

Ad primum inde fieri, vt periodus debita indiuiduo ratione vnius complexionis, mutetur in periodum debitam alteri complexioni; nunquam tamen fit, vt viuat vltra periodum debitam complexioni, quæ tunc est in corpore. Et inde patet, ad confirmationem; non enim transilitur terminus debitus, si nullus fiat in viuendo error, sed per artem emendantur errores, vt indiuiduum quàm maximè accedat ad terminum cōstitutum. Et hinc patet ad illud de pomo Arist. de quare videndus omnino Marf. 2. id erat ex virtute supernaturali pomo concessā, vt Marf.

20 Alij 3. communiter dicunt, esse virtutē naturalem, quia restaurabatur humidum radicale pro certo tempore, quo transacto necessarium erat iterum ex illo comedere; nam vna commestio non erat sufficiens, cū in pomo sit virtus finita, quare non nisi finitam virtutem addere poterat, quare tandem superari poterat à calore, atque adeo consumi, de qua re D. Th. 1. p. q. 95 & 97. & 12. q. 85. art. 5. & 6. & 22. q. 164. ar. 1. & Magister 2. d. 19. vbi Durand. Scotus, & alij. Peter. in Gen. 2. disp. de Arbore Vitæ. q. 3. & 4.

Dices: Materia debet proportionari formæ, & hæc suo fini: sed tam forma hominis, quam finis est perpetuus; ergo.

Qua ratione sit mors homini debita.

Respondetur ex D. Thom. 12. q. 85. ar. 5. & 6. Homo potest dupliciter considerari: primò secundùm principia essentialia, & mors homini est naturalis ex parte corporis, qui cum sit organicum, necessariò est corruptibile, & ideo mors est homini naturalis, quia necessariò consequitur ex necessitate materiæ: sicut ferræ quod sit ferrea conuenit ratione formæ, & finis, quod contrahat rubiginem conuenit necessitate materiæ, non quod forma illam per se requirat. Secundò potest considerari secūdùm primum instrumentum, ita mors non est illi naturalis, sed consequuta est in pæ. nam peccati, nam Deus tribuerat incorruptibilitatem, quia licèt corpori naturaliter non deberetur, tamen erat quodammodo naturalis ex ordine ad finem.

21 Secundò obijcitur, nam ignis in sua sphæra non corrumpitur. Similiter lumen solis in sua sphæra.

Confir. quia si aliqua haberent determinatam periodum, haberent aliquam potētiam ad durandum: quare aliqua potentia requireretur ad durationem, quod esse falsum patet, nam quæ infinito tempore durant, haberent potentiam infinitam. De his vide Marf. præcipuè an accidentia habeant determinatam periodum, vbi ait in accidentibus, quæ ex defectu conseruantis corrumpuntur, non esse determinatam periodum, si causæ sunt perpetuæ, quia si ponantur causæ conseruantes perpetuæ, etiā erunt perpetua accidentia, quod si accidēs aliquando est, aliquando non est, habet determinatam periodum. Vide ipsum, & Tolet. quæst. 12.

DVBITATIO VI.

An generationes, & corruptiones sint perpetuæ, & an corruptio vnius sit generatio alterius.

De hac Ruuius quæst. 3. Conimbr. q. 17. Hurt. d. 1. s. 53.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Dupliciter generatio dicitur perpetua.

Primò Not. dupliciter generationem posse dici perpetuam, primò propriè, quod scilicet sit semper sine interruptione: secundò impropriè pro eo quod ante quodlibet tempus fuit, & post quodlibet tempus erit, quod dicitur perpetuum interceisè.

Perpetuum dupliciter accipitur.

2. Not. Perpetuum adhuc dupliciter posse sumi: primò, quod est semper, & omni tempore, dum est tempus, quomodo etiam secundùm fidem concedi potest, generationem esse perpetuam, quia semper dum fuit tempus, fuit generatio: quare non valet, ante creationem non fuit generatio; ergo non fuit semper, quia ly *semper* distribuit: quare distinguit, dum fuit tempus: vnde generatio semper fuit, dum fuit tempus. Secundò perpetuū dicitur, quod fuit in infinitis instantibus, quorum quodlibet distat ab alio per partes æquales infinitas, & hoc modo negamus de fide, generationem esse perpetuam, & contendit Aristot. esse perpetuam 2. de Gener. à t. 56. vbi cau-

 sas

Confir. quia per artem medicicinæ potest vita prolongari, vt dicunt medici, & Arist. lib. de morte; ita refert Sax. dici, Aristotelem, dum expiraret, habuisse pomū, cuius odore vita eius fuit prolongata, quod si non habuisset, citiùs interijsset.

Mors per artem effugi medicam nequit.

Respondeo hoc argumentum petere difficultatem, an per artem medicinæ possit vita produci in æternum. Qua in re primò constat, non posse per artem medicinæ mortem effugi, quia humidum naturale nunquam potest redigi ad illam puritatem, quam priùs habuit, vnde continuè ex reactione debilitatur, cuius rei inquit Gal. lib. de marasmo c. 2. nulla euidens ratio adduci potest, nisi experimētum, quod inquit Valles. lib. 9. controuer. c. 1. oritur ex imbecillitate nostri intellectus, non ex rei contingentia, nam quod perpetuò fit, & ex lege naturę, necessariò fit, quare eius necessaria erit causa. Auic. tamen sent. 1. c. de temperamentis reddit rationem quod calor post tempus consistentiæ minorari incipit, nam aer continens exiccat materiā caloris naturalis, & caloris innati, tū labores, & cibus etiam, qui duobus modis adiuuāt extinctionem; primò suffocando, & tegendo: secundò qualitatem contrariam humore flegmatico, qui frigidus est. In qua ratione videtur omnes causas collegisse. Sed Respondetur primò, res non naturales, vt victus, & aer deuitari possunt, quare hæc non magis corrumpunt, quàm conseruant.

Rationem necessariæ mortis reddit Auic.

Reijcitur Auicenna.

17 Secundò quod dicitur de diminutione caloris suspectum videtur, nam Auic. cum Hippoc. Arist. & Platone videtur sentire, calorem nostrum consumentem humorē proprium esse causam efficientem mortis: vt ignis consumit propriam materiam, itaque seipsum conficit, quibus repugnat Gal. lib. de marcore c. 3. nam calor naturalis est principium conseruans, & augens sibi subiectum corpus; ergo nō est vt ignis principium corruptionis, nam calor naturalis non vrit, neque absumit, sed concoquit, & auget; quare si ex inedia, & alia ratione non fit igneus non consumit membra, sed cum cōsumit iā factus est igneus, vt febrilis calor: non tamen hic Gal. benè deduxit mortis naturalis non esse euidentē rationem, quia licet calor naturalis non consumat, consumitur tamen nostra substantia à calore innaturali, qui fit à potu, cibo, exercitatione, medicamentis, & ex alijs alterantibus; quare, si quod deperditur non restauratur secundùm æqualitatē saltem, necesse est mori animal, vel defectu materiæ, vel intemperie. De qua re lib. de longitudine, & breuitate vitæ dicemus; interim videndus Auic. 1. d. 4. cap. 1. Gal. lib. 1. 5. & 6. de sanitate tuenda lib. de marasmo c. 5. Hali. in lib. 3. artis paruæ com. 213. Plusquamcom. l. 3. com. 86. in fine. Concil. diff. 113. Forl. in Auic. q. 30. 31. 32. 33. & 34. Gentil. 1. p. dist. 3. c. 3. dub. 26. Valeriola lib. 5. de locis cōmun. c. 19. Vall. 6. controu. c. 1. quia omnes dicunt, semper humidum restaurari siccius quàm priùs, sicut etiam membra sunt sicciora, vnde minùs apta ad viuendum, & licèt humidum restauratum sit melius humido viciato qualitatiuè, non tamen est substantificè, idest quàm esset, si persisteret in prima naturali dispositione.

Reijcitur Galenus deducens, non esse euidentem rationē mortis naturalis.

Dico 2. posse vitam infra certum terminum produci patet, quia cum quis laborat febri, nisi medicamentum adhibeatur interit. 18

Potest vita produci infra aliquod tempus.

Confirm. quia sanitas amissa recuperari potest per artem, vt Galen. lib. 1. de sanit. tuenda ostendit.

Confirm. 2. quia ex cibis iuxta regulas medicinæ sumptis meliùs restauratur, quā si sine illius legibus viueretur, quod fieri nequit sine prorogatione vitæ, de qua re plura Gal. Concil. Plusquamcom. & alij supra citati. Arist. 4. de Gen. animal. c. vlt. Vnde Plinius lib. 27. c. 24. refert, Pollionē excedentem centesimum annum, Augustino quærenti qua ratione illum corporis vigorem custodisset, Respondisse intus mulso, foris oleo. Ex quo patet, rectè Cōciliatorem dixisse 5. propter quartum, vitā non solùm accidentalem, sed etiam naturalem posse propagari vsque ad certum terminum; nam humidum potest perfectè restaurari, vt diff. 152. ostendit. Calor etiā potest contemperari, ne humidum consumendo siccitatem, & frigiditatem corpori inducat. Secundò quia naturalis complexio potest permutari, vt differentia 22. ostendit; ergo. Tertio quia potest obuiari calori extraneo humidum exiccanti, quod ex Arist. 2. de Gener. t. 57. & 58. & 4. de Gener. animal. cap. 10. colligit.

Prorogatur ratione cibi iuxta regulas medicinæ sumpti, & ex alijs causis.

Confir. 4. ea locis continentibus, quia in India diutiùs viuitur, quàm in Æthiopia; potest igitur Æthiops ex Æthiopia in Indiam proficisci. Quintò vita potest abbreuiari; ergo. nam dato vno oppositorum &c. 2. cœl. 18. Videndus Buccaf. qui 19

optimè

optimè disputat pæne quid in spiritibus attendatur maior duratio in viuentibus sumi ex magnitudine caloris, & humidi in corde, & horum proportione, nam si calor multum excedit humidum, citò corrumpetur, & ita dicitur de plantis. Et ex his patet ad argumenta.

Quomodo periodus debita vni indiuiduo mutetur in periodum debitā alteri.

Ad primum inde fieri, vt periodus debita indiuiduo ratione vnius complexionis, mutetur in periodum debitam alteri complexioni; nunquam tamen fit, vt viuat vltra periodum debitam complexioni, quæ tunc est in corpore. Et inde patet, ad confirmationem; non enim transilitur terminus debitus, si nullus fiat in viuendo error, sed per artem emendantur errores, vt indiuiduum quàm maximè accedat ad terminum cõstitutum. Et hinc patet ad illud de pomo Arist. de qua te videndus omnino Marſ.2. id erat ex virtute ſupernaturali pomo conceſſa, vt Marſ.

20 Alij 3. communiter dicunt, eſſe virtutē naturalem, quia restaurabatur humidum radicale pro certo tempore, quo transacto neceſſarium erat iterum ex illo comedere; nam vna comestio non erat sufficiens, cū in pomo sit virtus finita, quare non niſi finitam virtutem addere poterat, quare tandem superari poterat à calore, atque adeo consumi, de qua te D.Th. 1.p.q.95 & 97. & 12.q.85.art.5.& 6.& 22.q.164.ar.1.& Magiſter 2.d.19. vbi Durand. Scotus, & alij. Peret. in Gen.2. diſp. de Arbore Vitæ, q.3.& 4.

Dices: Materia debet proportionari formæ, & hæc ſuo fini: ſed tam forma hominis, quam finis eſt perpetuus; ergo.

Qua ratione ſit mors homini debita.

Reſpondetur ex D.Thom. 12.q.85.ar. 5.& 6. Homo poteſt dupliciter conſiderari: primò ſecundùm principia eſſentialia, & mors homini eſt naturalis ex parte corporis, qui cum ſit organicum, neceſſariò eſt corruptibile, & ideo mors eſt homini naturalis, quia neceſſariò conſequitur ex neceſſitate materiæ: ſicut ferræ quod ſit ferrea conuenit ratione formæ, & finis, quod contrahat rubiginem conuenit neceſſitate materiæ, non quod forma illam per ſe requirat. Secundò poteſt conſiderari ſecūdùm primum inſtrumentum, ita mors non eſt illi naturalis, ſed conſequuta eſt in pœnam peccati, nam Deus tribuerat incorruptibilitatem, quia licèt corpori naturaliter non deberetur, tamen erat quodammodo naturalis ex ordine ad finem.

21 Secundò obijcitur, nam ignis in ſua ſphæra non corrumpitur. Similiter lumen ſolis in ſua ſphæra.

Confir. quia ſi aliqua haberent determinatam periodum, haberent aliquam potētiam ad durandum: quare aliqua potentia requireretur ad durationem, quod eſſe falſum patet, nam quæ infinito tempore durant, haberent potentiam infinitam. De hic vide Marſ. præcipuè an accidentia habeant determinatam periodum, vbi ait in accidentibus, quæ ex defectu conſeruantis corrumpuntur, non eſſe determinatam periodum, ſi cauſæ ſunt perpetuæ, quia ſi ponantur cauſæ conſeruantes perpetuæ, etiā erunt perpetua accidentia, quod ſi accidēs aliquando eſt, aliquando non eſt, habet determinatam periodum. Vide ipſum, & Tolet. quæſt. 18.

DVBITATIO VI.

An generationes, & corruptiones ſint perpetuæ, & an corruptio vnius ſit generatio alterius.

De hac Ruuius quæſt. 3. Conimbr. q.17. Hurt. d.1.ſ.53. 3

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.

Dupliciter generatio dicitur perpetua.

Primò Not. dupliciter generationem poſſe dici perpetuam: primò propriè, quod ſcilicet eſt ſemper ſine interruptione: ſecundò impropriè pro eo quod ante quodlibet tempus fuit, & poſt quodlibet tempus erit, quod dicitur perpetuum interceſè.

Perpetuum dupliciter accipitur.

2. Not. Perpetuum adhuc dupliciter poſſe ſumi: primò, quod eſt ſemper, & omni tempore, dum eſt tempus, quo modo etiam ſecundùm fidem concedi poteſt, generationem eſſe perpetuam, quia ſemper dum fuit tempus, fuit generatio: quare non valet, ante creationem non fuit generatio; ergo non fuit ſemper, quia ly *ſemper* diſtribuit: quare diſtinguit, dum fuit tempus: vnde generatio ſemper fuit, dum fuit tempus. Secundò perpetuū dicitur, quod fuit in infinitis inſtantibus, quorum quodlibet diſtat ab alio per partes æquales infinitas, & hoc modo negamus de fide, generationem eſſe perpetuam, & contendit Ariſtot. eſſe perpetuam 2.de Gener. à t.56. vbi cau-

optimè disputat pænes quid in spiritibus attendatur maior duratio in viuentibus sumi ex magnitudine caloris, & humidi in corde, & horum proportione, nam si calor multum excedit humidum, citò corrumpetur, & ita dicitur de plantis. Et ex his patet ad argumenta.

Quomodo periodus debita vni indiuiduo mutetur in periodum debitā alteri.

Ad primum inde fieri, vt periodus debita indiuiduo ratione vnius complexionis, mutetur in periodum debitam alteri complexioni; nunquam tamen fit, vt viuat vltra periodum debitam complexioni, quæ tunc est in corpore. Et inde patet, ad confirmationem; non enim transilitur terminus debitus, si nullus fiat in viuendo error, sed per artem emendantur errores, vt indiuiduum quàm maximè accedat ad terminum cōstitutum. Et hinc patet ad illud de pomo Arist. de qua re videndus omnino Mars. 2. id erat ex virtute supernaturali pomo concessa, vt Mars.

20 Alij 3. communiter dicunt, esse virtutē naturalem, quia restaurabatur humidum radicale pro certo tempore, quo transacto necessarium erat iterum ex illo comedere; nam vna commestio non erat sufficiens, cū in pomo sit virtus finita, quare non nisi finitam virtutem addere poterat, quare tandem superari poterat à calore, atque adeo consumi, de qua re D. Th. 1. p. q. 95 & 97. & 12. q. 85. art. 5. & 6. & 22. q. 164. ar. 1. & Magister 2. d. 19. vbi Durand. Scotus, & alij. Peret. in Gen. 2. disp. de Arbore Vitæ. q. 3. & 4.

Dices: Materia debet proportionari formæ, & hæc suo fini: sed tam forma hominis, quam finis est perpetuus; ergo.

Qua ratione sit mors homini debita.

Respondetur ex D. Thom. 12. q. 85. ar. 5. & 6. Homo potest dupliciter considerari: primò secundùm principia essentialia, & mors homini est naturalis ex parte corporis, qui cum sit organicum, necessariò est corruptibile, & ideo mors est homini naturalis, quia necessariò consequitur ex necessitate materiæ: sicut ferræ quod sit ferrea conuenit ratione formæ, & finis, quod contrahat rubiginem conuenit necessitate materiæ, non quod forma illam per se requirat. Secundò potest considerari secūdùm primum instrumentum, ita mors non est illi naturalis, sed consequuta est in pœnam peccati, nam Deus tribuerat incorruptibilitatem, quia licèt corpori naturaliter non deberetur, tamen erat quodammodo naturalis ex ordine ad finem.

21 Secundò objicitur, nam ignis in sua sphæra non corrumpitur. Similiter lumen solis in sua sphæra.

Confir. quia si aliqua haberent determinatam periodum, haberent aliquam potētiam ad durandum: quare aliqua potentia requireretur ad durationem, quod esse falsum patet, nam quæ infinito tempore durant, haberent potentiam infinitam. De his vide Mars. præcipuè an accidentia habeant determinatam periodum, vbi ait in accidentibus, quæ ex defectu conseruantis corrumpuntur, non esse determinatam periodum, si causæ sunt perpetuæ, quia si ponantur causæ conseruantes perpetuæ, etiā erunt perpetua accidentia, quod si accidēs aliquando est, aliquando non est, habet determinatam periodum. Vide ipsum, & Tolet. quæst. 12.

DVBITATIO VI.

An generationes, & corruptiones sint perpetuæ, & an corruptio vnius sit generatio alterius.

De hac Ruuius quæst. 3. Conimbr. q. 17. Hurt. d. 1. s. 53. 1

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Dupliciter generatio dicitur perpetua.

Primò Not. dupliciter generationem posse dici perpetuam, primò propriè, quod scilicet est semper sine interruptione: secundò impropriè pro eo quod ante quodlibet tempus fuit, & post quodlibet tempus erit, quod dicitur perpetuum interceptè.

Perpetuum dupliciter accipitur.

2. Not. Perpetuum adhuc dupliciter posse sumi: primò, quod est semper, & omni tempore, dum est tempus, quomodo etiam secundùm fidem concedi potest, generationem esse perpetuam, quia semper dum fuit tempus, fuit generatio: quare non valet, ante creationem non fuit generatio; ergo non fuit semper, quia ly *semper* distribuit: quare distinguit, dum fuit tempus: vnde generatio semper fuit, dum fuit tempus. Secundò perpetuū dicitur, quod fuit in infinitis instantibus, quorum quodlibet distat ab alio per partes æquales infinitas, & hoc modo negamus de fide, generationem esse perpetuam, & contendit Aristot. esse perpetuam 2. de Gener. à t. 56. vbi cau-

sas huius rei dicit esse perpetuitatem motus solis per Zodiacũ, quod etiam 8. phys. 55. & 56. & 77. ostendit. vbi Sotus q. 1. & 2. & D. Thom. 1. p. q. 45. ar. 1. & 2. vbi Ban.

2 Confirm. idem Aristoteles ex appetitu, quem habent res, vt seipsas conseruent: nã natura semper desiderat quod melius est; quare cum res corruptibiles non possint seipsis existere, Deus compleuit totum dando eis vim generandi.

Dubitatur de mente Arist. circa perpetuitatem generationis.

Sed adhuc secundùm Aristotelem dubitari potest, an intelligat quod vna numero generatio sit perpetua. Secundò an in specie: tertiò an continuè sine intermissione, an verò intercisè. Pro quarum dubitationum explicatione.

Quomodo vna numero generatio possit esse ꝑpetua.

3 Not. 3. fieri pôt, vt vna numero generatio sit perpetua sine intercisione, vt si in lampade ignis continuè arderet, & esset generatio ignis; quod de facto dicunt contingere sub polis Mundi vbi continuè generatur aqua in media illius aeris regione; Neque tamen hæc generatio esset vna numero vnitate intrinsecea, & propria, sed extrinseca per continuitatem successiuam, vt cometa dicitur vnus numero, quia continuò admiscetur noua materia, & huiusmodi generationem dicunt posse conuenire mixtis imperfectis, vel elementis; non autẽ perfectis, quia hæc non possunt ita generari per continuam successionem, & licèt non implicet, vt prima pars proportionalis mixti hodie producatur, & cras secunda, & sic in infinitum; tamen naturaliter id non contingit. Hæc autem licèt sint vera, non tamen intenduntur ab Aristotele: sed Arist. intendit esse generationes perpetuas secundùm speciem, quia semper corrupto vno indiuiduo, generatur aliud, neque vnquam erit finis: neque intendit quod generationes sint sine intercisione, sed cum intermissione, nam facta generatione vnius rei, cessat motus, quę res durat per aliquod tempus. Vult igitur solùm Aristoteles, generationes esse perpetuas in specie, ratione quarum datur circulus; non tamen datur circulus in indiuiduis, nam idem numero non potest reparari; sed putat esse progressum in infinitum secundũ rectam lineã.

Arist. intendit de perpetuitate secũdùm speciẽ.

4 Quæ Arist. doctrina repugnat fidei, & veritati & fortasse etiam à parte ante non potest esse dependentia vnius ab infinitis causis per se etiam accidentaliter subordinatis, vt alibi disputauimus. Videndus est Sax. q. 6. & Mart. q. 16. Venet. in summ. c. 19. & 20. Æg. d. q. 19. Quare solùm explicanda est illa propositio, qua ratione generatio vnius sit corruptio alterius: quã Arist. 1. de Gener. t. 17. pronuntiauit soluens argumentum, quo probabat, generationem non esse perpetuam, nam quod corrumpitur, vel in ens, & non, quia esset; vel in non ens corrumpitur, & neque, quia iam continuis corruptionibus Mundus esset finitus. Neq; dicas, esse infinitam naturã, ex qua licèt corrumpatur semper pars, sẽper tamẽ manet aliud; quia nõ datur infinitum in actu, sed in potentia, & diuisione. Neque dicas, fieri ablationem materiæ per partes proportionales; nam videmus sæpè magnam molem aeris conuersam in paruam aquæ, vnde inquit ex finita materia non potest esse perpetua generatio, & corruptio, quia generatio vnius est corruptio alterius, & contra, ita vt in corrupto semper remaneat materia, ex qua alterum generatur, quod etiam 3. phys. 73. docuit. De qua propositione Tolet. qu. 3. Bann. q. 4. Georg. qu. 1. dubit. 3. Baccal. in t. 17. d. 2. Mart. q. 5. Sax. qu. 4. Cuius propositionis varius affertur sensus.

Soluitur argumentum ob Aristot. quo generationem perpetuam nõ esse ostẽdit.

Primus est Veneti hìc, qui dicit sensum esse formalem; sed facilè confutatur, quia respectu eiusdem cum sint motus oppositi 5. phys. 55. id nulla ratione fieri potest; respectu verò diuersarum formarum iam habẽt distinctos terminos; nõ igitur vnus motus formaliter est nisi in subiecto, vt albedo, & dulcedo in lacte: neque est necessarium, omnes propositiones Aristot. intelligi formaliter, vt patet in his: Eclypsis est interpositio terræ; Putrefactio est corruptio caloris; Sentire est pati. Quæ omnes propositiones sunt veræ in sensu causali, vt hæc intelligitur, vt benè Scotus 3. d. 4. q. 1. & 4. d. 10. quęst. 2. Flam. c. 3. q. 8. & Mart. q. 1. in sensu causali. Caiet. 1. 2. qu. 113. ar. 6. Ferr. 2. contra Gent. c. 41. & alij omnes. Vnde non probamus laborem Achill. 2. de Elem. qui nititur inuenire sensum formalem. 5

Reijcitur esse sensum formalem.

Secundò Alij cum Marsilio, Saxon. & Georgio, qui primò dicunt, generationem sumi dupliciter; primò pro subiecto generationis; & tunc idem est cum corruptione, quia idem est subiectum vtriusque motus. Secundò si generatio, & corruptio sumuntur pro forma, tunc de præsenti est falsa, quia non est necessarium, vt forma permanens dum generatur corrumpatur, sed in futuro est vera quia forma, quæ nunc est generata erit corrupta, cum omne generabile aliquando corrumpetur 1. cœl. 121. Vnde.

Alij sumũt generationẽ pro subiecto, & pro forma.

2. Dicunt

6 2. Dicunt propositionem in rigore esse falsam, nam generatio non est, nisi forma, quæ generatur; hæc autem non est corruptio alterius; quare etiam si forma ignis, dum successiuè generatur, corrumperetur, adhuc vera non esset propositio, quia non esset generatio, & corruptio diuersarum rerum, sed eiusdem rei, vnde.

Valere asserunt in entibus successiuis.

3. Dicunt, valere in successiuis, quia cũ generatio, & corruptio sit ipsa forma, demonstrato motu, verum est dicere; Hæc forma est generatio, hæc item est corruptio, nam in successiuis idem est generari, & corrumpi; quare generatio est corruptio; non tamen verificatur propositio vt dicitur ab Arist. Generatio vnius est corruptio alterius, non eiusdem, ideo.

7 *Valere in compositis.*

4 Dicunt, valere in compositis, quia ad generationem vnius compositi substantialis sequitur corruptio alterius, & contra; nam duæ formæ, quæ dant vltimum esse specificum, non possunt esse in eadem materia; vnde si generatur compositum vnius speciei debet corrumpi alterum compositum, quæ sententia multa præclara dicit, sed multa etiam non satis conuenientia, & benè Tolet. aduertit, & Buccaf. cui præcipuè displicet illud, quod successiui generatio sit corruptio, nã id videtur repugnare.

5. Alij, vt Achillinus, qui ponunt plures formas in eodem composito, dicunt intelligi in sensu causali, sed tantùm in generatione elementorum ex se inuicem. Ita Zimara & Auerroistæ.

Vera vt in sensu causali.

Primò hæc propositio vniuersaliter vera est causalis, sed per concomitantiam in compositis substantialibus, & in eo sensu fuit adducta ab Aristotele. Secundum patet, nam Arist. hac propositione dicit, generationes, & entia nunquam defuturas, quia quando vnum corrumpitur, generatur aliud ens; generari autem, & corrumpi conuenit per se primò compositis.

8 *Materia nõ caret omni forma.*

Primum patet posito non posse materiã manere sine forma dante esse specificum, & vltimum; quod inde probatur, nã vel ab æterno fuit nuda, & non, quia eius appetitus naturalis materiæ æterno tempore fuisset violenter, contra Aristot. 1. cœl. 9. 2. cœl. 18. & 96. vel aliquando habuit formam, & ita nunquam dimisisset, quin aliã recepisset, nam omne agens, quod sufficit propria actione corrumpere formam, potest aliam producere.

Confir. quia alioqui agens intenderet corruptionem per se.

Secundò supposito non posse in eadem materia esse plura specificè vltimata, nam alioqui indiuiduum habens ea esset simul diuersarum specierum, vt homo & lignum; quare differet specie à se. His positis, clarè probatur conclusio, nam dum generatur compositum, vel materia eius erat nuda, & non; vel habebat aliud esse formale, & quæritur, an maneat cum sequenti, & neque per secundum suppositum; quare necessariò debet corrumpi illud esse. Idem etiam fieri potest argumentum in corruptione. Nam quæri potest, vel materia manet nuda, & non, vel acquirit aliud esse, & habetur intentum. *Probatur tõcl. ex suppositis.*

Dices; dum præscinditur animali caput, ibi est vera corruptio compositi; & tamen in tam subito tempore non potest fieri generatio alterius, quia debet præcedere alteratio, quam terminat generatio compositi. 9

Respondetur cum scissione capitis simul coniungi aliquam alterationem, & mutationem complexionis, qua produci potest forma, & præterea eædem qualitates, quæ manent in cadauere, quibus prius construebatur anima, dum erat cum alijs dispositionibus coniuncta, recedente anima propter defectum organorum producunt formam. *Forma producitur cũ aliqua alteratione.*

Dices 2. Dum ex vase extrahitur aqua, ibi producitur aliud suppositum de nouo sine corruptione alterius; ergo.

Respondetur ex Bunes. ibi potiùs esse totius homogenei diuersam, quàm veram generationem.

Dices 3. sequeretur semper esse æqualem numerum entium. 10

Respondetur negando consequentiam, quia sæpè vnius generatio sequitur multorum corruptionem, & contra, vt ex pluribus lignis vnus ignis, & ex vno cadauere plures vermes. *Nõ semper manet idẽ numerus entium.*

Dices 4. dum generatur animal ibi non est corruptio embrionis, quia forma embrionis disponit materiam ad animalis generationem, quare non dicitur corrumpi à forma animalis, quia ageret ad corruptionem sui.

Respondetur, illam formam corrumpi, neque est dispositio requisita ex parte materiæ, vt informetur anima: sed est virtus agentis, qua concurrit ad productionem animæ. *Dum generatur animal corrũpitur forma præcedens.*

Secunda Concl. In generatione totali semper corruptio vnius est generatio alte- 11

rius

Non semper generatio vnius est corruptio alteri⁹.

jius formæ, vt patet, nam alioqui maneret materia sine vlla forma, nisi vna corrupta, altera produceretur; non tamen generatio vnius est corruptio alterius, nam dum corrumpitur homo generatur forma cadaueris. & tamen nulla forma corrumpitur, nam anima rationalis manet.

Sed in generatione particulari neutra est vera vniuersaliter, nã dum nutritur homo, corrumpitur ibi aliqua forma: sed nulla de nouo generatur, & dum materia nutrimenti desinit informari ab anima rationali, nulla forma corrumpitur, & producitur alia, vt patet. Et hæc in opinione negãtiũ, in vno composito plures formas, non satis difficilia sunt; difficiliora tamen sunt in opinione ponentium pluralitatem formarum.

12 Sed contra hanc est difficultas, nam primò dum corrumpuntur mixta, non oportet generari alia mixta, nam possunt resolui in elementa, quæ manent in mixto.

Confirmatur in animalibus, nam adueniente anima non corrumpuntur formæ ossis &c. sic in corruptione animalis manerent formæ mixtorum.

Arist. vniuersaliter in hac re loquitur.

Respondent aliqui ad primam hanc propositionem valere tantùm in generatione elementorum primariò. Sed contra quia Arist. t. 20. loquitur vniuersaliter, semper, inquit, generatio vnius est corruptio alterius, & contra: vnde excluditur expositio eorum, qui dicunt, valere vt plurimum, nã Arist. inquit semper; quod etiam cõfirmatur, quia cum pleræque generationes sint mixtorum, vt plurimum aliter contingeret.

13 Secundò quia Arist. affert illam propositionem, vt ostendat qua ratione cum cõtinuò res corrumpantur, & corruptio tendat in nihilum, qua ratione non sit consumptum vniuersum cum sit finitum, quæ dubitatio maximè deberet esse de mixtis, quia horum generatio est frequentior, & notior nobis.

Confir. nam t. 20. reddit huius rei rationem, nam materia est subiectum contrariorum, quæ recedente vno, necesse est, alterum aduenire; quæ ratio valet etiam in mixtis. Vnde.

Scotus æstumat, propositionem prædictam valere mediatè, vel immediatè.

Alij cum Scoto Respondent, valere mediatè, vel immediatè. Immediatè consequenter, vt cum ex igne generatur aqua, quia in eodem instanti ignis producitur, & corrumpitur aqua; mediatè verò vt si generetur animal non annectitur huius generationi immediatè corruptio, quia forma organica manet, vt etiam manet dum corrumpitur animal, & illa forma dicitur ab ipsa forma mixtionis, seu corporeitatis, quæ resultat ex pluribus formis particularibus membrorum, & est vna per accidẽs, ex illo tamen cadauere deinde sequitur corruptio, quare mediatè erit corruptio, & generatio. 14

3. Alij dicunt, dum generantur mixta, esse etiam aliquam corruptionem elementorum secundùm aliquos gradus.

Dupliciter accipitur generatio viuentium.

Et ad confirm. Resp. generationem viuentium dupliciter posse sumi: primò pro productione vltimæ formæ substantialis: secundò pro omnibus generationibus, & alterationibus præcedentibus, quæ sunt ordinatæ ad vltimam formam. Sic etiam corruptio accipi potest. Si igitur actio accipiatur primo modo, falsa est propositio; si secundo modo vera, quia oportet in toto progressu dispositionum corrumpi aliquã formam scilicet seminis &c. & licèt dum recedit anima immediatè non fiat productio alterius; tamen dum absoluitur tota corruptio cadaueris, tandem venietur ad productionem alicuius formæ.

Ego Respondeo cum Flaminio in 1. de Gener. c. 4. q. 1. in fine. In compositis semper generatio vnius est corruptio alterius, & contrà etiam si nulla de nouo forma generetur, nam semper id quod denominatur esse, est nouum compositum, & ideò dixit Arist. generationem esse mutationem totius in totum, quod etiam colligi potest ex Veneto in t. 16.

Verum est prædictum pronunciatum in accidentibus.

Tertia Concl. In accidentibus vera est propositio, licèt non fuerit intenta positis aliquibus conditionibus: prima vt si generatio, & corruptio accidentium habentiũ contrarium: sed quorum alteratio necessariò debet inesse in subiecto, nam si accidẽtia sint, quorum non est necessarium vt alterutrum insit subiecto, potest esse generatio sine corruptione, & cõtrà, vt est ignorantia prauæ dispositionis, vel scientia, quę per obliuionem possit desinere. Tertiò vt sit respectu accidentium, quorum licèt alterum respectu proprij subiecti debeat esse; tamen non insunt in omnibus rebus corruptibilibus, vt sunt qualitates secundæ, nam potest color v. g. gigni ex commixtione elementorum sine alterius corruptione: sic etiam aliæ qualitates, & hæc sufficiant; cætera benè alij. 15

DV-

DVBITATIO VII.

An corruptio sit prior generatione?

1 De hac Suar.t.1.metaph.Murcia in 1. phys.Tybarne 4 dist.14.qu.2. 5.4. Ruu.q.5.Conimbr.q.16.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

Asserit Caiet. priorem esse generationẽ. Prima sententia est Caietani 12:q.113. art.6. vbi ait,esse errorem in Physica asserere prius expelli frigiditatem, quam introducatur calor. quare videtur dicere esse simul quod vnica sit actio inductiua formæ, & expulsiua oppositæ,nam calefactio,vt terminatur ad calorem dicitur generatio actiua, vt corrumpit frigiditatem corruptio actiuè: vnde concludit,eodem actu remitti culpam,& largiri gratiam.

2 *Generatio, & corruptio sunt in eodem instanti temporis.* Secunda opinio est communis aliorum, qui dicunt primò, si loquamur de instanti temporis esse simul, quod vni est intrinsecum, nam dum introducitur vna forma, altera expellitur: neque hinc sequitur,debere dari vltimum esse rei, vt malè opinatus est Ægidius 1.de Gen.q.20.cuius sententiam referre longum esset: nam maior virtus requiritur ad producendam formã, quàm ad corrumpendam aliam: sed in instanti habet vim producendi formam; ergo etiam corrumpendi oppositam, quod clarè patet in illuminatione aeris.

Dicunt 2.si loquamur de priori naturę. Distinguendus est duplex ordo; alter ex parte causæ naturalis, & ita præcedit corruptio. Alter ex parte causæ efficientis, & formalis, & finalis, & ita præcedit generatio, nam per generationem, tanquam per actionem propriam agens excludit à subiecto formam, & per formam introductã expellit aliam formaliter. Ita Bann.qu.7. Boccaf.in r.s 7.d.2. circa finem, qui ita *Conciliãtur opiniones Marsily, & Aegidy.* conciliat Ægidium, qui volebat,prius natura esse generationem, & Marsilium,qui volebat,prius natura esse corruptionem. Sic etiam impositio digiti in vas aquæ est prior natura in genere causæ efficientis, quam effusio. Sed contra, Via originis est prior effusio aquæ. Et hæc mihi placet.

3 *Quæritur vtrum vis generandi* Vnde patet solutio illius dubij, An virtus generandi sit introducta in materia propter corruptionem, vel corruptio est per accidens sequuta:nam natura ideo videtur dedisse rebus corruptibilibus vim generã di,quia alias non posset conseruari species, propterea quod corrumpuntur indiuidua, nisi per successiuam productionem indiuiduorum:quare hæc virtus non fuit tributa rebus incorruptibilibus; vnde videtur sequi, fuisse hanc virtutem tributam ad restaurandum damnum corruptionis. Ex altera verò parte est ratio,quia corruptio sequitur per accidens ex generatione alterius; ergo prior est virtus generandi,quàm corruptibilitas, quare non est data ad restaurandum damnum corruptionis,sed potius ex hoc bono, scilicet generatione,sequitur per accidens illud malum. *sit in materia propter corruptionem, an corruptio sit per accidẽs.*

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

Dico primò. Hæc virtus fuit tributa rebus primariò propter bonum, quod affert quia communicare se,etiam propriam naturam est per se bonum;ergo per se potest intendi. 4

Dico 2. occasio fuit imperfectio quarundam rerum corruptibilium,nam horum natura non relucet perfectè in vno indiuiduo,sed illa magis ostenditur in multiplicitate indiuiduorum, & natura admirabili modo res generat sibi similes; neque omnes operationes possunt sæpè numerò exerceri ab vno indiuiduo propter breuitatem temporis; res autem incorruptibiles hac virtute non egent, quia perfectio speciei in quolibet indiuiduo perfectè repræsentatur,neque posset talis virtus eis tribui salua eorum incorruptibilitate. *Occasio virtutis generatiuæ est imperfectio rerum corruptibiliũ.*

Tertio demum hæc virtus fuit tributa, vt res perpetuari possint, quia natura hanc rerum habet compositionem dissolubilẽ, quare ex intrinseca ratione naturæ sunt corruptibiles seclusa alterius generatione. Vt v. g. homo est corruptibilis, quia eius forma vnitur materiæ per dispositiones, quæ produci possunt, quare si has intelligamus produci, intelligemus etiam,corrumpi hominem,etiam seclusa alterius generatione; quare dum homo ense occiditur, diuisio non tendit ad introductionem alterius,sed quia tollit dispositiones necessarias ad cõseruationem eius. His ergo de causis fuit inducta virtus generandi; vis verò corrumpendi, & corruptibilitas rerum non per se fuit intenta à natura, sed per accidens 5 *Virtus generatiua est rebus, vt sic perpetuari possint.*

cidens sequuta est ex imperfectione naturæ ex his soluuntur argumenta proposita.

DVBITATIO VIII.

An corruptio sit naturalis, vel præter naturam?

1 Hurt. d. 1. §. 88. Conimb. q. 16. art. 3. Vriad. d. 1. §. 48.

Quot modis sumi possit naturaliter.

PRimò Not. naturaliter dupliciter sumi; primò, vt opponitur artificiali, secundò vt opponitur violento: quod tripliciter potest accidere, primò, quia est id, quod conuenit secundùm naturam rei, siue quia natura habet inclinationem ad illud, siue quia fit tempore debito, & loco etiam si non fiat secundùm inclinationem naturæ, vt mors ex senectute. Secundò sumitur naturale pro eo, quod est à natura, & distinguitur ab eo, quod est secundùm naturam, vt Simplicius, & Græci 2. phys. 4. nam à natura est quod fit ab agente naturali; secundùm naturam verò, quod fit secundùm ordinem naturalem rerum; vnde mõstra sunt à natura, sed non secundùm naturam. Tertiò pro eo, quod est per se intentum ab agente.

2. Not. corruptionem posse conferri cũ materia, secundò cum re, quæ corrumpitur: tertiò cum causa corrumpente.

Naturale vt opponitur artificiali.

2 Dico primò si naturale sumatur, vt opponitur artificiali, corruptio est naturalis, quia est à causis naturalibus, & non ab arte, nisi per accidens; ideò 1. de Gener. 1. dixit esse, quæ à se corrumpuntur, vt distingueret ab ijs, quæ ab arte corrumpuntur; Corrumpi ab arte aliquid dicitur, cum applicantur artificiosè agenti correlatiua, vt medicamenta ad sanitatem efficiendam, & huiusmodi corruptio dici potest violẽta, quia fit à causa præter ordinem naturæ.

Naturale vt opponitur violẽto.

Dico 2. si naturale opponitur violento, corruptio potest dici naturalis, saltem ratione materiæ, quia fit per actionem, quæ naturalis est ratione materiæ, quamuis sit contra inclinationem formæ, vnde non potest dici simpliciter naturalis; ideo Aristoteles 2. cœli 37. senectutem, & omnia, quæ ad interitum ducunt, vocat præter naturam; Hinc Buccaf. 1. de Gen. q. de subiecto ad primum dicit esse naturalem ex parte materiæ, sed præternaturalem ex parte formæ, quia natura dicitur tam de materia, quàm de forma.

Naturale vt accipitur pro eo, quod fit debito tempore.

3 Dico 3. Si naturale significat id, quod fit debito tempore &c. quædam corruptiones sunt naturales, quædam non, vt 5. phys. 52. & 56. de morte cap. 6. & 14. vbi mortem violentam vocat, quæ fit à principio extrinseco, scilicet combustione, vel gladio, naturalem vocat, quæ fit nulla vi extrinseca concurrente, sed accidit rei, secundùm seriem, & naturalem cursum causarum naturalium, cum secundùm naturalem inclinationem suam causant, nam cũ res sit corruptibilis, si naturæ suæ relinquatur, tandem corrumpetur; vnde mors dicitur naturalis non quia à natura rei appetatur, nam potiùs illi aduersatur, sed quia necessariò eueniet secundùm cursum causarum naturalium, vt lunam dicimus naturaliter eclypsari; & licèt plerumque ad mortem naturalem semper concurrat aliqua vis extrinseca, tamen dicitur naturalis, quia illa vis vel est occulta nobis, vel quia accidit à causis naturaliter operantibus; Vnde generationes naturales dicũtur, quæ accidũt tẽpore, & modo præscripto à natura; cõtra verò violẽtæ, sic & corruptiones.

Naturale pro eo, quod est per se intentum à natura.

4 Dico 4. si per naturale intelligitur quod per se est intentum, corruptio dicitur naturalis respectu causæ vniuersalis, quia agens vniuersaliter intendit quicquid est necessarium ad rectam conseruationem vniuersi, qualis est corruptio; respectu verò causæ particularis non est naturalis, quia agens particulare intendit formam, vt sibi bonum, & per accidens corruptionem formæ; nam corruptio tendit ad nõ ens, quod non intenditur per se; qua autem ratione materia dicatur radix corruptionis diximus supra vide Sonc. 8. met. q. 29. Achill. 1. de Elem. d. 19. Nobil. 1. de Gener. c. 3. q. 7.

DVBITATIO IX.

Quæ entia dicantur corruptibilia.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

Corruptionis subiectũ dupliciter accipi põt.

1 PRimò notandum, subiectum corruptionis posse accipi dupliciter. Primò, inhæsiuè. Secundò terminatiuè. Et quidem inhæsiuè dicitur materia, quæ transit de vna forma in aliam, vel de habente formã ad non habentem. Et ita non accipitur hic. Terminatiuè verò dicitur illud, quod

de

de esse transit ad non esse, nam illud proprie corrumpitur, seu desinit existere.

Quomodo dici possit corruptibilis omnis creatura.

2. Notandum, omnem creaturam posse dici corruptibilem, vt corruptio dicit simpliciter negationem existentiæ præhabitæ, cum omnia, vt existant, indigeant conseruatione diuina, quæ sicut est à Deo liberè, ita potest non esse; qua deficiente, desinit esse terminus conseruatus, siue id fiat per annihilationem, siue per aliud genus corruptionis, vt si, v.g. Deus desineret concurrere cum sole ad conseruationem lucis in aere, & in similibus. Quare non potest intelligi quæstio de hoc genere corruptionis, sed de alia ratione corruptionis: quæ sumitur in ordine ad causas creatas, in ordine ad quas sumitur distinctio entium, quod alia sint incorruptibilia, alia corruptibilia. Dicuntur enim incorruptibilia, quæ ita naturæ suæ resistunt, vt ex vi nullius agentis creati siue mediatè siue immediatè possint destrui, vt Angeli, anima rationalis &c. Cætera verò, quæ ex vi agentis creati destrui possunt, dicuntur corruptibilia.

Quæ nam dicātur corruptibilia ex natura sua.

3. Notandum. Sicut aliquod ens dicitur absolutè incorruptibile, quia ex viribus, quæ sunt in natura non possunt corrumpi; ita corruptibilia dicuntur ex natura sua, quæ viribus, quæ sūt in natura, destrui possunt, Tum quia in natura sua habent effectum virtutis, qua resistunt corrumpenti. Tum quia cum intra ordinem naturæ sint virtutes naturaliter corrumpētes illud ens, sequitur, illud ens naturaliter esse corruptibile, nam eadem virtute, qua causa attingit terminum, terminus est attingibilis.

Dices. An sufficiat, vt aliquod ens sit ab intrinseco corruptibile, reperiri in natura virtutem corrumpentem absque eo, quod in illo sit aliquod principium intrinsecum, qualis est, v.g. compositio ex cōtrarijs, vel compositio ex materia receptiua plurium formarum incompossibilium. Negat Hurtad. disp. 1. §. 59. quia omne ens aut est absolutè corruptibile, aut absolutè incorruptibile, sed illud ens non esset absolutè incorruptibile, quia supponimus corrumpi naturaliter; ergo est absolutè corruptibile. Neque dicas, esse corruptibile ab intrinseco, non verò ab extrinseco, nam corruptibile ab extrinseco est absolutè corruptibile, quia illi conuenit potentia intereundi. Confirmatur, quia si illud ens, quod caret principio intrinseco corruptibilitatis, non esset absolutè corruptibile, esset absolutè incorruptibile. Sed hoc est falsum, quia carentia illius principij intrinseci præcisè non aufert ab illo simpliciter potentiam intereundi, quia potest corrumpi alio modo; sed tantùm dici potest incorruptibile secundùm quid. Confirm. secundò, quia sicut res dicitur producibilis, vel creabilis absolutè non ab aliquo principio intrinseco, sed à potentia productiua; ita &c.

Vt aliquid ab intrinseco dicatur corruptibile quid requiratur, variæ auctorum sententiæ.

Alij verò putant, ad hanc denominationem, vt in re sit aliquod principium intrinsecum, ratione cuius possit à causis naturalibus destrui. Si enim illud ens haberet necessariò conexionem cum sua existentia, qua posset resistere causis naturalibus ne corrumpatur, etiam si siue per impossibile, siue per possibile daretur in natura causa illius corruptiua, non posset illud ens corrumpi. Sicut cœlum dicitur inalterabile, etiam si dentur in natura causæ alteratiuæ, vt calor &c.

Hinc 2. alij dicunt. Vt aliquid sit ab intrinseco, & naturaliter corruptibile exigit duo, primò vt in re sit aliquod principium, quo reddatur capax corruptionis. Secundò vt detur etiam in natura causa proportionata illi corruptibilitati. Sed principalius concurrere principium illud intrinsecum ad hanc denominationem, quàm extrinsecum, quia si illud ens non esset ab intrinseco corruptibile, non posset dari in natura principium corruptiuum. Sicut si non posset dari obiectum aliquod scibile, nō posset dari scientia; ergo magis pendet hæc denominatio à principio intrinseco, quàm extrinseco, cum virtus principij extrinseci pendeat ab illo ente. Et hinc respondent ad argumenta aduersariorum, nam primò aliud esse, aliquid sit absolutè corruptibile, & aliud, quod sit ab intrinseco corruptibile; nam ex casu posito illud esset quidem corruptibile non ab intrinseco, sed ab extrinseco. Secundò si in illo ente non esset aliquod principium ratione cuius posset corrumpi, esset ab intrinseco incorruptibile, atque adeo non corrumperetur etiam si per impossibile daretur principium corrumpens, vt dictum est de alteratione cœlorum. Et hinc patet ad primam confirmationem, nam illud ens esset ab intrinseco absolutè incorruptibile, quia ex sua essentia habet, vt non possit corrumpi, secundùm exigentiam suæ naturæ. Sicut Angelus dicitur incorruptibilis, quia caret principio intrinseco corruptibilitatis, etiam si ex libera voluntate Dei possit corrumpi,

Ad 2. confir. ex probabiliori sententia in re possibili est aliquod principium intrinsecum, quod distinguitur ab ente chimerico, & impossibili. Quare inde potius confir. hæc opinio; de qua in 1.p.

4

In ente corruptibili duplex principium distingui potest.

3. Alij dicunt, duplex principium posse distingui in ente corruptibili intrinsecū; Vnum causatiuum corruptionis: alterum terminatiuum; Ex qua distinctione conciliari potest vtraque opinio, nam prima opinio intelligi potest de principio causatiuo intrinseco, & vera est, quia non est necessarium in omni re corruptibili, vt contineat in se causam concurrentem ad sui corruptionem. Secunda verò intelligi potest de principio intrinseco terminatiuo, qua possit terminare corruptionem, & ita verum dicit.

Duplex huiusmodi principium reiicitur.

Sed hæc distinctio non est ad mentem ponentium illas opiniones, nam secunda opinio non solum exigit principium intrinsecum terminatiuum, sed etiam causatiuum saltem materiale, nam elementa dicuntur verè, & propriè corruptibilia, non solùm ex ratione corruptibilitatis terminatiuæ, quæ est communis omnibus, quæ desinunt etiam per annihilationem, sed etiam ratione materiæ, ex qua componūtur, quę est causa materialis corruptionis, & prima opinio excludit necessitatem etiam causæ materialis ad rationē rei corruptibilis, quia etiam entia simplicia putat esse corruptibilia ab extrinseco agente. Quare alij 4. dicunt corruptionem accipi dupliciter primò impropriè pro omni desinentia existētiæ rei, & ita procedit prima opinio; secūdo propriè sīn vsum peripateticorū, p qua exigitur causa intrinseca saltem materialis p potētiā contradictionis, qua rōne omnis corruptio dicitur supponere alterā, & hęc sufficiant pro quęstione de nomine.

Vtrum detur corruptibile quod nunquam tamen corrumpatur.

Dices 2. An possit dari aliquod ens ex natura sua corruptibile, sed dicatur incorruptibile, quia nunquam corrumpetur.

Negat Arist. eo quod putat, aliquod corruptibile non aliquando corrumpi, quia alioqui haberet virtutem infinitam durandi, quia duraret infinito tempore: Ex quo principio probat, intelligentias esse virtutis infinitæ in durando, & in mouendo, quia mouent infinito tempore, cum ipse ponat mundum ab æterno ante, & post.

At alij negant, inde posse aliquod ens dici ab intrinseco absolutè incorruptibile. Probant aliqui, nam potest stare potentia ad corruptionem cum carentia corruptionis; sicut in hoc instanti equus non moritur, & tamen habet potentiam moriendi. Sed non placet hæc ratio, quia aliud est nō mori in hoc instanti, aliud, nunquam mori. Aduersarij enim negāt, posse componi potentiam moriendi cum negatione actus moriendi pro omni tempore.

Quare alij probant ex eo, quod ad actū corruptionis non sufficit, vt ens sit natura sua corruptibile, quia requiruntur aliæ causæ inducentes corruptionem, quarum applicatio impediri potest etiam si habeat potentiam ad corruptionem. Confir. quia de facto dantur aliquę partes terræ in centro, quæ ibi fuerunt eædem ab æterno secundum Arist. qui posuit mūdū ab æterno & tamen non habent virtutem infinitam.

Ex quibus patet Arist. non rectè collegisse infinitam virtutem motiuam, & duratiuam intelligentiarum, eo quod moueāt durādo ab æterno, nam ex extensione, non rectè colligitur intensio, vt si calor vt vnū producat quatuor gradus caloris in quatuor subiectis non rectè colligitur, habere calorem intensiuum vt quatuor, quia totū potest præstari à virtute finita existente, respectu cuius non sit applicatum agens corrumpens.

ARTICVLVS II.

An homo sit intrinsecè corruptibilis.

5

Homo non est intrinsecè corruptibilis per aliquos.

NEgant aliqui, quia id, cuius partes sunt incorruptibiles est ex natura sua corruptibile; sed partes hominis sunt huiusmodi, cum tam materia, quàm anima rationalis sint incorruptibiles. Confir. nam quod est à principio suæ natiuitatis incorruptibile, est ex natura sua tale, quia natura tribuit rebus, quæ illis conueniunt ex vi generationis; sed homo à principio suæ productionis fuit immortalis, vt patet ex scriptura Sap. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem, & Rom. 5. Mortem intrasse orbem terrarum per peccatum. Ergo ex natura sua non est mortalis, sed per accidens. Confir. 2. ex sententia Procli, mortem homini conuenire per accidens, quia ignorat, quæ sunt vtilia, & quæ inutilia, nā si ea sciret, esset immortalis, nam fuit creatus in optima temperatura, qua posset se tueri, vt nō moreretur. Confir. 3. quia nulla pars illius per se spectans ad illum habet accidentia, ex quibus oriatur mors animalis; ergo à principio intrinseco nō est mortalis

talis

calis. Antecedens patet, nam pars tam secũdum substantiam, quàm secundum qualitates illius per se ordinatur ad conseruationem corporis, quia per illam conseruationem conseruatur ipsa in corpore: qualitates autem natiuæ subiecti non destruunt subiectum, sed potiùs conseruant. Et quia pars per se ex sua natura ordinatur ad totum cum in illo perficiatur, & compleatur, non potest ex natiuis principijs, & qualitatibus partium oriri mors animalis. Et licèt partes sint heterogeneæ, tamen illa heterogeneitas sicut ordinatur ad generationẽ totius, ita ad eius conseruationem; quia illa heterogeneitas habet contemperationem secundùm qualitates, vt materia sit rectè disposita iuxta exigentiam formæ.

6 *Per alios verò est corruptibilis elementorũ compositione.*

At verò alij affirmant, esse ex natura sua corruptibilem, nam esse corruptibilem satis experientia docet esse verò ex natura sua corruptibilem, probant aliqui ex compositione elementorum, quæ formaliter manent in mixto, & inter se perpetuò pugnant. Sed falsò nititur fundamento.

Ex influxu astrorum per alios.

2. Alij probant, quia eius conseruatio pendet ab influxu astrorum, quæ dominãtur in humores naturales animalium: At hic influxus potest esse adeo intemperatus, vt sicut inficit aliquando aerem peste; ita destruit temperaturam homini necessariam. Huic autem influxui non potest natura humana resistere, nam licèt possit ex fuga vitare illum in vno loco; non tamen illum, qui reperitur in alio loco, neque inde fieret immortalis ex natura sua, sed solùm quod non moriretur.

Per alios verò ex temperamenti compositione.

3. Alij probant, ex compositione temperamenti, quod resultat ex primis qualitatibus; quod temperamentum est varium in varijs partibus. Vnde fit, vt vna pars sit calidior, alia frigidior, alia humidior, alia siccior. Vnde oritur pugna, & inde solutio temperamenti, & inde mors. Sed hæc ratio est communis omnibus mixtis heterogeneis, neque temperamentum ex vi præstãtia illarum qualitatum posset tam facilè dissolui, & dissolutum facilè posset reparari tum ex vi animæ, tum ex alijs causis; nã in singulis partibus est vis insita conseruãdi suum temperamentum.

7 *Ex igne interno semini permixto.*

Probat Peramatus cap. 15. de temperamentis. Causam mortis refert in ignem internum permixtum semini, cum quo fœtui communicatur. Calor autem ille exiccat partes, & auolare facit humidum in quo conseruatur vita animalis. Sed non placet Vrtado, quia calor non repugnat cũ humiditate, vt patet in aere, in quo connaturaliter manet calor cum humiditate. Neque dicas, semen plus habere siccitatis, quàm humiditatis, cum ex illo componãtur ossa maximè sicca. Siccitas autem agit in humidum radicale, nam experientia constat, illud esse humidum magis, vt sit magis aptum ad recipiendam impressionem organizationis, & sensu constat, esse humidum paulò densius aqua. Et hinc ossa puerorum sunt adeo humida, vt si frangantur facilè reunantur. Neque dicas semen esse actu humidum, & virtualiter siccum vt dicitur de vino, quia cum sit humidum connaturaliter, non potest in illo cõtineri virtus exsiccandi. Neq; vina exsiccãt per humiditatem, sed per calorem, consumendo humores frigidos, qui plerumque sunt humidi. Et similiter sæpe contrahunt siccitatem ab extrinseco, quæ adiuta ab alijs rebus siccis, iuuat ad corpus exsiccandum. At semen si exsiccetur, interit. Et ratio, quia semen ratione partis spumosæ, ex qua componuntur membra fœtus, est sãguineæ; at sanguis est humidus; Altera verò pars est spirituosa, quæ calore pollet, & ex hac non componitur fœtus materialiter. Sed frustra laborat Vrtadus quia Peramatus non putat, corpus exsiccari per calorem, cum producat siccitatem immediatè. Sed quia calefaciendo partes humidas, & eas rarefaciendo, & leuitando, facit vt euolẽt; qua ratione vi caloris ex aqua partes rarefactæ ascendunt ad superiora, ex quo manent partes corporis, & siccíores, & humidiores recipiuntur, quibus deficientibus euenit mors cum deficiat calor naturalis ob defectum humidi illũ conseruantis, sicut deficiente oleo deficit ignis lucernæ, nam vita (ex Arist. de iuuẽt. c. 2.) est calidi naturalis conseruatio, mors corruptio; fouetur enim vita calore, & seruatur ex Arist. sect. 1. probl. 1. m. 17.

At instat Hurtad. Cum calor non exsiccet per se, sed auferendo pabulum, non potest afferre mortem, quia mors naturalis non oritur ex defectu materiæ, sed per exsiccationem, quia alioqui mors naturalis oriretur ex fame, quæ est mors violenta, cum sit cum stomachi dolore. Vnde mors potiùs contingit ex siccitate membrorum, quæ non possunt cibos concoquere, & dispensare. Sed contra, quia ex illo defectu humidi membra manẽt exsiccata; ergo ex vi caloris consumente humidum oriri potest mors. Neque inde necessariò sequitur

fames, nã hæc est ex sensu vẽtriculi habente vacuitatem cibi. At potest ventriculus esse repletus cibo, & tamen membra exsiccata ob defectum humidi euanescẽtis.

8 Instat 2. Hurtad. nam calor non leuat in in aere quamcunque materiam, sed aqueã, quæ secundùm partem minùs crassam rarescit, & in aerem eleuatur. At humidũ primigenium existẽs in animali non leuatur adeo facilè, cum sit substantia crassior, quàm sit pars ignea seminis. Ignis enim natura exigit maiorem raritatem, quàm alia corpora, præsertim humidiora. Sed illa pars ignea non euolat; ergo, licet in alia materia sit tantus calor, quantus est in parte ignea, illa non euolabit, sicut neque pars ignea.

Sed contra, nam illa materia eatenus euolat, quatenus accipit naturam igneam, & eius raritatem, & leuitatem, quia sicut flamma lucernæ conseruatur in materia oleacea; ita & calor ille naturalis conseruatur in humido radicali, quod continuò illi subministratur in alimento in quarta digestione. Et quia illud alimentum non restaurat humidum in eadem puritate, in qua prius erat, vt inquit Vallef. 6. controuerf. cap. 1. ideo paulatim fit adeo impurum, vt nequeat conseruare calorem naturalem.

9 *Ex calore præternaturali per alios.* 4. Alij negant mortem oriri à calore naturali, nam hic potiùs cõseruat vitã cõuertendo alimentum in substantiam aliti, sed à calore præternaturali orto ab ambiẽtibus, alimentis, & alijs, quæ continentur circa, vel intra corpus, hic autem est calor idẽ, sed non in eo gradu, in quo est naturalis, sed in maiori gradu, quia naturalis causa nõ destruit etiam causam naturalem eidẽ, sed potiùs conspirant in conseruationem vitæ animalis, ita Vall. 1. contr. c. 1. sequitur Garz. in fen. 1. lir. P. d. 18. c. 117. & hinc negant, calorem in gradu naturali destruere humidum radicale, quod ex D. Tho. 1. p. q. 19. art. 1. ad 3. consistit in partibus materiæ, quæ aceeptæ fuerunt à parentibus in prima hõis cõstitutione, vt inde formarẽtur fœtus membra, atque adeo humidũ radicale informetur anima, cum qua constituit membra corporis. Dicitur autem humidum, quia humiditas in corpore dominatur cum hoc constituatur ex parte sanguinea seminis parentum & sanguine mẽstruo materno. Sanguis autem est humidus, & calidus, vnde respondet aeri, quo mundus componitur. Dicitur radicale, vt distinguatur ab humido alimentali, quia illud est fundamentum, cui innititur corporis humani structura, quæ augetur per alimentum in vtero à sanguine materno paulũlum alterato, & per nutritionem cõuerso in substantiam fœtus. Et inde fit, vt nati pueri alantur cibo humido, scilicet lacte, pulmento &c. quia cibo duro, & solidiori suffocaretur eorum calor. Hinc vita conseruatur, dum durat in corpore hoc humidum, cum verò siccatur, incipit vita deficere; qua siccitate crescente, membra corporis redduntur inepta ad sua munera adeo vt denique siccitate, & frigore soluatur dispositio necessaria ad informationẽ animæ, & inde oritur mors. Sed de hac te in libris de anima, ad quos hæc materia pertinet. Cætera autem, quæ pertinent ad putredinem, & vnde oritur exsiccatio corporis, dicentur infra ex Garzia loc. cit. cap. 7 & sequentibus. Hinc facilè soluitur quæstio, qua ratione mors dicatur naturalis, de qua Garzia disp. 18. c. 1. & an mors naturalis possit contingere sine dolore, & sine morbo: de qua Garzia cap. 2. & nos dicemus aliqua infra.

ARTICVLVS III.

Qua ratione homo dicatur creatus immortalis, & impassibilis in statu innocentiæ.

Prima opinio est dicentium, Adamũ non fuisse immortalem per negationem potentiæ ad mortem, sed per negationem mortis nunquam futuræ. Ita Scot. Gabr. & alij dist. 19. & Moys. Barcepha opusc. de paradiso p. 1. cap. 5. ex Athanasio, Cyrill. Chrysost. Philoxeno, & alijs. 19 *Adamus creatus fuit immortalis per negationẽ mortis, non autem potentiæ ad mortem.*

Prima pars probatur, quia corpus Adami constabat ex eadem materia, qualitatibus, & temperamento sicut nostra corpora. Sed nunc homo non habet immortalitatem, sed mortalitatem ex vi potentiæ intrinsecæ, quia ex eadem causa formali, & materiali intrinseca non potest non sequi idem effectus. Confir. quia cum indiguisset cibo, & potu ad conseruandam vitam, sequitur corpus fuisse alterabile ex vi caloris naturalis. Et quia vt conuerteretur cibus in substantiam sui corporis, necessariò sequitur, ibi fuisse reactionem, atque adeo ex vi illius aliquid deperditum illius substantiæ. Et quia totum, & pars sunt eiusdẽ naturæ, sicut pars substantiæ fuisset corrup-

ruptibilis,ita & totum. Confirm. 2.quia manus Adami applicata igni ibi perseuerans fuisset combusta. Confirm.3.quia ex Arist.omne generabile est corruptibile, sed in eo statu homines fuissent producti per generationem.

11 *Adamus fuit creatus immortalis quia in potestate sua erat mori per alios.*

Secunda opinio est dicentium, Adamũ fuisse creatum immortalem, quia in potestate sua erat mori,& non mori. Probatur ex scriptura Genes. 2. & 3. Sap. 2. & ad Rom.5.6.& 8.& 1.ad Corinth. 15. & est definitum in Concilio Meleuitano cap.1. his verbis. *Qui dixerit Adam primum hominem mortalem factum,ita vt siue peccaret,siue non peccaret moreretur in corpore, hoc est,de corpore exiret,non peccati merito,sed necessitate naturæ,anathema sit*. Sed inter has opiniones non est discrimen in re,nam prima opinio non negat immortalitatem fuisse concessam Adamo ex beneficio Dei; neque secunda negat, corpus Adami secundùm se,& ex naturali conditione fuisse mortalem. Quod D. August. 7.de Genes.ad literam cap 15.explicat dicens. *Aliud est non posse mori, sicut quasdã naturas immortales creauit Deus, aliud, posse non mori; secundum quem modum primus homo creatus est immortalis.* Vnde infert: *mortalis ergo erat conditione corporis animalis*. Hinc immortalitatem hanc distinguit ab immortalitate corporis gloriosi,& ideò D. Thom.1.p.q.97.art.1.distinguit triplicem immortalitatem, vnam

Immortalitas triplex.

naturalem,quæ conuenit Angelis,& cœlis, alteram gloriosam, quæ conuenit Beatis hominibus,tertiam originalem,quam habuit Adam, quæ intrinsecam capacitatem mortis non excludit, sed solùm ne illa reduceretur ad actum ex vi permissionis diuinæ. Et quia immortalitas potest negare mortem ex duplici causa,scilicet,extrinseca,ex qua infertur mors violenta;& intrinseca,ex qua oritur mors naturalis p actionem caloris in humidum.Ideo videndum est,an vtramque immortalitatem habuerit Adam ex beneficio Dei,vt quo modo habuerit, vnde prima difficultas quomodo corpus Adami fuisset impassibile in statu innocentiæ à causa extrinseca.

Dico 1.non fuisset impassibile per qua-

12 *Adami corpus nõ fuisset impassibile per qualitatem aliquam.*

litatem aliquam.Ita Durand.in 2.dist.19, quæst,1.Gabriel quæst.1.Scot.quæst.vnica D.Thom.q.1.ar.4.vbi ait.Ab hoc modo corruptionis conseruabat hominem illæsum diuina prouidentia, & 1. p.q. 97. art.1.vbi expresse negat, Adam fuisse incorruptibilem per intrinsecam dispositionem.

Probatur, nam illa qualitas vel fuisset corporalis existens in corpore, vt docet Molin. de operibus sex dierum disp. 28. concl.3.& 4.vel spiritualis existens in anima, vt docuit Caiet. in D. Thom.d.art.1. & 4.Valez.tom.1.disp.7.q.3. punct.2. & aliqui Thomistæ, qui illam non distinguunt à gratia. Et tribuunt Soto libr.5.de natura,& gratia cap.5.

Prima pars probatur,nam si illa qualitas existens in omnibus partibus corporis,habuisset virtutem resistendi omni extrinseco corrumpenti, habuisset etiam vim resistendi intrinseco corrumpenti, scilicet ne calidum ageret in humidum, nec vna pars dissimilaris in aliam. At hoc est falsum,tũ quia est contra ea, quæ docet scriptura significans, in eo statu indiguisse cibo, & potu ad vitam conseruandam, atque adeo ibi fuit aliqua actio corruptiua humidi radicalis, nam virtus caloris siue extrinseci, siue intrinseci est eiusdem rationis, cum specificetur ab eodem effectu, & habeat idem contrarium,scilicet frigidum. Tum quia calor intrinsecus est magis applicatus,quàm extrinsecus; ergo si corpus ex vi qualitatis non potest resistere intrinseco, multò minùs extrinseco. Confir.Primò,nã omnes sancti distinguunt modum incorruptibilitatis, quem habent corpora gloriosa à modo incorruptibilitatis Adami ex D.Thom.in 1.dist.19.quæst.1.art. 5. Sed ille est ex qualitate, quæ dicitur,dos, ergo hic non est ex qualitate. Neque dicas,distinctos fuisse,quod Beatis data est perpetuò,corpori autem Adami sub conditione non peccandi, nam hic modus non variat naturam qualitatis. Confir.2.quia non apparet qualis fuerit illa virtus,naturalis,an supernaturalis;de qua re infra.

Hinc probatur secunda pars, scilicet il- 13
lam qualitatem non fuisse spiritualem existẽtem in anima. Tum quia probatum est, non fuisse illam qualitatem in corpore; ergo multò minùs in anima, quia maior est proportio est in qualitate corporea ad resistendum formaliter agenti corporeo, quàm in qualitate spirituali,cum sint intra idem genus. Tum quia vel illa qualitas spiritualis formaliter resisteret agenti corporeo extrinseco immediatè,& non appareret modus resistendi, vel mediatè producendo aliam qualitatem,& tunc sine multiplicatione tot qualitatum sufficeret qua-

litas

litas corporea; vel impediret extrinsecum agens effectiuè producendo aliquid in illo, & non apparet quid possit producere in illo, vt impediatur eius actio, nisi diminuendo eius virtutem per contrariam virtutem. Confir. quia eadem ratione per illã qualitatem impediretur actio calidi in humidum, & actio partiũ corporis inter se. Confir. 2. quia caret fundamento ducto ex auctoritate D. Augustini in lib. quæstionum noui, & veteris testamenti quæst. 19. Tum quia nihil ibi de hac re; tum quia liber ille non probatur esse August. & licèt D. Thom. 1. p. q. 97. art. 1. videatur illi fauere, dum ait, conueniens fuisse, vt animæ rationali in principio daretur virtus, per quam corpus conseruare posset, quam in solutione ad tertium ait fuisse per donum gratiæ, tamen non videtur, ibi loqui de tali qualitate, sed vigorem animæ appellasse virtutem intellectualem, scilicet, scientiã, discretionem, prudentiam, & rectitudinẽ voluntatis, quibus vitare poterat extrinseca damna, vt patet ex alijs locis D. Thomæ supra citatis.

14 *Adami innocentis incorruptibilitas fuit p extrinsecã Dei prouidentiam.*

Secundò incorruptibilitatem Adamo in statu innocentiæ tributam fuisse per extrinsecam Dei prouidentiam, per quam Adam vitasset ea, quæ nocere ei potuissẽt. Ita D. Thom. in 2. dist. 19. q. 1. art. 4. in fine vbi ponit quatuor modos corruptionis. Vnum communem omnibus. Alterum communem mixtis. Tertium proprium animatorem. Quartum per violentiam ab aliquo extrinseco, scilicet *incisionem gladij, vel adustionem &c. Et ab hoc modo corruptionis conseruabat hominem illæsũ diuina prouidentia, per quam decretum erat, vt nullum nocumentum homo pateretur in corpore, nisi priùs à mentis innocentia deuiasset.* Confir. ex August. lib. 1. de peccat. mor. & remiss. cap. 3. *Si Deus*, inquit, *Israelitarum vestimentis, & calceamentis præstitit, quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum, si obedienti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale, ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum, qui sine defectu esset annorum &c.* Et infra comparat immortalitatem status innocentiæ cum immortalitate Eliæ, & Enochi vsque ad diem Iudicij. Sed incorruptio illis vestium, & Enoch fuit per extrinsecã Dei prouidẽtiam, vt communiter asseritur, & videtur rationabile; ergo idem de Adami immortalitate. Confir. 2. quia cum probatum sit, non conuenisse illi incorruptionem ex vi qualitatis alicuius intrinsecæ, dicendum est, conuenire ex prouidentia extrinseca.

Molinæ Arg. contra vlt. dicta.

Sed contra hanc conclusionem obijcit Molina. Deus effectus permanentes non tribuit rebus immediatè per se ipsum, sed per aliquod donum intrinsecum, vt patet, tum ex dono gratiæ, habitum &c. Tum ex eo quod Deus vtitur causis secundis ex prouidentia ordinaria quoad ea, quæ potest facere per se ipsum. Confir. Primò, quia rebellionem appetitus ad rationem impediuit per habituale donum; ergo etiam actiones agentium contrariorum circa corpus Adæ.

Confir. 2. nam corporibus Beatorum tribuit immortalitatem, et impassibilitatẽ per donum qualitatis superadditum; imò etiam corpora damnatorum sic conseruat immortalia, ergo multò magis Adami in statu innocentiæ, quia hic est perfectior modus tribuendi immortalitatem. Denique ex partu fœminarum in illo statu sine dolore propter dispositionem intrinsecam illorum corporum; ergo idem dicendum de dispositione corporum quoad immortalitatem.

Satisfit Molinæ arg.

Resp. primò propter hæc argumenta opinio Molinæ est valde probabilis, quia tamen non est recedendum ab opinione posita, respondetur ad illa.

Igitur resp. 2. Effectus conuenientes rebus dupliciter posse comparari ad causam, primò vniformiter, & ita à Deo effici secũdũm ordinariam legem per causas secundas. Secundò difformiter; ita vt non semper eodem modo fiant respectu eiusdem causæ, & tunc non possent fieri per causas secundas, quæ necessariò operantur, atque adeo secundùm se eodem modo, sed fiunt à Deo secundùm ordinem suæ prouidentiæ; & ità contingit in casu nostro, nam cum calor extrinsecus non agat in corpus Adami, & calor eiusdem speciei intrinsecus agat, non potest illa incorruptibilitas oriri à qualitate aliqua diffusa per totum corpus, quia impediret etiam actionem caloris naturalis; & ideo relinquitur vt fiat à causis extrinsecis iuxta exigentiam prouidentiæ diuinæ impedientibus applicationem nocuorum. 15

Resp. 3. Effectus esse vel positiuos, vel negatiuos. Quare etiam si doctrina posita esset vera in effectis positiuis, qui recipere debent esse à causa, non tamen de effectis negatiuis, quia ad illorum existentiam non

exigi-

exigitur influxus potentiæ, sed potiùs negatio causæ,& actionis, & huiusmodi est hic effectus incorruptibilitatis,cum consistat in eo, vt corpus non possit pati à contrario. Hoc autem fieri potest vel per resistentiam, quæ superat vim actiuam omnis causæ creatæ, vel per negationem applicationis causarum.In statu autem innocentiæ fuit magis conueniens, vt fieret secundo modo;tum quia erat parum duraturus,tum quia ille modus magis conferebat ad subiectum Adami respectu Dei, & humiliandum illum.

. Ad primam prob. resp. Illa dona fuisse conuenientia, quia erant necessaria vt potentiæ eleuarentur ad opera supernaturalia:potentiæ autem connaturaliter operantur per principia intrinseca, quàm extrinseca.

Ad 2.prob.resp. quoad effectus positiuos vt secundum ordinariam prouidentiã causis secundis, non autem semper quoad effectus negatiuos præsertim qui oriuntur ex negatione applicationis causarum, quia sæpe hoc impedimentum præstatur à Deo immediatè ex sua prouidentia, vt dicitur in materia prædestinationis; & aliquando etiam vtitur causis secundis extrinsecis ad impediendum; & id contingit in casu nostro,quia vtitur prouidentia humana,& directione propria,vt vitetur applicatio causarum noxiarum. Dedit enim corpori humano optimum temperamentum ad resistendum contrarijs iuxta capacitatem humani corporis, & animæ tribuit prudentiam, & scientiam quibus posset pericula & agentia contraria vitare. Tertiò dedit lo cum temperatum,& salubre ob suppositum climati optimo,& temperatissimo. Et quia hæc omnia non erant sufficientia ad conseruandam immortalitatem, adiunxit ex peculiari decreto suam prouidentiam, tũ ad excitandum hominem in occasionibus oportunis, tum ad remouenda extrinseca impedimenta,quæ homo ètvigilaus præcauere non posset,vt ait Suar.

Ad primam confirm. resp. inde potiùs probari oppositum, nam licèt Deus dederit Adamo perfectissimos habitus naturales,quibus disponeretur appetitus ad bene dicendum rationi,non tamen illi erant sufficientes sine peculiari aliqua protectione Dei,vt docet communiter Doctores apud Suar.loc.cit.lib.3.c.12. ergo similiter dicendum est de immortalitate.

16 Ad 2.confir. resp. 1. non ab omnibus concedi, corporibus gloriosis concessam esse qualitatem superadditam,vt essent impassibilia, & immortalia, quia ex Palatio in 4.dist.44.disp. 1. duplex causa assignatur.Prima est contemperatio qualitatum quoad actiuitatem, & resistentiam; ita vt tanta sit actiuitas vnius, quanta resistentia alterius, vt communiter recipitur apud Ægidium Lusitanum tom. 3. de beatitudine quæst. 1. & hæc tribuitur Bonauent. in 4.dist 49.art.4.quæst.1.num.54.Secũda causa ponitur ex parte materiæ,quæ dicimus orbata est appetitu alterius formæ, cum corruptio oriatur ex illo secundum Auct. Alij verò tertiam causam dicunt esse diuersam materiam quintæ essentiæ,quã ponunt dominari in corpore glorioso.

4. Alij dicunt, oriri ex perfecta subiectione corporis beati ad animam beatam; ex quo dominio impeditur corpus, ne recipiat qualitates contrarias, & corruptiuas; quam opinionem docuit D. Thom. Capreol.Sot. P. zantius, Viguer. Salas, & putat probabilem Suar. licet diuersò modo illud dominium explicent; quod alij velint oriri à perfectissimo modo informandi, vnde à nullo agente creato dissolui possit;ita Sotus. Alij,consistere illud do minium in imperio voluntatis,cui ita corpus subditur, vt sicut non potest operationem elicere, nisi voluntate imperante;ita etiam vt non possit recipere aliquam passionem sine imperio illius. Tertiò dicunt consistere in potentia actiua animæ beatæ ad conseruandas naturales dispositiones sui corporis, quæ à nullo agente naturali vinci potest, vt probabiliter asserit Suar. Quartò alij hoc dominium ponunt in anima, quatenus producit qualitatem in corpore, qua prohibetur formaliter omnis passio corruptiua. Ita Capreol.

17 *Incorruptibilitas Beatorum ex perfecta corporis ad animam subordinatione per alios.*

Denique vltima opinio est dicentium, oriri impassibilitatem ex qualitate infusa à Deo inhærente corpori, per quam fit formaliter incapax omnis passionis, & alterationis corruptiuæ.Ita Henriq.Richard,Altisiodorens.Suar.disp 48.sect,3.num.6. & ita alij apud ipsum.ex August.epist. 56.ad Dioscorum.& epist.146. ad Consentium, dum explicat illa verba 1.Corint.15. *Mortui quidem resurgent incorrupti, & nos immutabimur*; quam sequuntur plurimi Theologi confutantes omnes alios modos dicendi, vt refert Ægid. Lusitan. lib. 5.q. 3.art.3.§. 3. Et hac opinione supposita, respondetur,diuersam esse rationem, nam corpo-

18 *Impassibilitas est ex qualitate à Deo infusa corpori per alios.*

litas corporea; vel impediret extrinsecum agens effectiuè producendo aliquid in illo, & non apparet quid possit producere in illo, vt impediatur eius actio, nisi diminuendo eius virtutem per contrariam virtutem. Confir. quia eadem ratione per illã qualitatem impediretur actio calidi in humidum, & actio partiũ corporis inter se. Confir. 2. quia caret fundamento ducto ex auctoritate D. Augustini in lib. quæstionum noui, & veteris testamenti quæst. 19. Tum quia nihil ibi de hac re; tum quia liber ille non probatur esse August. & licèt D.Thom. 1. p. q. 97. art. 1. videatur illi fauere, dum ait, conueniens fuisse, vt animæ rationali in principio daretur virtus, per quam corpus conseruare posset, quam in solutione ad tertium ait fuisse per donum gratiæ, tamen non videtur, ibi loqui de tali qualitate, sed vigorem animæ appellasse virtutem intellectualem, scilicet, scientiã, discretionem, prudentiam, & rectitudinẽ voluntatis, quibus vitare poterat extrinseca damna, vt patet ex alijs locis D. Thomæ supra citatis.

14 *Adami innocentis incorruptibilitas fuit p extrinsecã Dei prouidentiam.*

Secundò incorruptibilitatem Adamo in statu innocentiæ tributam fuisse per extrinsecam Dei prouidentiam, per quam Adam vitasset ea, quæ nocere ei potuissẽt. Ita D.Thom. in 2. dist. 19 q. 1. art. 4. in fine vbi ponit quatuor modos corruptionis. Vnum communem omnibus, Alterum communem mixtis. Tertium proprium animatorem. Quartum per violentiam ab aliquo extrinseco, scilicet *incisionem gladij, vel adustionem &c. Et ab hoc modo corruptionis conseruabat hominem illæsũ diuina prouidentia, per quam decretum erat, vt nullum nocumentum homo pateretur in corpore, nisi priùs à mentis innocentia demasset.* Confir. ex August. lib. 1. de peccat. mor. & remiss. cap. 3. *Si Deus,* inquit, *Israelitarum vestimentis, & calceamentis præstitit, quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum, si obedienti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale, ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum, qui sine defectu esset annorum &c.* Et infra comparat immortalitatem status innocentiæ cum immortalitate Eliæ, & Enochi vsque ad diem Iudicij. Sed incorruptio illa vestium, & Enoch fuit per extrinsecũ Dei prouidẽtiam, vt communiter asseritur, & videtur rationabile; ergo idem de Adami immortalitate. Confir. 2. quia cum probatum sit, non conuenisse illi incorruptionem ex vi qualitatis alicuius intrinsecæ, dicendum est, conuenire ex prouidentia extrinseca.

Molinæ Arg. contra vlt. dicta.

Sed contra hanc conclusionem obijcit Molina. Deus effectus permanentes non tribuit rebus immediatè per se ipsum, sed per aliquod donum intrinsecum, vt patet, tum ex dono gratiæ, habitum &c. Tum ex eo quod Deus vtitur causis secundis ex prouidentia ordinaria quoad ea, quæ potest facere per se ipsum. Confir. Primò, quia rebellionem appetitus ad rationem impediuit per habituale donum; ergo etiam actiones agentium contrariorum circa corpus Adæ.

Confir. 2. nam corporibus Beatorum tribuit immortalitatem, et impassibilitatẽ per donum qualitatis superadditum; imò etiam corpora damnatorum sic conseruat immortalia, ergo multò magis Adami in statu innocentiæ, quia hic est perfectior modus tribuendi immortalitatem. Denique ex partu fœminarum in illo statu sine dolore propter dispositionem intrinsecam illorum corporum; ergo idem dicendum de dispositione corporum quoad immortalitatem.

Satisfit Molinæ arg.

Resp. primò propter hæc argumenta opinio Molinæ est valde probabilis, quia tamen non est recedendum ab opinione posita, respondetur ad illa.

Igitur resp. 2. Effectus conuenientes rebus dupliciter posse comparari ad causam, primò vniformiter, & ita à Deo effici secũdùm ordinariam legem per causas secundas. Secundò difformiter; ita vt non semper eodem modo fiant respectu eiusdem causæ, & tunc non possent fieri per causas secundas, quæ necessariò operantur, atque adeo secundùm se eodem modo, sed fiunt à Deo secundùm ordinem suæ prouidentiæ; & ita contingit in casu nostro, nam cum calor extrinsecus non agat in corpus Adami, & calor eiusdem speciei intrinsecus agat, non potest illa incorruptibilitas oriri à qualitate aliqua diffusa per totum corpus, quia impediret etiam actionem caloris naturalis; & ideo relinquitur vt fiat à causis extrinsecis iuxta exigentiam prouidentiæ diuinæ impedientibus applicationem nociuorum. 15

Resp. 3. Effectus esse vel positiuos, vel negatiuos. Quare etiam si doctrina posita esset vera in effectis positiuis, qui recipere debent esse à causa, non tamen de effectis negatiuis, quia ad illorum existentiam non

exigi-

exigitur influxus potentiæ, sed potiùs negatio causæ, & actionis, & huiusmodi est hic effectus incorruptibilitatis, cum consistat in eo, vt corpus non possit pati à contrario. Hoc autem fieri potest vel per resistentiam, quæ superat vim actiuam omnis causæ creatæ, vel per negationem applicationis causarum. In statu autem innocentiæ fuit magis conueniens, vt fieret secundo modo; tum quia erat parum duraturus, tum quia ille modus magis conferebat ad subiectum Adami respectu Dei, & humiliandum illum.

Ad primam prob. resp. Illa dona fuisse conuenientia, quia erant necessaria vt potentiæ eleuarentur ad opera supernaturalia: potentiæ autem connaturalius operantur per principia intrinseca, quàm extrinseca.

Ad 2. prob. resp. quoad effectus positiuos vti secundum ordinariam prouidentiã causis secundis, non autem semper quoad effectus negatiuos præsertim qui oriuntur ex negatione applicationis causarum, quia sæpe hoc impedimentum præstatur a Deo immediatè ex sua prouidentia, vt dicitur in materia prædestinationis; & aliquando etiam vtitur causis secundis extrinsecis ad impediendum; & id contingit in casu nostro, quia vtitur prouidentia diuina, & directione propria, vt vitetur applicatio causarum noxiarum. Dedit enim corpori humano optimum temperamentum ad resistendum contrarijs iuxta capacitatem humani corporis, & animæ tribuit prudentiam, & scientiam quibus posset pericula & agentia contraria vitare. Tertiò dedit locum temperatum, & salubrem suppositum climati optimo, & temperatissimo. Et quia hæc omnia non erant sufficientia ad conseruandam immortalitatem, adiunxit ex peculiari decreto suam prouidentiam, tũ ad excitandum hominem in occasionibus opportunis; tum ad remouenda extrinseca impedimenta, quæ homo et vigilans præcauere non posset, vt ait Suar.

Ad primam confirm. resp. inde potiùs probari oppositum, nam licèt Deus dederit Adamo perfectissimos habitus naturales, quibus disponeretur appetitus ad obediendum rationi, non tamen illi erant sufficientes sine peculiari aliqua protectione Dei, vt docẽt communiter Doctores apud Suar. loc. cit. lib. 3. c. 12. ergo similiter dicendum est de immortalitate.

16 Ad 2. confir. resp. 1. non ab omnibus concedi, corporibus gloriosis concessam esse qualitatem superadditam, vt essent impassibilia, & immortalia, quia ex Palatio in 4. dist. 44. disp. 1. duplex causa assignatur. Prima est contemperatio qualitatum quoad actiuitatem, & resistentiam; ita vt tanta sit actiuitas vnius, quanta resistentia alterius, vt communiter recipitur apud Ægidium Lusitanum tom. 3. de beatitudine quæst. 1. & hæc tribuitur Bonauent. in 4. dist. 49. art. 4. quæst. 1. num. 54. Secũda causa ponitur ex parte materiæ, quæ diuinitùs orbata est appetitu alterius formæ, cum corruptio oriatur ex illo secundùm Arist. Alij verò tertiam causam dicunt esse diuersam materiam quintæ essentiæ, quã ponunt dominari in corpore glorioso.

4. Alij dicunt, oriri ex perfecta subiectione corporis beati ad animam beatam; ex quo dominio impeditur corpus, ne recipiat qualitates contrarias, & corruptiuas; quam opinionem docuit D. Thom. Capreol. Sot. Pezantius, Viguer. Salas, & putat probabilem Suar. licet diuersó modo illud dominium explicent; quod alij velint oriri à perfectissimo modo informandi, vnde à nullo agente creato dissolui possit; ita Sotus. Alij, consistere illud dominium in imperio voluntatis, cui ita corpus subditur, vt sicut non potest operationem elicere, nisi voluntate imperante; ita etiam vt non possit recipere aliquam passionem sine imperio illius. Tertiò dicunt consistere in potentia actiua animæ beatæ ad conseruandas naturales dispositiones sui corporis, quæ à nullo agente naturali vinci potest, vt probabiliter asserit Suar. Quartò alij hoc dominium ponunt in anima, quatenus producit qualitatem in corpore, qua prohibetur formaliter omnis passio corruptiua. Ita Capreol. 17

Incorruptibilitas Beatorum ex perfecta corporis ad animam subordinatione per alios.

Denique vltima opinio est dicentium, oriri impassibilitatem ex qualitate infusa à Deo inhærente corpori, per quam fit formaliter incapax omnis passionis, & alterationis corruptiuæ. Ita Henriq. Richard. Altisiodorens. Suar. disp 48. sect. 3. num. 6. & ita alij apud ipsum. ex August. epist. 56. ad Dioscorum. & epist. 146. ad Consentium, dum explicat illa verba 1. Corint. 15. *Mortui quidem resurgent incorrupti, & nos immutabimur*; quam sequuntur plurimi Theologi confutantes omnes alios modos dicendi, vt refert Ægid. Lusitan. lib. 5. q. 3. art. 3. §. 3. Et hac opinione supposita, respondetur, diuersam esse rationem, nam 18

Impassibilitas est ex qualitate à Deo infusa corpori per alios.

corpo-

litas corporea; vel impediret extrinsecum agens effectiuè producendo aliquid in illo, & non apparet quid possit producere in illo, vt impediatur eius actio, nisi diminuendo eius virtutem per contrariam virtutem. Confir. quia eadem ratione per illã qualitatem impediretur actio calidi in humidum, & actio partiũ corporis inter se. Confir. 2. quia caret fundamento ducto ex auctoritate D. Augustini in lib. quæstionum noui, & veteris testamenti quæst. 19. Tum quia nihil ibi de hac re; tum quia liber ille non probatur esse August. & licèt D. Thom. 1. p. q. 97. art. 1. videatur illi fauere, dum ait, conueniens fuisse, vt animæ rationali in principio daretur virtus, per quam corpus conseruare posset, quam in solutione ad tertium ait fuisse per donum gratiæ, tamen non videtur, ibi loqui de tali qualitate, sed vigorem animæ appellasse virtutem intellectualem, scilicet, scientiã, discretionem, prudentiam, & rectitudinẽ voluntatis, quibus vitare poterat extrinseca damna, vt patet ex alijs locis D. Thomæ supra citatis.

14 *Adami innocentis incorruptibilitas fuit p extrinsecã Dei prouidentiam.*

Secundò incorruptibilitatem Adamo in statu innocentiæ tributam fuisse per extrinsecam Dei prouidentiam, per quam Adam vitasset ea, quæ nocere ei potuissẽt. Ita D. Thom. in 2. dist. 19. q. 1. art. 4. in fine vbi ponit quatuor modos corruptionis, Vnum communem omnibus, Alterum communem mixtis. Tertium proprium animatorum. Quartum per violentiam ab aliquo extrinseco, scilicet *incisionem gladij, vel adustionem &c. Et ab hoc modo corruptionis conseruabat hominem illæsũ diuina prouidentia, per quam decretum erat, vt nullum nocumentum homo pateretur in corpore, nisi priùs à mentis innocentia deuiasset.* Confir. ex August. lib. 1. de peccat. mor. & remiss. cap. 3. *Si Deus,* inquit, *Israelitarum vestimentis, & calceamentis præstitit, quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum, si obedienti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale, ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum, qui sine defectu esset annorum &c.* Et infra comparat immortalitatem status innocentiæ cum immortalitate Eliæ, & Enochi vsque ad diem Iudicij. Sed incorruptio illa vestium, & Enoch fuit per extrinsecã Dei prouidẽtiam, vt communiter asseritur, & videtur rationabile; ergo idem de Adami immortalitate. Confir. 2. quia cum probatum sit, non conuenisse illi incorruptionem ex vi qualitatis alicuius intrinsecæ, dicendum est, conuenire ex prouidentia extrinseca.

Molinæ Arg. contra vlt. dicta.

Sed contra hanc conclusionem obijcit Molina. Deus effectus permanentes non tribuit rebus immediatè per se ipsum, sed per aliquod donum intrinsecum, vt patet, tum ex dono gratiæ, habitum &c. Tum ex eo quod Deus vtitur causis secundis ex prouidentia ordinaria quoad ea, quæ potest facere per se ipsum. Confir. Primò, quia rebellionem appetitus ad rationem impediuit per habituale donum; ergo etiam actiones agentium contrariorum circa corpus Adæ.

Confir. 2. nam corporibus Beatorum tribuit immortalitatem, et impassibilitatẽ per donum qualitatis superadditum; imò etiam corpora damnatorum sic conseruat immortalia, ergo multò magis Adami in statu innocentiæ, quia hic est perfectior modus tribuendi immortalitatem. Denique ex partu fœminarum in illo statu sine dolore propter dispositionem intrinsecam illorum corporum; ergo idem dicendum de dispositione corporum quoad immortalitatem.

Satisfit Molinæ arg.

Resp. primò propter hæc argumenta opinio Molinæ est valde probabilis, quia tamen non est recedendum ab opinione posita, respondetur ad illa.

Igitur resp. 2. Effectus conuenientes rebus dupliciter posse comparari ad causam, primò vniformiter, & ita à Deo effici secũdũm ordinariam legem per causas secundas. Secundò difformiter; ita vt non semper eodem modo fiant respectu eiusdem causæ, & tunc non possent fieri per causas secundas, quæ necessariò operantur, atque adeo secundùm se eodem modo, sed fiunt à Deo secundùm ordinem suæ prouidentiæ; & ita contingit in casu nostro, nam cum calor extrinsecus non agat in corpus Adami, & calor eiusdem speciei intrinsecus agat, non potest illa incorruptibilitas oriri à qualitate aliqua diffusa per totum corpus, quia impediret etiam actionem caloris naturalis; & ideo relinquitur vt fiat à causis extrinsecis iuxta exigentiam prouidentiæ diuinæ impedientibus applicationem nociuorum. 15

Resp. 3. Effectus esse vel positiuos, vel negatiuos. Quare etiam si doctrina posita esset vera in effectis positiuis, qui recipere debent esse à causa, non tamen de effectis negatiuis, quia ad illorum existentiam non exigi-

exigitur influxus potentiæ, sed potiùs negatio causæ, & actionis, & huiusmodi est hic effectus incorruptibilitatis, cum consistat in eo, vt corpus non possit pati à contrario. Hoc autem fieri potest vel per resistentiam, quæ superat vim actiuam omnis causæ creatæ, vel per negationem applicationis causarum. In statu autem innocentiæ fuit magis conueniens, vt fieret secundo modo; tum quia erat parum duraturus, tum quia ille modus magis conferebat ad subiectum Adami respectu Dei, & humiliandum illum.

Ad primam prob. resp. Illa dona fuisse conuenientia, quia erant necessaria vt potentiæ eleuarentur ad opera supernaturalia; potentiæ autem connaturaliùs operantur per principia intrinseca, quàm extrinseca.

Ad 2. prob. resp. quoad effectus positiuos vti secundum ordinariam prouidentiã causis secundis, non autem semper quoad effectus negatiuos præsertim qui oriuntur ex negatione applicationis causarum, quia sæpe hoc impedimentum præstatur à Deo immediatè ex sua prouidentia, vt dicitur in materia prædestinationis; & aliquando etiam vtitur causis secundis extrinsecis ad impediendum; & id contingit in casu nostro, quia vtitur prouidentia humana, & directione propria, vt vitetur applicatio causarum noxiarum. Dedit enim corpori humano optimum temperamentum ad resistendum contrarijs iuxta capacitatem humani corporis, & animæ tribuit prudentiam, & scientiam quibus posset pericula & agentia contraria vitare. Tertiò dedit locum temperatum, & salubrem suppositum climati optimo, & temperatissimo. Et quia hæc omnia non erant sufficientia ad conseruandam immortalitatem, adiunxit ex peculiari decreto suam prouidentiam, tũ ad excitandum hominem in occasionibus oportunis; tum ad remouenda extrinseca impedimenta, quæ homo èt vigilans præcauere non posset, vt ait Suar.

Ad primam confirm. resp. inde potiùs probari oppositum, nam licèt Deus dederit Adamo perfectissimos habitus naturales, quibus disponeretur appetitus ad obediendum rationi, non tamen illi erant sufficientes sine peculiari aliqua protectione Dei, vt docet communiter Doctores apud Suar. loc. cit. lib. 3. c. 12. ergo similiter dicendum est de immortalitate.

16 Ad 2. confir. resp. 1. non ab omnibus concedi, corporibus gloriosis concessam esse qualitatem superadditam, vt essent impassibilia, & immortalia, quia ex Palacio in 4. dist. 44. disp. 1. duplex causa assignatur. Prima est contemperatio qualitatum quoad actiuitatem, & resistentiam; ita vt tanta sit actiuitas vnius, quanta resistentia alterius, vt communiter recipitur apud Ægidium Lusitanum tom. 3. de beatitudine quæst. 1. & hæc tribuitur Bonauent. in 4. dist 49. art. 4. quæst. 1. num. 54. Secũda causa ponitur ex parte materiæ, quæ dipinitùs orbata est appetitu alterius formæ, cum corruptio oriatur ex illo secundum Arist. Alij verò tertiam causam dicunt esse diuersam materiam quintæ essentiæ, quã ponunt dominari in corpore glorioso.

4. Alij dicunt, oriri ex perfecta subiectione corporis beati ad animam beatam; ex quo dominio impeditur corpus, ne recipiat qualitates contrarias, & corruptiuas; quam opinionem docuit D. Thom. Capreol. Sot. P. zanius, Viguer. Salas, & putat probabilem Suar. licet diuersò modo illud dominium explicent; quod alij velint oriri à perfectissimo modo informandi, vnde à nullo agente creato dissolui possit; ita Sotus. Alij, consistere illud dominium in imperio voluntatis, cui ita corpus subditur, vt sicut non potest operationem elicere, nisi voluntate imperante; ita etiam vt non possit recipere aliquam passionem sine imperio illius. Tertiò dicunt consistere in potentia actiua animæ beatæ ad conseruandas naturales dispositiones sui corporis, quæ à nullo agente naturali vinci potest, vt probabiliter asserit Suar. Quartò alij hoc dominium ponunt in anima, quatenus producit qualitatem in corpore, qua prohibetur formaliter omnis passio corruptiua. Ita Capreol. 17 *Incorruptibilitas Beatorum ex perfecta corporis ad animam subordinatione per alios.*

Denique vltima opinio est dicentium, oriri impassibilitatem ex qualitate infusa à Deo inhærente corpori, per quam fit formaliter incapax omnis passionis, & alterationis corruptiuæ. Ita Henriq. Richard. Altisiodorens. Suar. disp 48. sect. 3. num. 6. & ita alij apud ipsum. ex August. epist. 56. ad Dioscorum. & epist. 146. ad Consentium, dum explicat illa verba 1. Corint. 15. *Mortui quidem resurgent incorrupti, & nos immutabimur*; quam sequuntur plurimi Theologi confutantes omnes alios modos dicendi, vt refert Ægid. Lusitan. lib. 5. q. 3. art. 3. §. 3. Et hac opinione supposita, respondetur, diuersam esse rationem, nam 18 *Impassibilitas est ex qualitate à Deo infusa corpori per alios.*

corpo-

litas corporea; vel impediret extrinsecum agens effectiuè producendo aliquid in illo, & non apparet quid possit producere in illo, vt impediatur eius actio, nisi diminuendo eius virtutem per contrariam virtutem. Confir. quia eadem ratione per illā qualitatem impediretur actio calidi in humidum, & actio partiū corporis inter se. Confir. 2. quia caret fundamento ducto ex auctoritate D. Augustini in lib. quæstionum noui, & veteris testamenti quæst. 19. Tum quia nihil ibi de hac re; tum quia liber ille non probatur esse August. & licèt D. Thom. 1. p. q. 97. art. 1. videatur illi fauere, dum ait, conueniens fuisse, vt animæ rationali in principio daretur virtus, per quam corpus conseruare posset, quam in solutione ad tertium ait fuisse per donum gratiæ, tamen non videtur ibi loqui de tali qualitate, sed vigorem animæ appellasse virtutem intellectualem, scilicet, scientiā, discretionem, prudentiam, & rectitudinē voluntatis, quibus vitare poterat extrinseca damna, vt patet ex alijs locis D. Thomæ supra citatis.

14 *Adami innocentis incorruptibilitas fuit p extrinsecā Dei prouidentiam.*

Secundò incorruptibilitatem Adamo in statu innocentiæ tributam fuisse per extrinsecam Dei prouidentiam, per quam Adam vitasset ea, quæ nocere ei potuissét. Ita D. Thom. in 2. dist. 19. q. 1. art. 4. in fine vbi ponit quatuor modos corruptionis. Vnum communem omnibus. Alterum communem mixtis. Tertium proprium animatorum. Quartum per violentiam ab aliquo extrinseco, scilicet *incisionem gladij, vel adustionem &c. Et ab hoc modo corruptionis conseruabat hominem illæsū diuina prouidentia, per quam decretum erat, vt nullum nocumentum homo pateretur in corpore, nisi priùs à mentis innocentia deuiasset.* Confir. ex August. lib. 1. de peccat. mor. & remiss. cap. 3. *Si Deus*, inquit, *Israelitarum vestimentis, & calceamentis præstitit, quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirum, si obedienti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale, ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum, qui sine defectu esset annorum &c.* Et infra comparat immortalitatem status innocentiæ cum immortalitate Eliæ, & Enochi vsque ad diem Iudicij. Sed incorruptio illa vestium, & Enoch fuit per extrinsecā Dei prouidētiam, vt communiter asseritur, & videtur rationabile; ergo idem de Adami immortalitate. Confir. 2. quia cum probatum sit, non conuenisse illi incorruptionem ex vi qualitatis alicuius intrinsecæ, dicendum est, conuenite ex prouidentia extrinseca.

Molinæ Arg. contra vlt. dicta.

Sed contra hanc conclusionem obijcit Molina. Deus effectus permanentes non tribuit rebus immediatè per se ipsum, sed per aliquod donum intrinsecum, vt patet, tum ex dono gratiæ, habitum &c. Tum ex eo quod Deus vtitur causis secundis ex prouidencia ordinaria quoad ea, quæ potest facere per se ipsum. Confir. Primò, quia rebellionem appetitus ad rationem impediuit per habituale donum; ergo etiam actiones agentium contrariorum circa corpus Adæ.

Confir. 2. nam corporibus Beatorum tribuit immortalitatem, et impassibilitatē per donum qualitatis superadditum; imò etiam corpora damnatorum sic conseruat immortalia, ergo multò magis Adami in statu innocentiæ, quia hic est perfectior modus tribuendi immortalitatem. Denique ex partu fœminarum in illo statu sine dolore propter dispositionem intrinsecam illorum corporum; ergo idem dicendum de dispositione corporum quoad immortalitatem.

Satisfit Molinæ arg.

Resp. primò propter hæc argumenta opinio Molinæ est valde probabilis, quia tamen non est recedendum ab opinione posita, respondetur ad illa.

Igitur resp. 2. Effectus conuenientes rebus dupliciter posse comparari ad causam, primò vniformiter, & ita à Deo effici secūdùm ordinatiam legem per causas secundas. Secundò difformiter; ita vt non semper eodem modo fiant respectu eiusdem causæ, & tunc non possent fieri per causas secundas, quæ necessariò operantur, atque adeo secundùm se eodem modo, sed fiunt à Deo secundùm ordinem suæ prouidentiæ; & ità contingit in casu nostro, nam cum calor extrinsecus non agat in corpus Adami, & calor eiusdem speciei intrinsecus agat, non potest illa incorruptibilitas oriri à qualitate aliqua diffusa per totum corpus, quia impediret etiam actionem caloris naturalis; & ideo relinquitur vt fiat à causis extrinsecis iuxta exigentiam prouidentiæ diuinæ impedientibus applicationem nociuorum. 15

Resp. 3. Effectus esse vel positiuos, vel negatiuos. Quare etiam si doctrina posita esset vera in effectis positiuis, qui recipere debent esse à causa, non tamen de effectis negatiuis, quia ad illorum existentiam non

exigi-

exigitur influxus potentiæ, sed potiùs negatio causæ, & actionis, & huiusmodi est hic effectus incorruptibilitatis, cùm consistat in eo, vt corpus non possit pati à contrario. Hoc autem fieri potest vel per resistentiam, quæ superat vim actiuam omnis causæ creatæ, vel per negationem applicationis causarum. In statu autem innocentiæ fuit magis conueniens, vt fieret secundo modo; tum quia erat parum duraturus, tum quia ille modus magis conferebat ad subiectum Adami respectu Dei, & humiliandum illum.

Ad primam prob. resp. Illa dona fuisse conuenientia, quia erant necessaria vt potentiæ eleuarentur ad opera supernaturalia: potentiæ autem connaturaliùs operantur per principia intrinseca, quàm extrinseca.

Ad 2. prob. resp. quoad effectus positiuos vti secundum ordinariam prouidentiã causis secundis, non autem semper quoad effectus negatiuos præsertim qui oriuntur ex negatione applicationis causarum, quia sæpe hoc impedimentum præstatur à Deo immediatè ex sua prouidentia, vt dicitur in materia prædestinationis; & aliquando etiam vtitur causis secundis extrinsecis ad impediendum; & id contingit in casu nostro, quia vtitur prouidentia humana, & directione propria, vt vitetur applicatio causarum noxiarum. Dedit enim corpori humano optimum temperamentum ad resistendum contrarijs iuxta capacitatem humani corporis, & animæ tribuit prudentiam, & scientiam quibus posset pericula & agentia contraria vitare. Tertiò dedit locum temperatum, & salubrem suppositum climati optimo, & temperatissimo. Et quia hæc omnia non erant sufficientia ad conseruandam immortalitatem, adiunxit ex peculiari decreto suam prouidentiam, tū ad excitandum hominem in occasionibus oportunis, tum ad remouenda extrinseca impedimenta, quæ homo et vigilans præcauere non posset, vt ait Suar.

Ad primam confirm. resp. inde potiùs probari oppositum, nam licèt Deus dederit Adamo perfectissimos habitus natu ales, quibus disponeretur appetitus ad obediendum rationi, non tamen illi erant sufficientes sine peculiari aliqua protectione Dei, vt docet communiter Doctores apud Suar. loc. cit. lib. 3. c. 12. ergo similiter dicendum est de immortalitate.

16 Ad 2. confir. resp. 1. non ab omnibus concedi, corporibus gloriosis concessam esse qualitatem superadditam, vt essent impassibilia, & immortalia, quia ex Palatio in 4. dist. 44. disp. 1. duplex causa assignatur. Prima est contemperatio qualitatum quoad actiuitatem, & resistentiam; ita vt tanta sit actiuitas vnius, quanta resistentia alterius, vt communiter recipitur apud Ægidium Lusitanum tom. 3. de beatitudine quæst. 1. & hæc tribuitur Bonauent. in 4. dist. 49. art. 4. quæst. 1. num. 54. Secūda causa ponitur ex parte materiæ, quæ dicitur orbata esse appetitu alterius formæ, cum corruptio oriatur ex illo secundùm Arist. Alij verò tertiam causam dicunt esse diuersam materiam quintæ essentiæ, quã ponunt dominari in corpore glorioso.

4. Alij dicunt, oriri ex perfecta subiectione corporis beati ad animam beatam; ex quo dominio impeditur corpus, ne recipiat qualitates contrarias, & corruptiuas; quam opinionem docuit D. Thom. Capreol. Sot. P. zantius, Viguer. Salas, & putat probabilem Suar. licet diuerso modo illud dominium explicent; quod alij velint oriri à perfectissimo modo informandi, vnde à nullo agente creato dissolui possit; ita Sotus. Alij, consistere illud dominium in imperio voluntatis, cui ita corpus subditur, vt sicut non potest operationem elicere, nisi voluntate imperante; ita etiam vt non possit recipere aliquam passionem sine imperio illius. Tertiò dicunt consistere in potentia actiua animæ beatæ ad conseruandas naturales dispositiones sui corporis, quæ à nullo agente naturali vinci possit, vt probabiliter asserit Suar. Quartò alij hoc dominium ponunt in anima, quatenus producit qualitatem in corpore, qua prohibetur formaliter omnis passio corruptiua. Ita Capreol. 17 *Incorruptibilitas Beatorum ex perfecta corporis ad animam subordinatione per alios.*

Denique vltima opinio est dicentium, oriri impassibilitatem ex qualitate infusa à Deo inhærente corpori, per quam fit formaliter incapax omnis passionis, & alterationis corruptiuæ Ita Henriq. Richard. Altissiodorens. Suar. disp 48. sect. 3. num. 6. & ita alij apud ipsum ex August. epist. 56. ad Dioscorum. & epist. 146. ad Consentium, dum explicat illa verba 1. Corint. 15. *Mortui quidem resurgent incorrupti, & nos immutabimur*; quam sequuntur plurimi Theologi confutantes omnes alios modos dicendi, vt refert Ægid. Lusitan. lib. 5. q. 3. art. 3. §. 3. Et hac opinione supposita, respondetur, diuersam esse rationem, nam 18 *Impassibilitas est ex qualitate à Deo infusa corpori per alios.*

corpo-

exigitur influxus potentiæ, sed potiùs negatio causæ, & actionis, & huiusmodi est hic effectus incorruptibilitatis, cum consistat in eo, vt corpus non possit pati à contrario. Hoc autem fieri potest vel per resistentiam, quæ superat vim actiuam omnis causæ creatæ, vel per negationem applicationis causarum. In statu autem innocentiæ fuit magis conueniens, vt fieret secundo modo; tum quia erat parum duraturus, tum quia ille modus magis conferebat ad subiectum Adami respectu Dei, & humiliandum illum.

Ad primam prob. resp. Illa dona fuisse conuenientia, quia erant necessaria vt potentiæ eleuarentur ad opera supernaturalia; potentiæ autem connaturalius operantur per principia intrinseca, quàm extrinseca.

Ad 2. prob. resp. quoad effectus positiuos vti secundum ordinariam prouidentiã causis secundis, non autem semper quoad effectus negatiuos præsertim qui oriuntur ex negatione applicationis causarum, quia sæpe hoc impedimentum præstatur à Deo immediatè ex sua prouidentia, vt dicitur in materia prædestinationis; & aliquando etiam vtitur causis secundis extrinsecis ad impediendum; & id contingit in casu nostro, quia vtitur prouidentia humana, & directione propria, vt vitetur applicatio causarum noxiarum. Dedit enim corpori humano optimum temperamentum ad resistendum contrarijs iuxta capacitatem humani corporis, & animæ tribuit prudentiam, & scientiam quibus posset pericula & agentia contraria vitare. Tertiò dedit locum temperatum, & salubrem suppositum climati optimo, & temperatissimo. Et quia hæc omnia non erant sufficientia ad conseruandam immortalitatem, adiunxit ex peculiari decreto suam prouidentiam, tũ ad excitandum hominem in occasionibus oportunis; tum ad remouenda extrinseca impedimenta, quæ homo etiã vigilans præcauere non posset, vt ait Suar.

Ad primam confirm. resp. inde potiùs probari oppositum, nam licèt Deus dederit Adamo perfectissimos habitus naturales, quibus disponeretur appetitus ad obediendum rationi, non tamen illi erant sufficientes sine peculiari aliqua protectione Dei, vt docẽt communiter Doctores apud Suar. loc. cit. lib. 3. c. 12. ergo similiter dicendum est de immortalitate.

16 Ad 2. confir. resp. 1. non ab omnibus concedi, corporibus gloriosis concessam esse qualitatem superadditam, vt essent impassibilia, & immortalia, quia ex Palatio in 4. dist. 44. disp. 1. duplex causa assignatur. Prima est contemperatio qualitatum quoad actiuitatem, & resistentiam; ita vt tanta sit actiuitas vnius, quanta resistentia alterius, vt communiter recipitur apud Ægidium Lusitanum tom. 3. de beatitudine quæst. 1. & hæc tribuitur Bonauent. in 4. dist 49. art. 4. quæst. 1. num. 54. Secũda causa ponitur ex parte materiæ, quæ diuinitùs orbata est appetitu alterius formæ, cum corruptio oriatur ex illo secundùm Arist. Alij verò tertiam causam dicunt esse diuersam materiam quintæ essentiæ, quã ponunt dominari in corpore glorioso.

4. Alij dicunt, oriri ex perfecta subiectione corporis beati ad animam beatam; ex quo dominio impeditur corpus, ne recipiat qualitates contrarias, & corruptiuas; quam opinionem docuit D. Thom. Capreol. Sot. P. zantius, Viguer. Salas, & putat probabilem Suar. licet diuersò modo illud dominium explicent; quod alij velint oriri à perfectissimo modo informandi, vnde à nullo agente creato dissolui possit; ita Sotus. Alij, consistere illud dominium in imperio voluntatis, cui ita corpus subditur, vt sicut non potest operationem elicere, nisi voluntate imperante; ita etiam vt non possit recipere aliquam passionem sine imperio illius. Tertiò dicunt consistere in potentia actiua animæ beatæ ad conseruandas naturales dispositiones sui corporis, quæ à nullo agente naturali vinci potest, vt probabiliter asserit Suar. Quartò alij hoc dominium ponunt in anima, quatenus producit qualitatem in corpore, qua prohibetur formaliter omnis passio corruptiua. Ita Capreol.

17 *Incorruptibilitas Beatorum ex perfecta corporis ad animam subordinatione per alios.*

Denique vltima opinio est dicentium, oriri impassibilitatem ex qualitate infusa à Deo inhærente corpori, per quam fit formaliter incapax omnis passionis, & alterationis corruptiuæ. Ita Henriq. Richard. Altisiodorens. Suar. disp 48. sect. 3. num. 6. & ita alij apud ipsum, ex August. epist. 56. ad Dioscorum. & epist. 146. ad Consentium, dum explicat illa verba 1. Corint. 15. *Mortui quidem resurgent incorrupti, & nos immutabimur*; quam sequuntur plurimi Theologi confutantes omnes alios modos dicendi, vt refert Ægid. Lusitan. lib. 5. q. 3. art. 3. §. 3. Et hac opinione supposita, respondetur, diuersam esse rationem, nam corpo-

18 *Impassibilitas est ex qualitate à Deo infusa corpori per alios.*

corpora gloriosa omni tēpore, & in omni parte sunt immortalia, & impassibilia, non sic autem corpus Adami: damnatorum verò corpora sunt extra statum corporum, vt animalia sunt, quatenus nec cibo, nec potu indigent. Et ob hanc rationem aliqui tribuunt illi habere qualitatem intrinsecā. Sed non placet, quia deberent reddi impassibilia respectu ignis, sicut respectu caloris innati. Et ideo dicunt, conseruari sub tanta passione ex peculiari actione prouidentiæ Dei.

Ad 3. confir. resp. partum sine dolore non futurum fuisse sine aliqua peculiari Dei prouidentia: de qua re alibi.

Secunda difficultas. Qua ratione modus corruptionis ab intrinseco non fuerit in Adamo.

19 *Cibi indigē tia quomodo cū incorruptibilitate cohæreat.*

Cum dictum sit, Adamum futurum fuisse immortalem in eo statu, & ex alia parte indiguisse cibo ad vitæ conseruationem, non apparet quo modo hæc duo cohæreā, cum necessitas cibi supponat corruptionem humidi radicalis, quod reparari debet per alimentum. Hinc aliqui distinguunt corruptionem partialem reparabilem per cibum à corruptione totali, illā ponentes, & hanc negantes in Adamo.

Ex quo deducunt, immortalitatem ab intrinseco conuenientem Adamo non fuisse per intrinsecam qualitatem impedientē actionem, & passionem, quia cū hæc vniformiter informasset partes, & totum sicut impedisset corruptionem totius, ita & partium, atque adeo in eo statu Adam non indiguisset cibo contra id Gen. 2. *De omni ligno Paradisi Comedes*. vbi ex cōmuni DD. D. 2. d. 19. præcipitur esus, vt ibi Dur. q. 2. D. Tho. 1. p. q. 97. art. 2. contra Abulens. Gen. 13. q. 206. & 209.

Difficultas est, vnde ortum fuerit, vt Adamus fuerit ab intrinseco corruptibilis secundùm partem quatenus per actionem caloris aliquid de humido corporis Adæ perdi potuisset, vt ait D. Thom. q. 97. art. 3. ad 1. & pati à cibis, vt ait ad 2. & in art. 4. & tamen ex illa corruptione non fuisset corpus secundùm totum corruptum.

Resp. Caietan. negando, in illo statu futuram fuisse repassionem à cibis in calorē naturalem propter vim quandam supernaturalem animæ, quæ impediebat repassionem ciborum in corpus Adami. Sed non placet alijs, quia non apparet ratio, cur corpus illud reddi potuerit impassibile ab alimentis ex illa vi animæ magis, quàm ab actione calidi in humidum, vel à mutua actione, & passione partium dissimilarium inter se. Confir. quia non apparet cur magis repugnet immortalitati illius status repassio ab alimentis, quàm passio humidi à calido, nam si vtraque alteratio fuisset nimia, extraxisset corpus à naturali dispositione. Si moderata conseruata fuisset naturalis dispositio.

Resp. 2. D. Thom. art. 3. ad 2. illam repassionem non fuisse contra immortalitatem totius, quia erat ordinata ad perfectionem naturæ. Quod si obijcias, repassio caloris naturalis ab alimentis etiam in statu naturæ corruptæ ordinatur ad perfectionem naturæ, & tamen non inde consequitur, quin homo sit corruptibilis, & mortalis. 20

Resp. an in eo statu fuisset simpliciter corpus corruptibile, & mortale, an verò simpliciter incorruptibile, & immortale, esse quæstionem de nomine, nam vtrumq; dici potest secundùm diuersam rationem. Neque est eadem ratio de statu naturæ corruptæ, quia ex omnibus Doctoribus in eo statu potuisset non mori, quia potuit non peccare: At in statu naturæ corruptæ post peccatum, non potest nō mori, quia, existente peccato, ex decreto Dei non poterat mori, non quidem ex intrinseca, & physica dispositione corporis, vel animæ, sed ex varijs remedijs à Deo statutis in eo statu pro conseruatione vitæ; atque adeo etiam si fuisset aliqua partialis passio, nunquam tamen totalis, idest, per separationē animæ à toto corpore: cuius causam explicat D. Tho. loc. cit. art. 4. ex D. August. libr. 14 de Ciuit. cap. 26. & lib. 1. de peccat. mor. ca. 3. & q. 19. noui, & veteris testamenti. Dices. Quæ sunt hæc remedia, quę Deus instituit ad conseruandam vitam. Resp. quod sicut mors accidit ex duobus defectibus, quæ sunt in natura humana. Primus est deperditio humidi per actionē caloris, & huic subuentum est per esum aliorum fructuum paradisi, nam inde restauratur humidum deperditum: quæ subuentio si fiat suo tempore, impeditur fames, sitis, & alteratio præternaturalis. Vnde August. *Cibus aderat ne esuriret potus ne sitiret*. Et quia sumptio alimenti erat illi præcepta siue lege positiua diuina, siue naturali, ideo non poterat abstinere à cibo necessario ad conseruationem totius vitæ sine peccato, & inde mors fuisset sequuta non in statu innocentiæ, sed post peccatū.

Quod

Quod si dicas, potuisse peccare venialiter; Respondetur, non potuisse in illo statu ex peculiari prouidentia Dei peccare venialiter anteq̃ peccaret mortaliter, & ideo non potuit abstinere peccando tantũ venialiter.

21 Alter defectus contingit tum in calore naturali ex vi reactionis alimenti, tum in humido, quod testautatum ab alimentis erat minus perfectum. Et huic defectui remedia adhibuit Deus varia. Primò dando perfectam dispositionem, & contempetationem humorum. Vnde impediebatur vehemens actio inducens morbos &c. Secunda dando donum iustitiæ originalis, per quam impediebatur vehementia passionum, quibus alterantur humores, & vitabatur nimis labor inducens malam dispositionem, vt notat Aug. loco cit. Tertiò dedit fructus habentes optimas qualitates conuenientes corpori humano, vt non multum illud alterarent. Quartò loci dispositio salubris, nam, vt inquit August. loco cit. de Ciuit. *Sicut in paradiso nullus æstus aut frigus, sic in eius habitatore nulla ex cupiditate, vel timore offensio, nihil omninò triste, non lassitudo fatigat otiosum, non somnus premebat inuitum &c.*

Denique plantauit lignum vitæ, ex cuius fructu cõfortabatur, & reparabatur defectur caloris naturalis, vel secundũ alios, præseruabatur ne infra connaturalem dispositionẽ minueretur, & inde ex August. impediebatur senectus, & mors; *neque enim*, inquit, *corruptionem corporis inhibebat*. Et hinc fiebat, vt licet corpus secundùm se alterari potuisset, non tamen extra latitudinem dispositionis conuenientis naturæ humanæ, nam priusquam dispositio perueniret ad terminum præternaturalem per esum dicti fructur, dispositio reducebatur ad primæuum statum, vt significat August. 13. de Ciuitate cap. 23. Quomodo autem fructus ligni vitæ producere potuisset hos effectus dictum est in tractatu de sex operibus dierum: qua virtute id præstaret naturali, an supernaturali, an semel sumptur, an pluries, & an perpetuò, an verò ad certum tẽpus, & similia ibi dicta sũt.

QVÆSTIO IX.

De putredine, & mixti corruptione.

DVBITATIO I.

Quid sit putredo in communi, & an naturalis sit.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò notandum, nomine corruptionis intelligi desibilitatem rei secundùm aliquod esse. Et quia esse duplex est, aliud substantiale, & simpliciter, & aliud accidentale, & secũdùm quid: ideo duplex est corruptio, vna simpliciter, & substãtialis, vt quando res desinit habere illud esse, quod acquisiuit per generationem simpliciter; alia secundùm quid, vt quando res desinit habere esse accidentale, quod acquisiuit per generationem secũdùm quid. 1 *Corruptionis nomine quid intelligatur.*

2. Not. Ab Arist. diuidi corruptionem in naturalem, & violentam, & quidem putredo dicitur corruptio secundùm naturã, combustio autem dicitur violenta; naturale autem dupliciter aliquod potest dici primò, quod fit secundùm cursum naturæ, quare omnes corruptiones, quæ fiunt debitis temporibus, & causis, dicuntur naturales. Secundò quod secundùm inclinationem naturæ, & hoc duplex vel ex inclinatione causæ efficientis siue mediatè, siue immediatè, siue particularis, siue vniuersalis dicitur naturalis corruptio, quando causa intendit corruptionem rei, vt v.g. ignis producendo calorem, & siccitatem corrũpit frigidum, & humidum naturaliter, quia corruptiones huiusmodi intenduntur ab huiusmodi causis ad conseruationem rerũ. Secũdò dicitur naturalis in ordine ad subiectum, & hoc dupliciter. Primò ratione subiecti inhæsionis, & ita corruptio per se non dicitur naturalis, sed per accidens, quia per se intendit cõseruationem formæ, quã habet, sed quia habet inclinationem ad formam illi incompletam per accidens intẽdit corruptionẽ illius ex D. Th. 1.2. q. 10. ar. 1. Secundò ratione subiecti denominationis, & hoc dupliciter. primò quatenus destruit esse; & ita semper est violẽta corruptio, nam ex Boetio 3. de consid. omne animal perniciem suam, mortẽq; deuitat. Secundò secundùm conditionem suæ naturæ, & ita aliquando est naturalis, quando res interit secundùm modum, quẽ requirit natura rei, vt intereat; siue quia causa efficiens corruptionis est intrinseca subiecto, siue quia est dispositio ad talem corruptionem: violenta verò dicitur quando secus, vt dicimus mortem senum esse naturalẽ, iuuenũ verò ex laqueo, vel gladio esse violẽtam. *Corruptionis diuisio in naturalem, & violentam.*

Putredo quomodo dicatur corruptio naturalis, & combustio violenta.

Nunc difficultas est quomodo putredo dicatur corruptio naturalis, & combustio violenta. Et ratio difficultatis ponitur à Zabarella lib. 2. cap. 3. nam vtraque videtur naturalis, vel violenta: nam si spectetur principium, violenta corruptio dicitur quæ est ab extrinseco agente, & si vtraque sit à calore externo, vtraque erit violenta: si autem dicatur naturalis, quod .s. fiat à causa naturaliter agente, tunc vtraque est naturalis, nam dum ignis aliquid combusrit, secundum naturam suam agere dicitur: si autem spectetur terminus, cum sit non esse, nulla videtur esse naturalis. Confir. ex lib. de morte, & vita, vbi distinguitur mors naturalis, & violenta, quod illa sit à principio interno, hæc ab externo.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

2 *Putredo alia est naturalis, alia violenta.*

PRima opinio est Thomæ Erasti disp. de putredine aduersus Merc. dicentis initio 4. meteororum, duas poni putredinis species, vnam naturalem, quam tex. 3. dicit, esse continuam generationem, quę fit non ab externo, sed à proprio ex naturali calore consumente humidum, quo absumpto, calor etiam deficit. Alteram violentam, quæ text. 5. & 6. ac seq. fieri dicitur à calore externo.

Sed huius opinionis falsitas patebit ex dicendis, idest de speciebus putredinis, vbi Zabarell. ostendit, omnem putredinem fieri à calore externo. Quare manet difficultas quomodo putredo dicatur naturalis, & combustio violenta.

3 *Putredo est naturalis quia est à calore intrinseco, cõtra verò cõbustio, &c.*

Secunda opinio Alb. 4. met. tract. 1. c. 6. qui dicit, quod licet combustio, & puputredo habeant vnum finem, & similem viam resoluendi corpora mixta, tamen putrefactio est naturalis, quod fit à calore interno cooperante ad dissolutionem humidi, non quidem vt naturalis calor, quia sic conseruat, sed vt igneus, cuius est dissoluere, & educere subtile à grosso. Vnde quę putrefiunt primum humida, deinde sicca, & cinis fiunt: at combustio est à calore extrinseco, nam tunc calor naturalis non est distinctus à virtute naturæ, & ideo adhuc est mixti, quare vt sic nihil coagit igni cõburenti, sed potius reluctatur & vim patitur. Vnde totum principium est extra, neque aliquid coagit calor naturalis. Hãc sequitur Vgo Senensis in 1. 4. canonis tract. de febr. putridis. Sebastianus Paparella lib. 3. de calido naturali c. 14. licèt Alb. differat ab Vgone; quod Alb. vult, calorem internum augeri ab externo, & ita auctum cooperari ad educendum humidum. Quare calor fungitur officio naturalis, dũ continet humidum cum sicco, vnde conseruatur mixtum; sed dum amittit proprietatem naturalis ob defectum alicuius principij conseruantis mixtum fit calor igneus, cuius est educere humidum à corpore mixto. At Vgo vult, calore ambientis non augeri calorem naturalem, sed imprimi in humidum calorem igneum, ex quo impresso dissoluitur humidum, & consequitur calor, & dat exemplum de flegmate vitreo putrescente ex sola inflammatione concepta à calore extrinseco, & propter hoc calor intrinsecus non extraneatur, sed tamen dicitur naturalis, quia fit à calore concepto in re intrinsecè.

Sed contra illam obijciunt Merc. dist. 33. Pomp. quod Aristot. ostendit calorem naturalem corrumpi ab ambiente, nam humidum euaporat exeunte calore proprio, ergo potius minuitur, quàm augeatur ab extrinseco; vnde fit, humidum dissolui non per actionem caloris naturalis adaucti, sed per euaporationem ipsius caloris. Vnde patet etiam cõtra Vgonem, calorem externum non immediatè dissoluere humidum, sed calorem naturalem, & ex huius euaporatione dissoluitur humidum. Quare talis dissolutio humidi non habet causam positiuam, sed causam priuatiuam, scilicet absentiam caloris euaporantis.

2. Peccant Alb. & Vgo, quia non est ratio, cur calor naturalis resistat calori ignis, & non ambientis, & cur ex hoc augeatur, & non ex illo, & cur combustio sit ab externo, & putredo ab interno, quia in combustione siue imprimitur calidum in humidum, siue naturalis augeatur, semper fit dissolutio immediatè à calore interno. 4

3. Peccat Alb. quia non explicat, quisnam sit ille defectus principij conseruantis mixtionem, ob quem calor naturalis desinit esse naturalis, & euadit igneus. Respond. Buccaf. apud Zabarell. tunc desinere esse naturalem, quando amittit illam proportionem, quæ requiritur ad cõseruationem humidi cum sicco pro mixti conseruatione. Sed non placet Zabarell. quod Arist. totam actionem putredinis non tribuit calori naturali, sed ambientis, à quo destruitur calor naturalis. Vnde potius di-

citur

citur pati, quàm agere. Confir. quia ex hac opinione calor extrinsecus auget naturalẽ, & sic auctus immediatè agit in humidũ faciendo ipsum euaporare: at Arist. non ita, sed calorem extraneum agere in naturalem ipsum educendo, cum quo etiam educitur humidum tanquam consequens quid calorem naturalem.

4. Etiam si ponatur verus hic modus putredinis, non tamen rectè dicitur putredo fieri ab interno principio, quia tunc calor ille non esset amplius naturalis, sed totus factus igneus, & inimicus naturæ mixti, quare totus vocandus extraneus.

5 *Naturalis est putredo quia sensim fit, contra verò corruptio &c.*

Tertia opinio apud Alb. putredinem dici naturalem, quod sensim fiat, & paulatim à calore ambientis; combustionem verò violentam, quod fiat celeriter: opus autem naturæ non est velox, & hanc sequitur Mercatus loc. cit.

Sed reijcitur ab Alb. quod modus rei sequitur rem; ergo non est causa rei: at fieri celeriter, vel tardè est modus consequens rem naturalem, vel violentam; ergo non potest naturaliter, vel violenter, prius enim actioni conuenit esse naturalem, vel violentam, quàm esse citam, vel tardam.

Minor prob. quia motus naturalis elementorum aliquando est velox, aliquando tardus, & similiter violentus: quare si velocitas efficeret violentam, tunc motus elementorum naturalis aliquando esset violentus, & propterea si combustio fieret sẽsim, esset naturalis.

6 *Naturalis ob animalia quæ nascuntur.*

Quarta apud Alb. ꝙ ex putrefactis nascãtur quædam animalia, non sic ex combustis. Sed contra, quia si putredo est naturalis, tunc erit naturalis ei, quod est subiectũ eius, & cuius generationi aduersatur: hoc autem est id, quod putrescit, & nõ id, quod ex putrefactis generatur.

7 *Naturalis ob principium passiuum.*

Quinta Dici naturalẽ rõne principij passiui, hoc autem dupliciter intelligi potest. primò ratione materiæ, quæ habet aptitudinem ad putredinem; & hæc tribuitur Petro de Albernia l. de morte, & vita, quia vt motus dicatur naturalis, sufficit si sit principium aliquod intrinsecum, siue passiuum, siue actiuum.

Sed reijcitur à Pomp. dist. 17. quia sic etiam combustio esset naturalis, quia materia est apta comburi. Secundò ratione dispositionis materialis, ratione cuius mixtum quærit corrumpi per putredinem, nõ sic autem quærit corrumpi per combustionem: hæc videtur opinio Pomp. d. 17. & 22. dum ait, putredinem naturaliter corrumpere mixta non quia est à principio intrinseco, (est enim ab extrinseco) sed quia si dimittatur suæ naturæ propriæ, & non impediatur ex corrumpente violenter, sed secundùm cursum communem naturæ, idest si res stet in proprijs locis, dempta omni necessitate alia corruptionis, vel cõseruationis, tunc corruptio fiet per putredinem, sed quatenus est ab extrinseco ambiente dicitur violenta. Videtur etiam esse Buccaf. post tex. 14. dũ ait, dici naturalem, ꝙ fiat ex ordine naturali causarũ, & naturali cõstitutione, & cursu ꝓpriæ naturæ, nã si mixta dimittãtur propriæ naturæ putrescunt, sed non ita comburuntur: & hæc videtur etiam esse Mercen. vt optimè notauit Zabarell. licèt ipse reijciat Pomponium, & Buccaf. dum ait, naturalitatem constitui non in principio actiuo, sed in subiecto, quod putredo communicat mixto vt sic, idest secundùm naturalem eius dispositionem, nam cum genitum sit per vnionem humidi cum sicco, corrumpetur secundùm naturam suam per dissolutionẽ, & separationem humidi à sicco, nam vnumquodque aptum est dissolui in ea, ex quibus est: At combustio non fit secundũ naturalem dispositionem mixti, vt sic, quia non habet inclinationem, vt corrumpatur in naturam alterius agentis, quod assimilare intendit sibi passum: & in hoc consistit naturalitas putredinis, & innaturalitas combustionis, licèt vtraque sit à principio extrinseco, & in similes terminos terminentur, scilicet in puluerem, & terram.

Sed hanc reijcit Zabarell. nam in assi- 8
gnanda naturalitate corruptionis, & innaturalitate respexerunt naturam mixti propriam: sed hac ratione putredo non potest dici naturalis mixtio, nam vel per naturam intelligunt materiam, & incidunt in sententiam reprobatam ab ipsis, vel formam, & non potest esse naturalis, quia omnis corruptio est inimica formæ, cum per ipsam destruatur. Quare potiùs est cõtra naturã. Confirm. quia cum omne ens habeat inclinationem ad sui conseruationem, non potest habere inclinationem ad sui corruptionem, atque adeo neque mixtum ad putredinem. Quod verò ait Pompon. mixtum dimissum suæ naturæ non aliter, quã per putredinem interire; id non facit, vt secundùm propriam naturam quærat putrescere, sed solùm esse talis naturæ, vt tandẽ non possit omnino resistere agenti exter-

no, licèt semper aliquo modo resistat.

Confir. ex Pomp. quod cum locus mixti conseruet locatum, non videtur ex ipso loco posse, præciso omni alio, secundùm cursum naturæ corrumpi. Confir. 2. quia ex Gal. 3. Techni cap. 10. *Corpora nostra alterantur ab aere aliquando frigido, aliquando calido, aliquando humido, aliquando sicco;* ergo secundùm cursum naturę potest fieri corruptio mixti ex dispositione singularum qualitatum; ergo non solùm per putredinem. Confir. 3. quia in septimo climate, vbi sunt perpetuò intensa frigora, non possent mixta consumi putredine, quia non habent continens calidum, quod educat humidum. Vnde ibi magis corrumpuntur congelatione, quàm putredine. Confir. 4. De ijs qui habitant in primo climate sub tropico Cancri, nam videtur per æstum maximum corrumpi potius adustione, quàm putredine. Confir. 5. ex mixtis siccissimis, vt sunt adamante, quæ ob defectum humiditatis, quæ in putredine extrahi debet, non videntur posse corrumpi per putredinem; ergo non cōuenit mixtis vt sic, & qui exercitati sunt in cognitione gemmarum dicunt, vniones, & margaritas non durare vltra centum annos: at adamantes, hyacinthos, & saphyros nunquam putrescere, imo durare plusquam quater mille annos. Confir. 6. nam cum adamas sit maioris actiuitatis, & resistentiæ, quàm aer continens, non videtur ex hoc posse corrumpi, atq; adeo putredo nō est finis omnium mixtorum. Confir. 7. ex Auerr. 2. phys. t. 1. vbi distinguit simplicia à mixtis, quod illa habent tantùm principium passiuum suæ corruptionis, & ideo tamē ab extrinseco corrumpuntur: at mixta habent principium intrinsecum, etiam actiuum, idest, ipsam formam. Quare habent duplex principium intrinsecum vltra extrinsecum, quod inducit corruptionem violentam; ergo cum putredo sit corruptio naturalis, debet esse à principio intrinseco, & non ab extrinseco continente.

9 *Quid spectari debeat in naturalitate assignanda.*

Sexta opinio Zabarell. c. 4. qui ait, in assignanda hac naturalitate non debere spectari naturam propriam mixti, sed vniuersalem naturam, quæ est ordo causarum omnium certo ordine dispositarum cum dependentia ab vno primo principio: vnde statutæ sunt singulis naturis propriæ leges quæ præteriri nequeunt: putredo igitur nō dicitur naturalis mixto, quod mixtum appetat putrescere, sed quia natura vniuersalis statuit, vt ipsum intereat, & secundum ordinem naturæ vniuersalis Arist. dixit 1. de generat. initio, interitum esse naturalem, quod natura vniuersalis statuerit, vt omne genitum aliquando intereat, quo sensu etiam combustio est naturalis, quia est rei corruptibilis, & à causis naturaliter agentibus; sed non ita accipitur naturaliter in 4. meteor. cum negat, combustionem esse naturalem, nam in 4. respicit naturalitatem non solùm corruptionis absolutè, sed secundùm modum, quod corruptio sit naturalis; idest statuta à natura non solùm absolutè, sed etiam quoad modum; & ita putredo dicitur naturalis corruptio mixtorum, & combustio dicitur violenta; nam triplicem modum in vniuersali natura statuit corruptionis, primus est corporum simplicium, quod est, vt per mutuam actionem, & passionem intereant, ac etiam ex actione cœlorum. Secundus est mixtorum animatorum, quod est per consumptionem humidi naturalis factam à proprio naturali calore; vnde dicitur naturalis mors, quæ fit per vltimam humidi resolutionem à calore naturali; mors verò violenta dicitur, quæ ante statutum tempus alio modo fit, vt gladio, combustione, submersione, & morbis. Tertius est mixtorū vt sic, & hic per putredinem, quę est dissolutio in elementa contraria generationi mixti, quæ fit per elementorum commixtionem: At interitus per combustionē non est à natura vniuersali mixto attributus, quod etiam colligitur ex 5. physic. 57. vbi corruptionem, & generationem naturalem dicit esse, quæ fatalis est, idest determinata à naturæ vniuersalis lege; & hanc sententiam Pompon. Buccaf. & Merc. vidissent, si naturam particularem ab vniuersali distinxissent.

Sed non placet alijs in eo, quod distinguit inclinationem naturæ vniuersalis ab inclinatione naturæ particularis, quia natura vniuersalis non est nisi ordo causarum naturalium concurrentium ad effectum: at hæ causæ non sunt præter ipsas res particulares, neque natura vniuersalis statuisset, vt mixtum corrumperetur per putredinem, nisi ipsum mixtum haberet in se talia principia, quibus talis modus corruptionis ei esset consentaneus.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

Prima

10 *Putredo est corruptio quædam.*

PRima conclusio. Putredo est corruptio quædam; patet ex vi nominis, est enim dissolutio rei in elementa.

Putredo est corruptio substantialis mixti.

Secunda conclusio. Est corruptio substantialis mixti; patet ex 4. meteor. c. 2. vbi DD. & probatur quia cum actiuæ qualitates non amplius dominantur passiuis, tūc est corruptio mixti substantialis, sed putredo est huiusmodi. Maior probatur, quia vt generatio mixti fit cum actiuæ dominantur passiuis, ita corruptio fiet cum actiuæ non amplius dominantur passiuis.

Minor prob. experientia, nam quæ putrescunt primò humida redduntur, deinde sicca, qui humor à siccitate disiunctus ob defectum caloris per se fluit; & tandem resoluto humido, quod putrescit, remanet siccum, & resoluitur in cineres; quod etiā Arist. loco citato docuit.

Dices. Corruptio substantialis mixti opponitur illius generationi, sed putredo nō opponitur generationi mixti, sed mixtioni, cum sit dissolutio in elementa, & corruptio substantialis est desitio formæ mixti.

Confir. quia definitur, esse corruptio caloris innati &c. Ergo est alteratio.

Resp. Vt generatio mixti vel idem est re, ac mixtio, vel saltem simul est cum mixtione; ita dissolutio elementorum, quæ opponitur mixtioni, vel sunt idem, vel simul. Vnde si distinguuntur, vt mixtio spectatur in vnione quatuor elementorum, generatio verò formæ in introductione formæ mixti, quæ fit à calido, & frigido per terminationem passiuarum; ita dissolutio mixti spectatur penes dissolutionem elementorum, corruptio verò mixti penes interminationem passiuarum, quæ dicitur putredo.

Ad confirmat. Vt generatio aliquando accipitur pro alteratione præcedente, aliquando pro introductione formæ, aliquādo pro aggregatione ex vtroq;, ita corruptio mixti, quæ est putredo, accipitur aliquando pro desitione formæ momentaneæ, aliquando pro alterie præcedente, aliquando pro aggregato, cuius terminus est subiectum, & qualitas. Vnde cum definit, putredinem esse desitionem caloris, accipit pro secundo modo, vel illa definitio non est formalis, sed causalis, quod causa corruptionis substantialis mixti, quæ est putredo, sit desitio caloris mixti.

Corruptionis terminus qui nā?

2. Terminus corruptionis non est corruptio ipsa, sed putredo est finis, & terminus corruptionis, vt ait Aristot. Corruptio secundùm naturam via est in putredinem, vt senectus, & ariditas. Resp. Hunc locum variè explicari, ideo quæst. sequenti dicetur.

Tertia concl. Putredo est corruptio naturalis mixtorum; patet ex Arist. loco cit. licèt putredo, vt omnis alia corruptio, dicatur violenta ob rationem vniuersalem, quia destruit naturam, natura enim rei corruptionem abhorret, sed peculiari nomine dicitur naturalis, vnde sit. 11 *Putredo est corruptio naturalis mixtorum.*

Quarta concl. Dicitur naturalis propter rationem allatam in quarta, & quinta opinione, quia licèt mixtio secundùm cursum naturæ sit vniuersalis, tamē ꝓpriè debetur corruptio per putredinem, id est separationem humidi a sicco, & resolutionem in elementa, vt genitum est per vnionem humidi cum sicco, & elementorum; Et ex his patet ad argumenta initio proposita, nam si spectetur agens extrinsecum, tam putredo quàm combustio est violenta: sed si spectetur natura intrinseca secundū leges à natura determinatas mixto, præcisio omni impedimento extrinseco, debetur corruptio per putredinem, & non per cōbustionem, quia hæc per accidens illi cōuenit, vt optimè Merc. Ad confirm. resp. Merc. ibi loqui Arist. de corruptione animatorum, quæ corrumpuntur naturaliter per resolutionem humidi, & calidi naturalem, quæ naturalis dicitur; quando non fit ex occurrente aliqua passione extrinseca, sed diuturnitate temporis à natura præfinita, nam diuturnitate temporis arefactis branchijs in piscibus, & in sanguineis pulmone fit impotentia respirandi, qua respiratione tanquā causa conseruante calorem naturalem deficiente deficit calor cum humido naturali, & dicitur mors naturalis, seu fatalis 5. physic. 57. sed violenta dicitur quando illa dissolutio fit ex occurrente aliqua passione, vt in animalibus, quæ intereunt gladio &c. & dicitur violenta non absolutè, quod fiat à principio extrinseco, sed quia non fit secundùm habitudinem humidi, & calidi naturalis existentis in animali, quod illa fuissent ex se aptiora ad plus durandum. 12 *Putredo quare naturalis corruptio dicatur.*

Soluuntur arg. quartæ opinionis.

Resp. deinde ad arg. contra quartam opinionem, iam ex dictis patere, cur dicatur naturalis ratione formæ, & dispositionum ipsius mixti, quia præcisio omnī impedimento extrinseco, omne mixtum, positis causis naturaliter agentibus, tandem corrumpetur per putredinem. Quare id

non

non conuenit mixto per accidens, sed ex natura sua. At non sic corrumpi per combustionem, quia hoc conuenit illi per accidens; & licèt forma non inclinet ex primaria inclinatione ad sui corruptionē, inclinat tamen secundaria inclinatione, & ex necessitate naturæ per quandam concomitantiam.

Ad primam confir. respondet D. Thomas 2 anim. comm. 113. & ibi Auerr. locū proprium dici conseruatiuum locati, quia ratione qualitatis symbolæ magis defendit, ne facilè corrumpātur locata ab extrinsecis contrarijs, non tamen ita conseruat, vt ab vsu tandē aliquando tempore conuenienti corrūpātur; aer enim (inquit Auic.) propter qualitates illi à cœlo impressas sēper nostra corpora exsiccat; vel dici cōseruatiuum, quia lentius quàm alius corrūpat. Alias respōsiones affert Alb. hic, & D. Thom. loco citato.

13 Ad 2. Pompon. q. 3. dat varias, tamen ad substentandam Arist. auctoritatem respondet concedendo, corruptionem mixti fieri posse ab omnibus qualitatibus, sed factam à calido dici potius naturalem, quia cum generatio mixti fiat per congregationem humidi cum sicco, corruptio naturalis erit per dissolutionem; & quia non est proprium frigidi efficere hanc dissolutionem, sed calidi, frigidum enim potiùs vnit. At instabis, cum corrumpitur mixtum à frigido, vel dissoluitur in quatuor elementa, & iam debet esse naturalis, cum fiat per dissolutionem oppositam generationi, quę fit per vnionem; vel non dissoluitur in quatuor elementa, & vel in aliud mixtum, vel in infinitum erit processus. Resp. non esse necessarium fieri resolutionem in elementa quatuor, quia potest mutari in elementa frigida, vel in aliud mixtum, neque est necessarius processus in infinitum, quia non semper occurret, corruptionem eiusdem rei fieri à frigido; ita Pomponius.

Ad 3. respondeo, ibi non fieri corruptionem ex putredinę: at contra inquies, quia Arist. vniuersaliter ait, omnium finem esse putredinem. Resp. Arist. posse explicari de corruptione naturali; at quādo corrumpuntur innaturaliter, & corrumpi multa mixta constat, non est necessarium facere durationem suam per putredinem; vel si propositio vniuersaliter est intelligenda respond. ibi corrumpi mixta etiam per putredinem ex vi caloris, qui augetur per antiperistasim, nam licèt ibi sit maxima frigiditas, non tamen ita, vt omnem calorem omni tempore excludat, nam videbitis ibi generari mixta, quod sine calore miscente terminante humidum cum sicco fieri non potest. Hinc in medijs niuibus etiam tempore brumæ generátur vermes, qui tamen fiunt ex putredine.

Ad 4. respondeo, ibi nō corrumpi mixta per putredinem, sed per combustionē, 14 & propositio Arist. debet intelligi vniuersaliter, non absolutè, sed secundum quid, quare corrumpitur naturaliter, & dimissa suæ naturæ: vel resp. ibi esse putredinem, quia non est tantus calor, quando sit temperatus ad putrefaciendum, vt est temperatus ad generationem mixtorum. Diutiùs tamen ibi corpora præseruari à putrefactione ostendit Plato in Phædone ob ipsorum siccitatem, & dicuntur aduri non absolutè, sed comparatione facta ad putrefactionem, quæ fit in alijs regionibus.

Ad 5. Aurum, & lapidem dici imputrescibiles non absolutè, sed comparatiuè ad alia, quia experientia constat corrumpi: neque enim lapides carent aliqua humiditate, vt patet ex eorum continuitate.

Ad 6. Adamantem, qui nec ferro, nec igne, nec malleis frangi potest, posse putrescere ex vi continentis ob temporis diuturnitatem potentiam, cum semper nouus aer recentibus viribus accedat ad agendū paulatim; ita minuitur virtus adamantis, vt tandem cedat.

Ad 7. loqui de mixtis animatis, quæ cōstant ex partibus diuersæ complexionis, quæ vt sic corrumpuntur per mortem; nō de mixto vniformi. At Arist. loquitur de mixtis vt sic, quia putredo non opponitur vitæ, sed generationi naturali, vt sic; vt neq; generatio opponitur morti eius. Hinc fit, vt mixta vniformia ablato omni agente extrinseco non perirent: at viuentia perirēt solùm ob contrarietatem intrinsecam. Neque ex hypothesi fit, vt finis naturalis mixtorum non sit putredo, quia loquitur de rebus vt contingunt secundùm potentiam physicam, non logicam, vel metaphysicam, inquit Pomp. non enim contingit physicè, mixta poni in loco, in quo à continente non alterentur, & si non repugnet simpliciter corpus constitutioni in tali loco temperato à ventis, pluuijs, & cæteris prauis affectibus vacuo: vnde multa procedunt secundùm imaginationem materiatum, quæ physicè falsa sunt.

Ex his patet ad argumenta contra quintum

Arg. contra quintã opinionẽ ex su prædictis soluuntur.

tam opinionem dicimus enim aliqua ratione operari, quia licèt vniuersaliter naturalia non distinguantur à connexione omnium causarum, distinguuntur tamen à singulis.

Sed dubitatur, an per hos duos modos, scilicet putredinis, & combustionis comprehendantur omnes modi corruptionis mixtorum; affirmat Mercen. dilucidatione quomodo putredo dicatur corruptio secũdùm naturam; negat Argent. in 2. Techni, eo quod plures inueniuntur, vt suspendio, gladio, suffocatione, morbo &c. Sed resp. Merc at. hos modos, & cæteros non esse proprios mixtorum, sed conuenire viuentibus vt sic, ideò sit.

DVBITATIO II.

Quot sunt species putredinis.

1 DE hac Merc. diluc. de hac re Zabarell. lib. 2. de mixti generatione, & interitu à c. 11. ad 15.

Putredinis species duæ ex Arist.

Respondet Arist. 4. meteor. c. 2. duas esse species, vnam, quæ est corruptio secundùm partem, alterã, quæ secundùm totũ, & illam ait conuenire omnibus, præter ignem, cum terra, & aqua, & aer, & sunt materia ignis, neque opponitur generationi simplicis, & est recessus à propria natura.

Ex quibus oritur responsio quid intelligat Arist. per corruptionem secundùm partem.

2 *Putredinis definitiones duæ allatæ sunt ab Arist.*

Prima opinio Erasti apud Zab. c. 11. dicentis, duplicem putredinis definitionem ab Arist. fuisse allatam. Prima cum dicitur putredo esse finis interitus naturalis mixti, vt sic, & hanc dici naturalem, quod fiat à proprio calore. Alteram posteriorem speciem, quam ait esse violentam, fieri à calore externo ambientis, & dici interitum secundùm partem, quia per hanc non dissoluitur prorsus mixtum in elementa, sed in aliud mixtum mutatur, & hanc definit Arist. esse corruptionem proprij, & naturalis caloris in vnoquoque humido à calore ambientis. Hanc reijcit Zabar. c. 12. præter Merc. tum quia Arist. malè egisset pauca de naturali scribẽdo, & multa de violenta definiendo, & fusè declarando: tum quia definitio illa: Putredo est finis interitus naturalis, non videtur admittenda, nam definitio accidentis duo debet exprimere, s. essentiam, & causas, propter quas est; at illa definitione neutrum exprimitur, non essentia, quia quod sit finis interitus naturalis exprimitur conditio quædam communis, & respectus ad præcedentia, & non explicatur, in quo sita sit putredinis natura: nec exprimi causam, quæ dicitur esse calor naturalis absumens proprium humidum, patet. Neque dicant, eam subintelligi, cum nota non sit, neque in verbo aliquo saltem implicitè, & proximè contineatur, præterquam quod falsò dicitur causa esse calor naturalis absumens humidũ, id enim tantùm accidit in animalibus, quæ morte intereunt, nam eorum calor nutritur humido, & hoc absumitur calore. Vnde notat Zabar. calorem accipi dupliciter, primò pro qualitate, secundò pro subiecto quolibet, vt medici species vniuersales vocant calorem naturalem, quod sunt primũ subiectum caloris naturalis; igitur cum dicimus, calidum nutriri humido tanquam pabulo, non potest intelligi de simplici qualitate: non enim potest humidum in calorem verti, sed potiùs destruitur, cum nutriri aliquo sit vertere illud in suam substantiam, vt dicitur ignis ali combustibili; quare debet accipi pro spiritibus vitalibus, qui continuè nutriuntur, dum vertũt humidum in suam substãtiam, quæ ex humido nutritio non fit; nisi ex actione substantiæ calidæ in aliam substantiam humidam, atque adeo nõ potest habere locum, nisi in corporibus heterogeneis constantibus ex partibus diuersæ rationis, scilicet sanguine, carne, ossibus &c. cum dicitur caro nutriri sanguine, & spiritus humido, & ita nutriri calorem naturalem, idest conseruationem spirituum. At vbi est vna substantia heterogenea habens calorem, & humidum naturalem; neque dici, calorem ali per consumptionem humidi naturalis, quia cum natura talis corporis sit vna, non poterit agere in se ipsam. Confirm. quia alioqui etiam mixta inanimata egerent sumptione alimenti quod est contra experientiam. Quare dicendum est, calorem temperaturæ in mixto continere humidũ cum sicco, tantùm abest, vt absumat. Vnde dicendum est, Arist. ibi explicasse, quænã corruptio sit putredo, & ait esse eam, quæ est naturalis interitus, & oppositus generationi mixti, & definitur infra, fieri à calore ambientis.

Putredinis duæ species per alios, et quæ nam. 3

Secunda Merc. dicentis, esse duas species. Prima, quæ dicitur esse corruptio caloris naturalis, per quam vocat corruptio-

non

nem secundùm totum. Alteram, quæ dicitur secundùm partem, ac elementis per ignem conuenire, quæ non est propriè corruptio proprij caloris à calore ambientis, sed est potiùs quædam corporis intéperatio propter admixtionem corporis alieni: quā intéperationem Arist. vocat recessum à naturali statu, idest proprijs dispositionibus; & non dicitur secundùm totum, quia non corrumpitur omnino res, sed secundū partem, non quidem substantialem, vel quantitatiuam, sed qualitatiuam. Hanc putredinem dici propriè ait, non vt ly, propriè, stat pro, verè, quia vera, & propria putredo est passio mixtorum, sed vt ly, propriè, stat pro, peculiariter, seu simpliciter, quia in his, quæ recedunt à proprio temperamento, & dispositionibus est peculiaris modus putredinis diuersus ab eo, qui conuenit ijs, quæ corrumpuntur secūdùm totum; quare ille modus neque generationi simplici opponitur, neq; est passio mixti, vt v. g. aer, & aqua dicuntur putrescere, quoniam illis admiscentur halitus fumosi. Vnde elementis illa non conuenit, sed hæc; vt ipse fusè explicat; probat Aristotel. hanc duplicem putredinem, quæ conuenit elementis, ita accipiendam esse, quia elementis frigidis non potest conuenire prima species putredinis, cum nullus in illis insit calor innatus, qui corrūpatur. Confir. quia si putredo prior conueniret elementis, potiùs hæc redirent in suum pristinum, & naturalem statum, quàm ab eo recederent, quia putredo est dissolutio mixti in elementa. At Arist. vult elementa ita putrescere, vt recedant à naturali statu.

Obijcit Merc. Humores in nostro corpore putrescunt: sed hæc nō est ab ambiēte, sed ob detentas exalationes: at hæc diuersa est ab ea, quæ definita est in 4. meteor. quia illa etiam elementis conuenit; hæc autem est propria elementorum, nam 5. de generat. animal. c. 5. vbi loquens de putredine humorum, ex qua canities oritur, & volens ostendere, canitiem esse putredinem quandam, & non esse cruditatē, ait. Indicium, quod pili, qui vel pileo, vel alio tegmine operiuntur, celeriùs canescūt; expiratio enim prohibet putredinem; opecimentum verò expirationem arcet: at putredo definita in 4. tantùm abest, vt ex prohibita experatione oriatur, vt potiùs per ipsam expirationem efficiatur, fit enim, exeunte calore &c. Resp. fit per expirationem caloris naturalis, non autem per expirationem caloris vicini, qualis est calor humorum, qui è corpore egreditur, exiccata materia ex spirituum calore.

Sed hæc reijcitur à Zabar. primò, nam falsò dicitur, corruptionem secundùm partem propriè conuenire elementis, nam Arist. significat conuenire etiam mixtis, dū ait. Propriè dicitur putrefactio in ijs, quæ secundùm partem intereunt. quapropter & putrescunt etiam alia, præter ignem. Et ita contingit, tria quoque elementa hoc modo putrescere; At dictio, Quoque, cum sit coniunctiua, indicat, eam alijs conuenire, præter elementa. Secundò quia falsò ait, elementa putrescere per alterius corporis admixtionem, quia omnia elementa semper essent putrida, quia semper aqua admixta exhalationi, vt patet, ex salsedine maris, & similiter alia, quæ tamen non dicuntur putredo; ergo formaliter putredo elementorum non consistit in illa admixtione, licèt illa admixtio sit causa putredinis. Neque Arist. hoc significat, dum dicit, putrefieri cum separata fuerint à materia, nam hoc fieri potest pluribus modis; vt quando mutatur in aliud, quādo alteratur. Vnde ad argumentum Merc. respondeo, aquam non admixtam calori non putrefieri, sed admixtam putrefieri ob calorem.

4 Tertia opinio est Argēterij apud Merc. dicentis, corruptionem secundùm partem esse separationem humidi à sicco, quæ sūt materia compositorum; ideo talis dissolutio dicitur secundùm partem, quia est secundùm naturam, quæ est pars, & dicitur recessus à propria natura, quia tunc natura, & materia separantur, ob quam separationem fit putredo. Sed est apertè contra Arist. qui dicit, illam conuenire elementis, in quibus non est illa separatio: imò cum sit illa separatio, tunc accedit ad propriam naturam, vt patet in terra cum separatur ab aqua. *Corruptio secundùm partem quę nā per tertiā, & quartam opinionem,*

5 Quarta opinio est dicentium, esse corruptionem caloris naturalis in humido secundùm partem rei. Tribuitur Olymp. & Alex. sed reijcit illam Merc. quia corruptio, quæ conuenit elementis, non est proprij caloris, cum in frigidis elementis non sit proprius calor: Imò hæc cum recedunt à calore, tunc maximè ad propriam naturam accedunt, & coniuncta cum calore, recedunt.

6 Quinta Græcorum, & Latinorum apud Zabar. c. 12. agnoscentium vnam tantum putredinis speciem, quę definitur esse corruptio *Putredinis species vna tm̄ p alios.*

cuptio proprij caloris &c.& naturalis interitus dicitur vt contrarius generationi, corruptioque secundùm partem. Sed in hac opinione est differentia in explicanda ratione, cur datur corruptio secundum partem. Aliqui dicunt, ideo ab Arist. ea, quæ corrumpuntur secundùm partem, esse separata à natura sua, quia loquitur de elementorum corruptione. quæ tunc sunt apta ad putrescendum, cum recesserint à propria natura, idest, facta quodammodo mixta; nam nisi sint mixta, non possunt putrescere, cum putredo sit dissolutio in simplicia. Sed contra, quia Arist. hanc putredinẽ attribuit etiã alijs, præter elemẽta, vt supra, tum quia non declarat, cur datur secundùm partem; tum quia recessus à propria natura significat illam admixtionem corporum alienorum, licet hæc requiratur antecedenter ad putredinem. Ideo Alb. cum dicat, hanc conuenire elementis, reddit rationem, quod dicatur secundùm partem, quia putredo perfecta est mixtorum perfectiorum, ac elementorum imperfectè mixtorum esse imperfectam putredinem, & secondùm partem. Sed contra inquit Zabarell.c.13. quia non apparet quomodo imperfecta mixtio sit causa imperfectæ putredinis. Quare dicendum est de putredine secundùm se cur sit imperfecta; nam etiam perfectè mixta possunt imperfectè putrescere, & contra imperfectè mixta possunt perfectè putrescere.

Putredo secundũ partem quę nã, variæ sententię.

Alij 3. dici secundùm partem, .s. quantitatiuam, vt cum prima pars putrescit alijs manentibus integris. Sed quia eadem est putredinis natura, siue pars rei, siue tota putrescat, semper est resolutio ad elemẽta, in quo consistit ratio perfectæ putredinis.

Alij 4. Dici putredinem secundùm partem, quando non tota mixti substantia, sed particulæ tantùm tenuiores putrescũt, qualem vini putredinem esse dicunt, cum partes aquosæ euanescant, & euaporent, & non totus humor vini. Vnde qui præseruare volunt ne putrescat, coquũt ipsum igni, vt omnes illę partes aquosæ exhalẽtur, atq; adeo tollatur natura putredinis. Sed non omnino placet Zab. nam cum omnis putredo fiat per separationem partis à parte, .i. humidi à sicco, putredo non attribuitur ipsi parti eductæ, sed toti mixto: non .n. dicimus, putrescere humidum, sed educi totum, sic etiam totũ vinũ dicitur putrescere, licèt non secundùm totum, quia non totum humidum separatur à sicco.

7 5. Alij dicunt, corruptionem secundùm partem dici, quod non educatur totum humidum, sed tantùm pars eius; & non dicitur ob id, quod eius tantùm pars, quæ .s. educitur, putrescat, nã putrefactio toti mixto est attribuenda, & non humido educto. Quare debet dici, totum vinũ putrescere, quia ab omnibus euaporat proprium calidum ex humido, non tamen perfectè putrescit, sed imperfectè. Ita Zabar. c.13.

6. Alij, vt Buccaf. ait, nõ esse duas species putredinis, neq; eandẽ dici secundũ totũ, & secundũ partẽ quãtitatis imperfectè, vel perfectè fiat; sed id dicitur de omni putredine, quæ sit secundũ partem corruptio, & nullã esse secundũ totũ, quia omnis est secundũ calidũ, & humidũ tantũ, & non secũdũ frigidũ, & siccũ, nã ex calore extrinseco extrahitur calidũ naturale, & humidum, & non frigidũ, & siccũ, quare omnis dicitur secundũ partẽ, quia secundũ duas qualitates tantùm. Sed contra, quia putrefactio attribuitur toti, & qualitatibus; tũ quia non potest separari calidum, & humidũ à sicco, & frigido, quin hæc separentur ab illis.

7. Zabar. cap.14. ait primò, omnẽ putredinẽ esse separationẽ humidi à sicco ex ꝓprij caloris corruptione à calore ambiẽtis, siue sit putredo secundũ totũ, siue sm̃ partẽ. Sed vt qua ratione distinguãtur cognoscatur, dicit 2. putredinẽ multas recipere varietates ex diuersitate rerũ putrescentiũ ex diuersis earũ mixtionibus, ac naturis, nã eædẽ causæ possunt producere eundẽ effectũ cũ aliqua varietate ob varias differẽtias substantiarũ, & eadẽ est putredinis natura, qua putrescit caro, & qua putrescit potus, vel cibus; sed varias hẽt difficultas accidẽtales, vt patet ex odore, sapore &c. ortis ex diuersitate mixtionum. Sed ex his differentijs non fit, vt vnũ dicatur magis putrescere, q̃ aliud, nã æquè oĩa dissoluũtur tãdẽ in elemẽta, vt nihil ex illis reliquũ sit terra, & fimus, licet ad hæc per diuersa accidentia perueniant. 8

3. Dicit, alias esse differentias, quib. alia alijs magis putrescere dicũtur, alia penitus, & alia ex parte, ex quibus nõ fiunt diuersæ species putredinis, sed varij gradus putredinis, q a magis, & minus nõ variãt speciẽ.

Perfecta putredo quæ nam?

4. Perfectã putredinẽ dici, qua mixtum penitus in elementa dissoluitur; ita vt nihil ex eo reliquũ appareat, nisi terra. Hoc modo putrescunt omnia, q̃ sunt ex p̃dominio terrea, vt caro, pomũ &c. nã educto ꝓprio humido ad externa remanet terra sicca.

Putredo pfecta in quibus non fit?

5. In ijs, q̃ humida ex prædominio, & fluida sunt, nõ fit hæc perfecta putredo, vt in uino, nã si putredo fieret per eductionẽ sicci, hæc ẽt perfectè putrescerẽt. Sed quoniã calor non educit siccũ, sed humidum, quod in illis plurimum est, ideo non per-

se citè putrescunt, quia non potest totum humidum educi, & à sicco separari, sed primùm tenuiores partes educuntur, vtpote faciliores vt educantur, vt patet in vino, quod putrescit per ebullitionem, qua tenuiores partes exhalantur, ex quibus in superficie vini illum siccum fieri videmus, quod in omnibus solet esse signum putredinis. Neque tamen ex illa actione dissoluitur omninò vinum in elementa, nam tanti humoris copia non potest tota à sicco separari. Et hanc Arist. appellauit putredinem secundùm partem, quia separatio humidi à sicco non perficitur, sed secundùm partem fit. Vnde à sua naturali constitutione recedit nunc magis, nunc minus, prout est maior, vel minor separatio, quæ putredo fit ab eadem causa, scilicet calore ambientis, & eodem modo, scilicet per eductionem humidi, & calidi. Hinc videmus, magis æstiuo, quàm hyemali tempore vina putrescere.

9 *Quæ elemẽta, & cur putrescere possint putredine secũdum partẽ.*

6. Dices, hac putredine secundùm partem ideo elementa putrescere dicatur ab Arist. præter ignem, quia quatenus illa tria elementa commixta sunt, sunt capacia putredinis, ignis autem non ita, tum quia nihil patitur commisceri, cum omnia in suam naturam conuertat, tum quia omniũ calidissimus; quare nihil illo calidius. Vnde corrumpi potest à frigido, at non putrefieri, quod fit per extractionem caloris proprij à calore ambientis. At terra corrũpitur permixta humori aqueo, vt aqua habet permixtas exhalationes terreas; Et licèt hæc ex natura sua sint frigida, tamen habent calorem ingenitum ab astris. Similiter aer habet calorem innatum debiliorem igneo, & admixtas exhalationes tũ terreas, tum aqueas. Ideo hæc tria elementa sunt apta putrefieri per eductionem caloris, & separationem humidi à sicco.

Elementorũ, vt mixta sunt, corruptio pb.

7. Elementa impura putrefieri vt mixta sunt, inde patet, quia vel dicitur de illis mixtionem veram esse factam, & solùm retineatur ibi nomen vnius elementi ob magnum excessum, & constat tunc conuenire mixto vt sic, vel non esse factam verã vnionem naturalem, vt magis est verum, eo quod 1. de generat. in fine dicatur tunc mixtionem esse, quando nullum miscibilium manet integrum. Vnde fit, vt per illã mixtionem maneat v.g. aqua, atque adeo siccum, & calidum illi admixta non possint dici naturales, & intrinsecæ qualitates illius mixti, sed tali modo intrinsecata, vt reddatur corpus illud putrescibile. Et idem dicitur de terra, & aere. Neque mirum, quod sufficiat admixtio qualitatum alienarum ad putredinem, quia etiam putredinem mixtorum perfectorum huiusmodi qualitatum admixtio maximè iuuat. Vnde videmus, quod multi ex se non facilè putruissent, nisi humiditas extrinseca accessisset. Quare res in locis humidis positæ citiùs, quàm in siccis marcent.

8. Omnes putredines vno, & eodem modo fieri, Confirm. ex aliquarum rerum putredinis inspectione, nam aqua putrescit, quia insitum habet calorem debilem tamen, vt vinci possit à calore aeris; & quia calor est accidẽs, nõ põt migrare de subiecto in subiectum, vnde educi debet cum aliqua tenui substantia aquea, quæ ad superficiem aquæ euocata facit ibi quãdam teliculam, quæ solet esse signum putredinis. Neque tamen totum humidum potest euocari, quia est plurimum cum pauco sicco, vnde remanet plurimum adhuc humidum cum sicco terreo, & ideo dicitur putredo secundùm partem. Nec absimilis est hæc putredo omni putredini. Neque tamen negatur, materiam illam vini putridam penitus in elementa resolui posse, sed non fit hæc per illam ebullitionem vini, sed deinde per aliam actionem, & post lõgum tempus. Idem patet in putrefactione aeris, nam cum aer habet mixtum plurimũ siccæ exhalationis, & vaporis aquei (humidum enim aqueum facit res maximè putrescibiles, quod in mixtis maximè requiratur ob vim glutinandi, quam habet, & propter consistentiam maximè regitur siccum terreum) potest ab externo calore astrorum &c. edaci calor naturalis aeris cũ aliqua humoris parte. Vnde dicitur putredo secundùm partem, quia non totus humor naturalis, vel extrinsecus educitur, & separatur à sicco per eam vnam actionem. Vnde tam ante separationem, quã post seruatur nomen aeris, quia non penitus corrumpitur, & ob id etiam nec totus calor deperditur; signum aeris putridi est, quod turbidus, & densius appareat &c. & situm generet in rebus illi suppositis. Hinc turbatio, & densitas aeris est signum putredinis præsentis, vel futuræ, nam indicat permixtionem exhalationum multarum, fit autem putredo aeris, præsertim æstiuo, vel verno tempore, vt calor ambientis superet calorem rei putrescibilis. Simili ratione terra putrescit, nam cum habeat humiditatem aqueam admixtam, & calorem intrinsecatum, putrescit per eductionem caloris cum humido intrinseco; & maximè omnium hæc putredo accedit ad putredinem secundùm totum, quia totus ille humor, & calor educi potest, ita vt remaneat

10 *Putredines omnes eodẽ modo fiunt.*

terrã

terra pura; quæ tamen non dicitur putrescere secundùm totum, quia ante, & post manet terra. Et talem Zabarella putat esse putredinem humorum, ex qua febres putridæ generantur, nam vt in animali putrescunt excrementa, vt patet ex fœtore; ita & humores, qui vt plurimum putrescunt secundùm partem, vt vinum &c. nam calefactis humoribus à circumstante corpore, educitur calidum humidum, sed non totum, cum sint fluidi. Et rarò contingit, vt humor exarescat, & non incineretur, nam videtur, vitam animalis eousque posse cõseruati. Vnde cæptam putredinem medici compescunt remedijs ex Galeno in arte parua cap. de communissima intentione curatiua, vbi ait, concoctione impediri putredinem humorum, & proinde eos alterari, manente substantia.

DVBITATIO III.

Quomodo intelligendum sit quod dicit Arist. c. 2. omnem corruptionem secundùm naturam esse viam ad putredinem, vt senectus, & ariditas; finem enim horum omnium esse marcedinem, nisi aliquid violentia corruptum fuerit.

1 *Corruptio triplex, simplicium & mixtorum, & viuentium, vt et generatio.*

NOtat Picol.l.de putr.c.3.vt Generatio est triplex, simpliciũ, mixtorum, & viuentium, ita & corruptio, nã intentio est resolutio, & generatio est compositio, Quare cum desinit generatio, incipit corruptio: quare cum generatio simplicium præcedat generationem mixtorum, & hæc generationem viuentium, ideo corruptio viuentium præcedit corruptionem mixti, & hæc simplicium, & ideo senium, idest, corruptio animalium, & ariditas, idest corruptio plantarum est via in putredinem, .s. in interitum partium consimilium vel interitus mihi est via in putredinem, quia duo includit, viam præcurrentem, quæ est deputatio quædam, & terram, quæ est formaliter putredo.

Et si ex dictis patere hoc possit, adhuc tamen maioris claritatis causa à nobis est id explicãdum. Ratio difficultatis est, quia interitus non videtur via in putredinem, sed ipsa putredo est interitus; & 2.physic. 29.damnat Euripidem, qui mortem dixit esse finem.

2 Prima opinio est Vallesij dicentis, nomine corruptionis naturalis non intelligi destitutionem formæ substantialis, quia hæc sequitur potiùs, quàm antecedat putredinem; sed deteriorationem quandam, quatenus est senectus in animalibus, & ariditas in plantis, quam sequitur putredo. Sed non placet Merc. quia ariditas, quæ ponitur corruptio naturalis in plantis est corruptio substantialis earum, de morte, & vita c.14. vbi corruptionem animatorum violentam dicit esse ab extrinseco; naturalem verò ab intrinseco. Quare nomine corruptionis naturalis intelligitur corruptio substantialis, cum c. 5. ait. In naturalibus naturalem mortem esse senectutem. Confir. quia putredo terminatur in cineres, terram, & elementa. At animalia post illam deteriorationem non resoluuntur in in elementa, sed in alia mixta.

Corruptio naturalis est deterioratio quædam.

3 Secunda est ipsius Mercen. qui distinguit corruptionem naturalem in rebus animatis, & in alijs mixtis, cum Aristot. dixit, corruptionem naturalem esse viam in putredinem, intelligi de corruptione naturali animatorum, nam hæc prius substantialiter corrumpuntur in alia mixta, tunc hæc putrescunt, & resoluuntur in elementa, nã neque omnis corruptio naturalis proprij caloris in humido dicitur putredo, sed quę fit à calore externo, ad quam sequitur incineratio, & dissolutio humidi à sicco. Et licèt corrumpatur calor naturalis secundũ gradum, qui est necessarius conseruationi animalis, non tamen omnino, quia remanent secundùm gradũ necessarium formæ alterius mixti, & sic calor, qui in putredine corrumpitur secundũm eum gradum, qui necessarius est formæ mixti, fit illi improportionatus, sed proportionatus formæ vermium.

Corruptio naturalis in animatis, & alijs mixtis distinguitur.

Mihi verò, quod ad rem attinet, vtraque opinio mihi vera videtur, tamen virum mentem Arist. attingat, est dubium; tamen opinio Vallesij videtur magis conformis textui, nam Arist. vt probat putredinem esse contrariam generationi, assumit, quia omnis corruptio est via ad putredinem. At si nomine corruptionis intelligeret destitionem substantialem formæ, non rectè probaret, quia tunc non putredo opponeretur generationi, sed ipsa corruptio. Confirm. quia senectus est deterioratio quædam sicut ariditas in plantis, licèt nomine ariditatis vulgus accipiat corruptionem substantialem plantæ.

Auctori prior opinio probabilior.

Dices. Falsò dici animal, cum naturali- 4

ter moritur putrescere, nam cadauera putrescunt, si aliquanto tempore seruentur inhumata, quia, absente anima, calor carnis, ossium &c. emuctitur ab extrinseco, tamen antequam anima exhalet, corpus non est putre, vt patet ex fœtore, qui est proprietas putredinis ex Galen. 1. prognosticorum cap. vlt. & 5. de simpl. med. facul. cap. 14. quia cadauera incipiunt fœtere plerumque post secundum diem. Respon. Vallesius. Animal antequam naturaliter moriatur incipere putrescere, quia senectus ipsa est via ad putredinē, q a lãguescit calor per senectutem vsque adeo, vt ab externo dissipetur. Tamen anima quis non permanet cum tanta corruptione, antequā putrescat omnino, exhalat. Vnde fœtor, qui sentitur in corporibus eorum, qui interitui sunt proximi, oritur ex excrementis prodeuntibus insensibiliter ex corpore, qui cessat refrigerato corpore, donec ad manifestam veniat putredinē, quæ dicitur esse finis internus omnibus mixtis similaribus, nisi hæc vi corrumpantur, nam anima ipsa non sustinet putredinem expectare, sed ab ea sola alteratione, quæ via est ad illam, corrumpitur.

Dices 2. Multa intereunt per putredinē, & tamen non naturaliter, sed præter naturā, vt cum caro putrescit ob malignam fluxionem, & vinum acescit ob loci caliditatem, & non ob inueterationem. Resp. omnem naturalem corruptionem mixtorum dici ab Arist. putredinem, sed non contra, quia datur putredo præternaturalis, vt corruptio præternaturalis, vt dictum est in argumentis, & vocat Valles. licèt iam in naturali quàm in præternaturali seruetur eadem forma, & modus putredinis. Quare de eadem putredine differit Galen. c. de fæcorum, & excrementorum putredine disp. de qua hic Arist.

5. Dices 3. cum Buccaf. post tex. 14. fol. 48. Mors, qua terminatur periodus vitæ, est corruptio naturalis, & tamen non est putredo. Resp. ex Auerr. quod ideo mors non est putredo, quia accidit propter impedimentum respirationis, non consumpto humido naturali, & cum eo euanescente calore, membra deseruientia respirationi exsiccantur, vt phlegma, & pulmones, & musculi thoracis; vnde calor innatus non potest refrigerari, vt accidit in senio; quod non dicitur putredo, sed impotentia respirandi. Vnde dicimus, illam corruptionem non esse putredinem manifestam, sed viam ad putredinem.

DVBITATIO IV.

Quid sit putredo, quæ dicitur propria mixtorum.

ARTICVLVS I.

Explicantur aliqua ad cognitionem huius putredinis.

Variæ afferuntur definitiones putredinis, sed celebris est quæ affertur ab Arist. 4 meteor. c. 2. quod sit *corruptio eius, quæ in vnoquoque humido propriè, & secundùm naturam caliditatis ab aliena caliditate, hæc autem est, quæ ambientis.* 1 *Putredinis mixtorum definitio ab Arist.*

Pro cuius explicatione noto primo, definitionem accidentis, perfectam tribus partibus constare debere, scilicet genere illius, subiecto, & causa. In definitione igitur corruptio proprij, & naturalis caloris loco generis, dicitur, in vnoquoque humido, tanquam subiectum, vt ait Zabarell. lib. 2. cap. 5. quia non est putrescibile, nisi quod est humidum. Dicitur, ab externa caliditate ambientis, tanquam causa, quod patet ligno, nam tempore, & loco frigidiore res difficiliùs putrescunt, quàm tempore, & loco calidiore, quia tūc est exiguus calor, vt notat Merc. *Accidentis definitio tribus partib. constare debet.*

2. Non ex Zabarella ibidem, vt cognoscatur distinctio inter essentiam putredinis, & causam, oportet cognoscere quis ordo à natura in putredine seruetur, nam primus locus calori externo est tribuendus, nam ab hoc corrumpitur calor proprius, & naturalis mixti: At ex corruptione caloris separatur humidum à sicco. Vnde videtur essentia putredinis consistere in hac separatione humidi à sicco, ex quibus, tanquam materia, mixtum constat, nam putredo est contraria generationi mixti, quæ fit per vnionem humidi cum sicco. Ergo putredo fit per resolutionem in elementa, quæ fit dum separatur humidum à sicco. Ex quibus infertur, corruptionem proprij caloris naturalis esse potius causam putredinis effectricem. Sed quoniam hæc causa priuatiua est, cum omnis priuatio causam habeat, in ea anima non quiescens, quæ tit aliam, quam Aristoteles dixit esse causam positiuam, scilicet calorem externum. At inquies. Corruptio caloris dicitur esse genus putredinis; ergo non est causa. Respondet Zabarell. sumi loco generis, vt *Putredinis essentia in quo consistat.*

vt breuior esset definitio, vt scilicet vno termino duo complecteretur, quia sub corruptione proprij caloris comprehendit defectum caloris, tanquam causam, & separationem humidi à sicco tanquam rationem formalem putredinis, quæ prouenit ex defectu caloris; quod significauit, dum ait. Exeunte proprio calido, euaporat, quod secundùm naturam est humidu. Hoc autem præstitit, vt ostenderet, definitionem accidentis esse idem cum demõstratione, & solùm positione differentem. Quare definitionem tribus terminis complexus est, quibus constat demonstratio. Et quia priuatio illa caloris, licèt sit causa separationis, tamen est effectus respectu caloris extrinseci, vt Arist. priuatiuam causam, & positiuam putredinis explicaret in definitione, ponit corruptionem caloris tanquam effectum, sed talem, qui includeret separationem humidi à sicco tanquã effectum posteriorem.

2 *Putredinis definitio causalis ne, an formalis est.*

3. Not. solere disputari, an hæc definitio sit causalis, an formalis, nam qui dicũt, putredinem formaliter consistere in corruptione caloris, dicunt esse formalem; alij verò dicunt esse causalem; hi tamen diuisi sunt, nam alij dicunt formaliter consistere in separatione humidi à sicco, vt Zabarell. lib. 2. cap. 6. Alij dicunt, hanc separationẽ esse causam, sed formaliter consistere in corruptione formæ substantialis mixti, quia interitus formæ mixti dicitur esse subita; at separatio illa fit successiuè. Resp. Zabarell. generationem accipi dupliciter;

Generatio dupliciter accipi põt.

primò pro vltimo termino, qui est introductio formæ substantialis. Secundò pro via simul cum termino, quæ fit in tempore simul cũ alteratione. Et licèt propriè sumatur pro termino, tamen aliquando sumitur pro termino cum præuia alteratione, & putredo significat præuiam alterationem tendentem ad interitum substantialem mixti, nam tunc dicitur putredo, quando est via ad perfectam dissolutionẽ, non quando est facta dissolutio, quod ex Galeno 11. methodi cap. 5. probat, dum ait: *Putredo est mutatio ad interitum totius substantiæ putrescentis ab aliena caliditate*. Neque tamen interitus formæ semper est simul cum separatione illa humidi à sicco, quia aliquando fit post separationẽ, aliquando præcedit.

Sed vt hæc definitio, & eius sensus pleniùs percipiatur, aliquibus difficultatibus illius verba expendemus.

Prima difficultas, quid per corruptionẽ caloris intelligatur. De hac Pompon. d. 18. Merc. circa definitionem putredinis. Et in Apologia aduersus Erastum in cap. 8. 3

Primò aliqui intelligunt, debere simpliciter corrumpi calorem. Sed cõtra, quia Arist. ait, manere aliquam caliditatem, quę vnit humidum cum sicco ad generationẽ animalium, licèt ille sit innaturalis mixto, quod putrescit.

Calorẽ simpliciter corrumpi debere intelligunt aliquã per corruptionem caloris.

2. Alij intelligunt de corruptione quoad naturalitatem respectu mixti, quia scilicet non manet secundùm gradum connaturalem mixto. Sed hi adhuc diuisi sũt, nam aliqui volunt hanc innaturalitatem fieri per diminutionem caloris quoad gradus, vt Merc & sequitur Hugonem, & Gẽtilem 1. Techni apud Buccaf. fol. 52. Aliqui per augmentum ab extrinseco, ita vt nihil caloris corrumpatur. Ita Buccaf. circa definitionẽ putredinis fol. 53. Erast. c. 8. de putredine contra Mercenarium; & est communis apud Merc. nam experientia constat febricitantium, qui tanto calore afficiuntur, vt cupiant se proijcere in puteos. Et Hippocr. 2. particula aphorism. ait; Circa septimum diem veniunt dolores circa horam generationis faniei, quia tunc est maximus æstus, sed facta saniẽ, cessant dolores Confir. quia non potest fieri minor, nisi à frigiditate; at ex hoc non est putredo, sed exsiccatio plantæ, quæ exsiccatur ex maximo frigore. Quare in putredine calor debet fieri maior; neq; hoc sufficit, quia reperitur etiam in concoctione, quare sequitur resolutio, & euaporatio humidi; nam palea iniecta igni priùs exuritur, quàm euaporat; & cum Gal. 2. Techni ait, (corpora nostra putrescere cum transmutantur à calore ad frigus) debet intelligi per accidens, nam ex applicatione causæ frigoris disponuntur corpora ad putredinem, quia ex frigore diminuitur calor innatus, & inde faciliùs alterantur à calore extrinseco, à quo fit putredo.

Alij verò intelligunt de corrupt. quoad naturalitatẽ respectu mixti.

Alij dicunt, semper corrumpi calorem proportionatum mixto, sed in principio auctis potiùs, quàm diminutis gradibus caloris, præsertim in partibus exterioribus: In fine autem, diminutis, quia educitur humidum, & cum eo etiam calor. Ita Pompon. d. 18. & videtur Merc. in apol. contra Erastum c. 8.

Calorem corrumpi mixto proportionatũ.

4 *Auctori ph. Pomp. opinio.*

Mihi placet opinio Pomponij, nam augeri calorem in principio, constat experientia, cum fiat à calore ambientis; dimi-

nui

nui verò in fine, constat ex ijs, quæ affert Merc. nam Arist. ait, ex illa corruptione caloris corpus fieri frigidum, quia indigẽs calore est frigidum. Vnde putredo dicitur passio externæ caliditatis, & internæ frigiditatis: quod falsum esset, si intenderetur calor internus.

Confir. primò, quia ait Arist. hanc corruptionem fieri per euaporationem à centro ad circumferentiam: at per hunc exitũ non intenditur calor, sed diminuitur.

Confir. 2. quia definitio putredinis fuit collecta ex oppositione in putrediné, & generationem: at in generatione calor dominatur humidum; ergo in putredine non dominatur; at hoc non est, nisi dominatus calor, quia si augeretur, magis dominaretur, & superabundaret.

At difficultas est, an hæc diminutio debeat intelligi secundùm quantitatem, an secundùm gradum?

Calor diminuitur secũdùm quantitatem, & gradum.

Resp. Merc. in explicatione definitionis putredinis, diminui secundùm quantitatẽ, & gradum, nam à calore extrinseco diminuitur internus secundùm quantitatem; vt si erant quatuor vnciæ ignei caloris interni, remanent tres. Et quia fit etiam ab interna frigiditate, diminuitur etiam quoad gradus. Quod si illi objiciatur, calor à calore non diminuitur, sed augetur.

Resp. Per se quidem augeri, sed per accidens diminui propter euaporationem, vt contingit in stomacho, cuius calor per æstatem minuitur, vt in flamma minori, quæ consumitur à maiori.

Sed cõtra vltimam partẽ objecit Erast. vt refert Merc. in apol. aduersus Erastum c. 8. Experientia constat, omnia, quę putrescunt, dum putrescũt, calidiora reddi adeo vt quædam ita incalescant, vt vrentem vim acquirant, vt in stercoribus. Vnde 35. probl. 20. ait Aristot. Quod putrescit calidius reddi, & 4. meteor. c. 11. ac Galen. id tanquam principium supponit.

5 Resp. Merc. Hæc intelligi de putredine secundùm partem, quæ conuenit elementis, & humoribus, vnde oriuntur febres; quę putredo fit per commixtionem humidarum exhalationum, at hæc pugnat ex diametro cum putredine naturali, & de illa loqui in problematibus patet, quia proponit cur aqua, & terra putrescant, at aer, & ignis nequaquam? Respond. An omne, quod putrescit calidius fit; quare cum aer, & ignis non possunt fieri calidiora, non possunt putrescere. Quare debet intelligi de omni, quod putrescit secundùm partẽ, quod fit per recessum à propria natura, commixtis exhalationibus calidis. Ego respond. Puto, intelligi vniuersaliter de putredine, sed in principio secundùm exteriores partes, quæ relaxari debent per calorem, vt internus exire possit. Et ita intelligi potest Galenus, licèt hic plerumq; loquatur de putredine humorum.

Dices. Putredo fit per exitum caloris; at per exitum calor non intenditur, sed minuitur. Confir. quia quæ putrescunt, exeunte calore cum humido, arida fiunt, & in terram conuertuntur; at transitus ad terram est refrigidatio. Resp. Per illum exitum minui calorem, nõ quoad gradus, sed quoad quantitatem. Ad confir. respondeo, initio quidem intendi, at in fine remanet frigidius, omnino euaporato calore.

Secunda Difficultas, quid per calorem naturalem, & proprium intelligat Arist.

Calor proprius idem est ac naturalis.

Primò aliqui volunt, nomine proprij, & naturalis caloris intelligi eundem synonimis explicatum, sed non placet Pomp. d. 18. nam dicitur proprius, vt distinguatur ab estrinseco, nam si quis esset calefactus à sole, vel alia extrinseca causa, tunc destructio illius caloris nõ esset putrefactio, sed potiùs conseruatio sanitatis, dicitur innatus ad differentiam caloris disconueniẽtis, quia alius conuenit gradus caloris Indo, alius Gallo. Sed id est quæstio de nomine, non autem de re. 6

Caloris mixtione intelligitur substantia calida.

2. Alij dicunt, nomine caloris mixti intelligi substantiam calidam vaporosam genitam ex tenuiore parte sanguinis. Sed contra, quia ille calor corrumpi dicitur in putredine, quod dominatur humido in generatione. Sed hic est calor elementaris, nã generatio mixti est operatio qualitatum actiuarum, quæ sunt causæ elementorum ex 4. meteor c. 1. nam horum est terminare, & vnire humidum cum sicco. Defendi potest tamen Buccaf. quia calor, qui euaporat, non est qualitas, sed substantia qualitatis, & verè substãtia calida est, quæ minuitur. Vnde dicitur, minui calor secundũ quantitatem. 7

Calor proprius alius à naturali.

3. Alij, vt Sebastianus Paparella lib. 3. de calore præternaturali c. 5. per calorem proprium intelligi complexionem cuiusque membri, sed per naturalem intelligi formam viuentis. Sed contra, quia is corrumpitur, qui terminabat mixtum: at hic est qualitas elementaris; ergo. Confir. quia forma viuentis conuenit solum mixtis he-

reto.

terogeneis, at putredo conuenit mixto sic &c.

8 4. Merc. ait, eundem calorem dici naturalem & proprium, sed diuersa ratione, quod dicatur naturalis, quatenus dominatur passiuis, vt 4. meteor. c. 3. vbi ait, tandiu calorem dici naturalem, quandiu manet proportio dominij actiuarum supra passiuas, contra verò dicitur præternaturalis; sed quoniam calor non in eodem gradu omnibus mixtis cõuenit, dicitur proprius secundùm talem, vel talem gradum. In putredine igitur corrumpitur naturalis calor, & proprius: naturalis quidem, quia non amplius dominatur, proprius verò, quia non est in eodem gradu: quæ opinio videtur sumpta ex Pompon.

Calor proprius, & naturalis idẽ sed diuersa ratione.

Quod si ab ipso petas, cur proprius præponatur naturali ex c. 3. de concoctione, q̃ naturale præponatur proprio. Resp. quia in putredine calor potius corrumpitur vt proprius, quàm vt naturalis, quia prius fit improportionatus mixto, cum perdit dominium, & vim terminandi, contra verò in concoctione prius dominatur passiuis, quàm fiat proportionatus.

9 Tertia Difficultas quid Arist. intelligat per illa verba. In vnoquoque humido.

Ratio difficultatis est, quia cum calor in generatione mixti operetur circa vtramque qualitatem passiuam, cur dicitur, in putredine deficere calorem in humido, & non dicitur in sicco.

Secunda An intelligat humidum naturale, an verò quodcunque.

Tertia Quomodo vna qualitas dicatur esse in alia, lege Piccolomineum cap. 14.

Ad primum respondet Thomas à Vega lib. 1. de differentijs febrium in cap. 4. not. 3. de putrefactione optimè naturam indidisse vim caloti, cuius est permiscere, vt insideat humido, & fugiat à vero sicco, quia humidũ est natura aptum ebullitioni, per quam fit commoda permixtio; sicut in animali indidit vim mari ad fœminam: sed sicco indidit vim, vt ad se traheret humidum, in quo existens penetratiuè permiscet vtrumque. Hoc autem ars præstare non potest. Vnde Galen. 1. naturai. fac. cap. 1. dicit, veram mixtionem esse opus solius Dei, & naturæ.

Ad 2. respondent aliqui apud Zabarell. in c. 10. dicunt intelligi humidum naturale, nam ait. Exeunte autem proprio, & naturali calore, euaporat quod secundũ naturam est humidum. Sed non placet alijs, quia Arist. addidisset, naturale, si id intellexisset. Deinde in definitione dicitur. In vnoquoque humido; ergo &c.

Vnde respondent 2. alij, putrefactionem esse eductionem non solum humidi naturalis, sed etiam aduentitij, nam videmus, ligna arida in ædificijs diutissimè seruari illæsa, tamen si madefiant externo humore, facilè putrescunt. Ergo videtur eductio etiam humidi aduentitij. Sed non placet Zabarellæ, quia cum putredo sit corruptio contraria generationi, debet esse dissolutio mixti in humidum, & siccum naturalia ex quibus constat res genita, & non est euaporatio humidi aduentitij, quod non est pars substantiæ.

Putrefactio quid sit.

Ego resp., cum Zabarella formaliter putredinem consistere in eductione, & separatione humidi naturalis à sicco, vt optimè probat, argumentum propositum: & colligitur ex illis verbis cap. 2. *euaporat, quod secundùm naturam est humidum*. 10

Authoris ad quæst. resp.

Ad argumentum oppositæ sententiæ vt respondeatur notandum. In putredine non necessariò corrumpi calorem, vt omnino intereat, sed corrumpitur illi mixto, quia ab eo recedit. Et quia calor per se recedere non potest sine proprio interitu, cum non possit migrare de subiecto in subiectum, ideo est necessaria substantia humida, in qua resideat calor, cum qua tanquam vehiculo euaporet calor.

In putredine non omnino corrũpitur calor.

2. Not. In lignis aridis non esse humiditatem, nisi naturalem, qua partes coniungantur, ea autem est oleosa, nam ex alchimistis nullum mixtum est ita aridum, ex quo oleum educi non possit, sed difficilè extrahi potest; & ideo ligna arida difficilè putrescunt, quia calor solis euaporare non potest, sed si admisceatur humidum extraneum, facilè putrescunt, quia cum eo tanquam vehiculo extrahi potest calor naturalis; quam extractionem sequitur extractio proprij humidi, partibus relaxatis per humiditatem extrinsecam; & hinc fit putrefactio. Vnde euaporatio humidi extrinseci non est putredo formaliter, sed occasio, quia offertur calori vt vehiculum, vt extrahatur. Vnde fit separatio propriæ, & naturalis humiditatis. At res, quæ proprio naturali humido abundant, facilè putrescunt, vt caro, lac &c.

In lignis aridis est tantùm humiditas naturalis.

Ad Arist. qui ait, *In vnoquoque humido*, respondeo primò intelligi, idest cuiuslibet mixti proprium, & naturalem. Resp. 2. de omni humido, etiam aduẽtitio, quod est

est vehiculum caloris naturalis, & intelligitur de humido, quod est tanquam conditio corporis putrescibilis, quia non datur caloris hæc corruptio, nisi in corpore sit aliquod humidum siue naturale, siue aduentitium; non autem de eo, in cuius separatione consistit putredo.

11 Quarta Difficultas Quid per calorem ambientis intelligat.

In hac particula plures continentur difficultates, nam licèt conueniant omnes, per hanc particulam explicari primam causam putredinis, tamen in multis discrepant.

Prima, quia videtur id falsum, quia priùs putret mixtum, & effunditur calidum cum suo humido, quàm appareat calor extraneus additus; Ergo ille calor non fuit causa putredinis.

Confir. quia calor innatus membrorum putrefacit bilem calidiorem illis, & per hyemem calidiorea continente putrent.

Confirm. 2. ex Merc. castaneæ, nuces, &c. sæpè intrinsecùs sunt putrida, & extrinsecus illæsa; ergo non ab extrinseco, quia agens egisset priùs in entitatem propinquam, quàm remotam.

Confir. 3. quia in vacuo non esset putredo contra Arist. 1. cœli, & ratione, quia omne compositum ex contrarijs est corruptibile.

Confir. 4. quia nullo apposito calido extrinseco, si solùm humectetur, videtur dissolui omne mixtum, quia tunc humiditas excedit calorem contemperantem.

12 Secunda quia calor ille extrinsecus apparens est ille, qui est non naturalis, quia in coctione ebullit ignis in humido ante permixtionem eius cum sicco, & ideo vinum nouum ebullit, non autem coctum; & rursus cum mixtum putret post separationem humidi à sicco ebullit, tum quia videmus, quò aliquod mixtum est calidius, eò magis calere, & ebullire dum coquitur, & dum putret, vt stercus, caro, frumentum, &c.

Confir. 2. ex Merc. quia non differret à combustione, quia hæc etiam est ab extrinseco calore.

Tertia quia non videtur causa adæquata, quia cum sit dissolutio mixti, quæ in plantis dicitur marcor, & in animalibus senium, & mors naturalis, tot debent esse causæ putredinis, quot mortis, & resolutionis humidi à sicco. Sed huius sunt plures causæ, quia fit ab interno igne; secundò ab excrementis auctis, tertiò ex impotentia nutritionis, quartò ex prohibita difflatione, quintò à valida refrigeratione, vt putrent digitus ex vehementi refrigeratione, sextò ex defectu materiæ humidi pinguis alentis, vt in scoibus putrens pituita fit salsa, & pili cani. Hæc ex Thoma Vega libr. 1. de differentijs febrium c. 5. Secundò quia etiam interna frigiditas concurrit, vt optimè Arist. c. 2. & Zabarell. cap. 8.

Quarta Cuius ambientis si calor, aeris ne, an cuiusque corporis Zabarell. l. 2. c. 7.

Quinta Quomodo calor corrumpat calorem, cum simile vel non agat, vel augeat potiùs simile. De hac re Zabarell. lib. 2. cap. 9. contra Pompon. dub. 25.

ARTICVLVS II.

Proponuntur, & soluuntur argumenta contra prædictam doctrinam.

Propter hæc argumenta Thomas à Vega videtur reprehendere definitionem Arist. & expressè Argenterius dicit, illam esse imperfectam, quia non explicatur qualitas caloris putrefacientis. 13

Confir. 5. difficultatem Thomas à Vega loc. cit. primò quia hyeme calor ambientis minor est, quàm animalium, & plantarum, cum torpeant plurima ex frigore, & in æstate est multis continentibus calor exiccans, & comburens, qui non potest efficere putredinem, & tamen putredo fit omni tempore; nam ex 4. meteor. tex. 11. & 12. res frigidissimæ non possunt putrefieri, quia resistunt calori aeris, & neque res calidissimæ, quia earum calor est maior calore ambientis. Confir. 6. quia si oritur ab extrinseco, non est naturalis interitus, sicut mors non dicitur naturalis, quæ oritur ex frigore immodico, humiditate &c. continentis. Cadauera sepulta sub terra frigidiore, quàm ipsa, tabescunt, & in terram resoluuntur cum fœtore, & tamen ibi non est calor ambientis. Inclusa omnia facilè putrent, vt aer in domo; vestes in arca; liquores in vasis; frumentum in horreo &c. At vbi hæc ponuntur in aere aperto non ita facilè putrent, quod non est, nisi, quia ventilatur calor mixtus, & exhalat, ibi verò nō exhalat; ergo exhalare potiùs impedit putredinem. Vnde 4. met. c. 2. mixta ait minùs putrere, & tamen hæc facilius exhalar. Neque dicas, id esse, quia continens in rē mixtam non potest perfectè agere, quia mutatur situs agentis, & passi; nam ex hac ratione

ratione inclusa debeat minùs putrescere, quia minùs patiuntur ab extrinseco. Vnde 22. sect. problem. qu. 4. ait, mota magis putrescere.

Calor extrinsecus non requiritur, nisi vt minuatur calor in eo gradu, in quo non potest conseruare vnionem humidi cum sicco; sed ad hoc non requiritur extrinsecus calor, sed sufficit causa interna minuēs, quia id fieri potest ob ineptitudinem materiæ ad conseruandum calorem; quæ ineptitudo oritur à siccitate, vt ligna cum paulatim transeunt in cineres, qui sunt apta conseruare ignem.

Quod si his obijcias auctoritatem Aristot. illam non recipiunt, imò addunt, Aristot. occasionem errandi sumpsisse, quoniam vidit, putrescentia calere, & quoniam frequentissima, & citissima putredo aduenit in calidum continens vel ratione temporis, vel ratione loci. Sed falsus est, quia ideo calent putrescentia, quia intrinsecus calor euolat in diffluens humidum non coercitum nō aliter, quàm ebullit sartago, non cum oleo abundat, sed cum oleo affunditur humidum aquæ, vel fricturæ, ad quam calor internus iunctus succedit occupans innatum humidum, vt patet in aceruo tritici putrescentis, quod præ multa humiditate conglobatur in massam, & præ multitudine caloris interni iuncti cum humiditate fumat. Neque aliter inclusæ vestes tinea corrumpuntur, quia internus calor manet iunctus in superficie euocans internum humidum, & dissipans mixtionē pristinam. At si paulatim exhalet internus calor, nec extra detineatur, putrent res sine manifesto calore, vt patet in acescentibus lacte, vino &c. quæ propter defectum caloris manent frigida. Et hinc patet, cur acetum fermentat terram .i. propter exiguum calorem internum, & plurimum impressum in humidum tenue: at vinum non fermentat, quia non habet ita tenue humidū.

Inclusæ res cur corrumpantur.

14 Ego verò cum communi sententia existimo, non esse recedendum à definitione Arist. quam etiam dat Gal. libr. 2. de differentijs febrium cap. 9. vbi per alienam caliditatem intelligit externam non famulatrem, neque natiuam. Quare

Definitio Arist. non deserenda.

Ad primum respondeo primò negando, semper id esse, vt scilicet, prius res putrescat, quàm appareat calida extrinsecus: quare talis putredo oritur ab ambiente, sed id fortasse accidit, quia vel non aduertimus calorem, nisi postquam res est putrefacta; vel quia non omnis putredo fit à calore ambientis, sed aliqua fit à calore per prohibitam præsuppositationem.

Ad primam confirmationem respond. negando, bilem putrefieri à calore innato nisi fortè coadiuuando euaporationem, quæ fuisset impedita ab extrinsecis, nam verè illa putredo fit per prohibitam præsuppositationem; quod etiam dicitur de carnibus, quæ putrescunt in hyeme, quia non est tanta frigiditas, quæ sufficiat omnino frigescere, nam si esset, tunc optimè posset impedire putredinem, vt patet in corporibus, quæ per multos annos conseruantur. Accedit, Carnes in hyeme ob calorem solarem semper recipere aliquid caloris. Vnde si carnes exponantur soli etiam hyeme citiùs putrescunt. Neque conceditur, calorem carnis mortuæ esse minorem eo, qui est in aere, quia cum in carne mortua sit minor calor, quàm in viuente, & in hac sit calor secundùm mediocritatem, fit in mortua esse minorem: at cum aer ex natura petat calorem, non posset conseruari cum tanta frigiditate, sed potiùs fieret aqua.

15 Sed Zabarell. libr. 3. cap. 5. ad 7. respondet primò dicens, putredinem à calore ambientis tunc solùm fieri, cum debilis est & sensim agēs, nā quando ambiēs est calidissimum non fit, vt experientia constat de rebus in ignem coniectis, quæ non putrescunt, sed vruntur; & in æstate plura, quæ ab aeris calore putrefierent, si radijs solis ob vehementiam caloris à putredine præseruarentur, quia calor vehemens priùs resoluit humidum, quàm educat calorem internum, quia sic non educitur vehemēti actione, sed lōga, & remissiori. At quando actio est vehemens præoccupat resoluere humidum antequā internum calorem educat. Vnde quæ sunt exiccata, diutiùs à putredine præseruantur.

2. Maiorem actionem non solùm oriri ex intensione graduū, sed etiam ex extensione, vt experientia patet; sed cum hoc discrimine, quod quæ habent intensiorem faciunt magnam actionem quoad celeritatem, & intensionem effectus, sed quæ habent extensiorem habent magnā actionem quoad perseuerantiam, nā tādē vincūt licet tardè, cuiusmodi est calor aeris, qui sensim agit: vnde calorē priùs educit, quā resoluat humidū, & facit putredinē. Et ratio est, quia ōe agēs corruptibile in agendo

repatitur; sed quando agens est mole magnum respectu patientis, ibi vel nulla, vel debilis fit repassio, nam partes propinquæ repassæ restaurantur à partibus remotis, vnde eædem vites perseuerant. Hinc fit, vt omnia à circumstante aere necesse sit putrefieri.

16 3. Cum Arist. ait, res calidissimas, & frigidissimas non putrefieri, non denotat impossibilitatem, sed difficultatem putrefactionis, nam ponatur in aere res frigidissima, scilicet metallum à magno frigore congelatum, tamen aer agit in illud per calorem, sed repatitur ab illo. Vnde calor aeris, & frigus metalli minuitur, sed calor aeris fouetur à tota mole aeris. Vnde à tota mole dici potest, metallū pati. Hinc dici potest, calorem aeris non minui, sed frigus metalli minui necesse est; durante autem pugna, oportet, vt in metallo fiat gradus caloris similis calori aeris, & proinde soluatur congelatio, & putrefiat metallum. Hinc patet error dicentium, putredinem esse interitum animatorum, vel mixtorum ex animatis ducentium originem, vt caro, sanguis &c. nō autem metallorum, decepti enim sunt ex magna resistentia harum rerum. Vnde non ita corruptio apparens, nam Aristot. ait, conuenire mixto vt sic, & quæ conueniunt generi, conueniunt inferioribus sub illo; licèt aliqua diutiùs duret propter resistentiam, vt metalla, vel viscositatem, vt oleum, &c.

Quod si mixtum est calidissimum, tunc aer agit in illud ratione frigiditatis: vnde per continuatam actionem tandem imminuit illius calorem vsque dum reducitur ad caloris gradum similem aeri, & tūc à calore ambientis extrahitur calor internus, & mixtum dissoluitur, & ideo quæ calorem habent similem calori ambientis citiùs putrescunt, nisi seruentur ob maximam commixtionem, vt oleum.

Dico 4. Hinc patet cur in aqua, & terra tandem res putrescunt, quia in illis est aliquid caloris. Vnde continuata actione, etiam mixtum redigi ad calorem similem ei, qui est in ambiente, quia licèt actio illa sit debilis ob intensionem, tamen ob extēsionem temporis ea magis est vehemens.

Arist. dictū explicatur. Dico 5. Dum Arist. ait, tria elementa esse materiam ignis, ita ut etiam ignis ambiens putrefacere possit, intellige non quādo agit vehementi actione, quia sic vrit, sed quando contemperatur vis actus siue ob distinctionem patientis, siue ob alias concausas. Neque dicas, illa putrefieri tūc ab aere immediato, quia id est ab hoc vt agente secundario, non autem primario.

Ad secundam confirmationem respon. Merc. id accidere, quia partes extimæ non sunt vniformes quoad raritatem, & densitatem, duritiem &c. vnde calor extrinsecus calefaciens partes illas rariores, & tenuiores rarefaciens reserat; vnde calor internus euaporat cum humido, & quod intus manet est puluis: quare in his vel oculis cernitur orificium quoddam, ex quo humidū egreditur; partes verò extimæ quia sunt magis compactæ non sunt ita euaporationi obnoxiæ, atque adeo manent aliquandiu illæsæ. Sed deinde temporis progressu etiam putrescunt. Sed non placet Zabarell. lib. 3. cap. 5. ad 6. quia calor, vt intus penetret, non eget operatione, vt patet, & patiens cum sit continuum, calefit secūdūm partes internas, & externas, sed magis externas, quæ sunt agenti propinquiores, neque illud foramen factum est à calore perforante, sed ex substantia euaporante. Vnde sæpe quod intus manet, est puluis, cū omnino humidum euaporet, sæpe animal generatur cum manet calor in ea proportione, quæ est conueniens naturæ animalis. Quare respondet ipse, verè calorem magis agere in partes exteriores propinquiores quàm internas, sed partes internæ putrescunt, quia aptiores ad putredinem, quia externæ sunt multò sicciores, & ideo nimis putrescibiliores, vnde & ipsa tandē putrescit. Verùm hæc responsio non est diuersa à responsione Merc. vt patet.

Ad 3. respondet Zimara, quod mixtum positum in vacuo corrumperetur, quia habet in se adæquatum principium suæ corruptionis naturalis, secluso omni extrinseco; sed huic opinioni obstat tamen Aristot. hîc, quia ait, naturalem corruptionem mixtorum esse putredinem, quæ fit ab extrinseco, tamen ratio, quia, licèt id dici possit de mixto animato, quod habet partes difformes, non tamen de mixto similari, quia cum corruptio rerum non egentium conseruatione à sua causa, non possit fieri, nisi ex positiua actione alterius productiua formæ incompossibilis, non potest hæc forma mixti in vacuo corrumpi, quia nullum datur agens producens in illam materiam aliam formam, nam partes mixti cum sint similes, non agunt inter se. 17

Resp. 2. Merc. concedendo totum: neq;

est absurdum, corruptibile per se esse æternum per accidens, ex hypotesi scilicet impossibili naturaliter: at corruptibile per se non potest esse æternum per se, vt Aristot. 1. cœli ostendit. Ex quo Zabarell. libr. 3. cap. 5. ait. Si mixtum poneretur in centro terræ, non corruptum iri putredine, si eò nō pueniret calor cœlestis, sed alio modo interiret, scilicet per frigiditatem interitu violento, vt intereunt res per combustionem, quæ vt mixtum non dissoluit in elementa, sed conuertit per se in ignem; ita summum frigus in centro mixtum conuerteret in terram. Si verò in centro ponatur aliquis calor, tunc vel vinceit calorem mixti, & putredinem gignet, vel non vincit, & non fiet putredo, sed illud ager non vt calidum, sed vt frigidum in mixtum, & illud destruet destructione violenta.

Neque obstat, quod sit compositum ex contrarijs, quia ex hac compositione non oritur actualis corruptio, sed corruptibilitas, non quidem ex mutua actione contrariorum, ex quibus res constant, cum contraria sint in mixto secundùm gradus cōpossibiles, sed ex actione agentis extrinseci, nam cum sit res composita ex contrarijs redactis ad mediocritatem, necessariò supponitur in natura esse agentia extrinseca, à quibus mixta destrui possunt 1. de generat. 1. Ex quo fallitur Merc. dum ait, corrumpi calorem internum ab externo, eum aucta frigiditas interna dominetur calori, & illum capellat, nam frigus internum non agit in calorem internum, cum sint compossibiles secundùm gradus, secundū quos simul subiecto inhærent.

Ad 4. respondeo, per humiditatem extrinsecus additam disponi quidem mixta ad faciliorem putredinem, vt patet in lignis siccis, quæ difficilè putrescunt; at humectata facilè, sed id non est immediatè ob humiditatem, sed quia calor extrinsecus educit humidum intrinsecum, ad quā eductionem disponit humiditas extrinseca, & cum humido educitur calor, quia quantumcunque humectetur, nisi calor minuatur cum gradu, qui non sufficit terminare mixtum, non dissoluitur mixtum.

8 Ad 5. Patet ex dictis in primo. Ad 6. Ex dictis patet, cur dicatur interitus naturalis, etiam si fit ab extrinseco, quia fit iuxta modum, quo quærit natura rei corrumpi. Ad 7. Patet ex dictis in 1.

Ad 8. Hæc putrefieri, quia ob perspirationem impeditam efflari mixta calefiunt, & minus refrigerantur in eo gradu, quo petunt.

Ad 9. Ad putredinem non sufficit, vt quoquomodo imminuatur calor, sed sensim simul cum eductione humidi, nam si alio modo fiat, corruptio erit alterius rationis.

Ad secundam difficultatem, qua dicebatur, in rebus putrescentibus non requiri calorem extrinsecum, quod calor ille extrinsecus apparens non est, nisi naturalis calor adustus, negatur, omnino ita esse, quia, licèt id concedatur aliqua ratione, tā quærenda est causa educens illum calorem internum; neque id probatur benè ex ebullitione, quæ similiter fit in rebus putrescentibus, ac in mixto: quæ ebullitio mixti fit à calore interno, quia etiam si fiat à calore interno, adhuc quærenda est causa educens. Vnde etiam patet ad secundā probationem, quod res quò calidiores eò magis ebulliunt, dum putrescunt: neque omnis ebullitio fit à calore connaturali, vt patet in aqua ebulliente, sed à calore intērio rarefaciente materiam inclusam, & detenta, ne possit omnino diffluere, siue ille sit vniuersalis, siue aduentitius.

Ad 3. probationem de combustione non corrumpitur calor in humido, vt in putredine, sed intenditur calor, & absumitur humidum; & addit secundò Merc. In combustione fit conuersio naturæ in materiam agentis externi, scilicet ignis; at nō sic in putredine. Tertiò putredo fit à calore humido, combustio à sicco, licèt Vega velit, id non esse necessarium. Quartò putredo fit etiam à frigiditate interna, combustio solùm ab externo calore, quod non omnino probat Zabar. qui probat tantùm primam rationem lib. 3. c. 5. ad 2. quia in combustione non corrumpitur calor à calore, sed frigus à calore: quare non patitur subiectum, vt calidum, sed vt frigidum, & humidum, neque per actionem leuem, sed vehementem, at in putrefactione, etiam si agat principio calor externus in passum calefaciendo, tamen agit etiam in calidum educendo, quod fit actione leui, & sensim facta. Deinde in putredine separatur humidum à sicco; at in combustione humidum non separatur, sed totum absumitur, & siccum intenditur, & fit siccum igneū. Addit 5. difficultatē. Subiectum putrescibile debet esse humidum, at non sic combustibile, nam pura terra potest conuerti in ignem. Vide Buccaf. fol. 48. circa finē,

Oo 2 &

& fol. 51. §. 2. Principaliter; & Piccolomineum de putredine c. 17.

9 Ad tertiam difficultatem patebit cum de causa efficiente putredinis.

Ad 4. respondent aliqui, tantum ambiens putrefaciens est aer, & aqua, quia horum non meminit Arist. Sed non placet Zab. lib. 2. cap. 7. qui vult nomine aeris contineri omne ambiens, à quo res potest putrefieri, nam Arist. ait, tria elementa esse materiam ignis ad putredinem faciendã, ergo ignis potest putrefacere. Confirm. ex putredine sanguinis in venis, quia ambiẽs non aer, sed caro, vel quid simile, quod calore extraneo immediatè concalefactum putrefacit humores; ita etiam quando fit putredo ex prohibita perspiratione, & ob obstructionem in animalium corporibus fimo, qui celeriùs putrescit, si in acervum congeratur, nam vapores intrinsecus exhalati, cum nequeant difflari, funguntur officio externi calidi putrefacientis.

Neque Arist. nominat aerem, & aquã, vt adæquatas causas, sed gratia exempli. Et quia putredinem probat ex signis sùpstis ab ijs, quæ in aere, & aqua putrescunt, vt manifestioribus, nam putredo, quæ fit in animalis corpore occultior est.

Contrarium docet Merc. in c. 8. Erasti fundamentum, quia Arist. non explicauit, nisi aerem, & aquam, dum explicat particulam illam definitionis .f. ab aere ambiente, quod si posset fieri à fumosis exhalationibus, & terræ calore, relinqueret ambiguam illam particulam. Confirm. quia putredo ibi definita est alteratio mixti vt sic, at in mixto vt sic non requiruntur aeres, & fuliginosi vapores. Resp. patere ex dictis, fuisse positam gratia exempli, Ad confirmationem, mixtum vt sic corrumpi ab ambiente extrinseco, siue sit aqua, siue sit aer, siue vapores fuliginosi &c.

10 *Calidum agit in calidum per accidens.* Ad 5. respondent quidam, calidum agere in calidum per accidens, scilicet non vt calida sunt, sed vt opposita secundum frigiditatem, quia minus calidum alio habet plus frigoris illo, & ideo per frigus agit, & calidum maius agit in calidum minus ratione frigiditatis in minori existentis, quia sic opponuntur: at per se non posset calidũ agere in calidum vt sic; & ideo Arist. dixit, in hyeme non esse multas putredines, quia continens habet minorem calorem, qui non potest agere in calidum innatum, quod est fortius. d. 25. Sed verè hi non percipiunt mentem Arist. quia calidum, licèt producendo calorem corrumpat frigus, tamen in putredine non consideratur hæc actio calidi in subiectum, sed actio eductiua calidi corporis.

Respon. 2. Venetus in summa cap. 29. corrumpi calorem per accidens, quatenus calor facit euaporare humidum, in quo est calor, & conseruatur. Vnde calor externus non agit immediatè in internum calidum, sed humidum, quia simile non agit in simile, nec corrumpitur à simili.

Resp. 3. Zabarell. lib. 2. cap. 9. calorem prius agere in calorem naturalem illum educendo, & huius eductionem consequitur humidi eductio, nam Arist. ait. Exeunte enim proprio calido, euaporat quod secundùm naturam est humidum. Et ratio à priori est, quia ex amotione effectus, non necessariò amouetur causa, sed potiùs contra, quia pendet effectus à causa, non contra. At calor naturalis in mixto est causa commixtionis humidi cum sicco ex Aristotel. ergo separatio illorum sequitur ex exitu caloris, non tamen exitum humidi necessariò sequitur exitus caloris, nam in multis videmus, si exsiccẽtur, seruari à putredine, & diutiùs durare. Hinc est, vt causa propria putredinis sit diminutio calidi, nam putredo est separatio humidi à sicco, vt generatio mixti est commixtio humidi cum sicco.

Hinc patet, frigidum non habere actionem in generatione humidi, sed solùm calorem, nam si frigidum contineret humidum, tunc frigoris eductio esset causa dissolutionis. Confirm. ex sect. 25. probl. 20. cur ignis non putrescat, quia patet, inquit, prius refrigerari, quod putredinem est conceptutum: at ignis refrigerari non potest, vbi ait prius corrumpi calorem &c. 11 *Frigidum non habet actionem in generatione humi. di.*

Ad argumenta oppositæ sententiæ respondeo, simile nõ agere in simile destructiuè, sed eductiuè, quod simile trahatur à simili, vt contrarium pellitur à contrario. Vnde medicamenta purgant per attractionem ratione similis qualitatis. Quare non corrumpitur simpliciter calor secundùm se, sed tãtùm respectu mixti, quia mixtum calore priuatur. *Simile agit in simile eductiuè nõ destructiuè.*

Dices. Calor est accidens; ergo non potest educi, nisi sit in subiecto, quod educatur, at hoc est humidũ; ergo prius humidũ educitur, q̃ calor, quia ideo educitur calor, quia educitur subiectum. Resp. Alb. calorem dupliciter considerari. Primò vt naturalem, secundò vt calorem, nam in generatione *Calor dupliciter considerari potest.*

tione mixti agit vt naturalis, in putredine verò non corrumpitur calor vt naturalis, & manet, & agit vt calor, atq; adeo vt igneus: corrumpitur autem calor vt naturalis, dũ soluitur proportio caloris ad passiuas, nam cum fiat actio à calore externo, necessè est, augeri calorem internum, quia prima actio caloris est calefacere: quare corrumpitur illi mixto, quia desinit illi esse naturalis. Hinc sequitur euaporatio calidi, & hinc infrigidatio, licet etiam intro dici possit infrigidari, quatenus desinit calor naturalis; indigere autem calore est esse aliqua ratione frigidum, idest, habens defectum caloris naturalis. Vnde patet, putrescentia fieri calidiora, quàm prius, vt patet in aceruo tritici, fimi, ita ut oua gallinarum foueat, & excludat tum ob externi calidi actionem, tum ob interni caloris exitum ad externas partes. Vnde apparet maior ob separationem à qualitate contraria, ex qua impeditur intensatio alterius, & ob vnionem plurium partium calidarum, sicut fiunt humidiora non noua humiditate, sed interna, quæ est in exterioribus partibus, sed in fine fit frigidum, & siccum propter totius caloris, & humidi consumptionem, vt ex sect. 25. problem. 29. & sect. 3. probl. 5. colligitur; vbi ait, calorem naturalem extingui ab externo, vt in ijs, qui solis ardore vruntur, & in ebrijs, qui ob ebrietatem aliquando tremunt, ac tremor oritur à frigore, quia in illis est imminutus calor naturalis ob calorem vini; Vnde ebrij initio calent, tum frigent.

DVBITATIO V.

De causa efficiente putredinis.

DE hac Zabarell. lib. 5. c. 8. Pompon. d. 22. Merc. dil. de hac re.

Prima difficultas de causa efficiente putredinis, an sit partim interna, partim externa. Mercenarius in delucidationibus ostendit, causam effectricem partim esse extrinsecam, s. calorem ambientis, partim intrinsecam. s. frigiditatem, reiecta opinione dicentium, calorem esse causam per se, frigiditatẽ verò per accidẽs, quod falsa sit quoad vtrãq; partẽ, nã cũ putredine corrumpatur calor natus, non potest esse per se à calore externo, nam simile per se non corrumpit simile, sed potius per accidens, calor autem externus est eiusdem speciei cum calore interno, contra verò cum contrarium per se, & non per accidens corrũpat contrarium, frigiditas interna non potest per accidens corrumpere calorem internum, sed potius per se. Neq; dicas ab extrinseco calore per se intendi internum, ex qua intensione oritur euaporatio, atque adeo corruptio caloris. Nã cõtra est quia hoc nõ est p se, sed per accidẽs causare corruptionem caloris, & per consequens putredinem; neque apparet quomodo fiat per accidens ab interna frigiditate, quia licèt externa frigiditas calorem per accidens augeat per antiperistasim, nõ tamẽ interna, quæ internũ per se corrumpit, & foras expellit. Quare videndum, qua ratione ab illis causetur putredo, vt nos alibi.

Secunda difficultas de causa efficiente externa. De hac Zabarell. lib. 5. c. 7. Pompon. dist. 22. Merc. dil. De hac re, & ad 3. dist. & 4. Merc. in c. 8. aduersus Erastum vbi vult, quod obstructio sit causa putredinis in c. 9. lege ipsum.

DVBITATIO VI.

De causa interna putredinis.

DE hac Zabarell. cap. 8. Prima opinio est dicentium, esse calorem innatum, quod dicitur frigiditas, quatenus est minor. Ita Erast. apud Merc. cap. 9. nam vt Arist. probat, esse passionem externi caloris, & internæ frigiditatis, quia defectus caloris frigidum est; ita etiam de eductione: diminuta autem coctio fit ob caloris inopiã, ac inopia caloris est frigus. Hanc sequitur Zabar. lib. 2. de Putred. cap. 8. ex eodem fundamento, ex quo mouetur Erastus; eo quod Arist. frigidum vocat nõ ipsam positiuam qualitatem, sed priuationem caloris necessarij ad continendum humidum cum sicco, vt patet ex definitione putredinis tradita ab Arist. *1 Causa interna putredinis est innatus calor.*

Probat Erastus, quia temerè fuisset prætermissa in definitione, nam rerum essentię ab Arist. prætermitti non solent in definitione. Secũdò quod putrescit calidius fit ab externo calore; ergo frigiditas interna dominari non potest, atq; adeo neq; corrumpere calorẽ. Tertiò quia extrinsecus calor potest maximam partem caloris interni dissipare; ergo & reliquam; ergo non est necessaria actio frigiditatis. Quartò quia si fit ab vtraque causa, tunc esset composita putredo ex contrarijs; quare causatur extinctio,

&

& tabes. Quintò illæ qualitates non agunt simul, quia idem frigesceret, & calesceret; ergo successiuè; ergo prius calor extrinsecus frangit calorem internum, tum frigiditas. Quare vel cum fractus est calor à calore est perfecta putredo, & non est necessaria frigiditas; vel non, & tunc à frigiditate perficitur; ergo non ab extrinseco calore. Sextò quia sic putredo partim esset violenta vt quatenus ab extrinseco, & partim naturalis, quatenus ab interna frigiditate.

2 Sed cõtra, quia vt generatio est ab vtraque qualitate actiua dominante supra passiuas; ita putredo est communis effectus caloris, & frigiditatis; neque nomine frigiditatis intelligitur remissus calor. Sed non placet Merc. quia remissus calor non est causa putredinis, sed is, qui corrumpitur. At frigiditas de qua Arist. ibi agit, est naturalis potius distincta à calore, vt ex tex. 2. colligitur. Et cum Arist. ait, defectus caloris frigus realiter, vel consequutiuè, quia sequitur ad defectum caloris, vt eclipsis dicitur interpositio terræ. Hinc patet ad argumenta Erasti.

Ad primum. Nõ prætermisit ob ea, quæ dixerat tex. 2. quod sit effectus extrinsecæ caliditatis, & intrinsecæ frigiditatis. Ad secundum respondet Merc. id verum de putredine secundum partem, cum res dimouentur à temperamento, non de vera, in qua res fit frigida declinãs ad terram. Ego respondeo, id etiam tolli, non tamen in fine. Ad tertium. Extrinsecus calor materiã absumeret, si res sub eius calore relinqueretur: at quia imminuto calore, interna frigiditas incipit diminui, in calorem agit, & corrumpit. Ad quartum. Conceditur esse effectum communem caloris, & frigiditatis. Ad quintum resp. initio externum calorem tantum agere, quia non est ita imminutus calor, vt supra eũ frigiditas dominetur: at vbi est fractus, tunc frigiditas agere incipit: quare frigiditas non inuenit putredinem factã à calorem, sed ipsa perficit: neque id negat Arist. sed tribuit calori extrinseco, quia ex hoc incipit putredo, & hinc contraria frigiditas interna, cum illi dominetur agere incipit, illumque corrũpit; vnde interna frigiditas in putredine supponit actionem caloris extrinseci, non tamen ex vi illius perfecta est putredo, sed est in via, vt à frigiditate perficiatur; neque contrarium docuit Arist. sed docuit, esse effectum communem externi caloris, & internæ frigiditatis, neque expresiè docet, ab vno ne, an ab alio perficiatur; tribuitur autem calori vt incipienti, & frigiditati vt absoluenti, & iure, quia sicut generatio mixti tribuitur calori, ita corruptio debet tribui frigiditati. Ad sextum. Partim esse naturalem, partim violentam, naturalia quidem quatenus est ab intrinseca frigiditate, violenta verò quatenus est ab externo calore. Sed hæc doctrina non placet alijs, eo quod naturalitas, & innaturalitas non attenditur ex principijs causantibus, sed ex propensione rei, cui prædicamentũ conuenit, siue illa oriatur ex principio intrinseco actiuo, siue passiuo, ex Aristotel. 3. Ethic. cap. 3. & 8. phys. textu 27. vbi mota ab extrinseco diuiduntur in ea, quæ naturaliter, & quæ violenter mouentur, quia verò mixtum ab intrinseco inclinationem habet, vt corrumpatur per putredinem, cũ inde dissoluatur in elemẽta, ex quibus sunt genitum, ideo putredo est naturalis mixto siue fiat ab externo calore, siue à frigore; Neque obstat, eundem effectum esse à cõtrarijs causis, quia etiam mixti generatio est ex contrarijs; quomodo autem obstructio sit causa putredinis, dicetur infra.

3 Secunda opinio. Non fieri à calore intrinseco, sed à frigiditate ex Arist. dicente, fieri à calore externo, & interna frigiditate. Sed difficultas est, quia vnus effectus non potest pendere à causis contrarijs in eodẽ genere causæ, neque in diuerso, tum quia Arist. æquiuocaret in eodẽ contextu cũ nõ appareat, quo genere causæ cõcurrat frigiditas, quia non in genere causæ finalis, nec formalis, nec materialis, vt patet, ideo sunt varij modi dicendi. *Est interna frigiditas.*

Primus est dicentium, fieri à frigiditate effectiuè. Ita Vgo in 3. Techni in q. magna, & citat Auer. 3. Collig. &c. Et in hoc quartò, licet Hebræus Iacob dicat, cõmẽtaria in hunc quartum non esse Auer. sed cuiusdam illius discipuli, & probat, quia in hyeme, quando sunt maxima frigora, membra stupefiunt. Sed respondet Pomp. quod licèt mediatè id fiat à frigore, tamen immediatè fit à calore, nam per frigus circumstans clauduntur pori, & calor intenditur. *Frigiditas effectiuè putredinem facit.*

Secundus modus est Pompon. d. 22. qui dicit fieri quidem à calore, & frigiditate in eodem genere causæ, sed diuerso tempore, & modo, nam initio educitur calor naturalis, & fit inhabilis ad continendũ humidum cum sicco; vnde fit corpus siccum, *Fit à calore, & frigiditate in eodem genere causæ, at nõ eodem tempore.*

cum, & frigidum ablato humore, qui erat sedes caloris: tamen putredo dicitur passio caloris extrinseci, & frigiditatis intrinsecæ remanentis, extracto calido: vt etiam senes dicuntur frigidi, & qui nimis coeunt refrigerantur. Quare secundùm hunc modũ frigiditas non concurrit producendo frigiditatem, sed tantùm remanet, quæ erat in re, dum putrescit.

4 Tertius modus est quorũdam apud Zabar. lib. 2. cap. 8. nam educto calore, frigus retinens proprium gradum inualescit supra calorem proprium mixti. Vnde incipit calorem expellere, adiuuans calorem externum, atq; adeo euocatio caloris duas habet causas positiuas; externum calorem euocantem, & frigus internum expellentē. Vnde subdunt, in definitione præter calorem ambientis debere addi frigus internum.

Sed contra, nam frigus internum non potest corrumpere calorem internum, quia sunt in eodem subiecto secundùm gradus compossibiles. Quare vt frigus expellat gradum caloris, deberet augere seipsum, quia non potest expellere calorem, nisi refrigerando seipsum.

Frigiditas subiectiuè tantùm concurrit. Quartus est aliquorum apud Merc. negantium, frigiditatem concurrere effectiuè, sed tantùm subiectiuè, quia est posterior putredine, quia sequitur ad defectum caloris, quæ est putredo. Sed non placet Merc. quia 4. meteor. cap. 1. ponit duas qualitates agentes, & duas passiuas, tamen tex. 2. agit de operationibus illorum, & dicit, esse generationem, & naturalem corruptionem mixti; ergo agit de his, vt sunt effectus duarum actiuarum.

Confir. quia passiuè etiam humiditas, & siccitas concurrunt; ergo putredo deberet dici effectus horum, vt dicitur frigiditatis, & caloris communis effectus.

Ad fundamentum aduersariorum respõdetur, sequi quidem corruptionem caloris, sed inchoatam, non tamen perfectam: sed frigiditas complet putredinem caloris.

Frigiditas concurrit per accidēs, calor per se. Quintus est dicentium, frigiditatem concurrere per accidens, sed calorem per se: sed non placet Merc. quis simile non per se corrumpitur à simili, sed à cõtrario. Et licèt dicant, illam corruptionem caloris à calore non esse in ratione caloris, sed in ratione naturalis, qua ratione corrumpitur per intensionem, tamen non bene dicunt, augeri per accidens à frigiditate interna, quia hæc potiùs extra expellis calorem, quàm reuoces intra.

5 Sextus est Merc. Calor per accidens diminuit calorem, sed frigiditas per se. Vnde fit, vt idem effectus oriri possit ex causis contrarijs secundùm diuersam rationem concurrendi. Neque tamen putredo fit à frigiditate externa, quia fit per euaporationem, quæ impeditur ab externa frigiditate. Sed putredo secundùm partem, quæ est in humoribus qua oriuntur febres, fieri potest ab externa frigiditate per intensionem caloris naturalis ex prohibita perspiratione: vnde exardescit, & ignescit calor. *Calor per accidens, per se frigiditas calorem diminuit.*

DVBITATIO VII.

De causa materiali putredinis.

DE hac Zabarell. lib. 3. cap. 6. sed quid sentiendum sit, patet ex dictis.

DVBITATIO VIII.

De modo, quo fit putredo.

DE hac hac quæst. Merc. dil. de hac re, & in c. 8. Erast. Zabarell. libr. 2. cap. 1. & 2.

Prima opinio est Alber. dicentis, fieri quod calor internus auctus ab interno agit in humidum, & illud dissoluit, & ad dissolutionem huius tanquam pabuli calor etiam dissoluitur, & dissoluto calore, fit putredo. Quare primò est calefactio à calore extrinseco, tum intensio caloris interni, quæ etiam fit secundùm Buccaf. & Argenterium per prohibitam perspirationem à frigiditate extrinseca condensante, & prohibente viam vaporum fuliginosorum. Tertiò relaxatio partium. Quartò actio in humidum. Quintò consumptio humidi. Sextò euanescentia caloris. Septimò dissolutio, & separatio humidi à sicco. *Explicatur quomodo putredo fiat calore dissoluto.*

Sed hunc modum improbat Merc. ex Arist. cap. 2. vbi ait, fieri ab humido dominante supra calidum, & tex. 6. corrumpi calorem per exitum ipsius; ergo humidum non dissoluitur ex calore aucto. Falsò dicitur per dissolutionem humidi dissolui calorem, nam humidum secundùm Arist. dissoluitur non per auctionem caloris, sed per exitum. Quare potiùs habet causam priuatiuam, idest recessum caloris naturalis ab humido. Hinc fit, vt humidum dissolua-

soluatur ad dissolutionē caloris, & nō contra, & caloris dissolutio non supponit humidi dissolutionē, sed ipsi⁹ dominiū. Hinc deducit, falsò ab Argent. dici fieri per cōcentrationem, & prohibitam perspirationem, cum fiat per euaporationem, quę impeditur à frigiditate extrinseca. Vnde hic homo confundit putredinem, hic defectū cum putredine secundùm partem.

2 *Putredo à calore extrinseco.*

Secunda opinio aliorum, qui dicunt fieri à calore extrinseco, quod immediatè attenuat humidum, quod attenuatum euaporat. Vnde sequitur dissolutio caloris. Ita Remig. in Apologia, & Erast. c. 8. fundamentum, quia ex lib. de respitatione calor non deficit, nisi per extinctionem ab extrinseco frigido, vel marcorem ob defectum humidi.

Sed non placet Merc. quod calor extrinsecus non immediatè dissoluit humidum, sed calorem, vt patet ex dictis, nam Arist. ait. Exeunte calore, secum quoque attrahit humidum.

Confirm. quia humidum non euaporat per actionem caloris extrinseci, sed per exitum caloris interni. Quare humidum deficit ad defectum caloris, non contra. Ad fundamentum respondet, deficere etiā ab extrinseco ambiente per euaporationē, vt in putredine, & Arist. ibi loquitur de diminutione caloris naturalis in animalibus, vel de diminutione caloris secundùm gradum: at secundùm gradum, & quantitatem deficere potest alio etiam modo, scilicet per exitum.

3 *Explicatur à Mercen. modus quo fit putredo.*

Tertia opinio Merc. qui ait, fieri putredinem hoc modo; vt primò calor extrinsecus calefaciēdo mixtū relaxet, & aperiat poros. Secūdò internus calor egrediatur, & minuatur. Tertiò secum trahat humidū naturale. Quartò incipit frigiditas intrinseca habere dominium supra calorem. Quintò ex hoc calorem internum adeo remittit, vt nequeat retinere humidum cum sicco. Sextò humidum quando vinculis solutis, ac sui iuris effectum diffluit, & à sicco separatur. Septimò sequitur corruptio mixti, ac manet puluis.

Sed contra hæc obijcit Erastus, quia si calor non deficit ad defectum humidi, non est quomodo possit ab extrinseco deficere, quia calor non corrumpit calorem, quia ad corruptionem requiritur dissimilatio non solùm secundùm gradum, sed etiam secundùm speciem, 1. de generat. tex. 50. Resp. Merc. à calore externo corrumpi internum per accidens, quatenus relaxat partes externas, vnde aperitur via, vt internus exeat. Sed contra instat Erastus, nā partes externæ mixti vel calidæ sunt, & cōsequēter calor externus in ipsas aget, vel non; si 2. ergo non rarefacit, ac proinde calorem internum non euocabit; si primum, ergo calidum aget in calidum, & cū non sit dissimilatio, nisi secundùm gradū, hæc sufficit ad actionem. Resp. Cum omnes mixti partes constent ex quatuor qualitatibus, calor externus agere poterit in partes extimas corporis, & hæ frigidæ sūt.

Alij tamen reprobant hanc opinionem, quia si ex relaxatione partium fit exitus caloris; ergo violenter detinebatur, nam quod ascendit leue esse debet; at hoc violenter detinetur infra graue. Secundò non apparet qua ratione fiat ille exitus, nisi attenuatis partibus, & leuioribus effectis, at hoc esse non potest, nisi fuerint calefactæ, & rarefactæ, sed sic substantiæ calidæ non ipsi calori conuenit; ergo ad exitum substantiæ deficit calor; ergo ad defectum humidi deficit calor.

Quarta opinio est Zabarell lib. 2. cap. 1. & 2. hic ostendit, omne mixtum vt sic interire posse tribus modis. Primò per cōbustionem, qua fit totius mixti mutatio in vnum tantùm elementum, scilicet in ignē, excepta aliqua parte terrea, quæ ob magnam resistendi vim seruatur post combustionem, licèt affecta calore igneo, vt cinis. Vnde cum mixtum sit medium inter contraria externa combustio est mutatio facta à contrario extremo calido. Secūdò per refrigerationem, quia mixtum pati potest ab vtroque externo cōtrario. Quare sicut interit per combustionem ab igne, ita potest interire ab aqua, vel alio frigido; nam licèt hæc actio non sit adeo velox, vel apparens, tamen adhuc eius videtur aliqua vestigia. Vnde videmus in subterraneis locis multa mixta, vt paleas &c. mutari in petras ex magna vi frigoris omnem calorem, & humiditatem consumentis. Ec hic vterque modus est violentus. Tertiò medius est modus corruptionis per putredinem in quatuor elementa, qui dicitur naturalis ob rationem dictam. Hęc autem, ait, fieri hoc modo in c. 1. nam cum mixti corruptio consistat in dissolutione humidi à sicco; vt generatio in vnione humidi cum sicco, ab ijs causis fieri, ex quibus dissolutio illa oritur. Hæ autem sunt causæ oppositæ ijs, ex quibus fit generatio mixti: Vnde

4 *Mixtū omne tripliciter interire potest.*

Vnde cum vnio oriatur ex calore proportionato habente vim commiscendi humidum cum sicco, & potente reducere ad perfectam temperiem; dissolutio oriatur necesse est ex priuatione illius caloris proportionati ad conseruandam vnionem humidi cum sicco. Et quia calor hic minuitur ex ambiente, ideo ab Arist. & Galeno refertur in ambiens, tanquam in causam, à qua educitur calor internus. Vnde æstiuo tēpore res facilè putrescunt, quia citius educit calorē, & similiter citiùs perficitur putredo in locis calidis, quàm frigidis: & frigidissima, vel calidissima difficilè putrescunt, nā frigidissima eorū frigore resistunt calori externo, & calidissima, q̄a eorū calor validior est, quā externus, & ex illa caloris eductione videmus, omnia putrescentia humida primùm fieri, quia humidum exit ad exteriora, rursū sicca remanere, quia ob continuam euaporationem, & resolutionē tandem consumitur totum humidum: Vnde remanet fumus, & terræ.

5 *Putredinis modus duplex per alios.*

Quinta opinio est aliquorum apud Valles. lib. 5. controu. c. 19. dicentium, duplicē esse putredinis modum, alium, quo humor propriua rei extrahitur à calore, & fit fluidus, quomodo solùm putrescit fructus, alterum, quo calor proprius extinguitur à calore alieno, & hic conuenit spiritibus, & omnibus mixtis.

Sed non placet Vallesio, nam idem externus calor naturalem consumit, & extrahit partes humidas, & facit, vt non contineantur à naturali calore mixti: at hoc est in omni putredine cuiuslibet rei; neque quod humor fiat fluidus est de essentia putredinis.

DVBITATIO IX.

De ijs, quæ generantur ex putri.

1 DE hac Piccol. libr. 2. de putredine Buccaf. fol. 47. & non alibi.

Coturnices &c. nō producuntur ex putri.

Primò not. falsò ab Olimpiodoro dici, coturnices qualeas gigni ex putredine aeris, quia tam perfecta animalia nequeūt gigni ex putri. Neque rectè probatur ex Arist. 5. de hist. animalium c 5. dicente, *Perdices, si aduersæ maribus steterint, ventusque inde efflet vbi mares stant, concipere, plerumque etiam voce marium ingrauescere, & etiam volatu marium superno*, nam primum hoc dubium est, multa. n. ab alijs audita refert, quæ tamen lib. de partibus, & de generat. animalium non probat. Secundò neque ea generatio est ex putri, sed vel per vocem maris conceptam in phantasia fœminæ exsiccantur humores, & spiritus idonei ad concipiēdum, vel per aerem medium ex mare deferuntur spiritus prolifici, qui recepti in fœmina tunc disposita prolem formant.

Ex igne nō generantur animalia ob putredinem.

Secundò ponendum, ex igne non generari animalia ob putredinem, nam licèt ignis corrumpi possit, non tamen per putredinem 4. meteor. cap. 2. Quare quod Arist. 5. de hist. animalium cap. 19. dicat, in Cypro in ærarijs fornacibus, vbi calcitea lapis ingestus pluribus diebus crematur, bestiolas in medio igne oriri pennatas paulò muscis grandiores, quę per ignem saliunt, & ambulant: quod etiam de glacie, & niue ibidem docet, quæ proportionaliter igni respondent. Primum id dubium videtur, nam 2. de generat. animal. cap. 3. & 2. de gener. tex. 81. negat, ex igne, & glacie gigni vermes. Deinde si hæc animalia oriuntur, prouenit ex humore aliquo lapidum ingestorum, vt vermes rubei, non ex niuea putredine, sed ex aliquo corpore intra niuem putrescente ob calorem factum alienum per antiperistasim, vel ex mixtione niuis cum alieno corpore putrescente.

2 *Materia pxima eorū, quæ ex putri. quæ nā,*

Tertiò notand. ex Piccol. materiam proximam genitorum ex putri esse humorem illum rei putrescentis, qui primò à calore proprio mixti terminabatur, & mox fluit, nam si humor ille à calore concoquitur iuxta exigentiam alicuius mixti, tunc gignitur mixtum, cui hoc temperamentum est congruens. Neq; humor ille est simplex elementum, sed mixtum quid, in quo humor præualet. Oritur autē hic humor, ex cadaueribus animalium, lignis, fimo terræ, aere dēlato, & crasso, aqua stagnante putrescentibus, & ex lapidibus dum comburuntur, nam ex humore illorum putrescente gignitur animal, & ex niue admixta terræ calefacta per antiperistasim 5. de histor. cap. 19. nam vt 5. de generat. 32. animal gigni potest ex omnibus vel siccis humescentibus, vel humidis siccescentibus. Hinc valdè sicca, & calida, vt piper, zinziber, & apprimè amara, vt flaua bilis non possunt esse materia proxima animalium, nisi post multas alterationes, nam materia proxima debet esse humida, & apta nutrire, cuiusmodi sunt dulcia. Vnde cum ex flaua

bili fiunt vermes, id accidit per magnum recessum à propria naturali constitutione bilis: hæc etiam bilis atra non est apta materia ani malum, quia sicca, & frigida sunt mixta cum pituita, vel alio humore; putrescens potest esse materia: sanguis verò quia calidus, & humidus optimam præbet materiam vermibus, sicut & pituita dulcis, ex qua vermes geniti sunt rubri molles, & albi, sed mixta cum alijs oriuntur vermes varijs conditionibus, & coloribus præditi.

Pueri præcipuè candidiores, cur vermibus vexentur. Hinc patet, cur pueri præsertim candidiores vexentur verm bus, quia scilicet humiditate abundant.

Cur et fructus comedentes. 2. Cur comedentes fructus, etiam vexantur à vermibus in intestinis, quia scilicet facilè putrescunt, & desertunt materiam pituitosam. Et quia dulces; ac dulcia omnia cum sint nidorosa, calida, & humida, vermes gignunt, & nutriunt.

Cur excrementa animaliū vermes faciāt. 3. Cur excrementa animalium reiecta à proprio calore, & comprehensa ab externo, facilè vermes gignunt, quia scilicet, calida, & humida.

Cur ex aere & vino nascuntur animalia leuia alata. 4. Cur ex aere, & vino leuia, & alata nascantur animalia, ex aqua, & vino anguillę; ex humore terreo fungi, & plantæ; ex humore salso ostreacea, nam animal fit ex humore dulciori, & testa ex parte salsa, & terrea.

3 Resp. Id esse ex varietate materiæ, nam omnis forma in materia sibi congruente producitur 2. physic. 26. accedit varietas ventorum, ætatum, temperamentorum, alimentorum, & aliarum cōstitutionum. Vnde Arist. 5. de hist. cap. 19. tres refert vermium generationes in intestinis, quidam lati adhærentes intestinis, & pariunt frusta similia seminibus cucumeris; quidam teretes, vel longi, & rotundi, qui gignuntur in intestinis supe rioribus crassis: quidam ascarides, qui exigui sunt, & gignuntur in parte inferiori intestini crassi, de quibus Galen. lib. 3. aphor. 26.

4. Not. circa causam effectuū genitorum ex putri, non enim gignuntur ex anima mundi per omnia corpora diffusa, vt Platonici, quos sequutus est Them. 1. animæ. & apud Auerr. 12. met. t 3. neque ex mente mundi elementari præsidente, vt Auic. neque à cœlo, vt Piccol. c. 3. quia nō est viuens, nec vitalem vim habere potest: fateri tamen debemus, à cœlo proximè disponi materiam, quia formantur cœli calore species proportionales semini, quibus formatur materia, siue ille calor de nouo producatur in materia, siue sit antea productus, & conseruatus in elementis; qua ratione in visceribus terræ, quò nec calor cœli, nec lumen pertingit, generantur mineralia: quod ex 3. de generat. animal. cap. 3. colligitur; vbi ratione huius caloris omnia ait esse plena anima 2. de generat. animal. cap. 3. Calor excrementorum habet vim vitalem. Et 5. de hist. cap. 19. animæ omnium vermium principium habent vel à sole, vel à spiritu. Hinc 4. meteor. cap. 2. dicitur calor naturalis excretus ea, quæ per putredinem excreta sunt, cogere; nā excunte calore naturali fluit humor, sed mox actione eius caloris coquitur, fit crassior, & terminatur. Vnde fit corpus calore prædi tum consentaneo animali orto ex putri. Hinc Galen. loco citato ait, in pueris licèt sæpè corrumpatur cibus in ventre, non tamen ita sæpè generantur vermes, vt in adultis, quia licèt habent naturam idoneam, tamen deest calor valens coquere; at in adultis est vtrumque. Quare dicimus, causam principalem esse Deum mundi opificem, vt Philoponus &c.

DVBITATIO X.

An idem numero possit reparari.

De hac Arist. 2. de Gen. textu 70. & nos in physicia tr. 14. q. 8. vbi dub. 1. & 2. de reproductione eiusdem rei permanentia, siue naturaliter, siue supernaturaliter; & dub. 3. de ente successiuo, vbi retuli tres opiniones, primam negatiuā, et per diuinam potentiam; alteram affirmatiuam ex Aureolo; tertiam distinguētium, scilicet motum posse, non autem tēpus reproduci, vel posse reproduci ratione positiui, non autem ratione negatiui. Quare non est cur eadem repetantur. Videri possunt Toletus 2. de Gen. q. 13. Buccafer. dub. 3. Capreol. in 2. dist. 2. q. 2 art. 3. Durand. in 4. dist. 43. q. 3. D. Th. quodl. 4. q. 3. & opusc. 9. q. 2. Héricus quodl. 7. q. 14. Mairon. d. 45. q. 3. dicens, posse reparari motum, non autem tempus. Suarius disp. 50. metaph. sect. 9. num. 14. affirmans, tempus posse reparari ratione positiui, non autem ratione negationis inclusæ. 1

TRA-

TRACTATIO TERTIA.

DE ALTERATIONE.

QVÆSTIO I.

De Existentia Alterationis.

1 *Alteratiōnē dari constat experiẽtia.*

COnstat experientia, dari alteratione, quia eadem aqua fit paulatim calidior siue secundùm eandem partem, siue secundùm diuersas partes; sed dubitatio est. An si generatio non esset possibilis, esset possibilis alteratio, vt affirmat Arist. 1. de Gen. t. 1. & ratio difficultatis est, quia luna per lucem alteratur, & tamen non est generabilis; & similiter Angeli sunt alterabiles, & tamen non sunt generabiles.

An daretur alteratio, si generatio nō daretur.

Explicatur Arist.

Resp. 1. Aristotelem loqui de alteratione, quæ fit cum resistentia contrarij, nam hæc conuenit rebus corruptibilibus, & ordinatur ad generationem, quare si non esset possibilis generatio, neque esset possibilis alteratio, vt in simili dicitur si non esset possibilis substantia, non esset possibile accidens.

2 *Argumentatur Arist. contra Empedoclem.*

Respon. 2. Aristotelem non id absolutè pronunciasse, sed tantùm contra Empedoclem, qui dicebat duo: primò qualitates esse inseparabiles differentias elementorum. Secundò ex aqua non posse fieri ignem. Hinc Arist. deduxit, quod neque esset possibilis alteratio, si non esset possibilis generatio, nam non potest calor separari ab igne, nisi ignis corrumpatur, & fiat aqua, vel aqua non potest fieri calida, nisi conuertatur in ignem. Ita Tolet. q. 1. post quartam conclusionem.

QVÆSTIO II.

Quid sit alteratio, & an species mutationis?

DVBITATIO I.

Qua ratione alteratio sit motus propriè dictus, & per quid distinguatur ab illo.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *In omni motu, & mutatione est terminꝰ à quo, & ad quē.*

PRimò Not. in omni motu, & mutatione requiri duos terminos, scilicet *ad quem*, & *à quo*, patet ex 1. phys. quia motus consistit in transitu, & via, quæ intelligi nequeunt sine termino *à quo*, & *ad quem*; sed Notandum, hos terminos aliter esse in motu successiuo, aliter in instantaneo, nam in hoc sufficiunt duo termini extremi: neque requiruntur termini intermedij, vnde res, quæ mutatur in toto tempore præcedenti intelligitur in termino *à quo*; in instanti autem mutationis incipit esse in termino *ad quem*, sed in successiuis non ita, quamuis non sint, nisi duo termini extremi, vnde sunt innumeri intermedij, qui successiuè acquiruntur, dum mobile est in motu.

Termini mutationis includunt priuatiuam oppositionē.

2. Not. hos terminos debere includere priuatiuam oppositionem, vel formaliter, cum scilicet priuatiuè explicatur, vel virtualiter: patet ex dictis ab Arist. l. 5. phys. c. 1. dum distinguit motum à mutatione, quod alter terminus mutationis priuatiuè explicetur: In motu verò positiuè vterque dicitur explicari, sed hæc positiua quasi oppositio terminorum non debet esse cõiuncta cum contrarietate propriè dicta; imò neque cum diuersitate specifica, sed sufficit si termini sint ita inter se contrapositi, vt latitudinem habeant, per quam subiectum ex vno termino successiuè possit ire ad alium. Oritur hoc, quia cum mutatio sit in instanti, potius debet esse immediatio inter terminos, quàm latitudo ex termino, à quo subiectum totaliter trãsfertur ad terminum acquisitum; & quia hæc mutatio per se est inter terminos priuatiuos; ideo termini per se mutationis sũt priuatiuè oppositi. Sed in successiuo motu aliter se res habet, nam ipsa via repugnat vtriq; termino *à quo*, & termino *ad quem* res mouetur; quare vt in motu sit successio, oportet illos non esse immutatos, sed debet intercipi aliqua latitudo, & distantia, quæ paulatim acquiratur, & ideo termini motus debent esse positiui, & habentes talem latitudinem, & distãtiam, & hoc expressit Arist. dicens, *motum de subiecto in subiectum*, quam oppositionem sufficere patet ex motu locali, auctione quantitatis, & intensione qualitatum à gradu

Motus successiuus aliter se habet ab instãtaneo.

imperfecto ad perfectum.

2 3. Not. Motum non esse entitatem absolutam, distinctam realiter à termino, & subiecto; nam mutari nihil est aliud, quàm rem aliter se habere nunc ac prius: & tunc est moueri propriè, quia illud aliter habere successiuè fit; ita vt subiectum per aliquod tempus semper aliter, & aliter se habeat: sed si ponatur subiectum, & in eo noua forma, vel quod forma succedat formę, intelligitur mutari, præcisa omni alia entitate; ergo.

Motus non est entitas absoluta distincta realiter à subiecto; & termino.

Confir. quia ignis calefaciens, duas entitates produceret per vnam formam caloris.

Confir. 2. quia in pura remissione intelligitur motus, & ne fingi quidem potest aliqua entitas.

Confir. 3. quia intelligi posset sine subiecto, & termino, vt benè Sotus l. 3. q. 2.

Neque secundò placet, quòd alij dicunt
3 esse relationem, vt patet ex dictis de sex vltimis prædicamentis. Vnde dico, motũ esse idem realiter cum termino intrinseco; distingui tamen formaliter, licèt in motu locali sit aliud etiam, quod identificatur realiter cum subiecto, quia terminus eius intrinsecus, idest, Vbi, non distinguitur realiter à subiecto vt terminus alterationis, &c. nam entitas mobilis ex diuerso modo se habendi circa spatium intelligitur moueri localiter præcisa omni alia entitate; vnde motus localis non est, nisi successiua acquisitio; Vbi; hoc autem, vt alibi diximus, non distinguitur realiter à subiecto, vnde patet errare Vall. lib. 3. q. 20. cum dixit, etiam motũ alterationis, & accretionis esse idem realiter cum mobili; errat, inquã, nam alteratio non est aliud, quàm successiua inductio formæ in subiectum, quæ realiter distinguitur à subiecto præexistenti, & ita intellecto calore, intelligitur moueri subiectum: quare idem est calefactio cum calore, & non cum subiecto, nam subiectũ cum calefit non mouetur seipso; sed calefactione passiua, qua afficitur, neque dicitur alterari ex modo se habendi cum calore, vt dicitur moueri localiter ex modo se habendi cum loco; vnde etiam patet, errare Greg. dum dixit, motum localem esse idem localiter cum loco extrinseco.

Motus non est relatio; & dicitur quid nã sit.

Motus alterationis, & accretionis idem cum mobili non sunt.

4 Sed contra hæc primò, quia ens successiuum non potest esse idem naturaliter cũ re permanente; ergo. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia habent conditiones oppositas, nam res permanens habet omnes partes simul; successiuum verò nullam.

Successiuũ non est idẽ cum permanente.

Confir. 1. quia motus est, in mobili: idẽ autem non est in seipso.

Confirm. 2. quia generatio substantialis hominis deberet etiam esse idem cum forma hominis, quod esse falsum patet, nam generatio est actio corporalis, anima spiritualis, & generatio deberet esse à solo Deo, vt anima.

Confir. 3. quia posset dari motus sine subiecto, vt si Deus calorem intenderet extra subiectum, esset motus, & nihil moueretur.

Resp. Inde sequi oppositum, quia impossibile est, intelligere rem successiuam omnino distinctam à permanentibus, quia talis res nullam haberet partem realem, & esset in omnibus instantibus tẽporis, & in nulla parte temporis, quod intelligi non potest, vt homo sit in omnibus instãtibus horæ, & non sit in aliqua parte horæ: Quare res successiua est eadem res ac permanens, diuersa tamen ratione: nam dicitur permanens, quatenus est entitas habens omnes suas partes simul; successiua verò ratione modi essendi, secundùm quem illa entitas semper aliter, & aliter se habet; v. g. in motu locali mobile dicitur permanens, vt habet suas partes simul, & vt est in hoc loco, induit tamen rationem successiui, quatenus nunc est in hoc loco, & immediatè ante in alio, & immediatè post in alio.

Explicatur quomodo res successiua sit eadẽ ac permanens.

5 Ad primam cõfir. sufficit distinctio formalis; vt sit tanquam modus in re.

Ad 2. conceditur sequela; nam generatio substantialis, sicut & calefactio subiectatur in materia, nam vtraque supponit subiectum, & in illud introducitur forma, vnde resultat compositum: quare generatio compositi non videtur esse aliud, quã introductio, vel eductio formæ; & ideo generatio animalis identificatur cum anima quatenus est forma physica vnita materiæ, quam vnionem cum attingat generans, dicitur generare; cum tamen generatio vt actio productiua animæ sit spiritualis, & à solo Deo.

Generatio cõpositi est eductio formæ.

Ad 3. Resp. eo casu intensionem subiectari in sola forma, quam denominaret, vt substantiam: sed contra, quia tunc etiam deberet subiectari in forma, nam illam denominat, contra Aristotelem l. 5. phys. t. 3. vbi ait, in motu mobile moueri, non formam; quare denominatur quidem forma

ma non vt subiectum, sed vt terminus nã per intensionem non patitur calor v.g. sed subiectum; ergo: Quare ad casum argumẽti resp. tunc non habituram rationem mutationis, quia mutatio dicit intrinsecum ordinem ad subiectum; quare illa intensio fieret per modum creationis.

6 4. Notan. Vt intelligatur quis sit ordo prioris, & posterioris inter terminos motus, & motum, siue motus comparetur cũ terminis extrinsecis, siue cum intermedijs; qua in re dico primò, motum esse priorẽ tempore termino *ad quem* vltimo, & quouis intermedio signato, si hic comparetur cum motu præcedenti, respectu cuius habet rationem termini *ad quem*; si autem comparetur cum motu sequenti, forma tanquam terminus *à quo* est prior illo. Intelligitur autem hæc prioritas non vt tempus excedit tempus, sed vt instans excedit præteritum, vel futurum: nam primum esse termini *ad quem* est primum non esse motus: vnde motus fuit prior. Vltimum verò esse termini *à quo*, est vltimum non esse motus; vnde motus est posterior; si autem comparetur motus in ordine ad terminos intermedios, absolutè non est prior, neque posterior illis, sed simul; nam essentia motus consistit in transitu per illos terminos.

Motus est prior tempore termino ad quẽ.

Dico 2. mutationem instantaneam esse simul tempore cum termino *ad quem*, licèt sit prior natura, quia fieri habet aliqualem rationem causæ respectu termini *ad quem*; respectu verò termini *à quo* nihil est cur non sit posterior tempore; an autẽ sit necessarium, alibi cum de creatione.

Mutatio instantanea simul tempore est cum termino ad quem.

7 5. Not. Vt intelligamus quid per se possit terminare motum, vel mutationem, dupliciter posse aliquid fieri, seu duplicem esse terminum. Primò tanquam terminus per se primus, *ad quem* tendit mutatio, vel motus. Secundò tanquam terminus secundarius, consequens scilicet primarium terminum, vt per generationem animalis dicunt aliqui fieri potentias, & passiones; nam generatio non per se primariò tendit ad illas, sed quia consequuntur substantiã, ad quam primò tendit generatio; sic etiam raritas consequitur ad calorem, & ab vtroque termino denominari solet alteratio; vnde 4. meteor. assatio, elixatio, maturatio dicuntur actiones ad primas qualitates, cũ tamen hæ operationes sint ad secũdas qualitates: vnde aliud est, terminum factionis considerari in ordine ad agens, aliud in ordine ad actionem: nam sæpè actio per se primò tendit in vnum terminum, in quẽ non fertur primò intentio agentis, sed in eum, qui consequitur illam, vt medicus per se primò tendit ad sanitatẽ, eius tamen actio non ita, sed per se primò tendit ad temperamentum alicuius humoris, ex quo pendebat sanitas; cum igitur quæritur terminus per se motus, non debet attendi is, qui est intentus ab agẽte, nam ita constat, rem cuiuscumque prædicati posse per se primò terminare motum, quia quælibet potest intendi, sed quæritur res, quæ per se primò potest terminare motum, & mutationem ex natura mutationis, & motus. Est autem, vt Sotus, & Bann. q. 4. per se primò terminare alterationem, non terminare ex consequenti mediante alia qualitate acquisita, vt est similitudo, quæ acquiritur per se, acquisita albedine per albedinem.

Terminus alter primarius, secundarius alter.

6. Not. Nomen mutationis variè vsurpari: primò pro acquisitione cuiuscunque entitatis siue realiter, siue formaliter distinctæ; siue per se, siue consequutiuè ad acquisitionem alterius. Secundò accipitur strictè pro acquisitione entitatis, quæ habeat certas conditiones. Prima, vt sit ad terminum distinctum à termino mutationis præcedentis: Secunda vt terminus cõsequens per se intendatur à natura, & non per accidens, scilicet ex necessitate, quod sit coniunctus cum termino per se intento, & hoc modo mutatio est q̃d superius ad motũ. Tertiò accipitur propriissimè, vt distinguitur à motu, vt diximus disp. 2. de speciebus motus. Est autem differentia horum, quod mutatio fiat ex non subiecto in subiectum, idest denominatur aliquid simpliciter esse, quod prius non erat; motus ex subiecto in subiectum, idest non desinit esse totum subiectum, nec denominatur esse simpliciter, sed tantùm secundùm aliquam conditionem; vel, vt alij explicant, per subiectum intelligi terminum affectum, per non subiectum terminum negatum.

8
Nomen mutationis diuersas habet acceptiones.

Mutationis, ac motus differentia.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

PRima Concl. Mutatio latissimè sumpta est ad omnia prædicamenta præter actionem, & passionem. 9

Dixi præter actionem &c. quia cum actio, & passio sint ipsemet motus, & solùm addant principium, quo res fiunt, & subie-

Mutatio solùm non datur ad actionem, & passionem.

subiectum, quod recipit, si ad ea prædicamenta esset motus vtique per aliam actionem, & passionem, & sic in infinitum: quare sicut ad motum non est motus; ita neq; ad actionem, & passionem, vt fusè Arist. 3. phys. Vnde actio, & passio sunt verè entia; non tamen dicuntur propriè fieri, vt terminus actionis, sed vt viæ, quibus terminus fit; quare motus, actio, & passio non oportet, vt fiant *vt quod*. His positis patet conclusio primò authoritate Peripateticorum, qui, cùm ad omnia prædicamenta dicant esse motum, multò magis intelliguntur, id dicere de mutatione. Primò igitur Theoph. l. 2. & 3. de motu: *In motus*, inquit, *definitione, tot dicimus eius esse species, quot entis*, refert etiam in hac sententia Theoph. Simplic. l. 5. phys. com. 20. & 3. com. 5. in fine, vbi etiam citat Eudemũ dicentem, ad prædicamentũ, Quando, esse motum. Alex. apud Simpl. 3. phys. com. 15. fatetur, ad relationem esse motum. & Simpl. com. 5. & 15. ad omnia prædicamenta etiam ad actionem esse motum. & 5. phys. 10. cõtra Alex. putat, ad, Quãdo, esse motum: vnde com. 14. & 20. notat, Aristotelem non negasse, ad omnia prædicamenta esse mutationem, sed negauit, omnia esse motum. Idem videntur fateri Scotistæ, dum putant, ad relationem extrinsecùs aduenientem esse per se motum.

Probatur concl. auctoritate Peripat.

10 2. Probatur ex Arist. 3. physicorum tex. 5. in fine: *Quare*, inquit, *motus, & mutationis tot esse species, quot entis*, .i. terminãtis motus, & meritò, nam motus est actus entis in potentia, ille autem actus transcẽdit omnia prædicamenta, & text. 6. *Diuiso*, inquit, *secundum vnumquodque genus hoc quidem esse actu, hoc autem potentia, eius, quod potentia existit, actus motus est*; vbi actum expresè sumit secundum vnumquodque genus entis, quod diuiserat; diuiserat autem textu 3. esse actu, & potentia non solum in quatuor prædicamentis, sed etiam in omnibus, vbi specialiter distinguit, & numerat prædicamentum ad aliquid.

Prob. auctoritate Aristot.

Confir. ex 1. phys. 72. vbi loquens de mutatione ait, aliud esse fieri simpliciter quod est in substantia, aliud fieri tale, quod propriè est alterari, & mutari ex 1. de Gen. 13. & talem motum ponit non solùm in quatuor prædicamentis, sed in, Quando, & ad aliquid, ergo mutatio est in omnibus prædicamentis. Vnde cum alibi. s. 5. phys. ad omnia prædicamenta esse mutationẽ, & motum, conciliandus est ex mente Alex. & Simplicij secundùm variam acceptionem motus, & mutationis.

3. Probatur ratione Theophrasti, quia motus est actus in potentia, sed res non solùm est in potentia ad Quantitatem &c. sed etiam ad Relationem Situm &c. ergo non solùm actuatur per Quantitatem, sed etiam, &c. quod si ad hæc est motus; ergo multò magis mutatio, quia ex 5. phys. omnis motus mutatio quædam est.

Res est in potentia ad omnia prædicamenta.

Confirm. quia hæc prædicamenta sunt realia, & non improducta; ergo producta per productionẽ: sed productio est actio, & passio, quæ sunt coniuncta cum motu, nã motus non in alio differt ab actione, & passione, nisi quia in sua quidditate abstrahit ab his, non quidem, vt genus à differentijs, sed vt subiectum ab accidentibus, vt homo à musico, & grammatico, quæ quidem non possunt esse sine homine, & si existente non possit motus esse sine actione, & passione.

Secunda Concl. Mutatio strictè sumpta vt communis ad mutationem propriissimè dictam, & motum propriè dictum, non est nisi ad quatuor prædicamenta, scilicet Substantiã, Quantitatem, Qualitatẽ, & Vbi. Patet ex dictis in phys. disp. 2. de motu q. 1.

Mutatio strictè sumpta est tãtũ ad quatuor pdicamẽta.

Tertia Concl. Motus, vt accipitur in 5. phys. vt scilicet distinguitur à mutatione strictissimè sumpta; est tantùm ad Quantitatem, Qualitatẽ, & Vbi. & de Quantitate patebit alibi an sit verus motus per se primò; nunc supponitur vsque dum de augmentatione dicetur. De Vbi patet, quia latio non per se tendit, nisi ad esse in loco. 11

Motus vt distinguitur à mutatione strictissimè sumpta est ad tria tantùm prædicamenta.

De Qualitate patet ex dicendis cum de intensione, & remissione, nam in tota latitudine qualitatum reperitur aliqua, ad quã per se primò tendat actio etiam successiua, & quia in his duplex potest intelligi successio, altera ratione subiecti, altera ratione formæ in eadem parte subiecti: successio constitutiua motus hæc secunda debet esse, & motus ad qualitatem dici solet alteratio. Patet tertiò, qua ratione Arist. probat, ad figuram non esse alterationem, quia non est per se motus, nam figura resultat ex diuersa vnione, & situatione partium, quare semper consequitur ad motũ alterius rei. Quartò patet, quanta sit ratio Aristotelis, qua probat ad habitum non esse motum: primò quod sunt ad aliquid, & quia perficiunt subiectum, quia rationes

non

non vrgem, tum quia habitus non sunt ad aliquid, nisi secundùm dici, tum quia semper subiectum per motum perficitur, vt patet in auctione, & latione; sed quæstio est de nomine, an.s. huiusmodi motus sint dicendi alterationes; de qua re infra.

12 *Non datur per se mot° ad habitũ.*

Nunc videtur verum, ad habitum non esse per se motũ, quia acquiritur per actus naturali sequela; neque enim actus per se primò tendit ad habitus; sicut etiam quia sanitas naturali sequela sequitur ad dispositiones corporales, non est per se primò motus, nam non est actio, quæ per se primò tendat ad sanitatem, sed ad temperamentum, ex quo resultat sanitas. De actibus verò, qui propria actione producuntur, vt habent rationem termini actionis, non per se terminant motum, quia ex natura sua non quærunt fieri successiuè, sicut neque illuminatio, sed fieri possunt in instanti; ideo ad illos est per se mutatio perfectiua; quod si actus aliqua ratione naturam conseruat, ille erit physicus; quod si successiuè intendatur non est, cur non fit motus physicus, licèt non appellet Aristot. illum alterationis nomine, vel fortassè sub hac ratione dici posset, pertinere ad tertiam speciem qualitatis, atque adeo terminare alterationem.

Actus qua ratione motum non terminant.

13 *Vtrum qualitates tertiæ speciei omnes habeant per se motum.*

Dices: An ad omnes qualitates tertiæ speciei sit per se motus. Sotus lib. 7. q. t. affert Vall. q. t. qui negat; affirmat enim, passibiles qualitates esse per motum, non autem passiones. Sed placet opinio Soti, quia inter passum, & passibiles qualitates non est necessaria specifica differentia. Vnde Not. dupliciter vnam rem consequi posse ea productione alterius, primò vt in eo instanti, quo alia fit, alia consequatur sine nouo motu, vt sanitas fit ea refrigeratione, cum ægritudo facta est ea calore, neq; est vna actio remissiua caloris, & alia productiua sanitatis, sed eadem est; nam superata qualitate, in qua erat excessus fit proportio humorum, idest sanitas. Secundò per nouam actionem, vt albedo ea productione primarum qualitatum, quæ non per accidens sequitur ex illis, sed ex propria alteratione, q̄ dicitur albefactio, & ita etiam sequitur sonus ex collisione corporum secundùm tales partes.

Dupliciter consequi potest vna res ex productione alterius.

Motus cur non est per se ad reliqua prædicamenta.

Ex quibus patet, ad cætera prædicamẽta non esse per se motum, vel quia non habent intrinsecam successionem, vel quia consequenter producuntur, & vt termini non per se intenti, vt patet in quantitate; nam nulla est actio per se primò tendens ad esse in tempore, neque ad producendũ tempus, nam actio omnis tendit ad dandum esse rei, & inde sequitur, quod sit in tempore: & idem patet de habitu, nam esse vestitum sequitur ex tali coniunctione vestis cum corpore, quæ coniunctio fit per motum localem: vnde actio, qua quis se vestit, per se primò terminatur ad vestẽ, vt sit in tali loco, & inde cõsequitur, quod habeat res modum, à quo dicitur vestita, & idem ferè dicitur de situ, nam situs consequitur ex eo, quod res sit in tali loco.

Sed dices: Omnis forma, quæ habet entitatem sufficientem ad successiuam acquisitionem, potest per se terminare motum, quia omnis successiua acquisitio est motus: sed motus, actio, & passio sunt huiusmodi, nam habent propriam intensionem, & remissionem secundùm velocitatem, & tarditatem; ergo sicut calor, quia potest esse intensus, & incipi de nouo potest terminare motum; ita etiam calefactio fit velocior, & de nouo. 14

Resp. non esse simile; quia calor manẽs fit ex remissione intensus per actionem tendentem ad illum: sed motus non fit velox, vel tardus secundùm eandem partem, sed ex hoc solùm, quia parti motus, quæ fiebat velocior, succedit alia, quæ fit tardè: neque est actio ad motum per se primò tendens: sed actio tendit ad terminum motus, cui annectitur modus ille velocitatis, vel tarditatis: neque est eadem ratio calefactionis, & caloris, quia calor est terminus actionis: sed calefactio est in fieri, ideo non potest eius dari alia actio.

Intensio caloris fit ex remissione.

DVBITATIO II.

Quis sit terminus eius alterationis, à quo speciem sumit.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò Not. Alterationem variè sumi ab Arist. & Peripateticis. Interdum sumitur pro quacunque mutatione siue sit ad substantiam, siue ad accidentia, vt sumi vult Auerr. 2. phys. t. & testatur Georg. 1. de Genet. tr. 2. q. t. Secundò significat mutationem secũdùm quodlibet accidẽs, vt accipitur 1. de Gener. t. to. & iuxta hãc 1

Alteratio quot modis ab Arist. accipiatur.

Porhpyr.

Porphyr. c. de differentia. ait, differentiam quamuis etiam communissimam facere alteratum. Tertiò pro mutatione ad quamlibet qualitatem 1. de Gener. 23. 24. & 26. 8. phys. 55. Quartò pro mutatione secundùm qualitates sensibiles, quæ pertinent ad tertiam speciem, vt 7 phys. 14. 15. & 20. Quintò pro mutatione secundùm qualitates habentes contrarium, vt 8. phys. 55. Sextò pro mutatione ad qualitates tangibiles, vt aliqui volunt sumi 1. de Gener. 24. Septimò pro mutatione ad qualitates corruptiuas, vt primò cœli 20. & 21. addita explicatione ex 2. cœl. 3. Octauò pro mutatione ad qualitates passiuas 5. phys. 18. dicitur qualitas passiua, secũdùm quam dicimur pati, vt fusè explicatur in prædicamentis; & ex diuersa acceptione alterationis factum, vt alteratio fuerit diuerso modo definita, nam 5. physicorum 9. definitur, esse motus ad Qualitatem, idem 1. cœl. 21. 7. phys. 10. Sed 1. de Gener. 10. definitur, esse mutatio in passionibus, & secundùm accidens. idem penè t. 23. & 24. vbi definitur, esse transmutatio manente subiecto sensibili in passionibus aut contrarijs aut medijs existentibus, quæ definitio omnium censetur exactissima, ex cuius explicatione omnes aliæ clarescunt.

Qualitas passiua quænam sit.

Alterationis variæ definitiones.

2 *Explicãtur singulæ particulæ.*

Primò Dicitur transmutatio loco generis: vnde conuenit cum generatione, sed differt ab hac, quia in generatione non manet subiectum sensibile; quod intelligitur per se, idest vt alteratio ẽst, nam per accidens, vt alteratio coniuncta est cum generatione, & corruptione, fieri poterit, vt non maneat idem subiectum sensibile.

2. Dicitur In passionibus &c. vt differat ab alijs motibus, qui non terminantur ad Qualitates.

3. Dicitur contrarijs &c. vt excludantur illæ mutationes, quæ terminantur quidem ad qualitates, sed quæ carent contrario, & hæ qualitates habentes contrarium ferè sunt, quæ in tertia specie.

3 2. Not. quod licèt vna qualitas diuersa ratione ad diuersas species possit spectare, vt calor quatenùs est dispositio ad primã; quatenus est potentia actiua ad secundam speciem, vt passibilis qualitas ad tertiam; tamen quia vnam habet entitatem, ratione cuius terminat motum, non dicitur esse motus ad omnes species qualitatis, ad quas huiusmodi qualitas pertinet: sed ad eam, in qua constituitur qualitas; vt terminat motum: vnde quia calor non est terminus motus, vt est dispositio subiecti, neque vt est potentia agendi, sed quatenus fit ex aliqua passione; vel quatenùs dum fit, causat passionem, ex quo constituitur in tertia specie qualitatis; ideò Arist. dixit alterationem esse tantùm ad tertiam speciem qualitatis.

Cur Arist. alteratiõẽ ad tertiam tantùm speciem qualitatis esse dixerit.

3. Not. Ad qualitatem duplicem actionem posse terminari. Primò qua tota qualitas acquiratur. Secundò qua entitas producta augeatur; & hoc si fiat in eadem parte subiecti, dicitur intensio, si in diuersa dicitur extensio.

Duplex actio ad qualitatem.

4. Not. Hic quæri terminum per se primum, nam terminus per accidens potest esse quælibet qualitas, vnde Arist. 6. phys. à t. 14. ad 20. statuit alterationem solam esse ad qualitates tertiæ speciei; quod non probat nisi excludendo alias species, s. primam, & quartam, omittens secundam speciem, qualis est naturalis potentia vel impotentia tanquam clarum ex D. Tho. cum non acquirantur de nouo, sed cum ipsa natura. Sed quoniam rationes Arist. non videntur satis firmæ, ideo cogimur illas explicare.

Terminus per se primus alterationis est, de quo fit quæstio.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

4 Prima sententia est dicentium, ad omnia prædicamenta præter Quantitatem, Vbi, & Substãtiam, esse alterationem: quam sententiam ita explicant: primò n. dicunt, ad omnia prædicamenta esse motum, licet peculiari ratione sit tantùm ad tria prædicamenta, Qua ratione sumitur motus, vt dicit terminos positiuos determinatè oppositos; non enim album ex dulci, sed ex nigro fit, cuiusmodi oppositio nõ requritur, vt dicatur mutatio, nam fit ex quolibet termino; aqua enim ita ex aere, vt ex terra, & mixtis fit: vnde mutatio dicitur habere terminos contradictoriè oppositos, & ita sumpsit motum Arist. 5. phys. vt patet ex t. 18. vbi concludit, motum esse solùm ad Quãtitatẽ, Qualitatem, & Vbi, quia in vnoquoque horum est contrarietas, scilicet determinata; vnde t. 7. motum ait esse ex subiecto in subiectum; subiectum verò ait, quod affirmatiuè monstratur, idest terminum positiuum, quem terminum t. 9. & 1. de Gen. 23. dicit esse contrarium, vel medium; neque

Alteratio est ad omnia prædicamenta tribus exceptis.

Motus cur ad tria prædicamenta.

Cuiusmodi terminos exigat mutatio.

huius

Determinata oppositio in omnibus prædicamẽtis non est.

huiusmodi oppositio determinata reperitur in alijs prædicamentis; non enim ex filio fit Pater; neque ex sedente determinatè fit stans, nam potest fieri ex iacente; quod autem ex ante fit retro, ex dextro sinistrũ; hæ oppositiones non ad situm, sed ad Vbi spectant. 3.phys.54.4.phys.4. & 5.2.cœl. 8. & 9. & ratione, Vbi communicantur situi; In Quando autem non est oppositio determinata, nã non magis ex hesterno die fit hodiernus, quàm ex præterita hora, & per accidẽs est, quod ex præterito fiat præsens, quatenus scilicet non potest esse præsens, nisi fuerit præteritum quod præcesserit, cuius duo sunt signa. Primum, quia fieri põt, vt res fiat præsens, & nõ ea præterito, vt cum primũ fuit factus mundus, & cum primùm res generatur. Secundum ex Simplicio, quia inter ea, quæ habẽt oppositionem determinatam, potest esse mutua transmutatio, quæ hic non est; non enim vt ex præterito fit præsens; ita ex præsente præteritum.

5 *Alteratio aliquando venit nomine mutationis.*

Secundò Cum ad omnia prædicamenta sit motus; alteratio conuenit secundùm omnia, quibus non est impositum nomen; Vnde mutatio ad situm, vel habere appellari potest communi nomine alterationis: sicut ante Aristotelem motui ad Vbi non fuerat nomen impositum 5.phys.18. & ratio nominis, quia alteratio dicitur ab alterum facere, facere autem alterum est proprium accidentium. Vnde 1.de Gen.23. quando fit mutatio manente subiecto eodem, alteratio dicitur.

Tertiò dicunt: Peculiari ratione alteratio dicitur respectu tantùm qualitatis 1.de Gener.24. & in 3.phys. & 5.

Respectu eius qualitatis alteratio strictè accepta dicatur.

Quartò neque est ad omnem speciem qualitatis, sed tantùm ad tertiam speciem, vt Aristoteles 7.phys. à t.14. ad 21. probat; imò ex Simpl. & Alexandro; neque ad omnes, quæ pertinent ad illam speciem, sed tantùm ad quatuor primas qualitates: neq; ad has absolutè, sed certa quadam ratione, quatenus scilicet formam non tribuunt, speciemque non constituunt, idest quando subiectum non destruunt, nouamque formam induunt, sed tantùm quando disponunt subiectum ad corruptionem. Ita Simpl. 7.phys.23. quare valde est angusta hæc acceptio alterationis: Vnde reliquæ omnes qualitates, cum faciant ad perfectionem, & quodammodo ad substantiam rei, alterationem non faciunt.

6 Secunda Opinio est dicentium, alterationem propriè acceptam esse tantùm ad qualitates sensibiles, quæ collocantur in tertia specie qualitatis. Ita ferè omnes Doctores in 3.phys. & 7.t.20. Bann. 1.de Gen. c.4.q.2. Buccaf. in t. 2. & t. 23. vbi Arist. explicat alterationem exemplo eius, qui ex ægro fit sanus, quod exemplum non putat esse verum; nam alteratio est tantùm ad qualitates tertiæ speciei, sed ad alias impropriè ex D. Thoma, & in t.24. vbi Aristoteles vocat alterationem, cum ex immusico fit musicum, dicit ibi nomine immusici intelligi qualitatem positiuam oppositam, nam alteratio est inter contraria positiuè. & 2.de Gener. in t.24. dum dicit Aristoteles, alterationem esse ad qualitates secundùm tactum, dicit idest primò ad qualitates primas. Ægid. quæst. 23. & alij Doctores.

Alteratio est ad qualitates sensibiles tantùm.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

7 *Alteratio ab Arist. accepta pro perfectiua.*

PRima Concl. apud Arist. Alteratio aliquando sumitur non solùm pro corruptiua, sed etiam pro perfectiua. Patet ex dictis, vbi absolutè dicitur, alterationes esse ad qualitatem, & ex 2.de anima 57. videtur posse colligi ex 5.phys. 18. & 19. in post prædicamentis c.13.

Sæpiùs pro corruptiua accepta.

Secunda Conc. frequentiùs sumitur pro corruptiua; est autem corruptiua ea, quæ si absoluatur, sequitur corruptio, patet ex dictis, siue qualitates illæ fiant propria actione, siue consequantur actionem alterius qualitatis, vt intelligitur, cum alteratio dicitur esse ad qualitates substantiales.

8 *Accepta p actione corruptiua, quæ ad qualitates naturales est. Iuxta hunc sensum loqui Aristot. aliqui volunt.*

Tertia Conclusio aliquando sumitur pro actione aliqua corruptiua, quæ est ad qualitates materiales, quæ fiunt propria actione, siue ipsæ qualitates agant, vt primæ qualitates, siue per aliquid sui, vt sunt qualitates secundæ, quæ fiunt ex mixtione primarum, & hoc modo volunt aliqui, sumi in 7.met. à t.11. dum dicit Aristoteles, alterationem esse solùm ad qualitates sensibiles tertiæ speciei, quæ vel efficiunt passionem, vel fiunt ea passione. Vnde huiusmodi qualitates sunt per se terminus actionis, quia distinguuntur realiter à qualitate acquisita, ex præcedente mutatione, quod non est in figura, quia hæc non distinguitur realiter à qualitate, sed semper acquiritur, & terminat actionẽ nõ per se, sed rõne

quantitatis, vel de nouo acquisitæ per rarefactionem, vt aliqui volunt, vel ratione quantitatis motæ localiter, nam ex diuersa transpositione partium resultant variæ figuræ; quare cum figura nulla ratione agat neque per se, neque per aliquid sui, non erit terminus alterationis hoc modo acceptæ: & idem dici potest de alijs qualitatibus, quæ non sunt tertiæ speciei.

Alia interpretatio textus.

Alij tamen volunt in 7. phys. respexisse communem modum loquendi, nam ea dicuntur alterari, quæ mutantur secundum qualitates sensibiles, siue illud sit sensus siue corpus, vt t. 11. dixit; & licèt numeret leuitatem, & asperitatem, quæ videntur spectare ad figuram, quæ non est terminus alterationis, vt t. 15. docet; tamen sunt qualitates sensibiles, non quia terminant alterationem, sed quia afficiunt sensum, & sunt causa, vt animal patiatur. Deinde docet t. 17. cum aliquid accipit habitum, vel figuram non dicitur alterari, sed fieri doctus, vel fieri arca, etiam si hæc fieri possunt ex aliqua alteratione præcedente, vt sanitas, & pulchritudo ex actione primarum qualitatum, virtutes ex alteratione aliqua sensitiua, idest passione sensus, vt t. 19. explicatur.

9

Alteratio strictissimè accepta pro qua sumatur.

Quarta Conc. Alteratio strictissimè sumitur pro alteratione corruptiua, quæ terminatur ad qualitates propria actione acquisitas, & non consequutiuè ad alias, quo modo solùm significat acquisitionem primarum qualitatum, & ita sumi solet alteratio, cum dicitur via ad corruptionem, & generationem; & ita volunt aliqui sumi in 7. phys. quod colligunt ex t. 17. & 18. & Alex. addit, quia alterationis nomen significat mutationem, quæ rem ex suo statu deturbat 2. animæ 57. & 58. vnde cœlum 1. cœl. 20. dicitur inalterabile, tum quia colligunt, nam id ab Aristotele ibi dicitur, vt ostendat veritatem illius propositionis, quicquid mouetur ab alio moueri; quare ob id t. 9. probat, mouens corporali motu debere esse coniunctum cum mobili, quod t. 10. probat in motu locali: primò incipit probare in motu alterationis, quod alteratio fiat per qualitates sensibiles, quæ mouent per medium contiguum, idest per aerem, vel aliud corpus medium. Deinde t. 13. idem probat in auctione, & quia in secunda ratione non meminerat, nisi alterationis secundùm qualitates sensibiles; ideo ne argueretur, vt insufficiens docet à t. 14. ad 21. in his tantùm esse alteratione,

Iuxta hanc sententiam loquutum Arist. volunt.

idest eam, quæ frequentiùs accidit in physicis, quæque ad naturam, quæ principium motus est, cognoscendam conducit: & de ea, de qua dubitari poterat, ait, hinc mouēs, & mobile simul, nam animam esse simul cum corpore nullus dubitat, & artificem simul cum materia patet ad sensum.

Cur Arist. dixit, ad tria tantùm prædicamenta esse motum.

Et ex his patet cur in 5. phys. dixit ad tria tantùm prædicamenta esse motum, quia s. ad illa tantùm est frequentior in physicis, & magis necessariè ad cognoscēdam naturam. Alij addunt, quia motus ad varia non haberent contrarium determinatè, vt neque habet substantia.

Dices. Quid sentiendum sit de rationibus Arist. quibus 7 phys. probat alterationem esse tantùm ad tertiam speciem qualitatis.

Rationes q. bus prob. 3. tantùm species qualitatis &c. non sunt Arist.

Resp. Eudem. negando illas esse Arist. dicens eum librum esse superfluum, Alex. Spurium; nam verè sunt inefficaces, primò quia ait, habitum esse ad aliquid t. 17. 2. quia sunt perfectiones t. 18. sed illas tuetur D. Th. ibi. Iau. q. 7. Ferr. q. 4. Sot. q. 1. ar. 2. & nos infra peculiari art.

10

Alteratio est ad qualitates sensibiles tertiæ speciei.

Quinta Concl. Ex Arist. alteratio, est ad qualitates sensibiles tertiæ speciei, quæ vt plurimum est inter contraria, vel media habentia rationem contrarij, vt Buccaf. D. Th. Philop. Fland. & alij ibi, & exemplum quod ponitur in prima specie, dicitur vt exemplum cuius non requiritur veritas, vt ibi Buccaf.

Habentur alterationis causæ.

Et ex his colliguntur causę alterationis, nam materia inhæsionis est id, cui inhæret qualitas, quæ fit; denominationis verò est corpus sensibile; formam verò non habet, nisi terminum à quo specificatur, & denominatur; efficiens est varium; finis intrinsecus est ipsa met forma pro cuius explicatione.

Quot modis omnia accidentia ad substantiam ordinentur.

Notandum, omnia accidentia ordinari ad substantiam, vel quia sunt potētiæ substantiæ, quibus agit, vel quia passiones, & ornamenta substantiæ, vt qualitates secundæ, vel tanquam dispositiones substantiæ: vnde.

11

Not. 2. substantiæ tribui immediatam actionē in seipsam, sed in aliud agere per accidentia, tanquam per sui instrumenta, & ideo necessè est, alterationem esse in qualitates actiuas; hæc autem fit ab aliquo agente extrinseco propter suæ speciei cōseruationem; vnde alteratio erit propter generationem substantiæ, tanquam propter finem extrinsecum, tum quia si huiusmodi

Alteratio ordinatur ad generationem.

modi

modi motus continuetur sine interruptione, terminabitur ad generationem; quare hæc erit illius finis, vt ex 2.phys.23. colligitur; tum quia vel semper, vel plerumque talem alterationẽ sequitur generatio, quod non esset, nisi esset per se ordinata ad eam alteratio, vt colligitur ex 2.phys.75.& 77. tum quia quando est materia, plura fiũt ordinatè vnũ prius, alterũ posterius, sęp priua ordinatur ad posterius 2.phys.78. Ita est alteratio respectu generationis; tũ tertiò qa, nisi alteratio esset per se ordinata ad generationem, hæc per accidens fieret, neque haberet propriam causam, à qua fieret, cum non fiat, nisi præcedente alteratione.

12 Dices: ergo cum substantia seipsam alterat, ea etiam alteratio tendit ad generationem.

Alteratio substantiæ ad quid ordinetur.

Resp. eam ordinari ad perfectionem rei iam genitæ; tum quia ex huiusmodi alteratione non sequitur generatio; tum quia alioqui intenderet res per hanc alterationem sui corruptionem, nam ex generatione alterius ipsam oportet corrumpi. & idem dico de alteratione, quæ non tendit ad qualitates per se actiuas, sed sunt ornamenta substantiæ, quia hæc accidentia non tribuuntur substantiæ, vt generet per ea sibi simile, sed vt ornetur, & perficiatur: sed quia horum mutatio pendet ex primarum mutatione, quarum mutatio ordinatur ad generationem; ideo fit vt etiam harum mutatio per accidens sit propter generationem, & hinc manauit dictum, vt quidquid alterari potest siue secundùm primas, siue secundùm secundas qualitates, possit corrumpi. Secundò si possibilis est alteratio, similiter & generatio est. Tertiò prius esse alterationem absolutè, quàm sit generatio, licèt alteratio in indiuiduo sequatur generationem, nam nihil alteratur, nisi existat; existentia autem habetur per generationem, vt ex 1.cœl.20. & 21. colligitur.

13 Sexta Concl. Alteratio ex Bannes diuiditur in tres species, in alterationem simpliciter, intensionem, & remissionem. Pro cuius explicatione not. sæpe cum diuiditur genus ob penuriam nominum membrum aliquod appellamus nomine generis diuisi, vt patet in qualitatis prædicamento: nam dispositio diuiditur in habitũ, & dispositionem, licèt species non maneat cum præcisione generis, sed addat differentiam: nam sicut de ratione dispositionis est generis est qualificare subiectum; ita vt species est addit qualificare cum facili sui mobilitate. Et similiter motus circa qualitatem dicitur alteratio, sed vt significat speciem distinctam ab alijs addit, vt sit motus circa totam qualitatem, vt scilicet non supponatur pars qualitatis producta in subiecto; sed intensio non terminatur ad totam qualitatem, sed supponit qualitatem, cui addit alias partes, & remissio tollit partes; ideo de intensione dicendum peculiari tractatu distincto ab Alteratione.

Alterationis tres sũt species.

ARTICVLVS IV.

Probatur, alterationem non esse tantùm ad tertiam speciem qualitatis.

Primò obijciunt, quia Arist. explicans differentiam generationis, & alterationis, in alteratione ponit exemplum mutationis secundùm sanitatẽ, & figuram, & hic debebat afferre excẽpla maximè vera. 14

Alteratio quomodo sit ad tertiam speciem, quomodo verò ad alias.

Resp. D.Thom.lect. 10. Alterationem esse ad tertiam speciem primò, & per se; ad alias verò secundariò: vnde quãdo qualitates secundò acquisitæ fuerint contrarię, & successiuè acquisitæ, terminabunt propriè alterationem distinctam à prima, licèt secundariò; quod si formæ secundò acquisitæ careant contrario, & simul acquiruntur, tunc ad illas non alteratio, sed mutatio est secundariò, vt patet in figura, velocitate, &c. Et cũ dicitur: hæ qualitates secũdariò acquiruntur per eundem motũ, intelligitur causaliter; vel dicendum, esse vnum motum habentem duos terminos, primarium, cum quo identificatur, & secundarium, cum quo non oportet identificari.

2. Cum sanitas acquiritur ex acquisitione caloris; sanitas acquiritur per motum identificatum cum illa, nam cum sit entitas distincta ab alijs, & nunc fit, cum antea non fuerit, certè per aliquem motum fuit producta: sed hæc mutatio non potest esse ea, quæ terminatur ad qualitates tertię speciei, quia vnus motus non potest habere duos terminos specie distinctos, mutatio autem illa non nisi alteratio esse potest.

Confirm. quia sanitas est qualitas suscipiens magis 1. de Gener. & patet ex contrario: ergo terminatur per motum; ergo dicitur esse in aliqua specie motus, quia quod per se est in superiori, debet per se

 esse

esse in aliqua specie superioris.

15 Resp. negando, esse per se motum, quia motus per se est ad qualitatem primariò acquisitam, non autem secundariò, quia ad hanc nullus est motus, vel mutatio per sei neq; est absurdum, vnum motũ habere duos terminos speciè distinctos subordinatos tamen.

Tertiò quia neque ad secundas qualitates esset per se motus, similiter ad gaudiũ, iram &c. quæ sunt passiones, non est per se motus, quia consequuntur ad motum localem sanguinis. & idem de visione, & sensationibus dicendum.

Respond. Sotus 7. phys. & Astudillo t. 6. & Bannes, qualitates secundas aliquando acquiri siue mutatione qualitatum primarum, & tunc clarè patet ad qualitates secundas esse per se alterationem; aliquando verò consequuntur qualitates primas, quæ sunt primò productæ, & tunc ad illas est alteratio, sed secundariò.

16 Ad id de ira, & passionibus dicitur, quod semper sunt coniunctæ cum aliqua mutatione, & alteratione corporali: vnde definitur passio, esse motum quemdam animæ, cum quadam corporis mutatione ex cognitione conuenientis, vel disconuenientis prouenientem; vnde ad materiale passionis est per se alteratio, cum sit calor, frigus, &c. ad formale verò non ita, cum formale sit actio vitalis.

Alteratio quomodo est ad passiones. Passionis definitio.

Ad id de sculptura & imagine Respon. quod licèt intensio agentis per se primò referatur ad imaginem tanquam ad terminum; tamen actio eius ex se terminatur ad aliquem locum, nam est motus localis, vnde consequitur imago.

Ad durum, & molle Resp. ex Albetto 7. phys. tr. 1. c. 5. dupliciter posse considerari. primò extrinsecè quatenus res ab humiditate, & siccitate extrinseca naturæ rei dicuntur mollia, & dura, & pertinent ad tertiam speciem, terminantq; per se alterationem, sed secundariò.

Durum, & molle quo pacto alterationem terminant.

Ad id de habitibus corporeis, quod intenduntur per se. Resp. intendi præcedente alteratione, in materiali passionum sensitiuarum; quoad verò habitus intellectuales, dicitur illos non esse qualitates physicas, sed spirituales; non igitur acquiruntur motu physico.

QVÆSTIO III.

Quomodo fiat alteratio, et an sit continua.

De hac Herueus quodl. 2. q. 13.

DVBITATIO I.

De successione, & continuitate alterationis ex parte subiecti.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 PRimò Not. tripliciter alterationem posse dici continuam. Primò secundũ extensionẽ rõne subiecti. Secundò secũdùm intensionem, vt in eadem parte subiecti, vel toto subiecto eadẽ qualitas successiuè pficiatur, & augeatur. Tertiò vt ipsa successiuè substantiam informet, & ipsa intrinsecè fit sub successione; & quoad secundum modum dicemus, cum de intensione. De tertio breuiter dicitur, eam alterationem, quæ terminatur ad figuram, qua successiuè substantia figuratur; probabilius eam esse successiuam, nam qua ratione partes subiecti mouentur, ita mutatur figura; neque enim alia ratione explicari potest, quomodo subiectum non solùm in instanti, sed etiam in tempore dum mouetur sit figuratum, nam per successiones infinitarum figurarum, quarum vnaquæque simul acquiratur, explicari nequit: solùm igitur hic quæritur de continuitate secundùm extensionem subiecti.

Triplex alterationis continuatio.

2. Not. successiuam continuitatem alterationis posse oriri primò ex successiua applicatione agentis, siue quia immotum sit passum, & illi applicetur agens per motum localem, vel per alium motum, quo augetur successiuè virtus agentis; siue quia est immotum agens, & ei successiuè applicatur passum; siue, quia vtrumque mouetur, & vnum alteri applicatur. Vnde falluntur qui putant non posse oriri successionem effectus ex eo, q fit eadem perfectio virtutis actiuæ in primo, & in secundo instanti, & sicut in secundo instanti confert primum gradum, & producit secundũ, ita poterit producere vtrumque, cum sem per sit eadem virtus; sed falluntur, inquam, quia etiam si sit eadem virtus, non tamen eodem modo applicata passo, at ex varia applicatione oritur varius effectus; vnde cum applicatio fiat successiuè, successiuè similiter erit productio effectus, & magis, vel minus iuxta applicationem virtu-

Alterationis continuatio vnde oriatur.

tis,

tis, nam idem manens idem secundùm virtutem, sed non secundùm applicationem non est aptum facere idem.

2. Potest ratione dispositionis requisitę ad productionem formæ, qua ratione forma substantialis ignis producitur successiuè in filo, & species ordinata ad auditum.

3. Potest oriri ex natura formæ, quæ nõ nisi successiuè acquiri potest: vnde etiam si agens sit applicatum passo in instanti, quia scilicet nunc producitur approximatum passo; tamen adhuc forma successiuè inducitur ob contrarietatem, vel resistentiam subiecti.

At inquies, ratione resistentiæ non posse saluari successionem actionis. Nam vel resistentia formæ est maior, quàm actiuitas agentis, & non poterit sequi actio, quia hæc est à proportione maioris inæqualitatis actiuitatis supra resistentiā passi; vel est minor, & statim sequeretur actio, qua agens vincat resistentiā subiecti, atq; adeo non est cur sit successiua, præsertim cum agenti vt repugnat primus gradus, ita & secundus, et cæteri. Resp. successionem oriri ex resistentia contrarij. Satis patet experientia, qua experimur, manum æquè applicatam igni immoto magis calefieri, & successiuè. Neque satisfaciunt dicentes, agentis virtutem successiuè augeri, atque adeo successiuè producere maiorem effectū vt v. g. calidum vt sex applicatū subiecto frigido vt quatuor statim ac applicatur producit totum calorem, quem potest .s. calorem vt quatuor; deinde hoc calidum vt quatuor producit aliquid caloris in calidū vt sex, q̃ est primò agẽs, ex quo calidi vt sex virtus augetur v.g. vt septẽ, vnde virtus aucta in secūdo instāti cõseruat calorẽ vt quatuor ꝓductū prius, & producit quintū gradū caloris, & hac ratione saluatur successio actionum in instātibus successiuis.

Sed cõtra inquiunt alij, quia fieret actio contra duas leges naturæ .s. vt simile agat in simile. Secūdò vt remissius agat in intẽsius, nam calor vt quatuor agit in calorem vt sex.

Secundò virtus calidi vt sex agendo in frigidū vt quatuor repatitur à frigido, atq; adeo minuitur, vnde cessat ratio successionis.

Tertiò experientia docet calefactionem manus esse successiuā continuā, at si ibi esset illa interpellatio, sentiretur discontinuitas, cum intercedat multum tẽporis inter vnum instans, & aliud, nam calor producit calorem, & repatitur à frigore, à quo corrūpitur, & deinde restauratur à calore producto, & deinde prosequitur calefactio intẽsior. Sed de hac fusius infra cum de ratione resistentiæ. Vnde resp. ad argumenta .s. resistentiam esse quidem minorem actiuitate, vnde sequitur actio; at q̃a resistentia alia est indiuisibilis, qualis cernitur inter formas substantiales. Alia diuisibilis, qualis est inter formas contrarias, non absolutè secundùm proprias rationes formales, sed respectiua, scilicet ratione graduum, & partium formarum ideo sequitur actio cum retardatione, atq; adeo successiua, sed de hac re infra.

Resistentia alia diuisibilis indiuisibilis alia.

3. Not. Constare alterationem posse esse motum continuum ratione extensionis successiuæ eiusdem qualitatis per substantiā. Patet experiētia hominis successiuè applicati passo, vel contrà; tunc enim lux successiuè extenditur per partes subiecti. & idem dicendum de alijs, quæ producuntur ex natura sua sine resistentia cõtrarij, vt in speciebus intelligibilibus; imò idem patet de alijs habentibus contrariū, si applicatio fiat successiuè, quod ab omnibus conceditur; sed id in controuersiam adducitur, an qualitas extendi possit per substantiam ratione successiuæ applicationis solùm, quæ successio dicitur conuenire per accidens; an verò etiam ratione qualitatis contrariæ resistentis, quæ successio conueniat per se.

3 *Alteratio qua ratione potest esse motus continuus.*

4. Not. Resistentiam actiuam esse duplicem, vnam remotam, per quam virtus contrarij vel omnino corrumpitur, vel minuitur, vt si agens initio applicatum esset calidum vt octo, & ex vi frigoris reagentis minueretur ad septem gradus, nam ex hoc non potest agere actione ita perfecta, sicut prius. Alteram immediatam, qua agens resistit per suam virtutem, ne contrarium agens possit agere per actionem ita perfectam, sicut posset agere, si non esset præsens tale agens impediens; hæc autem resistentia potest considerari, vt est in duobus subiectis; primò vt est in subiecto primò agente circa aliquod passum, vt si calidum vt octo ageret circa passum, cui est applicatum etiam aliud agens cõtrarium, v.g. frigidum vt octo; tunc enim actio calidi vt octo impediretur agere circa passum à præsentia frigidi vt octo. Secundò potest considerari virtus actiua cõtraria existens in ipso passo, vt si v.g. passo habenti calorem vt sex applicaretur frigi-

Resistentia actiua duplex est.

dum

dum agens, nam huius actioni calor existens in passo non solùm resisteret frigido per resistentiam formalem caloris, sed etiã per resistentiam effectiuam, quam habet, vt aliqui volunt. Quare videndum est, ex qua resistentia oriatur productio successiua qualitatis.

4 *Cur de successione, & continuitate vna habeatur quæstio, cũ duæ instituendæ essent.*

5. Not. De successione, & continuitate alterationis deberent duæ quæstiones institui, vna de successione, de continuitate altera, tum quia aliqui negant, esse successiuam, eo quod putent, ea nullo capite oriri, posse successionem per se in alteratione, vt videre licet ex 3. Not. Alij verò concedentes successionem, negant continuitatem, eò quod putent, acquiri qualitatea per minima, atque adeo in diuersis instantibus, quæ non sunt continua. Alij verò volunt, acquiri quidem successiuè, & continuè diuersis acquisitionibus instantaneis, quod putent, continuum posse componi ex indiuisibilibus. Alij denique affirmant cum communi sententia, alterationem esse successiuam, & continuam, sed in tempore; philosophantur enim de continuitate alterationis, sicut de continuitate Quantitatis. Sed quia DD. has duas quæstiones vnica complectuntur, ideo ego sequens eorum vestigia nolui separatim tractare, sed simul in vna quæstione.

Resistentia formalis nõ benè dicitur negatiua, et cur.

6. Notan. resistentiam, quam aliqui vocant formalem, non rectè dici negatiuam, cum consistat in inclinatione positiua formæ ad sui cõseruationem, vel simpliciter, vt dicitur de forma informante, vel in tali situ, vt dicitur de graui existente in aliquo loco, quod resistit impellenti; illa enim resistentia consistit in conseruatione loci ex vi grauitatis, etiam si nihil producat in impellente. Vnde fortasè moti sunt Auctores, vt illam resistentiam appellent negatiuam.

7. Not. Resistentiam actiuam immediatam solitariè sumptam, negant aliqui esse causam sufficientem successionis, sed simul cum formali illam causare, sed non video, cur sicut illam causat coniuncta cũ formali, nõ possit causare solitariè sumpta, cum sit eadem virtus, & circa subiectum habeat eandem præsidentiam, qua per suã actiuitatem possit agere, solùm difficultas esse potest, qua ratione actiua virtus resistat contrario. De qua re dicemus cum de Resistentia, & Actiuitate rerum.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima sententia est Ægidij 1. de Gen. q.24. & 25. qui cum putet, qualitates physicas determinari ratione extensionis subiecti quoad minimum, 5

Ad tria Aegidius alterationẽ comparat.

Dixit Alterationem ad tria posse comparari: primò ad formam, quæ inducitur per alterationem, & ita neque est motus, neque quid continuum, quia forma cum consistat in simplici essentia, non habet partes, ratione quarum successiuè acquiratur. Secundò ad subiectum, & ita debet dici motus, quia partes subiecti non simul, sed successiuè alterantur; non tamen debet dici propriè motus continuus, quia successiua mutatio partium non fit continuè, nã interrumpitur per dispositionem minimorum; sed per accidens potest dici continuus propter continuitatem alterabilis, sed vt continuitas in partibus subiecti vt alteratis. Tertiò comparari potest ad esse formæ, secundùm quod fit intensio, & remissio; & ita alteratio est continua, quia cum subiectum ex frigido fit calidum continuè remittitur frigiditas, neque potest signari tempus, in quo remittatur, donec sit inducta caliditas; quod clariùs explicat, cum actiuum est præsens passo, illud disponit, quæ dispositio continua non est aliud, quàm intensio, & remissio secundùm esse, quod habet forma in subiecto, & facta sufficienti dispositione, statim simul inducitur forma, cuius est dispositio illa in tanta parte subiecti, quanta sufficit ad receptionem illius formæ, & alterata hac parte, alia deinde pars disponitur; quare inter vnam, & alteram partem cadit tẽpus medium. Vnde hæc opinio non ponit continuitatem in acquisitione formæ, sed in intensione, & remissione.

6 *Minima sũt in qualitate secundùm se, & ratione subiecti.*

Secunda est eorum, qui dicunt qualitates habere minimum, tam secundùm se, quàm ratione subiecti: vnde dicunt minimam partem qualitatis introduci in instãti in minimam illam partem subiecti; qua alteratione facta disponitur alia pars subiecti pro introductione alterius minimi, & sic consequẽter; vnde dicunt, alterationẽ nulla ratione esse propriè continuam. Tribuunt illam D. Thom. 8. phys. t. 23. vbi negat, alterationem esse motum continuum & 1. d. 8. q. 3. art. 3. ad 3. & 2. contra Gent. c. 89.

Alteratio p̃ hos non est propriè continua.

c.89. 6. phys. in t.17. & 11. met. lect. 6. vbi ait, nullum motum esse continuum præter localem. & expressè Sonc. 8 met. q.22. Iauell. 8. phys. q. 7. Ferr. ibidem q. 7. & 8. Capr. in 1. d. 17. q. 2. in fine. Astudillo 1. de Gen. q. 10.

Diuerso modo sententiã hanc explicant.

Sed hi differunt inter se in explicanda hac sententia; Nam ex his, qui putant intensionem fieri per maiorem radicationẽ, aliqui opinantur, formas se cõpati in eodẽ subiecto, dicunt formas statim introduci secundùm totam suam essentiam, & immediatè pòst virtute agentis naturalis educi de imperfecto ad perfectum; qui verò tenent, non se compati qualitates oppositas neque secundum esse remissum in eodem subiecto, dicunt in tempore medio disponi subiectum, & facta dispositione statim introduci qualitates secundùm totam intensionem, & corrumpi oppositam, & in tempore consequenti formã introductam intendi; quam dispositionem Ferr. Iauell. & Soncin. dicunt esse rarefactionẽ, vel condensationem.

7 *Alteratio est continua ex parte subiecti, nõ ex parte formæ.*

Tertia opinio est dicentium, esse continuam ex parte subiecti, non tamen ex parte formæ, sed introduci per minima secundùm intensionem: sicut si substantia produceretur successiuè, esset successio, & continuitas ex parte subiecti, & nullo modo ex parte formæ. Ita Fland. 8. met. q. 21. art. 5.

Aliorum diuersę in hoc opiniones.

Alij dicunt, statim produci minimum, deinde verò extendi per subiectum, & deinde in alio instanti produci aliud minimum, & in tempore consequenti extendi per subiectum, & sic deinceps. Ita Fland. 8. met. q. 21. ar. 5.

Alij tempore illo medio nihil efficere agens, sed quiescere nimio labore fatigatum. Ita Sonc. 8. met. quæst. 23. Niph. disp. 7.

8 *Primò producitur gradus qualitatis, tempore consequẽti successiuè intenditur.*

Quarta est Toleti concl. 2. qui dixit, initio acquiri primum gradum qualitatis in prima parte subiecti; sed deinde tempore consequenti intendi successiuè, & cõtinuè, neque datur primum mutatum esse motus: quia in instanti, quo acquiritur minimum, non est motus, sed est vltimum non esse motus.

9 *Alteratio est motus successiuus, & cõtinuus quoad partes formæ, & subiecti.*

Quinta opinio est dicentium, alterationem tam quoad partes formæ, quàm quoad partes subiecti esse motum successiuũ, & continuum. & est Simpl. 8. phys. 23. Scoti 2. d. 2. q. 9. Venet. in sum. de Gener. c. 1. 2. & 3. Buccaf. ibidem t. 10. Sax. q. 13. Bann. q. 6. Zim. 1. phys. contrad. 30. Pomp. Burl. & Forl. tr. de intensione formarum. Achill. lib. de proport. motuum. Sotus 1. phys. quæst. 4. & 8. phys. in t. 23. Georg. 3. phys. q. 2. Dur. in 1. d. 17. q. 7. circa 3. Iãd. 6. phys. q. 7. 8. phys. q. 8. Mars. 1. de Gen. q. 16. ar. 2. ibidem Colon. c. 5. tribuitur D. Thomæ 3. phys. lect. 5. & 6. phys. lect. 7. Bann. 1. de Gen. c. 4. q. 6. licèt hi differant inter se ex multis capitibus; Primò enim aliqui dicunt, qualitatem acquiri successiuè, & continuè, sed vnam partem non manere cum alia, vt Burl. & Durand.; Alij verò manere, & ex omnibus partibus acquisitis integrari vnam qualitatem. Secundò alij dicunt, qualitates contrarias non posse esse simul in esse remisso, vt Arimin. Alij posse esse.

Diuisi sunt inter se.

Negant aliq minima, concedunt alij.

Tertiò differunt, nam aliqui dicunt, ita esse continuum, & successiuum, vt nulla possit signari minima pars formæ, quæ primum fuerit producta, nec minima pars subiecti quæ primum fuerit alterata; sed qualibet assignata possit assignari minor, quia putant, non dari minimum qualitatis neq; ex parte formæ, neq; ex parte subiecti.

Alij verò, qui putant, dari huiusmodi minima, volunt primò produci minimum in minima parte subiecti, & deinde successiuè qualitatem intendi, & extendi.

Alteratio est successiua cũ agens successiuè applicatur, non autem cum in instanti.

Alij dicunt, alterationem posse esse successiuam ex parte subiecti, cum scilicet agens applicatur successiuè, non tamen semper, cum scilicet agens applicatur in instanti, nam putant, omne agens habere determinatam sphæram, in quam simul agat, licèt semper alteratio ex parte formæ sit successiua, & continua Ita Iand.

Alteratio est successiua ex parte formæ, ac subiecti.

Alij verò putant, alterationem semper fieri successiuè, & continuè siue ex parte subiecti, siue ex parte formæ, nam putant, sicut in motu locali acquiritur priùs minor pars, quàm major in infinitum; ita etiam priùs alterari vnam partem, quàm aliam, nam agens citiùs agit in partem, quę est magis proxima.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

10 *Cõtinua est alteratio inter qualitates contrarias.*

PRima Conclusio. Alteratio, quæ est inter qualitates contrarias, est successiua, & continua ex parte formæ. Hæc conclusio est indefinita; nam vtrum in instanti inducatur minimum, infra dicetur; & probatur

Prob. ex Arist.

batur Conclusio ex 3.phys.1. vbi motum ibi definitum ait esse de genere continuorum: patet autem, sub eo motu contineri alterationem, vt ex text. 6.& 5.phys.vbi ad tria prædicamenta dicit esse motum. Idem 1.de Gen.84 5.phys.23.9. phys.36. 37.vt ijs locis explicat D.Thom.

Confir.6.phys.15.33. 37. &1. 40. vbi multis ostendit, motum esse continuum. & 5.phys.31.& 8.phys.61.docet,ad vnitatem motus requiri continuitatem: sed alteratio huiusmodi est motus, & vnus motus;ergo. Secundò probatur ex Arim.q.2. vbi est actio agentis non interrupta,neque habentis virtutem producendi formam in instanti, ibi est alteratio continuata,quia non est aliud cōtinua alteratio,quàm actio agentis continuata: sed in acquisitione qualitatis habentis contrarium est huiusmodi actio; ergo. Minor habet duas partes primò quod qualitas, seu forma illa non possit produci in instanti;secundum quod actio agentis sit continuata. primū patet, quia habent resistentiam in subiecto,quæ resistentia non superatur ab agente in infinitum; igitur non poterit agens producere huiusmodi formas in instanti.

Probatur ratione.

Secundum probatur, quia si ponatur, actionem non continuari per medium tempus; ergo agens sufficienter approximatum passo, nullo posito impedimento nihil ageret,contra sensum,& Aristotelem 1.de Gen.50.51.& 9.met. 10. & ratione, quia per aliquod tempus non agit; ergo numquam aget,quia duo positis omnibus requisitis ad actionem,& ablato omni impedimento, si non agunt pro aliquo tempore, nunquam agent manentibus ijsdem dispositionibus, nam aliqua causa dari debet, cur potius nunc agant, quàm prius, quod nullum poni potest:nam prius ponimus habere omnia necessaria ad actioné.

Confir. quia non potest assignari quantum temporis debet cessare ab actione, cum non sit aliquid determinans, vt nunc non,nam cum in tempore sint infinita huiusmodi instantia, non est ratio cur potius in vno instanti sit productus gradus, C,quā in præcedenti instanti.

Confirm. 2. quia perinde fieret calefactio,si post instās productionis vnius gradus amoueatur ignis, ac si esset præsens, quia in tempore illo medio nihil ageret ignis.

11 *Sonc. resp.* Resp.Sonc.In tempore illo medio agēs quiescere quidem à productione formæ, sed non ab actione dispositiua subiecti, vt possit recipere secundum gradum qualitatis.

Impugnatur respon. Sonc.

Sed contra primò,quia ipse hanc dispositionem dicit esse raritatem ad calorem, & densitatem ad frigus: sed hæc non sunt dispositiones, nam raritas consequitur calorem in subiecto,& patet,marmor,& ferrum calefieri, & deinde frigefieri sine huiusmodi dispositionibus, vt patet,quia nō occupant maiorem, vel minorem locum, quàm prius. Tum secūdò quia introducto vno minimo in instanti, vel immediatè post introducitur aliud,& tunc duo instantia erunt immediata, vel introducitur in tempore medio dispositio, hæc autem est aliqua qualitas; ergo productio qualitatis fit successiuè,vel qualitas introducta extēditur per subiectū, & est contra experientiam,nam experimur,aquam continuò calefieri secundum plures partes,& simul calorem intendi in omnibus illis partibus:& præterea,quia pars illa, in qua primò productus est calor est proximior agenti, quā alia, per quam debet extendi similis qualitas primò producta;ideo non poterit illa relicta agere in partem distantiorem. Et præterea quæro,qua ratione sit producta qualitas in prima illa parte,successiuè ne, an in instanti, & quod dicunt de illa dici potest de omni alia. Tū tertiò ex Arim.si actiuum in aliquo tempore magis disponit eandem partem passi; ergo pars passi in quolibet instāti est magis disposita, quàm in tempore præcedenti,tunc vel est disposita in qualibet dispositione alterius rationis; ita vt in vno instanti sit introducta raritas, in alio siccitas &c. & tunc sequeretur, dari infinitas formas diuersæ rationis successiui generis vt corruptas,quia in quolibet instanti fuit alia,& alia;instantia autē in tempore infinita signari possunt: vel est disposita dispositione eiusdem rationis, & ita aliqua qualitas producetur continuè per aliquod tempus.

Probatur ex eo quia pars magis disposita est in quolibet instanti.

Confir. quia sicut calefactiuo præsente subiectum in quolibet instanti est magis dispositum ad calorem, ita nullo existente impedimento subiectum fit magis calidū; ita etiam sicut successiuè continuè inducitur dispositio, etiam calor inducatur,nam sicut in quolibet instanti subiectum est magis dispositum ad calorem, ita etiam est magis calidum.

Confir. paritate dispositionis.

ARTICVLVS IV.

Afferuntur, & soluuntur argumenta contra primam conclusionem.

12 *Sequeretur qualitas infinita.*

OBijcitur primò: Sequeretur, formam esse infinitam, nam sit calor, qui incipiat acquiri extrinsecè in instanti, A, per tempus, B, C, tunc sic, quia calor, qui erat instanti, B, est in infinitum minor, quàm sit totalis calor acquisitus in, C, quando cōpleta est alteratio; ergo calor hic est infinitus. Consequentia patet, quia vbi vnum exceditur ab alio in infinitum, necessariò aliud debet esse infinitum: nam finitum non potest excedere aliud in infinitum. Antecedens probatur, quia calor in, B, est duplo minor, & subduplo, & sic in infinitum.

Confir. quia calor in quolibet instanti aliter, & aliter se habet, & semper est maior, & maior; sed sunt infinita instantia; ergo infinita maioritas.

13 *Argumentatur ad hominem.*

Respondeo idem fieri contra Aduersarios, nam cum in quolibet instanti calor sit magis intensus, in fine temporis erit infinitè intensus; nam parum refert, quod partes infinitæ sint acquisitæ per instantia discreta, vel continuum tempus, vt constituatur qualitas infinita. Quare negatur cōsequentia, quia si qualitas illa diuidatur per partes æquales non communicantes acquisitas in partibus æqualibus, diuisio absoluetur; quod si fiat per partes proportionales non constituetur qualitas infinitè intensa. Et idem patet in motu locali, nam ponatur, Sortem, & Plat. per cubitum distare à loco, M, & incipiat Sortes moueri, tunc licebit, dicere in quolibet instanti magis mouetur Sortes ab, M, quam Plato, & sunt infinita instantia; ergo Sortes est infinitè distans à Platone; non igitur valet consequentia, quia hæc comparatio fit secundum partes proportionales, quæ sunt semper minores, & minores in infinitum, vt alibi. Vnde patet ad confirmationem, quod licèt qualitas aliter se habeat, non tamen est infinita, quia non perficitur in quolibet instanti per gradum æqualem vni certo signato, vt benè Bann. ad 3.

Patet exemplò motus localis.

14 *Negat Arist. continuam esse alterationem.*

Obijc. secundò Ex 8. phys. 23. vbi ait: *Neque augeri, neque minui formam possibile est continuè, sed est medium*, idest quies: ita putat fieri acquisitionem formæ, vt fit excauatio lapidis à gutta, nam omnes guttæ excauant, sed nulla seorsim, sed simul, & intra similiter in alteratione qualibet; non enim quia alterabile est in infinitum partibile, ob id erit alteratio, sed simul vniuersa fit sæpè, sicut congelatio.

Confirmatur ex 3. phys. 26. vbi solum motum localem putat esse continuum.

Arist. loquitur contra asserentes, omnia semper moueri.

Respondeo, mentem Aristotelis ibi esse arguere quosdam, qui dicebant, quod omnia semper mouentur, & nunquam quiescunt, licèt nostrum sensum lateat, quod Aristoteles in quolibet genere motus ostendit esse falsum; & primò in auctione, quod non est possibile continuè, sed esse mediam quietem, quod intelligi potest de auctione, & diminutione singillarim, idest vt auctio non fiat semper, sed nunc sit pars, nunc quies, deinde alia pars. Et similiter de diminutione, quæ vbi incipit, non semper continuè durat; vel potest intelligi de vtraque simul, quod inter auctionem, & diminutionem semper necessaria est quies media. Et idem dicit de alteratione, nam nihil alteratur continuè, idest semper, sed aliquando quiescit, quod potest esse tam quando alteratio est subita, vt patet in congelatione, quàm quando est partibilis, vt statim probat de sanitate, & infirmitate: nam inter motum sanitatis, & ægritudinis necessaria est quies media, & idem ostendit in motu locali naturali, quem constat esse continuè, idest non interrumpi, licèt non sit continuus, scilicet semper.

15 *Instant aduersarij de mēte Arist.*

Dices: Contra, nam ait fieri alterationem, sicut excauatio à guttis, nam multæ disponunt, deinde vna ex illis excauat, & & nauis tractio, ad quam multi disponendo concurrunt, sed vnus trahit.

Excauatio, & tractio sunt motus locales.

Respondeo, hæc exempla esse contra Aduersarios, nam excauatio, & tractio, cum sint motus locales, non possunt fieri in instanti, vnde alius sensus illius loci est; vult enim Aristoteles redarguere eos, qui dicebant, omnia semper moueri, licèt non semper à nobis percipiatur motus, nisi post multum temporis, non inquit Aristoteles, est bona consequentia, inferre in qualibet parte temporis fuisse motũ ex eo quod post multum tempus sentitur à nobis, nam fieri potest, vt in aliquo tempore non fue-

rit motus, & deinde totus factus sit in aliqua parte temporis, vt accidit cum decem homines conantur trahere nauim, quam non possunt, deinde verò accedit vndecimus, & fit motus; non tamen toto illo tempore fuit motus, sed fuit conatus; sed fit motus post accessum vndecimi. Similiter cum guttæ excauant, non singulæ, sed aliquæ disponunt, & vltima excauat. & idē cum Caprificus scindit lapidem. *Similiter*, inquit, *in alteratione, etiam si id, quod alteratur diuisibile sit*; non enim subiectum ita alteratur, vt priùs vna pars, deinde alia alteretur, sed poterunt alterari plures partes simul, vt accidit in congelatione, quæ ponit simultaneam non ex parte formæ, sed ex parte subiecti: & præterea inquit postquā producta est aliqua qualitas, non continuò corrumpitur, sed aliquandiu manet: vt cū quis sanatur non mutatur sanitas in aliquid aliud, sed permanet per aliquod tempus; vnde concludit, alterationem non esse perpetuam, cum sit inter contraria, sed acquisita vna qualitate cessat motus antequam ea amittatur. Notandum ly sæpè; ait enim alterationem sæpe esse simul, idest secundùm partes subiecti.

Non loquitur Arist. de omni cōtinuitate.

Ad confir. Resp. ibi loqui de continuitate perpetuitatis, cum inde velit probare æternitatem Mundi, & primi motoris; hanc autem continuitatem ait nulli motui posse conuenire, nisi locali, & neq; etiam omni, nam non conuenit motui recto, sed tantùm circulari.

16 *Argumētū desumptum ex qualitatibus spiritualibus.*

3. Obijcies Qualitates spirituales intēduntur in instanti, cum non inueniant in subiecto resistentiam, vt v.g. per actum demonstrationis acquiritur habitus scientiæ. Respondetur, quod qualitates spirituales licèt possint produci, & intendi successiuè; non tamen est necessarium, quia produci possunt simul, sicut actus potest simul produci.

ARTICVLVS V.

Explicatur successio alterationis ratione agentis extrinseci. & soluuntur argumenta aduersariorum.

17 SEcunda Conclusio. Alteratio, si fiat ab agente extrinseco etiam fieri poterit successiuè, & continuè non solùm secundùm intensionem, sed etiam extensionem partium subiecti.

Explicatur concl.

Dixi ab agente extrinseco, quia si agēs sit in subiecto, quod alteratur, id non est necessarium, sed poterit subiectum secundùm omnes partes simul alterari, vt cum aqua redit ad pristinam frigiditatem, vel vt accidit in congelatione ex 1. phys. 23. 8. phys. 23. vt ibi Simpl. & apud Simpl. Themist. Philoponus, Theoph. & alij. quæ etiam docet Aristot. de sens. & sensil. c. 7. dicens, quod mouetur localiter, non posse simul ferri per omnes partes spatij; posse autem alterari. Cuius rei ratio est, quia potest agens alterans esse applicatum pluribus partibus; ergo plures partes possunt incipere simul alterari.

Tribus modis alteratio ab agente extrinseco contingere potest. De primo, & tertio modo probatur.

His positis conclusio probatur, quæ pôt contingere tribus modis: primò si moueatur agens, & passum quiescat: vel contra: secundò si vtrumq; quiescat: tertiò si vtrūque moueatur. & quidem de intensione in primo, & tertio casu patet ex Arim. sit lumen, A, potens illuminare spatium palmare, constat partem remotiorem tenuissius illuminari, quàm proximiorem, & signetur in medio spatio punctum, B, & in fine pars, C, & moueatur, A, lumen versus illud spatium; hoc casu posito pars, B, in quolibet instanti temporis, quo fit approximatio est magis lucida, quàm fuerit in tempore præcedente; tunc ergo lumen intenditur continuè. Consequentia patet, quia si non fit continuè; ergo fuit interrupta per quietem, & cum in tempore mensurante quietem illam signari possint multa instantia temporis mēsurantis quietem, aliquod instans erit, in quo pars illa non erit magis lucida, quàm præcedenti tempore, imo in quolibet instanti temporis mensurantis quietem est æquè lucida, quod est contra sensum, nam per approximationem corporis luminosi videmus, partem quamlibet sphæræ magis illuminari: & ex hoc casu posito clarè patet, etiam productionem luminis fieri successiuè continuè ex parte subiecti, cum mouetur agens immoto passo: nam cum sphæra actiuitatis agentis propter approximationem augeatur versus, C, ita illuminabit, C, sicut illi approximatur; sed approximatio fit continuè, & successiuè; ergo & illuminatio fit successiuè, & continuè ex parte spatij. C, & hoc clarè patet in sole, qui motus circulariter continuè illuminat alias, & alias partes terræ: vnde diuersæ

partes

partes terrę habent diuersum initium diei, & noctis.

18 *De contrario.* Secundum idem etiam patet de secundo memb. eodem casu, si lumen, A, quiescat, & ei accedat, C, corpus, nam secundũ illas partes illuminabitur, sicut etiam & videbitur. Et idem patet, si vtrumque moueatur, quia fit approximatio, & applicatio agentis successiuè, & continuè ex parte vtriusque, scilicet agentis, & passi.

Difficultas est in secundo, quando vtrũque quiescit, & in eo etiam casu contingere poterit alteratio continuè successiuè siue secundùm intensionem formæ, siue secundùm extensionem subiecti: *Explicatur, ac probatur.* Vt si lumẽ A, quod habet sphærã vsque ad punctum D, propter aliquod impedimentum non agat, nisi vsque ad, C, vt si in puncto, C, interponatur corpus opacum, nam si hoc impedimentum continuè tollatur vel per motum localem, vel per motum alterationis, quo fiat perspicuum, tunc versus punctum, E, erit continua illuminatio extensiuè, & ẽt intensiuè esse poterit, tum quando magis disponitur medium continuè ad recipiendũ lumen, tũ patet ex alijs qualitatibus habentibus resistentiam, quando continuè minuitur resistentia.

Instatur cõtra cõtinuitatem alterationis cũ debeat dari primum alteratũ esse. Sed contra hanc obijcitur, quia in qualibet alteratione est dare primum alteratũ esse; ergo non fit continuè. Consequentia patet ex 6. phys. 59. nam in motu cõtinuo ante quodlibet motum esse, est aliquod moueri; ergo si datur primum alteratum esse, non præcedit ante quodlibet alterari in infinitum. Antecedens patet ex 6. phys. vbi ait indiuisibile, seu primum alteratum esse solùm reperiri in mutatione secundùm æquale.

Confirmatur, quod cuiuslibet formæ acquisitæ per motum est dare primum sui esse; ergo acquisitio illius non est cõtinua. Consequentia patet, quia non datur primũ instans temporis mensurantis motum cõtinuum, cum incipiat extrinsecè 6. phys. 59. Antecedens patet ex 8. phys. 69. vbi ait res permanentes incipere per primum sui esse.

19 *Confirm. ex minimo secundùm intensionem formæ naturalis.* Confir. 2. quia cuiuslibet formæ naturalis datur minimum secundùm intensionem; ergo non potest acquiri continuè, quia tota forma integratur ex minimis; minimum autem acquiritur in instanti, & nõ in tempore, aliàs daretur minus minimo; quod si acquisitio formæ esset motus continuus, sequeretur, motum cõponi ex mutatis esse, & tempus ex instantibus præcisè contra Aristotel. 6. phys. ab initio; si igitur qualitas in principio fit per indiuisibilem mutationem secundùm aliquem sui gradum; ergo secundùm omnes gradus similiter fit, nam secundus gradus est proportionalis primo. & agens tantum potest in instanti sequenti, quantum in primo, quia in se æqualis virtutis, & passum æqualiter, vel meliùs dispositum. Hinc fit, non esse continuam, quia indiuisibiles actiones nõ possunt continuari, & qualitas in fine esset infinitè intensa, quia in quolibet instanti esset acquisitus æqualis gradus; vel mutationes illæ indiuisibiles essent in definito numero, quot scilicet sunt gradus æquales.

Propter hoc argumentum primum videndum est quomodo res incipiant, & desinant: secundum an detur mutatum esse motus. De qua re Arim. d. 17. q. 2. ar. 2. & 4. Sotus 6. phys. q. 3. Per. lib. 10. c. 9. Bagnes 1. de Gener. c. 4. q. 6. Burl. 8. phys. in t. 69. q. 1. & 2. Themist. & Theoph. 6. phys. 46. Nos plura disp. 2. de quantitate q. 4 d. 5. Copulata Compluten. 8. phys. c. 8. q. 2. ex Aristot. ibi t. 65. & 6. phys. t. 43. & seq.

ARTICVLVS VI.

Explicantur termini inceptionis, & desitionis rerum.

PRimò Not. ex Arim. quasdam esse formas indiuisibiles, vt Angelos; 20 *Variæ diuisiones formarum.*
quasdam diuisibiles, vt quantitas, & qualitas &c. & harum quasdam esse permanentes, quasdam successiuas: secundò quasdam acquiri sine vlla resistentia, vt lumen; quasdam cum resistentia: tertiò quasdam fieri diuisibiliter secundùm omnes partes, ita vt ante quamlibet partem sit acquisita alia pars; quasdam omnino indiuisibiliter secũdum se totas, vt anima rationalis; quasdam secundùm partem indiuisibiliter; secundùm verò aliam diuisibiliter, vt patet in totali lumine, cuius vna pars fuit acquisita in instãti, & alia pars diuisibiliter, quod contingit si causetur in instanti luminosũ, & in tempore sequenti instans creationis moueatur; tunc pars luminis iam medio proxima erit causata in instanti suæ creationis, nam aliàs pars propinquior luminoso priùs esset illuminata, quàm remotior, quod esse falsum patet in sole, nam si aliqua pars immediata soli illuminaretur primò, & deinde secunda pars illi æqualis,

& sic consequenter totum constans ex illis duabus partibus in duplo tempore illuminabitur, quàm singulæ partes, & quadrupla pars, in quadruplo tempore: Vnde cum sint infinitæ partes inter solem, & extremam partem orbis soli oppositam, ad sensum pateret, partẽ orientalẽ esse prius illuminatam, & occidentalem tenebrosam: quartò quædam incipiunt simul cum motu, vt lumẽ, quod acquiritur ex approximatione luminosi, quædam post motum; vt generatio substantiæ: quintò incipere aliquid subitò stat dupliciter; primò quando subiectum immediatè ante inductionem non erat tale secundùm speciem; quale est post inductionem formæ, neque quando ei forma inducitur est coniunctum alicui tali secundùm speciem, vt ignis producitur in stuppa à radio solari. Secundò quando subiectum immediatè ante erat tale, sed non æquè tale, vt cum subiectum lucidum magis illuminatur, vel cum pars tenebrosa coniuncta parti lucidæ fit lucida.

Aliquid dupliciter subito incipere potest.

21 2. Not. terminos inceptionis, & desitionis duobus modis posse assignari. Primus dicitur intrinsecus, idest, in quo res est, & immediatè ante non fuerit, & dicitur vltimũ esse rei, siue desitionis similiter, in quo res est, & immediatè post nõ erit, & dicitur vltimum esse rei. Secundus dicitur extrinsecus, siue inceptionis, vt nunc non est, & immediatè post erit, & dicitur vltimum non esse, siue desitionis, vt nunc non est, & immediatè ante erat, & dicitur primum non esse. In quibus duo sunt aduertenda; primum hoc esse, vel non esse rei, Vel sumi secundùm totum, ita vt res nunc fit, immediatè ante neque fuerit secundùm se, neque secundùm aliquam sui partem, vel secundùm partem, idest nunc sit res, & immediatè ante non fuerit secundùm totum, licet fuerit secundùm partem. Et similiter in desitione. Secundum est, quod cum non dentur duo instantia immediata, non potest sumi intrinsecus terminus, siue desitionis, siue inceptionis vt indiuisibilis; sed si extrinsecus est indiuisibilis, intrinsecus erit diuisibilis, & contrà: Hinc fit, vt ad cognoscendam quantitatem rei vtamur terminis intrinsecis, & extrinsecis; non enim possumus cognoscere quantitatem rei, nisi ex terminis indiuisibilibus: nam diuisibilis est interminatus, quia semper potest accipi minor, & minor in infinitum; ideo oportet semper accipere terminum indiuisibilem, siue fit extrinsecus, siue intrinsecus.

Termini inceptionis, & desitionis dupliciter assignari possunt.

Aduerte duo.

Ex quo patet, non benè perturbari nonnullos, cum accipimus terminos rei extrinsecos; dicunt enim cum res incipit, debere esse; similiter cum desinit, & tamen in terminis extrinsecis res non possunt esse, vel hoc ipso quod termini extrinseci sunt; qua in re maximè decipiuntur, nam id verum, quando intrinsecè incipiunt res, & desinunt, sed quando extrinsecè, tunc res nõ dicitur esse quando incipit, sed quãdo immediatè post existit; neque cum desinit debet esse, sed immediatè ante, quia hoc est incipere, & desinere extrinsecè.

Magis explicatur terminus extrinsecus inceptionis, et desitionis.

3. Not. Sicut in quantitate sunt puncta terminatiua, & continuatiua, & in tempore instantia an similiter, in motu sunt mutata esse; hoc tamen est discrimen, quod priuatio præcedens tempus, quam immediatè post sequitur tempus, dicitur instans initiatiuum; sed priuatio illa, quæ præcedit motum, non dicitur mutatum esse, quia hanc priuationem nullus motus præcessit vnde subiectum possit denominari mutatum; vnde illud motus indiuisibile caret nomine: Vnde patet indiuisibile illud motus esse alterius rationis ab alijs, quia non est aliquid acquisitum per motum, vt cætera indiuisibilia, quibus non continuatur, vel terminatur motus, cum motus sit via ad illa. 22

Differentia inter priuationem præcedẽtem tempus, & priuationem præcedentẽ motum.

4. Not. ex Bann. quamlibet formæ partem signatam incipere per primum sui esse, licet forma acquisita per motum, non signando partem, incipiat per vltimum nõ esse; differt tamen motus deperditiuus ab acquisitiuo, quod in acquisitiuo qualitas, quæ acquiritur, habet suum terminum intrinsecum, vt calor vt octo, quia respondet non motui, sed mutato esse vltimo; sed vltimo mutato esse deperditionis respondet nõ gradus p̄duct⁹, sed corruptus, ideo quod manet, est extrinsecum motui, vt si calor vt octo remittatur ad calorem vt quatuor exclusiuè, tunc calor vt quatuor esset extrinsecus remissioni: quod si tota qualitas corrumpatur, tunc vltimo mutato esse non respondet existentia qualitatis, sed non existentia.

In quo differat motus deperditiu⁹ ab acquisitiuo.

Ex his patet ad argumentum, nam dupliciter intelligitur fieri alteratio circa subiectum; primò secundùm determinatã sphærulam agentis, in quam agens agit simul secundùm æqualem perfectionem, & ratione huius datur prima pars subiecti exten-

Alteratio dupliciter intelligitur fieri circa subiectum.

extensiua primò alterata: secundò secundū sphæram totalem agentis, quæ quidem est determinata quoad quantitatem extensionis, sed non secundùm æqualitatem effectus, quia circa illam agens operatur vniformiter difformiter, minùs, & minùs vsq; ad non gradum; & ratione huius non datur prima pars alterata, quia quò pars magis accedit ad agens, magis alteratur, quò plus recedit, minùs alteratur. Quod autem ad prioritatem temporis, an .i. priùs vna pars subiecti alteretur, quàm altera; non conueniunt DD. sed id determinare non est huius loci.

23
Negat Sotus formæ acquisitæ p motum dari primum sui esse.

Ad primam confir. multa Sotus 1. phys. qu. 4. art. 3. negando, qualitatis acquisitæ per motum dari primum esse, sicut non datur primum esse motus, quia incipit, vt incipit motus.

Quando cō cedat Arist. rem permanentem incipere per primum sui esse.

Et ad Aristotelem Resp. in permanentibus quando incipiunt ad modum permanentium, idest in instanti, verum datur primum esse; non tamen quando incipiunt successiuè, quia sicut non datur prima pars qualitatis, & motus, quo acquiritur; ita neque primum esse illius qualitatis. Et Arist. ibi loquitur de formis substātialibus, quæ in instanti acquiruntur: neque Arist. dicit, vnamquamque rem permanentem habere primum esse, sed primum factum esse, quod est primum non esse motus, quo res producta est.

Nō semper qualitas habet minimum.

Ad secūdum qualitas dupliciter potest considerari: primò secundùm se, & ita non habet minimum: secundò vt dispositio formæ, & ita habet minimum, & maximū; quare datur primum esse qualitatis, vt dispositio est: sed de hac re quid dicendum alibi, vbi etiam explicabitur t. 41. 2. de anima, & 1. phys. 30. vbi Arist. loquitur de viuentibus.

24
Instatur paritate potētiarum, respectu quarum dātur minima obiecta.

Dices potentiæ, vt visiuæ &c. habent minimum, quod percipere non possunt; ergo reliquæ qualitates habent minimum, in quo existere non possunt.

Resp. nego consequentiam, quia id non oritur, quod in huiusmodi potentijs sit minimum intrinsecè, sed quia cum sint finitę perfectionis, non possunt tendere circa obiectum in quacumque quantitate, nam ad obiectum minùs debet esse potentia perfectior: vnde si posset videre minùs in infinitum; deberet esse perfectior, & perfectior virtus in infinitum, quod cum naturaliter fieri non possit, dixit de sens. & sensil. Arist. quod datur minimum, quod videri non potest.

Probatur contra ex eo quod concedi debeat primum esse qualitatis.

Secundò obijcitur, quia non daretur primum esse qualitatis, quod esse falsum patet, quia omnia permanentia incipiunt per primum sui esse 8. phys. 69. Confir. quia dum intenditur calor, aut intensio incipit per primum sui esse, & habetur intentum, nam non esset continua, quod continuum non habet primum; vel per vltimum non esse; ergo agens applicatum passo nihil operaretur, nam facta applicatione, vel in instanti immediato producit, vel non. Si primum, haberetur, duo instantia esse immediata. Si secundum ergo mediat tempus inter illa instantia, in quo tempore agens quiescit.

Agens habere debet primum sui applicatum esse.

Confir. datur primum applicatum esse agentis; ergo in eo aliquid operatur, & nō nisi qualitatē; ergo qualitas producitur in instanti. Antecedens primum patet, quia non applicatur per vltimum non esse, ergo per primum sui esse, nam falsum est dicere designando aliquam partem spatij, nūc non est applicatum, & immediatè post erit applicatum; vnde cum spatium sit diuisibile, necessariò consumetur tempus in eius transitu; quare non immediatè post hoc erit applicatum, quia ad pertranseundum diuisibile requiritur tempus; vel non distat, & sic erit applicatum.

Non potest qualitas in instāti produci pp̄ter resistentiam subiecti.

Resp. agens applicatum in instanti nihil operari, quia qualitas non est producibilis in instanti ob resistentiam subiecti, sed immediatè post operatur; neque agens quiescit, quia quies est in tempore.

25

Et ex his patet ad cōfirmationem, quia etiam si daretur primum applicatum esse agentis, adhuc alteratio non inciperet per primum sui esse. sed inciperet iuxta naturam entis successiui: vnde si Deus crearet aliquod combustibile intra sphærā ignis, non calefieret in instanti, etiam si in instāti sit applicatum, & ita etiam patet in cœlo, & eius motu.

Nec concedit primum applicatum esse agētis,

Resp. 2. ex Soto q. 4 in fine. & 6. q. 3. negando, dari primum applicatum esse agentis; tum quia applicatur per motum; tū quia daretur minimum lucis producte per motum, quod esse falsum patet, quia deberet incipere ad modum motus; in motu verò non datur primum. Sequela probatur, quia vt luminosum illuminet diaphanum, nihil aliud requiritur, nisi vt sit præsens diaphano, cum agat in instanti, sed cum datur primum applicatum esse, est præsens luminosum diaphano; ergo tūc

aget,

ager, & non nisi remississimum lumen; ergo. Et ad probationem Resp. quod applicatio ad totam sphæram, non signãdo partes incipit per vltimum non esse; respectu verò lineæ signatæ intra sphæram incipit per primum sui esse, quia versus finem datur vltimum mutatum esse. Sed quia sphæra non terminatur intrinsecè, neque datur prima linea intrinseca illius; ideo passum non potest applicari neque per primum, neque per vltimum ad illam lineam, cum nulla talis sit. Ad lineam verò extrinsecè terminantem, cum sit signata, applicatur per primum sui esse; respectu verò totius sphæræ per vltimum non esse, & illud instans, in quo passum est in vltima linea, est vltimum non esse applicatum, & immediatè post erit applicatio, & ita etiam actio.

Inter passũ, & sphæram actiuitatis nihil mediat.

Et cum dicitur, vel aliquid est pertransēundum, vel non. Resp. nihil mediare inter passum, & sphæram actiuitatis, cum passum est in vltima linea extrinseca: neq; sequitur quod sit applicatum, sed quod sit in vltimo non esse applicationis, quia vt sit applicatum debet esse coniunctum, non lineæ extrinsecæ, sed intrinsecæ actiuitatis; vt autem distet requiritur, vt aliquid diuisibile mediatet.

Dices: Cum passum est in linea intrinseca sphæræ; tunc passum, & sphæra non sunt continua, vt patet, neque contigua, quia deberent habere extrema simul; sphæra autem non habet extremum; ergo distant.

Resp. esse contigua, quia secundùm vltima eo modo, quo habent sunt simul.

26 Dices: An alteratio, quæ per se futura fuisset continua siue intensiuè, siue extensiuè possit fieri discontinuè.

Potest alteratio fieri discontinuè ex parte agentis.

Resp. affirmatiuè, primò ex parte agentis quod primùm applicetur, deinde impediatur; deinde iterum applicetur, quod accidit sæpe, dum inter nos, & solem variæ nubes interponuntur; vel si agens moueatur continuè, & deinde quiesceret, & post moueatur, nam tunc interrumperetur productio qualitatis tam quoad extensionem, quàm quoad intensionem. Secundò ex parte subiecti, vt si subiectum sit difforme quoad resistendum, nam secundùm vnam partem, qua non resistit, fieret in instanti alteratio, secundùm aliam, qua resistit, fieret continuè successiuè; quare alteratio, quæ per se tota fuisset successiua, si subiectum vniformiter restitisset, vel instantanea, si non restitisset, fit per accidens ratione difficultatis subiecti, nunc instantaneè, nunc successiuè.

Potest item alteratio fieri discontinuè ex parte subiecti.

Ex quo patet, alterationem, quæ per se, & ratione sui fieret instantaneè, per accidens ratione alterius fieri posse continuè, & successiuè. Explico, ly per se non sumitur, vt distinguitur contra contingens, quomodo quædam dicuntur ab Aristotele prædicari in primo, vel secundo modo; sed sumitur, vt distinguitur contra id, quod est ratione alterius; vt Æthiops dicitur per se non albus, per accidens autem albus, scilicet ratione vestium. Dico igitur, quod illa alteratio, q̃ per se, .i. omni alio remoto, esset instantanea, fieri potest successiuè ratione alterius, scilicet ratione resistentiæ subiecti, vel applicationis agentis: qua ratione fortasse omnis alteratio ex se deberet fieri in instanti; cuius rei ratio; à priori est, nam vbi non apparent contraria impedientia, videmus alterationem fieri in instanti, vt in actibus animæ, illuminatione &c. 27

Potest alteratio, quæ fieret instãti, per accidens, fieri successiuè. Quomodo hic accipiẽdum sit, ly per se.

Duæ rationes huius dicti redduntur.

Ex quo secundò patet non repugnare quominus alteratio fiat in instanti, vt patet in illuminatione, & confirmat Aristot. 1. phys. 23. & hoc intelligitur non solùm intensiuè sed etiam extensiuè; qua in re supponitur, agens habere determinatam sphæram, in quam extensiuè simul agat.

Potest intẽsiuè, & extensiuè alteratio fieri instanti.

Sed objcies: Omnis actio fit per medium; ergo necessariò debet fieri successiuè ex parte subiecti, nam priùs dicitur illuminari pars subiecti, B, deinde pars, C, & per hanc, D, ergo successiuè debet fieri. 28

Debet alteratio fieri per mediũ.

Resp. Iand. 6. phys. q. 7. hoc repugnare alterationi, nam cũ sint infinitæ huiusmodi partes, alteratio nunquam incæpisset, vnde deueniendum est ad aliquam partẽ, quæ simul alteretur secundùm omnes suas partes, & hoc dicit Arist. de sensu, & sens. c. 7. quod contingit, aliquod totum simul alterari, & non dimidium priùs: sed hæc ratio non videtur mihi sufficiens, tum quia certum est, motum localem non ita fieri, vt aliqua pars spatij simul pertranseatur, & tamen patet incipere, vt multis ostẽdit Arist. contra Zenonem; tum quia qualitas ratione intensionis non acquiritur secundùm aliquam partem simul, sed successiuè concedente Ianduno, & tamen in qualitate sunt infinitæ partes intensionem facientes, vt sunt in quantitate facientes extensionem. Vnde Resp. non esse id argumentum necessarium, sed esse simile argumento

Reijcitur responsio 1a. paritate motus localis, & qualitatis.

Concedit, agent communicare qualitatem in aliquod distans.

mento Zenonis: & ideo dico, virtutem agentis esse talem, vt dominetur toti subiecto, neque est necessarium, vt agat solùm per virtutem communicatam medio, sed immediatè per virtutem retentam in se dominatur toti huic subiecto, & sufficit si simul subiectum habeat qualitatem, quæ

Redditur ratio.

communicatur in distans. Cuius rei ea ratio mihi videtur efficax, nam cum agens debeat immediatè communicare suam virtutem alicui subiecto, hoc vel erit indiuisibile, & non, vt patet ex alibi dicendis; vel diuisibile, & cum habeat partes, erit secundùm aliquam partem distans ab agente: quare agens potest communicare immediatè qualitatem in subiectum distans.

Reijcitur, solem communicare in instanti vni parti, & in eodem alteri.

29 Neque placet modus ille, quo dicitur, vt sol communicet in instanti vni parti, & hæc alteri in eodem instanti, & hæc alteri &c. tum quia de prima parte manet difficultas, cum constet ex partibus, tum quia difficilè concipi potest in eodem instanti, poni productiones rerum dependentium inter se, præcipuè cum sint infinitæ partes, quare esset dependentia infinitarum causarum inter se subordinatarum, saltem accidentaliter.

ARTICVLVS VII.

Explicatur quomodo fiat alteratio vniformiter difformiter.

Gradus alterationis non fit in instanti, & deinde intenditur successiuè.

30 Tertia Conclusio. Alteratio secundũ qualitates contrarias, non ita fit, vt fit aliquis gradus in instanti acquisitus in aliqua parte subiecti; deinde verò successiuè intẽdatur, est cõtra Tol.1.p. primò quia cum qualitas sit eiusdem rationis, non est maior ratio, cur primus gradus in instanti, cæteri verò successiuè.

Recurrit ad heterogeneitatem primi gradus.

Dices, primum esse heterogeneum, & ideo diuersæ rationis ab alio: vnde in instanti producetur, & non sic alij. Sed contra, tum quia id dici non potest de partibus subiecti; tum quia, cum primus non sit qualitas determinatæ perfectionis, sed habeat partes, in quas in infinitum est diuisibilis, nulla pars poterit signari, quæ tota simul sit acquisita; tum tertiò quæro cum primus excludat octauum, necessariò etiã octauus excludetur in instanti; ergo etiam in instanti deberet produci, quod est contra ipsos dicentes, solùm proximum produci instantaneè, quia eadem est ratio qualitatis in productione, & in corruptione; quare ad libitum dicit hæc opinio, octauum gradum successiuè acquiri, & deperdi in instanti, quod etiam deberet dicere de primo gradu. Vnde vlterius insto, nam quando producitur octauus successiuè, etiam primus corrumpetur successiuè; ergo existet minus minimo.

Successio alterationis est ob resistentiam subiecti, vel medij.

Secundò probatur, quia successio alterationis in agentibus naturalibus applicatis oritur ex resistentia subiecti, vel spatij, vt concedunt & si non concedunt, dicant, vnde oriatur successio: sed primus gradus inuenit subiectum magis resistens, quàm secundus, & tertius; ergo non poterit produci in instanti magis, quàm secundus, & tertius. Minor patet, quia et resistit octauus gradus, & tota latitudo, quæ est maioris resistentiæ, quàm sit pars latitudinis; & idẽ argumentum fieri potest in extensione, nã subiectum magis resistet initio, quàm tempore consequenti.

Idem dici potest de extensione.

31 Confir. quia idem manens idem semper aptũ est facere idem, sed producta prima parte qualitatis agens manet idem, & subiectum similiter, vel si est variatio potius est, vt sit magis dispositum ad secundum gradum, quàm antea fuerat ad primũ; ergo si primam producit in instanti, reliquas etiam similes producet contra experientiam.

Idem inuariatum facit idem.

Confir.2. quia Arist.6. phys.55. negat, in motu dari primum mutatum esse: sed si daretur prima pars, quæ acquireretur, concedi deberet primum alteratum esse.

Tertiò vel primam partem producet agens statim ac applicatur passo, aut parũ expectandum est. Si primum, quomodo superabit resistentiam contrarij in instanti? Si secundum, quid faciet eo tempore?

Probatio desumpta ex fine alterationis.

Quartò probatur ex fine alterationis, nam alteratio ordinata est ad generationẽ mixtorum; ergo habet fieri in partes tam formæ, quàm subiecti diuisibilis; ergo quò magis diuiderentur in minores, & minores, eò meliùs inseruirent mixtioni.

Confirm. quia cum qualitates sint dispositiones respectu omnium formarum, quæ non habent idem minimum, non poterit in qualitatibus assignari aliquod minimum ex natura ipsarum.

Qualitas est intẽsiuè diuisibilis in infinitũ.

Confir.2. quia qualitas seipsa secundùm gradus intensionis est diuisibilis in infinitum, vt quantitas; ergo non habet minimã partem ex ratione sua.

Quarta Concl. Probabile est propter resistentiam contrarij posse qualitatem 32

augeri

Explicatur, & probatur concl. experientia.

augeri per subiectum extensum successiuè. Probatur experientia, quia experimur post tempus aliquod elapsum ab applicatione agentis v. g. ignis ad aquam, illum producere calorem in aliqua parte illius, in qua immediatè post applicationem nō producebat; ergo signum est, sphæram ignis extensiuam augeri successiuè; nam ignis immediatè post applicationem non agebat in totam aquam, & deinde agit; cū igitur immediatè post non agat in totam aquam, in quam potest agere in tempore determinato, fit vt in posteriore parte illius temporis, quæ immediatè sequitur post priuam, agat in aliam partem, in quā non egit in prima parte temporis, atque adeo sphæra actiuitatis illius successiuè extenditur ad alias, & alias partes aquæ, alioqui per aliquod tempus determinatū ita aget in aquam, vt sphæra actiuitatis eadem maneat in priore, & posteriore dimidietate illius temporis, quod videtur absurdum, quia medietas illius temporis determinati est determinata, & qua ratione non potuit augere suam sphæram in posteriore parte, ita neque in alia parte subsequente partes prioris temporis determinati, quia non potest assignari ratio congruens cur immediatè post primam partē determinatam temporis augeat suā sphæram, & non potuerit post medietatem priorem illius temporis determinati.

33 *Magis explicatur eodem exemplo ignis.*

Confir. quia ignis immediatè post primum instans applicationis ad aquam vel successiuè intendit calorem in illa productum, vel non. Si primum; ergo successiuè extendit sphæram, quia quò minor est resistentia contrarij, eò maior est sphæra agentis. Vnde cum contrarium remittatur successiuè, fit vt successiuè augeatur sphæra. Si secundum, tunc manebit ignis aliquo tempore non potens augere calorem productum, idest post medietatem primi tēporis determinati, dum producit calorem, & non extendit, & immediatè pòst poterit augere nulla facta mutatione in contrario, nec aucta virtute agentis, vel facta meliori applicatione, quæ omnia videntur absurda. Hinc fit, vt si ignis potest augere sphæram post vltimam medietatem primi temporis determinati, possit etiam post priorem medietatem illius temporis determinati, & cum illa pars possit etiam diuidi in priorem, & posteriorem, similiter dicetur hic, & sic in infinitum; ergo successiuè ignis auget suam sphærā, vel nunq̄

Confir. 2. quia calor productus in aqua potest immediatè pòst producere calorē in subiectum sibi proximum, quia nullum est impedimentum, quia potest esse talis, vt vincat resistentiam contrarij, & cum prima pars temporis sit etiam determinata, potest in duas partes determinatas diuidi, atque adeo calor productus in parte priore, & posteriore producet calorem in subiectum sibi proximum, & sic in infinitum; ergo calor productus cum existentia contrarij extendi potest successiuè, quia non potest dari aliqua pars temporis, in qua calor non extendatur ad vlteriorem partem subiecti.

34 *Alteratio non fit per minima cōtra Soncin.*

Ex his patet, errare Soncinnatem, dicentem, alterationem fieri per minima, nam constat, alterationem poni sub motu, de cuius ratione est successio continua. Neq; dicat Sonc. in tempore interposito inter vnum instans, & aliud disponi subiectum, tum quia, vt agens primum produxit sine dispositione subiecti, ita deinceps: tum quia præter quantitatem non apparet quæ sit dispositio ad primas qualitates; tum quia dispositio illa successiuè produceretur, nam si simul produceretur, iam fuisset producta in prima parte temporis determinati, atque adeo in secunda non esset ratio, cur non producatur calor in eo subiecto, & hoc in infinitum. & cum Arist. 8. phys. dicit, alterationem non esse cōtinuā, ly, continuam, dicit perpetuitatem temporis, sicut nec perpetuò augetur, vel mouetur localiter viuens; cœlum autem mouetur continuè, idest perpetuò. & cū 6. phys. t. 23. ait, aquam simul congelari, loquitur quoad partes alicuius dimensionis, secundùm quas ambitur à congelāte, quia scilicet dum congelatur vna pars, etiam alia congelatur; neque ly, simul, dicit instans, sed simultaneam existentiam plurium in tempore, vt duo dicuntur simul currere. Vide Tol. 6. phys. q. 5. ad 3.

Arist. continuum accepit pro perpetuo.

Dices: ergo generatio est successiua, quando producitur forma substantialis iuxta dispositiones subiecti.

Respondeo, idem procedere quoad intensionem, vt infra.

35 *Virtus actiua determinata determinatam sphæram exigit.*

Quinta Concl. ratione resistentiæ non posse qualitates ita successiuè extendi, vt agens naturale priùs producat in quauis parte proximiore, quàm remotiore, quia virtus actiua determinata determinat sibi sphæram; ergo semper dum superat resistētiam contrarij producit qualitatem in par-

partem determinatam subiecti.

Confir. quia secundùm Aduersarios si resistentia sit exigua, agens naturale producit simul in subiectum determinatum; ergo eum quæuis resistentia inferiorum non superet in infinitum resistentiam paruam, ex illa non sequitur, vt sphæra sit indeterminata; nam si resistentia sit duplo maior, quàm resistentia parua, tunc sphæra erit duplo minor, sic etiam triplo, &c. nunquam tamen fiet indeterminata.

Confir. quia qualitas producta in parte indeterminata etiam producet in subiectũ proximum, & sic in infinitum; quare sic dabitur taliter qualitas producta ab agente, vt nulla pars sit in particulari, quæ ab agente primo producta intelligatur, quod non videtur satis intelligibile.

36 Dices: si huiusmodi qualitas successiuè producitur per subiectum extensum; ergo non simul in parte aliqua determinata, sed prius in proximiori erit, & postea in remotiori.

Respondeo negando consequentiam, quia qualitas, quæ producitur simul, produci potest in aliqua parte subiecti, & eodem tempore in parte, quæ immediatè sequitur post illam, successiuè introduci prius in proximiori &c. quàm in remotiore, quod facilè intelligitur si ponatur, sol produci per vltimum non esse sub motu locali; tunc enim non prius producit lucem in partem sibi proximiorem, quàm in remotiorem, qua ratione non produceret, si crearetur extrinsecè sine motu, quare de aliqua parte verè asseritur, eam totam immediatè post vltimum non esse fuisse illuminatam, & adhuc erit aliqua, quæ non sit simul illuminata, nam in parte, versus quam sol successiuè moueretur, forma successiuè extenderetur, quia illa in prima parte temporis non erat intra sphæram solis, & postea est.

Dices secundò: Si aliquis calor in parte determinata producitur simul, & in parte sequenti producitur successiuè, sequitur, calorem prius productum præcedere duratione calorem posterius productum; ergo pars caloris successiuè producta non est immediatè post instans, & in alia parte calor successiuè productus.

Respondeo negando consequent. quia licèt in vna parte subiecti vna pars illius formæ simul sit producta, adhuc tamen immediatè post instans in altera parte subiecti alia pars formæ produci potest successiuè: quod facilè intelligitur, si ponatur, productiones fieri per diuersas causas; nec argumentum probat oppositum, sed solùm partem simul productam esse priorem tempore quauis parte determinata successiuè producta, sed illa non producitur immediatè post instans, quia debet produci in tempore determinato.

Dices tertiò. An qualitas extendatur successiuè propter latitudinem formæ, vel propter resistentiam contrarij. Tolet. 2. de Gener. q. 6. ad 2. ait, ad id sufficere solam latitudinem. 37

Non requirit resistentiam contrarij Toletus.

Contrarium alij, quia ablata resistentia non est ratio, cur producatur successiuè, cum quodlibet agens habeat determinatam sphæram, in quam immediatè agere potest; ergo si non potest in primo instanti, vel immediatè post instans, non poterit ampliùs, cum non augeatur actiuitas, nec subiectum magis disponatur.

Resistentiã contrarij requirũt alij.

Confirm. ex luce, quæ non habet secundùm se successionem in partibus productis; neque imperfectio agentium esse potest causa, vt prius producat effectum in partem proximam, quàm remotam, quia tantùm inde sequitur, producere effectum imperfectum, & imperfecto modo, idest dependenter à subiecto. At obijcies, motum esse diuisibilem ob solam diuisibilitatem termini 5. met. t8.

Patet in luce.

Respondetur, immediatè quidem inde oriri, sed requiri vt conditionem contrarietatem formæ oppositæ. Neque obijciant impetum, & huiusmodi qualitates, quæ carent contrario, & tamen successiuè corrumpuntur; atque adeo etiam debent sic produci: quia corruptio horum successiua oritur ex propria natura harum qualitatum, quia non petunt conseruationem totalem deficiente prima causa, à qua primò sunt productæ, neque tamen producuntur successiuè, vt alibi.

Corruptio successiua aliquorum oritur ex propria natura aliquarum qualitatũ.

Sexta Conclusio. Debet dari alteratio vniformiter difformis, quæ extensiuè fiat simul in tota sphæra; intensiuè autem fiat continuè, & successiuè. Patet experientia, quia videmus, agentia remissiùs agere in partem distantiorem. Secundò patet à priori, quia virtus potens in maiorem distantiam maior est, cæteris paribus, virtute, quæ non potest nisi in minorem distantiam; ergo virtus æqualis magis aget in propinquam, quàm in remotam,

38

Datur alteratio vniformiter difformis.

Constat experientia, et à priori.

quia maior distantia requirit maiorem virtutem, & minor minorem; ergo si virtus erit æqualis, distantia autem vel maior, vel minor, sequetur actio maior, vel minor, iuxta proportionem distantiæ. Ex quo patet, omnem actionem, quæ fit cum aliqua distantia per se esse vniformiter difformē extensiuè, licèt per accidens fieri possit, vt tota sit vniformis, vel difformiter difformis. Vniformis quidem, vt, cum subiectū, quod prius resistabat, totum conuersum est in naturam agentis, & perfectè assimilatum. Difformiter verò difformis, cum subiectum inæqualiter est dispositum, etiā inæqualiter resistit, vt magis ante, quam post.

Potest actio per accidēs esse tota vniformis, vel difformiter difformis.

Vnde patet, quando agens est præsens toti sphæræ, per se fieri actionem in tota sphæra vniformiter difformem; in instanti verò, vel in tempore, iuxta naturam actionis, vt alibi.

Sed contra, quia si potest alteratio fieri continuè, & successiuè tam secundùm intensionem, quàm secundùm extensionem; intendatur igitur 8. gradus vtroque modo per partes, A, B, cum igitur illam alterationem comitetur generatio ignis, vt alteratio tempore, ita ignis generatio tempore perficietur, quia successiuè introduceretur in subiecto dispositio necessaria, qua posita necessariò sequitur forma ignis.

Resp. substantiā acquiri successiuè secūdùm extensionem, secundùm quam est diuisibilis, non est absurdum; quod si partes subiecti æqualiter essent dispositæ; tūc in instanti introduceretur forma etiam extensa per partes subiecti; vnde tota successio non oritur ex ratione formæ, sed ex ratione agentis, quod successiuè applicatur ad productionem formæ.

39 Dices 2. substantia generatur in fine alterationis; ergo in instanti; ergo neque ex parte intensionis, neque extensionis potest habere successionem.

Substantia acquiri diuisibiliter non potest.

Confir. quia vt producatur substantia vel requiritur diuisibile caloris, vel indiuisibile. Si secundum cum hoc acquiratur in instanti, etiam in instanti acquiretur forma. Si primum, cum diuisibile acquiratur in tempore, non acquiretur immediatè post instans substantia, quia intercedet acquisitio qualitatis.

Confir. 2. quia substantia, cum in se sit indiuisibilis, nulla ratio apparet, posse diuisibiliter acquiri, quia etiam illæ partes, quæ diuiduntur in subiecto, sunt indiuisibiles in se, quare non poterunt, nisi simul acquiri; non igitur successiuè; vel acquiri deberent in instanti, vt indiuisibiles, & in tempore vt diuisibiles, quod videtur magis implicare, vt simul instans coexistat cum tempore.

Resp. hæc argumenta alibi à nobis soluenda fusiùs; nunc vt explicentur Not. indiuisibilia varia esse; aliqua enim sunt formaliter indiuisibilia, & virtualiter diuisibilia, & hæc coexistunt tota totis, & tota partibus, vt patet de anima rationali respectu subiecti, & æuo respectu temporis successiui. Alia sunt formaliter, & virtualiter indiuisibilia, & hæc non possunt adæquari diuisibili, vt puncta, instantia, &c. 40

Indiuisibilia alia formaliter, & virtualiter; alia tātùm formaliter.

Hoc posito forma secundò considerari potterit primò in facto esse, qua ratione nulla est difficultas, quia est virtualiter diuisibilis quoad durationem. Secundò in fieri & ita aliqui distinguunt dupliciter posse considerari: primò quoad extensionem formę, & ita fit successiuè, & diuisibiliter formaliter: secundò quoad intensionem, vt ita dicam, formæ, & ita fit indiuisibiliter, & coexistit tota acquisitio formæ substantialis toti alterationi, & toti subiecto, & tota cuilibet parti alterationis, & subiecti incommensurabiliter tamen; ita vt non possit signari pars subiecti, & alterationis, cui adæquatè respondet acquisitio formæ, nā licet sint simul, tamen sunt incommensurabiliter, & inadæquatè: sed hæc non mihi videntur satis considerata, nam non est diuersa acquisitio substantiæ vt extensæ, & vt intensæ, nam eadem est acquisitio extensa secundùm vnam rationem, scilicet ex parte subiecti, & secundùm aliam rationē intensa: nam est diuersa pars formæ indiuisibilis in diuersa parte subiecti, vt si linea successiuè fieret à Deo, quæ esset indiuisibilis secundùm latitudinem, & diuisibilis secundùm longitudinem; vnde etiam illa entitas indiuisibilis ratione diuisibilitatis annexæ diuisibiliter acquiritur, & ita patet ad argumentum, nam in fine alterationis, ita fit, vt non possit signari pars caloris, quæ sit immediatè introducenda in immediatam partem subiecti, sed semper minor, & minor in infinitum: vnde generatio huius substantiæ non habet tempus determinatum, quo fiat. Et sicut nō potest signari pars subiecti determinati post aliā partem, qua non detur alia minor pars extensa;

Forma considerata in fieri, & in facto esse.

Forma in fieri conside ratur quoad extensionem, & intensionem.

Reijcitur distinctio allata de intēsione, & extensione.

tensasitea immediatè pôst est calor, & non terminus caloris, semper tamen minor, & minor: sicut est pars subiecti proximior agenti, vnde patet ad primam, & secundam confirmationem.

ARTICVLVS VIII.

Examinantur rationes Aristotelis, quibus probat, alterationem non esse nisi ad qualitates tertiæ speciei.

41 *Explicatur Arist. dicēs, alterationē esse ad qualitates tertiæ speciei.*

PRimò supponendum, Aristotelem, cū 7. physicorum à tex. 14. ad 20. probat, ad qualitates solùm tertiæ speciei esse alterationem, loqui de termino per se, qui primò acquiritur, nam quælibet qualitas potest esse terminus per accidens alterationis, hoc autem Arist. non aliter probat, nisi inductione excludendo, omnes alias species qualitatis esse terminum per se alterationis, & quia ex D. Thoma naturalem potentiam & impotentiam non terminari per se alterationem, est manifestum, cum non acquirantur de nouo, sed cum ipsa natura, ad quam consequuntur, ideò Arist. de hac secunda specie qualitatis nihil docuit, sed tantùm de prima, & quarta.

Quæstio hæc est tota de nomine.

Secundò supponendum, hanc quæstionem totam ferè esse de nomine, nam si Aristoteles hoc nomine alterationis appellasset acquisitionem cuiuscunq; qualitatis, vt significat 1. de Generatione tex. 23. nulla nunc esset controuersia; quare inquirenda est ratio, cur Arist. negauit, ad alias species qualitatis esse alterationem. Ideò examinandæ sunt rationes ab Arist. positæ pro hac doctrina.

Probatur, qualitatem non esse ad habitus.

Primò omnes habitus vel sūt in parte appetitiua, vel intellectiua, vel in corpore, sed ad nullum illorum est alteratio; ergo. Aristot. probat minorem quoad illos, qui sūt in parte appetitiua, nam id, per quod subiectum perficitur, & completur in sua ratione, non est terminus alterationis, quia per id subiectum non alteratur (vt domus non dicitur alterari, quia recipit tectum, sed potiùs cōpletur) Sed per virtutes morales subiectū perficitur, & completur, nam sunt additamenta quædā naturæ, vt vitia diminutiones, & imperfectiones naturæ, quæ imperfectio ex se inest, & non acquiritur de nouo.

Confirm. nam virtus siue sit impassibilitas quædam, vt dicunt Stoici, idest vacuitas passionum, siue moderatrix passionum, vt vult Arist. non potest terminare alterationem, nam hæc non est ad vacuitatem passionum, vel ad moderationem illarum, quia cum sint ad aliquid, supponunt alterationem, ad quam sequuntur.

2. Probat minorem quoad habitus, qui sunt in parte intellectiua, tum quia scientia, & huiusmodi habitus sūt ad aliquid, tū quia scientia habetur ex experientia præuia sensuum; ergo ad scientiam non datur per se alteratio.

Confir. quia forma, quæ potiùs resultat ex quiete, quàm ex motu, non est terminus per se alterationis, sed ita est scientia, nam sicut quando quis euigilat è somno, vel liberatur à mentis alienatione, & phrenesi, vel simili morbo, manet aptus ad vsū scientiæ, sedatis perturbationibus ortis à vaporibus, vel alterius passionis, ita videtur, quod quando homo acquirit scientiā est ex eo, quod sedentur similes perturbationes, & maneat anima tranquilla, & quieta, & ideo pueri non sunt ita apti ad scientias, sicut ætate prouecti ob nimiam eorū humiditatem, qua sensus inferiores perturbantur, & hinc dicitur, quod homo quiescendo fit sapiens.

3. Probat minorem de habitibus corporis eadem ratione, quia per hos corpus vel destruitur, atque adeo non alteratur; vel perficitur, & quodammodo generatur; nā sanitas, & pulchritudo, quæ sunt habitus corporis, dant illi quodammodo esse. Et confirmat, quia hi habitus sunt ad aliquid, nam sanitas est commensuratio calidorū, & frigidorum, aut eorum, quæ sunt intra, inter se, vel ad cōtinēs, idest in ijs, quæ sunt in continente, idest aere; nam ille est sanus dicitur, qui habet commensurationem secūdū qualitates proprias, idest frigiditatem, & caliditatem cum natura animalis contenti in aere, similiter pulchritudo, & robur sunt relationes, cum sint dispositiones perfecti ad optimum, idest ad id, quod est accommodatè dispositum ad conseruationem, & ornatum suæ naturæ; vnde tā robur, quàm pulchritudo consistit in proportione quadam cum eo, cuius sunt virtutes, & dispositiones; at proportio, & cōmensuratio relationes sunt, Hinc patet, vitium esse relationem quandam, quia si virtus consistit in proportione, vitium cōsistet in Improportione. 42

Sed in hac ratione prima difficultas est, nam habitus non sunt propriè ad aliquid prædicamentaliter, sed ad summum transcenden- *Exponūtur difficulta-*

tes, quæ sūt in hac probatione.

scendentaliter, ex quibus multa sunt, quæ terminant alterationem, vt infra. Neque dici potest, Arist. loqui secundùm eam sententiam, quæ dicit, habitus secundùm rationem communem pertinere ad prædicamentum relationis, sed tantùm ratione particularis pertinere ad prædicamentum qualitatis; nam nihil absurdius Arist. tribui potest.

Secunda difficultas, quia malè negat, ad virtutes esse motum, quia hinc substantia perficitur, sicut per vitia destruitur, nam cum hæc sit perfectio, vel imperfectio accidentalis, non est, cur non terminet motū, nam sicut calor, quo perficitur aer, & frigiditas, qua imperficitur, terminant alterationem, ita cum animus virtute perficiatur, & vitio contrario inficiatur, non est, cur nō etiam per illa non alteretur.

Tertia difficultas, etiam si vitium sit passio, vt dicebant Stoici, cur infert, ad illud non esse per se alterationem, cum videamus amitti, & acquiri, de nouo, & licèt virtus moderetur passiones, nō est, cur ad illam non sit alteratio, quia virtus non est formaliter moderatio, sed qualitas, à qua procedit moderatio passionum.

Quarta difficultas, quia dum probat, ad scientiam non esse alterationem, supponit, sententiam Platonis vt veram, quod scilicet scientiæ sint nobis à natura inditæ, & exeant in actum sedatis perturbationibus.

43 Quinta difficultas, nam sanitas, & pulchritudo, non est vna qualitas, sed plurium specierum qualitatis complexarum, & cōtrariarum aggregatio; nā sanitas est calor, frigus, & cæteræ qualitates inter se contēperatæ iuxta exigentiam formæ, vnde non est species aliqua vna per se, atque adeo vt sic non pōt esse in aliquo pdicamento; & idem dicitur de pulchritudine, quæ includit figuram, colores, & quantitatem debitam, ex quibus non potest fieri vna per se species.

Sexta difficultas, quia motus distinguitur à mutatione, quatenus motus est inter terminos positiuè contrarios, sed tales sūt habitus animæ, qua inter scientiā, & errorē, virtutes, & vitia est contrarietas, & idem de actibus potentiarum animæ, qui sunt qualitates quędam, & de nouo per se fiunt; ergo ad eas est per se mutatio vel motus.

Probat, alterationē non esse ad qualitates quartæ speciei.

2. Probat ad qualitates quartæ speciei, qualis est figura, non esse per se alterationem, nam quod figuratur, & formatur, non habet eandem appellationem post ac prius, vt lignum dicitur sedes, &c. post figuram, quo nomine prius non appellabatur.

At quod alteratur, eandem appellationem habet, vt lignum si humectetur, & calefiat, &c. vnde dicitur potiùs fieri sedes &c.

Et idem patet de forma, vt si domus acquirat tectum, quo formatur, non dicitur inde alterari, sed potiùs fieri. Ex quib⁹ patet figurari, & formari non esse alterari, sed potius generari, non quidem propriè, sed similitudinariè; nam sicut figura nō est propriè formæ substantialis, sed habet quandam similitudinem cum illa, quatenus imago ostendit rei naturam, & speciē, vt notat D.Th. in t.17.

Confirm. quia figura sequitur ad alias qualitates .s. densitatem, & raritatem, quæ prius terminant alterationem non solùm eam, per quam ipsæ fiunt, sed etiam eam, quæ est ad frigiditatem, & calorem.

Sed hęc ratio non caret difficultatibus. 44

Impugnatur hæc probatio.

Prima falsò supponit vt certum, alterationem non esse ad qualitates secundæ speciei, quia ad illam pertinent species intentionales, quæ sunt potentiæ institutæ à natura ad producendos actus, & tamen ad illas non est minùs per se mutatio, quàm ad lumen, sed non potest pertinere ad aliā speciem mutationis, quàm ad alterationē, vt patet inductione.

Secundò falsò negat, figuram esse per se terminum mutationis, quia supponit priorem mutationem ad terminos, ad quos cōsequitur. Nam patet, ad albedinem, & alias secundas qualitates esse per se mutationē 7. phys. 15. & tamen sequuntur ex mutatione prius facta secundum primas qualitates, & tam figura, & albedo successiuè acquiruntur, imò magis figura, quia sæpe, quę successiuè acquiruntur, non permanent, nam vt subiectum successiuè figuratur, ita accedit noua figura, & dum figuratur permanēter est figura permanens: Vnde 1. de Gen. 23. ait, alterationem esse quando manente subiecto sensibili transmutatur in eis passionibus, aut contrarijs, vel in alijs vt corpus sanum, & ægrum; æs quandoque rotundum, quandoque angulare; neque ibi accipit alterationem impropriè, quia illā distinguit à generatione.

Probationes prædictas esse Arist. negatur ab aliquibus.

Ex his difficultatibus negant aliqui, vt Eudemus, & Iand. esse Arist. præterea ei doctrina hic tradita non consentiat eum principijs Arist. nam 7. phys. t. 12. concedit sensus

ſenſus alterari cum ab obiectis patiuntur .ſ. recipiendo ſpecies, & 5.phyſ.t.31. ad diſciplinā in communi eſſe vnum motum in communi, & 8.phyſ.t.26. imaginationē motum quendam videre .ſ. alterationis, & 5.phyſ.t.9. definit, alterationem eſſe motū ad qualitatem, & 1.de Gen.t.10.& 25. eſſe mutationem in paſſionibus .i. qualitatibus. Quare cum 7.phyſ. c.2. & 3. arctet, terminum alterationis ad qualitates tertiæ ſpeciei, ſibi repugnare videtur.

45 *Rationes eiusmodi ſunt Ariſt. & explicātur.* Ego verò, ne ab Ariſt. diſcedere videar, rationes prædictas conabor explicare potiùs, quàm negare, librum eſſe Ariſt. cum communiter recipiatur, vt oſtendi in explicat. libri 7. difficul. 1.

Alteratio dupliciter accipitur. Vnde Alterationem dupliciter accipi apud Ariſt. teſtantur Peripatetici; primò largè pro mutatione ad quamlibet qualitatē, ſiue perfectiuam, ſiue corruptiuam, & ita accipit locis in contrarium citatis.

Secundò ſtrictè, & ita accipit dum ad qualitates ſolùm tertiæ ſpeciei affirmat, ex quo ſoluitur omnia contrarietas.

Exigit autem hæc alteratio ſtrictè ſumpta duas conditiones, ex Peripateticis primā, vt qualitas, quæ acquiratur non ſit idē re cum termino prius acquiſito, nec ad illum ſequatur quaſi per accidens, idem præter intentionem naturæ, vel ſi ex intentione naturæ non ſequatur neceſſariò vt perfectio debita in primo inſtanti, ex quo excluduntur à terminatione alterationis relationes prædicamentales, proprietates, figura, & ſimilia, quare Ariſt. exigit ad terminum alterationis ſtrictè non ſolùm, vt per ſe terminet ſecundariò, & reſultanter, ſed per ſe primò, nam de hoc termino hîc loquimur.

Secundò illa exigat qualitatem ſibi cōtrariam in ſubiecto præexiſtentem, ex qua alteratio procedat vt à termino *à quo*, ea qua fit, vt virtutes, & vitia, ſcientia, & error non ſint termini alterationis, quia licèt illa habeant contrarium, non tamen acquiſitio eorum procedit per ſe ea contrario, quia ſcientia poteſt acquiri, etiam ſi non ſupponatur error in intellectu, & ſic error non præſuppoſita ſcientia, & idem patet de virtutibus, & vitijs.

Solùm circa has conditiones quæri pōt cur Ariſt. illas mutationes appellauerit alterationes, quæ habent has conditiones, & non omnes, quæ ſunt ad cæteras qualitates. Sed ad hoc facilè reſponderi poſſet, nominum impoſitionem eſſe ad placitum, & ideo nō eſſe quærendam aliam rationē; cur enim natura illa animalis ferocis dicatur leo, & non equus, non eſt alia ratio, quā voluntas imponentis nomen, quod ob id dicitur ſignificatiuum ad placitū; At quia Ariſt. videtur in vſu huius nominis ſequutus antiquos, ideo dicēdum videtur, Ariſt. ſequutum communem modum loquendi appellaſſe alterationem acquiſitionem illarum qualitatum, quæ per ſe fiunt cum aliqua ſubiecti perturbatione, vt quæ eſt ad qualitates tertiæ ſpeciei.

Ad primam difficultatem, Reſpondent aliqui habitus intellectus, & voluntatis non eſſe ſenſibiles, & ideo ad eos nō eſſe motum ſenſibilem, qualis eſt alteratio, de qua loquimur. Sed nō omnino placet, quia illi motus pertinent ad ſcientiam phyſicam, ideo habere debent aliquam cōnexionem cum ſenſibilibus. Quare ego Reſp. illos per ſe non acquiri ex contrario poſitiuo, quia licèt aliquando ſic acquirātur, tamen id non eſt neceſſarium, atque adeo non eſt per ſe, vt patet in habitibus primò acquiſitis; Neque Ariſt. dum habitus dicit eſſe relationes, loquitur de habitibus intellectus, & volūtatis, ſed de corporeis, q cū cōſiſtāt formaliter in aggregatione plurium qualitatum, videntur connotare aliquam habitudinem illarum qualitatum inter ſe, & cum ſubiecto, vt ſanitas, & pulchritudo, & ſimilia; nam tunc denominationem recipiunt, cum habent illam cōmenſurationem, vel inæqualitatem, non tamen ſunt verè relationes, imò non afferuntur quaſi ſint verè ſub prima ſpecie qualitatis, ſed vt exempla ſunt ex vulgi opinione. Ex quo patet, probationem ſumptam ex relatione non eſſe efficacem, ſed apparentem. 46 *Difficultatibus primæ rationis ſatisfit.*

Ad 2. difficultatem patet ex dictis, nam non probat id Ariſt. ex eo, quod inde ſubiectum perficiatur, vel imperficiatur, quia magis perficitur ſubiectum per auctionē, & imperficitur per diminutionem, quàm ex his motibus, & habitibus.

Ad 3. Reſp. vitium poſſe acquiri in ſubiecto, in quo non eſt contraria virtus, & contra, quare acquiſitio non eſt per ſe ex propria ratione ex contrario in contrarium.

Ad 4. primò ex opinione Platonis dicentis, ſcientiam eſſe quandam reminiſcētiam, rectè procedit argumētum, quo vtitur, vt ſua oſtendat eſſe conformia antiquorum principijs, licèt ipſe aliter probauerit

uerit

uerit ad scientiam non esse alterationem, s. quia per se non est ex contratio errare, vt patet ex dictis, & præterea non semper illa acquisitio est successiua. Neque illa ratio, qua negatur, scientiam esse terminũ per se primum alterationis, quod .s. acquiratur ex præuia experientia, valida est; nã experientia est quidem aliquando necessaria ad quædam principia initio cognoscenda, non tamen ad habitum scientificum, qui acquiritur ex frequentatis actibus immediatè.

Ad 5. Rectè ibi probari, ad sanitatem, vt dicit aggregationem omnium qualitatum non esse per se primò alterationem, sed inde non fieri, quin ad singulas qualitates inclusas in illo habitu aggregato sit alteratio per se primò, vt patet ex intensione caloris, frigoris, & cæterarum qualitatum: An autem sanitas vt dicit vnã simplicem qualitatem resultantem, vt cæteræ qualitates secundæ, sit terminus per se primus alterationis, pendet ex duplici quæstione, prima an detur huiusmodi qualitas, quæ pertinet ad medicos, vel ad secũdum librum de Gener. Secũda an secundæ qualitates sint terminus per se primus alterationis, de qua infra.

De pulchritudine verò satis constat, nõ esse vnam simplicem qualitatem, imò neque vnum ens per se, ideo non est cur esse possit terminus per se primus alterationis.

47 Ad 6. patet ex dictis, motum esse inter terminos per se primò contrarios, at non sic acquisitio virtutis vel vitij, & idem dicitur de actibus animæ.

Satisfit difficultatibus cõtra secundã rationẽ. Hinc facilè Respondeo ad difficultates contra secundam rationem.

Ad primam Resp. species intentionales terminare quidem alterationem largè sũptam, non tamen alterationem strictè sumptam, quia species nõ exigunt in subiecto oppositas, vt acquirantur, deinde fiunt in instanti, sicut lumen, quod non terminat alterationem strictè sumptam. Dices calor est terminus per se primus alterationis, & tamen vt dispositio subiecti pertinet ad primam, & vt est potentia actiua ad secundam. Resp. cõmuniter esse terminum nõ vt est dispositio vel potentia, sed vt est in tertia specie, quia ad illam pertinet secundũ se. Sed de hac re videnda, quę scripsi in logica tr. 16. q. 3. & 4.

Ad 2. cõcedo, ad figuram esse alterationem, quæ distinguitur à generatione, illa autẽ est alteratio largè accepta, vt ibi probatur, non tamen esse terminum alterationis strictè; nam licèt acquiratur successiuè, tamen acquiritur consequenter, scilicet ad acquisitionem formæ acquisitæ per motum localem, vel augmentum, vel alterationem.

Neque est cur hic examinemus mentẽ Arist. in 7. physic. cur scilicet in 7. phys. disputet de termino alterationis, nam suo loco plura diximus, ibi primariò disputari de simultate mouentis, & mobilis, idque probare inductione ex varijs motuum generibus: solùm hic explicandum, quid sentiendum de secundis qualitatibus.

ARTICVLVS IX.

An ad secundas qualitates sit per se primò alteratio.

PRimò Not. secundas qualitates appellari, quæ supponuntur in subiecto primas, vt est sapor, color, odor &c. quia resultant ex primarum mixtione, vt dicemus suo loco, vbi etiam de sono disputabitur, an inter secundas qualitates numerari debeat. 48 *Secundæ qualitates quæ nam sint.*

2. Notand. ex dictis patere conditiones termini, qui per se primo terminat alterationem, & motum; non enim dicitur per se primò terminare quod immediatè, & formaliter terminat motum, ex vi cuius existit, quia sic omne ens productũ diceretur per se primò, & formaliter terminare motum suum, cuius est terminus siue consequatur ad productionem alterius, siue non. Sed hæc perseitas prima in termino attenditur respectu intensionis naturæ agentis, quomodo agendo intẽdat totum id, quod habet connexionem cum sua actione. Vnde in hac quæstione supponitur, multa sequi ex vna actione cum ordine quodam saltem secundũm naturam, vt v. g. relatio, quæ est in genito, non est terminus per se primus productionis, quia licèt ipsa immediatè terminet motum resultantiæ, tamen non intenditur à producente fundamentum v. g. album, vel substantiam, &c. ex quo resultat, sed existit præter intentionem agentis; vnde dicitur terminus potiùs per accidens, quàm per se. Aliquando tamen intenditur quidem à natura, sed secundariò; vnde fit, vt sit terminus per se quidem, sed secundariò. Quare dubitatur, qualem rationem terminandi habeãt qualitates secundæ, an per accidens, an per se, *Cõditiones termini alterationis quæ n. m.*

an per se primariam.

Secundæ qualitates per se intẽduntur à natura.

3.Not.qualitates secundas per se intendi à natura satis constat ea eo, quod sunt species perficientes vniuersum, & necessariæ ad eius perfectionem cum sint obiecta sensuum: quare manet difficultas de persertate primaria.

4.Not.quæstionem non intelligi de secundis qualitatibus apparentibus, vt sunt colores, qui in corporibus apparent ea reflexione, seu refractione lucis,& commixtione cum opaco, & raro vt sunt colores apparentes in collo columbæ,& in iride, quia illi vt non sunt veri colores, ita neque terminant alterationem veram, sed quæstio est de veris qualitatibus secundis.

49 *Alteratio est per se ad secundas qualitates.*

Dico primò ad secundas qualitates est per se alteratio, quia sunt species intentæ à natura ad complendam perfectionem vniuersi, vt patet ex eorum finibus, nã sunt obiecta sensuum ordinata ad condimentũ operationum naturalium, vt facilius,& delectabilius fiant, vnde non resultãt ea prioribus motibus per accidens .i. præter intentionem naturæ.

Qualitates secũdæ quo modo intendũtur à natura vniuersali, & particulari.

Dico 2. secundæ qualitates licet per se primariò intendentur à natura vniuersali, tamen secundariò intenduntur à natura particulari.

Prima pars patet, quia omnes species per se necessariæ ad perfectionem vniuersi intenduntur primariò à natura vniuersali, quia hæc respicit primariò bonum vniuersi, siue illud acquiratur immediatè per actionem agentis, siue consequenter, & mediatè, quia illa media ordinat ad finem cõsequentem ad alium motum.

2.Pars probatur, quia natura particularis primariò intendit terminum, qui formaliter terminat suam actionem, & respectu illius vel p accidens se habet ad aliud, quod consequitur, etiam si necessariò sequatur, vel saltem secundariò.

At omnes qualitates secundæ sequuntur ad terminos aliarum actionum primariò intentos à causis particularibus efficientis illarum actionum, vt patet, quia cum hæ qualitates non se mutuò immediatè pducãt, cũ nõ sint actiuæ actione reali, sed solum intentionali ea communi, necessariò fit, fieri ad mutationem factam quoad terminos alios, vt v. g. ad generationem formæ substantialis, vel ad mutationem quoad primas qualitates, vel ad mutationem localem vel ad mixtionem elementorum.

Dices sæpe fiunt ex mixtione rerum coloratarum, vel sapidarum, &c. at tunc generantur nouæ qualitates per se, & primariò. 50

Respon. ibi non propriè produci nouas qualitates, sed præcedentes inter se contẽperari, vnde apparent sensibus diuersæ qualitates, cum tamen verè ibi tantum fit species attemperata ex actione qualitatum mixtarum.

Dices 2. Experientia docet, iuuenes rubescere ea verecundia, & alios ex timore pallescere; at ibi nullus præcedit motus; ergo. Resp. ibi non generari nouos colores; sed præcedentes apparere, nam ex verecũdia sanguis, qui rubedinem habet concurrit ad genas, & ex timore sanguis concurrens ad partes interiores relinquit genas sine rubore, & cum proprio colore.

Color rubens verecundiæ, & similes qualitates quomodo se habeant.

Resp. 2. neque illi colores primariò fierent, quia consequerentur ad motum priorem, siue passionum, siue localem.

Dices 3. in Polypo producuntur colores à coloribus rerum quibus adhærent ex Arist. 9. de hist. anim. c. 37. Plinio lib. 9. c. 29. & alijs apud Conimbr. 1. de Gen. c. 4. q. 1. art. 3. vnde Pisces colore decepti ad illum accedentes deuorantur, vt ait Basil. hom. 7. de mundi opif. & Ambr. 5. Hexam. cap. 8 & idem de Camaleonte refert Plutarchus in symboliacis. August. 11. de Trin. cap. 2. ex Arist. 2. de hist. anim. c. 11. & alij apud Conimbr. & idem de Tarando (quod animal est apud scitas bouis magnitudine bifida vngula, ramosis cornibus, vrsino colore, & ceruino capite simili;) refert Plinius l. 8. c. 34. Solinus Poly. hist. c 43. 51

Polypi colores, & similium similes qualitates quomodo se habeant.

Resp. negando esse aliquam productionem colorum in corporibus illis; vnde ad exempla primò aliqui respondent negando hanc mutationem colorum in his animalibus, licèt plurimi id testentur, nam sæpe fit, vt ea falsa relatione vnius, cæteri decepti idem scripserint, quibus non maior fides habenda, quam illi vni, à quo acceperunt, nam non referunt ex propria, sed aliena experientia; & quia vulgus facilè ad credenda huiusmodi mira inclinatur, fama facilè percrescit, quam vulgi opinionem sapientes libenter sequuntur, vt suos libros admirabilibus repleant, vt lectores delectent, vt patet ex multis, quæ sunt ab auctoribus scripta, quæ falsa esse experientia docuit, vt. De Phœnice seipsam comburẽte, de Vipera in partu à sua prole discissa,

De

De vrsis parientibus informes partus, & lingua illos formantibus, & similia. Sed non placet, quia non est philosophi ad euitandam difficultatem inuestigandi rationem, experientiam tot testibus confirmatam negare, donec constet ex auctoritate magis peritorum, falsum esse priorum dictum: Deinde Polypi omnibus sunt noti, de quibus experientia narratur.

Plutarchi ad id resp. Resp. 2 Plutarch. lib. de caus. natur. cap. 19. in Polypo apparere colorē adiacentiū saxorum ex eo, qood athomi ex illis decisæ, & receptæ in illius corpore multis foraminibus, ac meatibus respersio, illud animal vndique quasi vestiunt, atque corpus sic vestitum species talis coloris emittit.

52 *Plutarchi resp. cur nō placeat.* Sed hæc responsio sapit Democraticam Phylosophiam, s. actionem fieri per defluxum corpusculorum ab agente, quod impugnat hic Arist. à t. 57. ad 76. nam agendo diminueretur corpus contra experientiam, neq; satisfacit Plut. dum ait, id euenire peculiari ratione in illis corporibus, quod illa saxa continua maris alluuione irrigata, & percussa frustula à se dimittant, quæ restaurentur per nouarum partiū generationem, ex vi alluuionis.

Tum etiam si adhæsio fiat duro saxo, ex quo nihil possit decerpi adhuc apparet eadem experientia; tum quia non est probabile ea frustula tam breuis Polypi adhærescere, vt illis vndique vestiātur; tum quia vt fluctuantes vndæ maris ea frustula decerpūt à saxis, ita faciliùs à Polypi corpore extraherent; ex quo patet non posse idem dici de alijs similibus.

Aliorum ad idem responsiones, quæ omnes refelluntur. Resp. 3. Theophrastus, id oriri ex natiuo timore illius, vnde quolibet strepitu audito, vel piscatore viso non audet fugere, sed saxis primò occurrentibus adhærescit; ex quo timore commoti spiritus illū colorem reddunt.

Sed contra, tum quia potest quidem motus pallorem inducere, vt experientia constat ob sanguinis ad interiora confluctiū, non tamen inducere colorem saxi cui adhæret.

Tum quia ea mutatio cernitur, quando est causa motus; ex quo patet, hanc rationē nec posse habere locum in Camaleonte, vt putat Plutarchus loc. cit.

53 4. Resp. alij, id oriri ex imaginatione illorum colorum, siue procurata ex naturali instinctu ad insidias moliendas pisciculis, vt sibi victum comparet, vnde ab Arist. loc. cit. etiam si alioqui stolidus, tamen egregius æconomus ob id appellatur, vt putat Plut. lib. An plus rationis insit aquatilibus, quam terrenis.

Siue ex Aug. 11. Trin. c. 2. loquens de Camaleonte, quod colores proximi saxi videns, ob motum vehementer illos imaginatione apprehendit, & quia appetitus circa imaginem sensui impressam vim tātam habet, vt colores per illam corpori facilè capacia impressionum, qualis est Camaleon, (& idem dici potest de Polypo) tum quia ob tenuitatem pellis, tum quod totus pene est pulmone repletus, atque adeo corpore aereo facilè impressionem recipit. Quæ Aug. doctrina confirmari potest ex imaginatione, & appetitu mulierū dum concipiunt, vel dum sunt grauidæ, cū imprimantur colores, & res imaginatæ, & concupitæ fœtibus. Neque obstat, quod imaginatio haberet hunc effectum iam obiecti coniuncti, quàm distantis, nam coniunctum magis manet, & vehementiùs timetur. Neque obstat, quod non quælibet imaginatio hos effectus parit, sed vehementissima, qualem probabile est semper esse in Camaleonte: nam aduersarij affirmare possent, imaginationem colorum adiacentium semper esse vehementissimā in illis.

Sed adhuc non placet Conimbr. quod talis coloratio corporū non oritur ex corporibus, quomodocunque coniunctis, sed tantùm suppositis, quæ vt non tantùm attente videntur, ita neque possunt mouere imaginationem, sicut visio obiectorum, quæ sunt ante oculos.

Ego addo, si ex imaginatione oritur ille effectus ob timorem illorum corporum, ad illa non accederent, sed potiùs refugerent, cum ex timore obiecti mali oriatur non prosequutio, sed fuga.

Resp. 5. alij, oriri ex humoribus talium animalium variè coloratis, qui ex occasione præsentiæ alicuius obiecti mouentur ad partes externas iuxta exigentiam colorum, qui sunt in obiectis diuersi: vt sanguis mouetur ad faciem ex verecundia, & contra bilis, &c.

Sed non est probabile, esse tantā diuersitatē colorum in eorum humoribus cum dissecta non appareat illa diuersitas.

Resp. 6. Arcs. 1. de Gen. disp. 3. q. 28. sect. 4. eam varietatem colorum esse apparentem, qualis est eorum, qui apparent in collo columbæ; nam vt hi ex diuerso situ aspecti varij apparent, ita corpora horum anima-

animalium recipientia species colorum diuersorum, diuersis coloribus apparent colorata, eo quod cum corpora læuia habeãt facilè reflectunt species obiectorum ad oculos intuentium permistas cum speciebus propriorum colorum: & has species fortè Plutarchus appellauit athomos. Neq; cum dicitur apparere colores, vt in collo columbæ, omnimoda similitudo asseritur, sed generica quædam; quod sicut lumen cum coloribus colli columbæ mittũt species varias ad oculos positos in vario situ, ita species colorum horum animalium permixtæ cum speciebus colorum corporum adiacentium per reflexionem mittũt diuersas species iuxta diuersitatem obiectorum.

Hæc ratio videretur probabilis si illa repræsentatio colorum esset respectu corporum quomodocunque adiacentium; sed cum non reddantur colores, nisi saxa sint supposita corporibus non videtur omnino satisfacere. Deinde si diuersitas esset ex varia reflexione, cum ad oculum positum in diuerso situ fit varia reflexio, ibi appareret respectu illorum diuersi colores, contra experientiam.

54 Resp. 7. Conimb. Hæc animalia non verè colorati, sed apparere colorata tali colore, eo quod cum cutis corporum eorum fit valdè tersa, & valdè perspicua, species corporum illis suppositorum, transmittuntur per eorum corpora ad oculos intuentium, atque adeo corpora illa apparent tali colore respersa. Probatur hæc ratio ex eo, quod animalia non apparent colorata ex corporibus iuxta positis, nisi sint in tali situ, vt species mittant per animalium corpora tanquam per medium eo modo, quo videmus in muro colores corporum oppositorum ratione specierum ibi refractarum. Sed non placet alijs tum primò, quia non videtur tanta perspicuitas in horum corporibus, vt apparet ex ipsorum cadaueribus. Tum 2. quod ex Conimbricensibus medium proprio affectum colore inficit species transmissas per illud ab alio obiecto, vt v. g. vitrum proprio affectum colore communicat potius suum colorem, obiectis transmittentibus species per illud, quàm inficiatur colore illorum. Tum 3. quia Chamæleon, nec album, nec rubrũ recipit colorem, & tamen obiecta hæc per perspicuum species transfundunt.

Auctoris responsio. Ego verò Resp. effectus non cogniti nisi auditu, & per propriam experientiam non animaduersi, difficile posse adæquatam rationem reddi. Quare non displicet opinio Aug. id referentis in vim imaginatiuæ, sic mouentis humores internos instinctu naturæ, vt reddat tales colores fine à natura præstituto.

QVÆSTIO I.

De subiecto Alteratiuis.

DVBITATIO I.

An punctum possit alterari.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò Not. Certum esse subiectum habens quantitatem posse alterari, sed dubitatur solùm de subiecto indiuisibili, de qua Tol. 1. de Gen. 4. 16. 1

2. Not. Indiuisibilia entatiuè possunt aliqua alteratione alterari aliqua non. Patet, nam Angeli, qui sunt entitates indiuisibiles, possunt perfici qualitatibus, vt gratia, &c. non tamen recipere qualitates materiales, vt calorem: quare difficultas est de indiuisibilibus quãtitatiu, de quibus Arist. agit 6. phys. t. 86. vbi ait, indiuisibile non posse moueri per se, posse tamen per accidens, idest ad motum alterius, & 5. de Gener. t. 64. Indiuisibile ait esse impossibile. Nos, quæ de motu locali sentiamus, diximus in physicis; hic tantum de alteratione loquemur.

Nõ est hic sermo de indiuisibilib. entitatiuè.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

PRima Concl. Indiuisibilia si dantur in continuo possint alterari per accidens. est Veneti in summa cap. 24. Tolmi loc. cit. Bann. 1. de Gener. c. 9. q. 4. Boccaf. in 1. 67. fol. 110. Soto 6. phys. q. 4. Tat. q. vlt. Scot. in 4. d. 10. q. 9. 2

Puncta, si dantur, alterari possũt per accidẽs.

Probatur primò auctoritate Aristot. 6. phys. t. 86. vbi distinguitur, dupliciter aliquid posse moueri per accidens; primò tanquam res separata existens in eo, quod per se mouetur, vt nauta mouetur ad motum nauis; secundò tanquam id, quod formaliter inest in re, quæ per se mouetur, vt pars, vel vt accidens; & dixit, hoc secundo modo punctum moueri, non quia sit pars

Punctũ quomodo potest moueri per Arist.

T 1 con-

continui, si quis est in continuo, vbi verè loquitur de motu locali, sed inferri potest conclusio ex identitate rationis, & quia reprobat opinionem Democriti, qui dicebat, indiuisibilia posse etiam moueri per se motu alterationis.

Confir. ex 1. de Generat. 63. vbi reprobat opinionem Democriti, & Leucippi, qui dicebant, corpora indiuisibilia esse principia actionis, & passionis, idest alterationis.

Secundò probatur. Cum in continuo sint indiuisibilia, alterato continuo toto, debet etiam alterari quidquid est in continuo, saltem per accidens, nam vt causa per accidens dicitur, quod accidit ei, qui est causa per se, vel effectus per accidens dicitur, quod accidit ei, qui est per se à causa; ita per accidens dicetur alterari, quod est coniunctum cum eo, quod per se alteratur; & hæc accidentia alterari per indiuisibilia, concedunt omnes. Sed difficultas est, an ita alteretur, vt in se recipiat qualitaté, sicut pariter dicitur alterari per accidés, quia in se recipiat qualitatem; vnde sit.

Quæstio est an indiuisibile recipiat qualitatem in se.

4 *Indiuisibilia si in quantitate sunt alterari dicuntur.*

Ponuntur indiuisibilia in qualitate,

Secunda Conclusio. Indiuisibilia, si reperiuntur in continuo, alterari dicuntur in se recipiendo indiuisibile secundùm extésionem qualitatis pro explicatione Notandum; Sicut in quantitate ponuntur indiuisibilia, quibus continuatur, & terminatur quantitas; ita in qualitate, & qualibet re habente latitudinem, ponuntur indiuisibilia qualitatis, quibus terminatur, & continuatur latitudo ipsarum; & quia in qualitate est duplex latitudo, altera secundùm intensionem, altera secundùm extensionem, dicimus indiuisibilia qualitatis secundùm extensionem subiectari in indiuisibilibus quantitatis. Nam sicut tota quantitas continuatur indiuisibilibus; ita etiam qualitas continuari debet proportionalibus indiuisibilibus; quod probo, quia quale vt sic non est continuum, sed quatenus extensum, & extensum non fit continuum, nisi per continuatiua, sed qualitas est extensiuè continua; ergo habet continuatiua; nam quantitas tribuit suum effectum formalem calori, v.g. secundùm totum esse; sed qualitas habet partes, & continuatiua partium; ergo tribuit calori partes, & continuatiua partium.

Arguitur à quantitate ad qualitatem.

Confir. quia alioqui agens non ageret in totum subiectum, quia v.g. non calefaceret entitates punctuales subiecti.

5 Confir. 2. ex Buccaf. nam datur corpus vniformiter calidum, & vniformiter difformiter; sed hoc non posset esse, nisi ponantur indiuisibilia calida; ergo. Minor probatur quia vniformiter dicitur, quando secundùm quodlibet eius punctum est vniformiter calidum. Difformis vniformiter dicitur, cum est difformis caloris per totum, ita tamen, vt quanta est distantia vnius gradus ad alterum, tanta sit illius ad alterum, quare nulla pars esset æqualis caloris; tunc si nulla pars est æqualis caloris cum altera; ergo quilibet gradus caloris est in puncto indiuisibili; nam medius gradus existés in medio latitudinis vel est indiuisibilis, & habetur intentum; vel diuisibilis; ergo secundũ vná sui partẽ esset æqualis caloris: & quia, cum quælibet pars habeat partes, essent duæ partes æqualis caloris, & per consequens subiectum non vniformiter difforme.

Non posset dari subiectum vniformiter difformiter affectum qualitate.

Resp. hic Bucc. negãdo, in parte diuisibili esse calorẽ æqualẽ, qa nulla pars æqualiter distat à x. agẽte sm̃ oẽm sui partẽ, sed sicut vna pars est illi proximior altera, ita recipit intensiorem quàm altera.

6 Dices: An hæc qualitas punctualis possit esse capax extensionis.

Resp. naturaliter negatiuè, etiam si sit intensissima, quia sicut linea etiam si sit lõgissima, non potest esse capax extensionis secundùm latitudinem; ita hæc qualitas naturaliter extendi non poterit, nam non est propriè qualitas, sed quid continuatiuum qualitatis, de cuius ratione est continuare qualitatem, & illam terminare.

Indiuisibilia qualitatis naturaliter extendi nequeunt.

Dices: An saltem per potentiam Dei possit extendi.

Respondeo: licèt videatur posse extendi, ex eo quod illa latitudo intensiua non est distinctæ rationis à latitudine extensiua; quare sicut qualitas reducta ad punctum posset deinde extendi, ita etiam hæc qualitas ratione plurium graduum extensionis videtur posse recipere quantitatem. Sed tamen omnino videtur dicendum, quod neque per potentiam Dei posset illa qualitas punctualis etiam intensissima extendi à quantitate, quia ex natura sua est incommensurabilis quantitati, & tota illa intensio est diuersæ rationis à partibus qualitatis, quæ sunt capaces extensionis: vnde si sumantur centum gradus huius indiuisibilis qualitatis, nunquam possunt efficere minimum gradum qualitatis extensæ; hoc autem non est in qualitate, cũ reducitur ad punctum, quia illa innaturaliter esset in pũcto, quia ex natura sua requireret extẽsionẽ. Huic aũt ita est intrinseca inextẽsio, vt ei omnino repugnet extẽsio.

Indiuisibile qualitatis supernaturaliter nec extendi põt.

Diuersa ratio est de quantitate reducta ad punctum.

Et

Et confir. quia si latitudo illa intensiua punctualis posset commensurari quantitati continuæ; tunc plura puncta possent cōmensurari quantitati, cum repugnet, quantitatem componi ex punctis. Consequentia patet, quia latitudo punctualis non est aliud, quàm plura puncta vnita simul.

7 *Negant in qualitate indiuisibilia.*

Cōtrariū tenēt Mars. 1. de Gen. q. 2. Saxon. q. 17. & inclinat Georg. 6. phys. tr. 2. q. 1. d. 2. primò, quia omnis alteratio est successiua: sed in puncto non potest esse successio ex parte subiecti, vt patet; neque ex parte qualitatis, quia deberet esse resistentia ex parte alterabilis: sed in puncto nō pōt esse vlla resistētia, nā cū pūcta sint alterius finitæ virtutis, & cum qlibet aliud pūctū habeat qualitatem similē, & æqualem; tot erunt virtutes æquales, quot puncta; sed puncta sunt infinita; ergo infinita resistentia in quocunque minimo agente, vnde in quolibet esset infinita virtus, quia quodlibet punctum esset alicuius virtutis æqualis alteri; neque est simile de partibus proportionalibus, quæ sunt alicuius virtutis, quia non sunt infinitæ partes lineæ eius quantitatis, & virtutis; sed hìc sunt infinita puncta alicuius virtutis, vnde resultat ex illis vna virtus infinita.

Probant ex eo, quia argueretur infinitas virtutis.

Affertur disparitas de partibus proportionalibus.

Confir. quia daretur minima qualitas, nam qualitate punctuali non potest dari minor.

Tolleretur ab ea omnis virtus.

Confir. 2. quia nullius esset virtutis, illa .n. esset in infinitum remissa, nam nullius esset intensionis, vnde non posset agere, neque resistere.

8 *Qualitas punctualis nequit agere.*

Confir. 3. quia si omnis qualitas debet habere aliquam actiuitatem; sed qualitas in puncto non potest habere actiuitatem. Probatur minor, tum quia agens, quò minuitur secundùm intensionem, eo agit secundum minorem distantiam; ergo si tollitur omnis extensio ad nullam distantiam aget; tum secundò quia haberet aliquam proportionem cum qualitate agente, quæ est in subiecto extenso, quod videtur absurdum, nam ita 3. cœl. 27. probat Aristoteles, non posse punctum, & corpus moueri in æquali tempore; tum tertiò quia lumen posset videri sub minori, & minori quātitate, quia produceret species sub minori, & minori quantitate contra Arist. de sensu, & sens. &c. tum quartò quia agens habere debet coniunctum cum passo; at punctum non potest habere, vt Tolet. arg. 2.

Aliæ rōnes contra indiuisibilia qualitatis.

Respondetur concedēdo, dari hanc virtutem ita infinitam, vt est numerus punctorum, scilicet syncategorematicè, nam licèt sint æquales quoad virtutem, tamen infinitas non est ex ratione virtutis, sed ex ratione punctorum, quę sunt infinita secundùm diuisionem continui secundùm partes proportionales; sicut si esset calidum vt octo, licèt possint in eo signari partes æqualis intensionis, vt octo in infinitum; non tamen efficitur, vt agens sit infinitæ virtutis, quia illa signatio fit non ex ea parte, qua est æqualis, sed ex ratione extensionis, secundū q̄ fit diuisio secundum partes proportionales, & idem sequi ex partibus proportionalibus patet ex eo, nā licèt fiat secundùm partes minores &c. tamen semper fit secundùm entitatem maiorem, quā sit in puncto. vt benè Tolet. ad 3. contra 2. conclusionem.

In quo sensu concedatur virtus infinita in indiuisibilib⁹.

9 Resp. 2. Ideo puto, non posse dari hæc indiuisibilia, et si dantur, probabilis est sententia, quæ dicit, non posse alterari.

Ad primam confir. Resp. illam non esse qualitatem, sed indiuisibile qualitatis, quo non est absurdum, non dari minus.

Non datur minus indiuisibili.

Ad 2. negatur, esse in infinitum remissum; haberet enim suam intensionem, & virtutem qua posset dari remissior.

Ad 3. Respon. negando minorem, nam coniuncta qualitas illa cum qualitate extensa ageret producendo sibi similem qualitatem.

Et ad primam probationem Respond. totum augmentum sphæræ secundùm extensionem non oriri solùm ex extensione subiecti; sed dari aliquam intensionē qualitatis, vt dicemus cum de Auctione.

10 *Quam proportionem habeat qualitas in puncto, & qualitas extēsa.*

Ad 2. Resp. actiones habere quidem proportionem inter se, non quidem quod producant eandem qualitatem, sed in producendo proprio effectu, nam dum calor extensus producit calorem, indiuisibile caloris producit indiuisibile caloris: neque hoc repugnat Aristoteli, sed solùm quod nō sint respectu eiusdem effectus actiones comparabiles.

Ad 3. Resp. non sequi, quia non dicimus, qualitatem in puncto separatim agere, sed vnito simul.

Ad 4. Id verum in ijs, quæ per se agunt, & alterantur.

Secundò obijcitur, Punctum non potest esse quale; ergo nō potest alterari. Pro probatione antecedentis Mars. ponit, qualitatem existentem in subiecto diuisibili non posse poni in puncto, quia esset finita,

Probant, nō posse fieri quale punctum, quia qualitas esset infinita.

& infinita. Primum sequi probat, tum quia non maior, quàm fuit ante, tum quia potest esse qualitas ea intensior, nam cum sit dupla ad eam, quæ fuit in medietate; ergo quæ fuit in medietate fuit subdupla; quare finita; ex duabus autem finitis non potest fieri quid infinitum. Secundum sequitur, quia calor existẽs in toto habet duplã proportionẽ ad eius medietatẽ, & triplã ad caliditatẽ tertiæ, & quadruplã ad calorẽ quartæ partis, & sic deinceps: vnde si calor, qui est in palmo, ponatur in semipalmo, esset duplo maior, & si hoc in medietate semipalmi, esset triplo intensior, &c. ergo si poneretur in puncto ablata omni extensione, esset infinitè maior, quàm sit præcedens.

11 Confir. quia si subiectum fuisset calidũ vt octo, & tota qualitas poneretur in puncto, tunc essent infiniti gradus æquales in puncto.

Probat Mars. qualitatem in infinitum remissam dari non posse.

Secundò ponit, qualitatem non posse esse remissam in infinitum, tum quia se habet vt paruitas in quãtitate, nõ potest autẽ dari quantitas infinitè parua; tum quia omnis calor est alicuius virtutis cum sit forma, quæ autem est in infinitum remissa nullius est virtutis, cum omnis actio, & resistentia requirat certam intensionem. Tertiò quia se haberet vt punctum ad quantitatem, quod non est quantitas.

Tertiò ponit, quòd si totum agit ad aliquã distantiam, medietas eius non agit ad tantam distantiam; patet, quia extensio iuuat actionem, vt experientia patet; tum quia alioqui pars obiecti visibilis separata posset ita procul videri, sicut totum; tũ tertiò ex 3. phys. 42. 1. cœl. 47. in maiori corpore maior virtus. Quartò ex Lyncon. quod actio fiat per triangulum, cuius basis est quantitas agentis; triangulus autem eò maior, quo basis est maior. His positis, si punctũ reciperet qualitatem, vel haberet qualitatem in infinitum remissam, & esse non potest, vt in secundo supposito, vel finitè remissam; ergo esset comparabilis qualitati existenti in subiecto diuisibili; ergo parte qualitatis diuisibilis signata vel esset maior, vel minor in infinita aliqua proportione; quare deber dari pars, cui sit æqualis, & cum in hac sint infinitæ partes, eædẽ essent indiuisibiliter in puncto; vnde punctum esset infinitè qualificatum; nam in puncto constituerentur infinita habentia determinatam aliquam intensionem.

Esset in pũcto infinita qualitas.

Negat Toletus, qualitatem punctualem informare quantitatẽ.

Resp. ex Toleto, calorem punctualem etiam intensissimum non posse informare quantitatem; sicut linea nunquam potest fieri lata, quia illa qualitas quoad extensionem est ex natura sua indiuisibilis extensiuè, licèt sit diuisibilis quoad intensionẽ, nam partes illæ intensionis sunt inextensibiles per quantitatem.

Dices. Intensio ad extensionem se habet vt linea erecta ad iacentem, sed linea erecta potest coextendi iacenti. 12

Intensio ad extensionem nõ se habet vt linea erecta ad iacentem.

Ego Resp. negando proportionem, nam linea erecta solum debet mutare situm; sed calor intensus punctualis, si extenderetur, deberet necessariò conseruare aliquam intensionem, quod nõ fieret; sicut est impossibile, lineam erectam, si coextendatur iacenti, conseruare aliquam extensionem versus partem superiorem.

Dices: An calor existens in subiecto extenso, si redigatur in punctum, efficeret infinitam extensionem. 13

Negãt, qualitatẽ prius quantam redigi posse in punctum.

Resp. Aliqui negando casum; sed non est, cur negetur ab ijs, qui dicunt accidentia formaliter extendi per quantitatem, nã posset Deus auferre quantitatem, quare tunc redigeretur calor in punctum.

Intensiuè æqualem esse dicunt qualitatem extensam, & redactã in punctũ.

Resp. Alij, eo casu fore totum in toto &c. Vnde calor in vna parte extensus erit infinitè minor eo, qui erat in parte extensa, sed intensiuè erit æqualis priori: neque confundendæ sunt partes extensionis, & intensionis.

Dicunt, tantùm diuersitatem esse in modo essendi.

Alij 3. dicunt, redigi ad punctum, neq; tamen erit infinitus calor sed idem ac præcedens habens tantùm diuersum modum essendi improportionatum modo essendi in subiecto extensiuè.

Ego dico primò, Si tota entitas caloris palmaris redigatur ad punctum, non futuram maiorem intensionem, quia non quælibet vnio plurium graduum facit intensionem, sed tantùm eorum, qui sunt apti informare eandem partem subiecti; gradus autem redacti ad punctum non sunt apti naturaliter informare non solùm idẽ, sed nec vllum subiectum, quia qualitates hæ informant solùm subiectum diuisibile.

14 *Non quilibet gradus vniti efficiunt qualitatis intensionem.*

Confir. quia alioqui partes substantiæ redactæ ad punctum deberent similiter efficere intensionem.

15 *Huiusmodi qualitas nec intensa, nec extensa dicenda est.*

Dico secundò, hanc entitatem neque debere dici magis intensam, neque extensam, sed habere indiuisibilem modum essendi; neque huic multiplicationi graduũ est impositum nomen, quia non est connaturalis qualitatibus.

Dico 3. neque esse infinitam multiplicatio- 16

catio-

Negatur infinita multiplicatio.

cationem, licèt habeat modum essendi improportionatum cum modo essendi præcedenti, scilicet, quo existebat diuisibiliter; entitas tamen caloris tanta est nunc, quanta priùs, sub diuerso tamen modo essendi; quare falsò dicitur, posse sumi in infinitum partes æquales, nisi diuidatur secũdùm partes proportionales, sicut priùs, nã hac ratione non efficitur, vt sit infinita qualitas; non enim calidum vt octo palmare, quia diuiditur in infinitum in calorem vt octo, erit infinitum; quia diuisio, ex qua parte procedit in infinitum, solùm fit secũdùm partes proportionales: vnde eadem ratione si entitas illa reducta ad punctum diuidatur per partes æquales signatas, ex qua parte est qualitas extensibilis per quãtitatem, finietur tandem diuisio. Quod ita

Declaratur exemplo.

explico; signetur calor palmaris in decem partes, ita vt cuilibet entitati Deus imponat signum aliquod distinctum, & redigatur in punctum, tunc illæ eædem partes diuidi poterunt etiam si redactæ sint ad punctum. Neque potest Deus ex qualitate illa indiuisa formaliter, diuisibili virtualiter, sumere partem aliquam indiuisibilẽ

Negatur pars qualitatis indiuisibilis virtualiter.

virtualiter, quia quælibet ex illis etiam minima diuidi potest in infinitum, quare nulla est indiuisibilis virtualiter: neque opinandum est, totam illam qualitatem quasi diuisam in puncta, ita se habere vt calor, qui est in puncto: nam calor punctualis est extensibilis per quantitatem; calor verò ille reductus ad punctum, etiã si perdat partes extensionis; tamen secundùm quamlibet sui partem extendi potest; & sicut dum erat extensus habebat partes entitatiuas extensas, ita easdem entitatiuas nunc habet intensas, quarum vna posset annihilari altera conseruata, eandemque vnionem retinent nunc, ac priùs quando erant extensæ, nisi quod carent vnione cõtinuitatis, qua extra se mutuo existentes vnitæ erant. & de partib. entitatis Bagn. 1. de Gener. q. 6. n. 3. ar. 2. circa finem probat, quia plus materiæ est in pugillo terræ, quàm aeris; ergo materia habet alias partes à partibus quantitatis.

Confir. quia distinctio partium materię præintelligitur partibus quantitatis, quia quantitas est hæc in materia, in qua est, sed ipse contrarium opinatur.

Neque hoc argumentum magis vrget nos, quàm omnes cum eadem difficultas sit in condensantione.

17 Tertia Concl. Punctum, si esset separatum naturaliter, non posset alterari. Patet ex locis citatis Arist. vbi id expressè habet, nam 6. phys. 88. ait non solùm localiter sed neque secundùm formam posse moueri, & in 1. de Gener. 65. & primò eos reprobat, qui dicebant actionem, & passionem fieri per vacuum; indiuisibilia autem carent vacuo intercepto inter partes, cum careant partibus; igitur indiuisibilia non sunt actiua, & passiua ad inuicem. Hinc deducit, nullam qualitatem corpoream actiuam, & passiuam esse indiuisibilem, quia hæ insunt corporibus naturalibus, vt sunt principia agendi, & patiendi; quod secundùm ipsos est inconueniens, nam cum dicant, esse figuræ circularis, & calidas, debent etiam dare, alias esse frigidas; & si reperiuntur graues, & duræ, debent etiam reperiri leues, & molles; & quia potest esse vt vna aliam excedat, necessariò inter eas erit actio: vnde cõuenient qualitates actiuæ, & passiuæ. Quæ ratio, quanti sit facienda explicat, & tuetur Buceaf. ibidem, & Tol. q. 16. Secundò probatur ex t. 29. vbi reprobat opinionem dicentium res naturales componi ex indiuisibilibus, quia, inquit, non possent pati secundùm omnes partes, quia has partes ponunt esse indiuisibiles, quæ alterari non possunt.

Negat, punctum separatum naturaliter posse alterari.

Tertiò probatur ratione; & quidem de qualitate, quæ requirit extensionem facilè patet, nam cum illa requirat ex natura sua extensionem, non poterit vi agentis naturalis existere in subiecto inextenso; sed difficultas est, an possit recipere qualitatẽ indiuisibilem; qua in re quidam opinãtur, secundùm eos, qui dicunt, puncta esse realiter distincta, debere etiam dici, posse separata alterari, quia qualitas illa punctualis existens in puncto distinguetur realiter à qualitate extensa, cum nihil habeat à partib⁹ quãtitatis, & poterit existere, & produci etiam in puncto separato.

An possit recipere qualitatem indiuisibilem.

18

Punctum separatum nõ potest naturaliter recipere qualitatem indiuisibilem.

Ego verò vniuersaliter contrarium intelligo, non posse vi agentis naturalis in puncto separato recipi qualitatem punctualem. Ratio est, quia sicut vi agentis naturalis non potest separari punctum à quãtitate; ita neque huiusmodi indiuisibilia qualitatis à qualitate, quia habent necessariam cõnexionem saltem naturaliter, quia sunt instituta à natura, vt sint terminatiua, vel continuatiua qualitatis.

Confir. quia hæ qualitates cum sint dispositiones formarum, in eo esse poterunt, in quo formæ substantiales, quas certè in pun-

In puncto non possunt

produci formæ substantiales. puncto nullus dicet produci posse; sufficit tamen quantitas, vt fiat alteratio, vt patet in Sacramento altaris, quia suppler vicem subiecti, & quia naturaliter per quantitatẽ recipitur in subiecto.

Confir.2. quia similiter substantia posset alterari sine quantitate.

19 *Argumenta cōtra tertiam cōclusionem.* Sed contra hanc Conclusionem multa obijciuntur apud Tolet. quæ apud ipsum videri poterunt, & primò, quia in superficie sunt colores, nam 5. met. 57. dicitur peralba; sed id falsum, quia videmus tenuissimam dealbationem esse cũ aliqua corpolentia; Arist. verò loquitur de coloribus, vt sunt visibiles, & secundùm apparentiam, vt benè Buccaf. quod colores appareant esse in sola superficie corporis opaci, & eodem modo explicatur c. 3. de sensu, & sensili, & licèt tactus sit inter corpora ratione superficiei; tamen actio est in profundo corporis, quia tactus est tantùm conditio actionis, & passionis; vnde neque superficies se tangunt, sed corpora per superficies; & licèt superficies videatur proximior agenti; tamen non primò recipitur qualitas in illa, quia non est capax, & prætetea cum sit indiuisibilis non facit distare. Neque quod prospectiui dicunt, reflexionem scilicet fieri in puncto, ex qua reflexione fit calor, verum simpliciter est, vt Tol. Buccaf. & alij adnotarunt; nam reflexio fit secundùm qualitatem, longitudinẽ, & latitudinẽ, licèt mathematici, vt meliùs explicent suas propositiones, imaginentur fieri illuminationem per lineas: & sic etiã visionem, quæ tamen verè falsa sunt. & præterea neque hinc efficitur, alterari pet se, vt patet.

Secundò contra, nam punctum separatum potest moueri localiter; ergo etiam alterari.

Respondetur, esse diuersam rationem, quia vbicatio non requirit subiectum diuisibile, sed afficit quodcunque subiectũ, modò sit in spatio; quare vt moueatur sufficit, si virtute alterius trahatur, & mutet spatium: sed qualitas, quæ debet produci, requirit subiectum extensum, vel coniunctumcum subiecto extenso.

20 *Sequuntur aliæ obiectiones contra eādem.* Secundò obijcitur, quia mirabile est, quod punctum ponatur iuxta ignem, & non calefiat; Confirmatur, quia superficies si esset separata, posset calefieri; ergo etiam punctum; patet, quia qualitates hæ tam requirunt subiectum extensum secundùm profunditatem, quàm secundùm longitudinem, & latitudinem.

Confir.2. quia possunt alterari per aliud Indiuisibile qualitatis illis proportionatũ.

Confir.3. quia alioqui materia fieret aptum subiectum alterationis per quantitatem; ergo similiter & generationis; ergo quantitas priùs natura esset in materia, quàm forma substantialis.

Confir.4. quia si globus perfectè sphæricus applicetur igni, ita vt in solo puncto attingeret sphæram actiuitatis ignis, tunc calefieret globus in illo puncto; ergo etiã si esset separatum, quia quantitas reliqua nihil conduceret ad recipiendum calorẽ, nisi, quia subiectat punctum, in quo recipitur calor.

Confir. 5. quia si sphæricum esset albũ, & tangeret planum in puncto, tunc albefaceret planum in puncto.

Confir. vltimo, quia hæc accidentia nõ requirunt determinatam quantitatem; imò neque illam per se postulant, sed tantùm extenduntur per accidens ratione subiecti; ergo si illis daretur subiectum inextensum, possent in eo hæc subiectari.

21 *Obiectiones probant fieri posse supernaturaliter.* Respondeo ex his rectè fieri, vt per Dei potentiam punctum possit alterari; naturaliter tamen non concludunt, quia cum hæc sint accidentia physica, naturaliter à quantitate separari nequeunt; vnde punctũ separatum non posset aliud accidens in se subiectare; vnde patet ad argumentum, non mirum si non calefieret magis, quàm anima rationalis, dum vritur corpus.

Ad primam confir. Si id est in superficie, est quia ex natura sua hæ qualitates nõ aliam extensionem requirunt, & si etiam de superficie dubitem.

Ad 2. licèt dentur hæc indiuisibilia qualitatis, tamen naturaliter separari nequeunt ab alijs partibus, vt neque punctum à quãtitate. Vnde.

Ad 3. patet, priùs quantitatem requiri, licèt ex hoc argumento non colligitur, vt alibi, quia sufficit extendi per quantitatem genitam in instanti generationis, & rei corruptæ in tempore immediato.

Ad 4. non calefieret, nam hæc accidentia postulant extensionem necessariò, licèt non hanc, vel illam determinatam: vnde patet ad sextum.

Ad 5. Resp. eo casu non futuram dealbationem, quæ omnia videntur difficilia, quia positio hæc punctorum difficilis est, & ex illa hæc omnia sequuntur; quare meliùs faciunt qui ea negant.

DV-

DVBITATIO II.

An punctum possit per Diuinam potentiam alterari.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum, & Auctoris.

1 *Punctum non potest nec super naturaliter quidem alterari.*

PRima opinio est negantium, quia est essentialiter, formaliter, & virtualiter indiuisibile; ergo non est capax qualitatis exigentis in subiecto diuisibilitatem formalem, vel virtualem; sed omnis qualitas materialis exigit in connaturalibus subiectis diuisibilitatem formalem, & per potentiam Dei virtualem; ergo.

Confir. primò alij, quia si pũctum posset recipere qualitatem, haberet qualitates infinitas. Quia in qualibet parte qualitatis sunt infinitæ partes, quæ cum omnes ponantur in puncto, essent ibi infinitæ qualitates vt vnum, quia in singulis partibus est qualitas vt vnum, quæ omnes essent quasi diuisæ in puncto.

Confirm. 2. quia informatio essentialiter exigit proportionem inter informatiuum, & informabile; sed per potentiam Dei ea, q̃ sunt essentialiter improportionata, nõ possũt fieri proportionata, quia tunc tolleretur eorũ essentia, & destrueretur; sed qualitas extensa est improportionata puncto; ergo non potest per potentiam Dei informare punctum.

Confir. 3. quia forma in genere causæ formalis non potest eleuari ad informandum subiectum sibi non connaturale, vt patet, quia qualitas corporea non potest informare Angelum; ergo multò minus poterit informare punctum.

2 *Punctum potest supernaturaliter alterari.*

Secunda opinio est affirmatiua, quia licèt sit virtualiter indiuisibile in ordine ad extensionem quoad se, vel quoad locum; tamen potest habere virtutem recipiendi qualitatem diuisibilem indiuisibiliter existentem, quia ab hac non reciperet formalem, vel virtualem diuisibilitatem sibi oppositam.

Confir. 1. quia vt corpus potest habere modum existendi in loco indiuisibilem terminatiuè, & diuisibilem subiectiuè; ita punctum potest habere modum existendi indiuisibilem subiectiuè, sed terminatiuè diuisibilem, quod est in ordine ad qualitatem diuisibilem.

Confir. 2. quia potest moueri per locũ; ergo potest terminatiuè coexistere diuisibili; ergo virtualiter diuisibili.

Confir. 3. quia punctum distinguitur à qualitate, quod hæc sit naturaliter virtualiter diuisibilis; at punctum supernaturaliter, quia in se ex receptione qualitatis diuisibilis non reciperet diuisibilitatem, quia esset modo indiuisibili.

Confir. 4. quia potest recipere qualitatẽ indiuisibilem extensiuè, sed diuisibilem intensiuè.

ARTICVLVS II.

Respondetur ad argumenta primæ opinionis.

3 *Qualitas corporea cõ naturaliter tantùm exigit subiectũ extensum, non autem in ordine ad potentiã Dei.*

ET hæc opinio mihi placet. Vnde Respõd. ad argum. primæ opinionis. Ad primum, qualitatem corpoream exigere quidem connaturaliter subiectum extensum, non tamen in ordine ad potentiam absolutam Dei; sicut à simili frigus naturaliter exigit produci à frigore, cum tamen possit produci à calore eleuato per potentiam Dei; sic etiam corpus connaturaliter exigit esse in loco extenso ex vi suæ essentiæ, cum tamen possit poni in indiuisibili, & in loco diuisibili indiuisibiliter: imò cũ palmare non possit ex natura sua occupare nisi palmare spatium, potest per eleuationem occupare spatium centum palmorũ ex vi replicationis; ergo multò magis poterit Deus efficere, vt qualitas, quæ ex natura sua exigit esse in subiecto extenso sit in puncto.

In puncto non essent infinitæ partes diuisæ qualitatis.

Ad primam confirm. resp. negando, ibi esse partes qualitatis infinitas diuisas inter se, sed in puncto esse tot partes, quot erant in subiecto extenso, quia ex vi existendi in puncto non diuiduntur partes; sed secundùm intrinsecam perfectionem, secundũ quam est capax extensionis, manet eodem modo, vt priùs, quia modus existendi in spatio, vel in alio non mutat intrinsecam perfectionem sibi essentialem; Sicut corpus quantum ex eo quod omnes partes ponantur in puncto, non diuiditur in omnes sui partes, sed in ordine ad se manet v. g. palmare, vt erat priùs, ita qualitas extendibilis per palmum posita in puncto manet cum eadem perfectione entitatis in se vt erat priùs, sed tantùm variat modum essendi: imò cum est in puncto habet modum essendi magis vnitum, quàm non est

in

in loco extenso. Quare si positæ in quantitate continua non sunt diuisæ, multò minùs erũt diuisæ existentes in puncto. Neq; obstat æqualitas partium proportionaliũ, quia infinitas æqualium partium vni certæ tunc constituit infinitum simpliciter, quando illa est partium secundùm latitudinem, secundùm quam est infinitas: non autem secundùm latitudinem, secundùm quam nõ est infinitas; sicut si quantitas palmaris secundùm longitudinem esset digitalis secundùm latitudinem, & diuideretur per partes proportionales in infinitum secundum longitudinem, tunc singulæ essent secundùm latitudinem æquales, scilicet digitales, & tamen non constituerent infinitam quantitatem simpliciter, quia æqualitas non est in partibus, secundùm quam est infinitas; ita qualitas intensa vt vnum, & extensa per palmum, si diuideretur secundùm extensionem, singulæ partes haberent qualitatem intensam vt vnum, nõ tamen efficerent qualitatem infinitè intensam simpliciter, quia æqualitas non est in partibus secundùm eam rationem, secundùm quam est infinitas, vt alibi ostendi.

4. *Proportio inter informatiuum, & informabile quomodo requiritur.* Ad 2. confir. Resp. Inter essentiam informatiui, & informabilis requiri connaturaliter proportionem, non aufert à Deo potentiam, quin possit producere effectiuè vnionem inter illa, quæ sunt connaturaliter improportionata; quia Dei potentia non alligatur legibus naturæ. Neque hinc destruitur essentia, quia semper illa manẽt connaturaliter improportionata, & vt subduntur imperio Diuino recipiunt vnionẽ, vt patet ex ijs, quæ diximus de potentia obedientiali 1. tomo opuscul. lib. 3. tr. 2.

Ad 3. confir. resp. ex dictis 1. tomo opuscul. lib. 3. tract. 2. quæst. 9. art. 8. & 9. Formam posse eleuari ad informandum subiectum improportionatum, Deo concurrente, non in genere causæ formalis, sed effectiuæ; cum potentia Dei eminenter cõtineat omnes perfectiones causarum naturalium ablatis imperfectionibus. Quæ doctrina vt hic intelligatur, articulo sequenti illam examinabimus.

ARTICVLVS III.

An causa formalis eleuari possit à Deo ad informandum subiectum sibi improportionatum.

5 *Potest ita eleuari per Suar.* RESpondet affirmatiuè Suar. 1. tomo in tertiam partem disputat. 31. Sequitur Ripalda lib. 2. de ente supernaturali disp. vlt. Probat 1. Suar. ex penetratione duarum quantitatum; nam cum in vno loco non possit esse formaliter nisi vnum corpus, & connaturaliter expellat inde aliud in genere causæ formalis; tamẽ, impedita hac incompossibilitate formali, possunt duo corpora esse simul in eodem loco nulla facta mutatione in illis corporibus, neque quoad quantitatem, neque raritatem, vel aliam dispositionem; ergo in quantitate est potentia obedientialis in genere causæ formalis, per quam est compossibilis cum alia quantitate.

Sicut quantitas eleuatur ad plura loca occupanda. Confir. ex potentia quantitatia occupatiua formaliter ex natura sua spatium vnius loci, & tñ potest eleuari ad occupãda plura loca, vt patet ex ijs, quæ in materia de Eucharistia dicuntur à DD. Et licèt quantitas recipiat nouum, Vbi, per quod formaliter constituitur in alio loco, tamen illud se habet vt vnio quædam quantitatis cum spatio, nam ipsa formaliter se ipsa replet locum, sicut forma se ipsa informat per informationem, & vnionem cum materia.

Confirm. 2. ex virtute informatiua formæ, quæ licèt sit determinata ad tantum subiectum, tamen potest eleuari ad informandum maius, vt anima ad informandũ corpus multò maius: imò ad informanda plura corpora inter se distincta, & loco separata; sicut etiam vt idem accidens sit in pluribus subiectis.

2. Prob. Deo nihil est negandũ, quod non includit repugnantiam, siue contradictionem immediatè, vel mediatè ex infinitate potentiæ Dei, ex omnium consensu; sed oriri informationem à forma respectu subiecti improportionati nullam includit contradictionem, etiamsi naturaliter fieri non possit: ergo.

Minor prob. tum quia natura violenter producit formam in subiectũ improportionatum vt cum producit formã violentam subiecto; nam vbi est violentia necessariò debet esse improportio naturalis, imò oppositio inter formam, & subiectũ.

Tum quia repugnantia vel sumitur ex parte formæ, vel 2. ex parte subiecti vel 3. ex parte vnionis, vel 4. ex parte Dei eleuãtis, vel 5. ex parte effectus, sed ex nullo capite est repugnãtia. Nõ ex primo, quia ex eo quod virtus formæ eleuatur, non sequitur eius destructio, sed potius perficitur vt pa-

tet

tet ex conceptu eleuationis, qua virtus extēditur ad perfectiores effectus vel eosdē perfectiori modo efficiendos. Neque ex 2. quia subiectum vt subiacet potentiæ naturæ ad recipiendos effectus illi ab efficiēte tributos, ita multò magis subiacet imperio, & potentiæ Dei; quod etiam de facto ostēditur ex receptione supernaturaliū donorum, præcipuè ex humanitate, quæ recepit vnionem cum verbo, quod superat virtutem totius naturæ.

Neque ex 3. vt patet ex vnione hypostatica, quæ est inter extrema infinitè distantia, & ob illam distantiam improportionata, tum quia vnio ex vi sua exigit vnire extrema, & ex vi illius communicare aliquod esse vni extremo respectu alterius, vt patet: at ex eo quod vnio fit ex eleuatione causata, non destruitur hic conceptus, cum maneat denominatio siue intrinseca, siue extrinseca (dicitur enim Deus homo, & homo Deus) quod multò magis verum est, vbi est informatio, quæ est species quædam vnionis.

Neque ex 4. cum nullum Dei attributum destruatur ex eleuatione formæ; neq; inde ponatur in Deo aliqua imperfectio, sed potiùs perfectio, cum eius virtus extēdatur ad effectus suprà vires naturæ.

Neque ex 5. quia effectus non excéderet secundùm suam substantiam virtutem causæ, nam semper daretur effectus iuxta formalem perfectionem, quæ est in causa; vt à calore calidum, & ab albedine album, &c. Neque quoad modum, cum detur in genere causæ formalis eleuatæ tamen.

6 Respōderi pōt, repugnantiā oriri ex parte Dei, nam cum virtus causæ sit insufficiēs ad causandum effectum, vel quoad substātiam vel modum, indiget eius virtus eleuari .i. adiuuari à causa eleuāte in eodem genere, in quo virtus causans deficit, & cum deficiat in ratione informādi, debet à Deo adiuuari in eodem genere .s. causę formalis. At Deo repugnat causare in hoc genere, quia hoc exigit rationem partialitatis in actu primo causæ, atque adeo esse imperfectum, quod Deo repugnat.

Sed contra, quia in hac responsione tria supponuntur; primum esse de ratione informationis essentiali, vt sit ab ente partiali; atque adeo repugnat enti habenti esse integrum, de quo in sequenti.

Secūdò Diuinis perfectionibus vt repugnat esse partiale, ita esse informatiuum.

Sed partialitatē requiri essentialiter ad esse informatiuum, non probatur, tū quia accidentia sunt entia cōpleta in sua specie, & tamen habent vim informatiuam; quod si dicant, id requiri in formis substantialibus; ergo insto, quod ex rōne informationis vt sic non requiritur partialitas; ergo virtuti diuinæ ex hoc capite non repugnat informare, quia non supponeretur in illa imperfectio entis incompleti: ergo aliunde debet sumi repugnantia.

Tum quia substantiæ completæ conuenit esse informabile, vt patet ex informatione accidentium, imò & substantialis perfectionis, vt personalitas informat naturam in specie completā, & vnio hypostatica, quæ est substantialis, informat humanitatem completam in sua specie; ergo idem dicendum ex parte informatiuę perfectionis.

Tum 3. dici posset, incompletionem requiri per informationē substantialē non essentialiter, sed connaturaliter, & ideo posse completæ perfectioni ex Dei voluntate.

Tertiò eleuationem causæ formalis exigere, vt fieret ab eleuante in eodem genere causæ, quia alioqui non posset supplere defectus influxus requisiti ad effectū, qui requirit cōcursū quatuor causarum diuersi generis. Confirm. quia sicut non potest poni effect' formalis sine sua causa formali, nec sufficit causa continens eminenter perfectionem causæ; ita neque potest concursus in genere causæ formalis præstari sine perfectione formali formæ, & non sufficit eminentialis.

7 At alij negant, illum concursum non posse suppleri nisi per causam concurrentem in genere causæ formalis; nam potest suppleri in genere causæ efficientis per causam continentem perfectiones omnium causarum, qualis est diuina essentia, quæ sicut continet perfectionē concursus formalis sine imperfectione; ita potest per suam efficientiam tribuere perfectionem illius concursus absque imperfectione.

Cōfir. quia vt pōt Deus formæ ex natura sua pendenti à materia in sua existentia, dare existentiā per concursum effectiuum supplendo concursum causæ materialis requisitum à forma; ita potest dare existentiam vnioni informationis sine concursu in genere causæ formalis, sed in genere causæ efficientis. Confir. 2. quia informatio vt pendet in genere causæ formalis, ita pendet in genere causæ efficientis ab efficiente, quia ad illam omnes causæ concur

runt; ergo duplicando concursum effectiuum potest supplere concursum in genere causæ formalis. Neq; obstat diuersitas modi causandi, quia in diuina potētia cōtinetur perfectio, quæ continetur in omni modo causandi. Hinc patet, cur à creatura nō possit per concursum effectiuum suppleri, & possit à Deo.

8 Hinc inferebant, Deo repugnare concurrere in genere causæ formalis, quæ est omnium doctrina, ex eo quod supponunt, hoc genus causæ includere imperfectionem, scilicet mutationem intrinsecam, vt docui in physicis; sed apud eos, qui negant necessitatem huius mutationis, eo quod putent, sufficere, vt terminet vnionem intrinsecam informabili, non video, quam imperfectionem includat hoc genus causandi; nam constituere naturam vnam per se non est de ratione informationis, vt patet ex informatione formarum accidentalium, & esse partem compositi alicuius nō video, quam imperfectionem includat, cū possit conuenire non solùm entibus incōpletis, sed etiam completis, vt patet ex cōposito accidentali. Quod confirm. ex mysterio Incarnationis; ibi enim humanitas est subsistens per subsistentiam diuinam, tanquam per causam formalem illius cōcreti, quod dicitur subsistere, & tamen ibi nulla ponitur imperfectio in subsistentia Diuina, ex eo quod non recipiat de nouo in se vnionem, sed solùm terminet vnionē existentem intrinsecè in humanitate. Quare idem videri potest alicui, posse dici de vnione naturæ humanæ cum alijs attributis diuinis, vt v.g. cum Sapientia, vnde constitueretur homo sapiens sapientia diuina, sicut constituitur subsistens subsistentia diuina. Sed hæc disputationis causa dicuntur, nam non est recedendum à communi, & ideo inquirenda est ratio diuersitatis inter attributa essentialia, & personalia quoad huuc modum vnionis de qua re diximus in 3. parte.

9 *Eleuatio in genere causæ finalis à Ripald.* Hinc Ripalda loc. cit. ponit hanc eleuationem etiam in genere causæ finalis, quia non minùs finis est subiectus potentiæ Dei, quàm cæteræ causæ. Confirmatur primò, quia possunt fines habentes bonitatem naturalem moralem mouere ad desiderium supranaturale per illuminationem gratiæ, qua finis ille eleuatur; ita enim sæpe sancti ex inspectione rerum naturalium mouentur ad cœlestiū desiderium, & contemplationem. Confir. secundò, nam cum media moueant in virtute finis, possunt media naturalia eleuata ex fine supernaturali mouere virtute huius supernaturalis ad effectus supernaturales. Quo sensu dixit D. Paulus: *Omnia quæcunque facitis &c. omnia in gloriam Domini nostri Iesu Christi facite*. Ergo tunc media eleuantur per finē ad actus supernaturales, & nobiliores, quàm possent ex natura ipsorum.

ARTICVLVS IV.

Proponuntur, & soluuntur argumenta Aduersariorum.

Contrarium docent Caietanus 1. p. q. 67. art. 4. Bannes 1. p. quæstione 12. art. 1. dubio 1. ad 2. Cabrera 3. p quæst. 1. art. 1. dub 6. §. 3. Vasquez disput. 176. Probant primò, quia quæ causant p potentiā obedientialem habent rationem instrumenti, quia potentia hæc est virtus instrumentalis, quæ exigit eleuari per virtutem agentis principalis; sed forma non potest habere rationem instrumenti respectu alterius formæ principalis, quia de ratione formæ est causare communicando immediatè seipsam: at de ratione causantis per instrumentum est causare mediante instrumento. 10 *Eleuatio in genere causæ formalis negatur ab alijs.*

Confir. primò quia de ratione potentiæ obedientialis est, vt sit incompleta, & à Deo complebilis in eodem genere causæ; at Deus non potest complere formam in genere causæ formalis, quia hoc genus causandi Diuinæ perfectioni repugnat.

Confirm. 2. quia Theologi non meminerunt huiusmodi potentiæ, sed materialis, & ad summum actiuæ; ergo non est hæc nouitas introducenda.

Non omnis virtus obedientialis est instrumentalis per aliquos. Resp. quidam ad prob. negando, virtutē omnem obedientialem esse instrumentalem, quia satis est, vt indigeat eleuatione, quod sit improportionata ad effectum, sed de hoc dictum est in 1. tomo opusc. loc. cit.

Licèt sit instrumentalis, potest et formæ conuenire. Resp. 2. etiam si sit instrumentalis, adhuc potest conuenire formæ; nam non potest assumi vt instrumentum à Deo ad dandum effectum in genere causæ formalis, quem non potest suis viribus; & licèt Deus concurrat effectiuè, & immediatè ad ipsam formam, & effectum, tamen virtute instrumento, non quidem ad agendum, sed ad dandum esse formaliter per formam.

Neque

Neque hinc fit, Deum esse causam principalem in genere causæ formalis, cum solum in genere causæ effectiuæ concurrat: vnde etiam fit, vt instrumentum fit formale sine vlla causa principali formali. Sed de hac re dictum est alibi, quia est quæstio vniuersalis.

De ratione potētiæ obedientialis nō est, vt debeat compleri à Deo in eodem genere causæ.

Ad primam confirm. resp. Ripalda negando maiorem, quod debeat à Deo compleri in eodem genere; nam inde sequeretur, nec dari potentiam passiuam, quia Deus non potest concurrere in genere causæ passiuæ; quare sufficit, compleri per informationem supernaturalem ex vi agētis; vt finis per possibilem intensionem, vel electionem; & terminus per actionem supernaturalem possibilem, vt compleat passiuam per passionem possibilem. Docet Rip. disp. 25. sect. 5.

Potētia obedientialis indiget compleri in actu primo.

Auctoris resp.

Sed non satisfacit, quia aliud est, potentiam compleri in actu secundo, quomodo admittimus compleri per actus possibiles; aliud compleri in actu primo, qua ratione potentia obedientialis, indiget compleri; & quæritur quomodo cōpleatur per Dei potentiam. Quare dico, compleri per potentiam actiuam Dei, eleuando formam ad informationem, quam Deus producit in genere causæ efficientis; vt dictum est alibi de passiua.

Theologi quare non meminerūt huiusmodi potentiæ obedientialis.

Ad 2. resp. Antiquos non meminisse, tū quia non occurrit, hanc controuersiam examinare, imò etiam pauca docent de actiua; at recentiores illius meminerunt, quia occasionem habuerunt de ea tractanda. Tum quia vis informatiua, & formalizādi, & terminandi, non apud omnes dicebatur potentia, sicut capacitas recipiendi, & ideo illi non addiderunt determinatiuum significati communis, à quo negabant significatum communem potentiæ.

11 2. Alij principaliter probant, quia de ratione formæ informantis est, vt sit proportionata informabili, sed Deus non potest habere hanc proportionem cum informabili; ergo non potest concurrere in genere causæ formalis; atque adeo non potest supplere genus causæ formalis in eodem genere.

Improportio secundū genus impedit eleuationem huiusmodi, non autem secū dū speciem.

Respondēt Aliqui, duplicem esse improportionem respectu informationis; primò secundùm genericam rationem informationis, & hæc impedit eleuationem ad informandum, vt v. g. Angelus, quia habet improportionem cum toto genere informationis non potest eleuari ad informandum, quia nullam habet virtutem informatiuam. Secundò secundùm rationem specificam, & hæc potest eleuari ad actus informationis, qui sunt supra suam virtutē informatiuam; nam habet virtutem informatiuam connaturalem respectu alicuius subiecti, & ideo potest eleuari, vt informet aliud subiectum, sicut intellectus potest eleuari ad intuitiuam visionem Dei, non autem ad auditionem sensitiuam soni.

Dices, hinc sequi posse formam substantialem eleuari ad informandum accidens, quia habet virtutem informatiuam, & solùm est determinata naturaliter ad tale subiectum; ergo potest extra illud eleuari ad informandum aliud.

Resp. Accidens, vel non est informabile ab aliqua forma, sed habet improportionem cum omni informatione, & tunc nulla forma potest eleuari ad illud informandum etiam si sit accidentalis, non ex defectu formæ, sed subiecti, quod non est capax informationis passiuæ, etiam per eleuationem. Vel est informabile ab aliqua forma, vt est quantitas, & poterit eleuari ob similem rationem, quomodo accidens spirituale potest eleuari ad informationem subiecti extensi.

Dices 2. Quod sicut actus vitalis determinat sibi essentialiter principium vitale, 12
ita vt sine tali principio actus nequeat fieri ēt per potentiam diuinam; ita informatio actiua, & passiua essentialiter determinant sibi certa principia cū talibus conditionibus, vt scilicet sint entia partialia, ita vt sine talibus principijs nequeant existere etiam per potentiā diuinam. Confir. quia sicut potentia vitalis non potest eleuari extra suum obiectum, nec relatio extra suum terminum; ita nec potentia informatiua poterit eleuari extra suum informabile; ex quo sequitur, formas substantiales non posse eleuari extra materiam sibi connaturalem, quia illam essentialiter sibi determinant; nam forma sicut specificatur à materia informabili, vnde non potest esse sine ordine ad suum specificatiuum; ita non potest informare aliud subiectum, quàm illud, à quo specificatur, quia omnis potētia immediatè specificatur ab operationibus, & mediatè ab obiecto operationum.

Non est similis ratio potentiæ vitalis, et aliarum nō vitalium.

Respondeo primò negando, esse similē rationem potentiæ vitalis, ac aliarum potentiarum non vitalium, quia illa determinatio operationis vitalis respectu vitæ oritur ex natura vitalis operationis; nam si

esset ab alio principio, iam non esset vitalis, quia esset contra rationem vitæ, vt disputabimus in lib. de anima.

13 *Operationes vitales concipi possunt dupliciter.* Resp. 2. alij, operationes vitales posse concipi dupliciter; primò formaliter, vt vitales sūt; quia sub hac denominatione includūt principium vitale; secundò materialiter quatenus entitas quædam sunt, & ita possūt & recipi, & effici supernaturaliter à principio non vitali; præsertim cum ad has operationes naturaliter concurrant cum potentijs vitalibus alia etiam principia non vitalia, qualis est species ad cognitionem. Sed de hac re suo loco.

Ad confirm. inde potius probari oppositum; nam sicut potentia eleuata concurrit ad operationes, & obiecta sibi non connaturalia, sed supernaturalia, ita forma eleuata poterit concurrere ad informationem materiæ sibi non connaturalis; nam informando non extrahitur extra actus sibi debitos. Neque ad materiam incapacē informationis secundùm se, cum sit aliqua forma informabilis. Quare est diuersa ratio potentiæ vitalis, nam dum negatur, visum v.g. posse ferri extra suum obiectum, ratio est, quia illud obiectum nullam habet rationem visibilis: vnde si daretur obiectum habens rationem visibilis, etiā si illud non esset connaturaliter visibile à visu, posset tamen visus eleuari ad illud videndum. Cætera, quæ ad hanc rem pertinent, videnda sunt 1. tom. opusc. loc. citato.

QVÆSTIO VLTIMA.

De comparatione Alterationis cum alijs motibus.

DE hac Aristot. 1. de Gen. t. 27. Vbi Doctores Conimbr. q. 1. art. 2. & quæst. 3. & sequenti; sed quia nihil continet, quod ex dictis non pateat, ideo illam omittimus.

TRA-

TRACTATIO QVARTA.

DE INTENSIONE, ET REMISSIONE FORMARVM.

DE hac DD. 1. dist. 17. D. Tho. q. 6. 7. & 10. Petrus de Tarantasio q. 7. 8. & 9. Capr. q. 2. Vbi Aureol. d. 17. Scotus q. 3. Petrus de Aquila q. 3. Landulphus q. 11. Occam. q. 4 & 5. Riccardus q. 8. Guglielmus Vatto q. 6 Nicolaus de Orbellis q. 3. Adamus q. 23. & 24. Stephanus Brullifer. q. 5. & sequentibus. Tataretus q. 3. Bassolus q. 2. Rubio. q. 2. Mayronus dist. 18. quæst. 2 Lechetus q. 4 Ægidius q. 7. 8. & 9. Gerardus de Senis optimè per multas quæstiones. Alphonsus Toletanus qu. 2. & 3. Arimin. q. 4 & 5. Aristotel. 1. de Gen. Vbi Marsil. q. 21. Saxon. q. 18. Aresf. q. 26. & 6. Complut. disp. 4. per multas quæstiones. Conimbr. cap. 4. q. 2. Suar. disp. 46.

QVÆSTIO I.

De Existentia, & Quidditate Intensionis, & Remissionis.

DVBITATIO I.

Quid sit formaliter intensio, & remissio.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Intensio proportionalitatem quãdam habet cum extensione.*

PRimò Not. Intensionem, & extensionem habere inter se aliquam proportionem; nam vtrumque ex eodem verbo deducitur, scilicet à verbo tendere, quod est ire, & progredi. Vnde extendere est extra tendere, quod est in quantitate continua, vbi vna pars est extra aliam; intendere autem est intra tendere, quod contingit cũ forma in eodem loco, & situ progreditur in partes; vnde.

2. Notand. omisso augmento qualitatis, quod illi conuenit ex parte obiecti, vt dicitur de speciebus Angelicis repræsentatiuis cum virtute plurium obiectorum, quæ repræsentantur per plures species animæ, quia illud augmentum inquirere non pertinet ad hos libros. Sed ad libros de anima: neque est intẽsiuum, quia non est circa idem obiectum, sed circa diuersa. Quare.

Qualitatibus intensibilibus duplices partes conueniunt.

Not. 3. Qualitatibus intensibilibus duplices partes cõuenire, primò ratione subiecti, eum scilicet qualitates v. g. albedo extenditur per quantitatem, & hoc non per se conuenit qualitatibus. Secundò ratione sui, quod fit cum qualitas in eadem parte subiecti magis, & magis perficitur, vt verb. gr. potest calor duplici ratione augeri: primò si priùs calefiat vna pars subiecti, & deinde alia. Secundò si eadem pars subiecti continuè acquirat perfectiorem, & perfectiorem calorem, quæ maior perfectio à Philosophis appellatur perfectio formæ gradualis secundùm gradus; & hæc acquisitio dicitur intensio. Vnde patet experientia, dari hanc intensionem, nã, vt probat Antonius Andreas 8. met. q. 6. & de principijs artic. 2. q. vlt. & Canon. 5. phys. q. 3. art. 1. quia est impossibile, eandẽ formam simul à diuersis secundùm aliam, & aliam perfectionem participari, nisi illa forma compatiatur secum illam perfectionum pluralitatem. sed aliqua forma specifica participatur à diuersis subiectis secundùm aliam, & aliam perfectionem, vt patet in niue, quæ perfectiùs participat albedinem, quàm calor.

Intensionẽ dari patet experiẽtia.

Confir. quia omnis forma realiter diuisibilis secundùm diuersam perfectionem 2
in distinctis subiectis est in se diuisibilis secundùm illas perfectiones: sed ita est albedo v. g. vt patet; ergo. Partes igitur illius, seu perfectiones, in quas forma eadem secundùm speciem diuiditur, vocant Philosophi gradus, quos Philosophi in octo diuisere. Sed hæc distinctio non est ex natura rei: nam sicut quantitas est diuisibilis in infinitum; ita & qualitas secundùm intensionem est diuisibilis in infinitum; quare ad libitum fuit facta hæc diuisio, sicut vlnã diuidimus in octo partes, vt prima pars caloris dicatur, quando calor est tantæ perfectionis, secunda quando tantæ; vnde gradus definitur.

Gradus qualitatis qui nã sint.

4. Not. gradum definiri ex Ant. Andr. 8. met. q. 6. & de Trib. prin. art. 2 q. vlt. & Canon. 5 phys. q. 3. esse portionem perfectionalem formæ specificæ extra quidditatem eius includentem in se specificam quidditatem formæ, & præclusam intra conceptum indiuidui vagi vagè, & deter-

Graduum definitio.

minati

minati, determinatè; q̄ sic explicatur: Primò dicitur portio, &c. quia forma specifica est in se illimitata ratione suæ totalitatis, cuius pars est gradus, qui non includit totam quantitatem, & latitudinem formæ.

2. Dicitur, extra conceptum &c. quia licèt forma habeat illimitationem quandam, tamen in quidditate sua non continet illos gradus, sed abstrahit ab illis, quatenus potest intelligi sine illis, nam si in suo conceptu includeret sequeretur, omnes gradus esse vbicunque est illa essentia.

3. Dicitur, includentem &c. quia hi gradus nō sunt aliud, quàm ipsa qualitas multiplicata ex Scotistis, vel qualitas pfectior, quare necessariò includunt essentiam qualitatis.

4. Dicitur, inclusam &c. quia licèt esse formæ specificè vt sic abstrahat à tali vel tali gradu, non tamen vt existens abstrahit ab omni, nam vt natura non potest existere sine hæcceitate, ita neque huiusmodi qualitas sine aliquo gradu; quare gradus est de conceptu indiuidui.

5. Dicitur vagi &c. quia sicut duplex est indiuiduum, scilicet vagum, & determinatum, ita dupliciter potest assignari gradus, s. vagè, & determinatè: Hinc gradus octauus dicitur terminus illius latitudinis quoad summum, & non gradus dicitur terminus extrinsecus quoad paruitatē; quidquid verò inter non gradum, & summum gradum est interiectū dicitur latitudo qualitatis, quæ latitudo diuiditur in octo gradus; pro cuius explicatione.

3 *Essentia nullius rei potest recipere magis, & minus.*

Not. 5. ex Ant. Andrea locis cit. Essentiam nullius recipere magis, & minus, nam cum rei additur, vel demitur perfectio essentialis non manet eadem, sed diuersa; id autem, quod recipit magis, & minus, debet remanere idem secundùm speciem, & variari secundùm perfectionem aliam.

Specificatiuum rei cur debeat esse indiuisibile.

Et confirm. quia specificatiuum cuiuscunque rei debet esse quid certum, & fixum, & ideo debet esse indiuisibile; itaque quandiu forma non peruenit ad participandum illud constitutiuum non ponitur essentia rei, & statim ac illud participat, constituitur in sua essentia; potest tamen forma illa constituta per talem differentiā habere aliquam latitudinem, secundùm quam magis, & minùs participatur à subiecto: sicut linea est indiuisibilis secundùm latitudinem, tamen potest habere diuisibilitatem secundùm longitudinem; ita illa indiuisibilis ratio secundùm latitudinem, diuisibilis fit secundùm longitudinē. Et hanc diuisibilitatem non est absurdum participari perfectiùs ab vna linea, quàm ab alia; ita etiā essentia albedinis est vt disgreget visum, quod diuisibiliter cuilibet albedini conuenit; tamen hæc ratio potest perfectiùs participari ab vno subiecto, quā alio absque variatione essentiali albedinis, quia omnes albedines conueniunt in formali differētia specificatiua albedinis, quæ indiuisibilis est, & æqualiter participatur ab omnibus indiuiduis. & ideo Aristot. 8. met. 10. essentias rerum numeris comparat, qui ex qualibet variatione variantur, quod vt meliùs intelligatur.

4 *Tria consid. in formis susceptinis magis.*

Not. 6. Ex Antonio Andrea 8. met. q. 6. & tract. de tribus principijs art. 2. quæstiúcula vlt. in formis, quæ suscipiunt magis, tria nos posse distinguere primò naturam specificam, cuius partes sunt genus, & differentia, seu illa, ex quorum variatione fit vniuersa essentia. Secundò gradus materiales, seu partes materiales essentiæ, quibus est tanta, vel tanta etiam si adhuc non sit vltimò indiuiduata, nam ab albedinibus vt quatuor potest abstrahi conceptus aliquis illis communis, qui non sit communis albedinibus vt duo: quare adhuc illæ non sunt vltimò indiuiduatæ; dicuntur autē hæ partes materiales, quia continent in se, veluti materia, gradus essentiæ, quod exemplo quantitatis explicari potest, quæ præter partes essentiales habet etiam partes extensionis, quarum quælibet continet totam essentiam; quare hæ partes simul coniunctæ non faciunt quantitatem distinctæ essentiæ, sed essentiam eiusdem quantitatis maiorem, & est perfectior prima, quia illi addita est noua entitas, quod etiam proportionaliter applicari debet gradibus qualitatis intensiuis; vnde 8. metph. 10. ait Arist. posse res secundùm materiam variari. Tertiò est principium indiuiduale, quo constituitur albedo vt hæc, ita vt sit hæc albedo vt quatuor; intensio igitur non consistit in primo, & vltimo, quia hæc reperiuntur etiam in alijs rebus, sed in secūdo, pro cuius explicatione.

5 *Qualitas duplicem habet latitudinē partium, ſ. rone subiecti, & propriæ essentiæ.*

Not. 7. qualitatem præter latitudinem partium, quam habet ratione subiecti, habet latitudinem partium conuenientium ratione propriæ essentiæ, etiam si sit in pūcto, quas partes dari patet experientia, nam videmus, albedinem v. g. participari à diuersis secundùm aliam, & aliam rationem; ergo

ergo necessariò in illa forma debet poni illa pluralitas rationum, quia impossibile est, eandem formam esse in diuersis secundùm aliam, & aliam rationem, nisi forma sit compossibilis cum illa pluralitate rationum.

Confir. quia forma in diuersis realiter diuisibilis est in se indiuisibilis, sed albedo niuis, & calcis est secundùm perfectionem realiter diuisibilis; ergo secundùm perfectionem est in se realiter diuisibilis: illæ autem perfectiones, seu partes secundùm quas dicitur diuisibilis, vocantur à philosophis gradus.

Graduum diuersitas non variat speciem. Primò patet diuersitatem hanc graduũ non variare speciem cum conueniant eidem; vnde forma specifica est indiuisibilis quoad gradus essentiales, diuisibilis verò quoad gradus perfectionales, & indiuiduales.

Graduum pluralitas quomodo sit in qualitate. Secundò pluralitatem hanc graduum non esse positiuè intra quidditatem specificam positiuè, sed permissiuè, at intra conceptum indiuidui esse positiuè, nam indiuiduũ est ex essentia, & proprietate indiuiduali continente vnitiuè hos gradus.

Magis, & minùs differũt ab eo quod dicitur maius, & minus. Tertiò patet, quomodo magis, & minùs differant ab eo, quod dicitur maius, & minus, nam licèt conueniant quod vtrobique est comparatio disquiparantiæ ex diuersitate extremorum, tamen differunt primò quod maius, & minus dicunt comparationem vnius ad alterum in se, præcisè, vt palmus est maior semipalmari, & magis, & minùs dicunt comparationẽ non in se præcisè, sed ratione tertij .f. formæ participatę ab vtroque, vt nix est magis alba, quia magis participat albedinem.

Secundò quia magis, & minùs sunt aduerbia, & ideo distinguuntur vt modi à re, cuius sunt modi: at maius, & minùs sunt nomina, quare non sumuntur modaliter, sed nominaliter, & significant formas, non modos formæ.

6 *Magis, & minùs de quibus dicãtur.* Tertiò magis, & minùs non dicuntur de ipsis formis, sed de participantibus formã; vnde Aristoteles in prædicamento qualitatis ait: Iustitia non dicitur magis iustitia, quàm alia; sed homo magis iustus, quàm alius; contra verò maius, & minus.

Quartò magis semper supponit maius in forma, sed non contra; nam quantitas dicitur maior altera, non tamen aliquid dicitur magis quantum.

8. Not. ex Veneto in summa de gener. c.1. intensionem, & remissionem accipi dupliciter; primò verbaliter, & significat motum, quo acquiritur forma intensa, ex quo dicitur aliqua forma intendi, & contra Remissio dicitur motus ad formam imperfectiorem, seu diminutam. Secundò nominaliter, & significat motum, seu rationem, qua ipsa forma dicitur intensa, seu remissa. *Intensio, & remissio accipi possunt verbaliter, & nominaliter.*

9. Not. id, quod denominatur Intendi, accipi posse propriè, & significatur subiectũ, in quo intrinsecè recipitur motus intẽsionis, & remissionis, & hoc compositum, quia illud recipit augmentum qualitatis. Secundò impropriè, & est qualitas præexistens, quæ non intrinsecè augetur, sed per additionem ad illam, sed inextensè; nam vnus gradus qualitatis non augetur in se intrinsecè per additionem alterius, sed totum resultans ex priori, & adueniente gradu propriè intenditur. Et idem proportionaliter de remissione dicendum; is.n. gradus, à quo tollitur intensio per coextẽsionem, dicitur impropriè remissus. *Intensum accipi põt propriè, & impropriè.*

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

Constat. Intensionem dicere aliquam perfectionem in forma, sicut remissio imperfectionem. Quare difficultas est, qu[i]d sit hæc maior, vel minor perfectio formæ.

Secundò Constat, hanc perfectionem non variare essentiam formæ secundùm prædicata essentialia, quia alioqui formæ intensæ, & remissæ non essent eiusdem speciei, sed diuersæ contra communem conceptum. Quare manet, vt maior, vel minor perfectio dicat diuersitatem aliquam secundùm rationem indiuidualem, siue præcedenti in extrinsecam, siue intrinsecam. *Intensio formæ essentiã non variat.*

Prima opinio est dicentium, intensionẽ consistere in perfectione Indiuiduali essentiæ non superaddita priori, sed existente, corrupta priori indiuiduali essentiæ. Tribuitur Alberto, Godefrido, Nipho, apud Suar. disp 46. metaph. Et sequitur Burleus tract. de intensione apud Ariminens. in 1. dist. 17. q. 4. vbi fusè illam impugnat, & soluit argumenta contraria, & apud Aureol. ibidem par. 3. 7 *Intensio cõsistit in perfectione indiuiduali essentiæ existente, corrupta priori.*

Hæc opinio potest habere duplicem sensum; primò, vt illa perfectio sit indiuisibilis, & acquiratur in singulis instantibus, donec perseuerat alteratio.

Secun-

Secundò, vt continuè varietur ficut variatur alteratio .i. femper acquiratur indiuidua perfectio indiuifibilis maior,& maior præcedentibus,& hûc fenfum videntur auctores intendere , vt colligitur ex Aureolo,& Ariminenfi, & explicari poteft & reddi probabilis , tum ex altetatione vniformiter difformi extenfa per fubiectum, per quam acquiritur continuò perfectior, & perfectior qualitas;tum ex opinione po nentium gradus heterogeneos.

8 Secunda opinio eft dicentium , intenfionem effe modum quendam qualitatis, qui dicitur latitudo illius, ficut extéfio eft modus quantitatis, per quem vna pars additur alteri . Hi tamen inter fe diuifi funt, nam aliqui volunt,hunc modum effe ita intrinfecum qualitati, vt implicet,qualitatem exiftere fine aliquo gradu intenfionis, quia licèt nullam intenfionem fibi determinet fiue fit in fubiecto, fiue extra,aliquã tamen exigit vagè.Ita Scotiftæ.

Intenfio eft modus quidam,fiue latitudo qualitatis per alios.

Alij verò concedunt quidem, effe modum fuperadditum effentiæ, fed non ita intrinfecum effentiæ, vt non poffit exiftere feparata ab omni intenfione, ficut poteft exiftere feparata ab omni fubiecto , nam putant, qualitatem non effe capacem intenfionis,nifi fit in fubiecto;ita Thomiftæ dicentes,intenfionem fieri per maiorem radicationem formæ in fubiecto.

Per alios ue rò eft mod° fuperaddit° effentiæ,fed non ita illi intrinfecus &c.

Alij verò dicunt, oriri ex difpofitione fubiecti , eo quod ficut qualitas habet diuifibilitatem extenfionis ex quãtitate fubjecti, ita habet diuifibilitatem intenfionis ex difpofitione materiæ,in qua eft.Vnde fi qualitas effet feparata à materia,ficut careret diuifibilitate extenfionis, ita & intéfionis.Ita Ægid 6.phyfic.tex.37.

Intenfio eft ex difpofitione fub ecti p alios.

At reijcitur à Veneto in tex.37.nam ficut fi quantitas non haberet ex fe extenfionem,non poffet illam alijs tribuere,ita ma teria cum ex fe non habeat intenfionem, non poteft illam alijs tribuere . Confirm. quia inde fequeretur, qualitates primas nõ effe intenfibiles , quia cum immediatè infint materiæ(alioqui daretur proceffus in infinitum) non exigunt in illa difpofitionem maiorem,vel minorem. Confirm. 2.quia fequeretur , circa fubiecta æqualiter difpofita produci qualitatem æquè intenfam fiue agentia fint remotiora , fiue proximiora; fiue perfectiora,fiue imperfectiora . Vnde fi calor vt octo,& calor vt quatuor applicarentur materiæ æqualiter difpofitæ , producerent calorem æqualiter intenfum .

Confir.2.q a fequeretur,quamlibet formam fiue fubftantialem, fiue accidẽtalem recipere à materia intenfionem, fi caufa adæquata intenfionis effet materia, nam non effet ratio,cur potius vna forma,quàm alia reciperet intenfionem, cum nulla forma in fuo effe quidditatiuo fit intenfa ob indiuifibilitatem quidditatis.

Alij verò capacitatem remiffionis,& intẽfionis nõ cõuenire formæ rõne fubiecti, fed rõne pprię effentiæ,& qualitatis;ficut effe extẽsũ oritur ex natura quãtitatis,licet cum aliquo difcrimine, eo quod extenfio fit effentialiter ipfa ratio quantitatis; non fic intenfio in qualitate; fed habent fimilitudinem in eo, nam ficut quantitas eft per fe diuifibilis extenfiuè,ita qualitas intenfiuè;nam vtraque habet fuas partes fibi proportionatas diuifibiles in infinitum . Et ficut quantitas terminatur , & continuatur punctis ; ita qualitas indiuifibilibus gradibus,cum hoc tamẽ difcrimine quod quælibet linea terminatur duobus punctis . At quælibet latitudo intenfiua non fic, nam latitudo incipiens à non gradu non habet indiuifibile intrinfecum ex parte intenfionis,fed tantùm ex parte termini,quo completur latitudo. Quare cum Ariftot.dixit, qualitates effe diuifibiles per accidens, loquitur de diuifibilitate extenfiua.Vel fi loquitur de intenfiua , appellat per accidens, quatenus vt connaturaliter habeat intenfionem,indiget fubiecto,non quidem fubftantiali, vt dixit Ægid. fed quantitate , vt patet ex intenfione accidentium in Euchariftia, & ex Arift.cap.3. de fenfu & fenfili, vbi ait, colorem effe extremitatem perfpicui in corpore terminato;& 4.phyf.Color dicitur effe in corpore , qui eft in fuperficie . Vnde fignificat colorem non minùs effe fine materia,quàm cum materia, modo ponatur quantitas , fine qua effe non poteft intenfio. Hinc fit qualitatem ex natura fua effe capacem intenfionis , & indigere quantitate fimpliciter vt fubiecto, & materia non fimpliciter , fed naturaliter. Quod autem habet hunc,vel illum gradũ, oritur tum ex parte agentis,tum ex forma, ad quam ordinatur, determinante fibi talẽ gradum, fiue vt paffionem,fiue vt difpofitionem.Denique ficut quantitas habet duplicem extenfionem,abfolutam fcilicet, & refpectiuam; ita qualitas habet inter fionẽ abfolutam,quæ eft immediatè à quantitate in fubiecto, & alteram refpectiuam ,

9 *Per alios ue rò ex ratione propriæ effentiæ.*

fecun-

secundùm quam dicitur aliquid maius,vel minus intentensum. Vnde intensum,& remissum opponuntur vt paruum,& magnũ.

10 *Intensio est ipsa ratio formalis qualitatis.* Tertia opinio est dicentium, intensionem non esse modum aliquem superadditum qualitati; nam sicut extensio non est modus superadditus quantitati; sed est ipsa ratio formalis quantitatis, ita Intensio est ipsa natura talium qualitatum, & sicut essentia quantitatis conseruatur in extensione minori,& minori in infinitum; ita essentia qualitatis conseruatur in gradu minori, & minori in infinitum; nam sicut quantitas est diuisibilis in infinitum in partes extensiuas, ita & qualitas in partes intensiuas.

Probant primò, quia vel intensio est eiusdem speciei cum re intensa, & sequeretur,intensionem caloris esse calorem, vel diuersæ, & non apparet in quo prædicamento sit hæc intensio, quàm qualitatis.

Confirm. quia quæritur, an intensio v.g.caloris sit qualitas prima, an secunda: si prima non potest esse, nisi calor; si secunda sequitur, aliquam qualitatem secundã esse, quæ non oriatur ex mixtione primarum qualitatum.

Sed ad hæc respondet Venetus concedendo,q,A,v.g.sit maius,sed negando esse intensius, vel intensum, sed quod extendatur per maiorem latitudinem qualitatis; nam sicut extensio quantitatis attenditur penes magnitudinẽ quãtitatis, ita magnitudo intensionis penes magnitudinem qualitatis.Sed cõtra, quia sicut magnitudo quantitatis non est, nisi extensio; ita magnitudo qualitatis non est,nisi intensio.

Ad confir. resp. esse eiusdem speciei, & prædicamenti non per se,sed reductiuè,vt dicitur de punctis, linea, & longitudine, nam calor est per se in prædicamento, & gradus per reductionem à priori, & intensio per reductionem à posteriori. Vnde non sequitur, intensionem caloris esse calorem.

Ad confir. resp. intensionem non esse per se qualitatem,sed per reductionem, & ideo neque est prima, neque secunda qualitas, sed est passio, vel modus,vel relatio qualitatis;& fortè intensio absoluta potiùs dicenda est modus, quàm passio, quia indiget substantia extrinseca, & variatur in infinitum,non variata qualitate,vt dictum est.

Secundò probant, quia si calor esset intensus,Intensione superaddita, sequeretur, ipsam intensionem adhuc debere esse intensam,nam si,A, esset intensio totius latitudinis caloris, & B,sit intensio qualitatis, & non gradus ad medium gradum, tunc, A,esset maior,B, sed non est maior extensione, quia ponitur esse in eodem subiecto primi;ergo intensiuè, sed hoc est falsum,quia si intensio esset intensa, sequeretur, quod deberet procedi in infinitum in partes non communicantes; vnde sequeretur, omnem qualitatem intensam esse perfectionis infinitæ.

ARTICVLVS III.

Explicatur, & impugnatur opinio Aureoli.

QVarta Opinio est dicentium, Qualitatem augeri per talem realitatem,quæ per se sumpta cum præcisione realitatis præcedentis non possit participare rationem specificam formæ, quasi quoddam indiuiduum demonstratũ formæ; sed solùm participare illam per quandam reductionem, & per modum partis, ita vt nec actu nec potentia dici possit charitas, vel calor &c. Sed dicitur charitas &c. ex eo, quod est impræscindibilis re,& intellectu à realitate formæ auctæ, & ideo non est per se factibilis, sed confactibilis, nec per se intelligibilis, sed cointelligibilis. Fundamentũ,quia ex hac positione saluantur omnia, quæ dicuntur de augmento formæ;nam propter impræcisionem realitatis à realitate præcedentis saluatur vnitas, & simplicitas formæ augmentatæ. Secundò saluatur vnitas,& continuitas motus intensionis. Tertiò qua ratione forma remissa contineatur in intensa quoad omnem sui realitatem, vt pars in toto,& non sicut vegetatiuum in sensitiuo. Hinc fit,quod sicut pars habet in toto realitatem, in quo existit in potentia,ita forma remissa continetur in intensa secũdùm totam suam realitatem, licèt ibi existat in potentia. Quartò saluatur quomodo gradus remissus, & intensus possint esse termini motus,ex eo quod non solùm distinguuntur ad inuicem principiatiuè, sed etiã suis proprijs actualitatibus reductis ad actum per motum; nam actualitas intensionis erat priùs in potentia, & fit in actu per motum;similiter dicitur de actualitate remissionis;nam sicut per diuisionem cõtinui 11 *Intensio fit per realitatem distinctam à forma, ita tamen vt neque intelligi, neq; esse possit sine illa.*

tinui

tinui partes reducuntur de potentia ad actum per actum diuisionis, ita actualitas intensionis per actum intensionis. Quintò negant, formam remissam esse obiectum motus intensionis, cum per illum illius actualitas subijciatur. Nec obiectum est forma intensa, cum eius actualitas introducatur: nec eius forma totalis, cum ipsa non subijciatur, sed constituitur ex realitate introducta per motum, & realitate præcedenti. Vnde dicunt, motum non terminari ad realitatem illam introductam, sed ad totam formam constitutam ex realitate illa, & præcedenti. Quod si illis obijcias, illas realitates esse per se factibiles singillatim; Resp. si realitates illæ inter se comparentur, neutra est per se factibilis, ob mutuam indistinctionem; si verò comparetur gradus habens vnam realitatem, ad gradũ habentem aliam, ita vterque potest esse per se, ita tamen quod semper remissus cõtineatur potentialiter in intenso; quemadmodum totum non potest esse sine partibus potentialiter in eo contentis, quamuis partes possint esse sine toto. Ita Aureol, loc. cit. q. 2. art. 2.

Forma per hanc opin. nullo modo est obiectũ motus intẽsionis.

Realitates huiusmodi nõ sunt p se factibiles.

Confirmant; nam non potest intelligi, augeri formam sine aliqua realitate; & illa realitas non potest participare rationem specificam formæ, quia non esset vna simplex forma, sed composita ex realitate pręcedenti, & adueniente.

Confirm. 2. quia videmus, lineam fieri magis, & minùs curuam, nulla addita curuitate præcedenti, sed vna est curuitas impræcisa à præcedente. Vnde Auerr. 4. phys. textu 22. ait, eundem arcum incuruari magis, & minùs sine additione aliqua nouæ curuitatis.

12 Sed contra hanc opinionem primò insurgit Gerardus Senensis q. 2. art 4. primò quia deficit in conclusione, dum ait, intẽsionem fieri per aliquam realitatem, quæ per se sumpta, & præcisè non participet rationem specificam formæ, sed solùm per quandam reductionem, sicut pars participat rationem totius. Tum quia si prædicta realitas esset pars formæ specifica, tunc forma non posset esse sine illa, quia nulla res potest esse sine eo, quod pertinet ad rationem specificam illius, quocunque modo ad eam pertineat: sicut species non potest esse sine genere, etiamsi secundùm se, & cum præcisione differentiæ non pertineat ad rationem specificam: at constat, formam secundùm suam speciem præexistere ante illam realitatem. Tum quia non apparet, quomodo possit fieri augmentum ex vi illius realitatis, nam cum sit omnino idem secundùm rem, & rationem ob impræcisibilitatem secundùm intellectum cum realitate præcedenti, non apparet quo modo illam augeat, nisi idem augeat se ipsum. Tum 3. quia sequeretur, partes non præcedere totum, quod esse falsum patet, quia constituentia semper præcedunt constitutum saltem via originis. Consequentia patet, quia quod est idem re, & intellectu seu ratione, non potest esse priùs illo, at talis est hæc realitas; ergo.

Aureoli opinio impugnatur à Gerardo.

Tum 4. quia sequeretur illas partes, seu realitates inter se inuicem comparatas nec esse eiusdem rationis, nec diuersæ, quod esse falsum patet, quia hæc membra sunt inter se contradictoriè opposita. Consequẽtia patet; nam non sunt diuersæ rationis, quia different specie; nec eiusdem rationis, quia inter partes eiusdem rationis vna non participat rationem specificam per alteram, sed vtraque immediatè; nam alioqui inter res eiusdem rationis esset ordo essentialis.

Tum denique quia illa realitas, quæ terminat motum intensionis, præsupponit existentiam formæ, & eius realitatis; ergo impossibile est, realitatem, quæ existit ex vi motus, esse idem realiter, & conceptibiliter cum realitate præcedenti, quia nullum maius signum distinctionis, quàm aliquid existere non existente altero, quia sicut idẽ non potest simul esse, & non esse, ita aliquid, quod est priùs tempore altero, non possunt esse idem re, & ratione; nam illud existeret, & non existeret.

Secundò improbat modum deducendi conclusionem; nam supponit, augmentum formæ fieri per aliquam realitatem, quæ nec est forma, nec pertinet ad realitatem specificam formę per se sumptam; ex quo infert, pertinere ad speciem formæ per se sumptam per quandam reductionem, quatenus est veluti pars illius; nam in hac deductione peccat fallacia consequentis: cũ enim non pertinere ad speciem formæ per se sumptam possit contingere pluribus modis, vel quia est extra essentiam formæ, tanquam modus quantitatiuus illius, vt docet communis opinio; vel vt gradus indiuidualis illius, vt alij; fallitur fallacia consequentis dum determinatè infert, non pertinere, nisi per reductionem, cum possit non pertinere alijs modis. s. supradictis.

13 *Ad primũ arg. Aureoli respondet Gerardus.* Ex his Respondes ad argumenta. Ad primum resp. negando, saluari omnia, quæ Aureolus tribuit formæ; nam primò non saluat simplicitatem, nam cum ponat in illa veras partes, implicat esse simplicem. Secundò non saluat, illas realitates esse mutuò indistinctas, quia vel illæ partes sũt distinctæ, vel saltem distinguibiles; quia alioqui nullo modo essent partes; nam totum non magis excederet vnam partem, quàm omnes partes, atque adeo totum nõ esset maius parte. Confir. quia secundùm ipsum gradus remissus est distinctus ab intenso non solùm relatiuè, sed etiam positiuè per proprias actualitates; ergo realitates, quæ sunt in illis, sunt inter se distinctæ, quia alioqui si essent idem sequeretur, idẽ identificari cum distinctis realiter quod esset mysterium Trinitatis in creatis. Tertiò non potest saluare quo modo gradus intensus, & remissus sint termini motus, quia cum illi gradus sint idẽ cũ realitate, & hæc realitas sit indistinguibilis re, & ratione ab vtroque gradu, sequeretur illos gradus esse idem inter se, atque adeo non posse habere distinctam rationem termini. Quartò cum negent formam remissam esse subiectum motus intensionis, quia tur si dicatur, esse subiectum motus ratio ejus actualitas abijcitur, facilè conuincitur realitatis, quæ manet. Quintò negat realitatem esse terminum motus, sed totum constitutum ex illa realitate, & realitate gradus remissi; tum quia in generatione etiam si totum sit terminus, adhuc tamen forma est terminus, & similiter in alteratione etiam qualitas dicitur terminus licèt sit impræcisa secundũ ipsũ à subiecto; tũ etiam quia cum gradus remissus sit terminus *à quo* non potest ingredi constitutionem totius, quod est terminus *ad quem*; & hinc patet impugnatio aliorum, quæ ipse deducit.

Forma accidentalis quo pacto sit simplex. Ad primam confirm. resp. formam esse quidem simplicem vt negat compositionem ex materia, & forma; non tamen esse simplicem vt simplicitas negat compositionem graduum, & partium intensionis sicut etiam quantitas est simplex primo modo, non tamen secundo modo.

Ad 2. confirm. resp. esse difficultatem communem, quomodo curuitas fiat maior, & minor; nam quò linea est maior, eò curuitas est minor; & quò linea est minor, eò curuitas fit maior, vt patet experientia. Ex quo ego probaui, nulla ratione posse sphæricum tangere planũ in puncto, quia vt partes lineæ sunt diuisibiles in infinitũ; ita sunt in infinitum curuabiles; atque adeo nunquam posset deueniri ad sphæricam lineam, quin possit illa inueniri curuior; vt diximus in phys. & aliqua dicemus infra.

In hac opinione primò constat, ex vi illius intensionem consistere in augmento qualitatis. Cõstat etiam, per illum augmẽmentum perfici qualitatem; sed modus, quo perficiatur, difficilè intelligitur; nam ait perfici per realitatem, quæ non participat rationem formalem speciei, & illam esse impræcisam secundũ rem, & intelligentiam à forma: quæ verba significare videntur identitatem realem, & rationis inter formam, & illam, quod videtur difficilè, & inintelligibile; cum implicare videatur, aliquid esse idem re, & ratione cum alio, & non participare rationẽ formalem, & specificam illius. 14 *Explicatur opinio hæc Aureol. vt probabilior appareat.*

2. Non apparet quomodo realitas adueniens alteri præexistenti sit idem re, & ratione cum illo, nam illud prius præexistens iam habebat totam suam intrinsecã realitatem entitatis, & conceptus determinati vsque ad vltimam rationem formalẽ, nam existentia adueniens præsupponit in essentia, cum aduenit, complementum conceptus.

3 Non apparet, qua ratione illa realitas adueniens transeat in entitatem, & essentiã præcedentem eum ex ipsomet Aureol. art. 2. in prob. 3. propositionis, repugnat, vnam realitatem v. g. aquæ, transire in identitatem alterius realitatis, propria realitate manente, quia Deus illas separare non posset, sicut nec idem à seipso; at constat, formam posse minui ex viribus etiam naturæ per separationem realitatis additæ. Quare dicendum videtur, dum Aureol. ait, illam realitatem esse impræcisibilem secundùm rem, & secundùm intellectum à forma, intelligi debere, non de imprætisione identitatis, vt ꝓ obatum est, sed de imprætisione inseparabilitatis secundũm rem, & secundùm rationem, eo quod separata à forma non potest existere, nec intelligi sine forma. Moueor ad hanc interpretationem ex doctrina eiusdem §. Responsio ad instantias, ad primam, dum comparat hanc imprætisionem illi, quam habet accidens respectu subiecti, sine quo mente fieri, & præcisè definiri non potest, quia omnia accidentia habent entitatem secundùm quid, & imprætisam à subiecto in ꝓ intra totum *Vnde moueatur auctor ad huiusmodi explicationẽ.*

eorum realitatem ingreditur realitas subiecti, & entitatem figuræ ingreditur superficies, & rectitudo lineæ. Vnde concludit, non esse irrationabile, quod charitas per realitates huiusmodi impræcisas possit perfici, & augeri: constat autem, accidens non habere identitatem realem, & rationis cũ subiecto, sed tantum inseparabilitatem in suo conceptu. Et secundum hanc doctrinam dici debet realitatem, qua intenditur qualitas, esse perfectionem quandam, quæ non potest separatim existere neque intelligi; sed quia negat esse modum, vel hæcceitatem indiuiduantem, explicare debuit, quem conceptum habeat, sicut dicitur de alijs accidentibus, & alijs huiusmodi perfectionibus, & ideo existimo, eius opinionem esse imperfectam, & non satis ab ipso explicatam.

ARTICVLVS IV.

Opinio Auctoris.

15 *Intēsio verbaliter sūpta in quo cō sistat.*

PRima Conclusio. Intensio verbaliter sumpta consistit in actione, vel motu, quo acquiritur perfectio qualitatis in eadem parte subiecti. Probatur quia intensio fit ex vi alicuius agentis circa subiectum; sed id, quod est ex vi agentis circa subiectum, est actio, & motus; ergo intensio consistit in prædicta actione &c. Ex quo patet, in quo consistat remissio verbaliter sumpta, nam consistit formaliter in negatione concursus, quo conseruabatur perfectio qualitatis in eadem parte, siue ille concursus conseruatiuus fuerit ex parte agentis, siue subiecti, siue ex incompossibilitate contrarij, siue alia ratione. Sed difficultas est de intensione nominaliter sumpta, ideo sit.

Remissio verbaliter sumpta in quo cōsistat.

16 *Intensio nominaliter sumpta dicit perfectionem distinctam ab essentia qualitatis.*

Secunda Conclusio. Intensio dicit perfectionem distinctam à ratione formali essentiæ qualitatis. Prima pars patet, quia ex conceptu communi qualitas intensa est perfectior remissa; ergo ratio intensionis dicit perfectionem, quia comparatiuum supponit conceptum absolutum, non enim quis dicitur altero doctior, si non habeat doctrinam. Confirmatur ex omnibus modis, quibus ponitur fieri intensio, nam per omnes ponitur perfectio aliqua vel in separatione à contrarijs, vel in maiori radicatione formæ in subiecto, vel in perfectione nouę qualitatis corrupta priori, vel in continentia virtuali prioris, seu in partibus virtualibus, vel in noua qualitate cōueniẽte, vel in eo, quod essentia magis perficiatur, & vigoretur in omnibus, n. his modis, & similibus, qui fingi possunt, semper supponitur, intensionem dicere perfectionem siue intrinsecam qualitati, siue extrinsecã ex parte subiecti.

Confir. 2. ex dicendis de modo, quo fit intensio. Dices non reperitur in Deo, nec in substantia, q̃ est perfectior qualitate; ergo potius dicit imperfectionem, quàm perfectionẽ. Resp. pfectionẽ aliã esse simpliciter simplicẽ, quæ ex sua ratione nõ includit imperfectionẽ, & hæc melior est in quolibet in ratione entis, quàm eius negatio, & huiusmodi non est intensio, quia non dicit perfectionem in quolibet in ratione entis. Alteram esse perfectionem secundùm quid in determinato genere, & hæc habet admistã imperfectionem, & talis est intensio, & ideo non cōuenit Deo, nec dicit perfectionem in quolibet ente, sed in determinato in tali vel tali genere, & hinc nõ dicit perfectionem in substãtia, imò illi repugnat, sed dicit perfectionem in qualitate, vt determinatam ad talem speciem.

Secunda pars, prob. quia vbi est separabilitas, ibi est distinctio: sed inter rationem formalem essentiæ qualitatis, & intensionem est aliqua separabilitas ergo. Minor probatur, quia eadem ratio essentiæ manet sub intensione, & remissione, atque adeo conceptus essentiæ secundum se est separabilis à quolibet determinato gradu intensionis, & hanc separabilitatem sufficere ad probandam distinctionem, patet ex quantitate, quæ licèt non possit separari ab omni modo essendi, & ab omni figura, tamẽ quia est separabilis à qualibet determinata, inde colligitur, distingui quãtitatẽ à figura ex modo essendi; ergo similiter dicẽdũ est de essentia respectu suæ intensionis. Confir. quia hæc perfectio, quam dicit intensio, vel est indiuidualis respectu essentiæ, vel accidentalis, at vtraque ratione distinguitur ab essentia; ergo. 17

Dices: Ita se habet intensio, & remissio respectu essentiæ qualitatis, vt extensio maior, & minor respectu essentiæ quantitatis; sed vt extensio est absoluta de cõceptu quantitatis absolutæ, & extensio maior est de essentia quantitatis maioris, ita dicẽdum est de intensione, quod sit de essentia qualitatis.

Re-

Respondeo, esse diuersam rationem, quia in quantitate non sunt aliæ partes, quàm extensiuæ. Vnde tota eius essentia consistit in extensione. At verò in qualitate intensibili sunt duplices partes, diuersæ rationis, scilicet extensibiles, & intendibiles, vt patet quia potest esse qualitas intensa vt vnum, & extensa per palmum & potest esse qualitas intensa vt octo, & extensa per digitum, vel etiam indiuisibilis, & tamen secundum vtrasq; partes manet essentia qualitatis, v.g. albedinis: atque adeo ratio essentiæ distinguitur à ratione intensionis, & extensionis.

Dices 2. si ratio intensionis est distincta à ratione essentiæ, non posset intendi essentia, quia intendi essentiam est augeri essentiam, at non augetur essentia per rationem distinctam ab essentia. Resp. hoc exigit declarationem quid sit illud, per quod qualitas intendatur, de quo cum de modo intensionis; illud autem à multis dicitur distingui ab intensione sicut alimentum, per quod fit auctio, distinguitur ab ipsa auctione. Sed quid dicendum sit patebit ex dicendis.

18 *Intēsio quo pacto nō distinguatur ab essentia qualitatis.* Tertia Conclusio. Intensio non distinguitur ab essētia qualitatis vt raritas à quātitate. Prob. quia raritas, & densitas sunt duo modi essendi inter se secundum positiuam rationem repugnantes, quorum vnus destruit alium; at intensum, & remissum non sunt modi essendi repugnantes secundum rationes positiuas, cum simul maneant, & cōponantur, sed solum secundum negationem inclusam in remissa, vt dicitur de quātitate parua, & magna; tum quia quantitas per rarefactionē extenditur, & contra per densitatem sine additione, vel diminutione quantitatis; at non sic intensio, & remissio qualitatis, quia acquiritur vel deperditur aliquid qualitatis. Est cōtra Aureolum loc. cit. vt infra fusiùs, vbi explicabitur textus 4. phys. 84. vbi ait: *Ex calido fieri magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minùs erat calidum. Sicut neque maioris circuli circumferentia, & curuitas, si fiat minoris circuli, eadem cum sit, aut alia, in nullo facta est curuitas, quod erat non curuum, sed rectum.*

19 *Perfectio intensiua qualitatis quomodo ab eiusdem essentia distinguatur.* Quarta Conclusio: Perfectio intensiua distinguitur ab essentia qualitatis, vt includens, & inclusum, nam quælibet determinata perfectio intensiua includit essentiā qualitatis, non tamen essentia includit determinatam perfectionem intensiuam.

Primò patet, nam perfectio intensiua auget qualitatem, at qualitas v. g. non augetur per perfectionem diuersæ speciei, sed eiusdem, s. per albedinem, alioqui illud compositum non esset magis album, quā prius, sed haberet maiorem secundùm aliam rationem, quæ illi additur. Neque dicas, perfectionem additam esse conditionem, vt prius album fit magis album, nam effectus formalis non potest augeri nisi augeatur forma, vel eius informatio: at vtroque modò effectus oritur à qualitate secundùm propriam essentiam, potest enim dari aliqua conditio, vt album præcedens appareat magis, non tamen vt sit de nouo vt sandaracha addita coloribus facit illos magis apparere.

2. Probatur, quia essentia qualitatis potest consistere cum qualibet intensione, at si includeret determinatam intensionem, non posset esse cum qualibet, quia vt semper affert essentiam, ita determinatam intensionem sibi essentialem. Dices essentia huiusmodi qualitatū, non potest existere sine aliqua intensione; ergo essentialiter aliquam includit. Resp. includere aliquid in essentia posse dupliciter intelligi; primò intrinsecè, & constitutiuè, & hoc siue determinatè, siue vagè; secundò extrinsecè, & terminatiuè, & hoc similiter determinatè, & vagè, vt animal non pōt existere sine aliqua differentia, & in aliqua specie, non tamen determinatè, sed vagè, & hac ratione essentia qualitatis exigit intensionem aliquam.

Confirm. quia qualitas intensa non differt specie à remissa; sed si essentialiter includeret intensa, quod non includit remissa, tunc ratione illius different specie.

Ex hac conclusione colligitur, intensionem, & remissionem non esse propriè modos essentiæ qualitatis, quia modus non includit essentialiter rationem formalem, & essentialem rei, quam modificat. At intensa, & remissa perfectio includit essentialiter rationem formalem, & essentialē qualitatis, cui conueniunt. *Intensio, ac remissio nō sunt propriè modi essentiæ qualitatis.*

20 *Perfectio huiusmodi intēsiua est diuisibilis.* Quinta Conclusio. Hæc perfectio intensiua qualitatis non est indiuisibilis sed diuisibilis. Hæc conclusio dupliciter potest intelligi. Primò vt neget diuisibilitatem multiplicationis; qua ratione essentia diuina dicitur indiuisibilis, idest immultiplicabilis; & hac ratione non intelligitur conclusio, quia satis constat, esse diuisi-

uisibilem, quia intensio multiplicatur numero non solùm in qualitatibus diuersæ speciei, sed etiam eiusdem. Secundò vt negat diuisibilitatem partium componentium; non quidem essentia, quia qualitates, licèt componantur metaphysicè, non tamen physicè, scilicet ex materia, & forma, sed ex partib° cōponentibus latitudinem intensiuam, quæ proportionaliter explicatur per quandam similitudinem ad partes extensiuas quantitatis. Primò patet à posteriori, quia videmus inter qualitates intensas vnam esse maiorem altera, & vbi est magis, & minùs non est indiuisibilitas, sed diuisibilitas, quia ibi debet esse pluralitas, nam nihil se ipso est maius, vel minùs. Neque dicas, hominem esse perfectiorem leone; & tamen vtriusque essentia consistit in indiuisibili. Tū quia est diuersa ratio: ex leone enim, & homine non fit vnum ens, quod dicatur maius se ipso; at qualitas intensa est eadem cum ea, quæ erat remissa, & solùm deperdita est negatio maioris perfectionis. Tū q a inde probatur oppositum, sicut leo, & homo sunt duo entia, vt possit vnū cōparari in ratione animalis cum alio; ita in qualitate remissa, & intensa debent esse duæ rationes reales, vt possit dici qualitatem, vt intensam esse perfectiorem se ipsa vt remissa.

Perfectio intensionis nō consistit in indiuisibili.

21 Confir. quia motus intensionis, vt probatum est supra, est successiuus, & continuus: at terminus indiuisibilis non potest terminare motum successiuum, & continuum, quia vt successio continua dicit diuisibilitatem, ita & terminus, qui acquiritur successiuè, & continuè. Dices, sufficere virtualē indiuisibilitatem, quia sicut Angelus formaliter diuisibilis, cum sit virtualiter diuisibilis, potest coexistere spatio diuisibili, & potest in se habere motum successiuum continuum, quo acquirat partes diuisibiles; ita qualitas intensa indiuisibilis formaliter, & diuisibilis virtualiter, potest acquiri diuisibiliter per motum diuisibilē. Sed contra, nam sicut Angelus non potest produci diuisibiliter, sed instantaneè propter suam indiuisibilitatem, quia vel totus est, vel nihil illius; ita dicendum de qualitate [illegible], si esset indiuisibilis, quia simul vel tota [illegible], vel nihil illius. Vnde diuersa [illegible] de productione rei, ac de coexi[illegible] respectu alterius, nam respectu co[illegible] potest habere diuisibilitatem, q[illegible] habet diuersas vbicationes respectu spatij, ex quibus non fit in se, & in sua

Impugnatur primò confirm.

entitate indiuisibilis, sed solùm subiectat illas; & similiter quodlibet indiuisibile permanens coexistit tempori diuisibili. Vnde potiùs sumitur probatio contraria; nam sicut non posset habere coexistentiā successiuam ad spatium diuisibile, nisi haberet plures partes vbicationis successiuæ, ita dicendum est, successionem continuā non posse esse sine pluralitate aliqua. Dices secundò. Possent poni plures gradus indiuisibiles, quorum vnus succedit alteri. Resp. De hoc in conclusione sequenti; solùm dico, inter illos posse esse quidem successionem, sed non continuam nisi velimus, continuum constare ex indiuisibilibus, quod à nobis alibi probatum est esse falsum, cum semper inter vnum instans, & aliud intercedere debeat tempus.

Impugnatur secundò

22 2. Prob. à priori, nam indiuisibilitas repugnat cum diuisibilitate in eadem re respectu eiusdem. At si, (vt dicunt aduersarij) perfectio intensiua consisteret in indiuisibili, non posset in intensione esse pluralitas partium, quia pluralitas partium ponit diuisibilitatem in partes, ex quibus res existit. At in qualitate, in qua est intensio, necessariò est pluralitas partium: tum quia est perfectio procedens cum subsequenti, ex quibus resultat qualitas intensior.

Tum quia dupliciter dicitur aliquid intensum, primò intrinsecè, & propriè, & hoc excedit minùs intensum ex continentia plurium partium, vt dicitur de extenso maiori. Secundò impropriè, & hoc dicitur intensum per perfectionem, per quam coextenditur.

Aliquid dupliciter dici potest intensum.

Responderi potest, intensius dici per qualitatem indiuisibilem perfectiorem præcedenti, destructa priori.

Respon. Qua ratione id dici non possit ostendetur infra quæstione. De hac re.

Dices: Qua ratione explicanda sit opinio dicentium gradus qualitatum indiuisibiliter produci, cū qualitates graduales sint diuisibiles. Resp. accipi gradus ibi vt dicunt determinationem, sed terminum qualitatis, qui se habet respectu qualitatis vt puncta in linea; ita colligitur ex doctrina Veneti in sūma de Gen. c. 1. concl. 3.

Contra illam multa objicit Maior 1. d. 17 q. 18. arg. 11. quæ cum ab ipso soluantur, non est cur referantur; etiam si aliqua, quæ ibi dicuntur non placeant; non enim pleraque illorum magis impugnant latitudinem intensionis qualitatis, quàm exten-

extensionem quantitatis, quia vtraque sub terminata perfectione dicit indiuisibilitatem: quid autem sit in specie,patebit infra cum de modo intensionis.

ARTICVLVS IV.

Quomodo Intensio, Remissio, & Alteratio distinguantur.

23

Intensio,& remissio nō distinguūtur ab alteratione intrinsecè per aliquos.

DIfficultas maior manet, quo modo intensio,& remissio distinguātur ab alteratione; nam aliqui volunt non distingui intrinsecè, sed tantùm connotatiuè,eò quod intensio essentialiter non est aliud, quàm alteratio, sed distinguitur eò quod alteratio connotat priuationem qualitatis tanquam terminum *à quo*; intensio verò & remissio connotat existentiam qualitatis in subiecto eo modo, quo augmentatio supponit quantitatem in subiecto, quod augetur.

Alterato specialiter sumpta distinguitur ab intensione,& remissione per alios.

Alij verò dicunt, alterationem accipi dupliciter; primò vniuersaliter vt est motus ad qualitatem quomodocunque, & ita continet sub se tanquam species intensionem,remissionem,& alterationem specialiter dictam. Secundò specialiter,& distinguitur ab intensione, & remissione; nā alteratio specialiter dicta terminatur ad qualitatem secundùm totum suum esse, quod priùs non erat, intensio verò terminatur ad modum essendi ipsius qualitatis in eodem subiecto secundū q dicitur esse magis,remissio verò contra. Hanc sequuntur Salmaticenses disp. 4. q. 2. & tribuunt Caietano 2.2.q.24. Bannes hic cap.4.q.2. Montesino 1.2.disp.33.num.69.& 70. & communiter Thomistis tribuitur. Probāt ex Arist 5.phys.31. Nam alteratio cum sit motus distinguitur specie à terminis; at triplex est terminus ipsius, scilicet Qualitas secundùm totam suam naturam, quæ incipit in subiecto; Augmentum illius,ad quod est intensio; & Diminutio, ad quam est remissio. Vnde alteratio specialiter sumpta terminatur ad qualitatem secundùm totam latitudinem,qua primò acquiritur per motum non interruptum.

Alterationis termin⁹ triplex est.

Et ego confirmo, nam intensio distinguitur ab essentia qualitatis, vt dictum est; sed alteratio terminatur ad qualitatem,vt dicit essentiam abstrahendo ab esse intenso,& remisso; ergo. Ex quo patet, falli eos, qui putant, alterationem diuidi adæquatè per intensionem, & remissionem, cum respectu illius debeat dari alia species, quæ est alteratio specialiter dicta. Sed in hac 24
re non potest esse quæstio de re inter eos, qui ponunt, qualitatem intendi per additionem partium qualitatis, sed solùm de nomine; nam illi motus omnes essent eiusdem speciei, & non differrent,nisi per cōnotationē terminorū, vt docet prima opinio. At verò ab eis,qui negant, intensionē hoc modo fieri, sed p maiorē radicationē in subiecto,quæ dicit modū essendi diuersum,esset disputatio de re,qua ponerent diuersos terminos *ad quos* specificatiuos. Placet tamen modus loquendi secundæ opinionis non propter ipsius fundamentū, sed quia videtur magis conformis Arist. in 1.de Gen.t. 31. dum explicat discrimē inter Generat. & augmentationem; illud enim discrimen proportionaliter applicari potest ad rem nostram, nam vt quantitas, quæ acquiritur dum primò generatur res, habet suam latitudinem, cuius tamen acquisitio non dicitur augmentatio;ita qualitas,quæ primò acquiritur,habet suam latitudinem,ad quam non terminatur intensio,sed dicitur alteratio, & illa finita dicitur intensio. Dices.Illa acquisitio quantitatis cum forma genita non habet nomen distinctum ab augmentatione,& diminutione; ergo neque illa prima acquisitio qualitatis habere debet nomen distinctū ab intensione, & remissione. Respondent primò,illam acquisitionem quantitatis nō habere nomen, quia non est ex vi motus, sed ex vi resultantiæ ab ipsa forma genita; at qualitas quæ primùm producitur fit ex vi motus, & ideo habet nomen speciale. Sed non placet, quia etiam dispositiones qualitatiuæ ex Thomistis,& Salmaticensibus resultant ex forma. Quare alij respondent, quantitatem supponi in subiecto,in quo producitur forma,at non sic qualitas. Sed contra, quia etiam qualitates præsupponuntur vt dispositiones ad formam. Quare ego resp. diuerso modo fieri augmentationem,ac intensionem;nam ex cōmuni opinione quantitas non producitur, sed quæ præerat in alimento,vnitur viuenti; (non enim augmentatio,de qua Arist. agit, reperitur extra viuentia) at qualitas producitur de nouo, & intenditur, ac remittitur,& ideo habet nomen distinctum. Dices secundò. Non potest reperiri qualitas sine aliqua latitudine; ergo non potest acquiri qualitas per alterationem,quin sit intensio; nam intensio non est aliud,quàm

Augmentatio diuerso modo fit ab intensione.

acqui-

acquisitio maior, & maior latitudinis qualitatis, non quidem secundùm extensionē in diuersis partibus, sed secundùm intensionem in eadem parte subiecti. Respond. omissis opinionibus aliorum, etiam si qualitas non possit acquiri sine aliqua latitudine, tamen illa acquisitio potest considerari dupliciter; primò vt terminatur ad qualitatem, vt connotat priuationem sui in subiecto vt terminum *à quo*, & ita dicitur alteratio. Secundò vt supponit existentiā qualitatis in subiecto, & secundùm illam rationem dicitur intensio; vel dicendum est dici alterationem vt absolutè terminatur ad essentiam qualitatis secundum sui existentiam in subiecto, intensionem verò vt terminatur ad augmentum illius; cōnotata existentia qualitatis absolutè.

Dices 3. qua ratione productio qualitatis, & conseruatio distinguantur in alteratione specialiter dicta.

25 *Productio qualitatis ab eiusdem conseruatione quomodo distinguatur.* Resp. Complutenses loc. cit. ad 3. eandem alterationem esse productionem, & conseruationem, sicut idem actus diuinæ voluntatis vt terminatur ad essentiam Dei vt formale obiectum est necessarius, & vt terminatur ad creaturas est liber, & productio; non sic respectu diuinæ bonitatis; ita eadem alteratio potest habere diuersas denominationes, vnam respectu termini formalis, & aliam respectu alicuius exercitij, & modi ad illum requisiti, nam cum eadem actio terminetur ad terminum formalem, & materialem potest præcisè accipi vt terminatur ad vnum, ac alterum, & ita diuerso modo denominari, quo alteratio vt terminatur ad calorē cū suo modo continuata actione sine interruptione, et priuatione qualitatis dicitur productio; & quia non præsupponit qualitatem, non potest dici conseruatio, sed continuata productio.

Ego Resp. & dico primò productionē, & conseruationem esse eandem actionem, sed differre ratione connotati, scilicet negationis præexistentiæ termini, & positionis eiusdem existentiæ.

Secundò in actione successiua, non potest distingui conseruatio à productione, nisi ponatur determinatus terminus, vnde cum post instans non possit assignari immediatè aliquid determinatum, non potest in ea mensura distingui productio, & conseruatio, non solùm in actionibus successiuis, sed etiam in instantaneis; vt si ponatur, immediatè post instans creari angelum, non potest in ea mensura distingui creatio à conseruatione; in quo falluntur Salmaticenses dum negant, esse eandem rationē in creatione, & alteratione, nam si vtraq; incipit extrinsecè. i. vt sit immediatè post instans, est eadem ratio.

3. Partes qualitatis posse considerari dupliciter primò vt existunt ex vi alterationis successiuæ, ita vt semper producantur, ita alteratio est continua productio. Secundò vt existentes ex vi alterationis perdurant in existentia simultanea, & ita non conseruantur ex vi alterationis successiuæ, sed alterius actionis, quæ est à Deo, vel causa naturali, quia alterationis partes cum non durent sed transeant, non possunt habere rationem conseruationis; quod à paucis est animaduersum. 26 *Partes qualitatis dupliciter cōsiderari possunt.*

DVBITATIO II.

An, & quo modo Alteratio distinguatur ab Intensione, & Remissione.

PRima Opinio est dicentium, distingui sicut genus à speciebus, quod alteratio sit motus communis, qui diuiditur in intēsionem, & remissionem. Prob. quia Alteratio terminatur ad qualitatem, quæ recipit intensionem, & remissionem; ergo alteratio est communis ad intensionem, & remissionem, quia motus specificatur à termino; ergo sicut qualitas, quæ est terminus alterationis est communis ad qualitatem intensam, & remissam; ita motus, qui est ad qualitatem, est cōmunis ad motum intensionis, & remissionis; sicut quia generatio terminatur ad substantiam, & substantia diuiditur in animatam, & inanimatam, etiam generatio erit communis ad generationem substantiæ animatæ, & inanimatæ. Confirm. quia sicut non potest dari genus, nisi sit in aliqua specie, ita non potest dari alteratio propriè dicta, quæ non sit contracta ad intensionem, & remissionem; & hoc est ex eo quod genus non existit extra species. Confirm. 2. quia omnis alteratio est ad terminum vt habet latitudinem, alioqui non esset successiua, & continua; sed vt est ad terminum habentem latitudinem necessariò est vel intensio, vel remissio; ergo non distinguitur ab intensione, & remissione, vt species ab alijs speciebus, sed vt prædicatum commune à speciebus. 1 *Alteratio ab intensione, & remissione distinguitur vt genus à speciebus.*

Secunda Opinio est dicentium, alterationem

Distinguitur p alios vt tertia species. tionem sumi multipliciter; primò pro omni motu accidentali; secundò pro motu terminato ad qualitatem, vt sumit D. Tho. in 1. dist. 17. q. 1. art. 1. ad 5. qua ratione sensationes, intellectiones, productio supernaturalium dicuntur alterationes, & ita non accipitur hic. Tertiò pro mutatione physica, quæ est actus imperfecti ad perfectū. Quartò quæ est actus imperfecti habentis contrarietatem, vt accipit Diuus Thomas loco cit. & nos hic; quam dicunt, distingui ab intensionis, & remissionis motu, vt tertia species sub eodem genere. Tribuitur D. Th. 5. phys. & hic textu 31. sequitur Caietanus 2. 2. quæst. 24. Mōtesinus 1. 2. disp. 33. num. 69. & 70. Bannes hic cap. 4. q. 2. Complutenses hic disp. 4. q. 2. Nam licèt alteratio posset sumi vt genus ad has tres species, tamen hic accipitur pro tertia specie contra distincta ab intensione, & remissione, quæ sic dicitur ob pœnuriam nominum; sicut dispositio est species qualitatis, quæ dicitur dispositio, quæ est genus ad habitum, & dispositionem specialiter sumptam. Quæ opinio sic explicata probatur. Nam de ratione alterationis est, vt sit à negatione totius qualitatis ad illius existentiam in subiecto simpliciter; at intensio supponit existentiā simpliciter qualitatis in subiecto, & tendit ad maiorem perfectionem qualitatis; ergo differunt secundùm proprios conceptus. Confir. quia motus distinguuntur à terminis formaliter sumptis; at hi tres motus habent terminos formaliter distinctos; quia habent diuersum modum existendi; nam remissio est ad qualitatem vt minorem, & deficiētem, intensio contrà; alteratio verò est ad qualitatem non dum maiorem, vel minorem, sed quali tatem secundùm se, vt habet modum essendi simpliciter. Confirm. secūdò quia vt respectu quantitatis sunt tres species motus, scilicet augmentatio, diminutio, & productio quantitatis simpliciter, ita dicendum respectu qualitatis.

3 *Distinguitur tantùm cōnotatiuè per alios.* Tertia Opinio est dicentium, alterationem, quæ est ad qualitatem habentem latitudinem, non distingui secundùm substantiam à motu intensionis, & remissionis, sed ratione connotati, scilicet termini *à quo*; nam terminus *à quo* alterationis est priuatio totius qualitatis, intensio verò præsupponit qualitatem productam, cui annexa est priuatio maioris qualitatis: contra verò diminutio, quæ præsupponit maiorē qualitatem, cui annexa est minor qualitas. Et hæc opinio mihi placet. Prima pars patet ex dictis in prima opinione; nā verè non potest intelligi, produci qualitatem habentem intensionem, quin intelligatur produci cum aliqua latitudine qualitatis, vbi autem est latitudo qualitatis ibi est acquisitio qualitatis secundùm maiores partes; nam in qualibet parte acquisita potest signari terminus vnde incipiat intensio, & licèt hæc assignatio non possit fieri in illo tempore immediato post instans, tamen semper potest fieri assignatio ante & ante; sicut enim ibi potest distingui conceptus productionis à conceptu conseruationis, quæ incipit ante & ante, ita potest distingui productio ab intensione, cum vtraque requirat præuiam existentiam rei, quæ conseruatur, & quæ intenditur. Secunda pars patet ex dictis in secunda opinione; nam vere ibi exigitur diuersitas termini *a quo*, qui non pertinet ad substantiam motus nisi connotatiuè; substantia enim motus consistit in acquisitione partium latitudinis. *Hæc opinio Auctori placet.*

Dices, diuerso modo latitudinem acquiri ex vi alterationis ac ex vi intensionis; nam terminus formalis alterationis est qualitas secundùm se, latitudo verò consequēter acquiritur tanquam modus intrinsecus illius qualitatis; at verò intensio tendit formaliter ad maiorem intensionem, & non ad qualitatem vt ad quid per illam productum.

Resp. inde non sumi diuersitatem secūdùm substantiam, quia in omnibus est eadem substantia termini, scilicet qualitas habens latitudinem, & solùm est discrimē ratione connotati, quod illa latitudo sit secundùm aliquid prius productum, vel nō; quod etiam fatentur Complutenses ibi §. 3. ad 3. Et ex his patet ad argumenta primæ, & secundæ opinionis, in quorum solutione non est immorandum, cum sit quæstio de nomine. 4

DVBITATIO III.

An existat intensio, & remissio alicuius formæ.

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

1 *Nulla forma intendi.* Prima Opinio est dicentium nullā formā intendi, & remitti, quia vel hoc

tur, & remittitur per aliquos.

conuenit essẽtiæ rõne principiorũ essentialiũ, & nõ, quia qlibet principiũ essentiale variat essentiã secundùm speciem, at suscipere magis supponit identitatem specificam; vel conuenit ratione principiorum indiuiduantiuin, & neque quia principia hæc sunt proportionata essentiæ; ergo debent participare proportionaliter indiuisibilitatem essentiæ, nam diuisibile non potest proportionari indiuisibili atque adeo non potest habere latitudinem. Confirm. quia hæc latitudo oriri deberet ab essentia tanquam passio, sed hoc dici non potest, tum quia ab indiuisibili non potest prouenire oppositum, scilicet diuisibile, tũ quia sequeretur, qualitatẽ intensã nõ habere vnitatẽ per se, quia cõponeretur ex essentia, & passione, qualis est inteosio.

Confir. 2. quia oon possunt formæ intendi, & remitti ratione essentiæ, quia essentia non dicitur magis essentia, quàm alia; neque albedo magis quàm alia ex Arist. cap. de qualit. in fine. Neque ratione ipsius esse, quod habet in subiecto, quia hoc esse cum sit effectus formalis essentię oon potest excedere ipsam essentiã formę, vnde iustior dicitur, quia habet maiorem formam iustitiæ.

Confir. 3. ex 8. met. 10. vbi formas dicit esse vt numeri, quibus quælibet vnitas addita variat speciem.

2 *Datur aliqua forma intensionis capax per alios.*

Secunda opinio est dicentium, dari aliquam formam capacem latitudinis intensiuæ; patet ex sensata experientia, nam videmus, vnum altero frigidius, vel calidius.

2. Probatur à priori, scilicet ex fine ad quem ordinantur aliquę qualitates, scilicet ad mixtionem, sed non posset reperiri in natura tanta varietas mixtorum si qualitates carerent latitudine intensiua, nam qualitates oppositæ oon possent vniri in eodem subiecto ad productionem mixtorũ si haberent oppositionem secundùm naturam indiuisibilem, quia eo ipso quo vna esset in subiecto, inde excluderetur alia, nec posset esse tanta diuersitas inter mixta secundùm virtutem refrigerandi, & calefaciendi, &c. sed in omnibus illa virtus esset æqualis perfectionis.

Responderi posset, ibi esse diuersitatem virtutum, quia sunt qualitates diuersæ secundùm perfectiones indiuiduales indiuisibiles, sicut dicitur de formis substantialibus inæqualibus secundùm perfectiones indiuiduales.

Sed contra patet ex dictis de continuitate alterationis, quia fieret indiuisibiliter in pluribus instantibus. Vnde esset infinita multitudo perfectioonum determinatarum simul existentium, quia non esset ratio cur prior desineret per aduentum secundæ perfectionis, & inteosio non esset cootinua. Et ex dicendis de mixtione, quæ non posset existere cum hac indiuisibilitate formarum etiam indiuidualium. Neq; posset saluari productio illarum, nam cum inter illas non sit subordinatio non esset ratio cur non produceretur statim forma cum hæcceitate summæ perfectionis, sicut produci possunt indiuidua substantialia perfectiora, non productis imperfectioribus, & tamen patet qualitatis imperfectiorem gradum produci necessariò priùs, quã perfectiorem.

Denique quia non esset ratio cur substantia noo sit intensibilis, quia cum intensio consistat in varia perfectione indiuisibili determinatiua essentiæ, & substantia sit capax harum perfectionum, erit etiam intendibilis.

Denique probatur ex multis, quæ affert Basson. 1. d. 14. quæst. 1. art. 4. vbi probat, formas intendi non solùm secundùm esse, sed etiam secũdùm essentiam, quia vel sũt idem, vel necessariò vnita. Neque dicas cũ Herueo, quod esse præter essentiam dicit subiectum. Nam, inquit Bassonus, illud, quod sequitur aliud per se primò, nihil aliud respicit nisi ratione illius, quia ab eo habet præcisè suam mẽsuram, sed esse formæ per se primò sequitur essentiam formæ, & subiecto non coouenit nisi ratione essentiæ formæ; ergo perfectio in esse est præcisè à forma, & non à subiecto.

ARTICVLVS II.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

AD primum Resp. conuenire ratione principiorum indiuiduantium. Ad 3
primam probationem resp. hæcceitates esse quidem proportionatas essentiæ, non quidem proportione methematica, sed metaphysica, vt scilicet sint tales, quæ diuidant esseotiam iudiuidualiter iuxta exigentiam essentiæ, cum igitur essentia huiusmodi qualitatum exigat hæcceitates habentes hanc latitudinem perfectionis, vt probatum est ex fine harum qualitatum, ideo hæcceitates non debent proportionari indiuisibilitati naturæ specificę, quam habet

habet ex vi suæ differentiæ, quæ est vltima in ratione essentiæ.

Dices hæcceitas est magis vltima, quia non est diuisibilis in alias hæcceitates. Resp. hanc latitudinem graduum non coalescere ex hæcceitatibus diuidentibus hæcceitatem communem, sed ex multiplicatione hæcceitatum, quarum vna additur alteri vt distincta ab altera tanquam indiuidualis ab indiuiduali differentia. Nam hæcceitas est omnino indiuisibilis tanquam commune pluribus cõtentis sub illa, hinc hæcceitas huiusmodi est indiuisibilis tanquam commune in inferiora, vt sunt cæteræ, & diuisibilis in plures tanquã compartes vnius latitudinis.

4 *Intensio dupliciter accipi potest.* Ad confirm. Resp. id exigere explicationem modi, quo fit intensio, de qua re infra; nunc dico intensionem posse accipi dupliciter primò in actu primo, qua ratione qualitas dicitur intensibilis, & est vel prædicatum essentiale, vel passio, quomodo naturæ conuenit posse determinari, & communicari pluribus, vt diximus in logica tract. 6. quæst. 4. d. 3.

Secundò in actu secundo, & hæc nullo modo est essentialis, vel oritur ab essentia elicitiua, sicut neque hæcceitas; sed tantùm in genere quasi materialis, nam vt hæcceitas, ita latitudo perfectionis indiuidualis est ab efficiẽte extrinsecè; vnde diuisibile, non oritur ab indiuisibili, licèt etiam hoc concedi possit, vt à Deo indiuisibilis perfectionis est tota natura corporea, & ab anima sunt plures potentiæ, imò potentiæ etiam corporeę partis vegetatiuæ, & sensitiuæ: Deinde magis videtur repugnare diuisibile coniungi cum indiuisibili, quàm oriri ab indiuisibili, & tamen anima rationalis informat materiam diuisibilem.

Ad 2. prob. Resp. qualitatem intensam non esse minùs per se vnam, quàm sit qualitas indiuidua; ex quo fit, intensionem non esse passionem, vel accidens prædicamentale respectu essentiæ. Vnde quærendum est, in quo consistat intensio, sed hoc expedi non potest nisi inuestigetur modus, quo fit intensio qualitatis.

Ad 2. confir. Resp. Bucc. albedinem v. g. suscipere magis in essentia, & in esse, idque probat ex Arist. ibi. nam dicẽs album suscipere magis, & minùs, non excludit, quod essentia non suscipit, sed huc probat ex vi illius, cum album sit effectus formalis albedinis. Confir. quia Arist. ibi proponit quæstionem in abstracto, An qualitas suscipiat magis, & minùs, & probat ex effectu formali magis, & minùs; quod si intelligeret de albo, quod susciperet magis secundùm esse, & non secundùm albedinẽ in abstracto, non probaret quæstionem propositam in abstracto, quæ significat assensum. Confir. quia respondet ad quæstionem dicens: *Album enim suscipit magis, ly enim* significat redditionem rationis. Confir. 2. quia vt species qualitatis, & alias proprietates probat per ordinem ad subiectum notionibus, ita & hæc de intensione. 5

Ad 3. Resp. ibi loqui de forma substantiali, quæ non suscipit magis, & minùs ex effectu formali, scilicet ex homine constituto, quia vnus non est magis homo quã alius quoad ratione specificam, & idem de qualitate quoad rationem specificam, albedo. n. minima est ita cõpleta in sua specie essentiali, ac albedo maxima, quia prędicata essentialia sunt sicut numeri, nam quolibet ablato, vel addito, variatur essentia; Addit Bassonus, omne aliud esse, quod non consideratur secundùm esse specificũ, dici ab auctoribus materiale, quia fluit, & refluit, sicut partes materiales fluunt in homine, & refluunt.

QVÆSTIO II.

De modo, quo fiat intensio.

CVm qualitates, quæ recipiunt intensionem, & remissionem aliæ habeãt contrarium, aliæ careant; primò videndum est de modo intensionis qualitatum habẽtium contrarium, ex quibus facilè patebit quid dicendum de carentibus contrario.

DVBITATIO I.

An, & quo modo qualitates contrariæ se compatiantur in eodem subiecto.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Quæ nam contraria dicantur.* PRimò ex Arist. 10. met. 16. contraria dici, quæ sub eodem genere maximè distant. Dicitur, sub eodem genere, vt distinguantur ab oppositis priuatiuè, vel cõtradictoriè, in quibus alterum extremum cum sit negatio non potest esse in eodem

genere; & hinc etiam aliqua ratione distinguuntur ab oppositis relatiuè, quia terminus potest esse absolutus; quod si consideretur oppositio relatiua non respectu termini, sed correlatiui, aliquando possunt esse plusquam genere diuersa, vt quando vnũ correlatiuum est reale, & alterum rationis; aliquando verò non solùm non differunt genere, sed etiam specie conueniunt, vt in correlatiuis æquiparantiæ; at contraria nunquam possunt esse eiusdem speciei, vndè per hanc particulam non excluduntur opposita relatiua disquiparantiæ realia, vt paternitas, & filiatio. Ratio huius particulæ est, nam inter contraria est ordo per se transmutationis, at hic ordo non reperitur in ijs, quæ genere differunt, vel sunt eiusdem speciei, vt patet.

Confirm. quia contraria sunt circa idẽ subiectum, non coniunctum, sed diuisum; ergo debent habere saltem conuenientiã genericam, ratione cuius idem subiectum sit capax vtriusque, vnde ly, generis, intelligi potest logicè, & physicè; & materia est duplex *ex qua*, & *circa quam*, seu subiectiua, & obiectiua, quando qualitas habeat obiectum, tunc debent esse eiusdem generis physici in vtraque materia, nam alioqui non haberent formales effectus repugnantes, nisi circa idem aliquo modo versentur. Dixi, quando habent, quia non omnia contraria eam habent, sed tantùm quæ circa obiectum versantur. Dices, Aristoteles c. de oppositis ait, sufficere si ipsa sint genere diuersa, vt bonum, & malum.

Confir. quia, vel intelligitur de genere proximo, & falsum est, vt patet in bono & malo, errore & scientia; vel remoto, & tum eadem ratione esse possunt genere diuersa, cum præcipuè inter res diuersorum prædicamentorum intercedat contrarietas, vt calefactio non solùm est contraria frigefactioni, sed etiam frigori,

Resp. id dici ex sententia Pytagoreorũ, qui ponebant duo principia, scilicet bonũ, & malum. ita D. Th. 3. contra gentes c. 4. & ibi Ferr. ex 1. m. c. 5.

Respondent alij, dici contraria genere non propriè, sed impropriè, quia sunt generales conditiones contrariorum, nam semper vnum habet rationem mali respectu alterius, vel secundùm se quatenus, vnum se habet vt priuatio, & defectus respectu alterius, vel respectu subiecti, cui alterum contrariorum est disconueniens, vt Theoph. & Ammon. quare contraria secundùm suas entitates sunt sub eodem genere, & sub ratione boni & mali sunt genere diuersa,

Respondetur, loqui de bono & malo morali, vt patet ex exemplis, quæ affert; nã in moralibus est contrarietas non formaliter in ratione malitiæ sed ratione actus, vel habitus, qui est subiectum malitiæ, & ita hæc contraria sunt in eodem genere, scilicet habitus, vel actus, sed opponuntur peculiariter in ratione boni & mali, quia sic habent maximam distantiam.

Ad confi. m. non debere conuenire proximè in eodem genere prædicamentali, vt ibi probatur; sed oportet, vt quæ directè, & immediatè opponuntur, conueniant in prædicamento, at actio immediatè opponitur actioni, sed mediatè opponitur termino, & dispositiones dispositionibus, vt inductione patet.

3 *Contraria quot modis distare debeant.*

2. Dicuntur contraria summè distare, primò distantia positiua, nam negatiua maior est in oppositis contradictoriè. Secundò de distantia in eodem genere, nam extra huiusmodi genus constat, vnum cõtrarium posse magis distare ab alijs rebus, quàm à contrario. Tertiò quod talis maxima distantia sit cum excessu, vel positiuè, vt albedo distat à nigredine sub genere coloris; vel negatiuè, id est cum nulla sit maior in eodem genere, vt calor, & frigus sub passibili qualitate, sub qua etiam continentur humiditas, & siccitas, quæ habent æqualem distantiam, vt vnum par contrariorum non magis distet, quàm aliud par; requiritur igitur maxima distantia, quia alioqui non se mutuò expellerent, nec trãsmutatio vnius perfectè terminaretur ad aliud, quod est ratione perfectæ contrarietatis.

Dices: Virtus est contraria alteri vitio, & tamen ipsa vitia immediatè distant, quia magis distant vitia extrema inter se, quàm cum virtute. Respondeo, non contineri sub eodem genere proximo, sic enim extrema vitia magis inter se distant; at in ratione morali summè distant saltem negatiuè, quod fieri potest, vt ab eadem virtute duo vitia æquè distent, licèt secundùm diuersas, & extremas rationes, & licèt vnũ deterius videatur magis distare à recta ratione, tamen secundùm proportionalem rationem vnumquodque dicitur summè distare, scilicet ab ea rectitudine, quam vnumquodque destruit.

4 Dices: Error esset contrarius veræ opinioni

nioni potius,quàm scientiæ, & tamen magis distat à scientia.

Resp. illam maiorem distantiam non esse in eodem genere,quo opinio, & error opponuntur, quando habent rationem contrarietatis ex parte obiecti; nam si solùm quasi relatiuè differunt,non sunt contraria, cum eadem opinio possit esse successiuè vera,& falsa ex mutatione obiecti.

Dices non solùm extrema inter se, sed etiam cum medijs opponuntur. Resp. extrema simpliciter opponi,cum medijs verò secundùm quid,quatenus extrema participant.

Ex his patet, cur debeat vnum vni esse esse contrarium 10. m.c.6.8. & 9.scilicet respectu extremorum, nam alioqui posset vni opponi vt extremo,alteri vt medio;sic vitium opponitur vnum alteri vt extremo, & virtuti vt habet rationem medij, vel id intelligitur de adæquatè oppositis,vt secùndùm totam opponantur latitudinem; at neutrum vitium opponitur virtuti adæquatè,idest secundùm totam latitudinem materiæ,& actus. Nam liberalitas inclinat ad dandum, vel retinendum iuxta præscriptū rationis,at Auaritia illi opponitur,vt virius inclinat ad dandum, prodigalitas verò vt inclinat ad retinendum.

5 Secundò supponitur,cōtraria se mutuò expellere ab eodem subiecto, vnde primò versantur circa idem subiectum, quia repugnantia non potest esse inter duo subiecta in ordine ad tertium, quare subsistentiæ vt sic non possunt habere hanc contrarietatem,nam vnum subsistens non agit ad destructionem alterius rem totam efficiēdo, sed tantùm producendo aliquid in illa.Quare forma potius inhærens erit contraria non ipsi subiecto, quia illi vnitur, sed alteri,quod illi inhærere potest. Neq; oppositio corporum quoad præsentiam in eodem spatio est propriè contrarietas, cum illa,Vbi,sint semper eiusdem speciei; sed est repugnantia quædam,quæ non oritur ex propria oppositione,sed ex peculiari conditione, & limitatione quantitatis, quæ ex natura sua est incompossibilis cum alia in eodem spatio.

Secundò vt sit repugnantia formalis, nam effectiua non requiritur,vt patet in coloribus, quia non est immediatè, vt patet in calore ignis, qui dicitur repugnare frigiditati existenti in aqua, quia potest producere calorem in aquam;at immediata contrarietas est inter formas in ordine ad idem subiectum; imò effectiua aliquādo non exercetur per qualitatem contrariam, sed per eminentiorem,vt eadem voluntas efficit actus contrarios, quare debet esse expulsio formalis,quæ non requirit simultaneam existentiam vtriusque formæ in subiecto,sed potiùs oppositum; nam ideò formæ repugnant formaliter, quia effectus formalis vnius ex natura sua repugnat cum effectu formali alterius, vt vno existente alter nequeat existere,quod si simul existerent,vt sic non repugnarent.

Tertiò quod sit expulsio mutua, quia cum sit formalis non attenditur iuxta vim agendi, sed informandi, vnde si effectus formalis vnius directè repugnat alteri,etiā contra erit;& hoc quantum ex vi propriorum effectuum formalium; tamen ex parte agentium fieri potest, vt ab aliquo subiecto nequeat expelli aliud contrarium, siue propter dimanationem à forma,quæ impediri non potest ab extrinseco,siue ob necessariam connexionem cum subiecto, vt eo destructo destruatur subiectum, & ideo Aristoteles addit, expelli se inuicem nisi alterum insit à natura. 6

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima Opinio est quorundam apud Capr.in 1.d.17.q.2.ad arg.Scoti cōtra secundam conclusionem,qui dixerunt, qualitates in summo posse esse simul in eodem subiecto. 7 *Possunt in summo esse simul.*

Secunda est negantium, etiam secundū gradus remissos posse esse simul,ita Greg. 1.d.87.q.3. art. 2. Adam, apud Cap. loc. cit Burl.de intensione, & remissione formatum c.2 & probabilem illam,& veriorem putant Georg.3.phys.q.2.d. vlt. Sax. 5.phys.q.9.ar.2. in fine Sonc. 10. met. q. 22.Dur.in prologo q.7. & 1.d.30 q.1.n. 5.citatur Scotus 2.d.15.q.vnica. Her.de pluritate formarum. 8 *Neq; secundū gradus remissos per alios.*

Tertia est communis dicentium, qualitates in summo non posse esse simul naturaliter;in esse verò remisso non pugnare, ita D.Th.q.5.de malo ar.5.ad 6.& q 8.de veritate ar.14.& 4.d.44.q.1.art.1. t. part. q.76.ar.4.ad 4.Capreol.in 1.d. 17.q.2.ar. 2.concl.2.& arg. Gregorij:Fer. 2. contra gentes c.56.& lib.4.c.82.Louanienses,& Colon.c. de oppositis.Marsil. & Sax.2.de generatione.Forl.tr.de intensione forma- 9 *In summo non possunt naturaliter esse simul, in remisso verò non implicat per alios.*

tum

rum c.2.Bannes c. 10. q. 4. Aſtodillo hic q. 23. & probabiliorem putat Iauell. 10. m.q. 13. Canonicus loc.cit. Toletus hic q. 15. Alb. 4. meteor. tr. 3. c. 8. Niphus 12. m. dil ucid. vlt.

Vnde Sax. illam dicit eſſe communem, quæ his dictis explicatur, primò enim dicunt non quemlibet gradum opponi cuilibet gradui alterius formæ; quare contrarietas non eſt in eſſentia formæ cum non omnis caliditas omni frigiditati opponatur, ſed attenditur contrarietas ſecundùm numerum graduum; ita vt ſi numerus graduum vnius formæ, & numerus graduum alterius formæ excedunt numerum octonarium tunc eſt oppoſitio, vt caliditas ſex graduum opponitur frigiditati ſex graduũ. Secundò dicunt, in ſubiecto ſemper expleri latitudinem qualitatis, vnde non poteſt expelli vnus gradus, quin introducatur alius oppoſitæ qualitatis; vnde calor vt duo non poteſt eſſe cum frigore vt duo, ſed debet eſſe cum frigore vt ſex, quia expleri debet latitudo qualitatis, quod hac figura explicatur.

calor	frig°
0	8
1	7
2	6
3	5
4	4
5	3
6	2
7	1
8	0

3. Addit Cap. etiam per potentiam Dei implicare qualitates in ſummo eſſe in eodem ſubiecto.

10 *Qualitates non actiua nullo modo poſſunt eſſe ſimul per alios.*

Quarta opinio eſt dicentium, qualitates non actiuas, vt ſapores, colores, &c. nõ poſſe eſſe in eodem neque intensè, neque remiſſè; at actiuas eſſe poſſe in eſſe remiſſo eſt Soti c. de ſubſtantia, & 1. phyſ. q. 5. ad 5. & in textu 50. & 2. phyſ. q. 9. ad 4. & 5. phyſ. in t. 20. & addit Sotus, contraria non actiua ſe ſolùm formaliter excludere, at actiua ſe effectiuè excludere.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

11 *Qualitates oppoſitæ in ſummo non poſſunt ſimul eſſe naturaliter in adæquato ſubiecto.*

PRima Cõcluſio: Qualitates oppoſitæ in ſummo gradu non poſſunt eſſe naturaliter in eodem ſubiecto adæquato, imò qualitas ſumma non admittit ſecum qualitatem oppoſitam, etiam ſecundùm gradum remiſſum. Probatur ex definitione contrariorum, nam ſunt ea, quę ſub eodem genere maximè diſtant, & ſe mutuò ab eodem ſubiecto expellunt, quæ definitio ſaltem vera eſſe debet cum vna qualitas eſt in ſummo. Confirm. ex ſenſu, qui harum qualitatum eſt optimus iudex: hic enim nunquam indicat, eſſe ſimul vtramque qualitatem in ſummo, ſed quantum vna creſcit, tantum altera decreſcit.

Confirm. 2. quia huiuſmodi qualitatea vel nullam facerent ſenſationem, quod abſurdum eſt, cum ſummum ſenſibile ſit debitè applicatum ſenſui ſummè diſpoſito, vel ſimul ſentiretur vtraque qualitas, quod magis repugnat, tum quia ex eadem potẽtia materiali, & organica elicerentur duæ ſenſationes cõtrariæ, tum quia cum tactus non moueatur ab his qualitatibus, niſi ab illis alteretur organum, deberet moueri motibus contrarijs.

Secundò quia ſi qualitates in ſummo poſſunt eſſe in ſubiecto, tunc ſequeretur, nullam ex his qualitatibus poſſe corrumpi, nam non poterunt corrumpi ex parte ſubiecti, quod manet, neque ex contraria qualitate, cum qua ſe compatitur in ſubiecto; ergo.

Confir. quia cum qualitates ſint diſpoſitiones formarum ſubſtantialium, poterãt in eodem ſubiecto eſſe duæ formæ ſubſtantiales, vt ignis, & terra.

Confir. 2. quia fruſtra id feciſſet, nam cum hæ qualitates ordinentur ad rerum generationem, & corruptionem, ſi poſſent ſe compati in eodem ſubiecto natura non aſſequeretur hunc finem, tum quia remaneret diſpoſitio debita cuique formæ, tum quia vna alteram impediret in agendo, tũ quia non fieret mixtio, quæ fit ex qualitatibus ſe inuicem refrangentibus neque alia ratio à priori afferri poteſt, niſi fortaſsè huius rei cauſa debeat eſſe natura qualitatum contrariarum, quæ ſecundùm totã ſuam latitudinem non ſe compatiuntur, vel ex natura materiæ, quæ ſemper habere debet latitudinem octo graduũ, neq; plures, neque pauciores poteſt habere. 12

Dices: Id non repugnat per potentiam Dei; ergo dicendum eſt ita factum. Reſp. Capr. negãdo anteeedẽs. Sed errat, vt benè Can. lib. 12. de loc. c. 14. ad vlt. qui aſſerit, in Chriſto fuiſſe ſummum dolorem, & ſummum gaudium; & alij omnes, quia nulla eſt contradictio, & ſi qua eſt, tota eſt extrinſeca, quæ poteſt à Deo ſuppleri; nam maior repugnantia videtur eſſe, vt duo corpora ſint ſimul, vel quod idem habeat oppoſita, Vbi, vt ſcilicet ſit ſurſum, & deorſum, quod certum eſt, poſſe à Deo fieri, & poſito hoc caſu illud ſubiectum neque poſſet naturaliter calefacere, neque frigefacere, vno contrario impediente actionem alterius, niſi ſit ſubiectum omni carens qualitate, in quo vtrumque ageret

vſque

vsque dum introducti essent à singulis quatuor gradus. Quare Resp. negando sequelam, nam non omne quod Deus miraculosè potest facere, fecit, præcipuè cum sunt res repugnantes ordini, & naturæ rerum.

Dices 2. Possunt esse in gradu remisso; ergo. Nam cum omnes partes caloris sint eiusdem rationis, si aliquæ possunt esse simul, possunt esse omnes, vnde non maior videtur repugnantia inter octo frigoris, & octo caloris, quàm inter quatuor vnius qualitatis, & totidem alterius. Resp. infra.

Dices 3. sit albedo vt octo in vna parte, & huic continuetur nigredo vt octo, tunc indiuisibile continuans vtramque qualitatem erit simul album, & nigrũ vt octo. Resp. ideo non debent dari indiuisibilia. Sed secũdùm eos, qui ponunt, resp. primò indiuisibilia illa qualitatia recipi in ipsa quantitate; vel secundò refrangi illa subiecta propter incompossibilitatem, & ita refracta posse continuare omnes gradus intensionis qualitatis; vel tertiò non esse id absurdum, quia in illis indiuisibilibus non conseruatur qualitas, ita neque propriè cõtrarietas. Sed de hac te infra; nam aliqui ponunt duo indiuisibilia, sicut sunt duæ qualitates, quibus vniuntur illæ qualitates, & in singulis sunt octo gradus contrariarũ qualitatum, atque adeo contrarietas non est respectu eiusdem subiecti; qui modus dicendi sumit fundamentum ex opinione dicentium, in informatione esse duas vniones, vnam ex parte formę, alteram ex parte materiæ. Quare ibi dicendum erit, quid de hac difficultate dicendum.

13 Secunda Conclusio: Qualitates in esse remisso non repugnant in eodem subiecto adæquato. Primò probatur auctoritate Aristotelis 5. phys. tex. 19. vbi ait, remissionem qualitatis semper esse eum admixtione contrarij, vbi Them. Simpl. Auerr, & alij.

Non implicat, qualitates in remisso esse in eodem adæquato subiecto.

Confirm. ex 10. m. 23. & 34. vbi media vult componi ex extremis contrarijs, vnde sumitur argumentum, nam si conclusio nõ esset vera, nullum posset dari mixtum, nam cum mixtio fiat dum qualitates oppositæ se in eodem subiecto refrangunt, & quælibet pars mixti sit mixta, si non possent qualitates oppositæ esse in eodem adæquato subiecto, non posset fieri mixtio.

Confirm. 2. quia miscibile dicitur remanere in mixto formaliter, vel virtualiter, sed si in subiecto materiæ non manerent qualitates, certum est non remansura elementa virtualiter, quia remanere virtualiter, est remanere secundùm has qualitates, neque secundùm formas, quia hæ non possunt conseruari, nisi habeant aliquas dispositiones; ergo cum in mixto sint omnia quatuor elementa, in eodem etiam erunt quatuor qualitates, saltem secundùm esse remissum.

Elementa remanere virtualiter quid sit.

Confir. 3. ex Suar. nam aliàs sequeretur, frigiditatem v.g. nunquam intendi, & remitti, quia statim ac incipit actio caloris, tota desineret esse, & produceretur alia virtus continens calorem, & frigus; nam ignis agens producit aliquam qualitatem, quæ vel est calor remissus, & habetur intẽtum, vel qualitas non frigiditatem expellens, & sic frigiditas non remittitur, atque adeo si qualitates primæ non sint Intensibiles, & remissibiles, non erunt aliæ. 14

Confir. 4. quia si initio producitur qualitas media; ergo dum progreditur actio donec qualitas plus caloris quàm frigoris virtualiter contineat, oportet totam illam petire, & nouam produci; nam si frigiditas tota perit, cur non etiam tota illa qualitas media? nam fieri potest, vt qualitas simplex intendatur vt continet calorem, & remittatur vt continet frigus, nam gradus talis qualitatis sunt eiusdem essentiæ, atque adeo æqualis continentiæ extremorum; vndè si intenditur qualitas, secundùm totã essentiam debet intendi, at eum hoc fieri non possit ob continentiam frigiditatis, debet necessariò mutari. Quare dicendum est, manere secundùm gradus remissos, & pugnare secundùm gradus intensos in ordine ad eandem capacitatem subiecti, quæ extenditur ad certam graduum latitudinem eiusdem qualitatis; hoc autem est tam respectu qualitatum extremarum, quàm mediarum, quod dicitur propter calores medios, qui licèt quoad naturã minùs distent, non tamen minùs quoad coexistentiam, & compossibilitatem in eodem subiecto.

Secundò probatur: Hæ qualitates producuntur successiuè, sed si non manerent qualitates secundùm esse remissum, non ita corrumperentur, vt patet experientia, & ex 6. phys. 32. & infra dicemus. Minor probatur, primò nam non potest produci successiuè vna, nisi opposita etiam successiuè corrumpatur, quia opposita non corrumpuntur, nisi per inductionem oppositi: corruptio enim debet ad aliquam actionem 15

nem reuocari, actio autem est forma producta, cum sit modus rei,quæ dum fit pẽdet ab agente; ergo in dimidio illius temporis, quo corruptio fit, non est corrupta tota forma. Secundò quia si statim ac qualitas introducta est, opposita corrumperetur, non esset ratio, cur deinde reliqua non statim introducatur, nam successio illi non aduenit ex eo quod habeat gradus, nam lumen habet gradus, & tamen producitur in instanti. Neque secundò quod requirat dispositiones, nam primæ qualitates illas dispositiones non requirunt, & præterea etiam illæ dispositiones deberent produci in instanti. Neque tertiò quia subiectum resistit, nam sæpè sunt connaturales subiecto, vt frigiditas aquæ. Neque quartò ex parte agentis, quia hoc agit secundùm totam virtutem applicatam, quod si nullam resistentiam inueniet, aget in instanti; quare causa successionis sola est resistentia contrarij; manet igitur contrarium. Neq; placet quod ait Sonc. non produci oppositam qualitatem, nisi opposita sit omnino expulsa, interim verò causari aliquid incõpossibile qualitati, vnde corrumpitur, vt v. g. ignis causat raritatem in tanto gradu, vt repugnet frigori; non inquam placet, quia est contra, sensum, nam patet, ignem statim calefacere. Et confir. quia ignis non rarefacit, nisi calefaciendo; ergo prius inducitur calor, quàm raritas. Confir. 2. quia non statim expellitur tota densitas, cum euidens sit, aquam calidam esse densiorem aere, in quo videmus vehementiorem frigiditatem cum maiori raritate, quàm sit in aqua calida.

16 Dices: Habitus producuntur successiuè, & tamen sæpè in subiecto nullum est cõtrarium resistens. Resp. habitum non produci aliquando simul, vel quia requirit dispositiones in subiecto, quæ non semper eodem modo adsunt; vnde habitus scientiæ requirit species, & habitus virtutum moderationem appetitus repugnantis: vel habitus non producitur successiuè, sed discontinuè; nam vnus actus producit totum id, quod potest in instanti, & alius producit aliam partem habitus in alio instanti, & sic consequenter donec perficitur omninò habitus, quare si totus habitus non producitur simul, non est, quia agens successiuè producat, sed quia non applicatur vnum agens, quod possit totum habitum producere, sed necessarij sunt actus sequẽtes, qui omnes simul existere non possunt.

Tertiò probatur conclusio experientia, nam habitus temperãtiæ potest esse simul cum habitu intemperantię in esse remisso, nam si intemperans exerceat actum temperantiæ, acquiret aliquam partem habitus temperantiæ, vt patet, tum ex maiore facilitate ad actus sequentes, tum ex virtute actuum, qui cum sint eiusdem rationis eãdem virtutem habere debent, & tamen cũ illa parte habitus manet intemperantia, vt patet tum ex difficultate maiore ad exercendos actus temperantiæ, quàm si nunquam fuisset intemperãs; tum quia fieri nõ potest, vt habitus partis genitus per multos actus per vnum actum contrarium etiam valdè remissum deperdatur totus.

Confir. quia alioqui tolleretur reactio, nam agens dum agit habet qualitatem, qua agit, & cum eodem tempore repatitur à contrario, recipiet qualitatem oppositã; quod argumentum maiorem habet vim, si agens, & patiens sint aliqua ratione distincta, nam medium recipiet necessariò qualitates oppositas.

Confir. 2. quia videmus experientia, manum frigidissimam in aquam tepidam iniectam sentire calorem, contra verò calidissimam sentire frigus; ergo tepiditas constat ex calore, & frigore.

Confir. 3. quia statim ac in manu sentimus minimum calorem, deberet expelli totum frigus, sed si rursus contrectetur manus, reperietur frigida; à quo igitur agẽte productum fuit frigus, si totum corruptum fuit? Neque dicas, tunc tantùm fuisse remissum frigus non inductum calorem, tum quia id repugnat sensui, tum quia agens debitè approximatum non ageret.

Quartò probat Forl. Aliqua caliditas est alicui frigitati compossibilis in eodem subiecto; ergo qualitates, quæ sunt eiusdẽ speciei cum qualitatibus cõtrarijs, possunt etiam simul; Consequentia patet; antecedens probatur, vt sit, A, calidum, quæro, an in, A, sit aliquis gradus frigiditatis.

Respondent negatiuè. Sed contra: Alteretur, A, vniformiter tam quoad tempus, quàm quoad subiectum, donec fiat frigidum, tunc vel dabitur primum instans, in quo erit aliqua frigiditas in, A, quod repugnat qualitatibus, quæ acquiruntur per motum; ergo datur vltimum non esse; quare in illo instãti erit in subiecto aliqua caliditas; ergo per aliquod tempus, A, erit calidum, quia qualitas, quæ deperditur per motum alterationis non habet vltimum esse, sed pri- 17

primum non esse, sed post illud instãs erit in,A,aliqua frigiditas;ergo.Confir.nam in eo instanti est aliqua frigiditas in, A, cum fit remissa caliditas ad non gradum; ergo per aliquod tempus immediatè ante hoc instans fuit aliqua frigiditas in,A,cum non detur primum esse frigiditatis inductæ per alterationem.

Respondent quidam, primum gradum produci sine alteratione,sed in instãti. Sed contra quia deberet etiam sequens in instanti produci, quia subiectum est magis dispositum, cum præcipuè careat contrario. Sed Respõderi posset, vnam qualitatẽ desinere per vltimũ sui esse,ita ut nunc sit, & immediatè post non sit. Sed cõtra quia cum habeat latitudinem, necessariò corrumpetur successiuè; ergo in tempore immediatè post erit aliqua pars.

18 5. Prob. nam sequeretur ex opposita sententia, quod intensè calidum agens in remisiè calidum ageret in illud ab infinita proportione, atque adeo talis alteratio esset infinitæ velocitatis, cum velocitas sequatur proportionem potentiæ actiuæ ad resistentiam.Sequela probatur,quia intensè calidum habet certam virtutem actiuã: sed intensè calido remisè calidum non resistit aliquo gradu resistentiæ, quia nihil resistit calido, nisi qualitas contraria, quæ non est in remisè calido;ergo à nulla proportione finita ageret, nam si non est certus gradus resistentiæ, agit sine vlla proportione.

Sequeretur ex opposito, quod nũquam remisè calidum posset remittere intensè calidum cõtra experientiam, quia non habent contrarietatem,quare neque corrumperur vna ab alia. Et confir. quia remisè calidum non potest producere nisi calorẽ, sed calor præexistens corrumpitur per aduentũ caloris;quare ita calor remissus contrariaretur calori intenso, vt frigiditati; Quod si dicas.Remisè calidum nihil producit, sed tantùm corrumpit intensè calidum; Contra est, quia agens principale non agit in passum, nisi illi applicet suum instrumentum,quo agat,sed si nihil producit, non applicat instrumentum suæ actiuitatis.

Confirm. quia non intenditur per se corruptio, nisi propter incompossibilitatem formæ productæ.

Confirmatur 2. quia agens ita corrumperet effectum distantem, sicuti proximum.

Tertia Conclusio. Non potest aliquis gradus qualitatis intensior medio totius latitudinis esse in eodem subiecto adæquato cum gradu qualitatis oppositæ intensiori gradu medio totius latitudinis.Ita Forl. cap. 2. concl.5. Bannes concl.4. ex Capr. Hæc conclusio tantùm indiget explicatione: nam si tota latitudo qualitatis est vt octo, necessariò quantum producitur ex vna, tantum remitti debet ex alia; Vnde quantum latitudinis amittit subiectum vnius contrarij,tantum expletur per aliud, nam qualitas expellit suum contrarium,vel admittit, vt magis,vel minùs distant à summo; quare quantò magis qualitas appropinquatur summo,tantò magis expellit è contrario,& contrà. 19 *Qui nam gradus non possit cum alio esse in eodem subiecto. Explicatur concl.*

Ex hac conclusione patent omnia, quæ Forliuiensis docet in conclusione secunda. Non tamen non est vniuersaliter verum, nam si esset subiectum, quod careret vtraque qualitate, & applicetur agens, quod posset tãtùm duos gradus,& alterum,quod item non possit duos; tunc non esset impleta latitudo,quod in habitibus voluntatis,& intellectus,facilè cernitur;& idem fortè contingere potest in secundis qualitatibus,quæ primæ fiunt ex commixtione elementorum,apta ad productionem qualitatis remissæ,& deinde si applicetur aliud agens, cuius virtute producitur qualitas opposita etiam remissa; tunc enim essent duæ qualitates remissæ, non implentes latitudinem;qua in re errauit Capreolus,dicens,vbi est frigus vt vnum,non posse in illud subiectum induci calorẽ,nisi impleatur tota latitudo; sed non video rationem, nam contrarium non requirit oppositum, vt possit esse in subiecto;quid enim potest ab illo recipere. Vnde conclusio intelligitur secundùm ordinarium cursum causarum naturalium in subiectis, vbi iam sunt qualitates oppositæ implentes latitudinem,quarum vna expellat alteram; non enim expellitur, nisi altera introducatur. *Quando latitudo qualitatis impleta non sit.*

ARTICVLVS IV.

Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

SEd contra secundam conclusionem primò obijcitur, Non potest vnus gradus caloris verbi gratia esse in eodem 20

subiecto adæquato cum aliquo gradu frigiditatis; ergo. Antecedens probatur, quia in quibuscunque subiectis distinctis ponitur caliditas, & frigiditas, si approximẽtur, calor aget in frigiditatẽ ipsam corrumpẽdo, & contrà; ergo multò magis si calor, & frigus ponantur in eodem subiecto, quia cæteris paribus quantò agens est magis proximum passo, tantò magis agit in ipsum.

Non potest quacunque qualitas corrumpere qualitatem sibi cõtrariam.

21 Respondetur negando, quamcunque caliditatem agere, & corrumpere quamlibet frigiditatẽ, vt quando in vno subiecto est calor remissus ad medium, & similiter in alio subiecto frigiditas remissa ad medium. Et ratio est ex Ban. ad 4. quia calor non corrumpit frigiditatem, nisi producat calorem; calor autem vt quatuor non potest producere, nisi calorem vt quatuor, aliàs à proportione minoris inæqualitatis fieret actio, quod cum sit in subiecto similis qualitas, iam poterit in eo produci maior ab illo agente; in calido enim vt quatuor est frigiditas vt quatuor, & contra: quare vt sequatur actio, oportet vt sit inter illa subiecta inæqualitas quoad qualitatem.

Qualitates cõtrariæ opponũtur in essẽtijs suis.

Secundò obijcitur ex Adamo: Calor & frigus opponuntur in essentia sua, cum cõtrarietas sit oppositio secundùm formam 10. met. 13. 14. & 25. Sed essentiæ harum seruantur tam in gradu remisso, quàm intenso; ergo. Maior probatur, tum quia hæ qualitates opponuntur secundùm illud principium, secundùm quod agunt; agunt autem per suam essentiam, & ratione modi superadditi, qui est intensio, tum quia illi gradus fluunt ab essentia, tanquam debita illius perfectio; ergo multò magis saltem virtualiter ipsæ essentiæ repugnant, sicut formarum substantialium vna alterã expellit, quia ex dispositionibus, quæ illi debentur vna alteri repugnat; tum tertiò quia si semel admittitur, vnum gradum posse esse cum alio cum omnes sint eiusdem rationis, posset admittere infinitos; nã hac ratione Aristoteles probat 4. phys. duo corpora non posse esse simul, quia si semel admittatur, omnia corpora possent esse simul, nam cum forma vnius speciei sit similis actiuitatis, ideo si vna natura potest agere in aliam, etiam poterit altera natura similis speciei, nam quidquid repugnat indiuiduo vnius speciei, repugnat alteri.

22 Confir. primò, quia magis repugnat album, & nigrum, quàm magis album, & minùs album; quia illa differunt specie; hæc verò non: sed magis album, & minùs album non possunt esse in eodem subiecto; ergo.

Prob. argumento desumpto ab Arist.

Confir. 2. quia si idem subiectum haberet duo contraria, sequeretur, duo contradictoria posse esse simul vera, nam in vno continetur priuatio alterius; quo argumẽto vtitur Arist. 4. met. 20. & 27. 9. met. 19. 2. an. 148. vt probet, contraria non posse esse simul.

Implicat ex speciebus diuersis, & cõpletis fieri tertiam speciem.

Confir. 3. quia qualitates mediæ sunt veræ qualitates in aliqua specie; ergo non possunt constare ex extremis formaliter sumptis, quia impossibile est, ex speciebus diuersis, & completis in suo genere fieri tertiam speciem. Antecedens probatur inductione in coloribus medijs, in temperamẽto mixti; nam vt forma mixti est per se vna, ita temperamentum, quod est dispositio, & proprietas illius, in qua non sunt extrema, nisi virtualiter; ergo idem in qualibet media qualitate.

Quomodo qualitates secundùm naturas suas sint cõtrariæ.

Resp. De hoc argumento plura Mairon. in 1. d. 28. q 3. petit enim difficultatem, vnde oriatur contrarietas harum qualitatũ: & Respondetur communiter, qualitates esse secundùm naturam suam contrarias nõ simpliciter, sed posita tanquam conditione tanta, vel tanta perfectione naturæ: Vnde, summus gradus excludit omnem gradum alterius propter maximam distantiã, quam habet cum singulis alterius qualitatis; remissus verò excludit aliquem, non tamen omnẽ, quia non cũ omni habet tantam distantiam; quod faciliùs dicitur ab ijs, qui ponunt heterogeneitatem graduũ, sed in alia sententia dici debet, licèt sint homogenei, tamen natura harum qualitatum hæc est, vt habeant tantam latitudinẽ, quod non reperiatur forma, cui maior intensio debeatur; vnde secundùm latitudinem hanc pugnant; quare in hac materia neganda est illa propositio: Quando effectus sunt incompossibiles, etiam causæ sunt incompossibiles; quod etiam in lumine cernere licet, quod non repugnat frigiditati, cui repugnat calor à lumine productus. Vnde licèt omnes gradus sint eiusdem rationis; tamen dicunt ordinem talẽ inter se, vt secundùm tantam perfectionẽ repugnent, & non secundùm tantam: sicut potentia portatiua Sortis potest centum libras, at si addatur alia eiusdem rationis cum præcedentibus non potest: vnde fit, vt aliquid conueniat toti homogeneo, quod 23

Falsum est causas esse incompossibiles, quando effectus incompossibiles sunt.

non

non conuenit partibus diuisim sumptis.

24 Dices: Calor vt octo potest esse cum siccitate vt octo; ergo non est repugnantia ratione graduum, & latitudinis, seu perfectionis, ideo dixi non esse repugnantiam simpliciter ex parte latitudinis, sed quatenus est talis essentiæ. Hinc Bannes ait, non esse de essentia contrariorum, vt non possint esse simul, sed eam esse descriptionem per effectum, vt si definiamus, hominem esse animal, quod possit generare sibi simile; quod tamen non in quocunque statu, sed in debita quantitate conuenit; ita contrarijs conuenit se expellere in statu perfecto talis, vel talis perfectionis quod certè non satis acutè dicitur: nam contraria ea ratione, qua sunt contraria, necessariò sunt incompossibilia, alioqui non essent contraria; quare melius dicitur, has qualitates non esse simpliciter contrarias ratione essentiæ, sed ratione talium graduum essentiarum.

Non est cõtrarijs essentiale se ab eodem subiecto excludere per Bann.

25 Ad primam confir. licèt in esse rei magis distent albedo, & nigredo quàm albedo remissa, & intensa respectu eiusdem; tamen in ratione oppositionis non ita; quia hæc includunt necessariò contradictionẽ intrinsecam, nam qualitas remissa vt sic dicit intrinsecè negationem coniunctionis cum maiori: sed albedo non dicit intrinsecè hanc negationem coniunctionis, imò dicit coniunctionem cum alia qualitate in certis gradibus: neque ex distinctione in ratione rei colligi debet oppositio, vt patet, nam quantitas, & albedo magis distant in ratione rei, cum differant ratione generis, quàm albedo, & nigredo, quæ cõueniunt in genere; non tamen illa magis opponuntur. Ex his patet.

Quomodo magis distet albedo à nigredine, quàm albedo remissa ab intensa.

Ad 2. confir. ad quam Respondent Bannes, non sequi contradictoria vera simul, quia si neutra qualitas excedit medietatẽ, à neutra fiet denominatio subiecti, nisi secundùm quid; si vna excedit, tunc ab illa denominabitur simpliciter, ab alia secundùm quid, quod non repugnat; nam ea ratione forma denominat, vt tribuit suum effectum formalem, sed ipsa cum sit imperfecta, non potest dare perfectum esse; ergo neque fieri denominatio simpliciter.

26 Dices: ergo idem effectus esset à qualitatibus contrarijs, nam subiectum potest denominari remissè calidum, cum est maximè frigidum; quare à frigiditate denominabitur remissè calidum, & idem erit à remisso calore.

Respondet Fons. ad 4. eundem effectum esse ab vna qualitate per se, & ab alia opposita per accidẽs, non repugnat, vt est hic, nã calidum remissè non est per se à frigiditate, sed quia coniuncta est remissio cum frigiditate: neque effectus formalis qualitatis est denominatio subiectorum; quare non esset absurdum, esse qualitatem in subiecto, & nullam fieri denominationem.

Idem effectus esse pot ab vna qualitatẽ per se, & ab alia contraria per accidens.

Alij tamen clariùs respondent primò qualitates secundùm esse remissum, vt nõ se excludunt, neque sunt contrariæ; ita neque vna includit negationem alterius, & ita explicat Arist. 4. met. 27. quod loquatur de qualitatibus intensis, nam ibidẽ admittit, esse posse in eodem in gradu remisso, vt ex versione Argiropoli colligit Bannes. Secundò dicunt, has qualitates secundùm gradus contrarios non dicere negationem coniunctionis cũ altero formaliter, sed extrinsecè, nam posset Deus an has ponere in eodem subiecto. Tertiò propositio illa Arist. contraria scilicet non posse esse simul, cum his limitationibus, est intelligenda, primò vt actu non possint esse simul, nam potentia non pugnant, 3. phys. 8. 2. de anima 148 4 met. 20. eadem enim est materia contrariorum. Secundò in eadem parte subiecti 1. elenc. c. 4. vbi Alex. c. 31 & 4. met. com. 31. Gal. de malitia complex. & 3. de simplicib. medicam. c. 5. Auic. 4 Can. de febri hepiala, in qua simul inquiunt sentiri in omnibus corporis partibus frigus, & calorem, nam cuilibet parti est coniunctus humor frigidus, & calidus. Tertiò respectu eiusdem obiecti, quia opposita prædicata secundùm vocem possunt eidem conuenire respectu diuersorum, vt similitudo, & dissimilitudo. Vnde Alex. 1. natural. qq. c. 12. esurientes dum simul comedunt tristantur indigentia, & delectantur ciborum comestione. Quartò secundùm esse intensum.

27

Quomodo sit intelligẽdus Arist. inquiens, cõtraria non posse esse simul.

Dices possent duæ formæ substantiales esse simul, quia minùs inter se opponuntur.

28

Respondeo negando, minùs inter se opponi, quia licèt non sint contrariæ, quia non habent determinatam oppositionem; tamen habent incompossibilitatem maiorem, quàm contraria ob maiorem incapacitatem materiæ.

Quare duæ formæ substantiales se non compatiantur simul.

3. Obijcitur ex Arim. sumatur calor vt quatuor, & dicatur, A, & frigus vt quatuor, & dicatur, B: Peto, vel, A, non potest esse, nisi cum, B, præcisè, ita vt neque maius, ne-

que minus admittat,& non tum quia posset intendi,A, & non remitti,B,quia,A,nō potest esse cum minori; tum quia si calor vt quatuor, non potest esse cum frigore vt tria,neque poterit esse hoc frigus cum calore vt quinque, quia contrarium quò est intensius, eò minùs patitur ex contraria qualitate; & ex hac ratione improbatur quod,A,non possit compati maius,B, quia si,A, non admittat, neque minor calor, quam,A,idem admittet.

Vel 2. potest compati maius, & non minus, nam tunc, B, posset intendi vt tria, & tamen, A, non remitti, quia,B, non admittit minus,quàm,A.

Vel 3. potest admittere minus, & non maius,nam posset remitti,B,sine intensione,A;nam,B,potest esse cum minori qualitate,quàm sit,A,non tamen cum maiori.

Et confir. quia posset intendi calor sine remissione, B, nam sicut calor vt quatuor admittit frigus vt tria,ita calor vt quinque admittit frigus vt quatuor, quia vtrobique est excessus vnius gradus.

Vel 4.quod possit admittere maiorem, vel minorem, vt patet ex improbatione secundi,& tertij quod totum argumentum habet ex eo vim, nam si calor intensus nō potest esse cum frigore ita intensor neque minor calor poterit esse cum eodem frigore,cum sit minoris potentiæ.

29 Confir. primò, quia durities, & mollities possent se compati in eodem subiecto:quare idem subiectum cederet tactui, quia est molle, & non cederet,quia durū: quod si hæ qualitates non possunt esse simul,neque frigiditas, & caliditas propter identitatem rationis. Neque dicas,non dici durum, nisi excedat mollitiem, nam licèt quoad denominationem hoc sit verū, non tamen quoad effectum, quia vbicunque est durities est effectus eius,quod est non cedere tactui, & similiter vbicunque est mollities, est effectus eius, scilicet cedere tactui, quia habet in se qualitates,ex quibus sunt hi effectus.

Confir. 2. quia si possunt esse simul calor,& frigus,etiam possunt esse albedo, & nigredo:sed hoc est falsum,quia si hæ possent esse simul in esse remisso, tunc qualitates mediæ, scilicet rubedo, & viriditas possent esse simul in esse summo. Consequentia probatur, tum quia quilibet gradus nigredinis plus distat à quolibet gradu albedinis, quàm summus viriditatis à summo rubedinis,cum illa differant vt extrema, hæc vt media; extrema autem plus formaliter distant, quàm quæcunque media; tum quia mediæ qualitates fiunt ex extremis remissis; incompossibilitas autē qualitatum oritur ex distantia graduali.

Quomodo sint simul calor,& frigiditas.

Respondet Forliu. quemlibet gradum caloris citra summum admittit secum frigiditatem,& contra; & cum quæritur an calor,A,admittat præcisè, B, Resp. quòd, A,sub gradu intensiori admittit remissiorē frigiditatem, & sub remissiori gradu admittit intensiorem frigiditatem; non tamen calor intensior, A, potest esse cum intensiori frigiditate,B, & cū dicis: An calor,A, possit esse cum remissiori frigiditate,B.Resp.non repugnare ex natura qualitatum secundùm se; sed quia in subiecto 30
reperitur tota latitudo qualitatis iam impleta;non potest remitti frigiditas, B,quin intendatur calor,A, quia ordo agentium naturalium hic est,vt non corrumpant oppositum,nisi producant aliud: Neque valet quod si, A,non compatitur frigus vt quinque, neque illud compatietur calor vt tria; quia cum vno non repugnat & cum altero repugnat; & si calor vt sex non admittit frigus vt vnum, quod admittit calor vt septem, non oritur ex formali repugnantia caloris vt sex cum frigore vt vnum,sed quia debet impleri latitudo:

Quomodo simul sint mollities,et durities.

Ad primam confir. Resp. Durum simpliciter & in summo simpliciter resistit tactui, sic etiam molle cedit; cum autem est durum, & molle in esse remisso fit cessio, & resistentia etiam remissa; cedere autem, & resistere secundùm quid non repugnat.

Ad 2.confir.vt respondeatur Not.quod licèt qualitates mediæ sint secundùm temperamentum extremarum qualitatū, vel si sunt simplices continentes virtualiter extremas, & ita vel omnia consistunt in indiuisibili, vt non accedat magis ad vnum, quàm ad aliud, & hoc non potest esse,nisi vnus;vel accedat, & ita æquiualet temperamento ex duobus extremis, quarum altera intensior, altera remissior, & quia duo temperamenta diuersa non possunt esse simul cum eodem; ideo neque duæ huiusmodi qualitates,nam sic eadem qualitas esset intensior,& remissior sua cōtraria; vnde Resp.Bannes ad secundum licèt entitatiuè magis distet quilibet gradus albedinis à gradu nigredinis, quàm summa viriditas, & rubedo; non tamen in ratione oppositionis. Secundò Forliu.ad 6.

Resp.

Resp. quod licèt calor, & frigus repugnent; non tamen albedo, & nigredo, quia hæc non sunt contraria inter se actiua, & passiua; vnde fit, vt possit generari albedo sine corruptione nigredinis, vel alterius coloris: sicut fit cum primùm generatur mixtum ex elementis.

31 Dices: ergo non magis contrariatur albedo nigredini, quàm viriditas nigredini, cum illa sint extrema; hæc non extremè distent.

Confir. quia colores medij generantur ex mixtione colorum extremorum, vt dixit Arist. 1. de sensu, & sensili; ergo.

Confir. 2. quia viriditas est medius color; vel igitur est medium per participationem extremorum, & sic sequitur in eodē subiecto esse albedinem, & nigredinem; vel per abnegationem, quod sit color, qui non sit neque albedo, neque nigredo, & nō quia etiam albedo sic esset medium, quia non est neque nigredo, neque viriditas.

Non magis albedo, quā viriditas nigredini opponitur.

Resp. Forliu. secundùm veritatem in ratione oppositionis non magis opponi, quod si aliquam oppositionem dicunt, eā dicunt per attributionem ad suas causas, quia causæ, ex quibus oritur albedo, magis contrariantur causis, ex quibus oritur nigredo, quàm ex quibus oritur viriditas; Vnde omnes colores sunt formæ simplices se totis differentes, quæ resultant ex combinatione primarum qualitatum. Vnde.

Medij colores non generātur ex extremis.

Ad primam confirmationem negatur, generari ex extremis, quia essent aggregati ex extremis, & non essent species per se qualitatis, & Arist. id dixit ratione causarum, nam causæ efficientes colores extremos, efficiunt medios, cum reducuntur ad temperamentum. Aliter ex Aristot. ibi dupliciter dici colorem medium: primò secundùm apparentiam, qui mouet visum secundùm modum coloris medij, vt colores, qui fiunt à pictoribus, nam ex mixtione pulueris nigri, & albi efficiunt medium colorem, licèt ibi secundùm veritatem nō sit, nisi color albus, & niger, qui impediuntur causare in illa aqua totam intensionem suam. Secundò dicitur secundùm existentiam, quæ ex tota specie differt ab extremis, resultans tamen ex media causa albi, & nigri.

Ad 2. Resp. dici medium ratione causæ, quæ media est inter causam albi, & nigri.

4. Obijcitur, quia cum termini motus sint compossibiles, etiam motus sunt cōpossibiles, quia contrarietas inter motum tota est ex contrarietate terminorum 5. physicorū. Sed calor, & frigus possūt esse in eodem subiecto; ergo etiam motus calefactionis, & frigefactionis, quare idem posset moueri motibus contrarijs: Vnde si subiectum cal dum vt quatuor, & similiter frigidum approximetur intensè calido, & frigido idem calefieret, & frigefieret; cum enim res ponitur in aliqua specie, potest in operationes debitas illi speciei ex 4. meteor.

Idem posset moueri terminis contrarijs.

Confir. primò, quia non esset ratio cur in eadem materia nō possint esse duæ formæ substantiales. Similiter scientia, & error eiusdem obiecti, assensus & dissensus, quod implicare videtur.

Confir. 2. Quilibet terminus *à quo* motus est incompossibilis termino *ad quem* eiusdem motus; nam alioqui subiectum esset totaliter in termino *a quo*, & *ad quē*: sed quilibet gradus frigiditatis potest esse terminus *à quo* respectu cuiuscunque gradus caloris, nam plus distinguitur secūdùm latitudinem formæ quilibet gradus frigiditatis à quolibet gradu caloris, quàm vnus gradus caloris ab alio: sed vnus gradus potest esse terminus *à quo* respectu alterius; ergo. 32

Confir. 3. quia sequeretur, quod omne, quod mouetur ad calorem, vel aliam qualitatem habentem contrarium, moueretur duabus alterationibus, nam vna acquiritur calor, altera producitur frigus.

Resp. esse vnum motum. Sed contra, quia ea non sunt idem, quorum vnum nō implicat esse sine altero: sed non implicat, acquiri calorem sine deperditione frigoris, & contra non implicat, ab aliquo mixto vt Deus auferat totam frigiditatem, remanente calore, & post in idem subiectum inducere calorem. Tū secundò quia illi motus sunt distincti, qui sunt ad terminos specie distinctos: sed omnis motus acquisitiuus caloris, & deperditiuus frigiditatis sunt huiusmodi, quia deperditiuus est ad remissiorem frigiditatem, quæ specie distinguitur à calore: quod si hoc concedatur neque reputetur absurdum idem his motibus moueri. Tunc contra obijciunt, quia idem mouetur simul motibus contrarijs, nam motus deperditiuus frigiditatis est ad remissam frigiditatem, quæ contrariatur secundùm speciem calori.

Resp. Forliuiensis ad 6. negando, eos motus esse compossibiles, quorum termi-

Motuum compossibilitas non habetur à compossibilitate terminorũ.

ni sunt compossibiles, nam idem locus potest esse terminus ascensus, & descensus, neque propriè contrarietas motuum sumi debet ex terminis; nam leue, & graue mouerentur motibus contrarijs, etiam si totũ quod continetur intra concauum lunæ sit vacuum: quare arguitiuè ex terminis sumitur contrarietas motuum, quia vbi sunt termini contrarij etiam ibi sunt motus contrarij, spectari tamen debet terminus vltimatus, & ideo calefactio, & frigefactio sūt termini contrarij, quia sunt vltimatè ad
33 qualitates in summo. Et ad casum positũ, quod etiam subiectum recipere posset simul calorem, & frigus, respondetur negatiuè, quia fortè in subiecto esset maior resistentia respectu vnius qualitatis, quàm alterius: quare fiet actio secundum vnam tantùm qualitatem. Et quia videbat, cōtra hoc posse objici illam resistentiam esse finitam, atq; adeo posse ab agente superari, respōdet non fieri actionem, quia vel in agente est qualitas æqualis secundùm gradus cum passo, & non fiet actio, vel in agente dominatur vna qualitas, & secundũ illam tantùm aget; sed casus est, si duobus agentibus approximetur, quæ habeant qualitates in summo; ideo alij aliter dicũt, motus locales, non posse esse contrarios in eodem subiecto, quia idem non potest esse in duobus spatijs. Duas autem alterationes etiam ad qualitates oppositas secundũ gradus remissos, non pugnat esse simul donec, impleatur latitudo formæ, qua ratione etiam impediuntur formæ in esse quieto: vnde fit, illos motus posse esse simul in eodem subiecto, quibus acquiruntur termini distincti, qui possunt esse simul; scio, in hoc esse aliquam difficultatem in casu proposito, sed de ea infra in tractat. de React.

34 *Affertur discrepantia inter formas, quæ consistunt in indiuisibili, et qualitates.*

Ad confirm. primam duas formas non posse simul, quia hæ actuant secundùm esse perfectum, & diuisibile, nam non suscipiunt magis, & minùs; neque combinatio qualitatum potest esse in materia, nisi vt dispositio vnius formæ; cæteræ autem, quæ afferuntur in argumento, pugnant esse simul ex propria ratione formali, & non ratione graduum, vt patebit ex dicendis, nam scientia est iudicium euidēs quod res ita sit; contra verò error est iudicium quod non ita sit res: plures autem figuræ non possunt esse simul, quia harum esse consistit in indiuisibili.

Ad 2. Resp. Forliu. ad 8. Illud intelligi de terminis *à quo*, & *ad quem* vltimatis in illa specie motus, quia sunt summus gradus; de terminis autem non vltimis non ita. Sed meliùs, duplicem esse terminum *à quo*, primarium scilicet, & est negatio formæ, & sic non manet; secundarium alterum, seu concomitantem, & est id, cum quo erat coniuncta priuatio; & hic manere potest, vt in auctione manet parua quãtitas: & præterea in alteratione harum qualitatum terminus *à quo* secūdarius est qualitatis gradus oppositus alteri, qui corrumpitur nam altus gradus est per accidēs terminus *à quo*, & secundarius.

Terminus à quo duplex primarius, & secundarius.

Motus ad calorem nō distinguitur à perditione frigiditatis.

Ad tertium id necessariò concedendũ; neque sunt motus contrarij, imò maximè inter se sunt connexi, nam acquisitio caloris non opponitur deperditioni, sed acquisitioni frigiditatis; quare motus oppositi debent esse modo opposito, ita vt vnus impediat alium, vt benè Forl. ad 10.

35 *Doretur minus minimo.*

5. Objicitur, si calor summus non compatitur frigiditatem, remittatur calor, cum talis remissio fiat in tempore, & per admixtionem contrarij, fiet, vt primus gradus frigoris acquiratur in tempore; quare non poterit signari prima pars acquisita, vnde dabitur minus minimo.

Resp. qui ponunt minimum in intēsione primum minimum acquiri in instanti, & simpliciter summum oppositæ deperdi. Alij, qui non ponunt id, dicunt fieri in tēpore, & concedunt totum.

6. Obijc. Si calor est cōposibilis frigiditati, non quilibet cuilibet; ergo debet dari vel maxima frigiditas, cui est cōposibilis, vel minimum frigiditatis, cui non est compossibilis, vel minimum, cui est cōpossibilis, vel maximum, cui non est compossibilis. Si prima, & sit, A; tunc vel, A, est summus gradus frigiditatis, & non, vt patet vel remissus; ergo per aliquam latitudinem distat à summo; sumatur igitur medius gradus latitudinis inter, A, & summum, & sit, B, intensior, quàm, A, qui est maximus gradus, cui est compossibilis caliditas; vnde sequitur quod, B, non sit compossibilis calor, & tamen, B, est frigiditas remissa; quare alicui frigiditati remissæ nō est compossibilis calor. Et confir. nam sumatur calor, qui est compossibilis, A, & dicatur, C, cum, C, sit diuisibilis in infinitum, remittetur in tempore; intendatur igitur frigitas, A, & incipiat intensio in hoc præsenti instanti; quæro vel post hoc instans calor, C, erit, vel non erit post hoc instans;

instans;non poteſt dici, quod nõ erit,quia ſubitò corrumperetur, ſi erit ſecundùm eius partem, tunc frigiditas,A,non eſt maxima quæ poteſt eſſe cum,C.Non ſecũdũ, quod ſcilicet detur minima,cum qua non poteſt eſſe calor, A; igitur eſſe non poſſet cum,A,neque cum intenſione,ſed cum remiſſiore qualibet. Sed contra,quia eſt aliqua frigiditas remiſſior, A, cum qua nulla ſtat caliditas, nam cum nulla parte graduali,A,ſtat caliditas; igitur cum remiſſiore frigiditate quæ ſit non ſtat caliditas, quia pars eſt remiſſior toto.

36 Confir. quia datur maxima,cũ qua non poteſt, ergo non datur minima cum qua non. Antecedens patet,quia ſumma frigiditas eſt ſumma cum qua poteſt; nam inter omnes ſignatas, cum quibus non põt ſtare calor,hęc eſt maxima. Conſequentia patet, quia oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedentis, nam repugnat,dari maximam frigiditatem, cum qua non poteſt eſſe calor,& minima,cum qua non.

Neque tertiũ quod ſcilicet detur minima,cum qua poteſt,quia ſi detur,& remittatur ad non gradum, tunc toto tempore remiſſionis ipſa erit remiſſior, quàm prius, & continuè ſtabit cum ipſa calor; ergo ipſa non erit minima, cum qua poterat ſtare calor.

Neque quartum, quod ſcilicet detur maxima,cum qua non poteſt; nam ſit illa, D,quare neque cum,D,neque cum remiſſiore poteſt, ſed cum intenſiore poteſt; quod implicare videtur, quia ſi non poteſt cum remiſſiore ſtare,neque ſtabit cum intenſiore. Conſequentia patet ex explicatione termini maximum quod non.

Confir. quia datur minima,cum qua non poteſt ſtare; ergo. Antecedens patet, quia ſumma eſt minima, cum qua non poteſt, quia cum ſumma non poteſt ſtare, neque cum intenſiore,ſed cum remiſſiore.

Cõfir.2.quia quãdo aliquæ formæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quidquid vni illarum opponitur, eſt etiam incompoſſibile cuilibet.

37 Confir. 3. quia ſi ad acquiſitionem caloris, remittetur frigiditas ad non gradũ, deberet acquiri calor infinitè intenſus, nã quantum remittitur vnum, augetur aliud; ſit igitur, A, frigiditas ſub medio gradu totius latitudinis, & remittatur in hora ad non gradum;tunc ſic,A,remittitur ad non gradum;ergo remittetur ad ſubduplum, quadruplum, & ſic in infinitum;ſed quantum remittitur frigiditas, augetur calor; ergo calor in hora augetur in duplo, quadruplo, & ſic in infinitum.

Reſpondet Forliuienſ. ad 5. contra 2. concl.Minimum *quod non* dupliciter poſſe exponi. Primò ſic, hæc eſt minima frigiditas, cum qua non poteſt ſtare,neque cum intenſiore, ſed cum qualibet remiſſiore;illa eſt intenſior, cum qua poteſt ſtare. Et ſic conceditur,aliquam eſſe minimã frigiditatem, cum qua non poteſt ſtare calor,vt eſt ſumma frigiditas; ſed qualibet remiſſiore aliqua eſt intenſior, cum qua poteſt ſtare. Et ita Reſp.ad replicam, quãlibet partem gradualem eſſe remiſſiorem, & cum illa poſſe ſtare calorem, nam quãlibet ſignata parte poteſt dari alia,& alia intra ſummam,cum qua poteſt ſtare. Sed contra quia hic gradus ſummus, vel eſt gradus,& ſic eſt diuiſibilis,quare cum parte illius poteſt eſſe;vel nihil eſt,& tunc nõ erit repugnantia.Reſp. Cum qualitate in tanta perfectione graduali non poſſe ſtare oppoſitum,quæ cum remouetur à ſua perfectione indiuiſibiliter, iam admittit oppoſitam. *Minimum quod non dupliciter exponi poteſt.*

Ad confir.Reſp. non dari maximum, *quod non* ſi ſic exponatur: Inter omnia hoc eſt maximum, cum quo non poteſt ſtare caliditas: qua ratione non repugnat eſſe eandem frigiditatem minimum *cum quo non.*

Secundò ly minimum ſolet exponi ſic: Inter omnes, cum quibus non poteſt ſtare calor, hæc eſt minima frigiditas, & ita exponendo, nulla datur minima,cum qua non poſſit ſtare, nam implicat, dari minimam, & remiſſam frigiditatem, cum qua non poſſit ſtare calor.

Ad primam confir. Reſp. Forliu. ad 9. aliquem gradum frigiditatis eſſe incompoſſibilem alteri gradui caloris, dupliciter poteſt contingere: primò per ſe, quando ratione ſui ipſarum contrariantur, vt gradus ſummi. Secundò per accidens, quando ratione alterius eſt oppoſitio, vt eſt ſi latitudo ſit vt octo,tũc quatuor gradus ſingularum qualitatum ſunt compoſſibiles, ſex verò vnius repugnant eſſe cum quatuor alterius: quare duo expellentur non per ſe (quia ſi eſſent ſoli,poſſent eſſe ſimul) ſed per accidens, quatenus hi duo gradus ſunt partes quatuor graduum. Vnde quando aliqua ſunt eiuſdem ſpeciei, quicquid vni opponitur, etiam alteri opponetur per ſe. Per accidens verò poteſt 38

opponi

aliquid vni, & non alteri: quare sicut in generatione est naturalis ordo; ita & in corruptione illorum graduum. Sicut aliquis gradus est conueniens naturæ humanæ, & tamen aliquis v.g. quartus non.

Ad 2. Respondet Forliu. ad 11. Si ly, tantum, & quantum, dicunt æqualitatem proportionis Geometricæ, idest quod in tanta proportione geometrica fiat calor intẽsior, in quanta fit frigiditas remissior, & negatur: quia qualitas ad nõ gradũ qualitatis nõ hẽt proportionẽ: sed qualitas remissa, & intensa habẽt proportionẽ; ergo. Secundò vt dicit æqualitatem proportionis Arithmeticæ, & conceditur; est autem proportio Arithmetica in hoc casu, quod sicut per tantam latitudinem remittitur frigiditas; ita per tantam similiter intenditur calor; nam sicut frigiditas perdit medietatẽ frigiditatis, &c. ita calor acquirit medietatem totius latitudinis, & in hoc sensu negatur consequentia; quod non erit infinita, nisi syncathegorematicè. Cætera videte in Forliu. & Bann.

Arithmetica proportio hic quid est.

ARTICVLVS V.

Quomodo formæ contrariæ se expellant ex eodem subiecto.

39 *Contrariũ formaliter non effectiuè aliud expellit.*

VLtima Concl. Vnum contrarium, quod producitur in subiecto alterius non effectiuè, sed formaliter expellit aliud contrarium. Ita D. Thom. 2.2.q.85. ar.2. ad 4. 1. d. 17. q. 1. ar. 1. ad 5. & art. 2 ad 4. & 2. d. 26. ar. 2. ad 4. quia non agit in subiectum, in quo est, nec desinit conseruare, &c. at nihil effectiuè potest corrumpere nisi effectiuè producat aliquid incõpossibile alteri, vel cesset à conseruatione effectiua; ergo.

Confir. primò, quia medio motu corrumperet; at ibi non datur alius motus, qui oriatur à contrario producto in tali subiecto, sed tantùm calefactio, quæ terminatur ad calorem.

Confirm. quia sua informatione expellet, ergo formaliter. Consequentia patet ex explicatione terminorum.

Quem nã effectũ formalem non potest Deus impedire.

Dices: Si formaliter se expellunt; ergo Deus non poterit illa simul ponere, quia non potest impedire effectum formalem.

Respondetur id verum de effectu primariò, non autem de secundariò, cuiusmodi est hæc corruptio, quæ sequitur ex incapacitate naturali subiecti respectu duorum contrariorum, deinde non est propriè effectus, vt alibi ostendi.

Dices 2. corpus effectiuè expellit aliud à loco; ergo. Resp. negando conseq. quia corpus expellit aliud effectiuè producendo in se, Vbi, quod est incompossibile cũ, Vbi, alterius posita impenetrabilitate, & ideo per suam impenetrabilitatem habet expellere aliud. Secundò potest producere in altero impetum, quo expellitur. Tertiò potest solùm formaliter, vt si ab altero effectiuè collocatur in eo loco sine propria efficientia sui, Vbi, vel impetus in alio corpore. Et hinc fit, vt grauitas existens in subiecto effectiuè destruat, Vbi, quod haber corpus sursum existens, quia effectiuè producit aliud, Vbi, deorsum illi incompossibile, quare comparari hìc debet, Vbi, productum cum, Vbi, corrupto quoad expulsionem formalem. 40

Explicatur quomodo corp⁹ aliud expellat ab eodem loco.

Dices 3. Calor vt quinq; potest expellere frigus vt quatuor ab alieno subiecto; ergo etiam à proprio.

Respondetur negando consequentiam, quia ab alieno expellit effectiuè, quia producit vnum gradum caloris ibi; at non producit seipsum, sed solùm formaliter se subiecto communicat.

Cõtrarium expellit aliud effectiuè ab alio subiecto.

DVBITATIO II.

An Intensio, & Remissio fiant per maiorem, vel minorem admixtionem contrarij?

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium, fieri per maiorem, vel minorem admixtionẽ cõtrarij, est Platonis apud Phicinum, & tribuitur Simplicio in prædicamento qualitatis, & ibidem Ammonio, & in prædicamento substantiæ, & à Calculatore, & Põponatio dicitur esse Peripateticorum, & à Suario tribuitur Ægidio quodl. 2. q. 14. r. de Gen. q. 18. & 23. & dupliciter intelligitur, primò vt remotio contrarij impedimenti non sit formaliter intensio, sed conditio, vt forma magis actuet subiectum, & in hanc videtur Ægid. etiam inclinare, & iuxta hunc sensum, licèt dicatur aliquid necessarium ad intensionem qualitatum habentium contrarium, adhuc tamen non expli-

1 *Fit per maiorem, vel minorem cõtrarij admixtionẽ.*

Duplex huius sententiæ sensus.

explicatur, in quo consistat formaliter intensio, an addatur aliquid, vel non, & si neque semper in intensione fit illa abiectio contrarij. Secundo vt formaliter consistat in illa : vnde non est reale augmentum in forma vel in effectu formali, sed solùm quasi per accidens, idest per ablationem impedimenti, vel quoad apparentiam, & secundùm nos, nam ablatis impedimentis, forma perfectiùs agit. Ad hanc accedit opinio Ariminensis 1. d. 17. q. 3. ar. 2. & præcipuè ad 3. contra primam cõclusionẽ, vbi ait, dupliciter aliquid posse mutari de contrario in contrarium: primò quod continuè acquiratur pars post partem formæ contrariæ illi, quæ est in subiecto, & tunc dicit, hoc modo non posse moueri, nisi subiectum diuisibile, quod secundùm diuersas partes habet formas contrarias, & hac ratione 6. phys. 32. vult Aristoteles, omne mobile esse diuisibile, quod debeat esse partim in termino *à quo*, & partim in termino *ad quem*. Secundò aliquid dicitur continuè moueri ad formam contrariam, non quod acquiratur pars formæ post partem in eadem parte subiecti, sed quia continuè disponatur eadem pars subiecti. Hanc autem dispositionem dicit esse continuam remissionem contrarij, puta frigiditatis, & in instanti, in quo est primò completa eius remissio introducitur primò tota forma opposita, scilicet caloris. à qua non multum recedit Sonc. 10. met. q. 22. vt diximus, cum de alteratione.

Ex Arim. duobus modis aliquid potest mutari de contrario in cõtrarium.

Fundamentum sumitur ex auctoritate tum Arist. 3. Topic. c. 4. loco 9. vbi ait, albius esse quod est nigro impermixtius; ergo intensio albi consistit in deporatione à contrario; tum ex Auerr. 5. phys. 19. vbi ait, aliquid non esse minus album nisi ex commixtione contrarij; ergo contrà magis album fit per deporationem à contrario. Tũ 3. ex August. lib. 83. quæstionum quæst. 36. vbi ait, *Venenum charitatis esse cupiditatem, vbi est magna charitas, ibi est pauca cupiditas, vbi autem nulla cupiditas, ibi perfecta charitas*; ergo charitas augetur per deporationem à contrario.

Denique prob. ratione; Quando aliqua sunt simul, & inseparabiliter se comitantur, vnum habet aliquam causalitatem respectu alterius; sed magis, & minùs in formis, & contrarietas sunt huiusmodi, cum omnes formæ suscipientes magis & minùs habeant contrarium.

2 Secunda opinio est dicentium, intensionem, & remissionem, licèt aliquando fiat concomitanter ex admixtione minoris, vel maioris contrarij; tamen formaliter non esse admixtionem. Prima pars probatur, nam constat, inter qualitates habentes cõtrarium, dum vna intenditur, alteram remitti, & contra, vt impleatur latitudo requisita ad coexistentiam qualitatum huiusmodi in subiecto, & quia non omnes qualitates habent contrarium; ideo dixi aliquando ita fieri, non tamen semper, vt patebit ex secunda parte cõclusionis. Quæ probatur primò, quia lumen intenditur, & remittitur sine vlla admixtione contrarij, nam hoc caret. Et quædam sunt, quæ licèt habeant contrarium; tamen non possunt vlla ratione esse simul in eodem subiecto; quare statim ac ponitur forma, excluditur totaliter oppositum, cum tamen illa possit deinde intẽdi, cuiusmodi est Charitas, cui opponitur peccatum; Scientia, cui opponitur error circa idem obiectum; imò potest tunc primùm acquiri scientia in aliquo subiecto, in quo nunquam fuerit error.

Negat esse formaliter admixtionem. Experientia patet.

Secundò prob. nam si remissio fit per maiorem admixtionem contrarij; quæro vel hæc remissio fit quia deperditur entitas, vel quia admiscetur maior entitas cõtrarij. Si primum habetur, remissionem formalem esse deperditionem illam entitatis. Vnde ego colligo, intensionem esse acquisitionem maioris entitatis, quia oppositorum sunt oppositæ conditiones. Si secundum ergo intensio fit per acquisitionem maioris entitatis.

Quæritur vtrum remissio fiat per amissionem entitatis. An per admixtionẽ maioris entitatis contrarij.

Dices; remanere contrarium secundùm totam entitatem, sed non admisceri ita perfectè cum alio contrario. Sed contra, quia tunc dum intenditur calor v. g. si frigiditas ideo remittitur, quia miscetur perfectè cum calore, etiam calor remittendus esset, quia etiam admiscetur perfectè cum frigore, quia non potest frigus misceri calori, quin calor misceatur frigori, quare sequeretur, non posse intendi vnum, quin intendatur oppositum, & contra; neque remitti vnum, quin oppositum remittatur, quod est contra experientiam.

Sequeretur duo contraria ambo simul intendi, & remitti.

Confirm. Pomponat. c. 10. nam daretur circulus; nam albedo vt duo remittitur, quia ei admiscetur nigredo vt sex, & nigredo vt sex intenditur, quia ei admiscetur albedo, vt duo. 3

Confirm. 2. quia fit album vt quatuor, & nigrum vt quatuor, & intendatur nigrũ per corruptionem albedinis; ergo corrup-

aliquid vni, & non alteri: quare sicut in generatione est naturalis ordo; ita & in corruptione illorum graduum. Sicut aliquis gradus est conueniens naturæ humanæ, & tamen aliquis v.g. quartus non.

Ad 2. Respondet Forliu. ad 11. Si ly, tantum, & quantum, dicunt æqualitatem proportionis Geometricæ, idest quod in tanta proportione geometrica fiat calor intēsior, in quanta fit frigiditas remissior, & negatur: quia qualitas ad nō gradū qualitatis nō hēt proportionē: sed qualitas remissa, & intensa habēt proportionē; ergo. Secundò vt dicit æqualitatem proportionis Arithmeticæ, & conceditur; est autem proportio Arithmetica in hoc casu, quod sicut per tantam latitudinem remittitur frigiditas; ita per tantam similiter intenditur calor; nam sicut frigiditas perdit medietatē frigiditatis, &c. ita calor acquirit medietatem totius latitudinis, & in hoc sensu negatur consequentia; quod non erit infinita, nisi syncathegorematicè. Cætera videto in Forliu. & Bann.

Arithmetica proportio hic quid est.

ARTICVLVS V.

Quomodo formæ contrariæ se expellant ex eodem subiecto.

39 Vltima Concl. Vnum contrarium, quod producitur in subiecto alterius non effectiuè, sed formaliter expellit aliud contrarium. Ita D. Thom. 2.2. q. 85. ar. 2. ad 4. 1. d. 17. q. 1. ar. 1. ad 5. & ar. 2 ad 4 & 2. d. 26. ar. 2. ad 4. quia non agit in subiectum, in quo est, nec desinit conseruare, &c. at nihil effectiuè potest corrumpere nisi effectiuè producat aliquid incōpossibile alteri, vel eesset à conseruatione effectiua; ergo.

Contrarium formaliter non effectiuè aliud expellit.

Confir. primò, quia medio motu corrumperet; at ibi non datur alius motus, qui oriatur à contrario producto in tali subiecto, sed tantùm calefactio, quæ terminatur ad calorem.

Confirm. quia sua informatione expellet, ergo formaliter. Consequentia patet ex explicatione terminorum.

Dices: Si formaliter se expellunt; ergo Deus non poterit illa simul ponere, quia non potest impedire effectum formalem.

Respondetur id verum de effectu primariò, non autem de secundariò, cuiusmodi est hæc corruptio, quæ sequitur ex incapacitate naturali subiecti respectu duorum contrariorum, deinde non est propriè effectus, vt alibi ostendi.

Quem vn effectu formalem non potest Deus impedire.

Dices 2. corpus effectiuè expellit aliud à loco; ergo. Resp. negando conseq. quia corpus expellit aliud effectiuè producendo in se, Vbi, quod est incompossibile cū Vbi, alterius posita impenetrabilitate, & ideo per suam impenetrabilitatem habet expellere aliud. Secundò potest producere in altero impetum, quo expellitur. Tertiò potest solùm formaliter, vt si ab altero effectiuè collocatur in eo loco sine propria efficientia sui, Vbi, vel impetus in alio corpore. Et hinc fit, vt grauitas existens in subiecto effectiuè destruat, Vbi, quod habet corpus sursum existens, quia effectiuè producit aliud, Vbi, deorsum illi incompossibile, quare comparari hic debet, Vbi, productum cum, Vbi, corrupto quoad expulsionem formalem. 40

Explicatur quomodo corp⁹ aliud expellat ab eodem loco.

Dices 3. Calor vt quinq; potest expellere frigus vt quatuor ab alieno subiecto; ergo etiam à proprio.

Respondetur negando consequentiam, quia ab alieno expellit effectiuè, quia producit vnum gradum caloris ibi; at non producit seipsum, sed solùm formaliter se subiecto communicat.

Cōtrarium expellit aliud effectiuè ab alio subiecto.

DVBITATIO II.

An Intensio, & Remissio fiant per maiorem, vel minorem admixtionem contrarij?

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

1 Prima opinio est dicentium, fieri per maiorem, vel minorem admixtionē cōtrarij, est Platonis apud Phicinum, & tribuitur Simplicio in prædicamento qualitatis, & ibidem Ammonio, & in prædicamento substantiæ, & à Calculatore, & Pōponatio dicitur esse Peripateticorum, & à Suario tribuitur Ægidio quodl. 2. q. 14. 1. de Gen. q. 18. & 23. & dupliciter intelligitur, primò vt remotio contrarij impedimenti non sit formaliter intensio, sed conditio, vt forma magis actuet subiectum, & in hanc videtur Ægid. etiam inclinare, & iuxta hunc sensum, licèt dicatur aliquid necessarium ad intensionem qualitatum habentium contrarium, adhuc tamen non expli-

Fit per maiorem, vel minorem cōtrarij admixtionē.

Duplex huius sententiæ sensus.

explicatur, in quo consistat formaliter intensio, an addatur aliquid, vel non, & si neque semper in intensione sit illa abiectio contrarij. Secundo vt formaliter consistat in illa: vnde non est reale augmentum in forma vel in effectu formali, sed solùm quasi per accidens, idest per ablationem impedimenti, vel quoad apparentiam, & secundùm nos, nam ablatis impedimẽtis, forma perfectiùs agit. Ad hanc accedit opinio Ariminensis 1. d. 17. q. 3. ar. 2. & præcipuè ad 3. contra primam cõclusionẽ, vbi ait, dupliciter aliquid posse mutari de contrario in contrarium: primò quod continuè acquiratur pars post partem formæ contrariæ illi, quæ est in subiecto, & tunc dicit, hoc modo non posse moueri, nisi subiectum diuisibile, quod secundùm diuersas partes habet formas contrarias, & hac ratione 6. phys. 32. vult Aristoteles, omne mobile esse diuisibile, quod debeat esse partim in termino *à quo*, & partim in termino *ad quem*. Secundò aliquid dicitur continuè moueri ad formam contrariam, non quod acquiratur pars formæ post partem in eadem parte subiecti, sed quia continuè disponatur eadem pars subiecti. Hanc autem dispositionem dicit esse continuam remissionem contrarij, puta frigiditatis, & in instanti, in quo est primò completa eius remissio introducitur primò tota forma opposita, scilicet caloris, à qua non multum recedit Sonc. 10. met. q. 22. vt diximus, cum de alteratione.

Ex Arim. duobus modis aliquid potest mutari de contrario in cõtrarium.

Fundamentum sumitur ex auctoritate cum Arist. 3. Topic. c. 4. loco 9. vbi ait, albius esse quod est nigro impermixtius; ergo intensio albi consistit in deporatione à contrario; tum ex Auerr. 5. phys. 19. vbi ait, aliquid non esse minùs album nisi ex commixtione contrarij; ergo contrà magis album fit per deporationem à contrario. Tũ 3. ex August. lib. 83. quæstionum quæst. 36. vbi ait, *Venenum charitatis esse cupiditatem, vbi est magna charitas, ibi est pauca cupiditas, vbi autem nulla cupiditas, ibi perfecta charitas*; ergo charitas augetur per deporationem à contrario.

Denique prob. ratione; Quando aliqua sunt simul, & inseparabiliter se comitantur, vnum habet aliquam causalitatem respectu alterius; sed magis, & minùs in formis, & contrarietas sunt huiusmodi, cum omnes formæ suscipientes magis, & minùs habeant contrarium.

2 Secunda opinio est dicentium, intensionem, & remissionem, licèt aliquando fiat concomitanter ex admixtione minori, vel maiori contrarij; tamen formaliter non esse admixtionem. Prima pars probatur, nam constat, inter qualitates habentes cõtrarium, dum vna intenditur, alteram remitti, & contra, vt impleatur latitudo requisita ad coexistentiam qualitatum huiusmodi in subiecto, & quia non omnes qualitates habent contrarium; ideo dixi aliquando ita fieri, non tamen semper, vt patebit ex secunda parte cõclusionis. Quæ probatur primò, quia lumen intenditur, & remittitur sine vlla admixtione contrarij, nam hoc caret. Et quædam sunt, quæ licèt habeant contrarium; tamen non possunt vlla ratione esse simul in eodem subiecto; quare statim ac ponitur forma, excluditur totaliter oppositum, cum tamen illa possit deinde intẽdi; cuiusmodi est Charitas, cui opponitur peccatum; Scientia, cui opponitur error circa idem obiectum; imò potest tunc primùm acquiri scientia in aliquo subiecto, in quo nunquam fuerit error.

Negat esse formaliter admixtionem. Experientia patet.

Secundò prob. nam si remissio fit per maiorem admixtionem contrarij; quæro vel hæc remissio fit quia deperditur entitas, vel quia admiscetur maior entitas cõtrarij. Si primum habetur, remissionem formalem esse deperditionem illam entitatis. Vnde ego colligo, intensionem esse acquisitionem maioris entitatis, quia oppositorum sunt oppositæ conditiones. Si secundùm ergo intensio fit per acquisitionem maioris entitatis.

Quæritur vtrum remissio fiat per amissionem entitatis. An per admixtionẽ maioris entitatis contrarij.

Dices; remanere contrarium secundùm totam entitatem, sed non admisceri ita perfectè cum alio contrario. Sed contra, quia tunc dum intenditur calor v. g. si frigiditas ideo remittitur, quia miscetur perfectè cum calore, etiam calor remittendus esset, quia etiam admiscetur perfectè cum frigore, quia non potest frigus misceri calori, quin calor misceatur frigori, quare sequeretur, non posse intendi vnum, quin intendatur oppositum, & contra; neque remitti vnum, quin oppositum remittatur, quod est contra experientiam.

Sequeretur duo contraria ambo simul intendi, & remitti.

3 Confirm. Pomponat. c. 10. nam daretur circulus; nam albedo vt duo remittitur, quia ei admiscetur nigredo vt sex, & nigredo vt sex intenditur, quia ei admiscetur albedo, vt duo.

Confirm. 2. quia sit album vt quatuor, & nigrum vt quatuor, & intendatur nigrũ per corruptionem albedinis; ergo corrup-

aliquid vni, & non alteri: quare sicut in generatione est naturalis ordo; ita & in corruptione illorum graduum. Sicut aliquis gradus est conueniens naturæ humanæ,& tamen aliquis v.g.quartus non.

Ad 2.Respondet Forliu.ad 11.Si ly,tãtum,& quantum,dicunt æqualitatem proportionis Geometricæ, idest quod in tanta proportione geometrica fiat calor intẽsior,in quanta fit frigiditas remissior,& negatur: quia qualitas ad nõ gradũ qualitatis nõ hẽt proportionẽ:sed qualitas remissa,& intensa habẽt proportionẽ; ergo. Secundò vt dicit æqualitatem proportionis Arithmeticæ, & conceditur; est autem proportio Arithmetica in hoc casu, quod sicut per tantam latitudinem remittitur frigiditas; ita per tantam similiter intendetur calor; nam sicut frigiditas perdit medietatẽ frigiditatis,&c. ita calor acquirit medietatem totius latitudinis, & in hoc sensu negatur consequentia;quod non erit infinita, nisi syncathegorematicè. Cætera videto in Forliu.& Bann.

Arithmetica proportio hic quid est.

ARTICVLVS V.

Quomodo formæ contrariæ se expellant ex eodem subiecto.

39 *Contrariũ formaliter non effectiuè aliud expellit.*

VLtima Concl. Vnum contrarium, quod producitur in subiecto alterius non effectiuè, sed formaliter expellit aliud contrarium.Ita D. Thom.2.2.q.85. ar.2.ad 4.1.d.17.q.1.ar.1.ad 5.& art.2 ad 4.& 2.d.26. ar. 2. ad 4. quia non agit in subiectum, in quo est,nec desinit conseruare, &c.at nihil effectiuè potest corrumpere nisi effectiuè producat aliquid incõpossibile alteri,vel cesset à conseruatione effectiua;ergo.

Confir. primò, quia medio motu corrumperet;at ibi non datur alius motus,qui oriatur à contrario producto in tali subiecto, sed tantùm calefactio, quæ terminatur ad calorem.

Confirm. quia sua informatione expellet,ergo formaliter.Consequentia patet ex explicatione terminorum.

Quem nõ effectũ formalem non potest Deus impedire.

Dices: Si formaliter se expellunt; ergo Deus non poterit illa simul ponere, quia non potest impedire effectum formalem.

Respondetur id verum de effectu primariò,non autem de secundariò,cuiusmodi est hæc corruptio, quæ sequitur ex incapacitate naturali subiecti respectu duorum contrariorum,deinde non est propriè effectus,vt alibi ostendi.

Dices 2. corpus effectiuè expellit aliud à loco; ergo. Resp. negando conseq.quia corpus expellit aliud effectiuè producendo in se, Vbi, quod est incompossibile cũ, Vbi, alterius posita impenetrabilitate; & ideo per suam impenetrabilitatem habet expellere aliud. Secundò potest producere in altero impetum,quo expellitur. Tertiò potest solùm formaliter, vt si ab altero effectiuè collocatur in eo loco sine propria efficientia sui,Vbi, vel impetus in illo corpore.Et hinc fit, vt grauitas existens in subiecto effectiuè destruat, Vbi,quod habet corpus sursum existens, quia effectiuè producit aliud, Vbi, deorsum illi incompossibile,quare comparari hic debet,Vbi, productum cum, Vbi, corrupto quoad expulsionem formalem. 40

Explicatur quomodo corp⁹ aliud expellat ab eodem loco.

Dices 3. Calor vt quinq; potest expellere frigus vt quatuor ab alieno subiecto; ergo etiam à proprio.

Cõtrarium expellit aliud effectiuè ab alio subiecto.

Respondetur negando consequentiam, quia ab alieno expellit effectiuè,quia producit vnum gradum caloris ibi; at non producit seipsum, sed solùm formaliter se subiecto communicat.

DVBITATIO II.

An Intensio,& Remissio fiant per maiorem, vel minorem admixtionem contrarij?

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium, fieri per maiorem, vel minorem admixtionẽ cõtrarij,est Platonis apud Phicinum,& tribuitur Simplicio in prædicamento qualitatis, & ibidem Ammonio,& in prædicamento substantiæ,& à Calculatore,& Põponatio dicitur esse Peripateticorum, & à Suario tribuitur Ægidio quodl.2.q.14.1. de Gen.q. 18. & 23. & dupliciter intelligitur,primò vt remotio contrarij impedimenti non sit formaliter intensio,sed conditio,vt forma magis actuet subiectum, & in hanc videtur Ægid. etiam inclinare, & iuxta hunc sensum, licèt dicatur aliquid necessarium ad intensionem qualitatum habentium contrarium, adhuc tamen non expli-

1 Fit per maiorem, vel minorem cõtrarij admixtionẽ.

Duplex huius sententiæ sensus.

explicatur, in quo consistat formaliter intensio, an addatur aliquid, vel non, & si neque semper in intensione fit illa abiectio contrarij. Secundo vt formaliter consistat in illa: vnde non est reale augmentum in forma vel in effectu formali, sed solùm quasi per accidens, idest per ablationem impedimenti, vel quoad apparentiam, & secundùm nos, nam ablatis impedimentis, forma perfectiùs agit. Ad hanc accedit opinio Ariminensis 1. d. 17. q. 3. ar. 2. & præcipuè ad 3. contra primam cõclusionẽ, vbi ait, dupliciter aliquid posse mutari de contrario in contrarium: primò quod continuè acquiratur pars post partem formæ contrariæ illi, quæ est in subiecto, & tunc dicit, hoc modo non posse moueri, nisi subiectum diuisibile, quod secundùm diuersas partes habet formas contrarias, & hac ratione 6. phys. 32. vult Aristoteles, omne mobile esse diuisibile, quod debeat esse partim in termino *à quo*, & partim in termino *ad quem*. Secundò aliquid dicitur continuè moueri ad formam contrariam, non quod acquiratur pars formæ post partem in eadem parte subiecti, sed quia continuè disponatur eadem pars subiecti. Hanc autem dispositionem dicit esse continuam remissionem contrarij, puta frigiditatis, & in instanti, in quo est primò completa eius remissio introducitur primò tota forma opposita, scilicet caloris, à qua non multum recedit Sonc. 10. met. q. 22. vt diximus, cum de alteratione.

Ex Arim. duobus modis aliquid potest mutari de contrario in cõtrarium.

Fundamentum sumitur ea auctoritate tum Arist. 3. Topic. c. 4. loco 9. vbi ait, album esse quod est nigro impermixtius; ergo intensio albi consistit in deporatione à contrario; tum ea Auerr. 5. phys. t. 9. vbi ait, aliquid non esse minùs album nisi ea commixtione contrarij; ergo contrà magis album fit per deporationem à contrario. Tū 3. ea August. lib. 83. quæstionum quæst. 36. vbi ait, *Venenum charitatis esse cupiditatem, vbi est magna charitas, ibi est pauca cupiditas, vbi autem nulla cupiditas, ibi perfecta charitas*; ergo charitas augetur per deporationem à contrario.

Denique prob. ratione; Quando aliqua sunt simul, & inseparabiliter se comitantur, vnum habet aliquam causalitatem respectu alterius; sed magis, & minùs in formis, & contrarietas sunt huiusmodi, cum omnes formæ suscipientes magis, & minùs habeant contrarium.

2 Secunda opinio est dicentium, intensionem, & remissionem, licèt aliquando fiat concomitanter ex admixtione minori, vel maiori contrarij; tamen formaliter non esse admixtionem. Prima pars probatur, nam constat, inter qualitates habentes cõtrarium, dum vna intenditur, alteram remitti, & contra, vt impleatur latitudo requisita ad coexistentiam qualitatum huiusmodi in subiecto, & quia non omnes qualitates habent contrarium; ideo dixi aliquando ita fieri, non tamen semper, vt patebit ex secunda parte cõclusionis. Quæ probatur primò, quia lumen intenditur, & remittitur sine vlla admixtione contrarij, nam hoc caret. Et quædam sunt, quæ licèt habeant contrarium; tamen non possunt vlla ratione esse simul in eodem subiecto; quare statim ac ponitur forma, excluditur totaliter oppositum, cum tamen illa possit deinde intendi, cuiusmodi est Charitas, cui opponitur peccatum; Scientia, cui opponitur error circa idem obiectum; imò potest tunc primum acquiri scientia in aliquo subiecto, in quo nunquam fuerit error.

Negat esse formaliter admixtionem.

Experientia patet.

Secundò prob. nam si remissio fit per maiorem admixtionem contrarij; quæro vel hæc remissio fit quia deperditur entitas, vel quia admiscetur maior entitas cõtrarij. Si primum habetur, remissionem formalem esse deperditionem illam entitatis. Vnde ego colligo, intensionem esse acquisitionem maioris entitatis, quia oppositorum sunt oppositæ conditiones. Si secundum ergo intensio fit per acquisitionem maioris entitatis.

Quæritur vtrum remissio fiat per amissionem entitatis. An per admixtionẽ maioris entitatis contrarij.

Dices; remanere contrarium secundùm totam entitatem, sed non admisceri ita perfectè cum alio contrario. Sed contra, quia tunc dum intenditur calor v. g. si frigiditas ideo remittitur, quia miscetur perfectè cum calore, etiam calor remittendus esset, quia etiam admiscetur perfectè cum frigore, quia non potest frigus misceri calori, quin calor misceatur frigori, quare sequeretur, non posse intendi vnum, quin intendatur oppositum, & contra; neque remitti vnum, quin oppositum remittatur, quod est contra experientiam.

Sequeretur duo contraria ambo simul intendi, & remitti.

3 Confirm. Pomponat. c. 10. nam daretur circulus; nam albedo vt duo remittitur, quia ei admiscetur nigredo vt sex, & nigredo vt sex intenditur, quia ei admiscetur albedo, vt duo.

Confirm. 2. quia fit album vt quatuor, & nigrum vt quatuor, & intendatur nigrū per corruptionem albedinis; ergo corrup-

aliquid vni, & non alteri : quare sicut in generatione est naturalis ordo ; ita & in corruptione illorum graduum. Sicut aliquis gradus est conueniens naturæ humanæ, & tamen aliquis v.g. quartus non.

Ad 2. Respondet Forliu. ad 11. Si ly, tãtum, & quantum, dicunt æqualitatem proportionis Geometricæ, idest quod in tanta proportione geometrica fiat calor intẽsior, in quanta fit frigiditas remissior, & negatur: quia qualitas ad nõ gradũ qualitatis nõ hẽt proportionẽ: sed qualitas remissa, & intensa habẽt proportionẽ; ergo. Secundò vt dicit æqualitatem proportionis Arithmeticæ, & conceditur; est autem proportio Arithmetica in hoc casu, quod sicut per tantam latitudinem remittitur frigiditas; ita per tantam similiter intendetur calor; nam sicut frigiditas perdit medietatẽ frigiditatis, &c. ita calor acquirit medietatem totius latitudinis, & in hoc sensu negatur consequentia; quod non erit infinita, nisi syncathegorematicè. Cætera videte in Forliu. & Bann.

Arithmetica proportio hic quid est.

ARTICVLVS V.

Quomodo formæ contrariæ se expellant ex eodem subiecto.

39 *Contrariũ formaliter non effectiuè aliud expellit.*

VLtima Concl. Vnum contrarium, quod producitur in subiecto alterius non effectiuè, sed formaliter expellit aliud contrarium. Ita D. Thom. 2.2.q.85. ar.2. ad 4. 1.d.17.q.1.ar.1.ad 5. & art.2 ad 4 & 2.d.26. ar. 2. ad 4. quia non agit in subiectum, in quo est, nec desinit conseruare, &c. at nihil effectiuè potest corrumpere nisi effectiuè producat aliquid incõpossibile alteri, vel cesset à conseruatione effectiua; ergo.

Confir. primò, quia medio motu corrumperet; at ibi non datur alius motus, qui oriatur à contrario producto in tali subiecto, sed tantùm calefactio, quæ terminatur ad calorem.

Confirm. quia sua informatione expellet, ergo formaliter. Consequentia patet ex explicatione terminorum.

Quem nõ effectũ formalem non potest Deus impedire.

Dices: Si formaliter se expellunt; ergo Deus non poterit illa simul ponere, quia non potest impedire effectum formalem.

Respondetur id verum de effectu primariò, non autem de secundariò, cuiusmodi est hæc corruptio, quæ sequitur ex incapacitate naturali subiecti respectu duorum contrariorum, deinde non est propriè effectus, vt alibi ostendi.

Dices 2. corpus effectiuè expellit aliud à loco; ergo. Resp. negando conseq. quia corpus expellit aliud effectiuè producendo in se, Vbi, quod est incompossibile eũ, Vbi, alterius posita impenetrabilitate; & ideo per suam impenetrabilitatem habet expellere aliud. Secundò potest producere in altero impetum, quo expellitur. Tertiò potest solùm formaliter, vt si ab altero effectiuè collocatur in eo loco sine propria efficientia sui, Vbi, vel impetus in alio corpore. Et hinc fit, vt grauitas existens in subiecto effectiuè destruat, Vbi, quod habet corpus sursum existens, quia effectiuè producit aliud, Vbi, deorsum illi incompossibile, quare comparari hic debet, Vbi, productum cum, Vbi, corrupto quoad expulsionem formalem. 40

Explicatur quomodo corp⁹ aliud expellat ab eodem loco.

Dices 3. Calor vt quinq; potest expellere frigus vt quatuor ab alieno subiecto; ergo etiam à proprio.

Respondetur negando consequentiam, quia ab alieno expellit effectiuè, quia producit vnum gradum caloris ibi; at non producit seipsum, sed solùm formaliter se subiecto communicat.

Cõtrarium expellit aliud effectiuè ab alio subiecto.

DVBITATIO II.

An Intensio, & Remissio fiant per maiorem, vel minorem admixtionem contrarij?

ARTICVLVS I.

Opiniones Doctorum.

PRima opinio est dicentium, fieri per maiorem, vel minorem admixtionẽ cõtrarij, est Platonis apud Phicinum, & tribuitur Simplicio in prædicamento qualitatis, & ibidem Ammonio, & in prædicamento substantiæ, & à Calculatore, & Põponatio dicitur esse Peripateticorum, & à Suario tribuitur Ægidio quodl.2.q.14. 1. de Gen.q. 18. & 23. & dupliciter intelligitur, primò vt remotio contrarij impedimenti non sit formaliter intensio, sed conditio, vt forma magis actuet subiectum, & in hanc videtur Ægid. etiam inclinare, & iuxta hunc sensum, licèt dicatur aliquid necessarium ad intensionem qualitatum habentium contrarium, adhuc tamen non expli-

1 *Fit per maiorem, vel minorem cõtrarij admixtionẽ.*

Duplex huius sententiæ sensus.

explicatur, in quo consistat formaliter intensio, an addatur aliquid, vel non, & si neque semper in intensione sit illa abiectio contrarij. Secundo vt formaliter consistat in illa: vnde non est reale augmentum in forma vel in effectu formali, sed solùm quasi per accidens, idest per ablationem impedimenti, vel quoad apparentiam, & secundùm nos, nam ablatis impedimentis, forma perfectiùs agit. Ad hanc accedit opinio Ariminensis 1. d. 17. q. 3. ar. 2. & præcipuè ad 3. contra primam cõclusionẽ, vbi ait, dupliciter aliquid posse mutari de contrario in contrarium: primò quod continuè acquiratur pars post partem formæ contrariæ illi, quæ est in subiecto, & tunc dicit, hoc modo non posse moueri, nisi subiectum diuisibile, quod secundùm diuersas partes habet formas contrarias, & hac ratione 6. phys. 32. vult Aristoteles, omne mobile esse diuisibile, quod debeat esse partim in termino *à quo*, & partim in termino *ad quem*. Secundò aliquid dicitur continuè moueri ad formam contrariam, non quod acquiratur pars formæ post partem in eadem parte subiecti, sed quia continuè disponatur eadem pars subiecti. Hanc autem dispositionem dicit esse continuam remissionem contrarij, puta frigiditatis, & in instanti, in quo est primò completa eius remissio introducitur primò tota forma opposita, scilicet caloris, à qua non multum recedit Sonc. 10. met. q. 22. vt diximus, cum de alteratione.

Ex Arim. duobus modis aliquid potest mutari de contrario in cõtrarium.

Fundamentum sumitur ex auctoritate tum Arist. 3. Topic. c. 4. loco 9. vbi ait, albius esse quod est nigro impermixtius; ergo intensio albi consistit in deporatione à contrario; tum ex Auerr. 5. phys. c. 19. vbi ait, aliquid non esse minùs album nisi ex commixtione contrarij; ergo contrà magis album fit per deporationem à contrario. Tũ 3. ex August. lib. 83. quæstionum quæst. 26. vbi ait, *Venenum charitatis esse cupiditatem, vbi est magna charitas, ibi est pauca cupiditas, vbi autem nulla cupiditas, ibi perfecta charitas*; ergo charitas augetur per deporationem à contrario.

Denique prob. ratione; Quando aliqua sunt simul, & inseparabiliter se comitantur, vnum habet aliquam causalitatem respectu alterius; sed magis, & minùs in formis, & contrarietas sunt huiusmodi, cum omnes formæ suscipientes magis & minùs habeant contrarium.

Secunda opinio est dicentium, intensionem, & remissionem, licèt aliquando fiat concomitanter ex admixtione minori, vel maiori contrarij; tamen formaliter non esse admixtionem. Prima pars probatur, nam constat, inter qualitates habentes cõtrarium, dum vna intenditur, alteram remitti, & contra, vt impleatur latitudo requisita ad coexistentiam qualitatum huiusmodi in subiecto, & quia non omnes qualitates habent contrarium; ideo dixi aliquando ita fieri, non tamen semper, vt patebit ex secunda parte cõclusionis. Quæ probatur primò, quia lumen intenditur, & remittitur sine vlla admixtione contrarij, nam hoc caret. Et quædam sunt, quæ licèt habeant contrarium; tamen non possunt vlla ratione esse simul in eodem subiecto; quare statim ac ponitur forma, excluditur totaliter oppositum, cum tamen illa possit deinde intendi, cuiusmodi est Charitas, cui opponitur peccatum; Scientia, cui opponitur error circa idem obiectum; imò potest tunc primùm acquiri scientia in aliquo subiecto, in quo nunquam fuerit error.

Negat esse formaliter admixtionem. Experientia patet.

Secundò prob. nam si remissio fit per maiorem admixtionem contrarij; quæro vel hæc remissio fit quia deperditur entitas, vel quia admiscetur maior entitas cõtrarij. Si primum habetur, remissionem formalem esse deperditionem illam entitatis. Vnde ergo colligo, intensionem esse acquisitionem maioris entitatis, quia oppositorum sunt oppositæ conditiones. Si secundum ergo intensio fit per acquisitionem maioris entitatis.

Quæritur vtrum remissio fiat per amissionem entitatis. An per admixtionẽ maioris entitatis contrarij.

Dices; remanere contrarium secundùm totam entitatem, sed non admisceri ita perfectè cum alio contrario. Sed contra, quia tunc dum intenditur calor v. g. si frigiditas ideo remittitur, quia miscetur perfectiè cum calore, etiam calor remittendus esset, quia etiam admiscetur perfectè cum frigore, quia non potest frigus misceri calori, quin calor misceatur frigori, quare sequeretur, non posse intendi vnum, quin intendatur oppositum, & contra; neque remitti vnum, quin oppositum remittatur, quod est contra experientiam.

Sequeretur duo contraria ambo simul intendi, & remitti.

Confirm. Pomponat. c. 10. nam daretur circulus; nam albedo vt duo remittitur, quia ei admiscetur nigredo vt sex, & nigredo vt sex intenditur, quia ei admiscetur albedo, vt duo. 3

Confirm. 2. quia fit album vt quatuor, & nigrum vt quatuor, & intendatur nigrũ per corruptionem albedinis; ergo corrup-

explicatur, in quo consistat formaliter intensio, an addatur aliquid, vel non, & si neque semper in intensione sit illa abiectio contrarij. Secundo vt formaliter consistat in illa: vnde non est reale augmentum in forma vel in effectu formali, sed solùm quasi per accidens, idest per ablationem impedimenti, vel quoad apparentiam, & secundùm nos, nam ablatis impedimẽtis, forma perfectiùs agit. Ad hanc accedit opinio Ariminensis 1. d. 17. q. 3. ar. 2. & præcipuè ad 3. contra primam cõclusionẽ, vbi ait, dupliciter aliquid posse mutari de contrario in contrarium: primò quod continuè acquiratur pars post partem formæ contrariæ illi, quæ est in subiecto, & tunc dicit, hoc modo non posse moueri, nisi subiectum diuisibile, quod secundùm diuersas partes habet formas contrarias, & hac ratione 6. phys. 32. vult Aristoteles, omne mobile esse diuisibile, quod debeat esse partim in termino *à quo*, & partim in termino *ad quem*. Secundò aliquid dicitur continuè moueri ad formam contrariam, non quod acquiratur pars formæ post partem in eadem parte subiecti, sed quia continuè disponatur eadem pars subiecti. Hanc autem dispositionem dicit esse continuam remissionem contrarij, puta frigiditatis, & in instanti, in quo est primò completa eius remissio introducitur primò tota forma opposita, scilicet caloris. à qua non multum recedit Sonc. 10. met. q. 22. vt diximus, cum de alteratione.

Ex Arim. duobus modis aliquid potest mutari de contrario in cõtrarium.

Fundamentum sumitur ex auctoritate tum Arist. 3. Topic. c. 4. loco 9. vbi ait, albius esse quod est nigro impermixtius; ergo intensio albi consistit in deportatione à contrario; tum ex Auerr. 5. phys. 19. vbi ait, aliquid non esse minùs album nisi ex commixtione contrarij; ergo contrà magis album fit per deportationem à contrario. Tũ 3. ex August. lib. 83. quæstionum quæst. 26. vbi ait, *Venenum charitatis esse cupiditatem, vbi est magna charitas, ibi est pauca cupiditas, vbi autem nulla cupiditas, ibi perfecta charitas*; ergo charitas augetur per deportationem à contrario.

Denique prob. ratione; Quando aliqua sunt simul, & inseparabiliter se comitantur, vnum habet aliquam causalitatem respectu alterius; sed magis, & minùs in formis, & contrarietas sunt huiusmodi, cum omnes formæ suscipientes magis, & minùs habeant contrarium.

2 Secunda opinio est dicentium, intensionem, & remissionem, licèt aliquando fiat concomitanter ex admixtione minori, vel maiori contrarij; tamen formaliter non esse admixtionem. Prima pars probatur, nam constat, inter qualitates habentes cõtrarium, dum vna intenditur, alteram remitti, & contra, vt impleatur latitudo requisita ad coexistentiam qualitatum huiusmodi in subiecto, & quia non omnes qualitates habent contrarium; ideo dixi aliquando ita fieri, non tamen semper, vt patebit ex secunda parte cõclusionis. Quæ probatur primò, quia lumen intenditur, & remittitur sine vlla admixtione contrarij, nam hoc caret. Et quædam sunt, quæ licèt habeant contrarium; tamen non possunt vlla ratione esse simul in eodem subiecto; quare statim ac ponitur forma, excluditur totaliter oppositum, cum tamen illa possit deinde intẽdi, cuiusmodi est Charitas, cui opponitur peccatum; Scientia, cui opponitur error circa idem obiectum; imò potest tunc primùm acquiri scientia in aliquo subiecto, in quo nunquam fuerit error.

Negat esse formaliter admixtionem. Experientia patet.

Secundò prob. nam si remissio fit per maiorem admixtionem contrarij; quæro vel hæc remissio fit quia deperditur entitas, vel quia admiscetur maior entitas cõtrarij. Si primum habetur, remissionem formalem esse deperditionem illam entitatis. Vnde ego colligo, intensionem esse acquisitionem maioris entitatis, quia oppositorum sunt oppositæ conditiones. Si secundum ergo intensio fit per acquisitionem maioris entitatis.

Quæritur vtrum remissio fiat per amissionem entitatis. An per admixtionẽ maioris entitatis contrarij.

Dices; remanere contrarium secundùm totam entitatem, sed non admisceri ita perfectè cum alio contrario. Sed contra, quia tunc dum intenditur calor v. g. si frigiditas ideo remittitur, quia miscetur perfectè cum calore, etiam calor remittendus esset, quia etiam admiscetur perfectè cum frigore, quia non potest frigus misceri calori, quin calor misceatur frigori, quare sequeretur, non posse intendi vnum, quin intendatur oppositum, & contra; neque remitti vnum, quin oppositum remittatur, quod est contra experientiam.

Sequeretur duo contraria ambo simul intendi, & remitti.

Confirm. Pomponat. c. 10. nam daretur circulus; nam albedo vt duo remittitur, 3
quia ei admiscetur nigredo vt sex, & nigredo vt sex intenditur, quia ei admiscetur albedo, vt duo.

Confirm. 2. quia sit album vt quatuor, & nigrum vt quatuor, & intendatur nigrũ per corruptionem albedinis; ergo corrup-

tio duorum graduum albedinis erit præcisa causa intensionis nigredinis? sed illa corruptio est non ens, ergo intensio formaliter erit non ens; quâ igitur ratione nō ens poterit facere maiorem qualitatem positiuam?

Confir. 3. quia non potest intelligi, calorem agendo expellere frigus, nisi producat calorem, vel aliud incompossibile frigori, tum quia forma non corrūpitur præcisè fine alio, nisi ob defectum conseruātis; ergo illa actio habet priorem terminū positiuum, quia positiua actio non tendit per se ad non esse; ergo in illa perfectione consistet intensio. Neque dicas esse positiuam dispositionem: nam primò non omnis qualitas id habet, & præterea de illa dispositione quæri potest quomodo fit maior, & manet difficultas de altera quomodo magis actuet, si est indiuisibilis.

Tum quia non potest magis intendi calor, nisi magis expellatur frigus; ergo per calorem intensiorem expelli debet aliqua pars frigoris, vnde remittitur; ergo frigus habet partes, ex quarum desinentia remittitur; ergo si intenditur, acquirere deberet partes: nam intensio contrario modo fit ac remissio; ergo idem dicendum de calore.

Respondent negando, per intensionem caloris expelli partem aliquam frigiditatis, sed priùs expulsam per calorem productū magis expelli, sed id repugnat cōceptui expulsionis, quia expulsio dicit negationem existentiæ illius partis, vt mors negationem vitæ, at illa negatio non potest habere magis, sicut nec homo mortuus est magis mortuus, quàm alius.

Tertiò qualitas, quæ in se semper eodē modo se habet in subiecto existens, eodē modo afficit subiectum, quia est impossibile, formam esse in subiecto, & non communicare illud esse, quod habet in se: sed subiectum habens semper eodem modo formam actiuam, semper eodem modo operatur; ergo qualitas siue intensa, siue remissa eodem modo semper perciperetur à sensu. Neq; dicas magis; vel minùs agere, quia magis, vel minus admiscetur contrarium, nam qualitates contrariæ non habent maiorem repugnantiam in agendo, quàm in essendo; quare si possunt simul esse, poterunt etiam simul agere.

Probatur ex eo quia alioqui semper qualitas deberet eodem modo agere.

4

Et confirmatur, quia non posset vna impedire actionem alterius, nisi agendo in subiectum, in quod alterum agere dicitur, vnde subiectum recipiēs actionem vnius, nō potest alterius actionem recipere. Sed ex hac ratione fit, vt non solùm vna qualitas ab altera impediatur, sed vt nulla ratione agere possit, vel sentiri, quia subiectum dum recipit actionem vnius, non potest recipere alterius actionem.

Quartò si intensio, & remissio formaliter essent ex admixtione contrarij, tunc qualitas in se esset indiuisibilis, & videretur magis, & minùs intensa prout magis, & minus ei admiscetur contrarium; sed hoc dici non potest; tum quia intensio est acquisitio successiua formæ, quæ si est indiuisibilis, necessariò in instanti acquiretur; tum secundò nam opposita etiam deberet esse in se indiuisibilis: vnde etiam simul acquireretur, & excluderetur à subiecto; tum tertiò quia deberet habere talem entitatem, vt possit magis, & minùs misceri cum qualitate opposita, quod indiuisibili repugnat. Videndus Gregor. 1. d. 17. q. 3. ar. 1. Burl. c. 2. Forliu. in p. 2.

Probatur quia qualitas esset indiuisibilis.

Confir. quia sic non fieret verum augmentum formæ, sed tantùm secundùm apparentiam, quia formæ, vel vnioni eius nihil additur: Quod esse falsum patet primò, quia id de Fide, Charitate, & Gratia dici neq; sine erroris periculo, q.a Gratiæ nihil est cōtrarium nisi peccatum, & Fidei infidelitas, quæ per quodlibet peccatum mortale abijciuntur respectiuè, & contra; vnde possunt postea augeri sine vlla admixtione contrarij.

Confir. magis ex habitibus super naturalibus.

5

Secundò id repugnat sensui, quo videtur lumen per se, & directè perfici in aere dum magis illuminatur, & idem in actibus animæ, vnde fit augmentatio; quia maior, & minor intensio non solùm oritur ex parte materiæ, sed etiam ex maiori, vel minori virtute agentis; vel maiori, vel minori applicatione secundùm distantiam si sit agens necessarium; vel secundùm libertatem, si sit agens liberum.

Obijc. Authoritas Arist. 5. phys. 19. vbi expressè ait, fieri per admixtionem contrarij & 3. Top. loc. 9. vbi ait: *Quæ sunt impermixta, esse magis talia.*

Respondetur, dupliciter posse intelligi: primò formaliter, & negatur, secundò materialiter, seu concomitanter, & ita intelligit Arist. qui loquitur de qualitatibus, quę terminant alterationem, nam hæ habent contrarium, nam ibi Arist. vult explicare quomodo fiat motus, qui est à contrario in cōtrarium. Ita Themist. Vicom. D. Th. Tolet. & alij. Et ita etiam intelligendi sunt Græci,

Arist. explicandus est concomitanter, non formaliter.

Græci, vt ibi Auer. de qua re Zimar. 5. phyſ.contrad. 4. licèt Pomp.velit,per admixtionem contrarij Ariſtotelem intelligere priuationem, nam productio formæ eſt corruptio priuationis, ſed non eſt neceſſarium,ita nos coarctare.

Obijc. 2. Non poteſt aſſignari modus intenſionis,nam forma non augetur ſecundùm eſſentiam, cum ſit indiuiſibilis.8.m. 10. Neque ſecundùm exiſtentiam quia hæc identificatur cum eſſentia,& eſt ſimiliter indiuiſibilis. Reſpondeo: Patebit ex dicendis Et hæc opinio mihi placet.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

6 *Requirit aliquā variationem in ipſa forma.* PRima Concluſio. Intenſio formaliter non poteſt fieri, ſine aliqua variatione facta in entitate formæ, atque adeo nō poteſt conſiſtere in extrinſeca mutatione, quæ illi conuenit ex varia diſpoſitione ſubiecti. Eſt contra Ægid. quem ſequitur Argent.in 1.d.17.q.2.art. 2. & Anim.loc. cit. primò quia nulla qualitas verè augeretur, ſed tantùm ſecundùm apparentiam.

Impugnantur modi, quibus aduerſarij cōtrariam opinionē tuentur. Secundò improbando modos, qui poni poſſunt, nā primus, vt dicatur fieri auctio, qūia ſubiectum fit denſius,& econtra,tum quia ſæpè res intenditur in qualitate, dum rareſit,vt patet in aqua,& in vaporibus,qui calefiunt; tum quia ſæpè qualitas intenditur, nulla facta alia diſpoſitione ſubiecti, vt cum ferrum calefit. Secundus eſt Ægidij 1.de Gener.q.18 & quodl 2.q.14.vbi ait, qualitatem eſſe indiuiſibilem in ſua entitate; intendi autem propter alia accidentia, quæ ſunt in ſubiecto,cum quibus accidens habet maiorem, vel minorem conuenientiam, vt etiam docet Aquar.8. met.d.6. Sed contra primò,nam ſequeretur,agens valde remiſſum poſſe producere in materia diſpoſita intenſiorem calorem v. g. quàm calidum intenſiſſimum in materiam minùs diſpoſitam, quod eſt abſurdum; quia aqua feruentiſſima non poteſt producere tantum calorem in ſtuppam maximè diſpoſitam,quantum poteſt ignis in ferrum maximè indiſpoſitum:ſic etiam ſol magis illuminat caliginoſum aerem, quàm fax puriſſimum; imò idem ſol magis illuminat propinquum etiam indiſpoſitum, quàm valdè diſtans diſpoſitiſſimū, vt patet in tempore pluuioſo, quo ſūt multæ nubes in aere, & in cubiculis,vbi eſt aer magis purus.Et conſtat, remiſſionem oriri aliquando ex parte agentis, vt patet in actione, quæ fit ab agente diſtante in ſubiectum diſpoſitiſſimum, & aliquando ex parte medij impedientis actū,vt patet in illuminatione.

Secundò ſi ignis intenderet calorem per diſpoſitionē ſubiecti, nihil aliud ageret,dum intendit, quàm diſponere ſubiectum. Sed hæc diſpoſitio eſſe non poteſt, niſi vel quia qualitas aliqua magis, & magis augeretur,tunc q̄ro de intenſione huius qualitatis:aut fit in inſtanti, & tunc intenſio deberet fieri in inſtanti contra experiētiā; aut ſucceſſiuè, & tunc vel hæc qualitas per ſui intrinſecam mutationem ſuſcipit magis,& minùs,& habetur intentum,qualitatem ſuſcipere in ſe variationem, quod ſemel admiſſum concedi poteſt in omni qualitate; vel etiam augetur per aliam diſpoſitionem, & ſic abeundum erit in infinitum. 7 *Explicatur quomodo qualitas augetur.*

Magis apparet ex intenſione luminis,& in productione caloris. Confir. quia in intenſione luminis fingi non poteſt quæ ſit qualitas diſponens, niſi fortè perſpicuitas, quam non experimur ſemper intendi,dum intenditur lumē. Et in productione caloris non apparet quæ ſit, nam raritas conſequitur calorem, & iam ſupra improbatum id eſt: neque dici poteſt, eſſe remiſſiorem, oppoſiti, vt patet ex præcedente concluſione, & in intenſione habituum, & actuum animæ non apparet,quæ ſit hæc diſpoſitio,nam videmus nunc intenſiorem, nunc remiſſiorem actum exiſtente eadem diſpoſitione.

8 *Confirm.ex eo, quod agens diſponens produceret.* Confirm. 3. quia agens diſponens vel produceit aliquid, vel nihil; Non ſecundum enim omnis actio terminari debeat ad aliquid; ergo primum: vel eſt idem quod prius omnino inuariatum, & hoc nō,quia eodem modo ſubiectum ſe haberet;neque aliquid magis acquireret, neque idem bis produci poteſt, dum exiſtit; vel uariatum, & ex hac variatione vel adiūgitur aliquid formæ præexiſtenti, & habetur intentum; vel nihil, & non eſt ratio; cur nunc ſit magis perfecta,quàm priùs.

Confi .quia ſi totam formæ diſpoſitionem initio produxiſſet, non eſſet,cur poſtea adhuc diſponeret. Vide Canon. ar.2. c.4.vbi optimè id probat.

9 Secunda Concluſio. Intenſio,& remiſſio qualitatum, habentium oppoſitas contrariè, licèt concomitanter fiant cum admixtione maiori, vel minori contrariæ

 qua-

Intensio, et remissio nō est admixtio contrariæ qualitatis formaliter. qualitatis; formaliter tamen non est illa admixtio. Patet ex dictis in secunda opinione, & confirm. quia intensio est actio positiua, & remissio est potius priuatiua; ac admixtio contrarij maior est actio positiua; ergo non est formaliter remissio qualitatis oppositæ, & contra minor admixtio, quæ concomitatur intensionem oppositę qualitatis, est potius defectus actionis; ergo non potest intensio formaliter esse minor admixtio.

Confirm. 2. quia sicut qualitas præcedens in subiecto intenditur, & remittitur; ita & subsequens producitur cum maiori, vel minori intensione; ergo sicut intensio, & remissio qualitatis pręcedentis fit ex varia mixtione contrarij; ita similiter fieri debet intensio, & remissio qualitatis subsequentis, atque adeo vel nullibi erit actio positiua, vel vtrobique erit actio augens qualitatem.

ARTICVLVS III.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

10 *Arist. loquitur materialiter, non formaliter.* RESp. ad primam ibi Arist. loqui non formaliter, sed materialiter, quia in formis intensibilibus, quæ habent contrarium, non fit intensio, vel remissio, nisi cōtrarium intendatur, vel remittatur; formaliter tamen ipsa intensio v. g. albi non est ipsa corruptio nigri, sed concomitanter, sicut productio formæ substantialis non est formaliter corruptio oppositæ. Vnde 2. Topicor. in principio negat, delectationi, quæ est in sciendo, esse aliquid contrariū, cum tamen experientia constet, vnum plus delectari in sciendo quàm alium. Neque dicas, scientiæ opponi positiuè ignorantiā prauæ dispositionis, quæ dicitur error; nam habenti sciētiam circa aliquod obiectum in quocunque gradu habeatur repugnat errare ob euidentiā, q̄ necessariò includit.

Auerr. loquitur de subiecto qualitatis. Et inde patet ad auctoritatem Auerrois, loquitur enim de subiecto habente v. g. albedinem; nam vbi minuitur albedo in subiecto ibi augetur nigredo. Ad tertium

Resp. ad 3. ex August. responderi posset eodem modo, eo quod charitas, & cupiditas opponūtur tanquam virtus, & vitium; nam charitas inclinat potentiam ad amorem propter bonum amati, cupiditas verò inclinat ad amorem alicuius propter bonum ipsius amantis, & ideo perfecta charitas dicitur esse vbi nulla cupiditas. Resp. 2. illam doctrinam intelligi posse non de perfectione charitatis quoad sua intrinseca, sed quoad actus elicitos à charitate, siue amore proprio. Sed de hac te dicendum alibi.

Ad vltimum resp. primò negando maiorem, nam possunt esse aliqua necessariò connexa ratione tertij cum, quo connectuntur; nō autem ratione causalitatis inter proprias naturas, vt v. g. nigredo, & risibilitas in Æthiope sunt inseparabiliter connexa, sic etiam nigredo, & crocitare in coruo; non tamen habent causalitatem inter se. 11 *Respon. ad probationē ex ratione.*

Resp. 2. negando minorē, quia magis & minùs reperitur, vbi nulla est contrarietas, vt patet in luce, similiter in gratia, quæ nō habet oppositum positiuum, & tamen recipiunt magis, & minùs. *Magis, & minùs non requirit cōtrarietatē.*

DVBITATIO III.

An Intensio, & Remissio fiat per maiorem radicationem in subiecto.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò Not. Ex dictis patere, cuiuslibet formæ intensionem esse maiorē, & minorem, nam cum nulla forma sit indiuisibiliter intensa, sed diuisibiliter, potest vna altera esse intensior; quæritur nūc an, & quomodo maior intensio fiat. 1 *Intēsio cuslibet potest esse maior, & minor.*

2. Not. tribus modis posse concipi, fieri intensionē, primò intensione intrinsecè, secundò extrinsecè, tertiò partim intrinsecè, partim extrinsecè. Intrinsecè fieret quando ipsa qualitas in se mutaretur, siue quia de nouo producitur aliqua pars qualitatis, quæ addita priori illam augeat, siue quia etiam si nulla pars addatur, illa tamen, quę prius erat acquirit perfectiorem modū essēdi in subiecto, vel ex maiori radicatione, vel maiori dispositione subiecti. Extrinsecè fieret, si ipsa qualitas in se non mutaretur, sed diceretur mutari propter mutationem alterius rei extrinsecæ: & hoc dupliciter, vel quia mutantur dispositiones subiecti, vt albedo in corpore denso videtur intensior; vel quia remouetur contrarium, quo qualitas erat admixta, vt si ab aqua tepida remoueatur frigus, videbitur magis calida. Tertiò partim intrinsecè, & partim extrinsecè, si verè ipsa qualitas mutaretur intrin- *Intensio tribus modis fieri potest.*

intrinsecè, sed hoc non fieret, nisi consequutiuè, scilicet facta mutatione in aliqua re priori, vt sanitas augetur facta mutatione in primis qualitatibus.

Plotini sententiæ circa qualitatis augmentũ.

Simplicius in prædicamento qualitatis refert primam opinionem Plotini, dicentis, qualitatem augeri propter indeterminationem ortam ex infinitate materiæ: secundò qualitates secundùm se non recipere magis, sed in concreto, quod iustitia non dicatur magis, sed iustum; tribuitur Aristoteli: tertiò aliquos habitus recipere, vt artes, quosdam vero non: quartò immateriales non recipere, materiales verò recipere.

ARTICVLVS II.

Proponitur opinio Thomistarum, & afferuntur varij modi, quibus opinio Thomistarum defendi potest.

2 *Thomistæ docent, intẽsionem fieri per maiorẽ radicationẽ in subiecto.*

PRima opinio est Thomistarum, qui dicunt, intensionem fieri per maiorẽ radicationem in subiecto, nam intensio nõ conuenit formæ secundùm se, nam hac ratione est indiuisibilis, sed vt habet esse in subiecto, seu vt participat diuerso modo subiectum. D. Thom. in 1. d. 17 q. 2. art. 1. & 2. vbi Capr. q. 2. ad argumenta contra 3. & 4. concl. & 1. 2. q. 52. art. 2. & q. 69. art. 2. & 2. 2. q. 24. art. 5. & iisdem locis Caiet. & D. Thom. 9. de virt. q. 11. quibus locis expressè dicit, non fieri intensionem per additionem formæ, sed per maiorem eductionem ex subiecto, ita vt à subiecto magis participetur forma secundùm esse.

Hæc est sententia D. Tho.

Vnde concludit primo, accidentia extra subiectum non posse intendi, & remitti. Secundò totam qualitatem secundùm suã entitatem esse indiuisibilem, & totam simul produci; in instanti tamen illa entitas potest habere in subiecto perfectius, vel imperfectius esse, quatenus illud magis, vel minùs actuat, quod est magis radicari.

Explicãtur D. Tho. loca, quæ in contrarium afferuntur.

Neque loca D. Thomæ, quæ afferuntur in contrarium, aliquid probant, quia in 2. 2. contra eos, qui dicebant, charitatem solum magis augeri secundùm feruorem, & negabant, augeri secundùm essentiam, inquit ipse: *Cum accidentis esse sit inesse, eius auctio secundùm essentiam non est aliud, quàm augeri secundùm inhærentiam*, quod est magis radicari, sed hoc non arguit fieri per additionem gradus; sed vult, manere eandem simplicem entitatem prius productam. & eadem q. ar. 5. ad 2. ait quidem aerem illuminari magis per additionem luminis ad lumen, sed eam additionem non vult fieri lumini producto, sed producenti. Hanc sequitur Fland. 8. met. q. 4. ar. 7. Sonc. q. 21. Iauell. q. 6. Heru. quodl. 17. q. 5. & quodl. 6. Martinez 1. de Gen. c. 9. Ban. c. 4. q. 5. Astudillo q. 9. & ad hanc reducitur Ægid. 1. d. 17. q. 1. ar. 1. & q. 2. art. 1. & 2. 1. de Gener. q. 25. quodl. 2. q. 14. qui tamen in hac materia non satis sibi cohæret. Hi tamen quid sit hæc radicatio non eodem modo explicant, vt videbimus.

Sunt enim in hac sententia varij modi dicendi. Primus est eorũ qui dicunt, qualitatem intendi per maiorem radicationem, esse idem ac qualitatem educi de imperfecto ad perfectum. Ita Iauell. 8. met. q. 6. qui suam sententiam explicat his dictis: primò quod hęc eductio de imperfecto ad perfectum sit tam secundùm essentiam, quàm secundùm esse, quod dat subiecto; implicat enim, inquit, qualitatẽ magis radicari, & non augeri secundùm essentiam, nam cum habeat victoriam supra subiectum, debet habere maiorem virtutem; hæc autem necessè est à perfectiori essentia, nam virtus debet commensurari essentiæ, vt effectus causæ. Secũdò hæc maior perfectio non est, quod qualitas addatur qualitati, sed quod eadem qualitas educitur magis de potentia ad actum: vnde semper calor præcedens cõparatur ad sequentem, vt potentia ad actũ, & quoniam cum essentia consistat in indiuisibili, cum educitur ad actum per primã productionem, non potest manere in potentia; ideo: Tertio hanc perfectionẽ nõ esse ex nouo modo essendi formæ, qui modus est terminus intensionis, seu qualitas, vt stat sub nouo modo, sicut in rarefactione non acquiritur noua quantitas, sed nouus terminus quãtitatis: vnde gradus sequens non distinguitur realiter à præcedenti, sed sunt idem; sub diuerso tamen modo, & termino, nam in forma accidentali sunt essentia, & existentia, & hæc non augentur: secundum est vnio cum subiecto, & ratione huius debet magis educi. Ita explicat Suar. Ex quo omnia argumenta Aduersariorum soluuntur, quod etiam Sonc. q. 21. Caiet. 1. 2. & fusè Bann. q. 5. in fine dixerunt. Et hic modus explicandi mihi videtur esse omnium probabilissimus, & minimè omnium

3 *Varij modi, quibus hæc sententia explicatur. Primus est, qualitatem educi de imperfecto ad perfectum.*

nium

4 *Reijcitur.* nium impugnari posse. Sed nihilominus non placet: primò, quia huiusmodi comparatio, scilicet vt maior, vel minor perfectio vel se tenet ex parte formæ, vel ex parte subiecti, vel ex parte vtriusque. Si primum; ergo extra subiectū potest dari vna forma altera intensior, quod ipsi tantopere abhorrent. Si secundum, esse non potest, quia subiectū à forma magis actuari, est, quia forma magis actuat; & ex subiecto magis educi, est, quia forma magis educitur, & magis radicari est, quia in subiecto maiores radices agit; quod si forma est omnino indiuisibilis, & inuariata, & nihil ex his cōuenire poterit, vel ex parte vtriusque, & tunc habetur quod volumus, scilicet ipsam formam in se magis perfici, & augeri.

Ad hoc vt forma intēsiuè perficiatur habere debet maiorem entitatem eiusdē speciei. Respondent, perfici sine additione formæ. Sed contra primò, quia non potest intelligi, formam in se magis perfici intensiuè, nisi habeat maiorem entitatem eiusdē speciei, quia hæc maior perfectio non est ex aliquo accidenti superaddito, quod distinguitur specie à priori, nam hac ratione fieri nō potest intensio, nam albedo nō intenditur ex additione dulcedinis.

Confir. quia calor v.g. habet totam suā entitatem, & illam totam cōmunicat subiecto, cum secundum totam suam entitatē inhæreat subiecto; ergo non potest magis, & minùs secundùm illam entitatem inhærere.

5 Confir. 2. quia hæc maior inhærentia esse non potest, nisi per eductionem qualitatis de potentia ad actum; sed hoc consistit in indiuisibili, quod ratione eductum non potest magis educi, sicut quod est creatum non potest magis creari, neque simile est, quod dicunt de anima, quod possit perfectiùs informare quasdam partes, quàm alias, tum quia anima est forma substantialis minùs dependens à subiecto, quàm accidens, nam illa requirit diuersas dispositiones, atque adeo diuersimodè actuat; tum quia etiam anima secundùm illud esse, quod formaliter communicat subiecto, æqualiter informat omnes partes, & solùm differentia est in potentijs, & dispositionibus, quæ non exercentur eædem in omnibus partibus. Secundò quia cum qualitas ab his ponatur indiuisibilis non eget terminis; sicut qualitas, quæ cum sit diuisibilis habet terminos; vnde eædem partes secundùm diuersum modum essendi, sed hic nullæ sunt partes.

Disparitas de perfectiori informatione animæ rationalis.

Confir. 3. quia si aliquid magis educitur, vel est eadem qualitas, quæ priùs, & tunc idem bis educeretur; vel diuersa qualitas, & tunc vel specie; & non, quia non posset fieri qualitas intensior; vel numero, & habetur intentum.

Confirm. 4. quia non potest intelligi, quid sit hoc educi magis, nisi intelligatur, produci aliquid concurrente subiecto, quod priùs non fuerat productum.

Secundus modus est, vt essentia consistat in indiuisibili, sed variatur existentia perfectior, & perfectior: Neque hinc sequitur, formas continuè corrumpi, quia ad corruptionem non sufficit perdi existētiam, sed requiritur, vt nulla alia acquiratur: sicut si natura humana dimitteretur à Verbo, perderet existentiam Diuinam, & tamen non corrumperetur, quia acquireret aliam. Ita Capr. in 1. dist. 17. q.2. ad arg. contra 3. & 4. significat Ægid. ibi q.1. art. 1. & q.2. art.1. & a.2. & quodl.2. q.14 Flād. 8. met. qu.4 Astudillo 1. de Gener. qu.9. Sed hi inter se differunt, quod Astudillo velit, formam omnino esse inuariatā in se; at Capr. vult, variari, quia videtur excedere ad primum modum. 6

Secundus est, variari tantùm existentiam.

Sed contra hūc modū primò, quia vt benè Bannes, forma continuò corrumperetur, & generaretur, nam quod amittat vnā, & acquirat aliā nō fit nō corrumpi, sed de nouo generari: vnde omnia argumenta quæ fiunt contra opinionem Gothifredi, & Durandi, dicentium per intensionem amitti totam formam, & acquiri aliam, procedunt contra hanc opinionem; vnde actio intensiua formæ non est corruptiua, vt patet ex sensata experientia, nam oculus iudicat, lumen magis augeri per accessum luminosi. Neque dicas non discerni à visu distinctionem, nam cum vna existentia alteri succedat per motum tanquam sensibile commune, iudicaretur illa mutatio.

Confir. quia similiter in remissione deberet corrumpi præcedens, & generari imperfectior, cum tamen in remissione facta ex vi contrarij non possit consignari agens, quia frigus v.g. non inducit calorem.

Secundò contra, quia agens producendo existentiam, producit essentiam; ergo si inducit simul totam entitatem existētiæ, inducet etiam totam entitatem essentiæ, & impedimentum, quod est ne fiat tota existentia, erit etiam ne fiat tota essentia; nam essentia non fit ab agente, nisi quatenus da-

tur

tur illi existentia; non enim fit, nisi res existens.

7 Confir. primò, quia essentia, & existentia sunt eadem res; ergo est impossibile, existentiam variari inuariata essentia, vt scilicet pereat vna, & adueniat perfectior, quia iam non existit essentia priùs existẽs: neque est aliud, rem corrumpi, quàm perdere existentiam: neque existentia per se fit, aut corrumpitur, sed res existens: quare tanta est coniunctio essentiæ, & existentiæ, vt non possit perdi vnum fine alio, & etiã si essent res distinctæ, tamen sunt naturaliter inseparabiles.

Confir. 2. quia existentia oritur à forma; ergo si manet forma, manebit etiam existentia ab illa proueniens.

Confir. 3. ex D. Tho. 2. 2. q. 24. art. 4. ad 3. vbi ait, eos, qui dicunt qualitatem in intensione augeri secundùm maiorem radicationem in subiecto, & non secundùm essentiam, ignorare propriã vocem intensionis, quia eius esse est inesse; vnde magis inesse subiecto, est eam augeri secundùm essentiam, atque adeo non fit variatio solũ secundùm accidentia.

Confir. 4 quia per intensionem crescit virtus agendi; ergo entitas formæ etiam secundùm essentiam actualem, quia illa est principium formale agendi; non autem existentia. Neque dicas perfectiorem actionem prouenire ab existentia vt principio formali agendi, sed vt conditione necessaria ad agendum, nam etiam si concedatur, esse conditionem, tamen illa necessitas tantũ est ad ponendum principium formale in actu; at hic effectus præstatur à quacunque existentia siue perfectiori, siue imperfectiori; ergo ex illius variatione non variatur perfectio effectus, quia nihil præstat respectu actionis posita existentia principij. Quod si dicas ex vi perfectioris existentiæ exigi perfectiorẽ primæ causæ cõcursũ, q̃a hic cõcursus cõmẽsuratur principio vt cõcurrit ad actionẽ, & nõ existentiæ, quæ quasi p accidens se hẽt ad actiones. Cõfir. q̃a alioqui ab humanitate Christi possent elici operationes infinitè perfectæ, quia secundùm Thomistas humanitas Christi existit existentia diuina. Neque dicas illam esse extraneam humanitati, & supplere existentiam propriam humanitatis: nam cum illa suppletio sit per existentiam infinitam, haberetur conditio necessaria ad agendũ infinitè perfectior. Ex quibus patet, existentiam esse quidem conditionem ad agendum præcisè vt ponat principium operatiuũ in actu, sed non eleuare illud ad perfectiores operationes physicè, quàm illi conueniant ex pfectione principij; vnde si natura equina existeret per existentiam Angelicam, non posset operari perfectiores operationes, quàm conueniant equo. Videatur Dur. 1. d. 17. q. 5. Greg. q. 11. ar. 1.

Tertiò contra, quia sequeretur, alterationem non posse esse continuam, nam si in subiecto sit calor vt vnum, & agens intendat vsque ad quartum, producet secundum amisso primo; cum producitur tertius dicitur expelli secundus: peto quantũ temporis durauit calor vt duo in subiecto; si per tempus; ergo toto illo tempore cessabit alteratio, si per instans, tunc de calore vt tria quæritur quãtum durauit, quia non potest durare tantum per instãs, quod duo instantia non sint immediata; ergo per tempus medium inter duo instantia.

Confir. quia si singuli gradus erunt indiuisibiles; tunc peto, an inter calorem vt vnum, & vt duo sit qualitas media, vel non. Si secundum; ergo non est continua; sed fit saltus, quia gradus indiuisibiles ex natura rei indiuisibiliter fiunt in subiecto, nã ex indiuisibilibus mutationibus nõ põt componi successio continua. Si datur media, adhuc peto, an inter primum gradũ, & illam mediam detur alia, vel non. Si secundum redit argumẽtum factum. Si primum, possunt in infinitũ, & infinitas qualitates indiuisibiles totales. Neque potest intelligi continuitas in acquisitione, si non fit in termino; at termini illi cum sint indiuisibiles, nõ possunt continuari; ergo impossibile est, talem multitudinem infinitã discretam tempore finito pertransiri, & idẽ patet de mutatione existentiarum indiuisibilium.

Dices: essentia consistit in indiuisibili. 8

Respondet Niph. 8. met. disp. 11. c. 4 essentiam cõsiderari vel metaphisicè quoad partes essentiales, & causales, quæ explicantur per genus, & differentiam, & hæc consistunt in indiuisibili; nam tam essentialiter est calor vt vnum, quàm vt duo. Secundò physicè quoad entitatem essentiæ, seu partes integrantes, vt patet in linea pedali q̃ dũ fit tripedalis, non augetur essentia lineæ metaphysicè, sed physicè, & integraliter, & sic perficitur forma in intensione, & hanc perfectionem quærimus in quo sita sit.

Essentia metaphysicè cõsiderata cõsistit in indiuisibili, non autem physicè.

Ter-

Dico secundò animæ diuisibiles informantes corpus organicum, habent partiales vniones diuersas cum diuersis partibus materiæ; Sed forma habet etiam illam heterogeneitatem partium, vnde talis forma vnitur materiæ quantum
13 potest.

Dico 3. animam rationalem dici posse primò non habere diuersas vniones substantiales, sed illam diuersitatem consistere in effectis accidentalibus, & secundarijs, vnde oriuntur diuersæ operationes. Dici 2. posset, esse diuisibilē vnionem heterogeneam, nā cum dispositiones sint diuersæ, quę valde conferunt ad vnionem, probabile est, fieri vnionem diuersæ rationis; sed id est singulare in anima rationali propter eandem ipsius perfectionem, & subsistentiam, vnde tota totum, & singulas partes informat, & maius, & minus sine additione in entitate, sed solùm in vnione. Et deinde etiam si inæqualiter informet iuxta dispositiones, tamen singulas informat, quantum potest, vt patet; vnde potiùs retorquetur argumentum.

Argumentū desumptum ex quantitate.

Dices 2. Quantitas licèt tota vniatur subiecto; non tamen extendit æquè, vt patet ex occupatione loci maiore, vel minore.

Respond. Eadem quantitas nulla facta variatione in entitate non potest habere diuersam vnionem ad materiam, vel maiorem effectum, vel minorem haberet nam semper æquè extendit partes materię in ordine ad se; extensio verò localis non est effectus formalis quantitatis, sed præsentiæ localis, posita tali raritate, & densitate, & singulæ ex his conferunt subiecto totum, quod possunt.

14 *Impugnatur latitudo vnionis siue habeat partes distinctas, siue non.*

Denium opponitur illa latitudo vnionis, nam vel illa habet partes realiter distinctas, quarum vna additur alteri præexistenti, vt fiat vna totalis composita maior à qua dicatur forma magis intensa; vel est sine huiusmodi distinctione partiū, & reali additione. Secundum non dicitur, tum quia esset indiuisibilis, cum careat partibus, vnde necessariò debet tota simul fieri, quia vbi est carentia partium, non est fieri per partes; tum quia non esset vnde dicatur augeri, cum neque essentia, neque existentia, neque vnio augeatur, nam vt essentia non augetur, quia est indiuisibilis, & nihil illi additur, similiter & vnio: neque sanè explicari potest, quid sit illud; nam si explicatur, tunc petitur an sit indiuisibile, &c.

Neque primum dici potest, quod habeat latitudinem, & tunc vrgentur ijsdem argumentis, quibus ipsi probant, non esse hanc latitudinem, & additionem in ipsa forma; quare vel illa erunt inefficacia, vel militabunt contra ipsos: nam peto, vel illæ partes vnionis sunt eiusdem rationis; ergo non simul in eodem subiecto; vel diuersæ; ergo non componunt vnam vnionem: quare quod ipsi hic respondent, alij poterunt similiter respondere.

Deinde à quo producitur illa inhærentia imperfectior, dum aqua se reducit ad pristinam frigiditatem? quia calor separatus à subiecto paulatim ab illo recedit, ac demum corrumpitur. 15

Confir. in sono, & impetu, quæ paulatim remittuntur non per deperditionem, inhærentiæ, sed ex deperditione entitatis; nam perfectior inhærentia non apparet quomodo conferat his, vt fortiùs operentur, nam actiuitas sequitur entitatem rei non inhærentiam.

Deinde qualitas separata nullius esset intensionis, tum quia forma substantialis intelligeretur, quia posset intelligi perfectiùs informare subiectum, vt forma accidentalis intelligitur, vt dum anima informat materiam sanguinis conuersam in carnem, perfectiùs informat, quàm dum erat sub forma sanguinis.

Quartus explicandi modus est, vt producatur modus quidam, quo qualitas præexistens fit perfectior infra rationem suæ speciei, vt quantitas extensione locali in rarefactione; & hic modus est proprietas qualitatis, vt extensio localis est proprietas quantitatis; vnde dum frigiditas aquæ intenditur, calor remittitur, quia propter incompossibilitatem modi perfectioris producti in frigiditatem corrumpitur modus ipsius caloris perfectior, quia contrariorum est natura, vt perfecta esse nequeant simul; at quia adhuc non est productus modus qualitatis ita perfectus, vt omnino excludat omnem modum possibilem caloris; ideo manet calor cū frigiditate: hic autē successiuè acquiritur, vt extēsio quantitatis in rarefactione, & vt in cōdensatione non manet idem, & similiter in rarefactione toto tempore, quo durat, ita neque hic; vnde remissio non est motus priua-

16 *Explicatur per productionem cuiusdam modi, quo qualitas magis perficitur.*

tiuus, ſed poſitiuus, vt ipſa conditio: Hinc intenſio naturaliter non poteſt eſſe in infinitum quia qualibet ſibi naturaliter determinat certam perfectionem, quam naturaliter non poteſt excedere; quæ limitatio non eſt in charitate &c. quia reſpiciunt Deum vt cauſam principalem, & vt menſuram; at neutro modo poſſunt habere limitationem. Hinc qualitas non poteſt intendere ſibi æqualem, quia non poteſt producere perfectiorem modum, quàm ipſa habeat.

17 *Perfectio qualitatis vniformiter difformis eſt heterogenea indiuidualiter.*

Hinc in qualitate vniformiter difformi in ſubiecto illa perfectio eſt heterogenea indiuidualiter: Hinc modus hic eſt complementum qualitatis, quo perficitur eadē qualitas infra eandem ſpeciem, vt qualitas conferat eandem denominationem meliùs, q̃ ipſa qualitas ſecundùm ſe, & in hoc differt ab extenſione locali, quia non facit effectum formalem quantitatis, cuius eſt extenſio perfectior, quia eundem effectū formalem communicat ſubiecto, quem quantitati: & ſine hoc modo non poteſt qualitas exiſtere, etiam per potētiam Dei, vt neque quantitas ſine omni figura.

Modus ſupradictus producitur à Deo, & cui.

Denique hìc modus producitur à Deo, quia lex naturalis eſt, vt vnum contrarium non expellatur à ſubiecto, niſi alterum introducatur in ea perfectione, vt ſubiectum ſit incapax alterius, ita vt nullus reſtet modus, quo contrarium in eo ſubiecto perfici poſſit; quare cum contrarium non eſt ita introductum, vt nequeat contrarium habere modum aliquem perfectionis ſibi debitum in ſubiecto, tunc Deus vt auctor naturæ producit illum modum, quem videt compoſſibilem cum modo alterius qualitatis,

18 *Reijcitur huiuſmodi productio à Deo.*

Sed in hac ſententia omnino diuinatur ſine neceſſitate, & ſine cauſa ſupponitur produci à Deo, vel ab ipſa qualitate, dum remittitur, Nec actiuitas caloris apparet quomodo ſit ex hoc modo, nam potiùs indicat entitatem caloris maiorem. Deinde cur non poteſt Deus albedinem ſeparare ab hoc modo, cum poſſit ſeparatam in determinata perfectione conſeruare, & ſic mouere viſum, nam magis intrinſeca videtur quantitati extenſio localis, quàm hic modus qualitati, & tamen extenſio ſeparatur in Euchariſtia; tum non ſatis explicatur, cur quantitas non intendatur, quando rareſit, & denſatur, quia habet modum, quo perficitur, vel redditur imperfecta.

Neque fingi poteſt, quomodo qualitas intenſa ſit ens per ſe, quia non faceret vnum per ſe, vt nec figura cum quantitate, & debet ſic concedi, ad qualitatem non eſſe motum ſucceſſiuum, ſed ſimul acquiri; ſicut motus ad figuram non eſt motus ad quantitatem.

19 *Qualitas ſubiectum magis perficit, non ipſa perficitur magis.*

Quintus modus explicandi eſt dicentium, qualitatem magis videri perfici, non eſt ipſam in ſe magis perfici, ſed perficere ſubiectum; quod oritur, quia forma propter indiſpoſitionem ſubiecti non poterit illi tribuere totam ſuam perfectionem; illa autem indiſpoſitione ablata, poteſt magis recipere effectum formalem; quare videtur velle fieri per maiorem effectum formalem inuariata forma. Ita Ægid. loc. cit. ſed ſupra hic modus eſt improbatus, cùm eadem ſit difficultas de illa diſpoſitione, & præterea non ſaluat verè formas intendi, ſed tantùm ſecundùm apparentiam,

Confir. quia ſi forma non habet in ſe gradus, ſed eſt omnino indiuiſibilis; non poteſt tribuere ſubiecto formaliter maiorem, vel minorem effectum formalem, quia cùm primū informat tribuit aliquod eſſe ſuum, quod cum ſit indiuiſibile, totū tribuit, & licèt aliquando remiſſio oriatur ex indiſpoſitione ſubiecti, eo quod retardetur actio agentis; tamen formaliter non conſiſtit in illa indiſpoſitione, ſed in imperfectione formæ. aliàs ſi in ſe ſemper eſſet eodem modo perfecta, poſſent duæ formæ oppoſitæ in ſummo eſſe ſimul. Vnde optimè procedit argumentum, quod fieri ſolet: Qualitas intenſior perfectiùs actuat ſubiectum; ergo in ſe eſt perfectior, nam non poteſt aliquid communicare ſubiecto, quod non habeat in ſe; vnde ſoluitur inſtantia, quæ fieri poſſet de anima rationali, quæ tribuit oſſi eſſe viuens, & non ſenſitiuum, tū quia non tribuit, niſi eſſe, quod habet, tum quia etiam oſſi tribuit totum eſſe, quod habet, licèt exercitium propter defectum organorum non poſſit conuenire.

20 *Explicatur per maiorē, & maiorē inhæſionem qualitatis in ſubiecto.*

Sextus modus, vt radicari ſit inhærere ſubiecto, & magis radicari ſit magis, & eſt modo magis inſeparabili inhærere ſubiecto; nam hoc videtur ſonare vocabulum radicari, id eſt radices altiores mittere. Sed contra, nam ethica eſt magis inſeparabiliter coniuncta cum corpore, quam tertiana, & tamen hæc eſt intenſior: ſic etiam

rubor,

Maior huiusmodi in-hæsio impugnatur. rubor,& verecundia est intensior,& tamẽ facilè separantur ; & in aqua est intensior calor, quàm in nostra manu , & tamen ab illa faciliùs separatur. Vnde etiam confutatur expositio illorum, qui dicunt , magis radicari esse , quod penetret plures partes subiecti : nam hoc est extendi qualitatem, non intendi . Et similiter expositio dicentium,fieri qualitatem magis cõnaturalem subiecto; nam in aqua intenditur calor , & tamen fit quò magis intenditur, magis innaturalis .

ARTICVLVS III.

Afferuntur argumenta pro opinione D.Thomæ.

21 *Quod gradus,qui adduntur non sunt diuersi neque specifice neque numericè.* PRimum ex D.Thoma 1 d. 17.q.2.ar. 2.& 2.2.quæst.24.ar.2.In additione oportet intelligere duo diuersa , idest duæ charitates;vel igitur diuersæ speciei, & nõ, quia omnes charitates sunt eiusdem speciei , quia in habitibus distinctio secundũ speciem est ea diuersitate obiectorum , cum extenditur ad aliquod obiectum , ad quod priùs non se extendebat, vt patet in scientijs; vel numero , & neque, quia hæc sumitur ex diuersitate subiecti, at hic non ponitur addi charitates , quæ sint in alio subiecto,& si ponerentur adhuc non distinguer etur numero ab ea quæ ibidẽ existit .

Confir. 1.2. q. 52. art. 2. Additio facta formæ vel est ex parte formæ,& est secundùm speciem,vel ex parte subiecti,& hoc, vel quia pars subiecti recipit formam , quam priùs non habebat, vel quia additur aliquid subiecti participans eandem formam,vt si calidum iungatur calido;at neutro modo fit intensio,sed maius, & extensio.Et præterea in habitibus animæ rationalis id fieri nequit , quia nec ipsa habet partes,nec anima potest addi animæ.

Simplex additũ simplici non facit maius. Confir. quia simplex additum simplici non facit maius: sed charitas est quid simplex .

22 Secundum ex Dionys.cap 5. de diuinis nominibus. Participatio diuinarum perfectionum quantò simplicior , tantò perfectior. At participans quantò habet maiorem compositionem donorum , tantò nobilius,vt si præcisè sumantur,esse est nobilius,quàm viuere ; & viuere, quàm intelligere : sed charitas est participatio Diuinæ Bonitatis; ergo quãtò compositior est per additionem charitatis ad charitatem, tantò imperfectior est,quod est absurdum.

Tertium:Spirituales qualitates cum careant partibus, non possunt intendi per additionem partis ad partem ; ergo nec corporales . *Spiritualis qualitas nõ potest per additionem intendi, ita nec corporalis.*

Confirm.quia qualitas de nouo producta,vel vnitur præcedenti,vt quãlitas quãtitati,vel non. Si secundum non fiet vnum per se cum præexistente , atque adeo non intendet,cum qualitas intensa sit vna qualitas per se. Si primum explicari nõ potest vnio , quia omnis vnio vel est informantis cum informato, & constat non esse,cum ponantur eiusdem speciei;vel continuationis,& neque, quia est propria rerum extẽsarum,neque potest hæc intelligi in rebus spiritualibus, quæ carent terminis, ratione quorum sit continuatio ; vel naturæ cum supposito,& patet non esse.

23 Confirm. 2. quia priùs natura qualitas vnitur subiecto,quàm alteri qualitati,nam ratione vnionis cum subiecto est vnio cũ qualitate, nam id est, quia producitur,sed in eodem subiecto nequeunt esse duo accidentia solùm numero distincta, atque adeo neque in eo produci,quia priùs natura essent duo accidentia in eodem subiecto , quàm facientia vnam qualitatem totalem .

Confir.3.quia si non vnirentur inter se, non possent esse vnita eidem subiecto . Neque si vniantur inter se , quia hoc non sufficit , quo minus sint accidentia diuersa .

Quartum: Quia si esset ea diuersitas partium , non esset ratio cur ea contrario vna pars potius expellatur, quàm alia.

Quintum: Quia posset qualitas remissa intendere sibi æqualem, & intensiorem , quia calor vt quatuor potest in subiectum frigidum vt sex,quia subiectum est capax, & agens habet sufficientem vim circa illud subiectum , cum priùs habuerit circa subiectum magis resistens.

24 Sextum:Sequeretur ex calore finitæ entitatis posse fieri calorem infinitæ intensionis , vt si calor vt duo ponitur in subiecto palmari, & deinde sumendo extensionem fiant partes caloris simul penetratæ, & ponantur illæ omnes in puncto tunc ille calor esset infinitè intensus . Vnde calor in Christo existente in Eucharistia esset infinitè intensus;hoc autem repugnat Aristoteli,& Theologiæ, quia anima rationalis non posset informare illam materiam, & constat in corpore Christi esse aliquam frigi-

frigiditatem, quæ etiam in puncto redacta esset infinitè intensa.

Septimum: Pars addita vel est essentialis qualitati intensæ, & sic qualitas præexistens non erat species integra, sed incompleta, & per intensionem mutaretur species qualitatis, cum species sint vt numeri: Vnde addita parte essentiali, mutatur species, vt numerus &c. vel accidentalis, & sic non faciet vnum per se cum præexistente; at contrarium patet, quia qualitas etiam intensissima ponitur in prædicamento.

25 Octauum: Etiam quantitas intenderetur quando extenditur, quia additur pars eiusdem rationis, & similiter substantiæ.

Nonum: Quia in qualibet qualitate intensa deberet esse infinita entitas, vel deberet dari minimum in intensione, nam si calorem extensum per subiectum quadrũ vno palmo intendi, sit addi partem caloris tantæ extensionis, quantæ est subiectum caloris præexistentis; tunc vel ibi sunt infinitæ partes caloris in quodam, vel finitæ. Si secundum sint v.g. vt decem, ex quibus ablatis nouem, vna manebit, atque adeo illa erit minimæ intensionis, quia non potest dati remissior, nam statim ac aufertur illa pars caloris, subiectum illa parte informatum manebit sine calore. Si primum erit infinita entitas caloris, siquidem sunt infiniti palmi caloris in quadrum æqualis latitudinis, & profunditatis, & lõgitudinis.

Decimum: Ex eo quod scientia auget habitum fidei, & opinio scientiam; ergo non fit intensio per additionem partium eiusdem speciei.

26 Contrarium Scotus, nam hic modus vel est indiuisibilis, & sic non manebit idem in tota alteratione, vel est diuisibilis. Si primum, tunc contra illos sunt omnia argumenta, quæ contra Dur. Si secundum tunc tenentur soluere argumenta, quibus impugnant additionem qualitatis partialis ad partialem. Et hoc argumentum probat, siue dicatur esse hic modus existentia, siue inhærentia.

Confir. quia secundùm alios sensus vix potest explicari, quomodo per reflexionẽ intendatur qualitas.

Confirm. quia quò magis intenditur, eò plus habet virtutis productiuæ; at calor nõ est nisi virtus productiua, quod magis verum in supernaturalibus, qui sunt necessarij ad substantiam actus.

ARTICVLVS IV.

Ostenditur, intensionem non fieri per maiorem radicationem in subiecto.

PRima Conclusio non potest intelligi fieri intensionem qualitatis sine noua aliqua realitate de nouo producta, sicut neque remissio sine deperditione alicuius realitatis præexistentis. Probatur primò ex 4. phys. 84. vbi ait Arist. ita ex minùs calido fieri magis calidum, vt ex non calido calidum: sed quando ex non calido fit calidum producitur noua entitas; ergo etiam cum ex minùs calido fit magis calidum. 27

Intẽsionem per aliud fieri, quàm per additionem &c. intelligibile non est.

Confir. quia si non acquireretur noua entitas formæ sequeretur, intensionem qualitatis non esse alterationem, cum qualitas non acquireretur, cõtra Arist. 5. phys. 19. vbi ait, mutationem in qualitatem magis, & minùs esse alterationem.

Secundò probatur per intẽsionem qualitatis subiectum mutatur: sed non potest intelligi mutari, nisi acquiratur aliquid, quod priùs non habebat, ergo non potest intelligi sine nouitate alicuius realitatis.

Dices: acquiri modum qualitatis. Sed contra, tum quia iam ponunt aliquid ex vi intensionis existere, quod priùs non existebat; tum quia hic modus vel est aliquid respectiuum, vel absolutum. Si respectiuũ; ergo non potest esse terminus per se mutationis; si absolutum non est substantia, vt patet; ergo accidens; ergo non potest esse, nisi qualitas non distinctæ speciei à præcedenti, cum intẽsio non fiat, nisi per qualitatem eiusdem speciei; ergo. Tum quia modus non acquiritur per se, sed acquiritur ad acquisitionem rei, cuius est modus. 28

3. Probat. quia intensio est actio distincta ab ea, qua producta fuit qualitas præcedens, vt patet, tum quia potest fieri intẽsio ab agente distincto ab eo, quod produxit præcedentẽ qualitatẽ, tum quia intẽsio supponit entitatem productam iam existentem; ergo non potest illa terminare actionem intensiuam, quia terminus sequitur ad actionem, non præsupponitur; ergo per eam producetur entitas omnino distincta à præcedente. Confir. ex ratione intentensionis, cuius est perficere qualitatem. At vt non potest intelligi, aliquid perfici sine aliqua perfectione adueniente, siue in-

intrinsecè vt parte, siue intrinsecè vt accidente, ita nõ potest intelligi fieri ꝑfectiorẽ sine aliquo adueniẽte, quo ipsa ꝑficiatur; at cùm omnis perfectio dicat aliquam rationem entitatis, & realitatis, non potest intelligi, rem magis perfici, nisi acquirat aliquod ens, quo magis perficiatur.

Confir. 2. quia non possunt esse simul in eodem subiecto qualitatis secundùm totã entitatem perfectam; ergo si entitas qualitatis est indiuisibilis, necesse est, vt producto v.g. calore, statim excludatur tota frigiditas; quare tolletur omnis modus, & radicatio, quæ fundatur in qualitate.

His potest obijci intensio circuli, quia circulus fit intensior sine aliqua additione, imò potiùs cum diminutione partis quia quò linea est breuior, eò circulatio est intensior. De hac re alibi,

29 *Maior radicatio quinque modis explicari potest.* Secunda conclusio terminus intensionis, qui de nouo existit, non potest esse radicatio maior qualitatis in subiecto. Probatur primò excludendo omnes modos, quibus explicatur illa maior radicatio in subiecto, nam quinque modis potest intelligi, & explicari hæc maior radicatio; primò, vt qualitas magis perficiatur secundùm essentiam, & existentiam. Secundò vt eadem essentia indiuisibilis perficiatur secundùm diuersas existentias perfectiores, & perfectiores. Tertiò vt maior illa radicatio consistat in perfectiori quadã vnione formæ cum subiecto. Quartò vt maior radicatio consistat in vnione magis inseparabili cũ subiecto; sicut arbor dicitur magis radicari, quando magis inseparabiliter vnitur cum terra propter altiores radices. Quintò vt hæc maior radicatio qualitatis non dicat maiorem perfectionem in qualitate, sed perficiat magis subiectum: vnde videtur affirmari, quod tribuatur maior effectus formalis à forma inuariata in se.

Sed omnes hi modi sunt supra reprobati; ergo. Nam primus modus vel ponit essentiam eandem numero existentem perfici per aduentum nouæ essentiæ existentis, ita vt præcedens perficiatur vt pars à comparte, & non discrepat ab alijs, qui dicunt, fieri per additionem gradus ad gradum, & in hoc sensu videtur D.Th. intelligere maiorem radicationẽ, vt patet 2.2. q. 24. art. 4. ad vlt. vbi ait: *Qui dicunt charitatem non augeri nisi solùm secũdùm radicationem in subiecto, vel secundùm feruorem, propriam vocem ignorant, cum sit accidens, cuius esse est inesse*; vnde videtur inferri nihil aliud esse augeri secundùm essentiam, quàm magis inesse subiecto; quod magis explicat seq. art. vbi ait, accidens augeri in subiecto, eo quod subiectũ magis, & magis reducitur ad actum; at quod reducitur de potentia ad actum non est aliquid præexistens, sed quod de nouo acquirit existentiam.

Vel ponit essentiam, & existẽtiam præcedentem perfici per aliquid adueniens distinctæ speciei, & accidẽtaliter ꝑficeretur, vt essentia ꝑ propriam passionẽ, vel similis accidentis, & tũc nec esset perfectio
intensiua, cum hæc augeat qualitatem in- 30
tra eandem speciem, neque qualitas cum intensione esset vna per se, sed aggregata ex entibus diuersarum specierum.

2. Modus videtur magis impossibilis, vt probat Suar. sed ex dictis patet, nam vitari non potest, quin eadem qualitas amittẽdo propriam existentiam corrumpatur, & acquirendo aliam producatur; nam ibi est duplex mutatio vna negatiua, qua essentia ex existente per, B, fit non existens per, B. Altera positiua ex non existẽte per, A, fit existens per, A; ergo est corruptio, & productio: Dices, non esse corruptionem, quia non priuatur omni existentia, cum semper aliquam habeat, vt dicunt Thomistæ de materia sub diuersis formis. Sed cõtra quia non potest negari, essentiam non ampliùs existere per, B; ergo secundùm illam existentiam est corrupta, & secundùm aliam existentiam reproducta; hoc autem videtur supra vires agentium naturalium, quibus negatur reproductio eiusdem numero entitatis, neque est ratio cur negentur naturæ vires reproducendi eandem numero entitatem, priuatam semel sua existentia, & non negẽtur, dum eadem numero essentia in eodem instanti amittit suam existentiã, & acquirat aliam ab eodem agente, & hoc argumentum multò magis habet vires in materia, quæ est incorruptibilis ex vi naturæ, vt alibi probaui,

Confir. ex ijs, quibus infra probabitur, non posse intensionem consistere in productione entitatis perfectioris corrupta præcedenti, quia habẽt eandem vim, etiam contra ponentes varietatem existentiarum præsertim, quia respectu contrarij v. g. calidi, quod remittitur ex vi agentis frigidi circumdantis subiectum, non posset dari causa effectiua existentiæ caloris remissi, cum ibi nullum sit agens calidum.

3. Mo-

3. Modus quo variatur vnio impugnatus eſt ſupra,& confir.nam vel qualitas habet partes latitudinis,& tunc variatur vnio iuxta variationem partium, quarum vna poteſt eſſe ſine alia, & non differt ab opinione ponente fieri per gradus; vel eſt indiuiſibilis,& nomine vnionis poteſt intelligi primò dependentia à ſubiecto, ſecundo informationis vnio: ſi intelligant ſecūdò modo, & dicetur in quinto; ſi primo modo non poteſt vnio illa variari, & multò minùs fieri perfectior:primum patet,nā forma non ſolùm pendet in fieri, ſed etiā in conſeruari à concurſu ſubſtētatiuo ſubiecti;ergo non poteſt intenſio conſiſtere in illa vnione dependentiæ formæ à ſubiecto.Conſequentia prob. quia intenſio dicit augmentum quoddam perfectionis in qualitate, ſed ea vi illius præcisè quantuncunque varietur, non recipit qualitas aliquod augmentum, ſed conſeruatur in eadem perfectione; ergo neque intenſionē.

Confir.quia non ſatis intelligitur,qua ratione poſſit mutari dependentia à ſubiecto manente eodem effectu inuariato, & cauſa.

31 2.Prob.quia maior perfectio vnionis.ſ. depēdētiæ formæ à ſubiecto nō pōt intelligi ſine aliqua realitate pfectiori in effectu, q̃a depēdētia illa eſt cauſalitas materialis; huius autē perfectio ſumitur à perfectione effectus cauſati,ſicut in alijs cauſalitatibus. Neque poteſt dici ſumi à perfectione cauſę,tū quia hæc eſt eadē,tū quia pfectio cauſæ catenùs attenditur, quatenus ex vi illius influit in effectum; nam ſi cauſa perfectior influit eodē modo,ac imperfecta, non eſt cauſalitas perfectior, atque adeo neque vnio huiuſmodi perfectior: At ſubiectum reſpectu qualitatis, quā dicūt eſſe indiuiſibilem, eodem modo habet actum ſubſtentationis in principio, & fine,nam influit ſecūdùm neceſſitatem, quam habet forma,vt exiſtat,ſubſtentari à ſubiecto, nā non magis indiget in principio ſuæ exiſtentiæ,ac in tempore conſequente.

At inquies accidētis eſſe eſt ineſſe;ergo ꝙ magis ineſt eo eſt perfectius. Sed contra, nam ſi per eſſe intelligitur eſſentia, tunc non actuale ineſſe, ſed aptitudinale eſt de eſſentia: ſi verò intelligitur exiſtere, tunc formaliter non eſt ineſſe, ſed cauſaliter,quia ineſſe indiget exiſtētia accidentis, vt cōnaturaliter præſtet effectū; & cū addunt magis ineſſe perfectius,explicare debent,qua ratione qualitas indiuiſibilis ſit magis ineſſe ſi nullam habet in ſe variationem partium, non rectè illud explicant exemplo arboris, quæ magis radicatur in ſubiecto; nam arborem magis radicari eſt extendere radices in terra prolixiores, & profundiùs,quod dici non poteſt de qualitate;radicatur.n.in ſubiecto quatenus ſubſtentatur ab illo,in qua ſubſtentatione non eſt magis, & minùs; imò hìc retorqueretur argumentum, nam vt arbor ad maiorē radicationē indiget, vt augeātur partes radicis,ita,vt qualitas dicatur radicari, debet augeri ſecundùm ſuas partes, ſecundùm quas dicitur radicari ratione ſubſtentationis ſubiectiuæ.

4.Modus de maiori, vel minori inſeparabilitate contra Caiet. probatum eſt,non poſſe habere locum,quia diſpoſitio maximè intenſa eſt facilè mobilis à ſubiecto, vt patet ex rubedine, quæ apparet in facie ex verecundia, & contra habitus valdè remiſſus difficilè mouetur; ergo intenſio, & remiſſio non poteſt conſiſtere in ſeparabilitate,& inſeparabilitate illa.

32 5.Modus ſatis eſt ſupra improbatus,effectus enim formalis cum ſit à forma ſecundùm ſuam rationem formalem vnita ſubiecto, non poteſt non dare totum ſuum eſſe, quod intrinſecè continet,ſubiecto,& licet ſubiectum habeat varias diſpoſitiones,tamen forma non communicat illi partem ſuæ perfectionis eſſentialis. & partem non; ſed eo ipſo quo informat dat totam ſuam eſſentiam, atque adeo effectū formalem illi correſpondētem. Neque dicas:Anima dat oſſi aliud eſſe, quàm carni, & vtramque partem informat: nam eſſe datū ab anima aliud dicitur ſubſtantiale,& hoc datur æquale vtrique ratione ſuæ eſſentiæ.Aliud eſt operatiuum,& eſt duplex vnum remotum,& hoc communicatur cū ipſo eſſe eſſentiali, & ſubſtantiali; alterum proximum,& organicum,& non communicatur æquè omnibus, non ob defectum animæ, ſed ex defectu connotati, ſcilicet materialis organi, quod dicit materiam ſic vel ſic diſpoſitam. Confirm. quia ſi Deus ſepararet duas qualitates inæqualiter intēſas à ſubiecto, illæ retinerent proprias intenſiones, quidquid dicant de infinitate, quā haberet qualitas ſeparata à ſubiecto, quod haberet totam perfectionē ſuæ ſpeciei;nam illud principium ſępè à nobis eſt reiectū,& iterū occaſione data deſtruem⁹.

Eſſe quod dat anima oſſi qua ratione ſit idē cū eſſe,quod dat carni.

At inquies:Effectus formalis eſt diſtinctus à forma,materia, & efficiente, quia

tertiū.

terminus concursuũ, quos habẽt illæ causæ in suo genere; terminus autem distinguitur à causalitate, quam terminat; ergo sicut potest agens in suo genere perficere illum terminum, ita posset forma, & materia in proprijs generibus, natura enim institutum est, vt huiusmodi effectus non possint esse ab vna sine altera. At qualitas existens in subiecto potest magis perfici ab efficiente, quia natura non producit effectum summè perfectum statim, sed procedit ab imperfecto ad perfectum educendo magis qualitatem de potentia ad actum; vnde fit vt forma magis sibi subijciat subiectum.

Resp. ex dictis, quod sicut ex vi efficiẽtis nõ potest perfici forma, nisi illi addatur aliqua perfectio, ita neque effectus formalis sine correspondenti perfectione: verùm quia recentiores aliqui valde probant hũc modum dicendi, ideo peculiari articulo illum examinabimus. Alij improbant eo quod forma materiæ nihil communicat nisi seipsam secundùm totam perfectionem, quam habet. Sed contra instat Ægid. 1. d. 17. q. 2. p. 2. qui primò dicit

33 qualitatem intendi secundum esse quod dat subiecto, hoc autem constat esse effectum formalem qualitatis, ratione cuius subiectum participat formam, vnde qualitatem augeri non est aliud, q̃ formam magis participari à subiecto; vnde fit, formã non augeri secundùm essentiam, quia effectus hic distinguitur à causa, sed est modus quidam subiecti stantis sub forma. Sequitur, & defendit illã Gerardus Senensis ibi q. 2. art. 9. quia hac ratione saluatur simplicitas formę & vitatur compositio ex partibus; secundò saluatur qua ratione eadem numero qualitas est intensa, & remissa sine aliqua contradictione, quia eadem numero est, quæ præsupponitur ab augmento, & est in termino augmenti; nam hęc est de ratione augmenti; tertiò vitãtur omnia absurda, quæ sequuntur opiniones ponentes additionem alicuius realitatis.

Intensio est maior participatio formæ à subiecto.

Secundò docet, effectum formalem esse aliquid distinctum à forma, cum sit effectus eius; & probat esse modum quendam derelictũ in materia ex forma dum informat. Patet ex informatione quantitatis, per quam substantia acquirit modum quendã, quo ipsa extenditur intrinsecè, & ex indiuisibili fit diuisibilis, alioqui non posset recipere plures formas simul, nisi hęret diuisibiles partes eodem tempore. Confirm. quia sic facilè intelligitur diuersitas inter participationem quantitatis à materia, & ab anima rationali, quia hæc semper manet indiuisibilis, non sic autem materia. Confir. quia licèt sub diuersis formis sit eadẽ materia secundùm essentiam, tamen est diuersa secundùm esse, ex 1. de Gen. At hoc esse non est existere simpliciter; ergo est esse secundùm aliquid materiæ additũ, alioqui materia eodem modo maneret vnita formæ, ac non vnita; & ita perfecta esset in se vnita formæ, ac sub priuatione formæ.

Effectus formalis est aliquid à forma distinctum.

Confirm. ex absurdis tum quia non distingueretur forma vt assistens ab informante, quia non magis perficeretur per assistentiam, quam per informationem, & sicut ex assistente non recipitur aliqua ratio specifica, ita neque per informantem, & operari esset à sola forma non concurrente materia quia materia nullũ haberet actũ primum sub illa forma præter esse formæ; neque subiectum informatum concurrit ad actum, vt subiectum, cui forma est assistens, quia ad motum cœli v.g. cœlum solùm concurrit subiectiuè, at ad actum, qui est forma in subiecto, concurrit etiam effectiuè per se, vel per suas dispositiones. Vide plura in Senensi loc. cit. & quæ nos in physicis de causa formali. Ex quibus patet, dari huiusmodi modos, qui sunt effectus formales formarum.

At alij. Negant huiusmodi modos; nã huiusmodi modi cũ nõ sint nihil, sunt aliqua res, & cũ sint distincti à materia erunt realiter distincti; Confir. quia omnis distinctio vel est realis, vel rationis, sed hi non distinguuntur ratione à natura; ergo realiter; neque dari potest distinctio media, sicut non datur ens medium inter ens reale, & rationis. Confir. 2. quia forma distinguitur realiter à materia; ergo & hi modi, qui consequuntur formam existentem in materia. 34

Modi huiusmodi, q sunt effectus formales, non dantur per alios.

Resp. esse aliquid, sed esse rem non totam, sed reiam, cuiusmodi sunt omnia, quæ ab alio reali distinguuntur modaliter, vt ostendi lib. 1. op. tract. 1. Hinc aliqui cum Senensi explicant, esse aliquid dupliciter accipi, primò vt præscindit à re, cuius est modus, & ita non est aliquid, secundò vt non præscindit, & ita est modus, qui semper intelligitur habere entitatem, cum qua identificatur, non simpliciter, sed aliqua ratione diuersificatam. Ad primam confirm. resp. ens reale sumi dupliciter, primò vni-

Ens reale sumitur dupliciter.

vniuersaliter vt comprehendit quidquid esse potest, vel est à parte rei, & hoc distinguitur ab ente rationis, vnde consequitur, quod distinctio est rationis, vel realis, nec admittit medium. Secundò vt comprehēdit entitatem, quæ potest existere præscindendo ab alio, & dicitur res rata, & hac ratione datur distinctio media inter realem ratam, & rationis, scilicet modalis, vt alibi explicaui.

Ratio est quia vt in latitudine entis realis sunt multi gradus, ita in differentia reali; nam plus realiter distinguitur albedo à nigredine in actu, quàm in potentia, quia ibi sunt non solùm extrinseca realia, sed etiam in actu, cum tamen in alia distinctione nō sint in actu, sed nō est quod in his moremur sine aliqua vtilitate.

Ad 2. confir. resp. negando consequentiam, nam modus non est idem cum forma, à qua materia distinguitur realiter, sed est effectus illius positus in materia, & ideo ab hac distinguitur modaliter; similiter respondet Senensis, sed non clarè.

Secundò alij obijciunt, quod sicut datur modus in materia à forma, ita debet dari in forma à materia. Cōfir. q. a sequeretur formā nō esse causā intrinsecā, q. a ens eius causalitatis non consistit in constituendo compositum, sed in causando effectum sibi extrinsecum.

Confir. 2. quia sequeretur, materiam tōne effectus formalis, quem recipit à forma esse potentia actionis, cum actio sit ab ente in actu, etiam vt principio.

Resp. optimè Senensis concedendo, à materia communicari aliquid formæ in suo genere causæ. Ad primā cōfir. resp. Senens. formam non causare compositum in genere causæ formalis, quia non informat compositum, sed causat illud vt elementū, nam tam forma quàm materia sunt elemēta compositi, neque obstat quod dicatur causa intrinseca, quia dicitur talis, quia intrinseca vnitur cum materia, vt efficiant aliquod subsistens, quale non fit ex orbe, & intelligentia. Sed non placet, nam constat compositum causari intrinsecè, & non ab efficiente vel fine; ergo à forma, & materia in proprijs generibus: neque illa causalitas aufertur ex eo quod illa sint elementa, quia vtroque modo dicuntur ob varias rationes, quod scilicet sint primę partes cōpositi. Cōfir. q. a cōmuniter admittitur totū causari a partibus. Neq; obstat q forma non informet compositum, quia informat materiam vt constituatur compositum, sed hæc pertinent ad quæstionem de nomine.

Ad 2. concedi, actionē non procedere à sola forma vt principio, sed etiā à materia, licèt forma sit principale, materia secundarium; nam forma non agit vt est separata, sed vt est in materia; ergo principiū agens est totum compositum. Confir. quia principiū *quo* refertur ad principiū *quod*; & colligitur ex doctrina Aristot. vbique, præsertim 1. & 2. de anima. Quare rectius illam opinionem improbant, quia non potest effectus formalis formæ esse perfectior nisi vel forma secundùm se perficiatur, vt effectus respondeat suo principio. Vel subiectum magis sit dispositum, vt forma possit illi dare perfectiorem effectum, quia effectus formalis necessariò est à forma, vnde tribuitur à forma secundùm totam suam perfectionem, & capacitatem subiecti: at neutrum hìc adesse ostensum est supra.

Alij improbant, quod etiam forma substantialis dat effectum formalem; nam licèt det esse specificum substantiale, etiam forma dat esse specificum accidentale, vt esse album &c. cum præsertim in opinione Ægidij tā effectus substātialis q̃ accidētalis sint indiuisibiles; & effectus formalis cum sit extra rationem vtriusque potest recipere augmentum, & diminutionem.

ARTICVLVS V.

Soluuntur argumenta pro opinione Thomistarum.

AD primum D. Thom. Non omnis distinctio numerica accidentium, oritur ex distinctione partium subiecti, quia oriri potest aliunde, vt alibi; vnde fit prius partes distingui, quàm vniantur inter se, quia ex principijs intrinsecis distinguūtur indiuidualiter. 35 *Distinctio numerica accidentiū vnde oriatur.*

Confir. fit additio ex parte formæ in eadem parte subiecti, quia hoc non variat specificam rationem qualitatis, vt nec additio quantitatis, quia non variatur differentia specificans, sed multiplicatur.

Dices 10. met. 25. Omnis differentia à forma est specifica.

Respondetur, loqui de diuersitate secundùm formam substantialem, quæ intenditur: quare si in eadem parte materiæ datur pars formæ, ea non erit diuersitas specifica, alias *Differentia à forma substantiali est specifica, nō aūt omnis.*

aliàs diuersitas eiusdem quantitatis magis, vel minùs extensæ localiter esset specifica, quod patet esse falsum.

Ad maius intensiuè quid requiritur. Ad primam confirm. non facere maius extensiuè, quia non esset extra locum alterius, sed facit maius intensiuè, nam ad hoc requiritur, vt quod additur non sit extra id, cui additur.

Ad 2. confirm. non esse simplicem secundùm latitudinem intensiuam, sed extensiuam, quia illa diuisibilitas non repugnat enti spirituali.

36 *Non omne simplex est composito perfectius.* Ad secundū Respond. tantū velle perfectiones simplices cæteris parib' esse perfectiores compositis; non tamen simpliciter asserit, quod omne simplex sit perfectiùs composito, nam ibidem ait viuere Angelorum esse perfectius, quàm existere, licèt hoc sit simplicius: neq; ex accessu ad Deū quoad simplicitatem fit perfectior quando accessus est per detractionem perfectionis, vt patet in materia, & forma respectu compositi.

Qualitates spirituales non carent partibus intensionis. Ad tertium. Qualitates spirituales licèt careant partibus extensionis, non tamen intensionis.

Ad primam confirm. qui ponunt esse heterogeneas non dicunt fieri, vt actum cum potentia; nam præcedens est vt materia, sequens vt actus: quod dicere debēt, qui ponunt esse eiusdem rationis, cum tūc non sit maior ratio, cur vnus sit actus, vel potentia, nam ex eo, quod priùs fuit productus, vt non variatur eius essentia, ita neque fit potentia receptiua. Et præterea possunt simul produci, vt in productione luminis, gratiæ &c. Quare resp. debere concedi aliquam vnionem, quæ à nobis explicari non potest, nisi per ordinem ad vnionem continuationis, nam sicut in cōtinuo vniuntur partes, ita vt vna non sit subiectum, vel forma alterius; sed vt vna sit extra aliam; ita partes intensionis ita vniuntur, vt vnaquæque sit forma, neque subiectum respectu alterius, sed vniuntur per intimam, & intrinsecam præsentiam illorum, in quo differt ab vnione continuationis.

37 Respondeo 2. eandem difficultatem esse apud Thomistas ex explicanda vnione partium Geometriæ in ordine ad diuersas conclusiones; nam hæ partes efficiunt vnū habitum, & non per vnionem actus, & potentiæ, neque continuationis, quia hæc est rerum corporearum, neque naturæ, & suppositi; ergo alia, quæ vix explicari potest.

Resp. 3. ex eo rectè probari, partes intēsionis pluribus vnionibus inter se vniri, nā vnaquæque alijs immediatè vnitur, si omnes sunt eiusdem rationis, & diuersis vnionibus, nam si sint diuersæ vniones, tunc quælibet vnitur immediatè sibi proximæ: Vnde si partes sint infinitæ in qualitatibus, erunt infinitæ vniones cum infinitis partibus; neque id mirum, quia non est alius modus defendendi intensionem formæ, nam has partes non vniri immediatè, vel per vniones non distantes realiter, patet ex dictis de vnione materiæ, & formæ. Sed de hac re infra.

Ad 3. confir. resp. duo accidentia completæ latitudinis, quia non possunt efficere vnum esse, non posse poni in eodem subiecto, quia deest finis, propter quem simul informant idem subiectum; At partialia esse posse in eodem, quia sic vnita perfectiùs denominant subiectum, quàm separatim: neque priùs natura sunt producta in subiecto, quàm vnita alteri, quasi sit aliquod instans, in quo sint producta, & non vnita; sed per illam prioritatem tantùm dicitur ratio à priori, ob quam vniuntur alteri, quia scilicet habent suam entitatem in eodem subiecto.

Ad 3. confirm. vnionem non tollere distinctionem realem, sed tollere totalitatē ab vnaquaque parte, & ponere partialitatē in vnaquaque: vnde fit vna totalis, quæ distinguitur à singulis, vt includens ab incluso; quare dicitur vnum accidens pluribus partibus constare. *Vnio quid à parte non tollit.*

38 Ad quartum. Cum illi gradus corrumpantur cessante Deo à conseruatione, ille corrumpitur, quem Deus liberè cessat cōseruare, quod in simili dicit D. Thom. 1. p. q. 13. ar. 5. ad 3. vt hæc pars materię sit sub hac forma, & alia sub illa, licèt omnes partes materię sint eiusdem rationis. Similiter in opinione Thomistarum, si modus, qui corrumpitur, est indiuisibilis, debēt confugere ad Deum, vt producat imperfectiorē: si est diuisibilis, tunc quæritur quæ pars corrumpatur. Sed qui ponunt esse heterogeneos, facilè soluunt &c. corrumpi perfectiorem, qui non patitur contrarium. *Corrumpitur gradus, quem Deus definit conseruare.*

Ad Quintum resp. Sotus concedendo totum.

Respondent 2. qui dicunt esse heterogeneos, negando consequentiam, quia non potest imperfectius producere perfectius.

Respond. 3. qui dicunt esse eiusdem rationis etiam negando, sed diuersa ratione; nam

Ccc

nam aliqui dicunt, id esse tantùm in habentibus conirarium, quod oritur ex eo quod subiectum faciliùs conseruat imperfectius, quàm perfectius; vnde si subiectum sit frigidum vt sex, calor vt tria corrumpet vnum gradum, non autem si sit frigidum vt quinque, quia hic inuenit maiorem resistentiam, quam non potest superare calor vt tria ob conseruationem subiecti maiorem; nam in carentibus contrario secus sccidit. Sed non placet, quia duo lumina se possent in infinitum intendere; imò idem lumen applicatum sæpiùs eidē subiecto produceret lumen infinitum.

39 Confir. experientia, nam videmus aerē, vel christallum valdè illuminatum non magis conseruari à lucerna, imò præ illius fulgore lucerna obscuratur. Quare Resp. Id non posse produci, quia subiectum concurrit ad productionem formæ: vnde quò forma est intensior in subiecto, eò magis exhauritur potentia subiecti, quia hæc etiam determinat sibi effectum; vnde maior requiritur potentia actiua, vt ex illo subiecto aliquid educatur illius formæ: quod ab omnibus concedi debet; nam alioqui non potest reddi ratio, cur lucerna nequeat producere in aere infinitum lumen, nam si in eodem loco essent infiniti aeres, in illius lucerna produceret infinltas luces æquè intensas; ergo etiam in eodem aere illas vniret si aer habet potentiam ad illas recipiendas à potentia productiua lucis: quare sicut debent dicere aerem nō habere potentiam substentatiuam cuiusq; maximæ lucis respectu cuiuscunque potentiæ; ita debent dicere, subiectum informatum forma intensa non habere potentiam receptiuam ad substentandam intēsiorem, si solùm adiuuatur à potentia productiua imperfectiore ea, quam substentat, sed adiuuari debet à potentia intensiori.

Dices: Potentia materiæ non exhauritur substentando accidens perfectissimum vnius speciei, nam experientia constat, posse recipere aliud alterius speciei compositæ etiam ab imperfectissimo agente; ergo neque exhauritur ab accidente perfectiore, vt nequeat nisi ab alia causa perfectiore tantundem illius accidentis recipere simul cum ea, quam priùs recepit.

40 Respondetur negando consequentiam, nam hæc est natura materiæ, & subiecti plura recipientis, vt non dicat ordinem ad illa substentanda, nisi educta ex vi alicuius agentis, vnde dicitur, potentiam passiuam ordinari ad actiuam; quare materia dicens ordinem ad accidens tantæ perfectionis, dicit etiam ordinem ad recipiēdum illud ab agente tantæ perfectionis, nam perfectio determinata effectus petit determinatam virtutem causæ: vnde cum potentia recipit effectum tantæ perfectionis à sua adæquata causa, nequit illum vt perfectiorem recipere, nisi à perfectiori causa secūdùm se, vel secundùm applicationem, & ideo non potest recipere aliquid, quo forma fiat perfectior à virtute æquali, sed à virtute, quæ possit totam illam primò producere.

Perfectio determinata effectus petit determinatam causæ virtutē.

Dices: Cur causa efficiens, quò plures effectus producit etiam diuersæ speciei, eò debilior redditur ad vnamquamque, vt patet in anima concurrente ad diuersos actus; & causa materialis quò plures formas substentat, non redditur debilior.

Disparitas virium causæ efficiētis, & causæ materialis.

Resp. primò id non repugnare dictis, quia potiùs ostendit, exhauriri potentiam substentatiuam etiam in ordine ad formas diuersæ speciei.

Resp. 2. quod sicut eadem causa efficiēs non redditur debilior ex productione effectuū in pluribus subiectis sine resistentia, ita materia non redditur debilior, quò plures formas substentat ad quamuis substentandam, si à pluribus, & pluribus agētibus eas recipiat, vel ab vno omnibus æquiualenti.

Resp. 3. Animam reddi debiliorem cū ob consumptionem spirituum, tum quia est efficiens, & receptiua, tum ob incompossibitatem actuum.

41 Ad Sextum. Ponentes gradus heterogeneos negant consequentiam, vt patet; eorū verò, qui ponunt homogeneos, alij, vt Ocham conc. 31. concedunt sequi, imò est necessarium, si illæ partes habent vnionem sufficientem ad intensionem: sed dubitari potest an possit sic vniri: nam aliqui affirmant, ex eo quod qualitas in puncto habet partes vnitas, & non vnione extensionis, siue in ordine ad locum, siue ad se, quia cum nulla possit esse extra aliam, nisi vnio corrumpatur, debent habere aliam rationem vnionis. Alij verò negant quia licèt in eo composito nulla esset pars, quæ tūc esset actu extra aliā; tamē inter illas sūt infinitæ partes sic vnitæ, quarum vna posset esse extra aliam efficiendo vnam qualitatem, & in hoc differt qualitas spiritualis à corporali.

Hinc

Calor in corpore Christi cur nõ sit infinitè intensus. Hinc calor in corpore Christi non est infinitè intensus, quia non est totus in eadem parte subiecti, neque partes illius eã vnionem inter se habent, quam requirit intensio, vt facilè patet, quia habent solùm vnionem localem.

Ad Septimum. Addi partem substantialem, pertinentem ad indiuidualem perfectionem, & integritatem essentiæ specificæ, quia licèt sit de essentia huiusmodi qualitatum habere partes taliter vnitas, & penetratas inter se; non tamen habere has, vel illas partes; plures, vel pauciores, vt patet in quantitate. Hinc fit, vt dici possit *Potest aliquid esse cõpletum secũdùm essentialia, incõpletum secũdùm integritatem.* completa secundùm essentialia, sed incompleta secundùm integritatem: vnde cum essentiæ dicuntur sicut numeri, intelligitur secundùm rationem formalem, vt additio, & detractio fiat in ratione formali significata per conceptum essentiæ; nam alioqui 10.met.25. ait, marem, & fœminam non differre essentialiter, nec accidentaliter, sed materialiter; & sic quãtitas maior, & minor differunt materialiter, indiuidualiter, substantialiter.

42 Ad Octauum Negatur consequentia, quia est diuersa ratio vnionis, quia in quãtitate est extensio, quia per vnionem, partes fiunt vna extra aliam; at qualitas additione intenditur, quia hæc additio fit media vnione, qua fit vna qualitas habens partes sibi inuicem intimè præsentes: vnde etiam si in eadem parte subiecti essent plures partes quantitatis, non intenderetur quãtitas, quia partes illius non ita se haberent inter se, vt vna extra alteram non esset quoad se; neque essent vnitæ vnione requisita ad intensionem: vnde licèt visio corporea insit tota animæ indiuisibili, adhuc non est infinitæ intensionis, quia ita partes illius in subiecto existunt, vt vna extra alteram existat.

Ad Nonum. Aliqui concedunt esse infinitum calorem in subiecto determinato, si qualitas contraria est in infinitum remissibilis, de qua re infra.

Ad Decimum: Negatur consequentia, quia actus scientiæ, cum sit naturalis, nec dispositiuè potest intendere habitum secundùm substantiam supernaturalem, & sic de opinione respectu scientiæ.

Dices primò 5.m.t.2. vnũ numero dici omnia, quorũ materia est vna; ergo non fit additio partis &c. Resp. præcedenti textu dixerat, ea esse vnum, quorum substantia est vna, quæ est vna tripliciter, scilicet continuatione, forma, & ratione: quare se- *Substantia tripliciter est vna.* quenti intelligit esse vnum numero continuitate, idest vnione aliqua, qua vnam entitatem efficiant: & sic partes qualitatis in eodem subiecto dicuntur vna qualitas, imò ibidem ait plures partes calceamenti esse vnum calceamentum: nec obstat t.16. quia ibi loquitur de accidentibus, & non in abstracto, sed in concreto; vnde ait, album, & musicum esse idem, idest subiecto denominato.

Dices 2. Si Deus constituit duas visiones imperfectas eiusdem obiecti in eodẽ loco, non perfectiùs videbitur obiectum, quàm per vnam solùm; ergo intensior non fit per additionem visionis ad visionem. 43

Respondetur, hinc probari has partes non esse, quæ efficere possint vnam intensionem.

Resp. 2. quod sicut quantitas quando augetur additione partis eiusdẽ tõnis, magis augetur indiuisibiliter, ita & qualitas.

Resp 3. Sicut duę quantitates sine vnione non efficiunt vnam maiorem; ita duæ qualitates non efficiunt vnam maiorem sine vnione, nam licèt vnio non præbeat intensionem, sicut neq; extẽsionem, tamen est conditio, vt fiat aliquid maius.

Respond.4. Si duæ visiones imperfectè vniantur in vna reali vnione debita intensioni, fieret vna perfectior. At inquies. Si duæ visiones æquales vnirentur non efficerẽt perfectiorem, quia quò visio est perfectior, eò per eam videntur plures creaturæ; at ex coniunctione duarum visionũ, quarum quælibet ostenderet eandem numero speciem, non viderentur plures, quia cum repræsentatio sit de essentia visionis, non potest videri noua creatura in Deo, nisi adueniat noua pars visionis, quæ priùs non erat.

Resp. aliqui fortè esse falsum per visionem intensiorem videri plures creaturas, sed easdem perfectiùs.

Respond. alij, si coniungat illas, debere Deum ex connaturali ordine vniro rebus addere aliquam extensionem in ordine ad nouum obiectum. Ego dico non efficere intensiorẽ per illas vnitas, vt infra.

Dices 3. quia non daretur terminus in intensione.

Resp. facilè qui ponunt heterogeneitatem, reperiri terminũ in gradu perfectissimo; qui verò ponunt homogeneitatem, recurrunt ad finitatem agentis, & subiecti; sed de hac re infra.

ARTICVLVS VI.

Probatur, qualitatem intendi per additionem aliquam entitatis.

44 *Intensio fit per additionem alicui' entitatis.*

VLtima Conclusio: Qualitas intenditur per additionem alicuius entitatis Patet ex dictis, quia necessariò debet esse aliqua varietas ob nouam actionem distinctam à productione qualitatis; sed ostensum est, illud additum non esse quoad radicationem in subiecto iuxta expositionem Thomistarum: ergo debet esse quoad ipsam entitatem qualitatis. Neque dicas, acquiri præcisè modum quendam, siue nouā entitatem quantitatis: tum quia intensio est quædam auctio qualitatis; qualitas autem, sicut & quantitas augetur per aliquid eiusdem speciei, modus autē non est eiusdem speciei cū re modificata.

Remissa qualitas ab intensa differt quoad modum, qui sequitur augmentum per additionem.

At inquies: Qualitas remissa differt ab intensa quoad modum essendi; ergo intensio, & remissio sunt duo modi essendi qualitatis; ergo intensio, & remissio formaliter fit per modos diuersos.

Resp. primò. Puer & vir habent diuersū modum essendi, & tamen augmentatio nō fit per modum essendi, sed per quantitatem additam, quare resp. similiter.

Resp. 2. ex additione illa acquiri diuersum modum essendi, non tamen fieri augmentum per modum essendi, quia hic cōsequitur ad augmentum, & diminutionem.

45 2. Prob. quia intensio fit successiuè; ergo hic modus necessariò successiuè acquiri debet; quare vel hic modus habere debet latitudinem partium gradualium, & idem dici poterit de qualibet alia qualitate; vel hæc successiua acquisitio conuenit ei ratione alterius modi, & ita in informationem procedetur: & idem argumentum oppugnat etiam dicentes, fieri intensionem, quod existentia intendatur.

Difficultas manet, quo modo per additionem realitatis ad realitatem qualitatis præcedentis fiat intensio; quia dici posset, priorem non remanere per productionem perfectioris: quod si dicant remanere; difficultas manet, quomodo vniatur cum præcedenti, cum omnibus verò partibus, an verò cum aliqua parte, vt dicitur de extensione, & quotuplices sint vniones inter partes qualitatis. Vnde sit.

DVBITATIO IV.

An intensio fiat per continuam productionem nouæ qualitatis corrupta præcedente.

DE hac Auer. In 1. d. 17. Ariminensis ibidem q. 4. & cæteri DD. infra cit. Suar. in metaph. d. 45. Vrtad. disput. 5. de Gen. sect. 1. Ruuius cap. 4. tract. 3. quæst. 5. Arefius 1. de Gen. disp. 5. q. 25. Complut. de Alter. disp. 4. quæst. 7.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

PRimò Notandum, in hac quæst. supponi, intensionem non posse fieri sine productione alicuius entitatis, siue illa sit modalis, siue fundamentalis. Quare inquirendum est, qualis sit, illa entitas, quæ terminat actum intensionis; & quia communior est sententia, esse aliquam entitatē fundamentalem, & non modalem, ideo videndum est, quid illa sit. 1 *Supponendum, aliquā entitatem in intensione produci necessariò.*

2. Not. dupliciter posse concipi, entitatem intendi. Primò remanente parte priori ad aliam compartem, ex quibus resultat tota vna qualitas intensa. Secundò vt corrupta priori producatur alia perfectior, & ideo dicatur magis intensa. *Aliquid intendi dupliciter intelligi potest.*

3. Not. hanc qualitatem perfectiorem, quæ ex vi intensionis producitur corrupta priori, dupliciter posse concipi: primò vt sit eiusdem rationis essentialis cum priori, sed differre indiuidualiter, vel secūdùm existentiam. Secundò vt sit diuersæ rationis essentialiter; & hoc dupliciter: primò disparatè, ita vt non contineat virtualiter perfectionem prioris, sed sit species distincta ab alia, vt equus à leone. Secundò contentiuè, ita vt entitas de nouo producta contineat virtualiter, & eminenter perfectionem prioris entitatis corruptæ. *Qualitas pfectior de nouo producta dupliciter concipi potest.*

4. Not. has perfectiores entitates acquisitas ex vi intensionis dupliciter posse poni; primò vt singulæ sint indiuisibiles secundùm propriam entitatem. Secundò vt singulæ sint diuisibiles in partes eiusdem rationis. His positis sit. *Entitates p intēsionem productæ poni posfūt dupliciter.*

AR-

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

2 *Additio huiusmodi fit per corruptionem prio ris, & noua qualitatis productionem.*

PRima opinio est dicentium, intensionem ita fieri per additionem gradus, ad gradus, vt cum subsequens contineat quicquid perfectionis in primò, corrumpitur præcedens, & adueniat alius omnino diuersus à primo; atque adeo volunt, quasi litatem remissam totam corrumpi, & aliā produci de nouo perfectiorem præcedente, ita Gothifredus de fontis quodlib. 11. q. 3. sequitur Burl. quod non admittit, cōtraria esse simul in subiecto, etiam secundùm esse remissum; hoc modo vult intensionem fieri, vt in quolibet instanti temporis, acquiratur noua forma nobilior præcedentibus, quæ defierunt. Secundò dicit cap. 6. ad 8. rationem naturalem expulsionem contrarij ita fieri, vt per introductionem summæ excludatur totum contrariū; per reliquas verò, quæ sunt dispositiones ad summam, non deinere totam latitudinem formæ oppositæ; quare videtur velle, dispositiones formarum oppositarum secundùm esse remissum non esse oppositas, atque adeo posse esse simul. Tertiò dicit, alterationem, vt est de genere termini fieri in instanti, vt autem de genere passionis fieri successiuè & hāc dicit c. 4. cōcl. 2. esse Got. Auic. & Alb. & Auctoris sex principiorum, vt refert Niphus 8. met. disp. 11, cap. 3.

3 *Durandus suam explicat opinionem.*

Verùm Durandus qui admittit contraria posse esse simul secundùm esse remissum concl. 3. ita se explicat dicens, motum intensionis esse continuum, sicut tempus: vnde infert, formam, quæ acquiritur, esse etiam vnam numero per continuationem; nam non potest esse vnus numero motus, nisi terminus habeat aliquam vnitatem numeralem. Secundò dicit, inter hanc formam, & motum esse hanc perfectionem, vt sicut adueniente vna parte motus, non manet alia, sic adueniente secunda parte non maneat prima pars; quare sicut in termino motus nihil manet motus præcedētis, ita nihil manet formæ, quæ terminat motū. Tertiò dicit, eā, quæ manet, esse ita indiuisibilem, vt si deinde fiat vlterior intensio, desinat intrinsecè, vt sit verum dicere, nunc est forma, immediatè post non erit, quod exemplo motus localis explicat, in quo est successio continua: neque tamē mobile in termino motus habet locum, quem habuit, dum mouebatur, sed alium indiuisibiliter acquisitum, atque eodem modo putat corrumpi contrarium. quo ēt exēplo vtitur Burl. c. 4. cōcl. 2. vt probet suā sententiam, quod non magis requiritur vnitas formæ ad continuitatem motus localis, quàm alterationis.

Secunda sententia est dicētiū, Intensionem qualitatis fieri per additionem qualitatis ad qualitatem præexistentem, quæ dicitur, per additionem gradus ad gradū; quia putār intensionē non esse aliud, quàm multitudinem seu latitudinē pluriū partiū qualitatis: ita vt qualitas intensa non sit qualitas quædam simplex omnino distincta à remissa, hanc continens eminenter, vt dicebat prima sententia: sed sit qualitas, quæ formaliter contineat gradus plures, & quò continet plures dicitur intensior, quo pauciores dicitur remissior, quod explicat exemplo qualitatis extensæ; sicut enim ex calore existente in subiecto, si alia pars subiecti calefiat, fit vnus calor per continuationem, ita cum vna parte subiecti est calor, si in eadem parte producitur alia pars caloris ex illis duabus partibus caloris vnitis, & penetratiuè se habentibus in eadem parte, dicitur fieri vnus calor intensior, quæ latitudo partium non conuenit qualitati per accidens, vt ea, quæ conuenit ratione extensionis. Sed conuenit ratione propriorum principiorum essentiæ, ita vt essentia qualitatis requirat talem latitudinem, & perfectionem intensionis. Ita Alens. 8. met. t. 10. Henr. quodl. 5. q. 16. q. 19. & quodl. 4. q. 15 & q 22. & 23. Scotus in 1. d. 17. q. 4. parte 2. & 8. met. q. 2. vbi Ant. Andreas q. 6. Ocham. & Gabriel 1. d. 17. q. 4. & 6. Albet. Ricc. Bonau. 1. d. 47. Marl. 2. q. 1. ar. 1. Heru. 1. d. 17. q. 5. & quodl. 2. q 9. & 15. quod. 6. quæst. 11. Pomp. loc. cit. & Forl. in tract. de Intens. formarum. Venet. 1. de Gener. in summ. c. 1. Niph. 8. met. disp. 17. Canon. 5. phys. q. 3. Georg. 3. phys. q. 2. Tol. 4. phys. q 12. & 1. de Gener. q. 6. qui legendus est in hac materia.

4 *Fit additio noui gradus ad præexistentem per alios.*

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

5 *Intensio necessariò est cum productione nouæ qualitatis.*

PRima Conclusio. Non potest esse intensio qualitatis sine productione nouæ entitatis distinctæ à præcedente: q vniatur cum præcedente, ex quibus fit vna enti-

entitas perfectior, sicut neque remissio sine desitione illius entitatis. Primò patet ex dictis, quia cum nō fiat formaliter per admixtionem maiorem, vel minorem contrarij; neque per maiorem, vel minorem dispositionem subiecti, propter quam eadem qualitas magis, vel minùs actuat, & informet subiectum; neque per maiorem, vel minorem radicationem in subiecto exclusis omnibus modis illius opinionis, remanet vt fiat per additionem partis qualitatis ad partem, seu gradū qualitatis.

Confir. quia qualitas sub gradu perfectiori est perfectior; quare qualitas illa perfectior vel habet aliquam partem intrinsecè, quam priùs non habebat, & habetur intentum; vel non, & videtur posse intelligi formam esse intrinsecè perfectiorē, & non habere partem aliquam intrinsecè, quam priùs non habebat, quia res non dicitur perfectior, nisi à maiori perfectione quate in quolibet instanti temporis mensurantis intensionem est alia, & alia perfectio seu gradus formæ. Secundò patet, qualitatem separatatam à subiecto recipere magis, & minùs, ita Deus posset calorē intendere extra subiectum; patet ex dictis, quia cum qualitas intendatur ratione propriæ entitatis, habentis plures partes, poterit esse intensio qualitatis etiam extra subiectum, cum extra subiectum possit entitas caloris produci secundùm diuersas partes entitatis, de qua meliùs infra.

6 Sed contra primò 4.phys.84. vbi ait ex calido fieri magis calidum nullo facto in materia calido.

Confir. nam In prædicamētis c.de qualitate inquit, Iustitiam non suscipere magis, & minùs, sed iustum; quod etiam ex modo loquendi patet, non enim dicitur vna iustitia altera magis, sed vnus homo dicitur magis iustus.

Confirmatur 2. nam 8.met.10. inquit, substantiam non suscipere magis, & minùs secundùm formam, sed secundùm materiam; ergo intensio non conuenit formæ ratione intrinsecę entitatis, sed ratione subiecti, quatenus ab hoc illa magis, vel minùs participatur.

Arist. explicatur. Resp. ex Arim. ibi Arist. loqui contra eos, qui dicebant rarefactionem, & condēsationem fieri in vacuo, quod in raro multæ inessent vacuitates; non sic autem in denso: vnde cum ex raro fit densum, dicebāt id fieri ex compressione partium, quæ ingrederentur in partes vacuas; quare dicit Arist. non ita fieri densitatem, & raritatem, sed tantùm quia materia est in potentia ad vtramque, & reducitur ad actum, nulla extrinseca re adueniente, quod etiam explicat exemplo magis, vel minùs calidi, quia educitur forma ex potentia subiecti, & non supponitur præexistere, & deinde coniungi alteri parti: vnde non fit subiectū magis calidum ex eo quod aliqua pars subiecti fit nunc calida, quæ priùs non erat calida, sed quia pars calida fit magis calida: quare non vult intensionem fieri sine productione nouæ entitatis, sed tantùm docere, subiectum non fieri magis calidū ex eo quod aliqua pars subiecti, quæ non erat calida, fiat calida.

Ad primam confirm. resp. rectè id dici ab Aristotele, quia forma in abstracto significat formam secundùm gradus essentiæ, ratione quorum non suscipit magis, & minùs, cum quælibet differentia essentialis addita variet essentiam. Vnde essentia rei consistit in indiuisibili metaphysicè sumpta, quod aliqui deduxunt, nam gradus metaphysici sumuntur ex operationibus; gradus enim metaphysicus dicitur, quod est simpliciter principium operationum; hoc autem consistit in subiecto, quia vel habetur, vel non habetur. Vnde si debet addi alius gradus metaphysicus, deberet addi aliud principium operationis; quod autem illud principium magis, vel minùs participetur non variatur essentia essentialiter, sed accidentaliter: & hæc diuersitas in modo operandi significatur nomine concreto, nam ex communi conceptione hic modus significandi nominū in abstracto, & in concreto non variat essentiā rei significatæ, sed significatur eadē sub diuerso modo essendi, vt nomine abstracto significatur nuda essentia prout stat sub illo modo essendi indiuisibiliter, iuxta quem aliquid habet, vel non habet differentiam rei constitutiuam. Concretis verò nominibus significatur eadem essentia prout habere potest variationem graduum: vnde quò nomen est magis abstractū, eò minùs admittit hanc comparationem, & cum albedo sit minùs abstracta, quàm albedinitas, dicimus vnam albedinem maiorem alia, non tamen vnam albedinitatem maiorem alia; quia hoc nomine significatur ipsa purissima essentia, vt omnino indiuisibilis; quæ doctrina licet vera sit, tamen ego existimo alium esse sensum Aristotelis, & communis vius: nam ideo non dicitur

7 *Forma in abstracto sumitur secūdùm gradus essentiæ.*

Qualitas in concreto potest habere variationē graduū.

tur

tur vna iustitia magis iustitia, quàm alia, quia esse magis tale conuenit subiecto respectu formæ participatæ in concreto: vnde idem est, homo est iustior altero, ac homo participat magis iustitiã, quàm alius; & quia nomina abstracta non significant hanc participationem, sed concreta, ideo non valet, iustitia est magis altera, sed vnus est magis iustus altero valet; origo huius conceptionis est, quia ly, magis, dicit comparationem duorum in vna forma, quam vtrumque participat: & quia duæ qualitates in abstracto significatæ non participãt propriè formam, cum ipsæ sint formæ, nisi essentiam ipsam, seu gradus, quibus constituitur essentia formæ, quæ essentia cum consistat in indiuisibili, ideo non admittit comparationem secundùm magis, & minùs. Sed quoniam, cum qualitas in concreto significatur, connotãtur subiecta, poterunt subiecta comparari secundum magis, & minùs in forma, quæ ab vtraque participatur.

8 Ad 2. confir. variæ sunt illius loci expositiones, etsi omnes conueniant, ibi loqui de forma substantiali. Prima est Alex. quod dicat Arist. vnam formã substantialem non esse magis substantiã, quàm alia, licèt sit magis substantia, quàm materia. Secunda est Alens. vbi & Hent. quodl. 4. q. 15. ibi Arist. dicere tantùm assertiuè, quod vna forma non habeat magis, & minùs, & quod addit, si aliqua habet, habere prout est in materia, dici tãtùm conditionaliter. Tertia est D. Thom. qui iuxta propriam sententiam explicat Aristot. Quarta est Scoti, qui per formam intelligit formam totius, quæ non suscipit magis, & nomine materiæ intelligit materiam totiua, idest totum compositum in concreto cum suis conditionibus indiuiduantibus, & hoc ait suscipere magis: quare includit accidentia, quæ suscipiunt magis, quod idem dixit Niphus ibi.

Arist. locus explic.

Explicatio Auctoris.

Ego Resp. Si loquatur de forma substantiali nihil contra nos; si autem de omni forma, patet responsio ex dictis; nam loquitur de forma ratione definitionis, & prædicatorum essentialium, ex quorum additione, & diminutione variatur essentia, sicut numeri additione vnitatis: quare magis, & minùs in formis est admittẽdum ex alio capite, scilicet ratione entitatis cõtinentis quidditatem, quæ variari potest, & admittere magis, & hoc vocat materiã, sicut licèt sit eadem definitio lineæ palmaris, & bipalmaris, tamen plus entitatis est in vna, quã altera; vel fortè ibi nomine materiæ intelligit subiectũ, quod requiritur, vt hæc denominatio magis, & minùs fiat, vt diximus: & hoc est, quod dici solet, rerũ essentiam cõsistere in indiuisibili, scilicet ratione prędicatorum quidditatiuorũ; quę prædicata si talia sint, vt ampliùs contrahi possint per differentias formales, debent constituere genus; si autem non, dicuntur cõstituere essentias simpliciter, & integras, & specificas, quæ deinde contrahuntur per differentias materiales, & in his habent magis, & minùs.

Dices; forma, est essentia rei; ergo si forma suscipit magis, etiam essentia.

Resp. essentiam, sicut neque formam suscipere magis quoad prædicata quidditatiua, sed quoad entitatem, seu quasi plurificationem eiusdem conceptus essentiæ, nam in quocunque gradu seruatur semper idem cõceptus essentię. Alia argumenta infra soluentur.

Forma suscipit magis, & minùs quoad entitatem, non in quidditate.

Dices 2. entitas aduenient non est vnibilis cum præcedente ad faciendam vnam qualitatem per se; ergo adueniente perfectiori entitate desinet esse entitas præcedens, quæ est imperfectior. Respon. sequenti conclusione.

Secunda Conclusio. Intensio non fit per productionẽ gradus perfectioris corrupto imperfectiori, atque adeo remissio non fit per corruptionem totius qualitatis præcedentis, & productionem qualitatis imperfectioris. Probant aliqui, quia cum accidens indiuiduetur à subiecto, quæ educuntur ex eodem subiecto, sunt eadem numero, atque adeo non possunt esse plura. Neque dicas esse eandem indiuiduationem, quæ simul producitur, non autem quæ successiuè: quia nõ est ratio, cur si successiuè sint plures, non possint simul plures indiuiduationes producere. Sed hæc ratio nititur falso principio, scilicet accidentia pręcisè indiuiduari ex indiuiduatione subiecti, & non rectè ex concursu ad plures indiuiduationes successiuas colligit, idem dicendum de productione simultanea, vt patet tum ex vi productiua effectuum, tum ex diuersitate circumstantiarum, quę sunt in successione, quia plus est, plura producere simul, quàm successiuè.

9

Intensio nõ habetur per positionem perfectioris gradus destructo priori, sicut nec remissio.

2. Probari potest quia sequeretur dari infinitas partes determinatæ perfectionis, & omnes existentes; nam non sunt finitæ, quia assignari possent quot essent in toto

mon;

motu; ergo sunt infinitæ, non syncategorematicè, quia de ratione huius est dicere actum permixtum potentiæ, siue quoad existentiā, siue quoad determinationem perfectionis in singulis, vt dictum est in physicis: at in his nulla est potentialitas neque quoad existentiam cum iam omnes extiterint, neque ad determinationem perfectionis, quia cum singula sint separata ab alijs necessariò habere debent terminū quoad vtramque partem, quia omnis perfectio finita ab alijs separata habere debet finem ex omni parte.

Responderi posset primò, non simul existere, & ideo esse possent infinita, sicut omnes creaturæ possibiles. Sed nō placet, quia cum extiterint nulla manet potentialitas ad existendum.

Resp.2. non implicare infinitum in his partialibus entibus successiuè existentibus. Sed contra hæc deseruiunt, quæ adducta sunt contra infinitatem actualem; de quibus in physicis.

10 *Ratio ex Scoto, & Toleto.* 3. Probat Toletus, & Scotus fusè loc.cit. primò quia non potest assignari corrumpens, nam si ignis producit calorē in aqua, & deinde intendit calorem; quæro à quo corrumpatur præcedens calor, non ex defectu subiecti, quod ponitur existere; neq; conseruantis, quia etiam ponitur, & præterea hæ qualitates non pendent in conseruari à causa efficiente; neque ab ipso igne, quia corrumpens continuè debet habere aliquam contrarietatem cum forma corrupta: neque à gradu sequenti, qui virtute continet præcedens, nam sunt eiusdem speciei, & gradus eiusdē qualitatis, & ita vnus alterum continere non potest: neque à gradu contrario, qui est in materia, tum quia cum illo non habet contrarietatem, cum naturaliter simul existant; tum quia si agens extrinsecum remoueatur, non corrumperet illum; ergo neque illo præsente, quod potius sua præsentia conseruat gradum illum.

Ex absurdo cōfirmatur, quia per actum virtutis produceretur habitus vitij. Confir. primò per actum virtutis secūdùm hanc opinionem produci deberet habitus vitij; nam per eum corrumperetur habitus virtutis remissus, & similiter per actum vitij produci posset virtus: & produceretur intensior, & corrumperetur habitus vitij intensior, & produceretur intensior.

Qualitas p duceret con trariā qualitatem. Confir.2. quia sequeretur, cum ex frigido remittitur calidum, produci per se à frigido calorem remissum. Consequentia probatur quia dum frigidum intendendo frigiditatem aquæ corrumpit calorem intensum in ea existentem, & in eadem aqua producitur calor remissior; quæro à quo ille calor remissus producitur? non enim potest à forma aquę, tū quia illi opponitur, tum quia hæc non agit præsente cōtrario agēte; ergo pducetur à frigido; quare frigidū pducet calorē, quia eadē actione, qua p ducitur intensa frigiditas, remittitur calor, atque adeò producetur remissior calor.

Resp. Burl. non produci per se vt terminum vltimarum, sed vt mediū ad intensionem frigiditatem; sicut graue mouet se ad superficiem aeris, tanquam mediam ad centrum: & ratio est, quia nullum contrarium per se intendit contrarium, sed potiùs intendit simile; neque inductio caliditatis est calefactio, nisi procedat à remissiore calore ad intensiorem. Sed contra primò, quia vnum contrarium non est medium per se, & intrinsecè requisitum ad productionem alterius contrarij, vt est in motu locali; ergo. Secundò quia frigidum habere deberet duas actiones distinctas realiter (sicut termini distincti sūt realiter) quarum vna sit calefactio, altera infrigidatio, & præterea non apparet qua virtute id fiat, nam frigus intendit tantùm producere frigus, & corrumpere calorem; cur igitur producit calorem, quem debet statim corrumpere? imò potiùs corrupto calore, cū nulla sit repugnantia in materia, debet producere perfectum frigus, cum non habeat minorem vim producendi simile, quàm producendi contrarium, quod si potest contrarium, multò magis producet sibi simile.

Confir. primò, quia si non potest per se, neque poterit per modum sequelæ, quia hoc est maioris perfectionis. 11

Confirm.2. quia effectus esset nobilior sua causa, nam frigiditas etiam intensissima est ignobilior remississimo calore: & hoc idem confirmatur esse absurdum, si ponatur calidissimum repati à remisso frigido, nam tunc calor intensior producetur à frigido remisso, quod resgit in calidum: quare agens ager vltra gradum proprium.

Resp. ipse concedendo, intensè calidum produci à remisso calore, qui est in subiecto reagente, quod ipse dicit esse in omni opinione: sed euidenter errat, quia qui dicit fieri intensionem per additionem gradus ad gradum, dicit remitti calorem, quod ex eo auferatur pars aliqua gradualis

lis, remanente reliqua parte: vnde nunquam ponit agēs agere vltra vires, neque dicit, remissionem caloris fieri per se à calore remisso, sed à frigiditate coniunctà cum eo.

Confir. quia quælibet causa totalis continet in se effectum formaliter, vel virtualiter; ergo.

Continere virtualiter fiat dupliciter

Resp. ipse continere virtualiter fiat dupliciter, vel secundum gradum perfectionis, vt homo leonem; vel secundum virtutem actiuam, vt semen, animal, & hoc dupliciter, vel absolutè quando scilicet potest producere ex quocunque termino est producibilis; vel respectiuè quando non potest producere ex quocunque termino, scilicet ex frigiditate, sed ex calore perfectiore, tanquam termino, à quo potest produci imperfectior ex vi caloris remissioris: & hæc continentia non facit, causā esse perfectiorem effectu, vel potius agens actiuitate non continet effectum formaliter, vel virtualiter secundùm gradum perfectionis, sed secundùm actiuitatem respectiuè. Sed contra hanc distinctionem obijcitur, quod omnis continentia effectus in causa totali, & principali efficit hunc nobiliorem effectum, quia non potest intelligi, continere perfectionem effectus quin ex illa causa perficiatur, sed de hac re alibi.

Secundò vt se habet extensio in quantitate cum augetur, ita intēsio in qualitate: sed cum augetur quantitas, manet prior quantitas; ergo.

Resp. negando paritatem, quia quātitas maior includit formaliter minorem; at intēsior nō potest includere remissiorem: Sed contra, nam calor remissus potest accipi dupliciter; primò vt dicit entitatem, & hoc modo calor intensus continet minorem; secundò vt dicit negationem adiunctam perfectioris gradus, & ita calor intensus non continet remissum, quia adueniente perfectiori gradu corrumpitur negatio, quæ constituebat calorem in ratione remissi. Vnde calor remissus, & intēsus non repugnant secundùm gradus entitatiuos, sed ratione negationis adiunctæ.

Calor remissus dupliciter accipi potest.

12 Tertiò sequeretur, dari primum esse formæ acquisitæ per motum: nam cum in quocunque instanti continuatio motus intensionis, verum sit dicere: Nunc est qualitas intensa, & immediatè ante non fuit talis; quæro an tota in illo instanti sit producta, vel tantùm pars illius. Non potest dici secundum, quia cum immediatè ante fit remissa, quæ non manet cum intensa, non poterit pars eius præcessisse; ergo tota erit producta in illo instanti; datur igitur primum esse formæ acquisitæ per motum.

Quartò sequeretur, quod idem respectu eiusdem esset producens, & productum, quod esse impossibile patet, quia idem esset realiter prius, & posterius alio, cum producens sit naturaliter prius producto: Consequentia patet in calido, A, agente in frigidum, B, & hoc reagit in, A, præciso omni alio agente, & ponatur, instans præsens esse medium in illa actione: quo posito sic argumentor, Caliditas, A, nunc primò est producta, & non nisi ab ipso B, vt supponitur. Et similiter frigiditas, B, nunc primò est producta, & non nisi ex calido, A, quia posuimus nihil agere in B nisi A; igitur calor, A, est nunc primò productus ex, B, & contra.

Refertur resp. Burl. cum suis rationibus.

13 Resp. Burl. non esse necessarium, vt in primo instanti, in quo res permanens habet esse, vt in illo coexistat agens, sed sufficit, si præcesserit; quod probat primò, quia, quando aliquid non repugnat alicui pro nullo instanti sibi repugnat, vt patet, quia repugnantia est ex natura rei, quæ sēper est eadem; vnde nulla fieri dicitur variatio in repugnantia: sed nō repugnat post productionem formæ eam esse sine agente; ergo.

Confir. 1. quia hoc differt ens successiuū à permanenti, quod successiuum cum habeat partes sibi inuicem succedentes, & in fieri semper requirit agens, sed permanens, cum est totum simul non requirit agens; sed in primo instanti est totum; ergo.

Confir. 2. quia materia in primo instanti non habet principium formæ; ergo non requiritur agens educens formam, Consequentia patet, quia tunc non est potentia materiæ potens recipere actionem agentis, quia requiritur priuatio, vt patet.

Confir. 3. Non minus generatio subita requirit agēs in primo sui esse, quā corruptio: sed hæc non requirit corrumpens in primo sui esse, vt patet in generatione mixti, in quo corrumpuntur elementa, & tamē in primo instanti suæ corruptionis ipsa non sunt.

Confir. 4. agat calidum in frigidum, donec illud corrūpat, & frigidum reagat in calidum; tunc in primo nō esse frigidi est

producta aliqua frigiditas in calidũ; quia tunc terminabitur actio frigidi; ergo tunc fuit inductus terminus actionis frigidi; ergo erit producta frigiditas non existente agente.

Confir. vltimò, quia non est minoris potentiæ in primo instanti, quàm in tempore consequenti, vt si in tempore consequenti immediatè illud instans illa res disponatur ad sui corruptionem; sed in tempore consequenti non indiget &c.

Refellitur doctrina Burl. & resp. ad eius argumenta.

Sed contra hoc Burl. dictum primò
14 obijcitur, nam cuilibet effectui naturali producto, vel producẽdo debet respondere agẽs, quod immediatè illum produxit, vel producet, quia alioqui in causis agentibus sibi subordinatis esset processus in infinitum: nam sumatur, B, agens, &, A, effectum; quæro vel inter, B, &, A, est mediũ, vel non; si sunt immediata habetur intentum: si est medium, sit illud C, quæro iterum, an inter hoc, & effectum sit medium in infinitum? quare necessariò deueniendũ est ad causam immediatam effectus signati: secundò pono, non dari duo instantia immediata. His positis, argumentor, Caliditas, A, agit in frigiditatem, B, & cõtrà vsque ad instans præsens. Caliditas, A, nunc est producta; ergo est, vel fuit agens, quod immediatè produxerit, vt patet ex prima suppositione, hoc igitur agens erit frigiditas, quæ nunc est, vel quæ immediatè ante fuit. Si primum; ergo pari ratione frigiditas, quæ nunc est producta fuit à caliditate, quæ nunc est: vnde idem esset producens, & productum. Si secundum; ergo vel fuit frigiditas immediatè existens ante hoc instans, vel quæ præfuit per tempus medium: non primum, quia nulla frigiditas in subiecto, B, durauit, nisi per instãs; quare ante hoc instans debuit esse immediatum aliud instans, v.g. C, vnde necessariò sequitur, debere signari tempus mediũ inter existentiam causæ, & effectus: sed in tempore medio sunt infinita instantia, & in quolibet instanti est in, B, alia, & alia frigiditas; ergo frigiditas, quæ produxit calorem in, A, non fuit illa, quæ extitit in, C; nam inter illam, & effectum fuerunt infinitæ frigiditates corruptæ, & productæ: quod argumentum nititur soluere Thienn. tr. de Intens. c. 1. negando primum suppositum. Sed capi non potest, produci effectum signatum, & dare agens immediatum illi.

Confir. quia actus secundus non potest esse sine actu primo. Vnde resp. ad argumentum, repugnantiam non esse ex parte formæ, sed ex parte actionis; repugnat .n. tunc agens primò non esse, & ipsum agere, & producere formam tunc primò existentem, quia requiritur agens sub aliquo certo gradu actiuitatis esse dum operatur.

Ad primam confirmationẽ nõ per hoc distingui, quod qualitas permanẽs nõ requirat agens, cum ipsa producitur; imò sunt multa permanentia, quibus necessariò assistit agens dum durant, vt lumen &c. Sed differentia est, quod successiuæ formæ partes non sunt simul, permanentia autem sunt simul.

Ad 2. Resp. quod in illo instanti non 15
requiritur agens, quod producit formam de nou esse ad esse, vbi distinguitur agere cõtra productum esse, sed requiritur, vt agẽs, tantùm agat, vel immediatè ante illud instans egerit illam formam, & in instanti formam esse sub producto esse, & hoc nõ posset agens, nisi nunc sit.

Ad 3. negatur, non requiri in corruptione corrumpens, & ad id de corruptione elementorum est aliud corrumpens præter elementa, nam idem est producens formam, & corrumpens formas præexistentes in materia; quid autem sit illud agens, alibi.

Ad 4. admisso casu negatur, in primo instanti non esse frigidi esse frigiditatem primò inductam. Neque ex eo, quod in eo instanti terminatur actio frigidi erit frigiditas, quæ primò sit inducta, vt terminus illius actionis: nam sicut remittitur frigiditas continuè; ita etiam inducet minorem frigiditatem: sed ipsum frigidum remittitur ad non gradum; ideo continuè inducet remissiorem frigiditatem vsque ad non gradum: vnde primum non esse frigidi erit primum non esse frigiditatis inductæ; vnde fieri potest, vt sit aliquod agẽs per horam producens frigiditatem vsque ad hoc instans, & tamen in hoc instanti nulla sit frigiditas inducta.

Vel 2. Resp. esse impossibile naturaliter, quod calidum corrumpat frigidum vsque ad non gradum frigiditatis, & tamen frigidum reagat in calidum vsque ad primum non esse sui inclusiuè, vel exclusiuè; quia vt frigidum reagat, oportet, vt virtus actiua frigidi continuè superet resistentiã, quod non est in casu posito, nam virtus actiua frigidi deperditur ad non gradum,

& resi

& resistentia calidi non ita; quare virtus actiua aliquando non superabit resistentiã calidi, quare non reaget.

Ad 5. conceditur, non prouenire ex parte formæ, sed ex parte actionis, quæ in eo instanti, in quo existit, exigit agens, à quo eliciatur.

5. Probatur Conclusio, quia sequeretur aut agens debilius nihil posse agere in agens fortius, vnde tolleretur reactio; aut quod totum posset corrumpere, quod pugnat cum experientia. Consequentia patet, quia cũ gradus octauus v.g. virtute contineat præcedentes, aut corrumpi potest à contrario habente duos tantum gradus qualitatis, aut non. Si primum; ergo vt corrũpi potest octauus, ita septimus, sextus, & alij. Si secundum; ergo non repatietur.

16 6. Intensio non haberet vnitatem numericam, quia hæc requirit vnitatem numericam termini 5. phys. 35. 45. imò neque haberet vnitatem successionis continuæ, sed esset discreta; nam in singulis instantibus producerentur formæ indiuisibiles; mutationes autem instantaneæ non possunt esse continuè inter se.

Respõderi primò posset, non sequi, quia quilibet gradus acquiritur successiuè per partes. Sed contra quia vel vna pars potest esse cum præcedente, & tunc idem dici posset de gradibus; vel non, & tunc forma non haberet esse, nisi in fieri; quare ens permanens esset successiuum, & fieret, vt statim corrumperetur, quod negat Aristot. 8. phys. 63.

Motus duplex est de genere passionis .s. & termini ad quem.

Resp. 2. Burl. duplicem esse motum, alium de genere passionis, alium de genere termini *ad quem*. Motus igitur de termino *ad quem* non est continuus, sed instantaneus: sed motus de genere passionis est continuus. Sed contra, tum quia hæc distinctio motuũ est inintelligibilis, non enim apparet eos distingui; tum quia cum eadem sit mensura vtriusque motus; si ergo vnus illorum non est continuus, neque alter; alias enim eadem mensura adæquaretur mutationi subitæ, & successiuæ; tum quia sint, A, motus de genere termini *ad quem*, &, B, motus de genere passionis realiter distincti; igitur non repugnat, A, esse sine, B, & contra; ponatur igitur vt, A, existat sine, B, erit mutatio subita durans per tempus.

3. Resp. c. 3. ad vltimam rationem, vt probet, non fieri per additionem partis ad partem, ad continuationem motus non requiri, vt formæ acquisitæ maneant, sed sufficit, si continua acquisitio fiat variarum formarum, quod patet in motu locali, qui continuus est, cum tamen acquirantur varia, Vbi, quorum vnum non manet cum altero, & vltimum, quod manet, indiuisibiliter acquiritur. Sed contra primò, quia in motu locali signari potest spatium continuum, quod acquiritur: Sed hoc non potest signari in alteratione, quia vna forma est omnino distincta ab alia.

Disparitas de motu locali, & alterationis.

Confir. ex Gab. q. 5. quia sequeretur, in infinitis instantibus esse productas formas, & similiter corruptas, quorum vna est omnino extra aliam, atque separata ab alia. Ex quo dici non potest, illas esse infinitas syncategorematicè, cum singulæ formæ sint indiuisibiles, & vna ab alia omnino separata sine vlla potentialitate, & indeterminatione.

7. Arg. contra Durand. qui ponit, terminum esse vnum per continuationem, sicut est motus: quare vt nulla pars motus est simul cum altera, ita pars formæ est simul cum parte; & sicut in termino motus nihil manet motus, ita nec formæ per motũ acquisitæ, sed aliquid indiuisibile, ita vt si fiat vlterior intensio in instanti amittatur, vt verum sit dicere: Nunc est forma, & immediatè post non erit, vt patet in termino acquisito per motum localem. Sed contra primò, quia sequeretur, formam permanẽtem simul acquiri, & deperdi; vnde simul esset, & non esset, quia immediatè post instans erit, & immediatè post non erit, quia si esset, iam permaneret per tempus; & licèt idem dicatur in motu, tamen non ita dicendum in permanentibus, quia id tantùm conuenit successiuis ex peculiari ipsorum natura, neque in ipsis intelligitur. 17

Confir. quia quæro, forma acquisita post finem motus est ne diuisibilis, an indiuisibilis? Si primum igitur non desinit simul cum motu, quia manet in termino motus aliquid, quod est acquisitum per motum diuisibilem. Si indiuisibilis; ergo ad qualitatem sensibilem non est motus, quia hæc quæ sentiuntur, in instanti acquiruntur; & præterea quæro an hæc distinguatur essentialiter ab ea, quæ acquiritur per motum, vel non. Si non; ergo vtraque vel indiuisibilis, vel diuisibilis. Si primum; ergo nulla qualitas, ad quam est motus, existit in esse permanenti. Et præterea est contra ipsum, qui dicit esse vnum non in toto motu.

Confirm. 2. quia nulla videtur implicantia, nam cum illa qualitas acquisita per motum sit naturæ permanentis, non repugnat, ipsam à Deo conseruari corrupto motu.

Confirm. 3. nam si motus fuisset terminatus in instanti medio horæ, ibi remansisset aliqua qualitas etiam indiuisibilis; ergo eędem debent esse productæ cum continuatur motus, quia continuatio motus nō impedit, quo minus agens agat in instanti præcedente continuationem: sicut terminatio non efficit, vt aliquid producatur, quod non fuisset productum; quare essent productæ infinitæ formæ integræ, & inter
18 se non coniunctæ.

Vltimò probatur, quia sequeretur, quālibet qualitatem per se sensibilem esse corruptibilem sine motu præcedente suam corruptionem: sed hoc est absurdum; ergo. Consequentia patet, nam si, A, incipit agere in, B, frigidum, & contra. A, caliditas immediatè post erit corrupta, & similiter frigiditas, B; & tamen nullus motus præcessit in, A, vel, B, nam nunc primò incipit alteratio in vtroque illorum. Minor probatur primò, quia omnis qualitas sine motu præcedente esset acquisibilis, nam omne, quod subitò potest corrumpi non præcedente motu, potest etiam similiter produci, cum productio, & corruptio qualitatum contrariarū seinuicem cōsequatur: vnde fit, vt ad qualitates per se sēsibiles nō esset alteratio. Secundò sequeretur rei permanentis dare vltimum esse, cum corrumpatur sine motu. Tertiò quia eius opposita qualitas produceretur subitò, quia qualitas contraria non corrumpitur, nisi per productionem alterius contrarij.

Resp. Burleus concedit, non corrumpi per motum præcedentē, sed per subsequētē. Et ad primum inconueniens respondet negando, esse similem rationem de productione, & corruptione, quia cum sint oppositæ debent fieri opposito modo, ideo producitur forma per motum præcedentem, corrumpitur per sequentem.

Ad 2. in substantialibus non dari vltimum esse, sed in accidentalibus dari potest secundùm indiuiduum, licèt non secundū speciem, nam putat, non corrumpi aliquē gradum qualitatis, nisi alter inducatur eiusdem speciei cum illo.

Ad 3. dicit, in eadem mensura esse motum, quo corrumpitur calor, & inducitur frigus; vnde inductio frigiditatis est post corruptionem caloris, nam motus præcedens acquisitionem frigiditatis sequitur calorem, qui corrumpitur per inductionē frigoris. Sed hæc solutio videtur in se implicare contradictionem, vt patet ex eo, quod dicit esse eundem motum, vel in eadem mensura.

Sed contra, quia nihil potest corrumpi quando ipsum non est; non igitur corrumpi potest per motum sequentem, quia iam inuenit corruptum.

Confirm. quia corruptio præsupponit corrumpens, siue sit formaliter, siue effectiuè corrumpens; ergo nihil potest corrumpi ex motu sequente.

Corruptio alicuius dupliciter esse potest intrinsecè, & extrinsecè.

Respondetur, dupliciter aliquid posse corrumpi primò intrinsecè idest per positionem de præsenti, & remotionem de futuro. Secundò extrinsecè per remotionem de præsenti, & positionem de præterito. primo modo corrumpitur quod est, secūdo modo corrumpitur quod non est, & tunc talis forma corrumpitur in vltimo instanti, in quo ipsa est per motū sequentē, non quod motus sequens agat ad corruptionem eius, sed quia agens per talem motum, efficit quod hæc forma nunc sit, & immediatè post non erit, & hoc est, ipsam corrumpi, quia nisi nunc fieret, & inciperet fieri talis motus, hæc forma non desineret esse.

Sed contra hæc obijcitur; nam ponatur, 19
A, calidum non sufficiens agere in, B, frigidum, & augeatur illud vsque dum sit sufficiens, & approximetur, B, tunc vel dabitur primum instans, in quo est sufficiēs; vel vltimum, in quo non est sufficiens, non primum, quia non datur primum instans, in quo actiuitas, A, superet resistentiam, B, sed tunc est sufficiens agere, quando superat resistentiam; ergo. Si dicitur secundum, & illud instans sit nunc præsens; tunc sic argumentor frigiditas, B, nunc corrumpitur, quia nunc incipit, A, agere in ipsum, B, quare, B, totaliter desinit esse per positionem de præsenti, & remotionem de futuro: vel igitur corrumpitur effectiuè à caliditate, quæ nunc est, & talis nunc non sufficit agere, sed immediatè post erit sufficiens, vt ponitur casus; vel per caliditatē, quæ post erit, & tunc aliquid effectiuè corrumpitur ab alio, quod non est, neque fuit, sed post hoc erit; imò sequeretur, corrumpi à caliditate, quæ nunquam erit, quia cū caliditas duret præcisè per instans, nō poterit esse immediatè post corruptionē frigiditatis,

ditatis, neque duo instantia se consequentur immediatè; ergo tempus intercedet, quare erit corrupta frigiditas, per tempus, antequam sit corrumpens. Vnde pari ratione posset corrumpi à caliditate, quæ erit hinc ad mille annos, imò quæ nunquam erit.

Deinde probat Scotus 1. d. 17. q. 3. quia actus charitatis in instanti, quo est, auget habitum meritoriè; at hoc à sola voluntate nō elicitur, sed informata per habitum; ergo in instanti, quo augetur, non corrumpitur; & idem patet de actu virtutis, qui effectiuè intendit habitum.

Respondetur actum mereri in eo instanti, quo est; at non fit tunc augmentum à Deo, sed immediatè post, & idem de actu virtutis naturalis. At inquies: cur in productione producit cum primum est, & in intensione non ita.

Respondetur, quia in productione nullum est absurdum, & subiectum erat dispositum; at in augmento est absurdum, quia cum habitus remissus non possit esse simul cum intenso potentia pro eo instanti, quo est remissus est incapax alterius; & ideo immediatè post producitur intensus. Sed contra, quia vel actus non manet immediatè post; vel si manet non produceretur ab habitu.

Confirmat Scotus: Voluntas potest imperare intellectui, vt remittat actū, à quo pendet imperium voluntatis, & tunc intellectus actus remittitur; ergo permanet idem, nam alioqui daretur actus voluntatis sine actu intellectus.

Respondetur, non posse imperare, vt remittat in eo instanti, in quo imperat, quia tunc supponitur esse actus intensus, sed immediatè post remittitur.

ARTICVLVS V.

Explicatur quomodo fiat intensio.

20 *Intensio fit per productionem nouæ entitatis remanente priori.* Tertia Conclusio. Intensio qualitatis fit per productionem nouæ entitatis remanente priori, cum qua efficit vnam entitatem habentem formaliter plures partes graduales, & remissio fit per deperditionem alicuius entitatis, remanentibus alijs partibus. Ita Scotus in 1. d. 17. q. 4. Gregor. q. 4. art. 1. Bass. q. 2. Gab. q. 4. 5. 6. & 7. Marsl. 2. d. q. 2. Niph. 8. met. disp. 6. Ant. Andreas q. 6. Canon. 5. phys. q. 3. Venet. 1. de Genet. t. 18. & in sum. de Genet. c. 1. concl. 4. Henr. quodl. 5. q. 11. Paris. in prædicam. qualitatis. Fortliuien. de Intens. p. 3. Indicat Henr. in 1. d. 17. q. 5. & quodl. 2. q. 6. & 13. & quodlib. 6. q. 11. licèt hic, vt infra patebit, discrepet in modo explicandi. Et patet primò ex dictis, quia ostendimus, non posse fieri intensionem nisi aliqua entitas de nouo producatur ob nouam actionem agentis. Neque benè Respondent, per illam perfici magis inhærentiam eiusdem numero essentiæ, quæ inuariata manet, & multò minùs, cum dicitur, corrumpi vnam inhærentiam, & aliam de nouo produci, quia vt supra diximus dicitur sine fundamento. Neque benè Respondet Med. intendi sine productione noui ca loris, sed quia magis radicatur in subiecto, idest quod qualitas magis informet substantiam, vt esse quale, est qualitatem informare subiectum. Et ostendimus, non corrumpi præcedentē; ergo oportet vt fiat ex productione nouæ entitatis, quæ coniungatur cum præcedente.

Confir. 1. ex Veneto, quia ita debet fieri intensio, sicut fit auctio latè sumpta. Sed hæc fit per additionem quantitatis ad quātitatem, manente priori quantitate; ergo intensio fit per additionem qualitatis ad qualitatem in eadem parte subiecti. & dixi in eadem parte, quia si fieret additio qualitatis in parte immediata subiecti, nō propter hoc esset facta intensio qualitatis.

Confir. 2. quia si in intensione non maneret præcedens cum sequente, primò sequeretur, quod duo corpora æqualiter luminosa non causarent intensius lumen, quàm vnum illorum; vt si v. g. eidem medio successiuè applicarentur, nam lumen productum à primo non maneret cum lumine producto à secundo, & hoc non produceret maius lumen, quàm præcedēs, cum sint æqualia. Secundo, summam caliditatem subitò corrumpendam, quia statim corrupto gradu summæ caliditatis incipit noua caliditas secundum se, & quodlibet sui, iuxta opinionem aliorum, & multa alia deducit ibi Venetus ibidem, & Niger in prædicam. q. 56.

2. Probatur: Forma intensa est actiuior; ergo habet maiorem virtutem agendi; ergo maiorem entitatem, cum virtus sequatur essentiam, & actio virtutem. 21

Confir. quia maior actiuitas in calore extenso sequitur maiorem entitatem extensam; ergo actiuitas maior in calore existente in eodem subiecto primò orietur

ex

ex maiore entitate: neque augmentum virtutis prouenire poteſt ſolùm ex diuerſo modo, niſi addatur noua realitas.

22 3. Probatur, nam formæ, quæ intenditur, vel aduenit aliquid, vel nihil: non ſecundum, quia qualitas, quæ eſt in ſe inuariata, non poteſt vario modo afficere ſubiectum; igitur primũ: hoc quod additur, vel eſt qualitas eiuſdem ſpeciei cum præcedente, & habetur intentum; vel diſtinctæ ſpeciei, & per hanc non poteſt fieri intenſio, vt infrà.

Reſp. eſſe modum qualitatis. Sed cõtra, quia non poteſt explicari, quid ſit ille modus qualitatis, niſi dicatur eſſe entitas quædam eiuſdem ſpeciei cum præcedente, quæ vnita alteri fit vna qualitas intenſior, & explicatur difficultas; ſumo n. calorem, vt vnũ, & vt octo; & quæro vel calor vt octo habet aliquid entitatis, quæ non eſt in calore vt vnum, vel non: ſi primum, haberetur intentum: ſi ſecundum ergo cũ tota illa entitas ſit in ſpecie caloris, tantum caloris erit in calore vt vnum, quantum in calore vt octo; ergo tam calidũ eſt ſubiectum affectum vno, quã alio calore, quia vterque calor afficit ſubiectum ſecundum totam entitatem, quam habet.

Cõfir. 1. quia cum ſubiectum ex calido vt vnum fit calidum vt duo, vel educitur aliqua caloris pars ex potentia ſubiecti, quod antea non erat eductum, & habetur intentum; vel non; ergo totus calor cum fuerit productus prima actione, postea agẽs nihil poterit agere, quia omnis actio agentis naturalis eſt per eductionem formæ à ſubiecto.

Dices: non educere nouam partem formæ, ſed radicare eductam. Sed ſupra impugnata eſt huiuſmodi radicatio.

Confir. 2. quia actio agentis, quod intẽdit calorem, vel eſt circa calorem iam productum ipſum perficiendo, vel circa ſubiectum educendo ex illo maiorem calorem, vel circa ſubiectum, & calorem productum illa magis vniendo. Non vltimum, quia non poteſt intelligi inter accidens, & ſubiectum maior vnio, quàm ea quæ eſt per inhærentiã, & informationem; hæc autem eſt ſtatim ac productus eſt calor. Neque primum, quia intelligi non poteſt ſine additione aliqua entitatis; ergo ſecundum erit.

Dices, acquiri nouum modum. Sed cõtra, quia hic modus vel eſt ſpecie diſtinctus à calore; & nõ, quia totus calor, quod eſt principium agendi, non eſſet eiuſdem ſpeciei; ergo ſimiliter, qui eſt terminus totius alterationis, & intẽſionis erit eiuſdẽ ſpeciei, alias non eſſet eadem qualitas intenſa, & remiſſa, & calor intenſus non excederet remiſſũ in calore, ſed in accidẽte caloris. Si eſt eiuſdẽ ſpeciei; ergo neceſſariò cum terminat nouam actionem, debet eſſe nouus calor diſtinctus à præcedente.

Sed contra obijcit Medina, quia non apparet quomodo illę partes efficiant vnũ; non n. eſt per informationem potentiæ, neque per continuationem, vt quantitatiæ partes.

Reſp. eſſe ad modum quantitatis continuæ, vt ipſa latitudo formæ eſt quantitas quædam ſimilitudinaria.

2. Obijc. Duæ numero qualitates eſſent in eodem.

Reſp. poſſe duo accidentia partialia eſſe in eodem, quia vna pars non explet totam latitudinem ſubiecti. 23 *Duo accidẽtia partialia poſſunt eſſe in codẽ.*

3. Sequeretur actio ex proportione minoris, nam calidum vt quatuor poteſt intendi addito vno gradu: ſed calidum vt vnum poteſt producere vnum gradum; ergo Neque dicas, poſſe quidem, ſed non in tali ſubiecto, quia non eſt ratio, cur nõ inducat in illud, quia eſt capax vnius, & tale agens poteſt producere.

Reſp. non poſſe ex proportione inter illud agens, & patiens, quia non poteſt producere in tale ſubiectum, neque ſubiectum ab illo agente.

4. Quia non eſt ratio deſtruendi magis hunc gradum, quàm illum, quare non ſequeretur corruptio.

Reſp. determinari ab agente libero, ſcilicet Deo, cuius eſt prouidere omnibus cauſis particularibus.

5. Experientia conſtat, aſſenſum concluſionis per medium demonſtratiuum fieri magis certum, & intenſiorem additis rationibus probabilibus; ſed non apparet quomodo ex gradu opinionis, & gradu ſcientiæ efficiatur vna qualitas intenſa, & ſimiliter aſſenſus fidei fiat certior, & intẽſior propter demonſtrationem, & ſacram Scripturam: ſed non apparet quomodo fieret vnus actus intenſior. Reſpõd. negãdo, fieri vnum actum intenſiorem, ſed eſſe duos: vnde intellectus cognoſcens illud obiectum per duos actus magis, & meliùs cognoſcit.

Ex hac concluſione ſequitur primò, cauſam præciſam cur poſſit qualitas intendi

tendi

tendi, esse latitudinem, seu diuisibilitatem formæ: est contra tum Fland. 8. m. q. 4. ar. 7. & 8. vbi multis conatur hanc latitudinē formæ impugnare; tum contra Durand. 1. d. 16. q. 6. vbi ait, formam esse intendibilē, quia agens, & subiectum, non semper eodem modo se habent. Fundamentum est, quia scilicet est essentia quædam habens plures partes simul existentes in eadem parte subiecti. Ita Canon Ant. Andreas loc. cit. Niger q. 58 ex D. Thom 1. d. 17. q. 2. a. 2. ad 3. vbi ait, non esse de ratione intensionis, vt fiat per remissionē à contrario, sed vt reducatur de imperfecto ad pfectū, vt patet in diaphano, in quo nihil est cōtrarium luci; & patet, quia sicut indiuisibilitas formæ est causa intrinseca, cur non suscipiat magis, & minùs; ita contrà diuisibilitas erit causa suscipiendi magis, & minùs.

24 Confir. quia sicut requiritur albedo ad faciendum album, ita requiritur maior albedo ad faciendum magis album, quod non posset esse, nisi in essentia albedinis esset maior & minor.

Confir. 2. quia calor intensus, & remissus si diuina potentia separarentur à subiecto, non haberent æqualem entitatem.

Confirm. 3. si in qualitate remissa esset tota perfectio formæ sequeretur, duas qualitates contrarias posse esse in subiecto secundùm totam suam entitatem, quia possunt duæ qualitates contrariæ in esse remisso esse in eodem subiecto.

Confirm. 4. quia qualitates contrariæ sunt incompossibiles, non præcisè ratione essentiæ, sed connotata latitudine graduali, vt patet, quia sunt compossibiles ratione essentiæ, vt dictum est; ergo in illis formis admitti debet hæc latitudo graduum.

Confirm. 5. ex extensione quantitatis, quæ licèt in ratione essentiæ sit indiuisibilis, vt cætera alia; tamen dicit multitudinē partium; ergo similiter intensio qualitatis. Ex quo etiam fit, quod sicut quantitas est diuisibilis in infinitum, ita etiam & qualitas secundùm suam latitudinem. Scio contra hanc multa obijci à recentioribus, qui putant, continuum componi ex indiuisibilibus, & alij qui putāt, dari minimum qualitatis, contra quos non est hic locus agendi, videri possunt quæ dixi in phys. de hac re.

Forma extra subiectū non potest intendi naturaliter.

2. Sequitur solutio quæstionis, An forma extra subiectum possit intendi, & remitti, quod D. Tho. vbique negat, & Scotus affirmat; sed conciliari possunt, nam D. Thomas intelligi debet naturaliter, sicut accidens non potest esse naturaliter, nisi in subiecto; posse tamen fieri supernaturaliter extra subiectum non negaret D. Thom. quia id, quod acquiritur per intensionem, non est modus informandi subiectum, sed etiam est aliquid entitatis; ergo illam posset Deus facere, quia in actione sua nō pendet à subiecto.

Confirm. quia potest separare à subiecto calorem remissum, & intensum, qui tamen essent inæquales; quod autem potest extra subiectum conseruari, videtur etiam extra subiectum fieri: verum tamen est, quod si separetur à forma hic ordo ad subiectum non haberet latitudinem, quia secluso hoc ordine non esset qualitas, sed substantia per se subsistens; quare esset indiuisibilis, vt infra.

3. Sequitur, quomodo formæ recipiant magis, & minùs, cum consistant in indiuisibili: nam specificatiuum essentiæ debet esse quid fixum: quare dicitur esse indiuisibile, ita vt donec forma non perueniat ad participandum perfectè illud specificatiuum, non erit constituta in specie; illa tamen esse potest, vt forma illa per talem differentiam constituta latitudinem habeat, secundum quam possit magis, & minùs participari à subiecto: sicut ratio lineæ est indiuisibilis secundùm latitudinem, tamen habita hac indiuisibilitate potest secundùm longitudinem habere diuisibilitatē, ex qua non variatur species lineæ; ita etiam essentia caloris est, vt tali modo afficiat subiectum, quod conuenit cuicunq; calori, tamen sub illa ratione possunt dari diuersi gradus absque variatione speciei, quia oēs cōueniūt in vno specificatiuo. 25

Ratio lineæ licèt in indiuisibilis pōt tamen diuidi per longitudinem.

Dices primò. Nonne etiam efficiens concurrit ad intensionem.

Efficiens extrinsecè ad intensionem concurrit.

Resp. concurrere quidem, quia posita eadem dispositione medij ex maiore actiuitate agentis augetur qualitas, vt patet in aere, si à candela, & sole illuminetur, vt etiā concurrit dispositio subiecti; nam idem agens perfectiorem qualitatem producit in subiecto magis disposito: sed hæc extrinsecè concurrunt, quia efficiens, & dispositio subiecti sunt extrinseca formæ; non igitur esse possunt causæ intrinsecæ formæ cur suscipiat magis, & minùs, quare intendibilitatem qualitas habet ex natura sua, quod autem actu sit intensa habetur ab efficiente, sicut ab eodem habet existentiam.

Dices

26 *Habitus duplex habent augmentum.* Dices 2. quid dicendum in habitibus. Respond. in habitibus esse duplex augmentum, alterum, quod extenditur ad plures conclusiones, & hoc non fieri sine additione nouæ entitatis etiam ex D. Tho. 1.2.q.52.& 2.2.q.24.art.5. quia intelligi nequit, vt eadem entitas omnino indiuisibilis, nulla facta additione entitatis incliner ad plures conclusiones, quàm antea, cum non inclinet nisi informando subiectum, quare si inclinat ad maius obiectũ, etiam eius effectus formalis crescit; ergo etiam crescit forma, & habet aliquid noui. Et confirmatur, quia facilè intelligitur distinctio inter id, quod additur, & cui additur, cum inclinent ad distincta obiecta partialia: vnde ex vtraque partiali qualitate fit vna qualitas inclinans ad obiectum adæquatum, & hoc omnium probabilissimè dicitur in sententia eorum, qui dicunt, habitus esse vnam qualitatem, vnam scilicet habẽtẽ plures partes heterogeneas; vnde Medina q.52. art.1. explicat, augmentũ per additionem non intelligi de additione entitatis ad entitatem habitus, sed obiecti ad obiectum.

Alterum est ratione eiusdem cõclusionis: & hoc dupliciter; primò in ordine ad intellectum, quia hic euidentiùs, & certiùs conclusionem cognoscit, & ita augeri debet euidentia, & certitudo, quæ euidentia vnde oriatur alibi dictum: secundò in ordine ad memoriam, cui firmiùs hæret, quę intensio fit sine noua euidentia, & certitudine, & tamen per consimiles actus; quare solùm propter nouum vsum, & dispositionem specierum. Ex quo vsu possunt auferri impedimenta, quæ esse possunt in exercitio similium actuum: & sæpè dum quis habet consuedinem exercendi actus similes admiscet aliquos intensiores, quibus intenditur habitus, vnde fit promptior, licèt Scotus, Gab. & Durand. velint, habitũ intendi per quemlibet actum, cum experiamur facilitatem aliquam: neque mirum si habitus est distinctæ rationis ab actu: quare sicut lumen vt duo potest producere calorem, vt sex, ita &c. præsertim accedente potentiæ concursu, quod mihi non displicet, vt aliàs.



ARTICVLVS VI.

Proponuntur, & soluuntur argumenta contra prædictam doctrinam.

Sed contra has conclusiones primò obijcitur à Burleo: Non magis requiritur ad continuitatem alterationis, quàm continuitatem motus localis: sed in motu locali nunquam manet mobile sub eodẽ, Vbi, vt patet, nam si aliquid incipiat moueri secundùm se totum, vel post hoc instans in aliquo instanti habebit idem, Vbi, vel non. Si non, habetur intentum. Si sic, vel habebit illud in toto, vel in parte. Si primum; ergo totum quiescet. Si secundum ergo pars illa quiescet; quare non incipiet moueri secundùm se totum; ergo similiter in motu alterationis non manet subiectum sub eadem forma. 27 *Burl. arg.*

Confir. primò, quia in motu terminus *à quo* non manet cum termino *ad quem*: sed forma remissa est terminus *à quo*; ergo non manet cum termino *ad quem*, qui est forma intensa; neque dicas, terminum *à quo* esse principium formæ intensæ, illàque corrùpi, quia in hoc differt mutatio, & motus quod in mutatione alter terminus est priuatiuus; in motu verò vterque est positiuus.

Confir. 2. quia sequeretur, quod motus esset res permanens, nam id, cuius partes sunt simul, est permanens: sed si formæ partes permanerent, essent simul partes motus, cum nihil sit aliud motus, quàm ipsa forma, & partes graduales motus iam essent simul.

Confir. 3. quia sequeretur, omnem motum, & omnem gradum motus esse diuisibilem in infinitum intensiuè, & in se contineret omnem gradum quemcunque remissiorem, quod est absurdum, tum quia quantumcunque aliquid intensè, & vniformiter moueretur, illud motu infinitè tardo moueretur; tum quia aliqua latitudo gradus ad non gradum non successiuè, sed subitò deperderetur, quod esse falsum patet, quia deperditio illius gradus esset in infinitum velox. Consequentia patet, nam ponatur, Sortem moueri per motum mẽsum vt quatuor, & vniformiter per horam, &, A, sit instãs medium, tunc si Sortes hoc instanti habet motum vt quatuor; quare habet omnem gradum vsque ad non gradum? atque adeo quare habet certam latitudi-

tudinem gradus ad nō gradum? sed neque ille motus, qui nunc est in Sorte, neque aliquis eius gradus immediatè post erit, alioqui ille motus, vel aliqua eius pars permaneret in pluribus instantibus; quare tota latitudo gradus subitò deperderetur, & per partem gradualem ante partem.

28 *Ratio mot' localis diuersa est à ratione motus alterationis.*

Resp. ex dictis patere, diuersam esse rationem motus localis, & alterationis, nam cum subiectum sit capax totius qualitatis acquisitæ per motū, illa permanet, cum non alia ratione huiusmodi qualitates producantur, quàm successiuè. Sed in motu locali, cum subiectum non possit habere duo, Vbi, adæquata, oportet, vt continuè, Vbi, adæquatum corrumpatur, & mobile in alio, & alio instanti impleat adæquatè aliud, & aliud spatium: vnde optimè Ocham. q. 5. ad vlt. In motu locali, inquit, nō est acquisitio sine deperditione; nō sic in alijs motibus; Deus tamen posset facere, vt acquireretur locus de nouo sine deperditione præcedentis.

Qualitas remissa quot modis considerari potest.

Ad confi. Resp. qualitatem remissam dupliciter posse considerari: primo vt dicit negationem eius perfectionis, quæ est intensa, & hac ratione abijcitur, nam non manet sub eadem imperfectione quod est abijci priuationem termini *ad quem*, vt dicit entitatem illam realem qualitatis, & hæc est terminus *à quo* per accidens, quē non necesse est abijci, sed necesse est permanere, vt patet in auctione, dum ex minori quanto fit maius, de quo benè Bannes ad primum Bail. & Canon. dub. 1. qui dicit, priuationem motus debere esse fundamētum in forma contraria positiua, quod non requiritur in mutatione.

In motu triplices partes distingui possunt.

Ad 2. Resp. in motu triplices partes posse distingui, Alteras, secundum quas habet priùs, & posteriùs, & ratione harum dicitur ens successiuum, neque vna potest permanere cum alia; alteras habet ratione subiecti, & ratione harum potest habere partes permanentes, & simul, vt patet, nam diuiditur iuxta diuisionem mobilis. Aliæ sunt secundum intēsionem motus ratione velocitatis, & tarditatis, quas partes intensionis potest habere motus, etiam si terminus eius non habeat intensionem, vt patet in acquisitione quantitatis, motus localis &c. vnde cum motus dicitur intensior, distinguenda est propositio; intelligi enim

Motus quo modo intelligatur intensior.

potest intensior vel quod sit ad intensionem qualitatis graduum, etiam si fiat tardè, vel quod sit citiùs, etiam si sit ad qualitatis remissiorem gradum, & secundùm has partes velocitatis dici potest esse permanens, de quo infra melius.

Ad 3. confir. conceditur, motum velociorem continere in se partes motus tardi, non tamen cum illa imperfectione, scilicet tarditatis, vt diximus de qualitatibus, & quantitate.

Ad aliud absurdū Resp. Forliuiens. c. 3. ad primum contra primam cōclusionem, concedendo, deperdi gradum infinitè velocitate secundùm partes velocitatis, licèt id sit impossibile secundùm partes priores, & posteriores.

Ego Resp. velocitatem deperdi vt motum, nam cum sit modus fundatus in entitate motus non poterit existere non existente motu; & sicut qualitas non potest esse sine aliqua intensione, ita neque motus sine aliqua velocitate: quare corrumpetur gradus velocitatis extrinsecè, vt ipse motus, vt s. nunc non sit, & immediatè ante erat; hoc tamen est discrimen inter partes motus vt sic, & partes velocitatis, quod singulæ partes graduales velocitatis sunt in singulis partibus motus vt sic, & simul in singulis repetiuntur, sicut si esset qualitas palmaris secundùm latitudinem, & secundùm longitudinem decem palmorum, quæ simul produceret quoad latitudinem, & successiuè quoad longitudinem; partes verò motus vt sic nulla ratione possunt esse simul.

2. Obijcitur, quia sequeretur, qualitatē esse per se quantam, quia esset per se diuisibilis, cum haberet partes extra partes, quod est contra Arist. qui dicit, omnia accidentia esse quanta per accidens. 29 *Qualitas esset per se quanta.*

Resp. ex Forliu. ad 5. & Arim. ad 4. quātitatem dupliciter accipi: primò propriè, cuius ratio est, vt habeat partes extra partes situ distinctas, & positionem habentes, ita vt partes non sint simul, & hanc quantitatem, & diuisibilitatem accidentia habent à subiecto. Altera quantitas est impropriè, ratione cuius aliquid habet diuisibilitatem secundū partes entitatis, licèt non secundū partes extensionis, & ratione illarum partium potest qualitas esse etiam in puncto, & has habet ratione intensionis, & propriæ naturæ.

Quantitas sumi potest propriè, & impropriè.

3. Alij obijciunt, quia sequeretur, agens finitum, tempore finito producere formā infinitè intensam, quod esse impossibile patet. Consequentia probatur: nam ponatur, A, corpus luminosum vniformè, illu- 30 *Agens finitum finito tempore infinitam ageret intensionem.*

minans partem aeris B, lumine vt quatuor, quod dicatur, D, in instanti, C, & post instans quiescente, B, moueatur, A, versus, B, per horam; ergo posito casu luminosum, A, produait in B, lumen infinitum, quia in fine horæ erit in, B, lumen compositum ex infinitis partibus non communicantibus, quarum quælibet est intensior lumine vt quatuor, D, quod fuerat productum in instanti, C, nam si quælibet pars esset æqualis, D, & esset infinita, iam in fine horæ esset lumen infinitè intensum; quod autem in fine horæ sint infinita lumina æqualia, vel intensiora, quàm prius probatur, quia si in, C, producitur lumen, D, in quolibet instanti, cum luminosum magis accedat, producetur lumen perfectius, D; sed huiusmodi lumina perfectiora sunt infinita; ergo &c. quia sunt infinita instantia; in quorum singulis sunt producta perfectiora lumina. Simile argumentum proponitur à Gregorio 2. d. 5. q. 1. art. 3. Almaino 2. mor. cap. 10. & 11. circa meriti augmentum.

Respondent quidam, in hoc argumento supponi vnum falsum, quod scilicet dētur instantia in tempore. Sed contra, quia id parum refert, nam sumantur partes proportionales horæ, quæ cùm sint infinitæ, & in singulis sit productū lumen perfectius, erit in fine horæ productum lumen infinitum.

31 Respondent alij negando, produci lumen perfectius, sed continuè producet lumen remissius, quia cum subiectum receperit partem formæ ab agente, non est ampliùs tantæ latitudinis receptiuum, sicut priùs fuerit, ideo agens minùs, & minùs de nouo producet. Sed contra, quia sequeretur, quod in medio instanti horæ signatæ produxerit minus lumen, quàm in aliquo instanti horæ præcedentis; signetur igitur qualitas producta in medio instanti horæ præcedentis, & sit, G, tunc sic: vel G, est infinitè remissū, & non, quia non datur talis; vel habet aliquam intensionem, & tunc sequitur idem, quod priùs, nam ab hoc instanti ad finem horæ sunt infinita instantia, in quorum singulis sunt producta infinita lumina perfectiora, quàm, G, cuius rationis vis aliter proponitur à Tatar. 5. phys. qu. 1. d. 3. quia quælibet pars qualitatis acquisita post, A, quod est instās initiatiuum horæ, est alicuius magnitudinis intensiuè, & non minoris, quàm qualitas præcedens.

Auctoris responsio.

Ego Respondeo, & dico primò, hoc argumentum magis vrgere opinionem Buil. nam cum in quolibet instanti secundùm ipsū sit producta perfectior, & perfectior qualitas in infinitum, in fine horæ erit producta qualitas infinitè perfectior qualitate signata, vt facilè patet calculāti.

Dico 2. hoc argumentum maximè vexare ponētes heterogeneitatem graduum, nam gradu signato, & determinatæ perfectionis dantur in fine horæ alij maioris perfectionis, nam quilibet gradus cōtinet perfectiones infinitas, quarum vna est maior alia determinata, de qua re infrà.

Dico 3. In casu posito, cum applicatur lumen per motum localem in nullo instāti producitur lumen, licèt in quolibet instanti habebit subiectum aliquod lumen, quod priùs non habebat, quia productio luminis de nouo fit per nouam præsentiā, & applicationem causæ efficientis ad subiectum, quod sine successione non fit: neque hoc prouenit ex eo, quod lumen secūdùm se habeat resistētiam, sed ex eo, quod sequitur approximationē; quare id quod resistit approximationi, resistit etiam illuminationi, quæ est resistentia per accidēs; quod si ponatur, applicationem fieri per potentiam Dei in instanti, & tunc sequi posset argumentum, & ideo.

Dico 4. in quolibet instanti lumen præcisè productum in instanti, C, non esse intensius, quàm lumen productum in tēpore immediatè ante, quia si illud ponatur esse quatuor graduū, hoc, quod secundùm se totum est productum, erit vnius gradus, ita vt in instantibus præcedentibus semper minor, & minor productus fuerit; lumen verò, quod ex vtroque integratur, erit intēsius. s. vt quinque, & cum dicitur (quod quantò agens est propinquius, posset cæteris paribus tantò intensiorem, & perfectiorem formam producere) falsum est si accipiatur forma totaliter producta distincta à præexistente; sed ea propositio debet intelligi de forma, & effectu integrato ex partibus præcedentibus, & de nouo productis, quia sic erit perfectior nunc, quàm erat quando agens erat remotius. 32

Hinc 2. patet, falsam esse illam propositionem, si ly quantò, & tantò dicant proportionem ad approximationem, vt. s. effectus tantò sit perfectior, quantò agens est proximius subiecto, nam inde sequeretur, effectum productum in subiectum immediatum excedere sine proportione omnē

esse.

effectum productum in subiectum distās, quia hæc approximatio immediatè fine proportione excedit omnem aliam approximationē corporum habentium inter se distantiam.

Dico 5. propositionem illam posse etiā intelligi de effectis præcisè productis in eadem mensura, vt v.g. si in instanti, A, circa subiectum, C, remotum vt duo, producitur vnus gradus ab aliquo agente, si hoc agens esset magis proximum, & remotum vt vnum, produceret circa idem subiectū, & in eodem instanti maiorem effectum, si effectus esset intensibilis, alioqui si esset indiuisibilia produceretur æqualis ob incapacitatem effectus maioris perfectionis, produceretur tamen citiùs, quàm in tempore est producibilis; & quod dicitur de effectu producto circa subiectum immediatum, aduertendum est, quod cum subiectum habet partes diuisibiles in infinitū, non potest effectus produci in partem immediatam, quia nulla talis datur, sed in partes distantes compositas ex partibus proximioribus, & proximioribus, seu minùs distantibus in infinitum, pro vt sunt indiuisibiles, de qua re infra cum de actione.

33 *Vna forma esset perfectior in infinitū alia.* 4. Obijc. quia sequeretur, ex duabus formis eiusdem generis vnam esse perfectiorem alia in infinitum, at hoc est impossibile, quia sequeretur illam esse infinitè perfectam. Consequentia vt probetur, præsuppono primò, formas diuersas specie non posse esse eiusdem perfectionis essentialis, quia alioqui nō differrent specie, quia cōstituerentur in esse specifico per eundem gradum perfectionis, vndè quidquid posset vna, posset alia, & haberent easdem proprietates fluentes ex eodem gradu perfectionis essentialis, vt alibi ostendimus.

Mensura perfectionis in formis eiusdem speciei est intensio. 2. Suppono formam eiusdem speciei cum alia eò esse alia perfectiorem proportionaliter, quò est intensior, nam harum perfectio ex eadem mensura attenditur, per quam perfectio intensionis ex distantia à non gradu. His positis probatur consequentia sumatur calor, A, summè intensus, & frigus, B, similiter intensum, tunc, sic, A, differt specie à, B, & non est minoris perfectionis; ergo maioris; ergo est in infinitum perfectior, B. Consequentia vltima probatur, nam, A, per quamlibet partē gradualem suam est perfectius, B, cum quælibet eius pars contineat essentiam perfectiorem, alioqui posset accipi aliqua pars, A, æqualis perfectionis cum, B, cum tamen secundùm omnes partes specie differant.

Confirmatur si, A, non est in infinitum perfectius, B, erit finitè, cum illa membra opponantur; sed illud est falsum; ergo. Minor probatur, nam si finitè poneretur esse perfectius in dupla proportione, sequitur aliquam partem, A, & aliquam, B, esse æqualis perfectionis, nam si est duplo perfectius aliqua sui parte, & sic, G, quia totū est perfectius quam pars, ergo, G, &, B, sūt æqualis perfectionis, nam æqualiter exceduntur ab ipso, A: sed quæ ad tertium cōparata habent æqualem proportionem, erunt æqualia inter se.

Resp. primò hoc argumentum habere difficultatem in quacunque opinione, nā oritur ex distantia perfectionis vnius speciei ab alia, quæ nunquam potest adæquari ab inferiori, etiam si in infinitum perficiatur intra eandem speciem, vel genus, vt patet ex varijs exemplis, nam quodlibet indiuiduum speciei perfectioris excedit hoc modo in infinitum omnia indiuidua inferioris speciei, nam cum in qualibet specie possint esse indiuidua in infinitum, vnum indiuiduū perfectioris speciei omnia illa indiuidua excederet, quæ sunt entitates in infinitum. Idem patet ex gradibus rerum.

Vndè Resp. Foil. ad secundum principale contra secundam conclus. concedendo, esse excessum in infinitum sicut homo in infinitum excedit perfectionem muscæ, quia plus excedit, quàm duplo, quadruplo &c. nam quantumcunque augeatur musca in summa perfectione, nunquam attinget perfectionem hominis, & etiam in infinitum; ergo illa forma haberet in se infinitam perfectionem.

Quare Resp. excessum sine vlla proportione finita dupliciter posse esse. Primò 34 *Excessus sine proportione finita dupliciter esse potest.* inter formas eiusdem rationis, & tunc sequitur formam, quæ alteram excedit sine proportione finita esse infinitam. Secundò inter formas distinctæ rationis, & non sequitur, quia finita perfectione pōt esse ille omnis excessus, nam cum sint distinctæ rationes, non admittunt propriè comparationē in perfectione, quia perfectio vnius est alterius rationis ab altera, & ideo ad illam nunquam poterit altera pertingere, sicut nunquam potest fieri alia essentia, sicue non sequitur; corpus in infinitum excedit lineam, ergo corpus est infinitæ perfectio-

nis, quia sunt diuersæ rationis, vnde si in infinitum augeatur linea in sua dimensione, nunquam fieret corpus; sequeretur tamē optimè, si ita fieret augmentum, hoc corpus excedit quodlibet demonstratum corpus in infinitum, ergo ipsum est infinitū.

Dices si corpus esset præcisè maius duplo, quàm sit linea, ipsum erit aliquantulū maius; ergo si quadruplo, erit quadruplum &c.

Respondeo negando Antecedens, quia si esset corpus præcisè duplum ad lineam, non esset corpus, neque esset aliquantum.

35 *Duæ species essent æqualis perfectionis.* Dices 2. ex hoc sequeretur, duas species esse æqualis perfectionis, quia si leo in infinitum excedit muscam, & eodem excessu illam excedit homo; ergo homo, & leo erunt æqualis perfectionis, quia quando duo ad tertium habēt æqualem perfectionem in aliqua denominatione, in illa etiā erunt æqualia inter se. Confirmatur, quia linea infinita, & corpus essent æqualia, quia eodem excessu excedunt lineam finitam. Confirm. 2. quia superficies, linea, & punctum essent æqualis perfectionis, quia æqualiter exceduntur ab eodem. Confir. 3. quia non magis Deus esset perfectior leone, quàm homo.

Resp. Negando consequentiam, quod sequeretur esse æqualis perfectionis, quod æquali excessu superarent tertium, & cum dicitur quorumcunque duorum ad tertiū est eadem proportio numeralis, vt dupla, vel tripla &c. illa sunt inter se æqualia, nō tamen si aliqua duo excedunt aliquid vltra omnem proportionem numeralem, quod illa sunt æqualia, vt patet in casibus positis. Sed ad hoc, vt aliqua excedentia vltra omnem proportionem numeralem sint æqualia, oportet, vt excessus aritmetici, quibus illa duo excedunt tertium, sint æqualis excessus respectu tertij, quod non est de homine, & leone respectu muscæ, nam homo excedit muscā per perfectionem suam, quæ est maior, quàm perfectio leonis.

Vnde patet ad primam confirmationē, nam licèt corpus non plus secundùm proportionem geometricam, & numeralem excedat lineam finitam, quàm linea infinita excedat eandem; non tamen sequitur esse illa inter se æqualia, quia excessus vnus est maior altero.

Ad secundam negatur consequentia, quia non per æquales excessus exceduntur; nam licèt corpus per suam essentiam excedat lineam, & superficiem, tamen ille excessus est maior respectu lineæ, quàm superficiei, cum hanc tantùm per vnam dimēsionem excedat, illam verò per duas.

Ad tertiā conceditur, nam maiori excessu secundùm proportionem numeralem Deus excedit muscam, quàm homo; non tamen sequitur, esse æqualis perfectionis inter se, vt dixi; neque excessus infinitus, quo Deus excedit hominem, est æqualis excessui, quo excedit Deus muscam, vt patet si dentur duo corpora, quorum vnū sit duplum ad alterum, & vtrumque excedatur ab alio corpore infinito, Vide Sax. 7. phys. q. 5. vbi agit de comparatione specierum inter se imperfectiorum de qua re nos alibi.

5. Obijc. quia non apparet, quæ forma intendatur, non enim intenditur præcedēs, quia illa in se non fit maior; neque sequēs, quia quod augetur debet præexistere, qua ratione neque totum augetur. Confirmatur, quia sequeretur si intensio fit per additionem gradus ad gradum, quod calidum quantumcunque remissum posset producere summum calorem, quod esse falsum patet. Consequentia probatur, quia sit, A, calidum vno gradu, & producat in, B, vnū gradum, & deinde continuè approximetur; ergo intendet illum calorem, quia, B, est magis susceptiuum alterius primi gradus nunc, quàm prius, & agens potest primum gradum producere vt prius, cum sit in æquali dispositione, quare producit vsque ad summum. 36 *Non apparet quæ forma intēdatur.*

Respondere solet, vt agens agat in passum non sufficere, vt passum possit simpliciter recipere, & agens producere, sed requiritur proportio quædam, vt sit receptiuum ab hoc agente: vnde requiritur cōtrarietas, & dissimilitudo. Sed contra primò, quia stat, duo agentia omnino esse similia, & tamen vnum intendere reliquū, vt patet, nam si aeris pars sit illuminata vno gradu, & eidem applicetur luminosū habens vnum gradum, aerem videmus magis illuminari. Secundò id, quod est per accidens coniunctum cum actione, non impedit si absit, actionem; sed contrarietas, & dissimilitudo per accidens se habent ad actionem, vt patet, quia potiùs actio impeditur ex contrarietate, & ex dissimilitudine; vnde sufficit si agens habeat vim, & subiectum sit capax effectus.

Confirm. 2. quia non esset ratio cur distingueretur extensio qualitatis ab intensione;

fione; nam si totam qualitatem quæ est in palmo Deus collocaret in dimidio palmi, illud subiectum esset duplo intensius, & si in puncto qualitas esset infinitè intensa

Confirmatur 3. quia non esset ratio, cur substantia non intendatur; nam si forma, quæ est in palmari igne, ponatur in semipalmari, habebit omnes conditiones requisitas ad intensionem formæ; nam hæc nihil est aliud, quàm plures partes formæ esse in eadem parte materiæ.

37 *Quot modis aliquid potest fieri intensius.* Resp. 2. aliquid posse fieri intēsius dupliciter; Primò subiectiuè, & hac rõne intēdi tātū propriè substantiæ conuenit. Secundò terminatiuè, & conuenit termino producto per actionem intensiuam, cuiusmodi est forma; neque hæc debet præexistere, quia hoc modo intendi non est, quod priùs fuit, fieri intensius; sed produci per actionem intensiuam; neque quod augetur terminatiuè, debet priùs esse secundùm totum, sed secundùm partem, neque quod hoc modo augetur propriè mouetur, nisi terminatiuè.

Ad primam confirmationem respondeo, hinc probari ab aliquibus heterogeneitatem graduum; sed tamen in opinione aliorum soluuntur, vt ibi dictum est. Et ad primam instātiam negatur casus; nam lumen adueniens non intenderet præcedens. Ad secundam instantiam respond. requiri proportionem illam necessariò, & non per accidens inter agens, & patiens: vnde licèt contrarietas non necessariò per se requiratur, tamen necessariò requiritur, vt effectus, qui produci potest ab agente in hoc subiecto, non sit in subiecto; nā ad actionem requiritur negatio eatēsæ formæ producendæ in subiecto.

Ad secundam confirmationem facilè Respondent qui ponunt, hetereogeneitatem, vt patet; alij tamen difficilius: vnde ex his alij dicunt non differre, nisi quod extēsio est, cum qualitas ponitur in diuersis partibus subiecti: intensio verò cum in eadem parte, Ità Fonseca, vbique præcipuè in tertio ad argumenta contra secundam conclus. Et probari potest, tum quia id manifestè patet in intensione reflexa, ex qua sit intensio qualitatis ex ea qualitate, quæ produceretur secundùm extensionē, tum quia calor extensus est omnino eiusdem rationis cum calore efficiente intensionem. Alij id etiam negant, nam non quælibet multitudo in eadem parte materiæ facit intensionem, sed quæ est ex latitudine formæ, cuiusmodi multitudo entitatis non potest reperiri in substantia, nam forma substantialis requirit, vt secundùm totam entitatem indiuisibilem informet materiam: qualitates verò ex natura sua habent quandam latitudinem, vt in eadem parte materiæ produci possint secundùm illam diuisibilem entitatem; quare calor ille extensus etiam si sit eiusdem rationis cum entitate caloris producti in eadem parte materiæ, non tamen efficiet intensionem, quia non est ex illa entitate caloris, quæ conuenit essentiæ ratione latitudinis.

Respōderi potest, debere esse calorem, qui dicat ordinem ad hanc numero materiam, vt fiat intensio; vnde habere debet talem hæcceitatem, vt ex ea, & ex alia parte caloris possit fieri vnus numero calor, quia non quæcunque aggregatio caloris efficit intensionem caloris, sed quæ est per latitudinem quandam determinatam ex propria natura ipsius formæ, quæ compleri non potest per aggregationem partium quarumcunque, formæ, sed habentium determinatam rationem, vnde extensio, & intensio differunt, quod illa sit perfectio extrinseca formæ, hæc verò intrinseca, & lati udo diuersæ rationis à latitudine extensiua. *Intensio per quam aggregationē qualitatis fiat.*

Et per hæc patet ad confirmationem tertiam, substantiæ enim partes etsi collocentur in eadem parte materiæ, non efficiunt intensionem, tum quia huiusmodi multitudo formæ in eadem parte materiæ repugnat illi formæ, nam ipsius natura est secundùm indiuisibilem entitatem, vt informet materiā; tum quia illæ partes formæ non educuntur ex eadem parte materiæ, neque aptæ naturaliter educi; tum quia non est latitudo illa partium exigita ab essentia formæ in eadem parte subiecti. *Partes substantiæ in eadem parte materiæ cur non facerēt intensionem.*

6. Obijcitur, quia est aliqua forma, quæ non intenditur per additionem partis ad partem; ergo nulla intensio fit hoc modo. Consequentia patet, quia omnis intensio fit eodem modo. Antecedens probatur; primò in latione, quæ intenditur in velocitate, & tamen non potest fieri per additionem partis ad partem manente priori, cum nulla pars illius motus etiam velocissimi sit simul cum alia parte, vt neque vna pars spatij acquisita est simul cum alia. Secundò in lumine, in cuius intensione pars præcedens non manet cum sequēte; nam si in instanti, A, soli secundùm partem, B, obijciatur punctum, C, tunc cum moue- 38 *Est aliqua forma quæ non intenditur per additionem huiusmodi.*

mouetur sol, C, non obijcietur eiusdem partii solis, B; ergo non manet lumen productum ab illa parte, quia hæc conseruari nequit sine sua causa, & tamen videmus intendi lumen in puncto, C,

39 *Confirm. ex condensatione.* Confirmatur, nam si aliqua res alba cōdensetur, fiet magis alba; & tamen nihil de nouo producitur; Neque dicas non fieri præcisè per condensationem aliquid magis album; sed videri magis, quia magis mouet sensum, sicut qualibet qualitas in subiecto densiori fortiùs agit. Sed contra, nam si ex densitate fit actiuior, cur non etiam fit intensior?

Respondent, hanc maiorem velocitatē motus non esse propriè intensionem motus, nam per eam tantùm acquiruntur multæ partes spatij in tempore breuiori; vnde patet distinctio inter velocitatem motus, & intensionem; nam cum motus localis in fieri sit ex suo genere ad formam non permanentem, vt patet experientia, dicimus eius velocitatem esse ad partes non permanentes; sed alteratio ex suo genere cum sit ad terminum permanentem etiā vt est in fieri, dicimus eius terminum constitui ex partibus permanentibus, quod est intensio qualitatis; sed de hac re alibi, vbi explicabitur ratio formalis velocitatis.

Ad id de lumine resp. etiā si non maneat eadem proportio partis luminosi ad partē illuminatam, tamen sæpè fit intensior ob approximationem illius, & aliarum partiū luminosi, ex quibus conseruatur lumen productum, & augetur.

Ad confirmationem resp. rationem diuersitatis esse, quia cum aliquid fit intēsius, fit etiam in se perfectius, quod fieri nequit, nisi addatur aliquid de nouo; sed fortiùs agere est producere aliquid distinctum; quare eidem qualitati vario modo: dispositæ potest conuenire nunc fortiùs, nunc minùs agere; vnde idem calor fortiùs agit coniunctus cum siccitate, quàm cum humiditate, & similiter qualibet qualitas in subiecto densiori fortiùs agit, ꝓpter maiorem vnitatem virtutis. ita Olcot. q. 6. ad 6. Vnde inquit duo lumina magis illuminant tam si sint approximata inter se, quàm si distent.

7. Obijcitur, primò, quia remissio non fit per ablationem vnius partis, manet enim alia; ergo neque intensio. Consequentia probatur, quia oppositæ actiones oppositas conditiones habere debent in eo, in quo opponuntur. Antecedens probatur, primò quia non est maior ratio, cur magis vnus, quàm alter gradus corrumpatur. Secundò quia remissio est motus realis; ergo debet habere terminum positiuum, sed hic terminus non potest esse præcisè negatio termini partialis, quia hæc est non ens; ergo erit qualitas remissa de nouo producta. Resp. Ariminens. ad 7. negando antecedens; & ad primam probationem resp. determinari à Deo. Alij aiunt, corrūpi, qui priùs fuit introductus; alij qui posteriùs. Sed qui tenent gradus heterogeneos, dicunt corrumpi intensiorem, qui pendet ex alijs imperfectioribus.

Ad secundam prob. resp. esse motum deperditiuum, sicut & corruptio, cuius terminus est non esse formæ, vt alibi.

8. Quia sequeretur, in eodem subiecto esse infinitas formas, vt patet; nam in fine intensionis tot sunt formæ æqualis perfectionis, quot partes proportionales in tēpore; sed in tempore sunt infinitæ partes proportionales; ergo in subiecto formæ infinitæ æqualis perfectionis. Atque tot esse formas æqualis perfectionis, quot partes proportionales patet; nam subiectum quò magis disponitur, eò perfectiorem formam acquirit; sed subiectum in toto tempore recipit dispositiones æquales in perfectione secundum diuisionem temporis in partes proportionales, nam in prima medietate horæ subiectum est disposi ū, vt vnum, in secūda vt duo, in tertia vt quatuor, & sic in infinitum secundùm partes proportionales temporis, ergo forma erit infinitè intensa secundùm partes æquales. 40 *In eodem subiecto esse infinitæ formæ.*

Resp. Hoc argumentū, & si difficilè primo aspectu videtur, tamen puerile apparebit esse intuentibus rem ipsam, nam æquiuocat de æqualitate partium: duplex enim potest signari æqualitas partium, altera secundùm latitudinem intensionis, & hanc negamus esse in partibus, vt procedere possint in infinitum, quod est signare partes æquales in infinitum ex ea parte, quæ sunt infinitæ. Altera secundum essentiam, & indiuiduationem, & hanc dicimus esse posse in partibus qualitatis intensæ; sicut etiam in quantitate digitali secundum latitudinem possunt signari infinitæ partes æquales secundùm latitudinem, etiam si in infinitum diuidantur secundùm longitudinem. Neque habet argumentum maiorem vim in qualitate, quam in quantitate, & in omnibus habentibus latitudinem, & diuisibilitatem.

9. Obj.

41 *Plura indiuidua eiusdem speciei essent in eodem subiecto.* 9. Obijcitur, vt sciatur qua ratione plures gradus sint in eodem subiecto, nam primo sequeretur, plura indiuidua eiusdē speciei esse in eodem subiecto, nam prima pars caloris est indiuiduum caloris, & secunda pars est etiam indiuiduum omnino its perfectum, vt præcedens; ergo duo indiuidua eiusdem speciei in eodem subiecto, illi enim gradus non specie, sed numero differunt.

In eadem parte subiecti esset qualitas perfectissima, & imperfectissima. 2. Sequeretur, in eadem parte subiecti esse qualitatem perfectissimam, & imperfectissimam, nam cū totum sit perfectius suis partibus, & hæ partes etiam diuidi possint in infinitum, sequeretur, eandem qualitatem esse intensissimam, & remississimam. Confirmatur ex Bulnesio, nam forma intensior esset imperfectior remissiorem, nam esset magis composita; hoc autem in suis Dionysie. 5. de diuinis nom. *subiecta a formis distant, quod subiecta quanto magis composita ex pluribus formis, tanto plures perfectiones habet, sed forma quanto simplicior, eo perfectior.*

Non apparet quomodo gradus vnum fiat. 3. Quia non apparet, quomodo efficiantur hi gradus vnū; nam vel vnio est continuationis, vel contiguitatis, & hæ vniones sūt tantum inter res habentes distinctam quantitatem, illi autem gradus habent eandem quantitatem; vel est vnio, vt inter actum, & potentiam, & nō sic quia sunt eiusdem rationis, quare vnum non habet rationem potentiæ, & alterum actus; tum quia vna pars qualitatis non recipitur in alia, sed vtraque in subiecto; tum 3. quia vtraque est forma forma autem est actus, ex duobus autem actibus non potest fieri vnum vel tertiò est vnitas aggregationis, & tunc calor, vt octo, v. g. non esset vnum ens per se sed vnum per accidens, vt aceruus lapidum. Et confirmatur, quia primus gradus est per se vnus, & similiter sequens; ergo ex illis, cum vterque habeat suam vnitatē, non potest fieri nisi vnum per aggregationem. Confirmatur 2. quia calor præcedens non perficitur intrinsecè secundum suam entitatem, quia manet vt prius, ergo ibi non fit aliud, nisi multiplicatio caloris.

42 *Plura indiuidua in esse completo nequeunt esse in eodem.* Resp. hoc argumentum magis soluetur in sequentibus: vnde ad primum etiam si plura accidentia eiusdem speciei non possint esse in eodem subiecto, tamen id debet intelligi de indiuiduis in esse completo non tamen quando sunt indiuidua partialia eiusdem indiuidui totalis; nam illæ partes sunt aptæ perficere eandem partē subiecti; quare duo colores vt octo esse non poterunt in eadem parte, non tamen partes efficientes latitudinem huius caloris repugnat esse in eodem subiecto. Ad secundum hæc nomina Intensum, & Remissum, esse ad aliquid, sicut Magnum & paruum, quare vt in quantitate possunt partes paruæ præcisè sumptæ, & magnæ, ita in qualitate partes intensæ & remissæ hoc modo, vt pars dicatur remissa quatenus nō includit partem B; totum autē ex illis cōstans dicetur intensius suis partibus simpliciter; tamen non debet dici, qualitas esse remissa, nisi habeat actu negationem coniunctionis cum alia parte; quod bene explicat Canon. dub. 1. ad 2. & ideo ait dicens, terminos esse incompossibiles stare dupliciter, Primo, quia vnus non est illius, Secundò quod vterque terminus non potest perficere idem subiectum simul; inter gradus igitur est prima incompossibilitas, quia ille præcedens distinguitur à sequente, sed non est secunda, quia simul sunt in eodem; vnde formam remissam, vt quin non posse esse cum intensa, quatenus remissa dicit negationem coniunctionis cum alia parte. *Ad 2. resp.* *Terminos esse incompossibiles dupliciter fieri.*

43 *Forma intensa, & remissa est vna.* Ex quo soluitur alia quæstio, de qua Sonc. 8. met. q. 20 Can. d. 2. An forma intensa, & remissa sint vna forma, dicimus enim esse vnam formam. Quod probari potest, ex eo quod gradus præexistens nō corrumpitur adueniente sequenti, cum nō sint incompossibiles, vt benè Canon. d. 1. Et confirmatur, quia si qualitas remissa nō maneret, cum aqua reducit se ad pristinā frigiditatem, & corrumpendo calorem necessariò aqua in aliquo instanti deberet manere sine vllo accidente, nam frigiditas remissa corrumpitur, alia intensior non est in instanti; Sed facilè posset eludi: & confirmatur, quia corruptis omnibus accidentibus subiecti corrumpitur subiectū, nec fieri potest, vt omnia accidentia alicuius subiecti naturalis intendantur; ergo dum corrumpuntur, maneret subiectum sine vllo accidente.

Fiet gradus illi vna per vnionē homogeneitatis. Ad tertium dicitur, esse vnionē homogeneitatis, sicut duæ partes aquæ vniuntur, vnde ex pluribus fieri vnū, fit duppliciter, primò taquam ex partibus essentialibus, & hoc requirit, vt vnum sit actus, alterum potentia, vt Aristot. 7. met. Secundò vt ex partibus integrantibus, & hoc si in quantitate reperitur, dicentur partes quantæ, si in qualitate dicētur partes graduales, ità Fonf.

pars

part. 3. ad 4. cōtra primam concl. & multa dicit Canon. dub. 2. distinguens vnitatem identitatis, seu simplicitatis, vt essentia, & relationes sunt vnum in diuinis; & vnitatē compositionis, & cōtinuitatis, siue ex partibus heterogeneis, & homogeneis, & hæc vnitas est in casu nostro, quia gradus sunt eiusdem naturæ; quare non sunt in potentia ad inuicem, quia hæc est inter ea, quæ sunt vnum per compositionem essentialē, nam ibi vnum est in potentia subiectiua ad aliud, hæc autem non sunt in potentia subiectiua, sed coniunctiua. Vnde hæc vnio reducitur ad vnitatem continuationis, nam sicut tota latitudo qualitatis inducit rationem quandam quantitatis continuæ, ita & partes vniuntur hac vnitate; nam sicut duplex quantitas propriè, & impropriè, seu trascendentalis, ita duplex continuitas.

44 *Primus gradus quomodo compleatur.* Ad primam confirm. resp. Primus gradus licèt sit actus, tamen est incompletus in perfectione intrinseca in sua specie, completur tamen per aduentum aliorum graduum cum impletur latitudo debita qualitati, & ideo ex illis etiam si sint eiusdem rationis, fit vnum per se.

Ad secundam non perfici priorem gradum intrinsecè, quia manet, vt priùs, sed completur tota perfectio, quæ debetur illi essentiæ gradus, sicut homo dicitur perfici, cum ex paruo fit magnus addita quantitate priori quantitati.

Gradus quo modo subiecto inhæreant. Vnde dico primò, gradus inhærere subiecto non per simplicem vnam inhærentiam, quia constat ex partibus existentibus in subiecto.

Vnitas graduū in quo consistat. Dico 2. Hæc vnitas non consistit in inhæsione respectu eiusdem subiecti, quia multa sunt in eodem, quæ non faciunt vnum intensum, vt albedo, & dulcedo.

Dico 3. non vniri per inhærentiam vnius in alio, tum quia vnum non est subiectum alterius, cum hoc conueniat rebus distinctæ speciei; tum quia non efficerent vnum per se, vt patet in vnione accidentia cum subiecto.

Dico 4. esse propriam quandam vnionem partium, quæ efficiunt latitudinem intensiuam, sicut partes quantitatis efficiūt latitudinē extensiuā: vnde sicut vnio partiū extensionis ēt per Dei potentiā non potest conuenire rebus indiuisibilibus, vt duobus Angelis, ita neque hæc vnio intensionis conuenit alijs, quia vnio essentialiter respicit extrema proportionata vnibilia. Cōfirmatur, quia si partes quantitatis existentes in eadem parte subiecti possent per hanc vnionem vniri, possent etiam vniri duæ animæ, & duæ formæ substantiales; nec mirum, quod actio habet vnitatem peculiarem cum suo termino, quæ non conuenit alijs. Explicatur tamen hæc vnio per ordinem ad vnionem continuationis, vt supra ex Fonf.

Dico 5. probabile est, hos gradus non vniri mediatè singulis, quia non est necessarium tot vniones replicare, cum id vix intelligi possit; sed gradum immediatè productum per alium vniri illi, siue id fit ex natura graduum, vt dicunt qui ponunt heterogeneitatē, siue ex libera determinatione Dei, si sint homogenei, nā alioquin nō posset sequi actio naturalis positis cæteris requisitis. 45 *Gradus quo modo vniātur.*

Dico 6. Opinio, quæ docet singulos vniri singulis, non est improbabilis, & quod fiat per diuersas vniones vel vnicam iuxta varias opiniones, sed de hac re in sequenti dubitatione.

DVBITATIO V.

Qua ratione gradus vniantur inter se.

PRima opinio est dicentium vniri seipsis, quia cum sint partes eiusdem qualitatis, & essentiæ habent inter se proportionem, vt vniantur immediatè sine aliquo vinculo, sed hæc opinio ex dictis in physicis facilè reijcitur, quia tota entitas partium potest per potentiam Dei cōseruari cum diuisione ipsarum; ergo vnio non potest illis formaliter conuenire ex vi entitatis præcisa alia forma. 1 *Gradus qualitatis vniūtur se ipsis.*

Secūda opinio est dicētiū vniri p aliquā vnionem superadditam proprijs entitatibus: patet ex ratione contra primam opinionem. Sed in hac opinione sunt duæ difficultates prima, an in singulis partibus vnitis sit vna vnio, an duplex, & de hac idē aliquibus dicendum videtur, quod diximus de vnitate continui, scilicet fieri per vnum indiuisibile quantitatiuum distinctum realiter à partibus: quare similiter dicendum est, hos gradus vniri inter se per vnum indiuisibile qualitatiuum. Sed hoc habet difficultatem, quia illud vel est indiuisibile secundùm extensionem, & nō est ad rem, quia partes graduales non vniuntur secundùm extensionem, ex vi illius 2 *Vniuntur p vnionē superadditā.*

lius indiuisibilis quantitatiui, vel secundũ intensionem, cum non apparet quomodo vniat partes intensionis, nisi in illo sit intẽsio correspondens partibus diuisibilibus secundum intensionem, & præterea, esse poterit difficultas de intensione ipsius, per quid gradus intensionis punctualis vniantur, responderi potest esse indiuisibile intẽsiuè, sicut in extensione quantitatis infinita indiuisibilia continuantia partes, ita in latitudine intensiua sunt infinita indiuisibilia vnientes partes intensionis.

3 *Gradus vniuntur per additā vnionem eandemque cum vnione inhærentia.*

Tertia opinio est dicentium vniri per vnionem superadditam, eamq; esse illam, qua vniuntur subiecto, quia cum sit de ratione intensionis, vt omnes partes sint in eadem parte subiecti, vnio cum subiecto est illis partibus facientibus intensionem sufficiens, vt vniantur inter se, scilicet in tertio subiecto, sed hæc opinio, licèt à calumnioso ingenio defendi possit, ob inclinationem partium intensionis à respectu eiusdem subiecti, non tamen ab ingenuo cuius est veritatem quærere non gloriam ex nouitate; patet quia intensionem qualitas retinere potest extra subiectum, ergo vnio cum subiecto non potest esse ratio vniendi partes intensiuas, secundò quia vnio per se requiritur à partibus intensis, at vnio ratione subiecti solum est per accidens sicut alijs qualitatibus quæ sunt sunt diuersæ speciei, dulcedo enim, & albedo sunt in eadẽ parte subiecti, & tamen ex illis non fit vnio intẽsiua, sed qualitatũ, atque adeo vnio cum subiecto non potest esse ratio formalis vnionis exigitæ à partibus intensis, nam etiam si illa requiratur, non tamen est sufficiens.

4 *Vniuntur per vnionem distinctam ab vnione inhærentia.*

Quarta Opinio est dicentiũ vnionem, qua partes intensionis inter se vniuntur, esse quidam distinctã ab vnione inhærentiæ, sed non distingui ab indiuisibilibus qualitatiuis, quibus vniuntur partes intensiuę qualitatis, sicut vniuntur partes quantitatis indiuisibilibus quantitatiuis, sed inter hæc est discrimen, nam aliqui volunt omnes illas partes inter se vniri per vnum indiuisibile, nam cum omnes illę partes sint inter se penetratæ in eadem parte subiecti, dicunt illas vniri per vnicam vnionem communem omnibus partibus. Cõfirmant, quia ex hoc distinguitur vnio partium extensiuarum, ab vnione partium intensiuarum, quod cum illę partes sint in diuersis spatijs, & vna non penetrat aliam, non possunt vniri per vnicam vnionem, quia vnica vnio indiuisibiles non potest esse in diuersis spatijs: contra verò in partibus intensiuis, ne multiplicentur entia sine necessitate.

Confirmatur secundo, quia, vel singulæ partes cum singulis vniantur mediatè, ita vt duæ partes immediatè vniantur, & cum alijs mediatè, vt accidit in partibus extensiuis, & ita constat esse vnam vnionem in singulis, vel singulæ vniuntur cum singulis immediatè, & tunc vel per plures vniones correspondentibus singulis vnitis, vel per vnam, qua omnes vniantur, non potest dici primum, quia sic in singulis, non solùm esse infinitę vniones, sed infinities infinitæ, nam cum partes proportionales sint infinitæ, & singulæ partes proportionales sint etiam infinitę, sequitur in singulis partibus vnitis cum singulis non solum esse infinitas vniones, sed infinities infinitas.

5 *Vniuntur per plures vniones.*

Alij verò dicunt vniri per plures vniones, seu indiuisibilia sicut sunt partes constituentes in latitudine intensiua, ita vt inter vnum indiuisibile, & aliud mediet pars diuisibilis; vnde negant singulas partes vniri enim singulis immediatè, sed singulis vniri immediatè, cum sequenti sicut immediatè producuntur ab agente vna post aliam, & cum eodem ordine, & hæc opinio mihi placet. Prob. nam ostensum est partes nõ vniri seipsis, sed media vnione superaddita, sed hæc vnio nõ est immediata in singulis cum omnibus, quia non potest esse per vnam vnionem adæquatè respicientem singulas partes immediatè vt infra; ergo per plures, minor prob. tum quia illa vnio easdem partes respiceret vt subiecta, & vt terminos, quia si debet existere in singulis, singulæ erunt subiectum, & si debet vnire singulas singulis, deberet ad singulas terminari, at idẽ nõ potest esse respectu eiusdem relationis subiectum, & terminus, quod si dicant hoc indiuisibile subiectiuè esse in substantia, sed terminatiuè afficere partes intẽsionis, tunc contra, quia cũ indiuisibile vniens sit ratio actualis non potest variationem accipere post eius positionem vt inductione patet; ergo cum primum producuntur primæ partes producitur simul hoc indiuisibili; ergo nõ potest vnire illas, quæ deinde producuntur siue illa productio sit continua, siue discõtinua, qua positæ nouæ parti deberet tribui effectus vnionis, s. esse vnitũ quacũq; specie vnionis tribuatur ille effectus siue per informationẽ, siue adhæsionẽ, siue alia rõne.

Fff Con-

Confirm. quia præsentia localis illarum partium gradualium non est vna, sed plures iuxta rationem partium inter se realiter distinctarum; ergo multò minùs partes vniri possunt per vnam, sed per plures vniones, quia magis est intrinseca partibus hæc vnio, quam præsentia localis; ergo magis multiplicatur pro ratione partium inter se realiter distinctarum, quam præsentia localis.

Confir. 2. quia ad vnitatem sufficit vnio mediata cum reliquis partibus cum continuatione, quam poni magis conuenit ex vi productionis vt dicetur in secunda parte.

Confirmat. 3. quia non satis concipitur quomodo vna vnio mediet inter partes realiter distinctas nisi dicatur vniri gradua per illam tanquam per fasciam, vnde resultaret vnio per accidens, neque multiplicarentur entia sine necessitate, cum sit necessariæ plures ad vniendas plures partes realiter distinctas.

Secunda pars prob. Nam tota intensio existit ex vi productionis, hæc autem tendit ad partes successiuè; ergo vnitur vna cũ altera vt vna succedit alteri, quoad cesset productio, & deinde augeatur intensio ex vi alterius agentis, sicut agens inuenit latitudinem gradualem in subiecto sub tali termino ita incipit ex illo perficere intensionem, hæc autem perfectio consistit in vnione sequentis gradus cum præcedentibus, & non cum singulis vt dictum est; ergo cum aliquo.

Hic autem est gradus vltimo additus ex vi actionis agentis ad quam actio alterius agentis.

Difficultas esse potest de intensione qualitatis productæ simul, quia ibi vnus gradus non succedit alteri, sed omnes simul producuntur, sed non est de illis aliter phylosophãdum, quia etiam intensio illarum qualitatum sæpè fit successiua, vt patet ex intensione luminis, à luminoso applicato successiuè: Alia possent circa hanc materiam afferri, sed hæc satis sint vt detur ingeniosis occasio inquirendi.

DVBITATIO VI.

Qua ratione gradus sequens distinguatur a præcedente.

1 *Forma intensa, & remissa, ne à Deo quidẽ distingui possunt per Heru.*

HEru. quodlibeto 3 q. 13. Respondet formam intensam, & remissam fieri ita vnam, vt sint indistinguibiles etiam à Deo, sicut materia, qua homo nutritur, ita cedit in vnitatem totius vt non distinguatur ab illo. Primò quia alioqui non potest explicari intensio, nam primus gradus adueniente secundò non fieret intensior si corrumperetur, neque secundus, neque tertius, quia sic de alijs, quia nullus in se fit maior, sicut mobile maius non fit in se maius ex eo, quod expellit mobile minus de aliquo loco, quare dicendum est tertiũ, esse intensiorem quia addit aliquid secundo quod cadit in identitatem numeralem cum ipso, quare intensum, & remissum differunt, vt habens ipsum, & plus, non tamen secundùm partes signabiles, ita vt vna possit signanter distingui ab alia, confirmat duobus exemplis, Primum est ex conuersione nutrimenti in nutritum, vbi materia nutrimenti non potest distingui à præcedenti. Secundum exemplum est, cum quãtitas fit maior per rarefactionem, non enim potest distingui quantitas addita à præcedenti, sequitur illum Niger. in prædicamentis, q. 56. & mihi videtur esse omnium Thomistarum, dum dicunt non fieri per additionem gradus ad gradum, sed quod eadem forma fit perfectior, neque formam intensam dicunt realiter distingui à remissa; coguntur ad has angustias, nam nolunt intelligère quomodo fiat additio per productionem nouæ partis.

2 *Cõtrarium verũ est per alios.*

Contrarium docent Gab. q. 6. Can. art. 1. & in solutione ad quintum, & artic. 3. Ochan. q. 6. & q. 7. art. 2. Ariminen. q. 4. Dur. q. 7. circa 3. Georg. 3. phys. q. 2. d. 3. Sax. 5. phys. q. 10. & 11. qui dicunt gradum sequentem distingui realiter à præcedẽti, & hæc mihi placet, Primò quia gradus de nouo adueniens est separabilis ab alio per diuinam potentiam, imò posset Deus illum corrumpere, altero remanente, & contra, nam terminant mutationes realiter distinctas realiter inter se, & à subiecto, Neque exempla aliquid faciunt cõtra nos, nam materia nutrimenti, quæ additur potest non solùm à Deo, sed etiam ab Angelo cognosci, vt distincta à materia nutriti præcedente, & idem in rarefactione dicitur de quantitate, quæ de nouo producitur, quod si non producitur quantitas, de nouo, non potest signari, cum nulla sit de nouo addita, quare tota qualitas fiet in se maior, quia continet formaliter vtrumque gradum, tanquam partes vnius integri indiuidui.

2. Probatur, quia per mutationem, vel

aduenit

aduenit pars formæ distincta à præcedente, vel eadem numero: nô secundum, tum quia non esset mutatio secundùm formã, tum quia id, quod iam existit, de nouo produceretur, ergo primum; Dices produci nouum gradum formæ, seu eandem formam sub nouo esse, scilicet perfecto; sed contra, nam hoc nouum esse, vel est aliquid, vel nihil non secundum, vt patet, ergo aliquid, si hoc vel distinctum à præcedente, & habetur intentum; vel non, & neque dici potest quia, quod erat prius, produceretur. Confirmatur quia frigidum remittens calidum, vel imprimit aliquid, vel nihil, si sic, sed non imprimit, nisi frigus, ergo &c. alias rationes affert Arim. & Duraud. videte ipsos.

Essent tot formæ quot sicut differẽtiæ secundũ magis, & minùs.

3 Sed contra Primò si forma intensa, & remissa differrent per entitatem realem, tunc tot essent formæ in intensione quot sunt differentiæ secundùm magis, & minùs, nam magis, & minùs se habent vt intensum, & remissum, sed sunt infinitæ differentiæ secundùm magis, & minùs, ergo. Minor patet, nam tot sunt huiusmodi differentiæ, quot possunt accipi in tempore alterationis, sed non possunt dari duo instantia, in quibus subiectum tempore alterationis habeat formam æqualiter intensam, cum igitur in quolibet tempore infinita instantia sumi possint, infinitæ item differentiæ erunt secundùm magis, & minùs, vnde infinitæ formæ eiusdem rationis erunt in eodem subiecto.

Partes vel infinitæ vnum faciunt formam.

Respondet Can. art. 3. etiam si sint infinitæ partes, tamen efficiunt vnam formam per continuationem, quæ forma finita est, quia est infinitas partium syncategorematicè, & proportionalium sicut in continuo licet sit finitum, tamen sunt infinitæ partes proportionales actu distinctæ, sed in potentia ad diuisionem, & separationem, & hinc oritur, vt subiectum habens omnes illas partes, non debeat dici habere infinitas formas, idest infinitas entitates, quia nô sunt actu diuisæ partes, dum enim partes sunt vnitæ, dicitur vna entitas, seu forma, vt autem dicantur simpliciter plura oportet, & partes sint diuisæ, vnde soluitur alia obiectio, quod cum hi gradus sunt separati, numero distinguuntur, dum verò coniuncti, minus distinguuntur, ac quãdo sunt separati, & cum non sit distinctio minor numerali, sequitur hos gradus coniunctos nulla ratione distingui, soluitur inquam, nam in distinctione numerali sunt plures gradus, & vna potest esse maior altera; quare gradus in forma habent quadruplicem vnitatem. Prima est vnitas indiuisionis, quia licet sint distincti, non tamen sunt diuisi. Secunda est compositionis, nam forma componitur ex gradibus, vt continuum ex partibus. Tertia continuationis, non quidem quantitatiuæ, sed intensiuæ. Quarta homogeneitatis, inquit Can. quia hi gradus sunt eiusdem naturæ, atque eodem modo philosophandum putat Can. art. vlt. ad 4. in intensione, ac in continuo extensiuo, nam sicut in continuo sunt partes eiusdem proportionis infinitæ, secundùm quas vnum non est maius altero, & partes eiusdem quantitatis, secundùm quas vnum est maius altero, ita eædem partes in intensione reperiuntur, & hanc infinitatem admittere non est absurdum, quia est secundum quid, ex quo patet qualitatem esse diuisibilem in infinitum secundum hos gradus, & gradus ipsi licet sint indiuisibiles secundum perfectionem essentialẽ, sunt tamen diuisibiles secundùm extensionem suæ entitatis.

4 Obijcitur 2. operationes animæ intenduntur, & tamen sunt omninò indiuisibiles, ergo idem dici potest in omnibus. Resp. Operationes animæ sunt indiuisibiles extensiuè .s. ratione subiecti; intensiuè autem diuidi possunt, vt aliæ, & licet fortassè in intellectione vnus gradus non possit separari ab alio, tamen id non oritur, quod sint indistinguibiles, sed quia huiusmodi operationes non possunt esse, nisi ab anima, quare extra animam non poterunt existere, quod si hæc ratio non obstat, non est cur vnus gradus non possit separari ab alio.

Operationes animæ quomodo sunt diuisibiles.

Obijcitur 3. quia si totum est magis compositum, quàm pars præcedens, quare imperfectius, nam quò forma est simplicior, eò perfectior. Confirmatur primò, quia hoc quod additur, vel est essẽtia formę vel aliquid extra essentiã. Non, primũ, tũ quia forma intẽsa essẽtialiter differret à remissa cũ habeat aliquã partem essentiæ, quæ non est in remissa, quod esse falsum patet, quia inter indiuidua eiusdem speciei non est ordo essentialis perfectionis, vndè Arist. 3. met. dixit inter indiuidua eiusdem speciei non esse priùs & posteriùs. Tum secundò quia cõtingenter conuenit rei, non est essẽtiale, sed intendi, & remitti contingenter conuenit formæ, ergo gradus, secundum quos fit intensio, & remissio, non sunt essẽ-

 tiales,

tiales, tum tertiò quia albedo remissa non, esset intra speciem albedinis, quia non haberet perfectè essentiam albedinis, quia deesset aliquid essentiale.

Non secundū quia cū Deus possit separare quodlibet accidentale à suo subiecto, seu ab eo, cui est accidentale, posset etiam facere qualitatem sine vlla intensione, tū quia quælibet qualitas habens intensionẽ esset aggregatum per accidens.

3 Resp. omnes negando simpliciter eò esse perfectiorem, quò simplicior est, vt patet in omnibus compositis, sed debet intelligi cæteris paribus. Ad cōfirmationẽ Respondet Georg. Gab. & alij inter indiuidua eiusdem essentiæ posse esse ordinẽ perfectionis essentialis, quando essentia habet latitudinẽ, neque Aristot. id negat, nisi in formis, quæ non habent latitudinẽ, nam indefinitè loquitur Och. q. 6. ad 2. explicat, quod vniuersaliter inter indiuidua diuersæ speciei semper est ordo perfectionis, & imperfectionis, quia non possunt esse duæ species eiusdem perfectionis, sed inter indiuidua eiusdem speciei non sẽper est hic ordo, quia aliqua sunt æquè perfecta, & vnum non est perfectius altero, sed hoc melius explicabitur q. seq.

Non omne quò est simplicius eò est perfectius alio.

DVBITATIO VII.

An partes ex quibus fit intensio sint finitæ an infinitæ.

ARTICVLVS I.

Quid alij sentiant de infinitate harum partium.

1 PRima opinio est negantium partes esse infinitas: primò quia si essent infinitæ deberent concedi cuilibet qualitati intensæ tanta entitas, quanta esset in quantitate infinita secundùm omnem dimensionem, cum quælibet pars intensa sit diuisibilis in alias in infinitum, & omnes sint æqualis intensionis secundùm totam dimensionem quantitatis, in qualibet qualitate etiam remissa erunt infinitæ partes æquales infinitis partibus quantitatis continuæ si darentur, & hæ efficerent certo infinitum vndequaque, pro quo argumento vide dicta in argumēto 6. & 9. pro opinione D. Thom. quæ supra retulimus, nam aliqui Thomistæ vt hoc argumentū effugerent radicationem in subiecto moliti sunt.

Non sunt infinitæ.

Confirm. quia ex partibus infinitis sequitur quamlibet qualitatem intensam habere infinitam intensionem, nam si illæ partes ponerentur indiuisibiles, illa qualitas ex illis composita esset infinitæ intensionis, quia haberet infinitas partes æquales augentes intensionem; ergo multò magis erit infinitæ intensionis nunc, cum partes infinitæ, ex quibus componitur non sint indiuisibiles, sed diuisibiles etiam si sint indeterminatæ, quia nulla earum est minor indiuisibili.

Confirm. 2. nam exteritas partium caloris non intelligitur, nisi per correspondentiam ad diuersas partes quantitatis, ergo non est diuersitas partium caloris in ordine ad eandem partem subiecti, quasi penetrando semuicem, per vnionem, quam exigit intensio, conseq. prob. tum quia correspondere diuersis partibus quantitatis, & respicere eandem partem, sibi mutuo opponuntur.

Tum quia pars quantitatis affecta calore erit determinata secundùm aliquam proportionem calida, ergo si eidem partim addantur infinitæ aliæ partes caloris denominantis illam partem calidam, euadet calor infinitè intensus, denominans partem subiecti infinitè calidam, ergo si in quauis parte quantitatis ponantur infinitæ partes facientes intẽsionem, quælibet pars erit infinitè intensa, sed hoc patet esse falsum, ergo falsum est partes intensionis esse infinitas.

Confir. 3. quia si partes essent infinitæ, non daretur primus gradus intensionis contra communem sensum philosophorum ponentium gradus intensionis esse octo; conseq. patet, quia in infinito non datur primum, nec vltimum. 2

Confirm. 4. quia ex infinitate harum partium sequitur primo vnam qualitatem non esse alia intensiorem, quia infinito nō potest dari aliquid maius.

2. Sequeretur qualitatẽ intensā nō posse diuidi in duas partes inæquales secūdū intensionem, quia vndecunque fiat diuisio semper fit in partes, quarum quælibet est infinita præsertim cum mediū rei cognoscatur per ordine ad extrema, ergo vbi est carentia extremorum erit etiam carentiam medij.

Dices quomodo potest hæc opinio cū aliqua probabilitate defendi.

Resp. debere supponi hæc principia, primò vt nec partes, nec earum vniones distin-

Partes, & vniones earum non di

stinguũtur à p.r.secundum hanc sententiam.

stinguantur à parte rei.

2. Negando omnes gradus immediatè vniri subiecto, sed primum immediatè, reliquos verò vniri cum ordine quodam, quod facilè defendi potest posita heterogeneitate gradum, sed non ita facilè posita homogeneitate eorum, nam cum gradus sint eiusdem rationis per accidens est quod hic vel ille prius sit in subiecto, nam vnus vt educatur non necessariò supponit alterum in subiecto nec educitur ex altero tanquam ex subiecto proximo vt aliqui dicunt educi aliqua accidentia ex quantitate vt patet ex denominatione, quæ tribuitur immediatè subiecto, & non primo gradui, & per illum subiecto neque vnus gradus exigit ex se præsuppositionem alterius, quia hæc exigentia non potest conuenire illis, nisi habeant aliquam diuersam rationem.

Sed ad hæc omnia dicere possent eandem esse rationem partium intensionis, ac extensionis, vnde sicut vlna constans ex octo palmis siue vnus prius accipiatur, siue alter est vnum per se, ita illa latitudo graduum siue vnus priùs adueniat subiecto, siue alter semper tamen vt fiat intensio debent poni octo gradus cũ hoc ordine in subiecto, sicut in vlna octo palmorum semper vnus palmus supponit alterũ.

3 Gradus vnᵉ cũ omnibus alijs ꝑ vnicam vnionẽ vnitur.

3 3. Dicunt vnam partem gradus lem vniri omnibus alijs per vnicam vnionem vt v.g. primus palmus vnitur 2.3. & cæteris per vnam vnionem alioqui deberent poni tot vniones, in singulis, quot sunt partes, quod est inintelligibile, si spectetur infinitas, vel indeterminatio partium diuisibilium.

Sed hoc dictum non probatur alijs, tum quia non satis intelligitur vna vnio indiuisibilis cum tot extremis.

Tum quia eadem ratione dici posset omnes gradus vniri per vnam vnionem inter se, atque adeo dum producitur noua pars caloris non produceretur noua vnio illius cum præcedentibus, sed per antiquam vniri, quod non satis intelligitur, & repugnare videtur conceptui vnionis, qui est modus duorum in quo non potest intelligi variatio vt extendatur ad aliud extremum de nouo adueniens.

Confirm. quia pendet actu ab extremis, ergo variato vno extremo necessariò debet ipsa variari; quod magis apparet dum dicitur quod vnit vni extremo, & non cæteris, quæ sunt illis præsentia.

ARTICVLVS II.

Opinio dicentium esse infinitas partes.

4 Partes intẽsiuæ latitudinis ita se habent, ac extensiuæ.

SEcunda Opinio est dicentiũ eãdẽ esse rationẽ partiũ latitudinis intensiuę, ac quantitatis, quare in partibus quantitatis non datur minimum, sed posita determinata quantitate quoad magnitudinem proceditur ad diuisionem partium minorum, & minorum in infinitum ita in partibus latitudinis intensiuæ, ita communis opinio vt patet ex dictis de quantitatis partibus, quas diximus esse infinitas syncategorematicè. 4

Primò ex 6 phys. 57.58. vbi alterationẽ ait esse continuam, vt est motus localis, & t.55.56. mutationem ex albo in nigrum negat esse instantaneam, sed continuam, & successiuam.

Confirmatur, tum quia experientia cõstat acquisitionẽ qualitatis fieri successiuè, continuè, & non per minima vt supra probatum est.

Tum experientia agentium, quæ fortius agunt in proximum subiectum, quam in distans.

Confirm. 2. nam partes illæ vel sunt diuisibiles, & datur processus in infinitum vt dicitur de quantitate, vel sunt indiuisibiles, & sequitur acquiri per instantaneas mutationes contra Arist. & patet ex dictis de alteratione, tum sequeretur non fieri intẽsum sicut ex indiuisibilibus non fit extẽsio. Neque dicas esse diuersam rationem, quia indiuisibilia cum se penetrent in eodem spatio non faciunt maius extensiuè, quia deberet occupare diuersum spatium, sed cum partes intensiuæ se penetrent in eadem parte spatij possunt efficere maius intensiuè, quia efficerent maiorem entitatem non inquam id dicas, quia licet facilius posset defendi ex vi huius rationis intensionem fieri per indiuisibilia, tamen non omnino satisfacit, quia ex illis non posset fieri vna latitudo continua, sed discreta vt fit ex partibus contiguis vt alibi ostendi.

Confir. 3. quia sequeretur qualitatem intensam specie distingui à qualitate vt vnum, nam composita, quæ habent diuersam rationem vnionis inter partes sunt diuersæ rationis inter se vt patet ex ipsis terminis, vnde dicunt aliqui partes componentes hominem, differre specie incompleta solùm ex eo quod habent diuersam ratio-

rationem vnionis inter animam rationalē, & materiam earum.

Sed si essent finitæ secundùm intensionem, & solùm ex ratione subiecti diuisibiles in infinitum, qualitas vt duo haberet diuersum modum vnionis, ac qualitas vt vnum quia hæc solùm constaret partibus extensionis inter se vnitis per puncta, lineas, & superficies quibus continuantur res extensæ, at qualitas, & duo licet non haberet diuersum genus partium, tamen haberet partes vnitas per diuersum genus vnionis, quia vniretur vni gradui in eadem parte subiecti, atque adeo vnione simili penetrationi, & non ea solùm, quæ conuenit extensioni.

5 *Ex non intensis fieri nequit intēsum.* Hinc deducunt sicut est impossibile ex non extensis fieri extensum, ita ex partibus qualitatis non intensis fieri intensum, quia intensa qualitas essentialiter exigit tales partes, quarum singulæ sint diuisibiles, atque adeo intensæ, quare neque per Dei potentiam fieri potest qualitas intensa sine tali ratione partium, primo quia sicut Deus non potest vnire res spirituales vnione propria corporalium, ita in accidētibus, & formis carentibus huiusmodi partibus non potest esse ea vnio, quæ est propria partium latitudinis intensiuè.

2. Quia sicut Deus non potest dare vnionem continuationis enti carenti partibus aptis extendi, ita nec vnionem propriam partium intensionis enti carente partibus intensionis.

3. Quia si Deus partibus quantitatis positis in puncto posset tribuere vnionem propriam intensionis, posset etiam formas substantiales factas inter se inuicem præsentes dare vnionem intensionis, quia nō est maior ratio vnius, quam alterius.

4 Quia vnio essentialiter supponit extrema sibi proportionata. Neque durum videri debet hoc negare diuinæ potentiæ, cum inde oriatur destructio essentię, quod si alicui placet id diuinæ potentiæ concedere, nolo contendere, modo neget quantitatem fieri intensiorem, alioqui idem concedere deberet de formis substantialibus, quod ipsi negant.

6 *Latitudo intensionis nō potest in omnem sui partem diuidi.* Hinc 2. deducunt latitudinem intensionis non posse esse diuisam in omnem sui partem, sicut neque quantitas in omnem partem extensionis.

3. Inferunt quod licet hæc latitudo diuidi possit in infinitum in partes minores, non tamen in partes maiores vna parte determinatæ perfectionis:

4. Vnionem intensionis, qua partes qualitatis inter se vniuntur, habere per accidens trinam dimensionem, scilicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem, sicut illam habent partes, quas vnit, vnde fit eam habere sua continuatiua ex vi extensionis, quam habet in subiecto.

Dices an vniones vnius partis continuētur cum alijs partibus, & inter se.

Resp. negatiuè, quia inde sequeretur, vel dari processum in infinitum, si per alias vniones vniri deberent, vel deberent seipsis vniri, at hoc repugnat earum separabilitati cum pateat aliquam earum manere sine alijs. *Vniones vnius partis non continuantur cum alijs partibus.*

Sed hæc ratio non vrget secundùm eos, qui ponunt partes seipsis vniri, & posse separatim existere; At aduersarij vrgent, ideo partes seipsis, sed media vnione superaddita vniuntur, ego probo vniones non posse inter se vniri, quia non sunt immediatè, quia inter vnā, & aliam mediat aliqua latitudo qualitatis; vel dum extenditur aliqua pars extensa, vt facilè concipi potest ex punctis vnientibus partes quantitatis. Confirm. quia hæc vnio inter illas neque est necessaria ad latitudinem intensionis, neque ad vnitatem per se qualitatis, quia satis est ad vtrumque vt partes qualitates inter se vniantur, licet vniones earum non sint immediatè vnitæ.

5. Patet hanc vnionem partium intensionis distingui ex natura rei à partibus, primò quia remissus gradus conseruatur sine tali vnione, & intensus illi additus potest etiam sine vnione cum alio conseruari saltem de potentia absoluta, neque dicant seipsis vniri, tum quia separatio prædicta ostendit oppositum, tum quia eadē ratione dici posset partes extēsionis seipsis vniri, & accidentia seipsis vniri cum subiecto.

Confir. quia si Deus calorem existentē in igne poneret in ligno calido remissè, tunc calor ligni fieret intensior, sed ibi aliquid fit, & non producitur noua pars caloris, ergo vnio illarum.

Dices 2. An hæ vniones sint intēsibiles.

Resp. negatiuè, quia hæ non componūtur ex alijs vnionibus sibi inuicem præsentibus, vt sunt partes qualitatis, non enim vnio est immediata vnioni, sed parti habenti vnionem suarum partium, & sic cōsequenter vsque ad summum gradum. *Vniones partium nō sunt intensibiles.*

AR-

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

7 *Latitudo intensiua constat ex partibus distinctis finitis, in infinitum.*

PRima Conclusio latitudo intensiua constat ex partibus distinctis finitis in infinitum, patet ex dictis de partibus quantitatis, nam eadem ferè ratio est de intensiua, & extensiua latitudine, neque sunt aliæ difficultates soluendæ, præter eas, quæ solutæ sunt de latitudine extensiua in phys. tract. 15. q. 7. vbi soluuntur omnes difficultates, nec aliquid solidi additur à recentioribus, qui postea de compositione continui scripserunt, nam quod vna ex partibus diuisis eijciatur extra cœlum, vel maneat intra nō mutat nec numerum, nec speciem partis, quia semper in infinitum sumitur pars proportionalis, quæ vt per diuisionem determinatur quoad entitatem, ita in continuo, in varijs partibus diuisibili, non est determinata, sed ex ea parte, secundum quam fit diuisio, & præterea cum diuisio non possit expleri, ita neque determinatio quoad minoritatem extrema dari potest, & hic non potest dari minima, & hinc fit vt nequeat dari æqualitas in omnibus & hinc sequitur nō componi ex partibus omnibus æqualibus, & ideo non fieri intensionem nisi itam, quia hæc resultat ex partib. inter se æqualibus, vt loc. cit. fusius ostendi. Ex hac doctrina soluitur illud quod sumitur ex infinitis diuisionib. omnium partium proportionalium, quia illæ omnes sicut diuiduntur in duas medietates, ita omnes erunt æquales inter se. Nam licet diuisio procedere possit in infinitum, nūq tamē esse poterunt infinitæ in actu atque adeo non omnes erunt æquales, quia in omnibus sunt diuersæ combinationum partium iuxta varias diuisiones partium proportionalium minorum, & minorum, quia partes sequentis diuisionis non sunt æquales partibus prioris diuisionis: posset contra hanc objici ea quæ objiciuntur cōtra partes cōtinui, in quo essent actu infinitæ cum sint actu distinctæ sine vlla po ētia ad distinctionē, sed hoc ibi solutū est. s. esse infinitas syncategorematicè, qa semper includunt potētiā ad determinationem quoad minoritatem, quæ determinatio non est ibi actu sicut quoad augmentum sunt infinita syncategorematicè, quia includunt potētialitatē, sed hoc ibi fusè est explicatum, vide ibi, vt cætera, quæ objeciuntur pro compositione continui ex indiuisibilibus contra Arist. de quibus aliqua notabimus in fine huius quæstionis.

Secunda conclusio. Partes intensiuæ vniuntur per vnionem eis propriam ita Suar. disp. 46. met. sect. 4. num. 8. contra Vasq. 12. disp. 82. n. 27. Primò quia vnio debet esse proportionata partibus, vnde partes illæ constituentibus latitudinem intensiuam sunt diuersæ rationis à partibus constituentibus extensionem, sicut latitudines ipsa sunt diuersæ rationis vt patet, quia conueniunt diuersis essentijs rerum, nam extensiua latitudo conuenit omnibus corporeis, at intensiua certo generi qualitatis siue corporeæ, siue spiritualis, vt infra; & hanc confirmant multa adducta in secunda opinione. Confir. 3. quia inter partes latitudinis intensiuæ non potest concipi alia vel vnio inhærentiæ aliarum in eadem parte subiecti. Vel alia propria intensionis, sed partes per vnionem inhærentiæ non vniuntur ad faciendam intensionem, tum quia per inhærentiam non fit vnum per se ex forma, & subiecto vt patet, at per hanc fit vna per se qualitas, tum quia potest esse intensio extra subiectum, & tunc partes actu vniuntur, & non actu inhærent; ergo debet poni aliud genus vnionis. 8 *Partes intēsiuæ vniuntur p vnionem eis propriam.*

Respondent partes intensionis habere vnam inhærentiam. Sed contra, tum quia partibus qualitatis inhærentibus adueniūt aliæ partes de nouo eductæ, ergo habent nouam inhærētiam; tum quia posset Deus producere partes in eodem subiecto, & non vnire illas præcedentibus ad intensionem faciendam, ergo vnio intensionis non fit formaliter per vnionem inhærentia.

Tertia conclusio partes constituentes latitudinem extensiuam qualitatis etiam intensibilis, vniuntur non per puncta, & vniones, quibus vniuntur partes quantitatis, sed proprijs vnionibus earundem. 9 *Partes extēsiuæ qualitatis quomodo vniātur.*

Primò patet ex dictis in secunda opinione. Confirm. quia alioqui nulla qualitas corporea haberet vnitatem per se, quia includeret aliquid diuersi generis in sua entitate vnde vniones quibus vniuntur partes entitatiuæ substantiæ pertinēt ad genus substantiæ, vt vniones partium qualitatum ad qualitatis genus.

Confirm. 2. quia vnio essentialiter respicit duo extrema non solum secundum conceptum, sed etiam secundum existentiam, vnde destructo vno eorum extremorum

rum necessariò ipsa corrumpitur, sed vnio partium quantitatis, non destruitur destructa qualitate, & eis partibus, ergo vnio illa non vnit has partes.

Dices vnionem destrui destructo vno extremorum, quæ respicit per se primo, non autem quæ respicit per accidens, & secundariò, at vniones quantitatiuæ per se primo respiciũt partes quantitatia, & per accidens, ac secundariò partea entitatiuas aliorum corporeorum, quæ per accidens extenduntur, & continuantur.

Sed contra, quia vnio ex conceptu suo est addicta extremis, quæ vnit; ergo non potest vnire alia extrema nisi, quæ per se primo respicit. Nam non potest esse essentialiter addicta extremis alijs per accidẽs, quia quod alteri per accidens conuenit, potest non esse, altero existente, nam non habet necessariam connexionem.

2. Probat quia maior est vnio materiæ cum forma, quam accidentium cum quantitate, sed per vnionem, qua vniuntur partes entitatiuæ materiæ, non vniuntur partes entitatiuæ formæ vel contra; ergo neque per puncta, quibus vniuntur partes quantitatis vniri possunt partes entitatiuæ accidentium.

10 Responderi potest; esse diuersam rationem, quia extensio accidentium est effectus formalis quantitatis, at partes vnitæ materiæ non sunt effectus formalis formę, vel contra.

Sed contra tum quia ex opinione, quã docuimus in physicis, extensio etiam in ordine ad spatium conuenit ex vi propriæ entitatis omnibus corporeis, licet nõ non habeant ex vi illius extensionis impenetrabilitatẽ, ex vi cui[9] excluditur ab eodẽ spatio aliud corpus quantum, quia id oritur ex extensione quantitatiua.

Tum quia etiam si esset effectus formalis quantitatis, cum illa extensio sit identificata cum re extensa vt modus illius, distinguetur realiter à quãtitate, atque adeo vniones modificantes partes quantitatis, non posũt modificare partes illius extensionis, sed ad summum causare illas, vt causant partes extensionis.

Confir. quia sicut partes extensionis nõ sunt partes quantitatis, sed effectus formalis quantitatis, ita neque vniones illarum partium erunt vniones partium quãtitatis.

Dices qualis sit vnio partium ad faciendam intensionem.

Respondeo esse vnionem indiuisibilẽ, siue vna, siue plures iuxta diuersas opiniones de vnione constituente compositum, eamque non esse inhærentiæ, quam partes habent respectu eiusdem subiecti vt probatum est supra neque inhærentiæ vnius partis ad aliam, quia ratio subiecti, & formæ ponit vel exigit diuersitatem naturarum: nec illa vnio est apta ad faciendam vnitatem per se vt patet inductione in omnibus accidentibus respectu subiecti: ergo debat poni vnio quædam proportionalis punctis vnientibus partes quantitatis, quæ potest dici quodamodo adhæsionis. *Vnio intensione est indiuisibilis.*

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

11 *Aliorum resp.* RESPONDENT aliqui, non constitui infinitam qualitatem, quia non habet hoc partes inter se distinctas, sed est simplex entitas.

Sed contra tum quia falsum est non distingui, tum quia posita identitate sequitur quidem numerum partium non esse infinitum, at non sequitur non esse simplicem entitatem infinitatam, cum ea sit inexaustibilis per acceptionẽ partiũ infinitatarum æqualium, non enim simplicitas repugnat cum infinitate vt patet ex eo, & creatura secundum aliquos.

Respondent 2. alij concedentes infinitatem cathegorematicè cum sit in infinitũ diuisibile secundum partes æquales, vel quia omnes sunt actu.

Sed hi magis falluntur vt patet ex dictis de impossibilitate infiniti.

Auct. resp. Ego concedendo infinitatem syncathegorematicè vt dictum est de partibus quãtitatis proportionalibus, vnde negatur partes esse æquales secundum eam rationem secundum quam est diuisio, & acceptio procedit in infinitum, sed vt sic esse proportionales, & æquales secũdum aliã rationẽ .s. intẽsionẽ, vt patet à simili, nã si daretur quantitas palmaris secundum longitudinem, & digitalis secundum latitudinem, tunc si illa diuideratur per partes proportionales secundum longitudinem, semper illa partes haberent æqualem latitudinem scilicet digitalem, ita si ibi esset calor vt octo extensus; & diuideretur secundum longitudinem, sumerẽtur quidem semper partes habentes calorem vt octo, sed semper minoris extensionis, secundum quam

pro-

procedit diuisio, vnde vt ex acceptione æqualium partium in infinitum probetur infinitas cathegorematicè debet semper æqualitas in partibus secundum eam ratio nem, secundum quam procedit diuisio.

12 Ad primam confirm. patet ex dictis de partibus infinitis quantitatis, ex quibus nō fit quātitas infinita, quia sūs proportionales, in infinitū minores vt dicitur de partib. intēsionis. Ad prob. ex indiuisibilibus supra. Resp. primò ex indiuisibilibus infinitis, nō solùm non fieret infinita extensio, sed neque vlla extensio, sicut neque fieri posses intensio.

Resp. 2. esse diuersam rationem, quia indiuisibilia haberent determinatum esse, & ideo constitutum ex illis haberet infinitatem. At partes intensionis procedentes in infinitū non habent determinatum esse, sed indeterminatum, ad quod est huiusmodi continetur sub determinata latitudine, nam latitudo vnius gradus habet partes minores, & minores in infinitum, nec mirum, quia hæc est conditio infinitatis partium infinitarum in infinitum.

Ad 2. Resp. ibi nullam esse vim, nam in qualitate intensibili est duplex latitudo, vna intensiua, & hæc est respectu eiusdem partis subiecti; Altera extensiua, & hæc sumitur in ordine ad diuersas partes subiecti; quæ latitudines, cum sint diuersæ rationis, vna non potest mutari in aliam, & ideo si omnes partes caloris extensæ reducerentur ad punctum non efficerent maiorem intensionem, quam erat prius, sed partes extensæ essent simul sicut essent partes substantiæ, vel alterius entis carentis latitudine intensionis, vt alibi fusè explicaui vnde ad primam prob. Respondeo probari diuersam rationem latitudinis, quod vna ex natura sua exigat vnitatem subiecti, altera verò diuersitatem, vnde sicut fieri non potest vt sit quantitas carens partibus extensionis, ita neque vt sit qualitas intensibilis carens omnibus partibus intensionis, Hinc non potest intelligi qualitatem extendi per subiectum, & carere omni intensione.

Cur partes extensibiles reductæ ad punctū nō faciunt intensionem.

13 Ad 2 probat. Resp. si ponantur infinitæ partes euadet subiectum infinita qualitate affectum ea infinitate, quam habent partes, quæ adduntur, scilicet cathegorematicè vel syncathegorematicè.

At per intensionem non fit harum infinitarum partium additio vt falso supponis aduersarij, quod si fortè voluerunt fieri hāc additionem per reductionem partium qualitatis extensæ ad punctum, iam sæpè ostendimus, ex partibus illius latitudinis non fieri intensionem, sed latitudinem extendibilem.

Ad 3. confir. concedi, non dari primum vel vltimum gradum, qui sit indiuisibilis vt negatur in quantitate prima, & vltima pars: sed assignari à doctoribus octo gradus ex accōmodatione quadam ad quantitatem, in qua assignatur vlna octo palmorum, vnde sicut vlna constat ex octo palmis, ita qualitas, quælibet ex octo partibus determinatæ quantitatis, cum hoc tamen discrimine, quod in quantitate octauus palmus, licet sit vltimus vlnæ, non tamen est vltimus totius quantitatis, at in latitudine intensiua octauus est vltimus simpliciter secundum exigentiam naturæ, nā v. g. forma substantialis ignis, cui debetur calor summus, non exigit maiorem, quam octauum, sed de hac re infra vbi fusè veritas huius inquiretur; nam philosophi aliqui vocarunt gradum partem aliquam determinatam minimam secundum sensum, cum tamen sit diuisibilis mathematicè. Alij dicunt illam partem minimam dici gradum, quæ potest separata ab alijs existere ita Tolet. 4. phys. q. 11. sed non placet vt infra.

Primus, vel vltimus gradus indiuisibilis nō datur.

14 Ad 4. confirm. Resp. cum infinitas partium proportionalium sit coniuncta cum finitate simpliciter entitatis. Resp. 1. eā secundum rationem, qua est infinita, non posse habere maiorem. Sed vt est finita posse habere, maiorem, & hinc patet ad secundum absurdum de diuisione in duas partes æquales.

Respon. 2. infinito syncathegorematicè posse dari maius vt ostendi in physicis, hic autem est infinitas syncathegorematicè vt dixi, & hinc fieri potest diuisio in duas partes æquales cum totum sit finitum; Quæ omnia satis ostendi possunt ex quantitate, in qua est eadem ratio, ac in latitudine intensiua: Neque obstat quod dicunt de multiplicatione entium, quia hæc non improbatur quando est necessaria ad effectus saluandos, at intensio non potest saluari sine multiplicatione tot partium, & vnionū.

Ex his multa ab aliquibus inferuntur, primò quid sit pars gradualis: quod scilicet sit pars aliqua .s. dimidia 3. 9. &c. vnus gradus, quia gradum diuidere solent in partes minores.

Pars gradualis quid nam sit.

2. Quid sit, non gradus, est enim negatio non solùm gradus, sed etiam omnis par

Nō gradus quid sit.

Ggg tis

tis gradualis, vnde cũ dicitur qualitas produci in subiecto à non gradu ad gradum, non est sensus, quod fuerit in subiecto simul producta qualitas secundùm determinatum gradum, sed illam fieri successiuè hac ratione vt pars remissior sit priùs producta, quam intensior.

15 Hinc etiam patet quomodo intelligitur processus à gradu ad non gradum, non enim est sensus, quod possi. signari in subiecto etiam minima intensionis, quin possit signari inter illas decrescentes semper minor, & maior.

Processus à gradu ad nõ gradũ quomodo intelligitur.

Hic autem processus potest intelligi non solùm via corruptionis, sed etiam via productionis; nam cum agens habeat sphęram determinatam suæ actiuitatis, eius actio, dum extenditur per subiectum semper minoratum vsque ad non gradum, ita tamẽ vt nõ possit signari determinata pars qualitatis immediata ad non gradum.

3. Patet quid sit latitudo intensiua formæ, nam est plurimũ graduum vnio proportionata eius partibus, respicientium eandẽ partem subiecti, vnde hæc latitudo conuenit formæ etiam existẽti extra subiectum, quod respicit, nam sicut accidens potest separatum existere à subiecto ita, & eius latitudo.

Latitudo intensiua formę quid sit?

Hæc autem latitudo dicitur completa, quando habet tot gradus, quos naturaliter excedere non potest, qui terminus mensurandus est ex forma substantiali, cui conuenit in summo gradu. Diuiditur autem in vniformem, quæ est, quando est per omnes partes subiecti diffusa secundùm æqualitatem graduum; contra verò quando secũdùm inæqualitatem dicitur difformis vt Tolet. loc. cit. & nos infra.

ARTICVLVS V.

Proponuntur argumenta contra Aristotelis sententiam de compositione continui.

16 DE hac dixi in phys. tr. 15 q. 6. & seq. vbi & rationes Aristot. confirmaui, & obiectiones sufficienter solui, ita vt à recentioribus nihil solidi additum sit ibi dictis, quia tamẽ nõ desunt, qui pertinaciter ab Arist. discedũt aliqua hic replicabimus.

Primò Notan. inter omnes quæstiones physicas, hanc, quæ est de compositione continui ab omnibus iudicari difficillimã cum non desint rationes pro vtraque parte, quibus veritas ex æquo cum falsitate pugnare videatur, sed veritas semel cognita non est relinquenda propter rationes oppositas cõtra illã, ita vt rectè animaduertit Aristoteles lib. de lineis insectibilibus t. 3. de hac ipsa materia, loquens; *Imbecillis, at ignari est, opinionem aliquam, quam euidẽs ratio persuadeat propterea* deserere, quod alicui argumento non possis plane satisfacere, sunt enim apud nos tam falsa permixta veris, vt ea sæpè mens naturas ægrè distinguat.

2. Not. rationem partis non consistere in separatione à toto, sed in cõiunctione, nã dum est separata fit totum, quod priùs erat pars alterius totius, vnde cum doctores in continuo dicuntur partes esse in potentia, intelligi debẽt non quoad existentiã, & distinctionẽ partium simpliciter, sed quoad determinationem certæ quantitatis, quia hanc non habent in toto sed ex vi designationis vt alibi ostendi, & hinc fit vt licet partes sint actu, non sunt infinitæ infinitatis specie, quę dicitur actualis, & categorematicè, sed quæ dicitur potentialis, & syncategorematicè, quo scilicet includit aliquam potentialitatem ad determinationẽ, & hinc vlterius sequitur solutio argumenti Zenonis, deducentis ex infinitate partiũ, non posse incipere motum, atque adeo nõ dari motum tanquam absurdum, ad quod respondet Aristoteles ibi partes esse in potentis scilicet non actu determinatè, sed indeterminatè, & ideo posse incipere motum, quia non fit inceptio determinando partes priores, & priores quoad earum quantitatem, quia sic non posse inciperet motus, sicut non potest deuenire in designatione partium ad primam, antequam non sit alia; sed motum incipere extrinsecè sine hac designatione, .i. nunc corpus non mouetur, immediatè post mouetur, quia immediatè post, & tempus, in quo mouetur, & spatium, per quod mouetur, est indeterminatum, imò & partes mobilis immediatę sunt indeterminatę, quia vt non potest assignari prima pars spatij, ita neq; prima pars mobilis, quæ ingreditur spatiũ, hæc autem indeterminatio partis non solùm est respectu intellectus nostri, sed etiã diuini, qui certo cognoscit res vt sunt, cum igitur partes ita sint in continuo vt non possit deueniri ad partem, qua non sit minor, ita illas Deus cognoscit, scilicet medietatem vnius, & aliam huius, & sic consequenter, nunquam deueniendo ad medicta-

17 Quid sit pars.

Spatiũ pertransitur vt finitum, & non vt infinitum, quod est per designationem partium.

Obiectũ in se confusum distinctè cognoscitur, dum cognoscitur vt est

dietatem aliquam, qua non detur alia medietas, & ita est in illo obiecto esse cõfusio quædã, & Deus distinctè cognoscit in illo esse confusionẽ vt est, & aliter esse inintelligibile verè, & quia processio quod minoritatem partium, quæ sunt actu non faciunt cõtinuũ infinitum simpliciter, quia hoc resultat ex partibus infinitis simul existentibus, non quibuscumque, sed æqualibus, ideo potest tale continuum finito tẽpore pertransiri, non .n. vidit Basso. distinctionẽ inter partes proportionales infinitas, & aliquotas finitas, vt loc. cit. explicaui.

3. Not. aduersarijs duobus generibus telorum contra Aristotelem, vti vno defensiuo scilicet soluendo rationes, quibus improbat compositionem continui ex indiuisibilibus, Altero offensiuo, quo impugnare nituntur compositionem ex partibus diuisibilibus in infinitum, de vtroque pauca dicemus, cum res sufficienter tracta ta per se sit in physicis, hic per accidens de illa agimus.

18 Primũ argumentũ ad quo probat Arist. punctum additum puncto non facit maius extensiuè ob eorum penetrationẽ. Respõdent negando antecedens, tum afferendo instantiam, dum manus tangit aliam manum in prima superficie, non illæ superficies, non se penetrant.

Soluitur argum. Arist. de penetratione punctorum.

Tum ratione, quia ad tactum duorum, non requiritur eorum penetratio, sed sufficit, quod vnum sit iuxta aliud, neque tactus secundùm se totum arguit penetrationem, nisi in rebus diuisibilibus, quia interior pars, non potest tangi ab altero, nisi anterior pars penetretur, vnde malè arguit à re diuisibili, ad rem indiuisibilẽ, nam cum punctum sit indiuisibile, nec habeat aliquid exterius, nec aliquid interius tanget sine penetratione.

Refutatur solutio.

Sed contra nam primo falsò supponit duas superficies corporũ non se penetrare, & occupare idem spatium.

Tum quia sicut diuisibilia non se possunt tãgete, & occupare idem spatium sine penetratione, quia tactus secundùm se totum impeditur ob diuersitatẽ partium, sed in puncto non est hæc diuersitas partiũ interioris, & exterioris, ergo non impeditur penetratio, quia deest causa impediens, ergo non potest esse punctum iuxta aliud punctum immediatè secundùm se totum, sine penetratione.

Respondent secundò idem argum. posse fieri contra Aristot. nam si indiuisibile additum alteri non facit maius, & si essent infinita non facerent maius, ergo argum Zenonis nõ soluitur ex eo, quod ponantur puncta infinita; neque dicas, maioritatem non fieri per puncta præcisè, sed p partes proportionales, nam vel quælibet illarum facit maius cum altera, & ad finitum continuũ sufficiunt partes finitæ si verò ex se nõ faciũt maius, etiam si ponantur infinitæ non fiet maius cum se penetrent.

Sed contra, quia puncta infinita non ponuntur continua inter se immediata, sed ad continuandas partes proportionales, quæ additæ alijs, partibus faciunt maius, propter quod sufficerent finitæ; & infinitas in partibus non ponitur ratione maioritatis, sed ratione minoritatis, quæ oritur ex diuisione in infinitum.

Resp. 3. malè ex contactu deducitur penetratio punctorum, quia penetratio nõ consistit in eo, quod totum tangatur, sed in eo quod tangens, & tactum, respondeant eidem puncto spatij imaginarij; ad contactum verò satis est si sint ita proxima, & immediata vt inter vtrunque nihil possit mediare, hoc aũt aliud est, q̃ esse in eodẽ loco, sicut licet superficies prima indiuisibilis manus secundùm se totam tangat lignum, non tamen illud penetrat, quia nõ est in eodem loco cum illo, sed in altero illi cõtiguo, inter quæ nihil põt mediare. 19

Ex cõtactu non deduci penetrationem.

Confirmatur, nam si ponatur vnum punctũ materiæ in medio cubiculo, illud respiciet orientem, occidentem, setẽtrionem, & meridiem, quia ex Aug. libro 2. de libero arbitrio cap. 8. *Quãtulumcumque illud corpus sit, habet sinistram, dexteram superiorem, & inferiorem*, non quidem intrinsecè, sed extrinsecè, scilicet per correspondentiam ad aliam extrinsecam, deinde si ad illud punctum positum vnus accedat ab oriente, & alter ab occidente tunc ambo fient contigui illi puncto, & neuter occupet locum ipsius puncti, neutrum tangit alium cum inter vtrunque interponatur punctum, ergo potest aliquid esse contiguum puncto, & non se penetrare cum illo, sed esse extra illud, ergo non benè Arist. ex tactu secundùm totum infert penetrationẽ, quia contactus vnius ad alterum nõ fit per penetrationem, sed per hoc, quod duo sunt iuxta se, sed tamen extra se, neque dicas esse diuersam rationem punctorum inter se, ac punctorum cum corporibus, quia punctum potest tangi à corpore sine penetratione, non tamen ab

alio punctο,ab incompossibilitatem puncti,& corporis,quod sint in eodem spatio, nam corpus tangendo punctum, se penetrat cum illo, licet punctum non se penetret cum corpore, hinc B isso. reprehendit Aristot. quod continua dixerit, quorum extrema sunt vnum,contigua verè quorũ extrema sunt simul.

Sed hęc doctrina in multis deficit,primò cum tactus sit corporum, non rectè definitur per immediationem, quæ potest esse inter spiritualia, quare melius Aristotel. ait esse inter ea,quorum extrema,idest termini sunt simul, neque sequitur ex eo quod duæ superficies sint simul ab corpora ipsa se penetrare,vt malè recentiores inferunt, quia cum superficiea non se penetrent cum corporibus non sequitur corpora ex illo principio se penetrare, & magis mirandum est, quod dicãt superficies,quę sunt in eodem corpore se tangere,cum inter vnam, & alteram eiusdem corporis sint partes in infinitum diuisibiles.

Notantur, falsò assumuntur ab aduersarijs.

20 Secundò,licet aliud sit aliqua se tangere,& aliud se penetrare, tamen aliqua se adæquatè tangere secundùm omnea sui partes seu secũdũ se tota non potest esse sine penetratione,quia nõ habẽt vnũ aliquid per quod sit extra aliud, neque posũt esse extra secundum se tota,.quia secundùm se non sibi adhærerent quod clarè ostenditur si ponatur inter illa duo puncta cedere tertium,quia illud secundùm se totum esset, tangens vnum punctum,& aliud, nõ enim essent in illo duæ facies, secundùm quarũ vnam responderet vni puncto, & secundũ aliam alteri, ergo non potest mediate nisi secundùm se totum se penetret cum alio.

3.Punctum positum in medio ita se habere respectu orientis,occidentis,&c.ac se habet respectu circũferẽtię,vnde nõ acquirit diuersas partes, sed eadem entitatis secundùm totum suum esse respicitur à diuersis lineis ductis à circumferentia ad illud, quæ vniuntur in illo puncto; maior difficultas est de puncto cõtinuatiuo duarum partium, quæ tamen non se tangunt, sed continuantur, quia tactus exigit in se tangentibus duo indiuisibilia,quæ sunt simul. Hinc superficies non propriè tangit corpus,sed terminat,vel continuat.

4. Superficies non se penetrant cum corpore,quia non potest esse in spatio,in quo est corpus sicut neque corpus in spatio in quo est superficies; Hinc fit vt sint extra,non ex ratione indiuisibilis,sed ratione corporis,quod habet partes extra pũctum, & extra seinuicem, At puncta duo cum careat partibus non possunt esse extra seinuicem si immediatè vniantur.

Superficies non se penetrant cum corpore.

5.Malè inferunt ex penetratione duarũ superficierum duorum corporum, sequi corpora inter se penetrari, quia nec sequitur immediatè, quia corpora non sunt superficies,nec contra secundum profunditatem. Neque mediatè,quia superficies non se penetrant cum corporibus vt dixi, vnde ex penetratione ipsarum, non sequitur penetratio corporum, neque sequitur ex similitudine rõnis, quia in superficiebus est indiuisibilitas, secundùm profunditatem, & ideo ratione illius possunt se penetrare. At in partibus est ex omni dimensione diuisibilitas.

Ex penetratione superficierum nõ sequitur penetratio partium corporum.

6. Miror dum asserunt in tactu lapidis à manu totum tangi cum ignorent acceptionem totius duplicem omnibus sum mulistis notam, nam totum accipi potest dupliciter,primò cathegorematicè, & sic denominatur totum tãgi, quia illud quod tangitur est aliquod totum:secundò syncathegorematicè,& sic est falsum, quia partes manus omnes,non tangunt omnes partes lapidis, quia non omnes sunt immediatè omnib⁹,& hĩc ex tactu totius accepti syncathegorematicè rectè sequitur penetratio,non autem accepto cathegorematicè,vnde auctores dum asserunt non tangi totaliter, accipiũt totum syncathematicè; 21

Totum accipi categorematicè, & syncategorematicè.

7. Immeritò reprehendi definitionem contiguorum,& continuorum,primò,quia constat illa distingui vt patet ex partibus ligni, B,contiguis cum partibus ligni, C,& tamen partes ligni,B,inter se sunt cõtinuæ, & non continuè cum partibus ligni, C,ergo continua diuerso modo definiri debẽt ac contigua; quare debuit assignare Basso. meliorem definitionem. Neque dicas cũ aliquibus recentioribus, posse definiri,per immediationem,nam immediatio,conuenit tam corporibus continuis,quam contiguis, quare ex vi illius non possunt distingui, & ratio illarum definitionum sumpta est,quod contigua habent proprios terminos distinctos; contra verò continua; sed in ijs datur terminus indiuisibilis vtriusq; partis.

2. Quia in refutatione illarum Basson. ostendit se errare in terminis; nam putat ibi nomine extremorum intelligi aliquam partem corporis; cum ab Aristotele intelligatur terminus indiuisibilis,quia vnus est inter

inter partes continuas, & duplex inter contigua, & eorũ indiuisibilia sunt simul in eodem spatio, ex quibus ruit tota machina argumentorum, fundata super ignoratione terminorum, nam in continuis neq; datur pars extrema, neque aliqua pars est simul cum alia parte, & multò minùs est idem cum illa.

22 3. Æquiuocæ vtitur nomine, indiuidua, Nam licet omne indiuiduum neget diuisionem, non tamen eodem modo, nam indiuiduũ vt significat quod negat esse partẽ alterius, & dicit secundùm se totalitatem quandã vt dicitur esse immediatè sub specie, non tamen negat continere in se aliquas partes ex quibus componitur.

Indiuiduũ accipi dupliciter .i. singulariter, et indiuisibiliter.

At indiuiduum seu Indiuisibile, de quo agitur in hac materia negat habere in se partes sui componentes, in quas diuidi possit, ideo fallacia æquiuocationis cõmittitur dum loco vnius ponitur aliud, quod si nomine indiuidui intelligit indiuisibile formaliter, & virtualiter ipsius argumentũ nihil concludit, nam illud cum parte cuius est terminus, non est simul in eodem spatio, & si daretur esse simul, neque sequeretur partem esse idem cum indiuisibili, atque adeo partem esse indiuisibilem vt falsò infert Basso. nã aliud esse simul, aliud esse idem, nam simul supponit distinctionem, quæ repugnat identitati: quare dum quærit an partes corporum coniũctæ cum superficiebus se tangant, Resp. se tangere mediantibus superficiebus, ratione quarũ sũt simul in eodem spatio cum partes sint in diuersis spatijs; & hic fit vt etiam si dentur corpora secundùm propias partes se tangere, non tamen inde sequi se penetrare, qui non se tangunt secundùm omnes partes profunditatis; sed tantũ totum categorematicè sumptum tangit totum cum sint immediata in spatijs immediatis, non tamen se tangunt tota, syncategorematicè sumpta vt infra dicetur.

8. Falsò negat ex tactu punctorum sequi se penetrare, sed solùm esse immediata, nam ex eorum immediatione secundũ se tota, & adæquata sequitur se penetrare, quia nõ habent aliquid secundũ quid sint immediata, & aliud, secundùm quod sint extra se localiter vt dicitur de diuisibilibus; sed vt secundùm se tota sunt immediata, ita sunt simul in eodem spatio, quod patet ex immediatione cœlorum, qui licet secũdùm se totos categorematicè sumptos sunt immediati, & non se penetrẽt nisi secundum superficies connexam, & concauam, tamen sumpto ly totos syncategorematicè idest vt distribuit partes contentas à superficiebus concauis, & conuexis, necessariò ex immediatione cœlorũ secundũ totos sic sumptos se penetrare deberent, vt patet Intelligenti terminos, & ex hac immediatione punctorum secundùm se tota infert Arist. penetrationem eorum.

Confirm. quia corporibus immediatis repugnat esset simul, quia habent partes incompossibiles naturaliter in eodem spatio, at hæc incompossibilitas non est in duobus punctis, ergo ex immediatione indiuisibilium formaliter, & virtualiter sequitur penetratio inter se, neque obstat immediatio duorum Angelorum, quia in his potest esse immediatio sine penetratione ob diuisibilitatem virtualem, qua possunt occupare diuersa spatia diuisibilia, & ideo ratione huius potest esse immediatio sine mutua penetratione respectu eiusdem spatij, sicut dicitur de corporibus immediatis cum hoc tamen discrimine, quod corpora non possunt esse in eodem spatio, Angeli verò possunt ex propria eorum voluntate cui subditur locabilitas Angeli intra propriã sphæram. Confirm. 2. alij quod eadem ratio sit de spatio ac de locato, quare non soluunt, sed transferunt difficultatem.

Confirm. 3. ex argumento communi, nam si ponantur quatuor puncta A, B, C, D, tunc punctum, B, immediatè tangitur ab A, & C, at non potest immediatè tangi ab illis nisi se penetrent, ergo: minor prob. quia B, non potest esse immediatum vtrique nisi ratione eiusdem faciei, & entitatis, ergo A, & C, sunt in eodem spatio, ac B. Neque dicas B, tangi ab illis per diuersa latera ipsius B, nam cum sit indiuisibile non ibi esse diuersitas laterum, nisi decepti imaginatione concipiant punctum, vt est illud quod à calamo imprimitur paginæ, quod si dicunt illa latera non esse intrinseca indiuisibili ac tacto, sed extrinseca, iam concedunt, quod volumus, scilicet extrinseca puncta esse simul cum perfectione intrinseca puncto, quæ non variatur ex denominatione extrinsecorum punctorum, quibus coexistit per sua indiuisibilem perfectionem; At Instant sumatur aliud indiuisibile B, quod est indifferens ad motũ versus occidentem, vel orientem, & ponatur moueri versus oriẽtem, hoc acquireret præsentiam in spatio versus orientem, & nullam versus occidentem, si versus occidentem 23

dentem non moueretur, sed in vtroq; casu inciperet moueri p spatia sibi immediata diuersa, ergo illud indiuisibile haberet latera immediata diuersa, occupabilia ab alijs indiuisibilibus. s. A, & C, quæ sunt immediata ipsi B, quæ tamen non essent inter se penetrata, cum sint in diuersis spatijs, ergo possunt dari duo indiuisibilia immediata per diuersa latera extrinseca eidem indiuisibili B, quæ inter se penetrata non sint, sed in diuersis spatijs immediatis indiuisibili tacto per immediatam positionē.

Resp. primò non fuisse necessarium fingere nouam suppositionem vt ostenderetur idem punctum respōdere diuersis partibus, cum concedatur ab omnibus punctum circuli correspondere partibus circumferentiæ, & punctum continuatiuum lineæ extensæ ab oriente in occidentem correspondere, imò vnire diuersas partes illius lineæ, & illa positione potius absèruent, quam explicent veritatem.

24 *Cur punctū se penetratū puncto, non cum partibus.*

Resp. 2. punctum esse immediatum duabus partibus sine penetratione sæpè dictum est, eo quod nec punctum potest esse in spatio diuisibili, neque diuisibile in spatio punctuali, & ratio est, quia pars diuisibilis non est secundum se totā immediata puncto, nec punctum est immediatum partibus totius vt supra est explicatum, neque tamen hinc infertur idem dicendum de punctis sibi immediatis quę simul esse possunt in eodem spatio cum secūdū totam perfectionem vniantur indiuisibiliter. Hinc sequitur vt sicut nō potest in puncto distingui pars respiciens oriens, ab ea quæ respicit occidens, sed eadem perfectio indiuisibiles per eandem indiuisibilem perfectionem respicit vtrumque ita in punctis sibi immediatè vnitis non potest illa duplex perfectio distingui, sed per eandem respicit, & respicitur indiuisibiliter à singulis punctis; & hoc probant verba D. Aug. l. 2. de lib. arb. c. 8. quantuncunque illud corpusculum sit habet sinistram dexterā, inferiorē, & superiorē; quia loquitur de corpore non de indiuisibili, quia esse corpus, & indiuisibile repugnat.

Cur punctū moueri possit per spatium extensum.

Resp 3. punctum moueri per spatium diuisibile multi negarunt etiam potentiæ diuinæ, sed immeritò; quare concessio tali motu, negatur puncta dum mouentur esse in spatio sibi æquali; sed fieri præsentem per præsentiam successiuam spatio extenso, cui commensuratur per præsentiam terminatiuè extensam, licet subiectiuè inextensam vt alibi ostendi, & infra aliquid dicemus; vnde miror viros alioqui doctos affirmare punctum existens in spatio indiuisibili si moueatur immediatè post poni in spatio sibi æquali contra rationem motus, de qua re plura alib dixi, sed hæc sufficiant pro solutione prædictæ instantiæ.

Resp. 4. siue punctum à parte orientali moueatur ad punctum medium, siue ab occidentali, cum sit immediatum puncto, B, cum illo penetrabitur eodem modo ex parte medij puncti, vt probatur ex differētia; qua corpus Christi siue moueatur à terra, ad cœlum lunæ siue à cœlo empireo fiet penetratio, sed diuerso modo, nam penetratio incipiet ex diuersis partibus spatij, & mobilis, quia in illis est illa diuersitas partium, at in puncto medio semper penetratio fiet ea eadem perfectione cum sit indiuisibile, carens diuersitate partium, quia idem secundum eadem rationem respicit orientem, & occidentem.

25 *Secundum arg. Arist. contra Zenonem.*

2. Arg. sumitur ex eo quod sequeretur mobile aliquid non posse moueri duplo velocius altero nisi ponatur punctum diuidi; Nam si ponatur spatium trium punctorū per quod mobile A, moueatur duplo velocius, quam B, tunc in eodem tempore, quo A, conficit illud spatium, mobile B, motum duplo tardius deberet conficere vnum punctum cum dimidio, atq; adeo punctū quod est pars secunda spatij diuideretur, & quia aduersarij confingūt quasdam morulas in motu, illa doctrina non prodest ad solutionem huius cum fingamus incipere motum simul, vndecunque oriatur tarditas est eadem ratio. Nam cum tam mobile velox, quam tardū incipiant motum simul semper transeunt idē indiuisibile corporis, quod immediatè cōtingunt, qua rōne transitur ab vtroque in æquali tēpore, ergo nō est ibi discrimen velocitatis, & tarditatis, nam hæc in æquali tempore inæquale spatium conficiunt, si in inæquale, tunc quæro, qua ratione est inæqualitas in illo indiuisibili, quia tardum deberet acquirere minus spatium, quam totum indiuisibile.

Respond. Basso. hinc solui argumentū contra Zenonem, nam quod Arist. respōdet ad propositum difficultatem illud idē dicunt ad argumentum contra Zenonem. Sed falli patet, q̃a motus incipit extrinsecè idest immediatè post instans, quo tempore plus concipit spatij velox, quam tardus,

nam

nam non solùm partes mobilium transeũt illud indiuisibile, sed etiam partes spatij, ratione quarum est inæqualitas in motibus, & ratione indiuisibilis illius immediati, & hinc fit vt velox in eodem mensura sicut transit plures partes ita plura indiuisibilia in illis contenta; quod si quæras an in coexistentia partium vtriusque mobilis ad illud primum indiuisibile spatij præcisè sit inæqualitas in motu veloci, & tardo? Resp. Primò nõ esse, si ponatur instãtanea coexistentia, sicut in productione rei indiuisibilis instantanea, ex vi potentiæ finitæ, & infinitæ, non est inæqualitas quoad mẽsuram durationis ob incapacitatem illius mensuræ.

In instantaneis non est discrimẽ velocitatis, & tarditatis.

Hoc autem non potest asseri à Zenonistis, dum negant partes diuisibiles, & asserunt totum spatium constare ex indiuisibilibus.

26 2. Recentiores afferunt aliam instantiã, Nam motus velox, & tardus sint per milliare, sed velox per quadrantem, & tardus per horam, in illis motibus sunt æquales numero partes, quia partes motus correspondent partibus spatij, quod est æquale, & tamen partes motus velocis respondent partibus paucioribus quam partes motus tardi, at hoc est impossibile, quia in singulis partibus temporis sunt acquisitæ singulæ partes spatij, atque adeo sunt totidem partes motus ita vt nulla sit pars temporis pro qua non fuerit pars vtriusq; motus, & contra; qua igitur ratione æquales partes motus vtriusque possunt respondere inæqualibus partibus temporis scilicet partibus quadrantis, & horæ? & idem argum. fieri potest ex parte æqualitatis temporis, & inæqualitas spatij decursi, vt in hora dum velox pertransit milliare, & tardus quartam partem milliarij, vnde motus habens mille partes respõdeat eidẽ horę, cui correspõdẽt ducentæ partes motus, cum nulla pars horæ fuerit, in qua non fuerit per vtrunque motum acquisita eadem pars.

Neque dicas, cum partes vtriusque motus sint infinitæ, non possunt esse plures in vno, quam in alio, eo quod vnum infinitũ non est maius altero. Nam ostendi id esse falsum in infinitate syncategorematicè, in vtrũque licet vt dicit carentiam finis non potest dari inæqualitas, cum in neutro sit finis, qui excedi possit ab alio, tamen rõne finitatis quam materialiter includit potest dari, vt ibi dixi, quia alioqui sequeretur totũ non esse maius sua partem, & hanc esse æqualem toti.

Quomodo infinitum non est maius altero.

Resp. primò hanc instantiam non esse ad rem vt soluatur argumentum Arist. sed potius, inde probari; non dari velocitatem motus, & tarditatem, sicut dicitur de Zenone ꝙ propter difficultatẽ negauit motũ, quod patet, nam cum constet experientia dari, & per motum duplo tardiorem æquise spatium duplo minùs, vnde acquisitis tribus punctis per motum celeriorem, per motũ tardiorem æquiri deberet punctum cum dimidio, nam vndecunque oriatur celeritas, & tarditas, illud principium est euidens, scilicet per motum duplo tardiorem acquiri spatium duplo minùs.

Respon. 2. An tarditas motus oriatur ex morulis interpositis, contra oculatam experientiam circa continuitatem motus, & contra motum Rotæ, cuius partes simul mouẽtur, in qua circũferẽtia citius mouetur q̃ partes internæ, nã quo pars magis accedit ad cẽtrum Rotæ eo tardius mouetur cum in eodem tempore conficiat minus spatium, quam circũferẽtia, & præterea cũ motus possit velocitari in infinitũ, fit vt quilibet sit tardior altero, atque adeo quemlibet discontinuari per morales, de qua re alibi, vel oriatur ex alia causa, non est huius loci disputare; cum tarditas, & velocitas non solùm conueniat motui locali, sed etiam alijs, illud tamen prætermitti non potest, quod ab aliquibus recentioribus affirmatur (vt soluant experientiam prædictam) scilicet per sensus non cognosci motum, sed per intellectum, quod repugnat non solùm Arist. reponenti motum inter sensibilia communia, sed etiam experientiæ, qua videmus canem insequi fugientem leporem, imò & consistentem, dũ aliquando vtroque supra vires defatigato ex cursu, visus est lepus consistere, & similiter canis, tamẽ surgente lepore ad cursum, surrexit canis, ad insequutionem, donec tandem assequutus est, & idem patet quotidie, dum cibus proijcitur, canem accurrere versus eam partem, ad quam mouetur cibus, vnde fit motum cognosci à sensibus Brutorum carentium intellectu, nisi fortè delirare velint cũ Pythagoricis somniantibus transmigrationem animarum. 27

Tarditas non semper oritur ex morulis interpositis.

Resp. 3. hoc argumentum sumptum ex velocitate motus etiam propositum fuit alibi in physica; quod scilicet tolleretur discrimen inter motum tardum, & velocẽ, quia in eadem mensura durationis tot pũcta pertransiret tardus, ac velox, nam punctum

ctum non potest pertransiri nisi in instanti, & non per minorem moram, cum non detur, nec per partes, cum ijs careat. Respondent, velociorem motum in instanti non pertransire nisi vnũ instãs, sicut pertransit tardũ, sed plura simul, & quo velocius eo plura; sed cõtra, q a sequeretur idẽ naturaliter esse in duobus spatijs vt si mobile trium punctorum acquireret spatium decem punctorum, quia totum simul esset in primo, & vltimo puncto, quia non prius in vno, quam in altero cum acquisitio ponatur in instanti. Hæc in defensionem veritatis breuiter annotaui, & consulto omittimus alijs, defensionem rationum, quæ sumptæ sunt ex principijs mathematicis, ne extra propriam materiam longior sim,

In instanti non possunt pertransiri plura puncta, quæ sũt in diuersis spatijs.

ARTICVLVS VI.

Proponuntur, & soluuntur argumenta contra compositionem continui ex diuisibilibus.

28 PRimò obijciunt, infinitatem partium. Resp. aliqui negando, quia ibi partes non sunt actu distinctæ, sed in potentia, sed vt dixi in physicis, id est falsũ, & neque soluũt argumenta, quia cũ sint diuisibiles in infinitum, videntur ex illo extrahi infinita, quæ ibi erant.

2. Alij concedunt esse infinitas actu, & cathegorematicè, neque id putant absurdum, sed neque placet, quia si semel concedatur multitudinem actu infinitam posse simul existere; concedi debet, nec repugnare infinitas actu additiones ad quãtitate, & in creaturis possibilibus, q licet aliqui ipsorum admittant, non tamen ex doctrina Arist. quam tuemur.

3 Ego ibi Respond. esse infinitas syncategorematicè ex eo, quod includunt potẽtiam ad existentiam determinatam, quæ nunquã potest esse perfectè in actu cõpleto, quia illa potẽtia dicit ordinem ad actus permixtos potentiæ, quæ ratio constituit rationem infinitatis syncategorematicè vt fusè ibi ostendi, neque obstat simultanea existentia partium distinctarum, quia in illa distinctione includitur potentialitas, nam singulæ sũt distinctæ à compartibus, sed non a partibus se componentibus, quæ cum etiam sint inter se distinctæ, eodem modo proceditur quoad illatũ distinctionem in infinitum & ratio est, quia sunt indeterminatæ quoad tantitatem ante designationem & diuisionem, per quam determinantur quoad tantitatem, & quia hic processus infinitus est quoad minoritatem, nec possit dari vna minima, cui aliæ sint æquales, ideo ibi est infinitas non partium æqualium, sed proportionalium, cum potentia ad minoritatem in infinitum, quæ nunquam potest expleri, & hinc oritur vt ibi non sit infinitas cathegorematica, quæ dicit actum expletum.

Cur partes continui licet distinctæ sint infinita syncategorematicè.

Dices Deus videt omnes diuisiones partium æqualium à se factibiles, at hæ non sunt finitæ, quia quolibet numero finito assignato, Deus potest facere plures, ergo erunt infinitæ, non syncathegorematicæ, quia omnes illæ essent existentes, & determinatæ, ergo erũt infinitæ cathegorematicæ.

Resp. cum infinitæ categorematicè nequeant esse in rerum natura, quia qualibet diuisione posita partium, cum singulæ sint diuisibiles, potest Deus semper facere plures, & plures in infinitum, nõ poterit Deus cognoscere infinitas diuisiones oẽs actu positas, quia semper includitur in illis potentia ad aliam & aliam diuisionẽ, infinitum autem huiusmodi non potest esse cathegorematicum, ergo erit syncategorematicum, cum igitur Deus non cognoscat res aliter ac sunt, non potest cognoscere illas infinitas actu, sed syncategorematicè. 29

Deus non cognoscit partes diuisibiles esse infinitas actu sed syncateg.

Resp. 2. combinationes partium æqualiũ reductæ adactum non possunt esse nisi finitæ, possibiles verò sunt finitæ in infinitum & quia huiusmodi infinitum, non potest reduci ad actum perfectũ, idest omnino completum excludendo potentiam vlteriorem, sed adactũ imperfectum, idest includentem potentiam ad vlteriorẽ actũ, ideo possibile, ne sequatur inconueniens, debet reduci ad actũ, eo modo, quo est possibile, & hac ratione Deus cognoscit omnes combinationes partium æqualiũ, & licèt in intellectu diuino actus sit totus simul, atque adeo in illo non includatur potentia ad existendum, tamen ex parte obiecti, ex qua sumitur infinitas includitur, potentia, vt dictum est neque hinc fit actum intellectus diuini esse infinitum formaliter syncategorematicæ, sed categorematicæ, quia est simul determinatus indiuisibiliter, sicut potentia diuina est infinita categorematicè, etiã si eius obiectum sit infinitum syncategorematicè, & hinc est, quod sicut in creaturis possibilibus

Quid dicendum de partibus æqualibus.

bus

bus,quę actu poſsũt ſimul produci à Deo, non poteſt aſſignari numerus determinatus, ita neque in partibus æqualibus, in quas poteſt à Deo diuidi continuum, & licèt in qualibet combinatione poſſibili partes ſint inter ſe æquales,non tamen illa æqualitas eſt cum partibus alterius combinationis inter ſe æqualibus. Ex eodem principio corruit aliud fundamentum ſumptum à recentioribus, ex parte punctorum,& vnionum:ſicut enim Deus non poteſt reducere potentiam indiuiſibilem continui ad actũ perfectũ completũ, ita non poteſt corrumpere omnes vniones,& puncta remanentibus partibus: quia, quæ pars remanet,cum conſtet ex alijs, neceſſario includere debet vnionem aliquam, atque adeo non erunt corruptæ omnes vniones, ſiue illa ſeparatio fiat realiter,ſiue mentaliter, ſicut nõ poteſt exiſtere homo ſine vnione materiæ,& forma,& licet vna pars poſſit ſeparari ab vnione cum alia comparte, non tamen ab vnione,quæ eſt in partibus incluſis, quia hæc eſt de eſſentia talis partis, quia ſicut quælibet pars eſt conſtitura ex alijs,ita eſſentialiter includit vnionem illarum.

Dices punctum v.g. A, vel vnit partes indiuiſibiles, & tota latitudo eſt indiuiſi-
30 bilis,quia & partes,& puncta ſunt indiuiſibilia, vel partes diuiſibiles, & non, tum quia,cum pars includat vniones,non poterit vt ſic terminare vnionem cum comparte, quia vnio non terminatur ad vnionẽ, tum quia terminus vnionis adæquatè diſtinguitur ab vnione, ergo terminus vnionis vt ſic non includit vnionem, alioquin non adæquatè diſtingueretur,ergo illa pars eſt indiuiſibilis,quia non includit vnionẽ plurium. Sed puerile eſt argumentũ,tum quia pars includens vnionem poteſt terminare vnionem ſecundùm rationem diuiſibilem,quam habet, non ſecundùm rationem indiuiſibilem, tum quia pars terminans poteſt terminare vnionem, vt eſt quoddã totum categorematicè ſumptum, non ſyncategorematicè, ſicut dicitur totus homo intelligere, etiamſi non intelligat per pedes, tũ quia ſicut res terminata, per vnionem diſtinguitur ab vnione, quæ terminat, ita vnio incluſa in partibus diſtinguitur ab vnione, quam terminat,ideſt ab vnione,qua coniungitur cum alia comparte. An autem vnio coniunctiua terminetur ad vnionẽ incluſã in partibus coniunctis, facilè reſpon.non immediatè,ſed mediatè quia punctum non eſt immediatum puncto, ſed partibus conſtitutis per puncta.

2. Obijc. Zeno quod ea tali infinitate tolleretur motus, qui incipit pertrãſeundo prius partem mobili proximiorem, quam remotiorem, & minorem, quam maiorẽ, ſed non poteſt dari motus, quo attingatur pars propinquior, & minor, quam remotior, & maior quia cum ibi ſit infinitas, non poteſt aſſignari vna omnium proxima, & minor atque mobile nunquam poterit incipere motum.

Reſp. Ariſt. ibi partes non eſſe actu, ſed in potentia; ſed contra inſtant,quod ſint actu ibi, etſi non diuiſæ, & etiamſi ſint in potentia, inquit, Baſſo,adhuc vrget argumentum, nam tota perfectio partium ibi eſt ante diuiſionem,nec multiplicãtur per diuiſionem, impertinens eſt quod diuiſę non ſint;nam neque duæ medietates sũt diuiſæ, & tamen motus per vnam fieri debet priuſquam per aliã,quare ſi partes hoc modo ponantur, ſemper motus debet trãſire minorẽ quæ eſt prior, quam maiorẽ, quæ eſt poſterior, atque adeo nunquam motus ad terminum perueniet.

Ego Reſp. partium diſtinctionem ibi 31
eſſe actu,& eſſe infinitas, & prius pertranſire proximiorem mobili, quam remotiorem, neque ex hoc impediri inceptionem motus, quæ eſt per inſtans extrinſecum .i. vt dicatur,nunc non eſt motus, ſed immediatè poſt; Nam cum ſpatium ſit ſimpliciter finitum, & ſecundùm quid infinitum, id eſt, ſecũdùm deſignationes ſeu diuiſiones partium quoad minoritatem, illud nõ pertranſitur vt infinitum, quia non fit numerando partes per deſignationem partiũ prioris, & prioris pertrãſeundo priores numeratas, deinde ad poſteriores, ſecundũ q̃ rõnẽ hẽt infinitatẽ, ſed ſimpliciter in tẽpore immediato confuſè poſt inſtans in quo ſicut pertranſit prius pars tẽporis prior, q̃ poſterior ſine deſignatione, ita pertranſitur prius pars prior ſpatij, quam poſterior, per partem motus priorem, quia omnes partes illorum ſunt diuiſibiles. Et hoc ſignificauit ibi Ariſt. eſſe ibi partes in potentia .ſ. quoad deſignationem,& determinationem,& hinc fit,vt ſicut prior, & poſterior ibi non ſunt determinata,ſed indeterminata, ita poſſit pertranſiri in parte temporis indeterminata per partem motus indeterminatam, imò indeterminabilem, quoad minorem,& prioritatem. reliqua vide in phyſicis.

Partium diſtinctio eſt actu.

3. Sumitur ex parte pūctorum, nam vel puncta sunt idem cum vnionibus partiū, & penetrabuntur cū partibus quas vniūt, sed non possunt se penetrare cum aliquo diuisibili, quia deberēt se penetrare cum aliquo, quod habet prius, & posterius, quia omne diuisibile habet prius, & posterius. Vel puncta non sunt idem, & tunc essent superflua, quia nec vnirent, nec continuarent vnam partem cum alia, neque sunt necessaria ad continuationem localē, cum puncta se penetrent cum partibus, nam sicut punctum propter indiuisibilitatem, non potest tangere punctum, quia penetrentur, similiter nec potest tangere partes, quia penetrarentur, cū secundum se totum vniatur partibus; neque dicas tangere partes proximiores, non distantiores, quia in omni parte est prior, & posterior, atque adeo penetraretur cum illis, vnde sequeretur punctum esse in spatio diuisibili, cum sit in spatio, in quo est prior, & posterior pars secundum se totam.

32 Respondent aliqui, indiuisibile esse simul cum parte in spatio non adæquatè, sed inadæquatè, quia cum indiuisibile coexistat diuisibili, & non possit adæquare illud, coexistet illi inadæquatè, contra instāt, nā cū inadæquatio oriatur ex parte rei diuisibilis, peto quid in illa respondeat puncto? nam si aliquid illius respondet, illi adæquabitur punctum, cū tamen in illa sit prius, & posterius, atque adeo punctum adæquabitur diuisibili; si verò nihil illius respondet, nō essent simul pars, & punctū; deinde si pars est inadæquata puncto, oritur ex eo, quod pars non secundum se totā correspondet puncto, sed secundum partem sui, sed quælibet pars illius est diuisibilis; ergo non potest secundum illam adæquari puncto, atque adeo erit inadæquatè cum puncto, & sic consequenter de parte huius partis, ergo pars nulla ratione potest resistere puncto secundum se totā, vel partem sui.

Respondent partem posse accipi, vt diuisibilem, & ita nō resistit puncto respectu eiusdem spatij, vel vt indiuisibile, & ita correspondere, sed contra, quia cum diuisibilitas sit de essentia partis, non potest accipi secundum rationem diuisibilē; nisi destruatur eius essentia, quia nō potest accipi vt indiuisibilis, nisi in se, & realiter habeat indiuisibilitatem.

Neque dicas partes nō dici indiuisibiles positiuè, quod rectè probat argumētū, sed negatiuè, quia nō potest assignari pars, quæ correspondeat indiuisibili, sed minor, & minor in infinitum sine vlla determinatione, & hac ratione partes vt habent illam indeterminationem dicuntur indiuisibiliter accipi sed contra instant, quia non potest intelligi aliquid realiter existere sine terminatione, & licet à nobis non possit assignari, quanta sit illa pars, tamen Deus illā videt, sed non placet, nā de facto dantur contigua, in quibus non possunt assignari partes secundum quas sunt cōtigua proxima, quia in vtroq; semper datur pars magis, & magis proxima, & magis, & magis remota, quas neque Deus potest assignare, ideo ego probo ex eo, quia actus non potest a parte rei esse à causa indeterminata, quia vt sic causa non potest operari, sed tactus, & consistentia in spatio rei indiuisibilis, & diuisibilis, est aliquis act⁹, seu effectus vtriusque, ergo non potest esse à diuisibili, ratione partis indeterminatæ.

33 Sed responderi potest partes continui posse accipi dupliciter, primò vt partes sūt secundum se, & hac ratione sunt indeterminatæ, neque ab illis potest vt sic egredi aliquis actus à parte rei, secundò vt sunt in toto, & illud constituunt indiuisibiliter, ita vt deficiente qualibet parte non sit idem totum, & hac ratione partes accipiuntur indiuisibiliter, & ab illis egredi possunt actus, vnde dicitur totum diuisibile esse immediatum toti diuisibili, cum tamen nulla pars determinari possit, quæ secundū se totam, & adæquatè sit immediata alteri, & hac ratione dicitur vna quantitas immediata alteri, ratione partis indeterminatæ negatiuè, quia scilicet non potest determinari, nisi vt se habet indiuisibiliter, ratione totius, vnde patet non dici tactum esse in parte indeterminata positiuè quasi vna sit pars ab alijs separabilis, carens determinatione, sed quia in toto compositio quod ex illis est, & est immediatum alteri siue diuisibili siue indiuisibili, non poterit determinari pars vna, ratione cuius totum sit immediatum. Quia nulla datur in qua non sint partes proximiores, & remotiores, atq; adeo nulla dari potest secundum omnes sui partes immediata, quia cū quælibet sit diuisibilis in infinitum, ita cōtinet partes magis, & minus immediatas in infinitū, q cū recētiores nō aduerterint, in varias difficultates in hac māria plapsi sūt, à qui-

Quomodo partes accipiantur indiuisibiliter.

à quibus se extricare, non potuerunt, scilicet quanã ratione puncta sint immediata partibus, & nõ se penetrent cum partibus, nos enim facilè soluimus, quia non est immediatio vtriusq; extremi secundùm omnes eius partes, & cũ punctũ puncto immediatum non faciat maius, quia scilicet sunt immediata secundùm se tota ex parte vtriusque extremi; atque adeo se penetrent, & quomodo punctum sit immediatum parti cum nulla ibi sit quæ contineant partes priores, & posteriores, quia non est immediatum parti determinatæ secundùm omnes illius partes, sed indeterminatæ, quia sunt in toto determinato, & hinc immediatio est in toto indiuisibiliter accipitur in tõne totius; similiter qua rõne Deus videns post punctum terminantium totius sequi partem, & non videat primum punctum, quod continuans partẽ immediatam, nam cum non sit pars vna, q̃ nõ cõtineat alias partes & hoc in infinitum, non potest videre punctum primum, quia cum quælibet pars habeat alias, ita etiã habet alia puncta, & in hoc nõ procedatur in infinitum in quo nõ [illegible] primũ non potest Deus videre primũ; hinc etiã patet, qua ratione Deus videat omnes diuisiones continui possibiles de qua re dixi supra, videãtur quæ fusè scripsi in physicis.

Vnde oriatur cur aliqua immediata penetrentur, & alia non.

34 4. Argumentum sumunt ex compositione temporis, nam cum ex Arist. hæc tria sibi inuicem correspondeant quoad compositionem, scilicet spatium, motus, & tempus, necessario sequitur, quod si tempus componitur ex instantibus, motum componi ex suis indiuisibilibus, & similiter spatium, sed euidens putant tempus componi ex instantibus, ergo, & cætera ex indiuisibilibus. Minor probatur ex tempore non habetur nisi instans, quia nec pars præterita est vnita futuræ, cum non sint simul, nec inter se, nec cum instanti quo vniuntur, est enim inintelligibile, existere vnionem non existentibus extremis vnitis, vel existere partes vnitas non existente vnione, imò cum præteritum non possit esse præteritum, nisi aliquando fuerit præsens, nec futurum nisi aliquando erit præsens, & partes temporis nunquam possint esse præsentes, necessariò sequitur non dari partes temporis, hæc & similia congerunt, de motus localis successione, & alijs successiuis per se.

Proponũtur argumenta contra compositione tẽporis.

Resp. primò huiusmodi difficultatem non esse nouam, sed antiquissimam, & ab omnibus cognitam, cui aliqui dederunt manus, alij ingenio præstantiores cum Arist. dissoluerunt, vt ostendi latè in phys. tr.23. per multas quæstiones, præcipuè 4. vbi qua ratione tempus sit ens reale, & qua ratione pendeat ab intellectu. Quare asserentes hanc difficultatem non posse solui, esse euidens, recutire videntur, cum euidentiã agnoscunt in ijs, in quibus oculatiores non viderunt, qui tamen vires eorundem argumentorũ perfectius penetrarunt, neque ipsi nouum aliquid adducant.

Soluuntur prædicta argumenta.

Resp. 2. hanc difficultatem proponi ad negandam existentiam realem temporis, non ad probandam compositionem illius ex indiuisibilibus, nã cum ex ipsis illa indiuisibilia non sint simul, sed successiuè, nõ poterunt constituere vnum tempus, quia quando est vnum, non est aliud, vt dicunt de partibus diuisibilibus, imò maior repugnantia est in instantibus, quæ non possunt conseruari, quam in partibus motus, etiam localis, quæ possunt simul conseruari, vt si conseruaret præsentias ad spatium, quæ successiuè producuntur, vt conseruantur partes caloris successiuè productæ, neque repugnat idem esse in diuersis spatijs ex diuina virtute; Hinc lector agnosce qua ratione sint recentiores affecti ad veritatẽ cognoscendam, cum conquirant inani labore hinc inde argumẽta ad veritatem impugnandam, sed id præstat maior gloriæ, quam veritatis amor. 35

Resp. 3. originem erroris in hac materia esse ex falsa conceptione terminorũ, nam vnitatem successiuorum putant esse eiusdem rationis cum vnitate permanentium, cum tamen sit diuersæ rationis iuxta naturam vnibilium, nam permanentia vt existunt dum fiunt, & postquam facta sũt, exigunt vnionem, & partes permanentes, & simul existentes, at verò cum successiua, & ipsa instantia non sint, nisi dum fiunt; ad eorum vnionem, nec exigitur coexistentia partium, nec coexistentia cum instantibus partes vnientibus, imò talium coexistentia illi repugnat, sed eorum vnitas consistit in immediatione ad idem instans, vt scilicet partes priores temporis immediatè extiterunt ante instans, & posteriores sint immediatè post instans, quod raptim transit, sicut & ipsæ partes cum non sint nisi dum fiunt.

Varius modus vnitatis in successiuis, & permanentib.

Resp. 4. Alteram originem erroris esse ex confusione præsentiæ, quam putant esse vnius rationis, Nam aliter præsentia deno-

minat entia permanentia, aliter indiuisibilia, aliter successiua vnicuique enim enti præsens mobili permanentis, sed etiam instanti, & partibus motus, qui sunt in mobili; sic etiam quis dicitur esse præsens spectaculo, quod fit successiuè; Hinc fit vt præsentia permanentium non solùm sit tota simul, sicut sunt partes eorum, sed etiam duret in tempore ob virtualem permanentium diuisibilitatem respectu coexistentię cum tempore; Non sic autem præsentia instantis, quia solùm est præsens indiuisibiliter; præsentia veræ successiuorum non est indiuisibilis, nec simul ratione suarum partium, vt in permanentibus, sed successiua correspondens partibus successiuis durationis imaginariæ, quia talis præsentia conuenit tali enti, quam intellectus concepit, vt vnã ex talibus partibus; imò habet perfectiorem existentiam, & præsentiam, quam instans, sicut diuisibile est aliquid moueus, quam indiuisibile; vnde quando dicitur de tempore non habere nisi instãs, intelligitur quoad eam rationem, secundũ quam est simul; nam ratione illius conuenit simultaneitas; Nec video, qua ratione enti successiuo negetur præsentia dum est, cum motus, qui est successiuus sit obiectũ sensus; quæ omnia fusius à nobis explicata sũt in physicis, quæ si recentiores penetrassent procul dubio contra illam Arist. doctrinam non tam imprudenter cecinissent victoriam ante triumphum.

36 *Duratio permanens nõ solũ distinguitur à successiua, sed etiam instãtanea.*

Hinc intellige merito recentiores admirari, tot viros doctos infirmitatem Aristotelici argumenti non aduertisse, cum modestius egissent si potius sui ingenij ruditatem agnouissent quam antiquorum omnium Theologorum ingenia reprehendissent; sed parcendum illis quod ex vi imaginationis decepti, puncta conceperint ad modum punctorum à calamo impressorum paginæ.

DVBITATIO VIII.

Quomodo hi gradus se habeant cum essentia qualitatis.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 NOt. Primò ex Georg. q. 2. not. 1. quod sicut partes quantitatiuæ formæ sunt extra se inuicem loco, & situ existentes, vnum continuitate facientes, ita partes graduales sunt partes eiusdem formæ penetratiuè, & vnitiuè se habentes, eidem subiecto adæquatè inhærentes aptæ efficere vnam numero formam per se; vnde gradus qualitatis est qualitas, vt fusè probat Och. q. 7. art. 1. nam gradus sequẽs, vel est eiusdem rationis cum præcedenti, vel non; si primum habetur intentũ, nã secundus est qualitas, sicut primus gradus, qui nunc est pars, cum priùs fuerit totum; si verò non, sequerentur hæc absurda. Primum, quod cum efficiant vnum per se, vnum esset potentia, alterum actus, & vnus informaret alium, quia quæ sunt alterius rationis, non possent efficere vnum, nisi vnum esset potentia, alterum actus, & cum omnis gradus sequens esset alterius, & alterius rationis, maior esset compositio in parte sequente, quàm in præcedente. Secundum quod qualitas præcedens non esset indiuiduum per se genere, vel specie, quia nihil, quod est pars essentialis componibilis cum comparte ponitur per se in genere, vt patet in anima intellectiua, & materia prima. Dices esse eiusdem rationis quoad essentiam, sed diuersæ rationis quoad hæcceitatem, sed contra quia hæcceitas non distinguitur à natura, ergo non potest aduenire de nouo, nisi noua natura adueniat, vnde necessariò debet aduenire aliquod compositũ ex natura, & hæcceitate. Secundò sequeretur vnum indiuiduum habere duas hæcceitates, quia prima adueniente secunda non deperditur.

Partes quãtitatis sunt eiusdem formæ partes &c.

2. Not. ex Georg. d. 2. formam intendi nihil aliud esse, nisi formæ existenti in subiecto similem formam in specie penetratiuè addi in eadem parte materiæ quæ faciat cum præcedente vnum per se, & constituat vnam formam eiusdem speciei perfectiorem intensiuè, quàm erat forma, cui additur alia forma, & ex opposito formam remitti est aliquam partem ilius formæ remoueri, ita vt forma, quæ remanet fit imperfectior, quàm forma totalis præcedens, & ita intelligitur illa propositio, forma suscipit magis, & minus; intelligenda nimirum est in sensu copulatiuo idest suscipit magis, & suscipit minus, sed non in sensu de prædicato copulato. Et ex hoc principio deducitur, quæ formæ possint intendi, & quæ non. Nam si Deus partes formæ substantialis quæ sunt in varijs portionibus materiæ, collocaret in vna portione, non

2 *Quid sit, formam intendi, explicatur.*

Quænam partes possunt intendi, quæ verò non.

non efficerent formam intensiorem, quia non sunt aptæ illæ partes ita coniunctæ efficere vnum per se talem naturaliter, quod si efficerent, certè esset intẽsio, vt fusè Aret. in 1.d.17.q.4.ar.1. ad 4 Och. q.6. ad 5. Gab. q.6. d.2. qui addit, posse à Deo fieri formam substantialem, quæ recipiat huiusmodi intensionem, licet nulla talis sit. Videndus Ægid.1.d.17.q.1.part.1.art.1.ibi Scotus q.4. & 120. Bon. qu.2. ar.1. Toletanus q.3.art.2.Biel.q.8.art.1. Contra hanc doctrinam multa obijcit Gerardus Senensis q.2. art. 3. quod si illæ partes essent distinctæ actu cum in continuo sint in potentia, quod essent infinitæ actu, sed ex dictis de natura continui patet, non esse absurdum vt infra. Neque est absurdum duo accidentia incompleta secundum latitudinẽ esse in eodẽ subiecto, cũ illa sint ordinata ad faciendã vnã totalẽ qualitatẽ secundum perfectionem gradualẽ, neque est absurdum ex duobus entibus in actu partiali fieri vnum per se, vt patet ex partibus quantitatis; neque est difficile assignare modum vnionis, quia cum non sit permixtionem, nec per transitionem vnius ad alterum, vel vtriusque in tertium, quia sic non esset augmentum eiusdem, sed aut generatio, & corruptio, neque sit per informationem, quia ibi vnus non est subiectum propriè alterius, & sunt eiusdem speciei, neq; propriè est continuationis cum ibi non sit vltimum, vnde illa est propria quantitatis, sed sicut latitudo gradualis est proportionalis quãtitatiuè, ita ibi est vnio proportionalis vnioni continuationis.

3. Not. Diuersitatem opinionum in hac materia oriri præcipuè ex æquiuocatione terminorum, qui cum vario modo ab auctoribus explicentur, fit vt eant in cõtrarias partes, vnde si ponant veram terminorum explicationem, sine difficultate cõuenient. Quare dicimus, formas intensibiles cum alijs conuenire in hoc, quod omnibus conueniat aliqua ratio formalis, quę sit singulis vel essentialis, vel quasi essentialis. Secundò conuenire quod singularum essentiæ ad existendum exigunt aliquod principium illas indiuiduãs, atq; adeo multiplicans essentias non quidem essentialiter, sed indiuidualiter. Differre verò quoad modum habendi, & principia indiuiduantia; nam in aliquibus non solùm distinguunt essentias, sed etiam separant sine vllà partium varietate siue extensiuà, siue intensiuà, qualia sunt quæ indiuiduant essentias angelorum. Alia indiuiduant essentias cum aliqua partium diuersitate extensiua, vt v.g. in equis, dicitur enim vnus equus numero, qui habet partes organicas vnitas, licèt in illis sit vna essentia equina, & hæ partes dicuntur integrantes vnitatẽ illius numericam. Alia vero contrahunt essentiam cum quadam diuisibilitate ipsis propria quæ dicitur intensiua, cuius partes dici possunt proportionaliter integrantes perfectionem exigitam ab essentia formæ: quam latitudinem partium distingui patet à latitudine partium integrantium extensiuè, quod illæ exigunt perficere qualitatem, vt existentem in eadem parte subiecti, extensæ verò exigunt diuersas partes subiecti. Vnde sicut naturaliter dicitur de partibus qualitatis, non posse simul existere in eodem loco, sed in diuerso, ita contrà partes integrantes intensionem non possunt naturaliter esse in diuersa parte, sed in in eadem parte subiecti de quarum ratione in sequenti quæstione agemus.

Ex quibus patet in qualitatibus corporeis esse duplicem latitudinẽ partium, vnã extensiuã respectu diuersarum partium subiecti. Alteram intensiuã respectu partium respicientium eandem partem subiecti.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

3 *Essentia duplices habet partes formal.s.f. & quidditatiuas.*

PRima Opinio est dicentium essentiã habere duplices partes, quasdam formales, & quidditatiuas, quæ ponuntur in definitione rei, & ratione harum essentia non suscipit magis, & minus, quasdam materiales, seu accidentales, seu extra prædicata essentialia, & secũdũ has suscipit magis, & minus, Primò quia id, sine quo essentia potest esse, non est de ratione quidditatiua illius, sed forma potest esse sine gradu intenso, & hoc vel illo, ergo gradus non sunt de ratione rei, vnde etiam sequitur quidditatiuam rationem rei non suscipere magis, & minus.

Confirmatur, quia de quidditatiua ratione intelligitur illud 8. met. formæ sunt, sicut numeri, neq; tamẽ hi gradus efficiunt vnum aggregatione cum essentia, quia nõ sunt entitates ad aliud genus pertinentes, sed contentæ sub eodem genere tanquam necessariò requisitæ, vt perfectè existat essentia, licet non contineantur intra essen-

essentiam. Videtur Flsnd.8.mer.q.4.art.7. & Antonij Andr.q. 6. Cap. 1.d.17.q.2.e. 5. Contra quem multa Gerardus Senensis q.2. art.5. sed potius contra verba quam mentem, quia constat illos non agnoscere huiusmodi formas esse compositas ex forma, & materia, qualia sunt composita substantialia, sed dicunt partes materiales illas quibus ratio formalis qualitatis quoad sua essentialia non indiget.

Dices partes in animali materiales fluũt, & refluunt quatenus sunt sub diuersis formis; ergo partes secundum quas fit intensio si essent materiales, deberent esse sub diuersis speciebus, vnde realitas augens non esset eiusdem speciei cum realitate aucta.

Confirm. quia pars formalis, & materialis non sunt eiusdem speciei, ergo realitas secundum quam est intensio non potest esse pars materialis, quia intensio sicut, & auctio qualibet non fit per realitatem diuersam, sed eiusdem speciei; Consequentia prob. nã pars cui fit additio vel est formalis, & sic est diſtĩctę speciei, vel materialis, & tunc quæritur de illa, an addatur præcedenti habenti rationem partis formalis, & habetur intentum, & sic quæretur donec deueniatur ad qualitatis rationem cui fit prima additio. Ita Gerardus Senensis ar.5.

Resp. hæc procedere ex mala intelligẽtia opinionis, non enim dicitur pars materialis, & formalis à materia, & forma partis, sed formalis dicitur ea pars, quæ continet constitutiua essentiæ, quæ dicitur ratio formalis constitutiua rei, cui opponitur pars materialis, quæ continet ea quæ licet sint extra p̃dicata esſẽtialia, sũt tamẽ necessaria ad existẽtiã rei; cuiusmodi sunt hæcceitates, & principia indiuiduantia; quæ cum contrahant & pariantur, essentia fit ex vi illatum partium intensior, quatenus addunt præcedenti diuersas partes essentię, quæ licet prædicatum essentiale sit diuersæ rationis ab hæcceitate, tamen quia hæc contrahendo essentiam, illam sic contractam addit præcedenti, etiam hæcceitas intensior fit per realitatem eiusdẽ speciei.

Ad confirm. Resp. etiam si pars formalis, & materialis præcisè sint diuersæ rationis, vt dixi, tamen realitas materialis cum contineat partem formalem, per quam contractam augetur pars præcedẽs etiam contracta, fit intensior per realitatẽ eiusdẽ rationis; Ponitur suẽ alia distinctio partis formalis, & materialis, vt videtur occasio erroris, scilicet fieri auctionem secundum prædicata essentialia, ad constituendam essentiam perfectiorem in tõne essentiæ, dũ affirmaretur, fieri auctionem secundũ partẽ formalẽ, quatenus additur essentiæ aliud prædicatum illi essentiale.

4 Secunda Opinio est dicentium, formã quæ intenditur suscipere intensionem, & quoad esse, & quoad essentiam secundum omnes partes in forma inclusas, ita Can.q. 3.art.3. videtur Nigri q. 58. vbi etiam cõfutat opinionẽ Scotistarum, qui dicunt causam suscipiendi magis, & minus esse latitudinẽ graduũ formæ, hos autẽ gradus esse modos intrinsecos consequentes esſẽtiam formæ, & fundamentum ipsius est, quia nihil extenditur per id, quod est extra essentiam suam, sed modus est extra quidditatem eius, cuius est modus, ergo nulla forma intrinsecẽ, & in essentia sua suscipit magis propter distinctos modos essentiæ; eadem videtur esse sententia Och. q.6. ad 3. si essentia accipiatur pro eo, quod est cõmune ad plura indiuidua, tũc hi gradus neque sunt de essentia, neq; accidentia essentiæ, si autem per accidentale intelligatur omne id, quod non est intrinsecum essentiæ alterius, tunc gradus adueniens non est intrinsecus priori, vnde est illi accidentalis, sicut forma accidit materię, cum quã efficit vnũ per se. Sequitur Gab.q.7.d.8.ad 3.& dub.9.ad 1.& fuit Och.q.7. in corrolario primi articuli recens, vanam esse opin. dicentium hos gradus esse partes materiales, & nõ formales, nam pars caritatis inquit est caritas.

Forma intẽsionem recipit quoad omnes essentiæ suæ partes.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

5 PRima Conclusio huiusmodi gradus sunt indiuidua incompleta eiusdem formæ, quæ constant ex natura formæ, & prin. indiuiduationis. Patet, quia quilibet gradus formæ est forma, vt benè dicebat Och. Confirmat Niger, quia cum gradus augeat præcedentem partem, non potest fieri hæc auctio, nisi addatur entitas indiuidua continens eandem essentiam cum præcedente parte, ergo; minor patet, quia sicut ad faciendum album requiritur albedo, its requiritur maior albedo ad faciendum magis album.

Gradus qualitatis sunt indiuidua incompleta eiusdem formæ.

Confirmatur 2. quia maior quantitas attenditur ex additione partis, quæ contineat

Confir. paritate quantitatis,

neat essentiam quantitatis, ergo magis, & minus in qualitate attendi debet etiam in essentia qualitatis.

Forma intenditur et ratione essentiæ. Ex hac concl. sequitur formam intendi nō solum ratione principiorum indiuidualium formæ, sed etiam essentiæ, ita vt essẽtia ipsa multiplicetur,& habeat grad', quod probat Niger, quia essẽtia albedinis dicitur maior, & minor, dicitur.n. maioalbedo,& minor.

Confir.1. quia sicut indiuisibilitas est causa non suscipiendi magis, & minus, ita diuisibilitas est causa suscipiendi, sed indiuisibilitas attenditur penes essentiam, ergo. 3. probat Canon. quia genus,& differentia, v.g. albedinis in se suscipiunt magis,& minus, nam color suscipit magis, quia subiectum vnum est magis altero coloratu, ergo habet plus de colore, similiter disgregatiuum, nam vnū magis altero disgregat, ergo essentia albedinis suscipit magis. Conf. quia sicut se habet forma indiuidualis ad generationem speciei, ita intensio indiuidui ad intensionem speciei, sed generato per se aliquo indiuiduo, generantur consequenter omnes gradus superiores, vt patet intuenti, ergo intenso aliquo indiuiduo intenditur consequenter omne inclusum in ipso, quare essentia in se intenditur, vnde sicut forma specifica suscipit magis, & minus, non quidem separata ab indiuiduis, sed in ipsis indiuiduis, sic etiam definitio specifica suscipit magis in suis inferioribus.

Ex quibus patet solutio argumẽtorum, quæ proponit Vgo Senensis art. 6. contra conclus. primò quod charitas non est, eadẽ numero quæ prius, quod habeat diuersam hæcceitatem, sed falsi patet, quia manente parte indiuiduali præcedenti additur noua pars indiuidualis, quæ ordinatur ad vnum indiuiduum completum in tali specie, sicut accidit in omnibus, q̄ constant ex partibus eiusdem speciei, vt cum aqua additur aquæ, secundò quia cū ratio indiuidualis sit diuersæ rationis à gradu essentiali, non potest augeri ex illo essentia. Sed respondetur gradum indiuidualem contrahere essentiam, vnde essentia indiuiduata additur essentiæ præcedenti indiuiduatæ, quare augmentum fit ratione realitatis eiusdem speciei cū præcedẽti, neq; inde sequitur essentiam esse subiectum indiuiduationis, quia subiectum debet præexistere formæ, at essentia contrahibilis non præexistit hæcceitati, quia existentia non conuenit nisi essentiæ hæcce'ziatæ, licet alij concedant essentiam esse indifferentem ad plures hæcceitates, & ideo habere aliquam conditionem materiæ, sicut dicitur de genere respectu differentiarum.

Secunda Conclusio, neque graduum multiplicatio, neque diminutio, seu intensio,& remissio sūt de essentia formæ est cō tra Nigrū in Clypeo. Sed patet, q a essentia conseruari potest in quolibet gradu quare quilibet gradus contingenter conuenit formæ, neque tamen hinc fit, quod possit existere sine vllo gradu, & intensione, nam sicut ex eo quod essentia equi contingenter coniungitur cum hac, vel illa indiuiduatione non tamen fit, posse existere sine vlla hæcceitate, & similiter quantitas licet conseruetur in qualibet portione, non tamen fit, posse existere sine vlla portione, ita ex eo, quod albedo possit esse sine hac, vel illa parte graduali, non tamen fit posse existere sine omni, quia necessariò quoad existentiam aliquem gradum vage sibi determinat. 6 *Intensio,& remissio non sunt de essẽtia forma.*

Confirmatur primò concl. quia si gradus octauus B, esset essentialis albedini, vel esset tanquam genus, vel tanquam differentia, quorum neutrum dici potest, nam albedo vt sex nō esset essentialiter albedo, quia ei deesset genus, vel differentia albedinis.

Ex conclus. sequitur intensionem,& remissionem esse extra essentiam formæ, sed modum intrinsecum formæ, quo essentia formæ plurificatur secundum latitudinem intensiuam, contra Aureolum, neque verò est, vt extensio quantitatis, nam hæc est ipsa ratio formalis quantitatis, quod verò sit tanta, vel tanta, est extra essentiam, sed qualitates huiusmodi non constituuntur per actualem intensionem, & remissionem tanquam per rationem formalem, nam si ratio formalis eius esset intensio, non posset illi conuenire remissio, & contra, & si vtraque esset de essentia, tunc opposita essent de essentia eiusdem, quare intensio est multitudo quædam partium, qua essentia qualitatis habet latitudinem,& perfectionem debitam suæ naturæ, & fortè posset explicari, se habere vt paruum, & magnum in quantitate; oritur autem intensio, vt inquit Och. & Gab. ex natura formæ, neque alia causa quærenda, est enim forma talis naturæ, vt possit secundum diuersas partes efficientes vnum integrum indiuiduum informare idem subiectum adæquatè, Ne- 7 *Intensio, & remissio est extra essentiam formæ &c.*

que

que tamen hinc sequitur, formam intensã esse vnum ens per accidens, quia eius partes, & modus hic non sunt alterius generis ab ipsa forma, neque fieri potest, vt essẽtia existat sine vllo gradu, nam licet quilibet gradus signatus non sit de essentia formæ specificæ, neque indiuidualis, vagè acceptæ, tamen sunt de conceptu indiuidui determinati; imò nihil aliud est indiuiduũ determinatum, nisi portio quædam qualitatis, essentia autem non potest, nisi in indiuiduis existere, & ideo forma specifica non potest separari à quocumque gradu, neque verum est, omne subiectum posse spoliari quolibet accidente, vt patet in quantitate, à qua licet hæc vel illa seiungi possit, non tamen potest omni figura spoliari, vnde concludo formam specificã conseruari in quolibet gradu, & identificari cum illo, vt pars cum toto. De hac vide omnino Flaud. art. 8. qui dicit intensionem esse modum essentiæ, qui modus sequitur essentiam formæ, vt est in subiecto.

8 *Obiectiones contra superiores cõcl.* Sed contra has cõclusiones. Primò obijcitur ex Nigro in prædicam. q. 58. Si ponatur latitudo graduũ in essentia, vel vnus continetur in altero, vel additur illi; si primum, differrent specie, vt sensitiuum à vegetatiuo, si dicitur secundum, sequitur formam esse compositum, contra auctorẽ sex princip. forma inquit est inuariabilis, & simplex; hoc autem repugnat cum latitudine essentiali.

Resp. cõtinẽs est dupliciter, primò formaliter, & hoc non est opus distingui specie à contento, vt quantitas palmaris respectu semipalmaris, & superlatiuũ continet positiuũ. Secũdò virtualiter, vel eminẽter, hęc necessariò distinguitur; qualitas autem intensa continet remissam primo modo, quia latitudo graduum intensiua respõdet proportionaliter extensioni quãtitatis, cui etiamsi fit forma, fit additio. Neque obstat prædictum ab auctore, qu a forma dicitur simplex, vt negat compositionem ex materia, & forma, non autem ex partibus integrantibus, ex Niger. loc. cit. & dicitur inuariabilis varietate subiectiua, qualis est materia respectu formæ substantialis de vna specie in aliam, quia vna forma pertinet semper ad vnam speciem, non autem negat variationem non mutantem speciem, neque excludit à forma varietatem obiectiuam.

2. Obijcitur Auctoritas Aristot. in 8. met. Essentiam, & definitiones rerum esse vt est numerus; hic autem non suscipit magis, & minus, vt in prædicamentis c. de qualitate, iustum suscipere magis, & minus, non tamen iustitiam. Confirmatur ex Gilbert. qui formam definit consistere in simplici, & inuariabili essentia.

Resp. ex dictis, Arist. loqui nõ absolutè de quibuscũq; formis, vt patet ex quantitate cõtinua, sed de naturis specificis compositorum substantialium, quæ in hoc numeris comparantur, ex Nigro quæst. 58. ad 3. & ego addo, ibi formas comparari numeris, quia sicut numerus additione vnitatis variatur secundũ speciem, ita quælibet differentia extranea, addita rei variat speciem, & non comparat quoad additionẽ, quæ fieri potest aliquibus formis in eadẽ specie, & ideo subdit definitiones non suscipere magis, nisi cum materia. i. indiuiduatione, inquit Can. nã albedo v.g. separata à materia, idest, indiuiduis & accepta, vt dicit conceptum communẽ ad omnia indiuidua, non recipit magis, & minus, nã vt abstrahit ab hæcceitatibus, ita etiam abstrahit à sui multiplicatione, quæ conuenit ratione hæcceitatum, indiuiduata tamen, vt ipsa essentia albedinis multiplicatur, ita recipit magis &c.

Ad auctoritatẽ de prædicamento qualitatis Resp. Can. In fine q̃stionis, id dici, quia nõ habet esse, nisi vt in subiecto existens. Ad confirmationem patet ex dictis. 9 *Aliquid dupliciter esse potest de ratione alterius.*

3. Obijcitur, quia id, sine quo res põ: esse, non est de ratione eius quidditatiua, sed forma potest esse sine gradu intensio, ergo. Resp. ex Cañ. dupliciter aliqd esse de rõne alterius. Primo vt id, in quo saluatur ratio rei, 2. vt id, sine quo non põt esse ratio rei, & in ijs, quæ non suscipiunt magis, & minus, & quæ suscipiunt, & quidem in ijs, quæ non suscipiunt magis, & minus, idẽ est id, in quo saluatur ratio rei, & sine quo non potest esse ratio rei; in ijs autem quæ suscipiunt magis, & minus, aliud est id, in quo saluatur ratio rei, & id, sine quo non potest saluari ratio rei. quibus positis, Resp. ad argumentum. Gradum intensum non esse de ratione rei, & id sine quo non potest saluari ratio rei, vt probat argumentum, esse tamẽ de quidditate, vt id, in quo saluatur ratio rei, seu vt id, quod reperitur in ratione rei.

4. Obijcitur ex Nigro. Si intensio esset modus essentiæ, non posset illam multiplicare, neque extendere, quia quod est extra essentiam vt modus eius supponit essentiã

cam-

existentem, atque adeo habentem suas indiuiduationes, quas necessariò supponit existentia. Resp. negando sequelam maioris: nam indiuiduationes sunt extra essentiam, & tamen illam multiplicant; & in multorum opinione substantia primo extenditur per quantitatem, quæ tamen est extra essentiam illius.

Ad probat. Resp. existentia supponit indiuiduationes, ac indiuiduationes multiplicant illam ante existentiam, non quidẽ multiplicatione realiter existente, sed multiplicatione obiectiua, quæ fit realiter à parte rei, adueniente existentia: non enim hæcceitas est modus accidentalis qui supponit existentiam, sed modus quasi differentialis, contractiuus essentiæ. Hic essent aliqua dicenda de varietate modorum nisi de ea te esset tractatum in 1. tom. opusc. tract. 1.

Resp. 2. intensio non fit solum ex additione hæcceitaris, sed per additionem essentiæ indiuiduatæ.

Ex his patet, essentiã qualitatis augeri in sua essentia, non quidẽ secundũ prædicata essentialia, quæ sint superaddita prędicatis constitutiuis essentiæ, vt rectè probat Senensis loco cit. art. 7. sed dicitur augeri in suæ essentia, quatenus essentiæ indiuiduatæ additur essentia eiusdem speciei, sed indiuiduata per aliam indiuiduationẽ, vt si aquæ adderetur altera pars; cum hoc tamen discrimine, quod ex illis fiat aqua extensior, ex his verò fiat qualitas magis intensa, quia omnes illæ partes sunt in eodem subiecto, vt perficiant qualitatem. Vnde ruunt omnia argumenta, quę Gerardus d. art. 3. contra hanc opinionem affert.

DVBITATIO IX.

An gradus quibus intenditur qualitas sint homogenei.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Homogenea quid sint explicatur, quid heterogenea.*

PRimò Not. Homogenea dici ea, quæ sunt eiusdem rationis secundum speciem, & indiuiduationem. Heterogenea verò dici, quæ sunt diuersæ rationis; siue secundum gradus essentiæ; siue secundum hæcceitates. Vnde ad heterogeneitatem sufficit diuersitas rationis in aliquo prædicato; hæc autem diuersitas rationis fert secum aliquam diuersitatem in perfectione, si enim essent eiusdem perfectionis, non haberent diuersam rationem, seu definitionem, & quia inter hos gradus non potest esse distinctio specifica, nam sunt perfectiones qualitatis vnius speciei, ideo oportet, vt hæc diuersitas rationis sit in hæcceitatibus graduum.

2. Not. ex Tol. 4. phys. q. 12 Forl. 3. p. ad 3. contra primam concl. Latitudinem formarum esse duplicem, quædam enim est vniformis, quædam difformis. *Latitudo formarum duplex est.* Vniformis dicitur, cum forma ita est extensa in subiecto, vt per singulas subiecti partes sit æquè intensa; hæc vniformitas consistit in indiuisibili, ideo non amplius subdiuiditur. Difformis verò, cum qualitas in toto subiecto non est æquè intensa, sed in prima parte sit v.g. vt octo, in secunda vt septem, in tertia vt sex. Hæc autem adhuc subdiuiditur, in vniformiter difformem & in difformiter difformem; illa est cũ licet qualitas sit inæqualiter intensa per omnes partes subiecti, tamẽ excessus quibus vnus gradus excedit aliũ, sunt æquales, vt si sint decem partes ligni, & in prima sit calor vt vnum, in secunda vt 2. in quarta vt dupliciter, & sic consequenter. Quare difformis est latitudo qualitatis, vt patet, sed vniformiter, quia excessus partium inter se sũt æquales, nam ea proportione duo excedũt vnum, qua tria duo, & dupliciter tria; & hæc quia consistit in indiuisibili non amplius diuiditur.

Difformis verò difformiter dicitur, cũ qualitatis partes non sunt æquales, quæ æqualiter se extendunt, vt si in prima parte calor esset vt vnum, in secunda esset vt tria, & in tertia vt sex &c.

Hæc autem subdiuiditur in vniformiter, difformiter difformem; & difformiter difformiter difformem. Prima dicitur 2
cum partes, & si sint inæqualiter intensæ, & excessus sint inæquales, tamen proportiones excessus sunt æquales, ita vt eadem proportione vna pars aliam excedat, qua altera alteram, vt si prima pars sit vt vnum, secunda vt duo, tertia vt quatuor, quarta vt octo: est enim difformitas propter inæqualitatem intensionis, & difformitas, quia excessus sunt inæquales, sed vniformiter, quia inter excessus semper seruatur eadẽ proportio, vt in casu posito proportio est dupla. Quod si eadẽ proportio non seruetur, dicetur latitudo qualitatis difformi-

ter difformiter difformis.

Hæc Tol. alij tamen paulò aliter explicant: nã in latitudine vniformiter difformi dicunt seruari proportionem arithmeticã; in difformi verò difformiter, non seruari hanc proportionem, quod si in hac seruatur proportio geometrica, dicetur vniformiter difformiter difformis, si verò neq; hæc proportio seruetur, omnino difformis appellabitur. his positis.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

3 *Gradus sũt heterogenei per aliquos.* PRima opinio est dicentium; hos gradus esse heterogeneos, ita tamen inter se subordinatos, vt vnam qualitatem efficere possint, vt plura membra efficiunt vnum corpus animalis; vnde consequenter dicunt, si plures primi gradus collocarẽtur in eadem parte subiecti, nullam futuram intensionem maiorem.

Heterogeneitas quot modis explicetur. Sed hæc heterogeneitas diuersimodè potest explicari. Primo, vt sit distinctio secundum speciem saltem incompletam, vt partes viuentis, & perfectiorem aduenire imperfectiori vt actũ potẽtiæ; quod puto à nullo dictum & impugnatur ab Och. q. 7.2 vt non efficiant distinctionem secundum speciem, sed tantum in principio indiuiduationis, ita vt hæcceitas vnius sit perfectior hæcceitate alterius, quare nolũt hanc maiorem perfectionem sitam esse in eo tantum, quod gradus intensior contineat plures partes qualitatis eiusdem speciei, vt vlna est perfectior palmo, quia id non efficeret hæterogeneitatem, sed dicunt sitam esse, quod in vno est modus quidam intrinsecus, & hæcceitas perfectior; & huius meminit Och. q. 7. & mihi videtur esse Burl. Gotfredi, & Dur. & aliorum, qui dicunt, intensionem qualitatis fieri per additionem gradus ad gradum, ita vt adueniente vno corrũpatur præcedens, quia subsequens continet totam perfectionem præcedentis, & perfectiori modo, vnde cessat ratio cur esse debeat in subiecto præcedens gradus, nam putãt continere totam perfectionem primi, & addere maiorem perfectionem; quæ certè maior perfectio non potest esse cum distinctione specifica essentiæ: nam alioqui calor vt vnum, & vt octo non essent eiusdem speciei, imò deberent ponere sub specie caloris infinitas alias species, neque calor esset infima species in genere qualitatis. Suar. disp. 46. m. sect. 1. Caiet. 2. 2. q. 24. art. 3. vbi ponit additionem esse secundum rem, & art. 7. vbi ait quemlibet graduum esse eiusdem speciei, non tamen eiusdem perfectionis infra latitudinẽ speciei. Sequitur Lorca quæst. 24. art. 5. n. et 3. disp. 14. in fine. Hurtadus de Generat. disp. 5. sect. 6. subsect. 2. §. 67.

Fundamenta huius opinionis plura sũt. Primum quia vnus gradus qualitatis intrinsecè supponit alium, tanquã sui dispositionem ergo aliquid intrinsecum erit in vno, quod nõ est in alio, sed hoc nõ põt esse ratione essentiæ, cum sint eiusdem speciei; ergo ratione hæcceitatis, ergo ratione huius sunt diuersæ rationis, cum aliquid vni conueniat & non alijs. 4 *Exponũtur varia primæ opinio. fundamenta.*

Confirmatur; quia alioqui non differret latitudo extensiua caloris ab eius intensione, quia non esset ratio cur calor extensus per quantitatem palmarem si poneretur in semipalmari, non efficeret intensionem; at hoc esse absurdum patet, tum quia quælibet aggregatio caloris efficeret vnũ indiuiduum per se sub specie qualitatis; tũ quia si duæ partes caloris essent in eadem parte subiecti, nec tamen vnitæ inter se, non efficerent maiorem intensionem, nec actiuiorem, neque subiectum diceretur calidius, ergo neque si vnirentur, quia vnio non daret actiuitatem, neque ex vnione præcisè deberet subiectum dici calidius, sed propter calorem maiorem, ergo intensio non fit ex additione cuiuscumque caloris, sed perfectioris; tum quia latitudo intensiua dicit maiorem perfectionem in qualitate, quam extensiua, ergo intensio nõ fit per gradus similes, quia intensiua continere perfectiones easdem graduum, quas extensiua, vnde aggregatum ex Deo, & creaturis dicitur perfectius extensiuè, quam aggregatum ex solis creaturis, non autem intensiuè quia cõtinet membrum aliquod perfectius intensiuè, scilicet ex eo, quod non continet aggregatum ex solis creaturis, at si sumeretur aggregatũ ex perfectionibus similibus, non esset perfectius intensiuè, sed extensiuè aggregatũ ex perfectionibus nouis eiusdem rationis cum præcedentibus.

Confir. 3. quia non esset ratio, cur prius hic, quàm ille gradus corrumpi debeat vel introduci ex natura rei, at si gradus sunt heterogenei facilis est ratio huius quæsiti, quia corrumperetur perfectior, qui supponit alias. Dices illum expelli, qui est vlti-

mò

mò introductus, quia ordo reſolutionis eſt cõtrarius ordini generationis. Sed contra;tum quia id eſt per accidens, quando ex ordine generationis non conſurgit in re ſpecialis ordo partium, qui talem reſolutionem poſcat;tum quia aliquando forma intenſa fit in inſtanti.

5 Secundum fundamentum eſt. Quia non poſſet aſsignari ratio, cur calidum vt quatuor, nõ poſſit producere calorem, vt octo; Nam calor vt octo non eſt, niſi aggregatio duorum calorum, vt quatuor; ſed calor vt quatuor poteſt producere duos calores vt quatuor, ergo poterit producere calorẽ vt octo, quia illi calores ſunt omnino eiuſdẽ rationis, & diuerſitas ſubiectorum accidẽtalis eſt agenti, modo in vno ſubiecto ſit capacitas vtriuſque partis.

Dices. Poterit quidem producere in diuerſis ſubiectis, non tamen in eodem, quia actio fit inter diſſimilia, quare cum ſubiectum habet iam calorem vt quatuor, non poterunt plures produci, quia facta aſſimilatione ceſſat actio, quia non ſufficit capacitas ſubiecti ſine priuatione. Sed contra, quia ſubiectum eſt capax vtriuſque caloris, & habet priuationem gradus ſequẽtis, alioqui à nulla poſſet illum recipere, & vterque non ſuperat virtutem agentis, quia entitas vtriuſque caloris eſt eiuſdem rationis, ergo ſi prima entitas continetur in potentia actiua, etiam ſecunda non excedet vim illius potentiæ. Cuius argumenti vim ita explico. Calor, vt octo cõſtituitur ex entitate A, B, quę oẽs sũt eiuſdẽ pfectionis, ſed calor vt quatuor poteſt producere quamlibet ex illis entitatibus, & ſubiectum eſt ſuſceptiuum; neque dicas poſſe in diuerſis ſubiectis, & in diuerſis partibus eiuſdem ſubiecti, non tamen in eadem parte: nam ſi entitates, A, B, C, D, productæ in diuerſis ſubiecti partibus collocentur in eadem parte, efficerent calorem intenſiorem, ergo calor vt octo, qui eſt in eadem parte ſubiecti, non excedit virtutem actiuam caloris, vt quatuor. Confirmatur. Quia aſſimilatio inter paſſum, & agens in tantum impedit actionem, in quantum effectus, qui deinde producendus, eſt ſupra vires agentis, nam alioqui non deberet impedire, nam ſi paſſum poſſet bis aſſimilari agenti, hoc non ceſſabit iterum, atque iterum aſſimilare ſecundum omnes effectus, quos poteſt producere, cum ad actionem non requiratur, niſi virtus actiua, & paſſum capax actionis. Neque diſſimilitudo eſt neceſſaria ob aliam cauſam, quod ſubiectum habens formam ſimilem agenti nullam poteſt ſimilem accipere à quocumque agente: nam ſi poſſet ab aliquo, non eſt ratio, cur requiri debeat diſſimilitudo; neque dicas poſſe produci entitatem vnius gradus præcisè, non tamen poſſe vniri præexiſtenti, quia inde fieret qualitas perfectior; nam contra, tum quia ſi poterit entitatem producere, poterit etiam vnire: quia vnio non addit maiorem perfectionem, cum ſit modus, qui eſt imperfectior re modificata; tum quia cum vnio intenſiua, & extenſiua ſint eiuſdem rationis cum poſſet extenſiuam, vt patet, poterit etiam intenſiuam.

Reſpondent aliqui, id oriri ex ſubiecto ſuſtentante, cuius capacitas cũ exhauriatur ex ſuſtentatione, ſi debet recipere aliud, debet adiuuari ab agente perfectiore, vt producatur talis effectus, nam ex virtute agentis ſuppletur defectus virtutis ſuſtentatiuæ. 6

Sed contra. Tum quia ex ſuſtentatione quatuor graduum non eſt totaliter exhauſta virtus, quia manet in ordine ad aliud agens perfectius, vt poſſit recipere alios quatuor gradus, ergo poterit illos recipere, & ſuſtentare, ſi producantur illi gradus ab agente habente virtutem vt vnum, quia non debet requiri maior virtus in actu primo, quàm ſit neceſſaria ad actum ſecũdum, ſed huic ſufficit virtus vt vnum, quia perfectio effectus eſt vt vnum.

Tum quia eadem eſt virtus ſuſtentatiua caloris, & ſiccitatis, & ſicut exhauritur ex ſuſtentatione caloris, ita exhauriretur ex ſubſtentatione ſiccitatis, ſed ſuſtentans calorem, vt octo, adhuc poteſt ſuſtentare ſiccitatem vt vnum, receptam ab agente vt vnum, ergo ſimiliter calorem vt vnũ productum ab agente vt vnum; ergo ſicut nõ redditur ſubiecti virtus ſuſtentatiua debilior, ex receptione plurium formarum diuerſę ſpeciei, ita neque ex receptione plurium graduum eiuſdem qualitatis, infrà latitudinem obiecti adæquati illius virtutis; tum quia licet potentia paſſiua ordinetur ad actiuam, quatenus non poteſt recipere formam, niſi illi communicatam ab aliquo agente, tamen poterit ſuſtentare omnem formam, cuius eſt capax, ſi illi cõmunicetur ab agente habente virtutem producendi, ſiue in ſe ſit perfectius, ſiue imperfectius, modo habeat virtutẽ reſpectu effectus: non.n. materia requirit agẽs, vt illi tribuat, vel adiuuet virtutem ſuſten-

ratiuam, sed ratione formæ, quæ requirit ad sui existentiam influxum agentis, vnde videmus, cessante actione agentis adhuc formam sustentari à materia, posita tamen conseruatione Dei, quare impertinens illi est, quod agens habeat tantam, vel tantam virtutem, modo forma illi tribuatur.

7 Tum 4. quia ex dicta opinione sequetur, quod dum producitur primus gradus in subiecto, sit maior concursus materialis, quam in productione secundi, vel tertij &c. Contra verò in efficiente, quod minor concursus sit ad primũ, quàm ad secundum, cum tamen ibi sit maior assistentia, & perfectio concursus, si spectetur ex termino.

Respondēt alij, vt producatur alter gradus in subiecto habente calorem, vt quatuor, debet in agente esse in actu primo, potens actione adæquata producere totam illam latitudinem.

Sed contra. Quia cum tota illa latitudo non producatur per vnam actionem adæquatam, sed per plures partiales, sufficere debet in agente virtus ad producendas partiales actiones illis proportionatas, & ex eorum terminorum vnione resultet effectus totalis productus per iteratas actiones, tum quia videmus agens paratũ extensiuè producere qualitatem in subiectum remotum extensum, non posse illam producere in proximũ sũ totam perfectionem graduum, quos produxit in remotum.

Confirmatur 2. Agēs potest entitatem B, producere in diuerso subiecto, ergo multò magis in eodem, vbi est entitas caloris A, nam inuenit subiectum magis dispositum, cum resistentia sit diminuta ad recipiendum B, quam prius fuit ad recipiendum A.

Confirm. 3. quia si sit calidum palmare vt quatuor, saltem poterit in semipalmari producere intensiorem calorem, scilicet vt octo, nam passum non esset assimilatum agenti secundum totam multitudinem graduum, quam habet in se, nisi in semipalmari duplicentur gradus, qui sunt in agente, nam tanta est perfectio caloris vt quatuor, extensi per subiectum palmare, quanta est caloris vt octo, extensi per subiectum semipalmare, sed omne agens intendit assimilare sibi passum secundum omnem perfectionem, quam habet in se eo modo, quo potest.

8 Confir. 4. quia saltem calidum, vt quatuor dein[d]um poterit producere calorem vt octo, quia cum totam multitudinem graduum, quam habet, non possit producere in diuersis subiectis, producet saltem in eodem subiecto, quod secundum omnes illos gradus sibi assimilabit, cum subiectum sit assimilabile secundum omnes illos; gradus autem ijdem positi in eadem parte subiecti intensionem efficerent.

Confirm. 5. quia saltem duo agentia vt quatuor poterunt producere calorem vt octo, quia vnumquodque potest efficere calorem vt quatuor, & vnum non impedit, imò potius iuuat actionem alterius. ergo &c.

Confirm. 6. Quia actus remissior intendetet subiectum intensius, quia potest producere vnum gradum, qui additus præexistenti qualitatem illam intenderet.

Tertium. Quia calor eiusdem rationis additus calori, non facit intensionem, vt patet in aqua tepida, quæ sitet addita non facit illam intensiorem. est Och. Confirmatur, q[ui]a si poni possũt heterogenei esset cũ maiori facilitate, nã & actionũ, & corruptionũ qualitatum daretur ratio, cum octauus ob sui pfectionē nō possit coexistere cum primo qualitatis contrariæ, ac si octauus esset eiusdē rationis, ac primus, sicut primus potest stare cum primo contrariæ qualitatis, ita & octauus: tamen non esset ratio, cur ille, & non alius corrũperetur, qa ex cuiuslibet corruptione latitudo diminueretur, vt possit subiectũ recipere vnum alterius qualitatis; item & vnitas melius saluaretur, vt patet. ergo ità dicendum.

Quartum. Quia non esset terminus intensionis qualitatum contra physicam naturam rerum, vt experientia probat, nam ita fit intensio per additionem caloris, sicut extensio, eiusdē enim rationis est vnio duorum graduum in diuersis partibus, ac in eadem parte, sed in extensione non datur maximum ex eo, quod fiat per additionem, nam cum semper fiat additio, cum est additus vnus gradus, potest addi alius, & non est rō, cur in diuersis partibus subiecti possit multiplicari, & non in eodē, cum vnio sit eiusdem rationis, imò facilius fieri potest in eadem parte, quæ non est necessaria multiplicatio subiectorum, & eadem pars subiecti est m[a]gis subdita agenti.

Cõfirmatur. Quia si datur maximus calor, sit v.g. vt octo, & ei applicetur calidũ 9
vt octo densissimum, tunc calidum densũ poterit intendere calorem vt octo in subiecto raro, nam poterit communicare totã

mul-

multitudinem sui caloris alteri, & non nisi calido, vt octo, neque dicas, nō posse, quod passum non est amplius capax maioris caloris: nam ex parte caloris non esset repugnantia amplius intendi, cum non repugnet amplius multiplicari. ergo &c.

Confirm. 2. Quia non potest explicari, cur substantiæ partes, quæ informant diuersas partes subiecti, si à Deo collocentur in eadem parte, non efficerent intensionē. Resp. augmentum in infinitum non repugnare ex natura formæ, sed ex capacitate finita subiecti, quæ ad tantam latitudinem vnius contrarietatis extenditur, & non maiorem. Sed cōtra, quia gradus illi sunt eiusdem rationis, & ex natura ipsorum non repugnat multiplicari in infinitum, & esse simul in eodem, & non est, cur repugnet ex parte subiecti, quia est indifferens, & capax singulorum, & multorum simul, nec illi occupant locum, cum non habeant repugnantiam inter se, ergo neque est ratio, cur potentia materiæ sit limitata, & non potius infinita negatiuè; idest, non determinata ad certum numerum formarum cum respectu omnium possibilium sit passiua.

Confir. 3. quia eadē numero accidentia omnino similia in effectu formali indiuiduali non possunt multiplicari in eodem, siue sint totalia, siue partialia, vt fusè Suar. disp. 5. sect. 8. quia debet spectari natura ad finem, ad quem ordinatur qualitas, qui est effectus formalis, ne sit omnino eiusdē rationis.

Confirm. 4 Quia non esset ratio, cur si Deus duas visiones imperfectas eiusdem omninò obiecti constitueret in eodem oculo, non fieret perfectior visio, at oppositum constat, quia non videretur obiectū perfectius; neque dicas illas inhærere quidem eidem subiecto, sed non vniri inter se vnione debita intensioni, quia non esset ratio, cur non produceretur talis vnio, cū partes sint eiusdē rationis, quia licet vnio non tribuat intensionem, est tamen conditio, vt fiat intensio ex pluribus partibus, quod si concedatur, tunc instatur, quia si illæ essent beatificæ, fieret intensior visio, atque adeo deberent in Deo videri plures creaturæ, at hoc videtur impossibile, quia si singulæ visiones repræsentabant v. g. equum, bouem, & hominem, non potest intelligi, quomodo eædem vnitæ, repræsentent alias species, neque potest intelligi, quomodo ex duabus visionibus illis resultet visio alterius speciei, nisi addatur perfectio visionis repræsentans nouam speciem prioribus non repræsentatam.

10 Secunda opinio est dicentium, qualitates habentes contrarium intendi per gradus heterogeneos, cæteros verò per homogeneos. Prima pars prob. ex dictis supra. Secunda probatur experientia; nam si quis impellat rotam, & addat secundum impulsum, tota duplo velocius mouebitur; ergo intenditur vis impulsiua per gradus homogeneos, cuiusmodi sunt illi impulsus, & idem patet si duo homines æqualis virtutis impellant idem corpus. Confir. ex maiori velocitate motus naturalis in fine: illa enim velocitas non potest oriri, nisi ex intensione impulsus, addito illi impulsu homogeneo; Ita Aresius 1. de Gen. disp. 3. quæst. 26. sect. 3.

Gradus habentes contrarium heterogenei sunt, cæteri verò homogenei.

Sed non placet alijs, eo quod sit eadem ratio in vtrisque; nam eadem ratione qua dicunt, gradus non esse similes in habentibus contrarium, quia alioqui statim deueniretur ad summum; eadē esset rō in carētibus contrario, cum tamen constet, lumen non statim intendi vsque ad summum.

Impugnatur hæc sententia.

Respondent. Illam luminis intensionem oriri ab applicatione successiua corporis lucidi; at verò totum producit iuxta virtutem iam applicatam, absque eo, quod producat summum lumen, quod in se habet; quia occupatur in conseruando lumē productum, & ideo non potest nouum, & nouum producere.

Intensio lucis cur non deueniret ad summū, vt aliorum habentium cōtrarium.

Sed contra, inquiunt Recentiores. Quia hoc nō prouenit ex eo, quod lumen careat contrario, sed aliunde, quia scilicet est determinata virtus ad tantum effectum. Cōfirm. ex specie impressa, quæ non conseruatur ab actu, à quo producitur, sed à solo Deo; & tamen actus ille conseruatus per horam, non intendit speciem, cum tamen ex ipsorum ratione deberet producere speciem infinitè intensam. Sed hæc instantia reijcitur, quia actus etiamsi duret per horam, producta specie proportionata suæ virtuti, non potest amplius producere, sed totum quod poterat, produxit in primo instanti, quod non est in habentibus contrarium. Quare illa ratio opinionis reijcienda est ex eo, quod in habentibus contrarium productio est successiua, ex resistentia contrarij, non ex heterogeneitate graduum; contra verò in carentibus contrario, in quibus etiamsi sit carentia contrarij, adhuc potest esse in eorum productione successio, siue

ex

ex successiua applicatione agentis, siue ex successiua dispositione subiecti, lumen .n. successiuè intenditur in aere, quod successiuè tollatur impedimentum opacitatis, quod habet. Vnde.

11 Respondetur ad Confirm. non potest ex velocitate motus facta à duplici impulsu eiusdem rationis, siue quia multi negant, motum velociorem non esse propriè magis intensum; siue quia duplex virtus æqualis facilius superat resistentiam aeris, qui scinditur à mobili; vnde si ille motus esset in vacuo, non esset velocior à duabus, quã ab vna virtute; siue quia virtus motiua est diuersæ rationis à motu, & ideo multiplicatæ virtutes possunt velocitare motum, quia tota illa velocitas, non oritur ab intẽsione virtutis, sed à multiplicatione virtutis, respectu effectus inferioris rõnis, q̃ sit ipsa virtus; siue quia ille impetus intẽditur per gradus diuersæ rationis, qui potest oriri ab eadem virtute, eo quod subiectum habens vnũ gradũ est magis dispositũ, ad recipiẽdũ ab eadẽ virtute perfectiorẽ gradũ; siue deniq; quia idẽ subiectũ põt esse magis dispositum ad recipiendum velociorem motum ab eadem virtute, vt patet ex mola, quæ à virtute initio difficilè mouetur, postquam autem cœpit moueri, facillimè, & magis mouetur. Sed de hac re plura infra cum de virtutibus motiuis elementorum.

12

Gradus qualitatis corporeæ sunt heterogenei, spiritualis verò homogenei.

Tertia opinio est dicentium. Qualitates corporeas intendi per gradus heterogeneos, spirituales verò per homogeneos. Fundamentum esse potest: nam experientia videmus, in qualitatibus corporeis non fieri intensiorem effectum, quando subiectum habet æqualem perfectionem illi, quæ est in agente, vt calidum vt quatuor non intenditur à calido vt quatuor, & ideò requirimus gradum vt quinque, qui sit perfectior in agente, vt possit illum vnum gradum communicare subiecto: at hæc ratio non militat in spiritualibus, quæ non producuntur à causis similibus, sed æquiuocis.

Impugnatur hæc opinio.

Sed non placet; quia militat eadem ratio; nam virtus productiua spiritualium, producto effectu secundum gradum sibi proportionatum, & adæquatum, nõ potest circa illud subiectum producere alium gradum, etiamsi posset illum producere
8 in alio subiecto; ergo sicut ex hac ratione inferunt heterogeneitatem in qualitate corporea, debent etiam illam concedere in qualitate spirituali.

Quarta Opinio est dicentium; qualitates operatiuas intendi per gradus heterogeneos, eas verò, quæ non sunt operatiuæ, vt colores, &c. intẽdi per homogeneos, quia deest fundamentum aduersariorum, quia si omnes sunt similes cum nullum agens agat in simile, non posset reddi ratio, cur duo gradus agant in subiectum habens vnum, contra experientiam; & cur vnus non possit producere in subiectum habens vnum. 13

Gradus qualitatis operatiuæ sunt heterogenei, non operatiuæ verò homogenei.

Respondent primò afferendo Instantiã, quod nullum agens perfectè sibi assimilat passum, quod non prouenit ex resistentia, vt patet ex productione luminis; nam lux vt octo non producit in spatio sibi immediato lumen vt octo; hoc autem non potest oriri, nisi ex natura agentium cognita per experientiam; ergo multò magis id dici potest de agente vt vno, q̃ nõ producat duos; nec id est irrationabile, quia quando non constat ratio experientiæ, recurrendũ est ad naturam rerum.

Primus gradus est heterogeneus reliqui verò homogenei.

Quinta Opinio est dicentium. Primum gradum esse heterogeneum, & distinctum à reliquis, cæteros verò esse homogeneos, nam in primo continetur tota essentia qualitatis, & est formaliter qualitas; cæteros verò habere non totam essentiam qualitatis, sed imperfectè; vnde non qualitates, sed conqualitates debent dici, quatenus .s. cum primo gradu habent essentiam qualitatis, & sine ea esse nequeunt; de quã realitate superaddita, primò dicunt, non esse qualitatem integram, & præcisam, quæ separata à prima realitate participet essentiam qualitatis, sed per quandam reductionem, vnde non est per se factibilis etiam per potentiam diuinam, neque distinctè potest intelligi intuitiua cognitione, sed tantum est communicabilis, ita vt intellectus Angeli non possit qualitatẽ auctam diuidere intuitiuè in duas v. g. charitates, sed semper realitas addita occurrit sibi, vt addita alteri. Hanc refert Och. in 2. dist. 17. q. 7. & tribuitur Aureolo à Gab. q. 7. & docet illam Aureolus in 1. dist. 17. q. 1. part. 3. ar. 2. conclus. 3. & 4.

Sexta est dicentium. Qualitatem esse compositam ex gradibus homogeneis, sicut quantitas, quare hi gradus non differũt in essentia, sed tantum materialiter, & numero, imperfectè taliter ratione principiorum indiuidualium, cum quilibet gradus habeat suam hæcceitatem distinctam ab alia, ex qua tamen non fit, vt singuli 14

Gradus sũt homogenei per alios.

guli gradus sint perfectum indiuiduum, sed integrant vnum perfectum indiuiduū. Est Scoti in 1.d.17.q.4.sequitur Och.q.3. & Gab.q.6.& 7. Arim.q.4.ar.1.ante solutionem argumentorum, quod auctio non fiat,nisi per simile. Mairon. q.2. art. 1. sequitur Georg.3.phys.q.2. Fotl. tract. de intens.formarum part. vlt.ad argumenta contra 2. Conclus. Can. 5.phys.q. 3. vbi Sax.q.10.Mars.1.de Gen.q. 7. ad 4. Paria in Prædicamento qualitatis; ex Thomistis Caietanus 3.tom. opusc. tract. 2. in fine ptimæ conditionalis.

Sequitur Buccaf. 2. de Generatione in t.8.q.de reactione in primæ rationis solutione,vbi de intensione cap.vlt.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

15 *Gradus nō sunt specie distincti.* PRima Conclusio. Hi gradus, quibus intenduntur formæ non sunt distincti specie Primò,quia qualitates hæ non essent vnius speciei, sed tot essent species, quot gradus,& cum gradus sint infiniti,essent infinitæ species, & cum vna species sit perfectior alia, in vna numero qualitate esset infinita perfectio essentialis. Confirmatur 1. quia auctio qualitatis fieri nō potest,nisi per qualitates eiusdem speciei, non enim calori si addatur albedo, auget illum,sed debet aliquid caloris addi,vt benè Och. Cōfirmatur 2.quia nulla est ratio, cur ponantur gradus distinctæ speciei, & sensus indicat esse eiusdem speciei, & solū differre secundum magis,& minus in eadē specie, neque vlla actio conuenit propriè primo gradui, quæ non conueniat secundo. Neq; dicas distingui, quod primus nō possit producere secundum, sed secundus potest secundum,nam licet primus solitariè non possit, tamen vnitus cum secundo potest,sicut etiam is,qui secundus ponitur non posset producere secundum, nisi esset vnitus cum primo; quare gradus qui producitur,non fit ab vno, vel altero,sed à tota latitudine graduum existentium, quod inde colligitur: nam sæpè primus gradus propter indispositionem subiecti, ex qua validè resistit,sæpè non potest producere primum, sed vnitus cum secundo producit primum.Deinde multò citius videmus produci qualitatem cum in agente sunt plures partes qualitatis, quā cum vna tantum pars: quod confirmatur, nam primus gradus vnitus alijs, agit ad maiorem distātiam,quam si non esset vnitus, quod esse non posset, nisi ad productionem primi gradus concurrerent etiā sequentes. Neq; dicant, hoc esse ita,quando different specie completa, non tamen si incompleta; etiam id sequeretur ex specie incompleta: nam sic qualitas remissa, & intensa differrent essentialiter,sicut homo à sua materia, quod Theologiæ repugnat, quod gratia Christi non esset eiusdem speciei cum nostra, neque cognitiones eiusdem obiecti, differentes secundum intensionem, & remissionem, essent eiusdem speciei cum nostra. Et repugnat communi axiomati, magis, & minus non variant speciem. Deinde non datur compositum ex partibus heterogeneis, quod non resoluatur in homogeneas, vt patet in partibus viuentis.Et hoc argumentum probat etiam secundam conclusionem.

2. Probatur Concl. Quæ differunt specie, non possunt facere vnum, neque specie,neque numero, nisi vnum sit potentia, & alterum actus 8.met.6.9.16.5.phys.39. 2.à 7.& 13.met.sum.3.c.2. Et ratione patet, quia alias nullum esset compositum per accidens;sed hi gradus debent efficere vnam numero qualitatem, ergo. Neque simile est de membris corporis animalis, quia hæc non faciunt vnum,nisi vel per cōtinuationem, vel ratione vnius vltimatæ formæ, à qua recipiunt esse specificum, qua sublata, tollitur vnitas compositi.de qua re alibi. 16

3. Quia hi gradus debent facere magis, & minus in qualitate,vt patet ex sententia, & opinione omnium, & Arist.c.de qualitate; sed si differrent specie,non possent facere magis,& minus; tum quia magis, & minus est quædam comparatio, quæ non est,nisi inter res eiusdem speciei, 7.phys.à t.2 t.ad 32.& Auer.4.phys. 71. vnde ortū duxit illud,magis, & minus non variare speciem; tum quia diuersitas in specie non facit magis tale,sed diuersum.

Ex quibus patet primo. Nō posse vllam definitionem primi gradus assignari, quæ non conueniat sequentibus,nam definitiones primarum qualitatum, quas Arist. 2. de generatione 8. & 4. meteor. primo affert,conueniunt tam primo,quam secundo gradui. *Non potest assignari definitio primi gradus.*

2. Sequitur realitatem additam primo gradui non distingui à primo gradu, vt dicebat secunda opin. quod patet ex dictis, & *Realitas 1. gradui addita ab illo nō distinguitur*

& confirmat Och. loco cit. nam auctorea illius dicunt esse illam realitatem eiusdem rationis cum præcedentibus, sed in ijs, quæ eiusdem rationis, quidquid conuenit vni essentialiter, etiam alteri conuenit, erg. Sed primo gradui v. g. caloris conuenit per se primo esse calorem, ergo etiam & secundo & tertio &c. Neque est maior ratio, cur vna pars caloris sit calor, & nõ alia & confirmatur, quia non magis distinguitur primus gradus à secundo, quàm secundus à tertio, quare si sint eiusdem rationis, etiam & illi.

17 Dices. Si in quolibet gradu est essentia, & vnus gradus alteri additus, essentia addetur essentiæ, cur igitur essentia non dicetur suscipere magis, & minus?

Essentia ad deretur essentiæ.

Resp. Vt essentia diceretur suscipere magis, & minus, deberent illi sine mutatione essentiæ addi partes componentes essentiam in ratione essentiæ, scilicet genus, & differentia, quæ addi nequeunt sine variatione essentiæ, cum vero adduntur gradus, adduntur partes materiales, idest entitates, seu essentia eadem multiplicata per principia indiuiduantia, seu plura indiuidua incompleta eiusdem essentiæ, quare essentia non suscipit magis, & minus, sed multiplicatur in plures, & paucrores partes, vt hominis essentia in plures homines &c.

Gradus nõ videntur esse eiusdem perfectionis essentialis.

Cõtra hanc objicit. Gab d. 17. q. 7. d. 9. Primo quia non sunt eiusdem perfectionis essentialis, cum intensior sit perfectior. Confirmatur 1. quia indiuidua eiusdẽ speciei sunt simillima, sed gradus diuersæ perfectionis non sunt simillimi. Cõfirmatur 2. quia à duobus calidis, vt 4. abstrahi potest conceptus specificus, qui nõ potest à qualitate habente gradus vt tria, quia magis illi essentialiter conueniunt.

Resp. ib. Gab. in d. 3. & dist. 8. q. 1. esse quidem perfectiosem, sed infra eandem essentiam. & Aristotel. dum ait species se habere, vt numeros, loquitur de definitione speciei, quæ per additionem differentiæ variatur; sicut species numerorum.

Ad primam confirmationem Resp. non esse necessarium, vt omnia indiuidua sint simillima simpliciter, quia simpliciter differunt per differentias indiuiduales, sed sũt simillima secundum quid, idest quoad perfectionem specificam, & licet qualitas intensior habeat maiorem perfectionem, quam remissior, tamen id est ex multiplicatione graduum indiuidualium in vna, quam in alia, quare differunt vt totum & pars, qua ratione indiuiduum quod est totum, est perfectius, quam indiuiduũ, quod est pars, vt loquitur Gabriel. licet pars in toto non habeat perfectam rationem indiuidui vt alibi.

Ad 2 confirm Resp. Gab. Cõuenientia specifica desumitur à pluribus habentibus aliquam diuersitatem, quando inter illa plura est aliqua perfectio in vna, cui non respondeat similis in alijs, à quibus ille conceptus essentiæ est abstractus; at charitati vt tria nihil deest, quod non sit simile ijs, quæ sunt in duabus charitatibus vt quatuor, & hinc non potest sumi conceptus essentiæ proprius duabus charitatib. vt quatuor, & non conueniat charitati vt tria; posset tamen abstrahi conceptus communis accidentalis ex connotatione graduum, ex Gabriel. dub. 2.

2. Conclusio. Gradus, quibus fit intensio qualitatis nõ sunt heterogenei, sed homogenei, vt sunt partes quantitatis; quod ita explicatur. Quilibet gradus habet eandem essentiam & easdem proprietates & veluti indiuidua illius qualitatis differunt ab inuicem ratione principiorum indiuiduãtiũ nam quilibet habet suã hæcceitatem, licet partialem; sicut partes quantitatis, & alia, quæ sunt homogenea; & hac ratione dicũt differre materialiter, quia alia entitas vnius, alia entitas alterius, ideò vna separari potest ab alia, & quia secundus semper sumitur, vt includit primum, & tertius vt includit secundum, ideò plus entitatis dicitur esse in secundo, quàm in primo; sicut plus quantitatis est in quantitate bipalmari, quàm semipalmari Ex quo patet, non tolli homogeneitatem graduum, vt neque tollitur homogeneitas in quãtitate. Hoc igitur modo explicata cõclusio, probatur primò ex Can. Quia si secũdus gradus esset heterogeneus à primo, necessariò deberet distingui specie à primo, falsũ tas consequentis conceditur ab omnibus. Consequentia probatur primo, Theologicè. Quia si gradus essent heterogenei, sequeretur operantem minus intense magis mereri, quam operantem magis intense: quia si ponatur habere quatuor gradus gratiæ, & secundũ habere duos, ille merebitur quintum gradum, & hic tertium respectu quarti; at quintus gradus est perfectior secundum se tertio, & quarto, ergo ille qui remissius operatur, magis merebitur.

18 *Gradus sũt homogenei.*

Resp. aliqui. Meritum augeri, tum ex dignitate

gnitate operantis, tum ex genere operis, nam actus charitatis secundū se est magis meritorius, quam actus temperantię. 3. ex intēsione operis. ea quo fit vt non sēper intēsius operās magis mereatur, tū ex minori dignitate personæ, tū ex imperfectiori specie operis; sed solum magis merebitur cęteris parib. quare tū primo non est absurdū minus iustū intensius operātē minus mereri, quam iustiorē remissius operantem, quia licet ex vi intēsionis magis mereatur merito respōdenti intēsioni, tamen potest minus mereri, tum ratione meriti debiti dignitati personæ, tū ratione meriti debiti operi secundum suam speciem.

Secundò neq; sequitur, iustiorē per actū remissiorem magis mereri, quā minus iustum per actum intensiorem. Nam potest per actum intensiorem mereri plures gradus gratiæ, quam mereatur iustior, vt v. g. iustior per gradus gratiæ merebitur per actum vnum gradum scilicet quintum. At habens tres gradus gratiæ per actum intensiorem merebitur quatuor gradus, qui additi praecedentibus erunt septem.

Sed contra. Nam argumentum vrget posito actu eiusdem speciei in vtroque, & quod meritum non augeatur ex dignitate accidentali personæ, vt multi negant, quia tunc remissius opus magis mereretur.

Resp. non magis mereri, quia licet iustior acquirat gradum gratiæ nobiliorem, tamē alius acquirit plures gradus inferiores, quibus compensatur meritum iustioris, sicut plures argentei compensant valorem vnius aurei.

Sed cōtra, quia possunt æqualiter operari, & sit opus merens minimum gratiæ, tūc iustior haberet minimū perfectioris gradus, quam minus iustus, & tamen æquale opus habuerunt; Respondeo hoc argumentum non posse solui à ponentibus heterogeneitatem, nisi concedatur, meritum operis augeri ex dignitate personæ.

Sed non placet alijs, quia licet per se intensioni æquali debeatur æquale præmiū, tamen per accidens potest deberi inæquale, eo quod in subiecto iustioris reperiatur gradus gratiæ maior, & eū debeat augeri, dabitur gradus perfectior, sicut datur etiā minus iusto perfectior, quam habebat.

Resp. alij secundo, gradum v. g. septimum esse perfectiorem quinto physicè, non tamen moraliter, quia vterq; dat ęquale ius ad gloriam, quod si dicant vtrumq; dare æquale ius ad gloriam, sed non secundum æqualem gradum, nam septimo respondet septimus gradus visionis, & quinto quintus, atque adeo maior visio, & per consequens præmium; tunc contra; quia etiāsi septimus gradus sit perfectior quinto secundum perfectionem physicam, non tamen moraliter, & in æstimatione, quia in ratione beandi sunt æquales, & æquali claritate obiectum attingunt; sed contra nam ex his sequeretur, habentes lumen vt sex non attingere obiectum perfectius, quam habentes lumen vt quinque. vnde contra scripturam nō essent in domo Dei plures mansiones. Resp. videre quidem perfectius præcisè non ratione gradus sexti, sed quia haber plures gradus luminis, & iden lumen intensius, cui respondet adæquatè intensior visio.

Sed contra; tum quia si comparetur primus gradus visionis præcisè cum octauo, sicut hic est physicè perfectior, ita & in ratione beandi, atque adeo moraliter, quia eius perfectio physica consistit in attingētia obiecti, ergo ex maiori perfectione physica sequitur pfectior visio moraliter.

Tum quia etiamsi in naturalibus moralis æstimatio, non proportionetur physicę perfectioni, eum maiori pretio æstimetur elephas, quam homo, tum in supernaturalibus non ita, nam naturalia æstimantur ad finem in ordine ad vsus humanos, at supernaturalia in ordine ad finē supernaturalē; ad quem supernaturalia ordinantur secundum physicam perfectionem; quare q. habēt perfectionem maiorem physicè etiam magis ordinantur ad finem, atque adeò magis etiam secundum æstimationē moralem. Hæc volui hic adnotare; vt aduerterent, recentiorum doctrinam de hac re non esse certam, nā de veritate rei quid sentiam, dicam q̄n de Deo alibi; sed quia hæc sunt à Theologis examinanda, modò opinionem probo naturalibus rationibus.

2. Probat philosophus, quia si sunt hæterogenei, tūe deberet conuenire aliqua proprietas vni, quæ non conuenit alteri, quam proprietatem ipsi dicunt esse, quod primus gradus habeat quendam modum, qui nulla ratione conueniat alteri; hoc posito, sic argumentātur. Hæc proprietas debet habere aliquā causam, quæ sit in vno, & non in altero, sed hæc causa non potest esse, nisi aliquod prædicatum essentiale, tū quia non est alia via indagandi essentiam, nisi ex proprietatibus, ex primo de anima tex. 11. 12. & 13. Tum quia omne prędica-

sum conueniens alteri, quod non est accidens commune; vel est aliquid essentiale, & teducitur ad essentiam tamquam ad radicem illius prædicati: quia hoc est de ratione prædicati per se &c.

Non potest dici esse accidens commune.

Dici primò potest, esse accidens commune. Sed contra, quia cum separari possit à gradibus, ad eos non pertineret, vndè nō poterit efficere illos heterogeneos; deinde fingi nō potest accidēs commune, quod faciat illos hæterogeneos, & si fingeretur, non apparet, quomodo gradus intensionis efficerent perfectiorem intensionem.

19 *Heterogeneitas hæc fieri nequit ex modi essendi distinctis.*

2. Resp. potest. Hanc heterogeneitatem fieri ex modis essendi distinctæ rationis. Sed contra: quia modi essendi distincti indicant distinctas essentias, quando semper & inseparabiliter rei conueniunt, vt patet de inhærentia, & subsistentia. Cōfirmatur, quia horum modorum essendi adhuc causa quæritur, quæ si est essentia, cum sint diuersi modi, diuersæ erunt essentiæ; si est hæcceitas, infra impugnabitur.

Heterogeneitas non potest oriri ab agente extrinseco.

3. Resp. potest, esse agens extrinsecum; sed contra, quia de ipso adhuc quæritur, cū causet effectum illum, cum sit homogeneum, quod si dicatur esse heterogeneum adhuc huius rei causa quæritur. Confirmatur: quia efficiens non producit effectū, nisi secundum ea, secundum quæ effectus potest produci, quare si essentia effectus non est capax huius heterogeneitatis, neq; efficiens producet effectum cum hac heterogeneitate.

Neque ab hæcceitate.

4. Resp. potest, oriri ex hæcceitate, sed contra. Primo, quia gradualis perfectio præcedit omnem hæcceitatem, ergo non pōt oriri ex hæcceitate; antecedens patet, qa duo calores vt quatuor habēt in aliqua perfectione conuenientiam, quam non habent cum calore vt vnum, sed illa conuenientia est in perfectione graduali, & præcedit hæcceitatem, quia ex ratione hæcceitatis omnino distinguitur, & non habent conuenientiam, ergo hæc perfectio conueniret essentiæ prius, quàm esset per hæcceitatem contracta.

Confirmatur. Quia vel hæcceitates sunt distinctæ rationis vel non; si secundum, ergo non possunt esse principium diuersarum proprietatum; si primum, cum essentia sit eiusdem rationis, cur illi conueniūt hæcceitates diuersæ rationis, cur & essentia primi gradus coniungi potest cum primo & non cum secundo?

Confirmatur 2. Quia hæcceitas non tribuit aliquid de nouo, sed tantum ea omnia, quæ essentiæ conueniunt, facit hæc: nā alioqui non esset, cur de indiuiduis non possit haberi scientia, & ideò dici solet, proprium esse hæcceitatum distinguere naturam materialiter, vt differentiarum essentialiter, hoc est formaliter distinguere, qa scilicet addit aliquam perfectionem generi, quam non addunt hæcceitates essentiæ.

Confirm. 3. Quia secundum supponere primum, vel conuenit ex natura sua, vel per accidēs; si secundum, ergo ipse posset esse primus, quarè non esset diuersæ rationis à primo; si primum, ergo differt specie à primo, quia habet aliquod prædicatum per se primo modo vel secundo, quod non conuenit primo; & Confirmatur, quia ipsę hæcceitates essent distinctæ speciei, cum sint principium distinctarum proprietatū, vndè definitio, quæ explicat naturam indiuiduorum, non explicaret totam ipsorum naturam, neque species contineret totam quidditatem indiuiduorum.

Confirm. 4. Quia huiusmodi proprietates possunt conuenire pluribus partibus æquè perfectis; at idem principium indiuiduans non potest conuenire pluribus indiuiduis.

Resp. esse admittendas aliquas proprietates indiuiduales, quæ conueniunt indiuiduis eiusdem speciei, & non alijs; vt homines magis inter se conueniunt, quàm cum fæminis. Neque ea his colligitur essentiæ diuersitas, quia respectu harū natura specifica intelligitur indifferēs; nec concedūt indiuiduum non posse esse principium alicuius operationis, vt patet in mare, & fæmina, & diuersos homines habere operationes intellectus, & voluntatis valdè diuersas; vnde aliqui colligunt animas rationales esse indiuidualiter heterogeneas. De qua re infra.

20 3. Probatur cōclusio. Si gradus sunt heterogenei, vel sunt diuisibiles, vel indiuisibiles; si primum, ergo quilibet acquiratur in instanti necesse est, vndè cōsequitur, vel intensionem nō fieri continuè, vel duo instantia esse immediata. Si diuisibiles, vel in partes homogeneas, & tunc quod dicitur de partibus huius gradus, dici potest de omnibus: quia non est maior ratio in vna parte, quàm in alia; vel diuiditur in partes semper, & semper heterogeneas, ita vt nō possit signari pars æqualis perfectionis cū alia, & tunc sequeretur, quamlibet qualitatem habere in se infinitas perfectiones,

imò

imò cum sint se inuicem excedentes in perfectione, dabitur aliqua infinitè perfecta. Consequentia probatur: quia vna res, in qua sunt semper plures, & plures perfectiones æquales, vel maiores vni parti determinatæ, illa res necessariò debet esse infinita, sed ita esset in qualitate hac composita ex partibus heterogeneis, ergo. Maior patet: quia si nō esset infinita, esset finita, sed esse finitum per ablationem partis finitæ æqualis, vel maioris, vna determinata finitur, ergo res illa finiretur; sed hoc repugnat hypothesi illius maioris; quod cōfirmatur, quia si fingamus quantitatem, à qua si auferretur semper pluribus ablationibus vnus palmus, vel plures vno palmo, & tamen nunquam finiretur, illa quantitas esset infinita &c. Minor patet: nam signata perfectione vnius gradus, quam cognoscat Deus in qualitate hac heterogenea, semper possem auferri sine vllo termino plures, & plures perfectiones, maiores perfectione vnius gradus: nam qualitas in quolibet instanti semper est magis, & magis intensa, vnde perfectior, & perfectior hæcceitas &c.

Confirm. 2. ex Can. nam si gradus posterior esset perfectior præcedente, auctio formæ necessariò esset in duplo, & numquam posset per medietatem augeri; consequentia patet, quia sumatur forma habēs quatuor gradus, tum gradus adueniens tantum valet, quantum præexistens, & plus, ergo augetur forma in tantum, & plus, quare plus, quàm per medietatem &c.

Confirm. 3. quia omne finitum est diuisibile in duas partes æquales, sed hæc qualitas non ita esset.

21 *Esset essentia infinitè perfecta.* Confirmatur 4. Quia si huiusmodi perfectiones essent in essentia ex pluribus, & pluribus differentijs specificis, illa certè essentia esset infinitè perfecta, ergo similiter, cum sint perfectiones indiuiduales: nam nō video quæ sit maior ratio; & hæc ratio apud me habet tantam vim, vt propter illā omnia repugnantia sint neganda, etiamsi conformia sint communi sententiæ, neque vlla admittenda est instantia; nam alioqui nesciremus, quid sit rem esse actu infinitā, quod dico propter pyramidem, quam fingunt esse ita perfectam, vt signato vno circulo respectu eius semper detur maior, & maior in infinitum, & tamen non est in ea circulus infinitus; & ad idē posset afferri instantia de actione vniformiter difformi: nam qualitas producta in extrema parte sphęræ haberet, & semper perfectiorē, & perfectiorem qualitatem versus agens, & tamen illa qualitas non esset infinita; quæ omnia propter hoc argumentum neganda erunt, dari posse, adeò euidens est vis rationis; deinde hæ instantiæ non aduersantur huic rationi, vt dicimus cum de auctione, Nam in pyramide circuli duplici ratione signari possunt, alij in ipsis lineis, quibus connectuntur superficies, & hi circuli, si fiat diuisio pyramidis in partes æquales, finiti sunt, si in partes proportionales, sunt infiniti, vt ipsæ partes proportionales; neque tamen efficietur, vt sit vnus circulus infinitus in ratione circuli, quia non est illa infinitas secundum rationem circuli, sed secūdum partes latitudinis proportionales colligatas circulis. Alij sunt circuli in partibus pyramidis, & in his circulis est maior indeterminatio, quia quilibet ex his est compositus ex circulis inæqualibus, & hi similiter sunt infiniti, vt partes proportionales, in quibus sunt; quare eadem ratione non efficitur, vt aliquis circulus sit infinitus, hoc idem est, ac si non esset pyramis, sed aliquod ita latum, vt secundum profunditatem sit versus vnam partem maius, nam si diuidatur, poterunt signari partes æquales vni parti determinatæ, vel etiā maiores, sed non ex ea parte, qua fit diuisio; quare exemplum esset ad rem, si in pyramide esset circulus, in quo possent assignari plures, & plures partes æquales, ille certè esset infinitus; sed in casu nostro assignātur plures, & plures pfectiones maiores vna parte, ex ea parte, ex qua fit diuisio, sed hoc melius ex loco; Dices etiamsi non sequatur dari vnum circulum infinitum, tamen sequi, dari infinitos circulos maiores circulo determinato, qui est in pūctis circulariter existentibus in linea circulari versus finem pyramidis.

Resp. quod sicut partes, & puncta sunt in quantitate infinita syncategorematicè, ita & infiniti circuli, quia habent indeterminationem, si diuisio fiat versus cuspideā; si verò accipiatur versus basin diuisio, vt terminatur ad maximam partem, quod illa pars adhuc diuidatur in partes minores, & minores, est eadem ratio, ac si diuisio accipiatur versus cuspidem. Neque obstat inæqualitas circulorum, sicut neque æqualitas illorum in columna æqualis ambitus, quia non fit diuisio in infinitum quoad partes circulorum, neque excessus infinitorum minorum, & minorum arguit infinitatem

simpliciter; sicut neque in parte quantitatis determinata, quæ excedit partes proportionales minores, & minores, est infinita, & homo per finitā perfectionem excedit infinitas perfectiones brutorum.

Resp.2. alij, hoc argumento impugnari gradus etiam homogeneos, quia vt sequitur infinitas simpliciter ex partibus infinitis inæqualibus; ita ex partibus æqualibus, ergo si in latitudine intensiua sunt gradus infiniti, sequitur latitudo infinita; siue gradus sint æqualis perfectionis siue inæqualis. Sed fallūtur, quia si latitudo intensiua diuidatur in infinitum, non manent gradus æquales, sed minores, & minores in infinitum; sicut dicitur de partibus quantitatis, quæ sunt æqualis perfectionis secundum essentiam, & indiuiduationes; secundo vbi est diuersitas rationis in singulis, ibi debet esse in singulis determinata perfectio, per quam vna distingueretur ab alia: nam sicut diuisio ponit in illis partibus diuisis determinationē, ita diuisio intrinseca facta per diuersas rerū perfectiones ponit in illis determinationem: sed de hac re plura alibi.

22 4. Probatur. Quia posset Deus separare gradum octauum, & collocare in aliquo subiecto; tunc quæro, vel illud subiectum esset calidum vt vnum, vel vt octo; non primum: quia non habet illum; neque vt octo, quia non habet reliquum; & confirmatur, quia ille posset producere alios gradus, ergo frustra ponuntur alij: sicut posita anima rationali, quæ continet perfectionē vegetatiuæ, & sensitiuæ, non ponūtur in homine hæ animæ distinctæ à rationali, quia deberet sufficere hic gradus, nam continet virtute omnes alios, vnde rediret opinio Dura. ex Burlei. Video posse responderi, in eo casu miraculosè posito, nullā fore actionem, quia non habet in subiecto dispositiones requisitas; sicut agens non potest producere formam in subiecto, in quo nō sunt dispositiones. Sed contra probabiliter obijcitur, quia id repugnat naturis rerum, nam quælibet potens producere formam, habet etiam virtutem producendi dispositiones requisitas ad illam formam, quod inductione patet, neque optimè natura rebus cōsuluisset, si huiusmodi vim natura non dedisset rebus; quod inde cōfirmatur, nam aduersarij putant primum gradum produci a tota latitudine existente in subiecto. At non placet: nam non est necessarium, vt producens formam semper possit producere dispositiones ad illam. Nam albedo producens species in medio, non potest disponere illud, imò neque potest producere dispositiones, ex quibus existit in subiecto: quod tamen tribuitur formis substantialibus, quando se reducūt ad proprium statum.

Resp.2. Etiamsi concederetur posse producere; non tamen essent superflui reliqui gradus: quia octauus ille gradus in genere causæ formalis non causaret effectus formales in subiecto, quos causarent reliqui gradus, quia effectus formales non possunt esse à causa continente materialiter formā à qua est effectus formalis; vt lumen non potest formaliter dare subiecto esse calidum, etiamsi virtualiter contineat calorē; nec anima esse proximè intellectiuum, & volitiuum; imò etiam in genere causæ efficientis probatur superfluitas: nam causæ secundæ non sunt superfluæ, etiamsi causa prima illas virtualiter contineat.

Resp.3. Magis essent superflui duo gradus similes, quam dissimiles: quia ex vi illorum non poneretur noua perfectio, vt ponitur ex dissimilibus: nam perfectior nō continet formaliter perfectionem gradus imperfectioris, at quando similes tunc secūdus gradus cōtineret formaliter perfectionem secundi essentialem, & similitudinem formalem cum indiuiduali perfectione.

5. Probatur experientijs. Prima est, qua videmus intensionem fieri ex duobus primis gradibus vnitis in eodem subiecto, quod esse non posset, si intensio fieret per gradus heterogeneos; consequentia probatur: nam sit luminosum B. quod habeat virtutem producendi lumen vt vnum vsque ad subiectum C, & ex parte opposita in eadem distantia collocetur æquale luminosum, ita vt ipsum perueniat ad tertiam partem sphæræ. Ex his duobus luminosis patet, fieri maius lumen in medio, & tamen singula luminosa, non produxerunt, nisi vnum gradum, Resp. posset; vel negando experientiā, quā tuentur Burl. Pomp. & alij omnes; vel dicendum, in eo casu sphæram actiuitatis vtriusque agentis augeri, ita vt possint intensionem producere in C. Sed contra, quia B, est extra sphæram ipsius A, & cōtra, cum non possit alterum aliquid producere in aliud, sed tantum C. est intra sphæram vtriusque, ergo non poterit alterius sphæra augeri ex actiuitate alterius: nam auctio sphæræ duorum agentium tunc fit, cum vniun-

vniuntur inter se. Hic autem non est vnio inter ipsa.

Confirmatur. quia vbi tantum virtus augetur extensiuè, non poterit sphæra augeri, nisi extensiuè, quia actiuitatis sphęra sequitur virtutem, sed cum vniuntur duo agentia ęqualis virtutis, non augetur virtus intensiuè, ergo neque intensius poterunt producere, quàm prius, sed ad summũ producunt citius, & ad maiorem distantiam. Sed hæc ratio nisi melius explicetur claudicat.

Confirm. 2. Quia si ponatur lumen A. produxisse prius totum quod poterat in C. & deindè applicetur B. tũc ex huius applicatione producetur secundus gradus, ad quem non concurrit A, cum prius produxerit totum, quod poterat, neque nunc habet aliquid plus, quam prius, sed B. eadem virtute producit secundum, qua produxisset primum, si non inuenisset in subiecto, cum nihil de nouo acquirat ex eo, quod inueniat in C. primum gradum, ergo secũdus gradus nõ est perfectior primo, quem produxisset, si non inuenisset lumen in subiecto.

Dici potest inuenire subiectum magis dispositum: nam cum habeat vnum gradũ, potest facilius recipere secundum, & ideo B. si nullum inuenisset lumen, produxisset primum, iam verò producit secundũ. Quæ responsio placuit mihi iuniori, nunc verò illam oppugno; lumen non requirit in subiecto aliam dispositionem quam diaphaneitatem; sed ex productione primi luminis non est factum magis diaphanum, vt supponitur, ergo non est receptiuum intensioris luminis ex maiori dispositione.

2. Experientia est: nam videmus octauum gradum non statim introduci, quod si essent heterogenei, deberent simul introduci primus gradus, & octauus, quia dũ agit primus ad productionem primi, secũdus ad productionem secundi, & similiter quælibet entitas caloris ad productionem sui similis, cum pręcipuè primus, secundus, & tertius gradus &c. non sint determinati, ita vt possit dici, non introduci secundum, nisi sit introducta tanta perfectio primi, quia nulla est hæc tanta perfectio primi, vndè octauus habebit suam dispositionẽ, quam requirit, nam primus primum, secũdus secundum &c. producerent successiuè secundum eam perfectionem, quam requirunt, & possunt, quarè octauus secundum aliquam suam perfectionem habebit dispositiones sibi debitas, sicut si à pluribus agentibus introduceretur simul in totum subiectum ad formam embrionis, hęc forma simul etiam existeret in toto subiecto, & si hæc eadem forma fieret anima, & eadem agentia simul introducerent in diuersas partes subiecti dispositiones, etiam anima introduceretur in illas partes.

3. Experiẽtia est, qua videmus gradum primum difficilius introduci, quàm secundum, & tertium, vt patet in aqua, quæ initio difficilè calefit, tum verò facilius, quod si gradus octauus esset perfectior, tunc tardius produceretur gradus imperfectior, quàm perfectior contra rationem agendi: nam cum initio sint plures partes agentis ad productionem vnius gradus, quàm sint ad productionem secundi, & tertij, citius deberet produci primus, quàm secundus, ad quem non concurrunt nisi septimus gradus. Neque dicas oriri ex resistenti maiori, quia tantum resistere debet is gradus, qui ei opponitur, scilicet, octauus primo, & secundus secundo, vndè semper est æqualis resistentia in opinione, quæ ponit gradus hæterogeneos; in alia vero opinione non ita, quia quilibet gradus cuilibet opponitur, vnde cum quilibet gradus possit ab alio expelli, omnes initio resistunt.

4. Experientia sumitur ex grauitate, nã grauitas addita grauitati efficit intensiorẽ effectum, & tamen illæ grauitates sunt eiusdem rationis. 24

5. Et vltima ratio est. quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, quod esset hic, vndè Resp. ad arg. oppositæ sententiæ.

ARTICVLVS IV.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

Gradus dupliciter considerari possunt.

AD primum Respon. Si illud haberet vim, indè probaretur hos gradus specie distingui, quod aliqui probant ita. Duo primi gradus, qui ex eodem subiecto educi possent, haberent inter se aliquã conuenientiam, quam non habent cum secundis, quia illi haberent ex natura sua subordinationem ad secundum, quam non habẽt secundi ad seipsos. Sed hæc non est indiuisibilis, ergo specifica. Minor probatur: quia indiuiduatio se tota differt ab alia, quia est vltima determinans aliquod commune, ergo repugnat rõne illius dari con-

conuenientiam. Neque dicas constituere diuersitatem specie ab alijs specie inadæquata, nã intelligi nõ potest quomodo sit species inadæquata, cum non sit nec materia, nec forma; & præterea concedimur illos gradus differre specie, sed fallitur, nã differẽtias indiuiduales magis cõuenire patet inter se, quam cũ differentijs specificis; secũdo quia indiuiduationes quibus natura hominis contrahitur magis conueniunt inter se, quam cum indiuiduationibus naturæ equinæ; neque dicant dari gradum mediũ, qui non sit specificus, nec genericus, nec indiuidualis: nam conuenientia proportionalis qualis est inter vltimas differentias, non constituit nouum gradum, quia illæ se totis differunt, & se totis conueniunt, vt ostendi in logica; quare. Resp. hos gradus posse dupliciter considerari. Primo secũdũ se, vt habent propriam entitatem, & hac ratione nullus est ordo, vt hic quærat esse primus, ille secundus. Secundo cum respectu ad alterum gradum, quomodo inter se accidẽtaliter ordinantur, nam in qualitate non est primus gradus, & secundus, nisi ex hominũ instituto, ex quo fit, vt primus dicatur, qui primo loco numeratur; vndè si alius inciperet ab octauo, hic diceretur primus, quod etiam patet in quantitate continua, in qua vnus palmus est primus, alter secundus, & ad summum, si huius numerationis aliquod fundamentum esse potest à parte rei, illud erit, quod primus is dicetur, qui primo loco est productus in subiecto, & secundus, qui secundo loco, quod etiam per accidens conuenit ipsis, sicut per accidens conuenit indiuiduis eiusdem speciei, quod vnus primo producatur, alter secundo loco: nam si Deus producens secundum, tolleret primum, secundus fieret primus, vndè qualitas non est nisi vna entitas diuisibilis in plures partes, quæ nullum ordinem inter se habent ex natura sua.

Extensionis ab intensione differentia. Ad primam confirmationem Respon. Differre extentionem ab intensione, quia gradus intensiouis debent informare eandem partem subiecti cum quadam connexione inter se, vt efficiant vnam qualitatem, vndè non quæcumq; graduum multitudo efficit intensionem, nisi habent um inter se connexionem, quam requirit latitudo, & natura qualitatis; vndè naturaliter debent extrahi ex eadem parte subiecti. Extensio autem est multiplicatio graduũ ex natura sua in diuersis partibus subiecti, vndè si Deus qualitatem extensam collocaret in eadem parte subiecti, vel etiam in puncto, ea multitudo graduum non efficeret intensionem naturaliter, quia non sunt gradus educti naturaliter ex eadem parte subiecti, quarè neque apti ex natura sua informare eandem partem subiecti, cum quia in extensione pars est vnita parti immediatè, & non alteri; at per intensionem gradus vniuntur inter se omnes immediatè vt dicunt, per vnam vnionem, sed de hac re infra. Neque obstat, quod intensio dicat maiorem perfectionem, quam extẽsio: quia illa maioritas non oritur ex maiore perfectione graduum, sed quia inter se perfectius vniuntur iuxta exigentiam naturæ ipsorum per vnionem perfectiorem, quam vniantur partes extensiuæ. Sed contra, quia sequeretur vnionem esse diuersæ speciei, atque adeo calorem intensiorem esse diuersæ speciei a remisso. Respondet Arriaga disp. 3. sect. 1. num. 31. concedendo, id non esse absurdum, sed negare diuersitatem, eo quod non est necessaria inter illos gradus. Sed fallitur in primo dicto, si gradus essent diuersæ speciei essentialiter, non posset ex illis fieri intensio vnius per se qualitatis, eo quod repugnat ex pluribus speciebus per accidens vnitis fieri vnum per se. Resp. esse diuersam rationem in gradibus, & vnionibus, quia gradus non habent ex natura sua, vt vnus sit primus, & alter secundus; at vnio ex natura sua est determinata ad vniendos hos gradus, & nõ alios ex proprijs indiuidualibus perfectionibus.

Resp. primò aduersarijs negando vnionem intensionis esse perfectiorem, nam potius est imperfectior, quia plura, & magis, vnio dependet à pluribus eo magis; at dependentia cum sit imperfectior, quo est à pluribus, & magis, eo ponit in rebus maiorem imperfectionem. Sed contra, quia perfectio rerum non est mensuranda ex dependentia: quia hæc est imperfectio cõmunis omnibus creaturis, sed ex propria perfectione, quæ attenditur ex effectu, cũ igitur vnio vt vnio respiciat vnire, quo plura, & magis vnita eo est perfectior in rõne vniendi, vnde actio eo est perfectior, quo terminus ad quem ordinatur est perfectior, etiamsi à pluribus causis pendeat. Hinc anima est perfectior formis elementaribus, etiamsi pendeat à pluribus partibus, & diuersis illarũ dispositionibus. Hinc etiam species quo plura repræsentat eo est perfectior.

Ad

25 *Per condensationem nō fit intensior qualitas.* Ad secundum, per condensationem non fieri qualitatem intensiorem, quia non informatur eadē psrs pluribus gradibus, sed partes qualitatis manent in ijsdem partibus materiæ, in quibus erant prius, sed sub minori modo quantitatis, & in eodem situ; vnde non mutatur vnio partium cum materia, sed modus essendi in spatio illis accidentalis; sicut si Deus efficeret, vt duo ignes calidi vt octo se penetrarent, ex illa penetratione non fieret maior intensio, ob eandem rationem, quia latitudo extensiua est diuersæ rationis ab intensiua, atque adeo exigit in gradibus diuersam vnibilitatem. Hinc fit, vt gradus intensionem facientes, si ponerentur in diuersis subiectis non efficerent extensionē per se vnam, sed per accidens vnam ex vnitate continua subiecti.

Hinc intelligitur, si plures partes quantitatis ponerentur penetratiuè in eadem parte subiecti, non efficerent intensionem, quia non sunt ex natura aptæ ad informandum simul eandem partem subiecti, quales debent esse partes facientes intensionē. Neque omnino soluūt difficultatem, qui negant fieri intensionem, quod partes penetratæ retinerent easdem vniones inter se ac quando non erāt penetratæ. Nam potest esse difficultas ad partes educibiles ex eadē parte materiæ, si simul educerētur, deberēt efficere intensionem ex prædicta ratione, sed verè non efficiunt, quia vt ex natura illarū non possunt simul educi ita nec vniri, etsi successiuè educerentur. de hac re infra.

Ad tertiam confirm. licèt posita heterogeneitate graduum illius rei facilè reddi ratio possit: tamen non tanti est, vt ob eam asseri debeat heterogeneitas, cum sit difficultas communis: nam cum ex eadem materia plures primi gradus ab eodem agente educi possint, cur hic, & non ille fuerit eductus, reddenda ratio est; ideò aliqui dicunt, id esse ex natura agentium, & subiecti, quæ sunt determinata, vt prius hic producatur, quàm ille; sic etiam in corruptione, vt prius corrumpatur hic, vel ille. Alij vt Ssx. 1. de gen. q. 6. dicit corrumpi, qui primo loco est productus, quia functus est aliquando munere suo, actuando scilicet, subiectum. Alij apud Forl. qui vltimo loco est productus, quoniam non fecit radices ita altas in subiecto, neque acquisiuit possessionem subiecti ita perfectam, quia quæ sunt vltima in generatione, sunt prima in corruptione. Quæ omnia licet cum aliqua congruentia, simpliciter tamen sine sufficienti ratione affirmantur vt alibi, præsertim: quia aliquādo plures gradus simul acquiruntur, vt cum producuntur per emanationem ab essentia, absente contrario agēte. Ideò melius Arim. Gab. Aliacensis, & alij id referunt in prouidentiam Dei: Deus enim vt Auctor naturæ determinat, qui gradus sit expellendus, vt dicitur in alijs rebus. At instat Suar. ergo, ex natura graduū reddi non potest ratio, atque adeo ex natura rei nunquam posset incipere actio contrarij.

Resp. ita esse ex natura rei, vt dicunt de productione indiuiduorum; Sed adhuc instant, si ex natura rei non est ratio, ergo omnes gradus habent similem repugnantiam formalem cum gradibus oppositæ qualitatis, atque adeo calor, vt vnum repugnabit cum omnibus, & singulis octo gradibus frigoris, ergo introducto primo gradu frigoris in subiectum, vel omnes gradus caloris corrumpentur, vel nullus, ex determinatione etiā Dei, quia ideò Deus determinat, vt corrumpatur gradus frigoris, & non albedinis, quia calor habet repugnantiam cum frigore, & non cum albedine, ergo idem dicendum quoad gradus; consequentia probatur: quia cum omnes gradus sint eiusdem rationis, si vnus repugnat cum altero, repugnabit cum omnibus, vel si non repugnat vni, neque alijs; atque adeo omnes possunt esse simul, quia collectio omnium non inducit specialem repugnantiam, vel incapacitatem in subiecto; præsertim in opinione aduersariorum, qui ponunt eos esse omninò similes, & quasi per accidens coaceruatos in eodem subiecto; neque est ratio, cur limitetur capacitas ad certum numerum graduum. 26

Resp. oriri ex incapacitate subiecti, quia non est capax, nisi tantæ intensionis vnius coordinationis, nam hæc latitudo attendi debet ex exigentia formarum, & quia dantur formæ, quæ iuxta exigentiam ordinis naturalis exigunt gradus qualitatis supremos, ideò subiectum eius latitudinis est capax qualitatis, quæ conuenit vni formæ supremæ, vt v.g. forma ignis exigit calorē, vt octo, & quia illud idem subiectum est capax formæ substantialis oppositæ, vt post sit introduci forma opposita, debet recipere dispositiones oppositas; sed dispositiones oppositæ non possunt introduci in instanti ob repugnantiā, quam inuenit in subiecto, ergo recipit illas successiuè, & ideò latitudo *Latitudo in tensionis vn de attēdi debeat.*

latitudo dispositionis oppositæ, vt successiuè introducitur, ita successiuè corrumpitur latitudo formæ oppositæ, & hinc oritur vt subiectum non possit recipere, nisi vnã latitudinem completam, vel vnius formæ, vel vtriusque oppositæ; Quod autem hic vel ille gradus latitudinis corrumpatur, ea determinatio fit à prima causa, ex exigentia naturæ indeterminatæ, nam id necessariò concedendum in productione indiuiduorum, & graduum, quorum plura in hoc tẽpore possent produci ab eodem agente ex eodem subiecto; neque potest afferri sufficiens diuersitas quoad productionem, & corruptionem, vbi est indeterminatio naturæ. Confirm. quia in corruptione est duplex ratio recurrendi ad primam causam; primo quia ex vi productionis vnius gradus exigitur, vt Deus suspendat concursum alterius gradus; secundo, quia ex natura latitudinis expleta exigitur eadem suspensio, quam Deus seipso præstare debet, seipsum determinando ad suspensionem circa talẽ gradum.

Dices. Illa exigentia suspensionis vel oritur ex contrarietate vnius gradus ad alium, & cum illa contrarietas sit eadem respectu omnium debet exigi suspensio omnium graduum; quia Deus vt causa prima concurrit iuxta exigentiam causarũ secundarum; vel oritur ex latitudine graduali, quæ non potest excedi, & cum latitudo excedatur ex gradu, qui producitur, debet exigi suspensio gradus similis illi, qui producitur, vt non excedatur latitudo, nam ex gradu simili exceditur latitudo, vnde si subiectum esset calidum vt octo excederetur latitudo, ita per introductionẽ vnius gradus caloris ac frigiditatis; imò magis per vnum gradum caloris, vt patet cum latitudo expleta sit caloris. Neq; dicas in subiecto calido, & frigido vt quatuor gradum caloris opponi cum tota latitudine, sed exigere magis destructionem frigoris ob dissimilitudinem; quia simile potius exigit conseruationem similis, quam destructionem. Nam calor non exigit destructionem frigoris ob dissimilitudinem, quia sic exigeret destructionem non magis frigoris, quam ingredituis; sed ob incõpossibilitatem in eodem subiecto, hæc autem incompossibilitas oritur ex latitudinis expletione, quæ non magis expletur gradibus frigiditatis quam caloris, ergo gradus caloris superadditus non magis repugnat expletioni latitudinis ratione quatuor graduum frigiditatis, quam caloris, ergo non est magis incompossibilis cum quatuor gradibus frigiditatis, quam caloris, Quod si dicant in subiecto habente quatuor gradus caloris, & frigiditatis vnus gradus caloris adueniens habet oppositionem cum gradibus frigiditatis; quia talis est natura rerum, quæ est semper eadem positis ijsdem circumstantijs; tũc cõtra qa danda est ratio, cur opponatur quatuor gradibus frigiditatis, & non quatuor caloris, cum latitudo non excedatur, siue destruatur gradus caloris, siue frigiditatis; neque dicas magis opponi ob diuersitatem naturæ inter calorem, & frigus, nam quando incompossibilitas est respectu subiecti duarum formarum eadẽ est siue illa sint eiusdẽ speciei siue diuersæ, vt duę formæ equi sũt ita incompossibiles in eadem materia, vt forma equi, & leonis.

Respondet Ouiedus p 2. nu. 33. vnum gradum caloris non opponi calori vt quatuor, nisi quatenus complet quintum gradum caloris, & cum ille vnitur alijs quatuor præcedentibus, fit vt expellatur vnus gradus frigiditatis ex quatuor latitudine, vnde oppositio, & expulsio prouenit indiuisibiliter à combinatione quinque graduum, & non præcisè ab illo gradu superaddito; quod si illi objcias cur desinit gradus frigiditatis, & non caloris? Respon. quia adest agens, quod vt producit quintũ gradum caloris ita conseruat alios, nam nisi valeret conseruare præcedentes, non produceret nouum gradum, quia frustra produceretur nouus, nisi conseruarentur præcedentes, sed aliquis illorum corrumperetur.

Sed hæc doctrina adhuc non satisfacit, nam cum vnius gradus caloris sit incompossibilis cum octo gradibus siue frigoris, siue caloris, cur potius exigit, vt producatur corruptio vnius gradus frigoris, quam caloris cum potius exigere debet corruptionem caloris, quam frigoris, quia ibi sunt duæ causæ repugnantię; prima quia simile non potest agere in simile, & quia non potest excedi latitudo qualitatis, cum tamen hic sit tantum vna ratio .s. excessio latitudinis; vnde si proportionaliter subiectum esset calidum vt octo. & frigidum vt septem, non posset ibi poni aliqua actio caloris, & posset poni actio frigiditatis ob dissimilitudinem.

2. Quia recursus ad agens non est sufficiẽs causa, nam falsum est à calido producente

cente vnum gradum caloris cõseruari præcedẽtes:quia vel intelligit de conseruatione intrinseca, & falsum est quia calor hac ratione non indiget conseruatione nisi à Deo;cum perseueret in subiecto,absente calido agente; vel de extrinseca à contrario agente, & hic supponitur nullum esse; ergo non est ratio, cur ad productionem caloris,quo excedatur latitudo,potius exigatur corruptio frigoris,quam caloris præcedentis.

Ego huius experientiæ rationem duco ex natura ipsarum formarum,incompossibilium in ordine ad finẽ, à quo mensurari debet cuiuslibet rei natura. Nam formarũ aliæ non ordinantur ad mixtionem, nec immediatè,nec mediatè;aliæ sunt,quæ ordinantur ad mixtionem,vel ratione sui, vel ratione causatum, &c. Vnde fit,vt omnes formæ incompossibiles sint ex propria ratione tales, sed quæ non ordinantur ad mixtionem,& similes effectus, sint ex propria ratione incompossibiles,& ex vi illius illã exercent naturaliter,qualis est incompossibilitas formarum substantialiũ, & accidentalium,quæ inferunt contradictionẽ. At incompossibilitas formarum,quæ ordinantur ad mixtionem est quidem ex propria ratione formali, vt patet ex definitione caloris, cuius est congregare homogenea,& disgregare heterogenea, contra verò frigus omnino congregat; sed illam incompossibilitatem non exercẽt nisi in determinatis gradibus; & hinc fit,vt per productionem caloris exigatur corruptio gradus potius frigoris, quam caloris.

27 Ad 2.Resp.rectè in argumento dici,nõ posse produci propter similitudinẽ subiecti: nam actio requirit dissimilitudinẽ, & præterea, quia licet gradus producẽdus præcisè sit æqualis perfectionis cum producto,tamen vt supponit alium,est perfectior: quia tota entitas homogenea perfectior est, quàm singulæ partes, & maior est virtus in toto, quàm in partibus;vt patet in grauitate: nam grauia duo eiusdem rationis plus grauitant, quàm vnum;& in opinione, quæ ponit heterogeneitatem etiam affirmant,maiorem esse sphæram calidi bipalmaris, vt octo, quã palmaris. Vndè ad primam instantiam Resp. quod licet subiectum sit capax, & agens possit producere similem qualitatem;tamen hoc agens non potest educere ex hoc subiecto illam partẽ qualitatis, quæ apta sit efficere intensionẽ:quia requirit agens perfectius, habẽs tot partes qualitatis in eadem parte materia;vndè si calores producti collocẽtur in eadem parte subiecti naturaliter nõ efficerent intensionem, quia scilicet non sunt naturaliter apti informare eandem partem subiecti. Dices. Etiamsi calidum formaliter vt vnum non possit producere in subiectum habens calorẽ vt vnum, eo quod iã habeatur finis actionis, scilicet assimulatio; at hoc non habet locum in calido virtuali, vt est piper,& vinum; quia per productionem caloris quantumcunq; intensi passum non assimulatur agenti; ergo poterit calidum virtuale vt duo producere calorem vt octo. producendo per singulas actiones vnum; sicut potest producere octo gradus in diuersis subiectis. Resp.agẽtia vniuoca in hoc differre ab æquiuocis, quod vniuoca assimulẽt sibi passum in specie, & gradu; sed æquiuoca non assimulant sibi in specie, sed secundum proportionem virtutis, vt effectus proportionaliter respõdeat virtuti actiuitatis;nam alioqui essentia ignis posset producere tantum lumen, quantũ est in sole producẽdo gradus lucis successiuè. Dices. Cum passum habẽns septem gradus v. g. caloris possit recipere octauum, & agens vt septem nõ possit illi dare octauum. Resp. passum in exigit carentiam effectus,quem potest recipere, at agens exigit continentiam effectus vel formaliter vel virtualiter, & eminenter, & ideo non potest vltra effectum, quem continet, & passum recipere potest effectum quem non habet.

Ad primam cõfirmationem Resp. Dissimilitudinem requiri,tum propter materiam, quæ debet habere priuationem rei prædictæ,tũ propter agens,quod nõ potest supra suas vires, vnde etiam in opinione cõtraria calidum vt vnum,licet possit producere cẽtum calores vt vnum in diuersis subiectis; tamen nihil poterit in subiecto, in quo est calor similis, & ideò licet gradus sequens præcisè non sit supra virtutẽ agentis, tamen vt introducendus in hoc, superat virtutem agentis, quæ non est, nisi vt vnum &c. *Dissimilitudo quot rationibus requiratur.*

Ad secundam, oriri ex improportione inter hoc agens, & hoc passum, quoad productionem gradus sequentis: quia non potest recipere illum gradum ab hoc agẽte: quia non est virtus proportionata ad hunc effectum respectu huius subiecti.

Ad tertiam, licet in subiecto palmari sint plures partes qualitatis extensiuè quàm

quàm in ſemipalmari, non tamen intenſiuè;agens autem nō intendit per ſe aſſimilationem in extenſione qualitatis,ſed in intenſione,quam in ſe habet, & ideo non poterit producere plures partes qualitatis in eadem parte materiæ, quam habeat in ſe,licet ab extēſiore iuuetur agens,vt citius agat. At inſtant, eo maior erit ſimilitudo quo fuerit producti plures gradus,quia sūt plures rationes fundandi. Reſp Ibi non eſſe plures rationes fundandi, ſed nullam quia non adeſt vnitas qualitatis ad qualitatem,ſed potius diuerſitas,ſicut Nanus nō eſt ſimilis Gyganti,ſed Nano ſecundum quātitatē q̄a exceſſus quātitatis aufert vnitatem, quæ eſt conditio ſine qua non fundandi ſimilitudinem.

Ad 4. infra dicetur, nam multi tenent id fieri de facto, vnde cōfirmaretur noſtra concluſio;quod ſi non poteſt, id oritur, quia non ſunt illæ partes qualitatis in eadē ſubiecti parte. & ſic patet ad ſecundum.

28 Ad 5. Reſpondeo. Fatetur id Scotus, & alij,& mihi vt alias dixi, videtur valdè probabile; vndè confirmaretur noſtra concluſio, ſed qui dicunt oppoſitum, reſpondent, non intendi, quia entitas, quæ produci poſſet ab actu,non eſt apta facere intenſiorem habitum, quia iam ſupponitur eſſe, nam agens, quod ex vno ſubiecto produxit vnam entitatem indiuiduam,nō poteſt ex illo, dum permanet illud indiuiduum,educere aliud.

Ad 3.Reſp.Can. ad quartum primo ex duobus ignibus produci ignem intenſiorem,ſic etiam ex duobus luminibus lumē intenſius, vt dicit experientia patet; & duo grauia faciunt actum intenſiorē,vnde duo ſubiecta nō efficiūt qualitatē intēſiorē,q̄a ſunt in ſubiecta diſtincta; tamen ſi calor,qui eſt in vna parte,adderetur calori exiſtēti in alia parte, fieret calor intenſior, quod intellige ſupernaturaliter:quia naturaliter id eſſe non poteſt,vt diximus.

Ad confirmationem iam patet ex dictis; tum quia non poteſt ſufficiens ratio afferri ex heterogeneitate;tum quia pertinet ad Deum vt cauſam primam, determinare gradum correſpondentem;ſicut Deus determinat, eſſentiam capacem pluṛium hæcceitatum,determinari per hanc, ex nō illā.

Ad vnitatem Reſp. Och.non poſſe duas entitates diuerſæ rationis efficere vnum, niſi ſe habeant vt actus,& potentia; quare deberent conſtituere tertiam eſſentiam, quod nō eſt in his gradibus: nam quilibet ſe habet,vt actua reſpectu vnius ſubiecti; quare melius aſſignatur vnitas, ſi gradus ſint homogenei, qui ſecundum ſe totos vniuntur tanquam partes integrantes vnā perfectiorē qualitatē;vt plures partes aquę efficiūt vnā aquā; neq; verum eſt,nihil eſſe diuiſibile in partes eiuſdē rationis,niſi per quantitatem,niſi ſint partes, quæ non ſunt cōpoſſibiles ſimul in eadē parte ſubiecti; quando verò ſunt partes eiuſdem rationis natæ perficere eandem partem ſimul, non habent diuiſibilitatem à quantitate &c.

Dices.Si gradus ſunt homogenei,non eſt ratio,cur qualitates ſecundum gradus intenſos repugnent, & non ſecundum gradus remiſſos,quia repugnantia, & non repugnantia ſunt conditiones conuenientes rebus ex intrinſeca ratione;ergo cū ſint cōditiones diuerſæ, debent oriri ex diuerſis principijs qualitatis, nō eſſentialibus,ergo indiuidualibus.Reſp.repugnare non ex repugnantia effectuum,quos præſtat gradus, ſed ex defectu virtutis ſubiecti,quod non poteſt tot gradus recipere.Sed contra;quia ſi non adeſt contrarietas ex parte graduū, non poteſt oriri ex defectu ſubiecti, quia videmus in illo recipi plures ſeries octo graduum non repugnantium,vt octo caloris,coloris,ſaporis,humiditatis &c.

Reſpondent non poſſe huius rei reddi aliam rationem,niſi ex natura talium qualitatū: nā calorē,& frigus inter ſe opponi, non affertur alia ratio, quam natura ipſorū cognita per experientiam, quare idem dicendum de oppoſitione graduum, vt ſcilicet cum latitudine caloris impleta per octauum calorem repugnat primus gradus frigoris,& non octo gradus ſaporis, quia ſubiectum habet talem virtutem vt non poſſit recipere cum latitudine caloris impleta vnum gradum frigoris,& poſſit recipere aliarum quantitatum plures gradus. 29

Nec mirum ſi datur talis limitatio virtutis ex parte ſubiecti, cum detur ex parte efficientis: nam ſæpè idē poteſt producere maiores & nō minores,vt Leo Leonem,& nō leporē,quia eſt determinata virtus ad talem ſpeciem,non ad aliam. quæ diuerſitas nobis cognita eſt experientia : ſed de hac re dictum eſt ſupra : nam natura eſt apta recipere ſecundum ſe omnes formas compoſſibiles, non autem duas incompoſſibiles, ergo ex parte formarum eſt defectus, vt ſimul nequeant exiſtere, id q̄ experientia cognoſcimus, & ex effectib. formalib. oppoſitis,vt alibi dixi.Neque dicant.Punctum

ctum habere vim recipiendi vbi vnum punctuale, & cum illo plura puncta aliorũ entium, non tamen vbi punctuale in alio spatio. Hoc autem non est ex oppositione vbicationum: nam Angelus, & anima rationalis simul recipit vbicationes in diuersis spatijs. Quare non est oppositio inter illas vbicationes.

Resp. Vbicationes habere vim constituendi subiectum præsens spatio. Hinc fit vt vbicatio in A, sit incompossibilis cum vbicatione in B, quia vbicatio in A, non potest constituere subiectum in B, nec cõtra; & quia anima rationalis põt esse præsens simul in vtroque spatio potest recipere vbi; at non sic puncta. Quare illa repugnantia oritur ex parte subiecti habentis tantam locabilitatem naturaliter; Non tamen omnis incompossibilitas rerum oritur ex parte subiecti, nam est ex parte formarum; vt dicitur de oppositis.

30 Ad 4. R. Alibi à nobis disputatũ esse, an qualitates habeant summum, etiam respectu potentiæ Dei; quod affirmat Scotus, & negat Och. Gab. t. d. 17. q. 8. & 3. d. 13. ex quibus hæ Cõclusiones colliguntur. Qualitatem extensiuè non repugnat in infinitum multiplicari, nam quolibet indiuiduo posito, potest Deus addere aliud, priori nõ destructo. Secunda. Qualitas non potest augeri extensiuè per modum rarefactionis in infinitum; nam sic vna sola posset fieri maior mille mundis; sed hoc inquit euidenter non potest probari, quia non potest res esse ita determinata respectu potentiæ Dei. Tertia. Qualibet forma augmẽtabilis intensiuè extra subiectum, potest in infinitum augeri. Quarta. Probabile est, formam augmentabilem in subiecto non posse augeri in infinitum, quia probabile est, quod sicut subiectum determinat sibi aliquas qualitates, ita vt alias non possit, vt ignis non potest recipere summam frigiditatẽ, & intellectus qualitatẽ materialẽ; ita etiam determinat sibi certã latitudinẽ formæ receptibilis, cũ quodlibet subiectũ finitum sit finitæ capacitatis; licet contrarium etiam sit probabile. Iuxta quam sententiam dicendum est, charitatem, quæ est in Christo, non esse maximam, nisi secundum legem ordinariam. Quinta. Respectu potentiæ Dei omnis qualitas est in infinitum augmentabilis, quia non apparet implicãtia, & contra hæc multa obijcit pro infinito. vide te ipsum.

Qualitatẽ extensiuè multiplicari in infinitum non repugnat.

Ego breuiter Resp. cum Can. ad tertiũ. Formam intẽdi posse dupliciter intelligi. Primo secundum se ex respectu agentis supernaturalis. Secundo respectu agentis naturalis, & quidem secundo modo certũ est, non posse intendi in infinitum; quia nõ datur huiusmodi agens naturale habens qualitatem, nisi secundum determinatos gradus. Primo modo difficultas est, tam si gradus sint homogenei, quã heterogenei: sit nam sicut dici potest homogeneus, ita, & heterogeneus, & sicut dici potest nõ addi, quia essentia qualitatis est, vt habeat tantã latitudinem in subiecto, idem dicam positis gradibus homogeneis.

Forma intendi potest dupliciter.

Ad 1. cõfir. iam patet ex dictis, & addo, hic esse peculiarẽ difficultatẽ, qua ponitur expleta tota latitudo qualitatis, nam non est amplius multiplicabilis in eadem parte subiecti.

Ad 2. Resp. ex Och. q. 6. & 7. & Arim. q. 4 Formas substantiales nõ intendi, quia non sunt aptæ informare secundum plures sui partes eandem subiecti partem; sed in rebus hoc melius intelligetur, vt infrà explicabitur. 31

Formæ substantiales cur non intenduntur.

Dices. Videns Deum visione intensa vt duo, perfectius videt Deum, quàm vident singuli ex quatuor Beatis visione intensa vt vnum; ergo gradus intensionis non sunt similes, sed dissimiles, quia alioqui illi quatuor viderent perfectius Deum, quàm ille vnus vt duo, vt patet ex eo, quod si illæ omnes visiones ponerentur in eodem, non perfectius videret, quàm singuli.

Confir. Quia videns aliquem hominẽ in se ipso, & in speculo non perfectius videt, quàm per vnam visionem, & tamen ille videret per duas visiones; at si intensio fieret per gradus similes, ille videret perfectius per duas, quàm per vnam.

Resp. etiam quidam. Beatum videntem per visionem vt duo, videre perfectius, quã singuli ex illis quatuor, non tamen illis simul sumptis, sicut habens mille florenos est ditior, quam singuli ex decem, habentes centum, non tamen illis simul sumptis, etiãsi tales floreni non sunt heterogenei.

Sed fallitur; nam etiamsi illi sint plures Beati, non tamen essent etiam simul sumpti Beatiores, quia simul non viderent Deũ, nisi secundum eandem perfectionem vt vnum, & nunquam pertingerent ad visionem perfectam vt duo; imò si omnes illæ visiones ponerẽtur in eodem intellectu, is nõ posset efficere intensiorem visionẽ: quia actus in suo genere determinatus,

non possint vniri per se ad faciendum vnū actum intensiorem; sed videret per plures actus extensiuè.

Ex hinc Resp. ad argumentū. Decem videntes non vident perfectius, quia non vidēt intensioribus actibus; sed extēsioribus, semper tamen intra latitudinem vt vnum, non quia gradus sunt heterogenei, sed quia sunt tales, vt non possint efficere latitudinē intensiuam, sed solum extensiuam. Maior difficultas esse posset de lumine gloriæ, quod est in illis pluribus, an positum in vno efficeret lumen intensius, quia aliq. volūt intēsionē cognitionis non consistere in visione plurium obiectorū, sed in visione eiusdem obiecti clarius, & perfectius. de qua re alibi.

Hæc doctrina confir. ex resp. ad confir. quia ex illis visionibus non fit maior intēsio, quia repræsentant idem obiectum in diuersis sitibus, quare obiectū totale repræsentatum est diuersum; ex quo intelligitur, intensionem actus exigere, vt sit circa idē obiectum. At instabis. Per singulos videntes vt vnum videtur aliqua creatura, quæ non videtur per alium, ergo per omnes simul videntur in Deo plures creaturæ, at visus Deus vt repræsentās plures creaturas, intensius videtur, quam vt repræsentans pauciores.

Respon. Visio plurium creaturarum per vnum actum supponit visionem essentiæ perfectiorem intensiuè, quia per illum actum magis penetratur diuina essentia; in qua cognoscuntur; at quando est per plures actus, non est perfectior aliquis illorum actuū, vel omnes simul perfectiores intensiuè; sed solum extensiuè: quia intensio exigit perfectionem per se vnam qualitatis, non illæ visiones.

ARTICVLVS V.

Modus quo defendi potest heterogeneitas graduum intensionis.

32 *Intensio diuersimode se habet ac extensio.*

PRimò supponendum est. Intēsionem diuerso modo se habere ad essentiā qualitatis, ac extensio se habet ad essentiā quantitatis 1. Quod extensio, cum sit ratio constitutiua quantitatis, non potest habere diuersitatem rationis, nisi habeat essentiam diuersæ rationis, quæ diuersitas cum sit in ratione constitutiua essentiæ, necessariò causabit distinctionem specificam inter partes quantitatis.

At non sic intensio graduum, quia cum essentia qualitatis supponatur ad intensionem eiusdem, potest esse diuersitas rationis in gradibus intensionis absq; specifica ratione qualitatis, quia illa diuersitas est extra rationem formalem constitutiuam qualitatis, sed per rationem principiorum indiuiduantium.

2. Quia essentia qualitatis ex natura sua exigit certos terminos intensionis, vt experientia constat: nam nec datur calor intēsior calore igneo, nec frigiditas, q̄ aquea.

At extensio ex natura sua nullos habet certos terminos, nā vt ex natura sua extenditur vsque ad summum cœlum, ita non exigit illis terminis concludi, nisi ex volūtate auctoris naturæ, qui voluit mundum esse tantæ quantitatis, & non maioris.

3. Inter partes quantitatis nulla est ex natura ipsarum subordinatio, sed si quæ est omnino accidit illius essentiæ; At inter gradus intensionis est subordinatio. Probant primo ex incompossibilitate graduū, nā natura instituit, vt octauus gradus caloris repugnet cū primo frigiditatis, & nō cū primo gradu caloris, quia simul se compatiuntur, & ideo octauus corrumpitur ex primo gradu frigiditatis, & non primus, ergo primus gradus caloris non est eiusdem rationis cum octauo, quia quæ sunt eiusdē rationis habent eandem repugnantiam: palmus enim quantitatis, non potest esse simul in eodem spatio cum quolibet palmo, quia omnes palmi sunt eiusdem rationis. Vnde oritur confirmatio, quod sicut ex Arist. 4. phys. 53. si duo palmi possent esse simul in eodem spatio, etiam infiniti esse poterunt simul, ergo similiter si vnus gradus caloris potest esse simul in eodem subiecto cum vno gradu frigiditatis, infiniti gradus caloris esse poterunt cum infinitis gradibus frigiditatis, quia sicuti omnes sunt eiusdem rationis, ita habent eandem compossibilitatem cum gradibus frigoris. At constat id esse falsum, ergo similiter falsum, esse eiusdem rationis; atque adeo erunt diuersæ rationis. Neque dicas oriri ex incapacitate subiecti, vt nequeat tot gradus diuersarum qualitatum in se substinere. Tū quia apparet subiectum substinere simul gradus in summo diuersarum qualitatū vt caloris, luminis, albedinis, siccitatis, &c. ergo non est ex defectu virtutis subiectiuæ, non recipi calorē, & frigus in sūmo; sed ex intrinseca repugnantia talium graduum; quod esse non potest sine dissimilitudine

33 *Datur inter gradus intēsionis subordinatio non item inter partes quātitatis.*

tudine indiuiduali graduum.

Tum illa repugnantia inter calorem v. g. & frigus in summo reperitur inter illa etiamsi sint in diuersis subiectis, ob mutuam inter se actionem, & repassionem; & hinc oritur subordinatio, vt ex natura rei sequens supponat priorē, ita vt naturaliter non possit conseruari à subiecto sine priori. Sicut rectum non potest conseruari sine fundamento: Ex quo sumitur aliud argumentum pro illorum subordinatione ex cōditione graduum per se requisita; Nam vt ars procedit ab imperfectis ad perfecta, ita & natura, quia ars in operando imitatur naturam, sed ars prius producit ea, quæ exiguntur à sequentibus perfectionibus; ergo similiter natura in perfectione qualitatis; neque hinc colligi potest diuersitas specifica essentiæ qualitatis, quia ipsa essentia secundum suum indiuisibilem conceptum exigit omnes illas perfectiones ad suum perfectum statum; sicut anima indiuisibilis exigit in subiecto, quod informat secundum perfectum statum organa diuersæ rationis.

34 *Intensibiles qualitates habent duo genera hæcceitatum.* 4. Qualitates intensibiles habere posse duo genera hæcceitatum; vnum est earum, quæ multiplicant ipsas extensiuè, siue sint in subiectis separatis, siue continuis, siue sint indiuisibiles subiectiuè, siue diuisibiles, vt v.g. frigus existēs in niue, & in aqua, & gratia existens in Beato Paulo, & B. Petro. Alterum earum, quæ multiplicant illas intensiuè, & dicuntur gradus qualitatis. Inter quæ illud est discrimen, quod hæcceitates primi generis sunt eiusdem rationis, & necessariæ ad existentiam qualitatis, cum nequeat existere species, nisi in indiuiduis. At hæcceitates necessariæ ad intensionem sunt diuersæ rationis, & hæ non sunt necessariæ simpliciter ad speciem vt existat, sed vt existat cum tali perfectione; & quia intensio absolutè sumpta est perfectio intrinseca, ideo omne indiuiduum qualitatis intensibilis est necessariò cum aliqua intēsione, ex meliori philosophia; licet non desint, qui putent posse dari huiusmodi qualitates non solum ex conceptu intellectus abstrictas ab omni gradu intensionis, sed etiam à parte rei, de qua re à nobis est alias disputatum.

Dupliciter potest poni latitudo intensionis ex partibus diuersæ rōnis. 5. Latitudinem intensionis ex partibus diuersæ rationis compositam posse dupliciter poni; primo ex partibus indiuisibilibus, quæ singulæ sint determinatæ perfectionis, & inde tota latitudo sit diuersæ rationis; & contra hunc modum afferuntur difficultates, quæ contra continuum ab Arist. ponuntur, sed vt notaui supra, non habent illam vim contra latitudinem intensiuam, ac extensiuam, ob penetrationem partium intensionis. Secundo Ex partibus diuisibilibus, & hoc etiam dupliciter; Tum ponendo illas, vt singulæ inter se sint diuersæ rationis determinatæ, at partes singulorum graduum sint eiusdem rationis, sicut dicitur de corpore organico quod constat ex partibus diuersæ rationis determinatæ quantitatis, at singulæ sunt compositæ ex partibus eiusdem rationis diuisibilibus in infinitum, ita gradus dicantur diuersæ rationis inter se, sed singuli sint compositi ex partibus eiusdem rationis diuisibilibus in infinitum; & hic modus defendendi habet difficultates sumptas ex diuisione continui proportionaliter applicatus diuisioni huius latitudinis, & aliam sumptam ex determinata perfectione singularum partium heterogenearum; nam non videtur constare, quanta sit, sicut constat ex partibus componentibus organa; tertiā habet ex parte corruptionis, & generationis, quam difficultatem habent, qui opināntur totam latitudinem esse homogeneam, vt patet ex dictis; nā cum partes illæ similares successiuè, & producantur, & corrumpantur, non est ratio, cur potius hæc, quam illa prius vel posterius producatur, vel corrumpatur; vnde necessariū est recurrere ad determinationē primæ causæ; ex quo ruit præcipuum fundamentum negantium homogeneitatem graduum.

Tum ponendo totam latitudinem secūdum suas partes esse dissimilarē, ita vt nec minima quidem pars possit assignari, quæ sit homogenea; qui modus defendendi est cōmunis, apud huius opinionis auctores. 35

Sed habet difficultatem penè insuperabilem, qua ratione sit illa partium latitudo dissimilarium, & tamē nulla illarum sit determinatæ perfectionis, nam maiorē vim determinandi quantitatē perfectæ oms hēt intrinseca diuersitas perfectionis, quam extrinseca designatio, vel diuisio; quare sicut si diuisio esset in omnibus partibus continui, omnes essent determinatæ, ita cum diuisio, & designatio ex vi perfectionis diuersæ ab extrinseco sit in omnibus posita, deberet in omnibus esse determinatio; & hinc etiam fieret, vt ibi essent infinitæ perfectiones sine vlla potentialitate; sed negāt id sequi afferentes exemplum, tum circu-

circulorum cylindri perfecti, quorum nullus est æqualis alteri, sed omnes inęquales; tum actionis vniformiter difformis, ratione cuius non potest assignari pars subiecti habens vniformem qualitatem, sed in omnibus partibus siue determinatis, siue indeterminatis est qualitas difformis quoad intensionem in infinitum, quare idem putant dicendum, si illa difformitas ponatur diuertæ rationis, vt ponitur esse diuersæ intensionis, & quidem acute; sed video aliquod discrimen, quod in exemplis positis difformitas procedit in infinitum quoad minoritatem, quia circulus semper est minor, & minor, & sic qualitas est minus, & minus intensa, iuxta distantiam partium subiecti ab agente. At in casu nostro processus in infinitum est quoad maiorē perfectionem, quia quo qualitas est intensior, eo magis perfecta, & tota simul existens.

36 *Huiusmodi difformitas reperitur etiā in qualitatibus cō trarijs.*

6. Hanc difformitatem inter gradus intensionis reperiri etiam in qualitatibus contrarijs contrarijs, quia natura in omnibus procedit ab imperfecto ad perfectum; neque obstat, quod duo luminosa eiusdem intensionis producant lumen in medio intensius illo, quod produceret vnum: quia neutrum producit solitarie totum lumen in medio æquale suo, & ideo multiplicata producunt maius, semper tamen intra latitudinem graduum, quæ est in agentibus luminosis.

Hic disputari potest de intensione supernaturalium: nam eodem modo illa cōstare debet ex gradibus dissimilaribus, quidquid sit de rōne merendi, quæ pertinet ad voluntatē Dei, & ad esse morale, de quo supra.

ARTICVLVS VI.

Colliguntur principia quibus potest defendi heterogeneitas graduum.

Ex his principijs defendi potest heterogeneitas graduum 1. Quia facilius inde reddi pōt rō effectuū naturaliū, cur. s. calefactiuum vt quatuor, productiuū octo gradus caloris extensiuè non possit intensiuè producere quintum, cum gradus extēsiuus sit eiusdem perfectionis, ac intensio, cum omnis actio possit esse à maiori proportione perfectionis respectu effectus, quæ ibi esset si illi gradus essent eiusdem perfectionis.

At non potest, quia cum quintus gradus intensiuus sit perfectior, quam omnes quatuor, non potest produci à virtute vt quatuor; Neque recurras ad similitudinem inter actiuum, & passiuum fundatā quia in vtrisque est calor vt quatuor, & ex productiones fierent dissimiles contra intensionem agentis assimilandi sibi passum non inquam id dicas, primo si productiuū sit æquiuocum, vt lux respectu caloris, non haberet similitudinem cum subiecto calido vt quatuor, imò maximam dissimilitudinem ob eminentiam lucis, & ita poterit producere gradum quintum, quia illum producendo magis assimilaret sibi passum, quia effectus æquiuocus quo magis perficitur, magis accedit ad perfectionem suæ causæ; & tamen non potest virtus lucis productiua vt quatuor producere quintū. 37

Tum quia quintus gradus, si continetetur intra actiuitatem caloris vt quatuor, non posset impediri eius productio ex pae te subiecti, quia hoc est capax illius; & ob defectū frigiditatis, q̄ si ibi esset nō expulsa à subiecto resisteret, actio facilitaretur; ergo defectus oritur ex parte causæ, quæ non continet perfectionem quinti gradus, etiamsi sit vnus supra quatuor, & compleat latitudinem vt quatuor, & reddat illam perfectiorem ex vi quinti gradus perfectioris.

Tum quia virtus actiua continens perfectionem effectuum, quo plures produceret in subiecto, eo magis illud sibi assimilaret, nec mirum, quia subiectum esset dissimile agenti in eo gradu, qui continetur in agente, & non in passo; neque obstat quod dicunt quintum gradum ratione sui non esse perfectiorem, atque adeo contineri in causa, sed ratione vnionis cum quatuor, esse perfectiorem: nam quia vnio cum alijs non ponit perfectionem intrinsecam, ratione cuius continetur in potentia, & producitur, nam idem gradus vnitur tribus, & vnitur quatuor secundum propriam perfectionem intrinsecam, quæ non variatur si vniatur tribus, vel quatuor; tum quia vnio est perfectio infra perfectionem essentiæ, ergo continens perfectionem essentiæ continet etiam perfectionem vnionis: nam causa eductiua est etiam vnitiua formæ; neque his obstat necessitas conseruandi in subiecto calorem vt quatuor, & ideo non potest quintum, quia calor non indiget conseruatione causæ secundæ.

2. Facilius saluatur oppositio graduū qua-

qualitatum contrariarum, vt nō sit necesse ad Deum vt primam causam recurrere, cū possit reddi causa ex natura rei: Neque dicas corrumpi primo loco productum, ob senectutem vnionis: quia hęc senectus potius roborat, quam debilitat; vt patet ex habitibus, qui eo magis inhęrēt, quo sunt diuturniores. Neque dicas corrumpi vltimo loco productum, quia minores radices, & amicitiam contraxerunt cum subiecto, nam posita inhæsione in subiecto illa nō amplius mutatur; hæc autem est communis omnibus, & hæc desinere debet, dū expellitur gradus à subiecto; & si recurrāt ad vnionem cū alijs gradibus, singuli singulis, quibus adueniunt vniuntur; nec video, quam aliam vnionem habeant posita homogeneitate, nisi illam, quæ est ratione inhærent æ in eodem subiecto.

Confir. Quia constat calorem, & frigiditatem non opponi secundum essentias: quia sunt simul compossibiles in eodem subiecto calido, & frigido vt quatuor, ergo opponuntur ratione graduum; at hæc oppositio non potest esse inter singulos cum omnibus, quia calor vt quatuor stat cū frigido vt quatuor, ergo debet poni oppositio singulorum graduum determinatè cū singulis determinatis, non potest aliter intelligi oppositio nisi singulorum cum omnibus, vel cum singulis determinatè, sed singulorum cum singulis non potest nisi sine aliqua graduum heterogeneitate per quam vnus vni, & non alteri alter, & non illi opponatur.

38 Responderi potest, singulos opponi cū omnibus non determinatè, sed indeterminate, & vagè, determinatione facienda à prima causa,

Sed contra. Tum quia tunc gradus non haberent ex natura sua oppositionem, sed solum essent incompossibiles ex voluntate Dei, qui posset nunc illum, nunc alium gradum conseruare, vel corrumpere præsente alio gradu alterius qualitatis: nam illa conseruatio vel destructio non esset à prima causa non ad exigentiam rerum, quia cum sit eiusdem rationis, non magis vnus, quam alter id exigeret, quare esset ex mera Dei voluntate, hoc autē videtur cōtra principia philosophica, nā illa ratione, vt calori opponitur frigiditas, ita & albedo, ac dulcedo, quia Deus libere potest illa conseruare, & destruere ad præsentiam alterius.

Tum 2. Quia ex Aristot. 1. cœl. 44. Cōtrariorum si vnum determinat, & alterum determinatum erit, ergo non potest esse vnus cum pluribus indeterminatis.

Tum 3. Quia contraria plura vni simul esse non contingit 10. m. t. 14. vbi Auer. & 10. nam ex Scoto maximum non potest esse nisi vnum, quia si plura, iam non esset maximum, quia hoc dicitur respectu omnium, & vitia duo cōtraria sunt vni virtuti, secundum vnā rationem, quatenus illa recedunt à regula, ergo vnus gradus caloris non potest ex sua opponi pluribus gradibus frigiditatis, sed vni illorum.

Tum 4. Quia cōtraria sunt, quæ sub eodem genere maximè distant, & in eadem materia susceptibili 10. met. t. 14. At non maximè distarent secundum se, si solum ex voluntate Dei determinaretur oppositio vnius ad alterum, cum illa possint esse in singulis, quæ præcisa tali determinatione Dei esse possent simul; vnde 10. m. t. 16. in quolibet contrario inest priuatio alterius.

Responderi posset. Calor opponitur frigiditati determinate. Sed contra: quia cum illa oppositio non sic secundū essentias, sed 39
secundum gradus, vt supra, sequitur determinationem debere esse in gradibus, inter quos est incompossibilitas, & distantia maxima. Neque recurrant, exigi destructionē ex ratione latitudinis gradualis, quæ cū est expleta, non potest excedi, & ideo debet vnus gradus corrumpi; Nam si præscindatur oppositio graduum, non esset ratio, cur corrumpendus gradus frigiditatis, quam caloris; cum tota latitudo expleatur à quatuor gradibus caloris, & quatuor frigiditatis; imò dici posset in illud subiectum habens expletam latitudinem non posse introduci alium gradum, ob illius inexpacitatem; sicut si ibi essent octo gradus caloris, non posset introduci nonus gradus ob illius subiecti iam expleti incapacitatem. At Respondent, exigi ab agente calido potius destructionem frigiditatis, quā caloris, quia agens conseruat potius sibi simile, quam destruat; sed contra, quia vel exigit destructionem illius ob expletam latitudinem, & non: cum hęc non sit magis expleta per calorem, quam frigus; vel ob dissimilitudinem caloris cum frigiditate, & neque: quia illa est etiam in calore respectu dulcedinis; imò maior cum hac, eo quod non conueniunt in genere proximo, vt conueniunt calor, & frigus; ergo exiget ob incompossibilitatem, ortam ex contrarietate: aliter enim est incompossibilis for-

ma

ma leonis cum alijs fnrmis,ac gradus qualitatum contrsriarum : nam illa oritur ex incapacitate subiecti plurium formarum substantialiũ; vnde neque potest recipere duas formas eiusdem speciei, quare eadem incompossibilitas est in forma leonis cum alia eiusdem speciei, ac cum al js diuersæ speciei ; at non sic est in gradibus caloris, cum gradibus frigiditatis, ac cum gradibus alteriua qualitatis contrariæ; hæc autem vt dial, non potest saluari sine graduum heterogeneitate.

40 Dices. Calidum agens non exigere destructionem caloris, dum agit in subiectũ, quia illum conseruat; alias frustra produceret calorem, si exigeret destructionem caloris præexistentis in subiecto : quia nullũ agens hsbet virtutem productiuam noui effectus, nisi habeat virtutem conseruandi antiquns. Sed contra. Tum quia sicut effectus non indiget conseruatione à causa secunda, ita neque in illa debet poni virtus conseruatiua proprie dicta, quæ est per influaum; vt dictum suo loco. Tum quia calor naturalis agendo in humidum, vt seipsum cõseruet, destruit sui partẽ per euaporationẽ humidi; quare similiter ea productione caloris noui destrui posset antiquus.

Ea his intelligitur, malè aduersarios vti illo principio, quod non sunt multiplicanda entia, nam hæc opinio non multiplicat magis, qusm opposita; cum vtraque ponat octauum caloris, & solum differunt quod vna illum ponit perfectiorẽ, & alis æqualẽ alijs contra nsturæ institutum.

3. Facilius saluatur subordinatio graduũ non quidem extrinseca, & contingens, sed ea exigentis graduum: nsm ex vi illius exigentiæ necessariò debet poni aliqua diuersitas inter gradus; at non specifica, vt suppono supra probatum; ergo indiuidualis. Sed quia aduersarij negant, inter gradus esse subordinationem ea natura rei, sed extrinsecam, ideo ills primo probanda est ex dictis, quod in omnibus formis quę informant idem subiectum, requiratur subordinatio e a natura rei, vt ea illis fiat vnum per se; Confirm. quia opera intenta à natura sunt per se ordinata, quia vbi pluralitas sine ordine ibi confusio; sed intensio qualitatum ea pluribus gradibus est per se intenta à natura: quia pertinet ad perfectionẽ essentiæ; ergo ibi est plurslitas cum ordine per se, atque adeo subordinatio ea natura rei. Quare fslluntur Recentiores nullã habere rationem, qus probetur subordinatio graduum : ex hoc principio patet falli Recentiores dum subordinationem ponunt inter plura æqualis perfectionis: nam si loquantur de subordinatione extrinseca vltro conceditur, sed non loquuntur ad rẽ, cum in his sit subordinatio ea natura rei.

2. Falluntur, dũ ponunt plura inæqualis perfectionis sine subordinatione: nam potest esse inter illa, quæ non ordinantur ad vnum per se, non tamen quando ordinantur ad faciendum vnum per se : quia tunc necessario inter illa debet esse aliqua subordinatio, quam exigant illa plura ab intrinseco.

3. Fallũtur ponẽtes subordinationẽ inter plura sine inæqualitate perfectionis : nam illa habere debent prædicta opposita: quia vnus præsupponit ab intrinseco alterum, & alter necessario præsupponitur; ita vt sequens naturaliter non possit existere sine alio; contra vero alius sine sequenti; at hæc prædicata supponunt diuersam perfectionem. & non æqualem.

Tum quia prædicata indicsnt inæqualẽ perfectionem, qualis est inter media, & finem; tum quia vbi est diuersitas rationis formalis, ibi est diuersa, & inæqualis distãtia à primo ente, à quo mensuratur omnium perfectio.

At inquiũt. Species subordinatur visioni, & tamen inter illa est æqualis perfectio: nam cum se mutuo excedunt in perfectione, fit compensatio, species. n. excedit visionem ratione spiritualitatis, & visio speciẽ, ratione vitalitatis.

Resp. subordinata posse accipi dupliciter; primo formaliter : & hac ratione semper subordinatum vt sic dicit minorẽ perfectionem, quam id, cui aliud subordinatur : quia natura non ordinat nobilius ad ignobilius. 2. Materialiter ; & hac ratione
potest secundum aliquam conditionẽ esse 41
nobilius id, quod alteri subordinatur, vt actus phantsliæ vitalis, ad speciem intelligibilem non vitalem; quatenus illud est instrumentum intellectus agentis. Sed illa conditio vitalitatis per accidens se habet ad productionem speciei : nam multi volunt sufficere phantasma, & hoc exemplũ est aptius, quam speciei visiuæ respectu visionis, nam species est corporea si visio est corporea; et si species, & visio ponantur in anima vtraque est spiritualis.

At instant. Secundus gradus depẽdet in sua existentia à primo, & primus est indepen-

pendens à secūdo; at vt dependentia dicit imperfectionē, ita independētia perfectionem; quare sequēs gradus est imperfectior præcedenti, qui est subordinatus sequenti. Sed facilis est solutio; primo afferendo instantiam, nam forma dependet à materia, & suis dispositionibus accidentalibus, & tā est perfectior. Resp. 2. dependentia duplex est; vna quæ est in fine à medijs, & hæc nō ponit imperfectionem, sed maximam perfectionē. Sicut in moralibus Princeps quo maior, eo indiget pluribus ministris, sibi deseruientibus in pace, & in bello; sic etiam anima est perfectior forma, quam elementaris, & tamen illa indiget vt existat pluribus organis. Et actus supernaturalis indiget pluribus principijs, quam naturalis.

Alia est depēdētia effectus ab alio vt à causa dante perfectionem effectui, & non recipiente ab illo, & hæc ponit imperfectionem in re dependenti; vt suo loco ostendi.

At in subordinatione est dependentia primi generis, & ideo non ponit imperfectionem, nisi secundum aliquos, secundum quid; cum simpliciter ponat perfectionē: quia media totam perfectionem quam habent, recipiunt à fine, qui mouet agens ad dandam illis existentiam; Ex quo rejicitur solutio, quam afferunt Recentiores, quod in exemplis positis habeatur ratio, ob quam sit ponenda maior perfectio in subordinantibus, quam in subordinatis, non obstante dependentia. at in superiori gradu non habetur ratio maioris perfectionis; sed non vident rationem sumi ex fine, cum inferiores gradus ordinentur ad octauum, vt complementum latitudinis intensiuæ quod exigitur ab essētia qualitatis, & intenditur à natura; neque vident modum procedendi ipsius naturæ ab imperfecto ad perfectum.

42 4. Sequitur, Nō esse probabilem opinionem recentiorum dicentium, dari aliquas qualitates, quarum singulæ sint compositæ ex pluribus gradibus intensiuis, quorum aliqui sint æqualis, alij inæqualis perfectionis; tum quia videtur monstrosa compositio, nisi ponant heterogeneos componi ex homogeneis, vt dicitur de organis corporis animalis; quod an fieri possit dicetur alibi; tum quia fundamentum quo illud probant, est falsum, dicunt enim dari aliquas qualitates, quarum partes aliquæ magis durant, quam aliæ, quæ simul durāt atque adeo inæqualis perfectionis vt de impetu impresso; de speciebus soni, de speciebus sensuū exteriorum, & interiorum, quæ omnia ex se corrumpuntur, quia ex natura sua non exigunt maiorem durationem; inter quos tamen aliqui gradus simul corrumpuntur, atque adeo habent æqualē perfectionem. At hic modus philosophādi à nobis est reiectus in libris de anima: nam species corrumpuntur ex defectu obiecti conseruantis, vel subiectiuæ dispositionis necessariæ ad conseruationem; idē ostendi de virtute impressa. Deinde etiamsi id concederetur, falsum est gradus primo corruptos esse imperfectiores, nam latitudinis gradualis dissolutio incipit à perfectiore, qui imperfectiores supponit, vt habitatio superior prius dissoluitur, quam fundamētum; neq; enim maior duratio indicat maiorem perfectionem in creaturis, nisi ceteris paribus, alioqui lapides essent maioris perfectionis quam plantæ, & cœli rebus animatis, & inter animantia ceruus esset maioris perfectionis; imò Pinus quam leones, & homines. Et ratio est: quia duratio mensuratur ex alijs principijs quam perfectio simpliciter.

5. Infero. Quid respondendum ad quæstionem, an gradus superior possit producere inferiorem? Nam hoc dupliciter potest intelligi. Primo vt productio sit cum concomitantia inferioris, & dubitari non potest, quin possit. Secundo vt productio sit præcisè à superiore; & cōtra Recētiores ostenditur non posse: quia licet sit perfectior perfectione eminentiali, non tamen virtuali: quia non continet virtualiter inferiorem. Sicut, licet homo sit perfectior leone eminentialiter, non tamen potest leonem producere: quia non continet illum virtualiter, idest vt causa continet effectum. 43

6. Infero. An gradus inferior circa alienum subiectum concurrat ad superiorem gradum simul cū superiori gradu? Et quæstio est problematica; Nam aliqui negant; tum ex ratione improportionis quoad perfectionem; tum experientia, quod superior idcirco producatur difficilius, quā inferior, quia ad inferiorem concurrunt omnes gradus, reperti in causa; at ad superiorem concurrit præcisè superior.

Sed neutra ratio placet: nā defectus perfectionis, qui est in gradu inferiori suppletur per concursum gradus superioris, per quem eleuatur inferior ad agendum, nam nō requiritur, vt singulæ partes causæ habeāt

æqualem perfectionem cum perfectione effectus:quia sufficit,vt tota causa adæquatè productiua habeat illi æqualem perfectionem vel maiorem. Neque experientia illi prodest;tum quia difficultas non oritur ex illa causa, sed quia non potest sequens gradus recipi in subiecto,nisi habeat antecedentem, & adeo maius tempus exigitur ad productionem vltimi,quam primi;tum quia negatur, vltimum difficilius produci quam primum, si præcisè considerentur; nam tempus quo præcisè producitur primus,non est minus eo, quo producitur secundus,imò fortasse maius: quia respectu illius est maior resistentia in subiecto;tum denique patet ex productione instantanea graduum secundum totam latitudinem; Quare ille concursus inferioris gradus ad superiorem,non est cur negetur, præsertim cū hic modus concurrendi concedatur ēt in alijs,vt in productione substantiæ ab accidētibus, & mixti ab elementorū qualitatibus, & similib. Hæc dixi in gratiā opinantium gradus esse heterogeneos, vt quisque eligat opinionem,quæ magis illi arridet.

DVBITATIO X.

De termino intensionis, quoad magnitudinem,& paruitatem.

ARTICVLVS I.

Quid alij sentiant,

DE hac re fusè disputaui in physicis tr.16.q.2. & 3. per plures disputationes,vbi ostendi ex omniū sententia dari terminum magnitudinis naturaliter;tum ex finitate substantiæ,ad quam ordinantur omnium accidentium essentiæ, & eorum perfectiones; tum ex finitate essentię qualitatis,quæ est capax intensionis; nam intēsio est eius veluti modus, & perfectio accidentalis. Hinc summa intensio conuenit substantiæ,quę illam exigit,vt summus calor dicitur,qui exigitur ab igne; & suo modo idē dicitur de gratia, quæ datur à Deo iuxta mensuram sui decreti, cum illa non exigitur ex naturalibus puræ creaturæ, & augeatur ex meritis. Hinc Theologi asserunt summam gratiam ex vi decreti datam esse humanitati Christi, ratio suæ originis ob vnionem cum persona diuina,

2. Ostendi contra Scotum, & suos In ordine ad potentiam diuinam, non dari terminum intensionis qualitatum, quia neq; ex parte diuinæ potentiæ, quæ est infinita, habet terminum, neque ex parte essentię,cum ex augmento intensionis non destruatur aliquod prædicatum essentiale qualitatis, sed potius accidentaliter perficiatur;neque ex parte subiecti, cum ibi sit potentia obedientialis correspondens potentiæ actiuæ diuinæ: nam quantum potest Deus illi dare,tantum potest recipere.

3. Ostendi, non dari terminum paruitatis, vt ibi fusè probaui; contra Scotum, Sonc. Toletum,& alios, de quo cū aliqui Recentiores dubitant,aliqua hic dicemus: conueniunt enim non dari terminum paruitatis in ordine ad Dei potentiam. Sed difficultas est de ordine ad causas naturales. Nam aliqui dicunt dari terminum paruitatis sub quo producantur, ita vt sub minori non producātur.ita Scotus 2.d 2.q.9. ad argumēta. Sequuntur Conimb.8.phys. com.23.Arim.1.d.17 q.1.art.3.ibidem Cap.q.2.art.2,Sonc.8.m.q.21. Tol.1. de Gen.quæst.6

Sed cum discrimine: nam Toletus vult illud minimum acquiri in instanti: quia illa pars habet modum essendi indiuisibilem, quia cum vna pars illius non possit existere sine alia,se habent indiuisibiliter quoad primam sui existentiam & inde à termino à quo incipit motus extrinsecè, idest per vltimum sui non esse,

At Soncinas putat, incipere illud minimum per motum, atque adeo debet ponere omnimū alterationis, & primum esse rei ex parte termini à quo, idest nunc est, & immediatè ante non erat. Illi verò qui putant latitudinem intensionis componi ex indiuisibilibus, dicunt,illud minimum esse omnino indiuisibile.Fauet Suar. disp. 26.m.sect.4.dum ait, ꝙ sicut quantitas habet terminum indiuisibilem ex vtraque parte, ita & latitudo intensionis: quare cū intenditur, producitur illud indiuisibile in instanti, cui immediatè succedit alteratio successiua, quoad cæteras partes qualitatis, quod num. 13. intelligit de qualitate carēte contrario, quia illius gradus potest acquiri in instāti;sed de qualitate habēte cōtrarium, & eius partibus,de quibus probabile est acquiri per vltimum non esse.dicēdum,quod sicut gradus acquireretur diuisibiliter successiuè, ita etiam indiuisibilia ipsius,

Alij

Alij verò negant habere terminum paruitatis, quia sicut in motu non datur minima pars, ita neque in termino eius, qualis intésio qualitatis: si enim haberet minimū, illud primo loco acquireretur, & non per partes, quia sic existeret aliquid minus minimo. Confir. quia ita se habet latitudo intensionis respectu suarum, sicut se habet quantitas respectu suarum partium; sed in quantitate non datur minima, cum sit diuisibilis in infinitū; ita neque in illa latitudine.

2. Probant ex virtute actiua: nam virtus actiua ita producit suum terminum, vt oppositus terminus corrumpitur, & desinit in subiecto; sed quælibet pars oppositi termini desinit successiuè, ita vt nulla eius pars simul corrumpatur; ergo quælibet pars formæ oppositæ producetur successiuè; ex his & alijs quæ 1. phyſ. adduxi, probant non dari minimum in intensione qualitatis.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

3 Dico primo hanc quæstionem à doctoribus satis confusè tractar: nam cū alia rō minimi sit respectu qualitatis secūdū se, alia in ordine ad virtutē actiuā agentis, & alias circumstantias actionis, ipsi confusè de illis loquuntur; potest enim esse, vt detur minimum respectu virtutis actiuæ, quæ tamen non conueniat respectu qualitatis secundum se, siue quod hæc illo careat, siue quod illud sit maius minimo quod conuenit qualitati secundum se. Confirm. Quia minimum quod conuenit qualitati secundum se, negat possibilitatē simpliciter secundum naturam existendi in partibus minoribus, & semper est eiusdem perfectionis inuariabiliter.

At non sic minimum respectu virtutis actiuæ: quia cum hoc sumatur ex proportione actiuitatis supra resistentiā passi, quæ potest esse maior, & minor, nunc illud minimum est maius, nunc minus.

Dico secundo. Si latitudo qualitatis consideretur mathematicè, non habet minimum, quia cum sit composita ex partibus, & in ordine ad potentiam Dei possit diuidi in infinitum, sequitur nullam partem posse habere rationem minimi, quia qualibet potest dari minor per potentiam Dei.

Dico 3. Si qualitas consideretur physicè, probabiliter dicitur habere minimum quoad intensionem. Probatur primo ex illo principio, quod omnis qualitas ordinatur ad perfectionem substantiæ, & quamlibet substantiam vendicare sibi sua accidentia. Vnde sicut non potest naturaliter existere accidens, quod nulli substantiæ conueniat, ita non potest aliquod accidens existere in statu, in quo nulli substantiæ conuenire connaturaliter possit, iam ex parte maioritatis, quam paruitatis; vnde nō potest dari calor maior igneo, quia nulla datur in natura substantia, quæ maiorem exigat; ita non poterit minor calor, quam v.g. B; quia nulla datur substantia, cui minor conuenit, nā vt natura operatur ꝓpter finem, ita illi commensurat suum opus, vnde fit vt nihil in natura sit frustra; esset aūt frustra illud accidens, quod in aliquo statu nulli substantiæ posset deseruire; & quia nobis non est nota substantia exigens calorem B, quo non possit exigere minorē, sicut nota est substantia, cui debetur sūma aliqua qualitas, vt igni calor, & aquæ frigus; ideo hæc disputatio difficilior est, quoad assignationem minimi, quam maximi. Confirm. Quia vt datur maximum in latitudine, ita dari debet minimum: quia est eadem ratio, sumpta ex determinatione naturæ operum. At rationem hanc primo oppugnant negando consequentiam. Nam etsi inter formas substātialites detur exigēs minimum qualitatis v.g. ita vt nulla sit exigens minorem, non tamen sequitur minus illo calore non posse existere, quia substantia illa non est producibilis ex natura sua successiuè, & ideo non potest minor illa dari. At cum calor v.g. exiguus ab illa forma acquiri debeat successiuè, necessariò debet ante existentiā totius caloris requisiti ad furmam, existere aliqua pars minor ante completionem minimi; vnde si impediretur actione compleretur, daretur illa pars, quæ nulli formæ conueniret, ergo illa ratio non est efficax. Resp. Potest illud minimū non acquiri ex natura sua successiuè, sed in instāti, q̄ cōtingit acq̄ri successiuè, idest per accidens, & innaturaliter: vnde fieret, q̄ existeret innaturaliter; sicut existit ignis infra cauernas terræ, & aqua sub calore, & rarefactione ignea; argumentum autem procedit per se, & in statu naturali, non consideratis ijs per accidens conuenientibus; quare concedi potest, in via productionis per accidens existere minus minimo. Secundo oppugnatur, nam mi- 4

Datur minimum qualitatis, si physicè cōsideretur.

nus illo minimo, licet nulli substantiæ possit deseruire, tamen auctum poterit deseruire, ergo poterit existere in via ad actionem, nec mirum, quia natura procedit ab imperfecto ad perfectum per se intentum.

Sed contra; quia quod est per accidēs est extra intentionem naturæ, sed quod illi addatur alia pars, & fiat minimum, est per accidens, ergo est extra illud quod intenditur à natura, dum aliquid producit, cum per se effectus accipiat existentiam ex intentione naturæ, ergo accipit existentiam in eo statu, in quo potest per se existere, cuiusmodi non est status partis, quæ sit minor minima

2. Alij probant ex ordine accidentium ad effectus: nam cum esse sit propter operari ex 2. de cœl. 17. in eo statu existere poterit, in quo sit aptum operari; quare in minori non poterit esse, cum in eo non possit operari; quare minimum dicetur minima
5 perfectio, secundum quam operari poterit, & in minori non possit. An autem debeat assignari in potentia terminus extrinsecus, an intrinsecus? dictum est alibi. Sed instās Recētiores. intellectus non potest operari sine speciebus, & tamen existit sine illis. At non vidēs; aliud esse de virtutis operatiuæ intrinseco defectu; & aliud de defectu extrinsecè requisitorum, cuiusmodi aūt species respectu intellectus, quia hæc requisita possunt abesse, & adesse; neque tamen requiritur, vt habere possit omnem operationem: quia satis est posse aliquam habere; vt anima potest existere in corpore carens vno organo v. g. visus, sine quo nō potest operari idest videre; at potest habere alias operationes, & si nullam posset, ibi anima non posset esse. At instant. Qualitas producta in vltimo puncto sphæræ non potest amplius operari, quia alioqui posset procedere actio in infinitum, ergo potest qualitas existere in statu, in quo nō potest operari, quia si quid operaretur, vel esset sibi æquale, & ita in infinitum; vel se minus, & ita daretur minus minimo, atque adeo dicendum est, dari posse aliquid in statu in quo nequeat operari. Respōdent aliqui, id non oriri ex parte causæ: quia hæc ex se posset operari, sed ex parte effectus, qui nō potest esse minor, & ex ordine naturæ, ex quo nulla causa possit producere effectu diuisibilem sibi adæquatum. Instant 2. quod esse est propter operari, siue proximè quando est cōpleta, & hēt omnia requisita, siue remote, quando est incompleta carens omnibus requisitis, quia tunc sufficit si sit in statu, in quo possit acquirere requisita ad agēdū; vnde fit, vt si detur qualitas, quæ propter paruitatem intensionis nequeat operari poterit tñ existere, quia pōt acquirere maiorem gradū, in quo poterit operari Resp. ex hac instantia videtur illa ratio non habere efficaciā, quia tunc esset frustra, quando nullo tempore posset operari, non autē si aliquo tempore dum caret completa virtute, quæ tamen est complenda. Sed in gratiam Recentiorum Resp. primo rationem non procedere de defectu requisitorum ad operandum, sed de defectu intrinseco virtutis, ratione cuius nullam potest habere operationē. & licet illa virtus possit augeri; tamen id est per accidens; at natura in productione naturæ respicit id, quod est per se, vnde non producit virtutem in statu in quo ab intrinseco possit habere operationem.

Dices primo. Nulla datur substantia Infima, quin possit dari alia, imperfectiorem gradum, & partem qualitatis exigens. 6 Res. primo, id nō videtur certum; nec facilè posse probari, sicut probatur ex parte perfectioris substantiæ.

Resp. 2. Conclusionem supponere non dari talem formam, quod si probetur dari, tūc poterit dari minus, et sicut in illis procedi potest in infinitū, ita & in latitudine accidentium intensionis, quoad minoritatē.

Dices 2. Ex communi doctrina alterationem esse successiuam, & continuā à principio ad finem, dum ipsa est; at hæc non potest stare cum minimo qualitatis: nam illud non posset acquiri successiuè, quia eius pars cum sit minor minima, non potest existere non existente simul alia cōparte, necessaria ad complēdum minimū, hæc autem partium simultas repugnat cū successione.

Resp. primo. Ex hoc argumento fit, vt opinio hęc non sit certa, maximè apud doctrinam Arist.

Resp. 2. Suar. loquens de indiuisibili inceptiuo qualitatis, illud acquiri successiuè per accidens, scilicet simul cum parte qualitatis diuisibiliter acquiribilis; nam hoc multo magis dici potest de minimo, quod est diuisibile mathematicè, & indiuisibile physicè. Sed sicut illa doctrina Suar. est falsa, cum indiuisibili repugnat acquiri successiuè siue per se, siue per accidens ob carētiam partium; ita repugnabit huic mi-

nimo

nimo physicè talis modus acquisibilitatis cum parti tali solitariè à comparte repugnet existere.

7 Resp.3. Quod sicut acquisitio in instanti prius indiuisibili qualitatem initiante non impedit, q n reliquæ partes acquirātur successiuè; ita acquisito hoc minimo in instāti, non impeditur, quin reliquę acquirantur successiuè. Neque hoc repugnat Arist. dicenti, alterationem esse successiuam, & cōtinuam, Arist. loquitur de alteratione respectu totius qualitatis non de initio ptæuio. Neque hinc sequitur, quod detur primum mutatum esse in alteratione contra Arist. quia illa acquisitio cum sit ante motum, non dicitur mutatum esse: quia hoc dicitur respectu motus præcedentis, sed tantū secūdum illam mutati. Hinc Resp. etiamsi satisfaciat argumento proposito, tamē habet difficiliorem instantiam, sumptam ex resistentia contrarij, ex qua impeditur acquisitio instantanea; Nam si conceditur, illam partem simul acquiri, dum tota virtus resistiua contrarij est integra, & magis valida; multo magis poterunt reliquæ partes acquiri in instanti, quando resistentia est diminuta; atque adeo alteratio erit acquisitio non cōtinua, sed per minima. Ad hoc dici potest primo; quod sicut indiuisibile qualitatis v.g. caloris acquiritur in instanti, etiamsi in subiecto inueniat indiuisibile frigoris sibi resistentis, quia non potest acquiri, nec in minori mora, cū nō detur, nec potest acquiri per partes quibus caret; ita illud minimum, etiamsi habeat in subiecto contrarium acquiritur simul, quia cum partes illius seorsum nequeant existere, ita neque acquiri vna pars sine alia: nam ex vi productionis existeret ante existentiam alterius. Quod si dicas cum Arrio q.17. sec. 2.c.4. indiuisibile non posse acquiri, quin simul acquiratur aliqua pars, hoc potius fauet nobis: quia certum est illam acquisitionem indiuisibilis non esse successiuā vt dictū est. oportet ergo dicas acquiri partē in instanti, sicut acquiritur indiuisibile, cum illa nequeant separari quoad acquisitionē, nisi dicant acquiri partem post indiuisibilis acquisitionem; sed ex hoc fieret, acquiri indiuisibile in illo instanti sine parte; nam si Deus suspendisset cōcursum quoad productionē partis, tūc indiuisibile solitariè existeret præcisa existentia partis.

2. Dici potest, quod sicut quælibet virtus actiua habens determinatam sphæram extensiuam, in qua successiuè producitur qualitas, habet intra illam determinatam sphærulam, in qua simul in omnes partes agat vt infra dicemus; ita habeat determinatam sphæram quoad latitudinem intensiuam, in qua sit pars simul producibilis, vnde fit vt pars oppositæ qualitatis simul corrumpatur, licet quoad reliquas partes intensio procedat successiuè; hoc autē oritur ex naturæ exigentia, eo quod pars minima non potest existere, nisi simul cū comparte, & quoad reliquas fiat successiuè, & secundum hanc exigentiam natura instituit mutuam resistentiam, & actiuitatem.

Dices 3. An hoc minimum sit in se determinatum?

Resp. primo. Aliqui Recentiores in qualitatibus extenribus contrario minimū qualitatis productum in instanti esse determinatum quoad paruitatem: quia non habet causam, ex qua determinetur; non à subiecto, quia est indifferens ad magnum, & paruum; neque à distantia, quia agens post productum minimum, producit minus minimo; neque à Deo, quia nō est, cur recurratur ad Deum, etsi ab eo vt au-ctore naturæ iam illud minimum ex natura sua est determinatum.

Respondent 2. In habentibus contrariū, illud non esse determinatum; tum quia variatur iuxta proportionem agentis, cum resistentia passi, quæ variari potest; tum quia si virtus actiua sit vt quatuor, pducit circa subiectum minimum, quod si esset vt tria producet minus; ergo daretur minus minimo, quia non posset agere æquè, ac primum. 8 *Minimum in habentibus contrarium nō est determinatum.*

At alij putant in omnibus esse eandem rationem, quia in omnibus militat ratio sumpta ex ordinatione accidētium ad substantiam; vnde ad primum Resp. In qualitate minimum posse esse duplex; vnum absolutè quod conuenit qualitati ex natura sua; & hoc est inuariabile, siue augeatur, siue minuatur virtus actiua, & resistentia: Alterum respectiuum, quod sumitur ex proportione agentis cum resistētia, & hoc variatur, non quidem quod possit esse minus minimo, quod conuenit qualitati ex natura sua, sed quod possit maius illo, quod non est simpliciter minimum, sed secundum quid, idest quod producibile est ab hoc agente simul in hoc passo; nam vt datur sphærula respectu actiuitatis quoad extensionem, ita quoad terminum intēsionis, & sicut illa est maior, & minor iuxta virtu-

virtutem actiuam, ita & hæc, quæ est respectu intensionis.

Ad 2.Resp.Illud actiuum minus,nullo modo agere, quia ob repugnantiam naturalem effectus, qui non potest esse minor, non poterit produci aliquid ab illo circa talem terminum.Neque hoc est contra exigentiam;quia cum minimum quod cõuenit qualitati ex natura sua nobis non sit notum, dici potest, omne quod producit ex virtute actiua esse maius illo minimo, quod debetur qualitati ex natura sua.

Dices 4. An detur virtus naturalis productiua indiuisibilis quantitatiui vel qualitatiui præcisè à partibus?

Respondent aliqui non dari ob paruitatem virtutis; sed non placet.Ratio,quia ad
9 existentiam virtutis satis est, vt sit tantæ perfectionis, quantam exigit effectus in sua causa; at perfectio indiuisibilis, non exigit maiorem in causa, quã sit perfectio propria effectus, ergo sicut hæc est tam parua vt sit indiuisibilis, ita etiam poterit esse in causa.

Productio indiuisibilis non potest esse præcisè à partibus.

Ego Respon.non dari;quia effectus illi præcisi à suis partibus esse non possunt,nã essentialiter sunt terminatiui,vel continuatiui partium;ergo natura non instituit eorum causas, nisi in ordine ad partes terminatas vel continuatas, ergo non potest dari virtus,quæ sit præcisè productiua indiuisibilium,& non potens ad productionem partium.At instant,vt continuatiua & terminatiua, non necessariò exigunt existentiam partium actualem, sed ad summum vt possibilem, sic vt potentia non necessariò exigit actum vt existentem.Sed cõtra; tum quia sicut datur potentia inseparabilis ab actu, vt dicitur de potentia nutritiua, ita & multò magis in his indiuisibilibus non potest potentia separari ab actibus sibi proportionalis,atque adeo ab existentia partium; tum quia non habent rationem potentiæ, sed potius actus; cum sint rationes actuales terminantes, & cõtinuantes.Sed his obstat,quod punctum instans prius existat, quam pars, & continuans prius,quam pars subsequens continuata cum præcedenti: nam idem punctum quod est terminus vnius,vt est principium alterius vtramque continuat; sed negant prius produci indiuisibile,eo quod vnio supponit vnibilia,& terminus supponit terminabilia; de qua re nos in physicis: nã quod afferũt de tempore,in quo instãs præcedit partem temporis, imò non potest existere, dum existunt partes temporis, quas continuat, respondent esse diuersã rationẽ instantis quod est fluens, & desinit in seipso, & indiuisibilium permanentium,quæ manent cum partibus.

Resp. 2. potest,non sequi ex negatione existentiæ punctorum præcisè à partibus, non posse dari virtutem productiuam præcisè punctorum: quia potest dari alia virtus,quæ producat partes;sicut in productione hominis, etiamsi virtute naturali producatur vnio inter corpus, & animam, tamen ab illa non põt produci nec natura, nec anima,sed per aliam virtutem;quare similiter dici potest in proposita difficultate.

Resp.esse diuersam rationem,quia productio animæ potest esse sine vlla vnione, at productio partis nulla ratione esse potest sine punctis; & hinc potest dari diuersa virtus productiua animæ,& vnionis, nõ tamen respectu partis,& punctorum.Hæc volui hic connotare ad exercẽda ingenia, & præstandam occasionem ingeniosis addendi;cæterum quid sentiam in hac materia sumẽda sunt ex physicis, vbi fusius sũt hæc disputata.

QVÆSTIO III.

Quanam formæ intensionem,& remissionem recipiant.

PRimo videtur certum.Illas formas intendi posse,quæ admittunt diuisibilem modum actuandi subiectum, sed ex natura sua habent latitudinem secundum quam magis, & minus possunt à subiecto participari,ita D. Th.q. 1. de virtutibus ar. 11 & q.5 ar.3.& 12.q. 52. ar. 1. Sed quibus formis id conueniat nõ constat. Secũdo constat.Accidentibus non repugnare intensionem, quia præbent subiecto esse diminutum;quare quod quædam intendãtur,& quædã non,non prouenit ex actione accidentis,sed aliunde,& fortè oriri potest negatio intensionis ex eo,quod inseparabiliter comitantur aliquod inuariabile principiũ,à quo nec separari possunt,nec actione contrarij diminui, neque alio modo produci; qua ratione intellectus intẽdi nõ põt. Vel 2.oriri potest: quia in sua ratione aliqua accidentia includunt quandam indiuisibilitatem, vt numerus binarius non potest esse maior,neque minor:quia in tali specie ꝑ indiuisibilẽ vnitatẽ constituitur. 1

Formæ diuisibiles intensionem recipiunt, & remissionem.

Accidentibus intensio non repugnat.

Vel

Vel 3. ex eo quod non habeat entitatem distinctam, sed tantum sit modus quidam entitatis, in quo non potest signari magis, & minus.

Formis etiã omnibus, quæ ad intẽsionem, & remissionem impedimenta non habẽt cõuenit intensio. 3. Est certum formas, quibus desunt principia, quæ impediunt intensionem, & remissionem posse intendi, & remitti: quia indiuisibile, & diuisibile opponuntur qua si contradictoriè; quarè vbi nõ est indiuisibilitas, ibi erit diuisibilitas, seu latitudo.

Ex quibus principijs deduci debet cognitio formarum, quæ intendi possunt, & quæ non.

2 Intensio primò, & per se qualitati conuenit. 4. Est certum ex omnibus prædicamẽtis intensionem primò, & per se cõuenire qualitati; nam constat tum experientia, tum ex Arist. c. de qualitate, aliquas qualitates intendi, & remitti; de cæteris autem prædicamentis non constat, nam maximè conuenirét actioni, & passioni; at his non cõuenit per se primò, sed ratione termini; augmentationi verò, & generationi conuenit quidem augmentum extensiuum, at non apparet conuenire intensiuum, vt infra, quare conueniet qualitati, nam non potest assignari aliud, ratione cuius illi conueniat.

Resp. Durand. dist. 17. q. 7. n. 6. conuenire illi, vel ratione agentis inæqualiter applicati, vel ratione subiecti inæqualiter dispositi. Sed contra idem ait Duran. quia vtraque causa supponit in forma naturam habentem talem latitudinem, & compositionem partium, licet hæc natura accipiat existentiam ab agente magis, vel minus perfectum, & subiecto inæqualiter disposito. De alijs autem prædicamentis ostendemus infra non recipere magis, & minus per se primò: nam relatio si id recipit, est ratione fundamenti, & potius inde variatur relatio, quàm intendatur. Habitus verò vel est denominatio extrinseca, vel si est modus intrinsecus, accomodatur ipsis rebus quarum est modus, vt sit extensior, vel breuior. De Duratione verò constat potius extendi, quàm intendi. De vbi, & situ sunt qui illa negant. Et qui illa affirmant, dicunt concipi per modum quantitatis; sed de his omnibus dicetur infra; quare de singulis disputandum est, & primum de qualitate.

DVBITATIO I.

An omnis qualitas intendatur.

1 CVm dictum sit aliquas qualitates intendi, nunc videndum est, an id cõueniat omni qualitati? nam de qualitatibus primæ, & tertiæ speciei omnes concedunt, non autem de qualitatibus secundæ, & quartæ speciei, quantum possumus de his probabiliter conijcere, nihil certò statui potest.

Omnis habitus tam spiritualis, quam corporalis intendi potest, ac remitti. Prima Concl. Omnis habitus siue corporalis, siue spiritualis, vt scientia intendi potest, & remitti; & de corporali patet, nam sanitas consistit in debita proportione humorum, & pulchritudo in debita proportione membrorum, & coloris, tamen huiusmodi proportiones admittunt latitudinem, vnde dicimus, vnum alio saniorem, & pulchriorem, vt cap. de qualitate docet Arist. Quod si sanitatem appellare non vis, nisi summam illam temperiẽ in indiuisibili consistentem, intensionem nõ admittet; sed quæstio est de nomine, qualis est disputatio illa inter medicos, & Paripateticos, an inter ægrum, & sanũ detur medium? De spiritualibus verò nulla est disputatio apud Theologos, nam omnes charitatem posse intendi asserunt, & similiter gratiam, vt suppono ex propria materia, vbi etiam agitur, quomodo fiat, successiuè ne, an per mutationem instantaneam? Et de fide, & charitate dicunt, semel habitam non posse remitti, sed vel permanere, vel totaliter destrui per opposites actus.

2 Potentiæ, et impotentiæ naturales consequentes essentiã in 4. modo nec remitti possunt, neque intẽdi. Secunda Concl. Naturales potentiæ, & impotentiæ consequentes essentiam inseparabiliter in quarto modo non possunt intẽdi, & remitti. Patet 1. ex intellectu, voluntate, & sensu; Secundo patet ex dictis, quia omnis harum intensio deberet oriri ex intentione causæ producentis; at essentialiter sunt ab essentia per emanationẽ, per quam necessariò emanant, nec habent aliud modum productionis Ideo Porp. Cap. de communitatibus ait commune esse generi, & proprio, prædicari æqualiter de indiuiduis sicut enim homo, & bos sũt animal, ita Petrus, & Cicero risibilis; & ideo hoc putat distare accidens commune à proprio, quod illud suscipiat magis, non tamen hoc; & ideo dixit non omni qualitati competere. Quod si sint potentiæ, quæ non ita consequuntur essentiam, nihil repugnat suscipere magis, & minus, vt calor, qui est potentia ignis.

Virtus herbarum possintne recipere magis, & minus? Dices. Virtutes herbarum manant ab essentia, & tamen recipiunt magis, vt patet ex effectis. Resp. Non posse id colligi ex operationibus, nam potest dici, diuersitatẽ in operationibus prouenire ex tẽperamẽto

to qualitatum, quod mutari potest; neque ex temperamento, quod requirunt, colligi potest mutatio formæ substantialis: quia conseruari potest intra certam latitudinē temperamenti; vt potentia visiua v. g. requirit in organo certum temperamenti statum, & latitudinem, vndè facta variatio ne intra illam latitudinem potentia visiua conseruatur, & tamen operatio erit magis, vel minus perfecta.

Figura non suscipit magis, & minus.

Tertia Concl. Figura non suscipit magis, & minus. Patet ex dictis, & affirmat Arist. c. de qualitate, vbi explicans, quæ qualitates non suscipiant magis, dat exemplum in quadrangulo &c. vbi Not. Arist. loqui de his figuris more mathematicorū, sm̄ quos, circulus est figura plana, vna linea cōphēsa, in cuius medio &c. nam hoc modo si accipiatur circulus, nullus erit altero perfectior: nam si pars aliqua emineat, vel deprimatur, nō erit circulus mathematicè, nisi physicè, quatenus scilicet accedit ad figuram circularem. Qua ratione vnum corpus poterit esse magis circulare altero; neque quod vna sit maior altera referri debet in intensionem, sed in magnitudinē; sicut vnus equus est maior altero. Ratio à priori est: quia natura harum cōsistere videtur in quadam indiuisibilitate, quod scilicet talibus lineis claudatur; deinde figura est terminus quantitatis, terminus autem vt sic, petit indiuisibilitatem, præcipuè quando conuenit rei, quæ nō suscipit magis. Et licet in hac specie ponatur forma, vt pulchritudo &c. tamen hæc non est species distincta à figura; & si est distincta, eadem potest intendi, quatenus constat ex qualitatibus, scilicet caloribus &c. quæ suscipiunt magis; neque enim eadē figura fit intensior, sed alia perfectior succedit corrupta priori.

4 *Qualitates 3. spe. iei suscipiunt magis, & minus.*

4. Concl. Qualitates de tertia specie recipiunt magis & minus, patet ex dictis.

Difficultas est de potēijs sēsitiuis organicis, nā operationes ostendunt debilitari, & perfici, vnde sicut ex operationibus colligimus alias qualitates intendi, ita, & has potentias, vt ait Duran. in 2. dist. 32. q. 3. num. 6.

Alij tamē id negant: quia varietas operationū referri potest in organi dispositionem, iuxta illud Arist. Si senex acciperet organum iuuenis videret, vt iuuenis.

DVBITATIO II.

An quantitas suscipiat magis, & minus.

Respondeo negatiuè. Patet primo ex effectu formali ad quem prǣstandū sunt impertinentes partes intensionis: nā potius repugnarent, quia partes illæ essent simul informantes eandem partem subiecti, atque adeo penetrarentur, cum tamen partes quantitatis ordinentur ad dandam extreitatē partibus subiecti, vel in ordine ad se, vel in ordine ad locum. 1 *Quantitas non suscipit magis, & minus.*

2. Patet ex discrimine intensionis: nam extensio maior, & minor non facit intensionem, & remissionem, sed maioritatem, & minoritatem. Cōfirmatur ex speciebus quantitatis, vt est numerus, qui variatur secundum speciem, addita qualibet vnitate. De tempore autem, & motu infrà dicetur, an ex velocitate intendatur?

3. Probatur ratione, quia quantitas non habet in suo esse gradualem latitudinem, cuius rei affert rationem Simplicius, quia est accidens intimè, & inseparabiliter nac vlla contrarietate consequens subiectum id est materiam. Primum confirmatur: quia latitudo formæ cognoscitur ex eius effectu formali; effectus autem formalis quantitatis est extensio, in qua effectu non potest esse latitudo intensiua, sed extensiua tantum. Hinc sequitur. Accidentia, quæ consequuntur quantitatem, vt modos quantitatis neque intendi, neque remitti, vt sunt figuræ, vbi, quando, situs, de quibus Gilb. por. lib. de sex principijs, c. 4. 5. 6. & 7. & ibi Alb. Burl. & Colon. D. Tho. opus. 48. tract. 9. c. 3. & tr. 10. c. 2. & tr. 11. c. 3. Et ratio communis est, quia sunt modi quantitatis, quorum essentia sita est in proportione quadam, & modo indiuisibili. *Quantitas non habet in suo esse gradualem latitudinē.*

Dices. Eadem quantitas cum condensatur, & rarefit, videtur intendi, & remitti; vt dicere videtur D. Thom. 2. 2. q. 24 ar. 5. ad primum. 2 *Cōdensatio, & rarefactio est remissio, & intensio quantitatis.*

Resp. primo. Illam variationem non esse in effectu formali quantitatis, sed in modo quantitatis. Resp. secundo. Non esse propriè maiorem intensionem, sed extensionem localem, licet densitas. & raritas, quæ sunt qualitates quædam, videātur habere modum intensionis; & quia in ordine ad locum videtur fieri augmentum quantitatis

titatis

titatis sine noua quantitate, ideò videtur intensio secundum quandam proportionē, vt rectè Sonc. 8. met. q. 27. ex 4. phys. 84.

Confirmatur. Quia partes quantitatis quando rarefiunt potius vna ponitur extra aliam, ergo tunc magis distat ab intēsione. Confirmatur. Eadem ratione materia, & forma dum rarefiunt, & condensantur deberent intendi.

Confirmatur: quia nihil magis distat ab intensione, quàm extensio quantitatis, igitur vel tunc intenduntur, cum magis extēduntur partes, & non; vt patet, quia partes plus distant; vel quando habent minorem extensionem, & tunc intensio fieret diminutione, nec dici potest tunc remitti: quia partes fiunt magis proximę, & ex illa ratione magis imitantur rationem intensionis.

1 *Pradicamētū, Quando non suscipit magis, ac minus.* Hinc patet, quid dicendum sit de prædicamento Quando, vt Gilib. loc. cit. c. 4. nam vt vnus dies non est magis dies, quam alius, ita qui durat in ea die non est magis diurnus, quàm alius. Quod si aliquis magis durare dicitur, id magis dicit extensionem, quia durat plures dies.

Hinc patet, quid dicendum sit de prædicamento Vbi, de quo Gilib. c. 5. nam licet vnus locus sit maior alio, non tamen existens in loco, est magis in loco quàm alius secundum vbi, nam maior locus ad extensionem potius, quàm intensionem pertinet.

Hinc patet idem dicendum de situ ex Gilib. c. 6. Quia sedere non est magis positio, quam stare.

3 *Pradicamētum habere suscipit magis, & minus ꝑ Porr.* Ex his patet quid dicendum sit de habere, de quo Porr. c. 7. putat suscipere magis, & minus, armatior .n. inquit est eques pedite, eo quod calceos, & caligas habet, q̄ q solum calceos. & sequuntur Alb. Burl. D. Thom. opusc 48. sum. log. c. 12. c. 13. & fundamentum D. Thomæ videtur esse ex illo suo principio, quod sex. vltima prædicamenta putat esse denomiuationes extrinsecas, quarè fieri posse putat, vt aliquid denominetur magis, vel minus talis ex intensione, & remissione formæ denominantis, vel si plura, vel pauciora sint denominātia, vt ignis calefaciens tria ligna, dicitur magis calefacere, quā si duo, Sed hæc supponit falsum secundum communem, quod scilicet habere non sit aliud, quàm ipsa forma extrinseca: nam est modus quidam se habendi in substantia corporea cum alia re, quam secum transferre potest, & hic modus spectatur respectu rei, à qua immediatè afficitur, Vnde si habeo plures vestes, à prima tantum afficior quoad modum hunc, sicut etiam de ipso vbi: nam corpus primo dicitur esse tectum ab aere, à quo primo afficitur, & non ab illa re, in qua est aer, vnde non dicitur aliquid magis locatum, si sit sub dio, quàm si sit domi; quare sicut Vbi spectatur secundum vltimam superficiem continentis immobilis, ita habere secundum vltimam superficiem continentis mobiliter, vnde in vtroque eadem est ratio.

Mihi placet, quod dicūt Colonienses: dupliciter inquiunt aliquid dici suscipere magis, primo propriè, & hoc attēditur ex forma illa, quæ in se intenditur, & tribuit effectum suum subiecto, & hoc modo nullū ex his prædicamentis dictis recipit magis. Secundo. Impropriè, scilicet in ordine ad finem, ad quem disponunt, Vndè quæ difformiter disponunt subiectum in ordine ad finem, dicentur suscipere magis, & minus, quæ verò non ita disponunt, neque suscipiunt magis, & minus; & hoc modo inquiunt habere suscipit magis: quia vario modo disponūtur subiecta in ordine ad finem vt v. g. in ordine ad bellum magis potest quis disponi per vnam armaturam, quàm per aliam, sic etiam calceatio, qua quis disponitur ad ambulandum sine offensione est magis calceatio, quam illa qua pedes absolutè ad ambulandum disponuntur, & ita in alijs, quæ sunt veluti quædam organa exequendi aliquem actum animæ, qui melius, vel peius fieri potest. Vndè etiā vestitum esse suscipit magis, quia ad actū secundum, qui est defendere, licet quoad actum primum totalem, quod est esse corpus totum tectum, non recipiat magis, & minus. 4 *Dupliciter aliquid suscipere dicitur magis, ac minus.*

Alij dicūt neque Vbi, neque Locum intendi posse, licet possint fieri maiora, vel minora; & patet ex definitionibus ipsorū, & eis conuenit recipere magis, & minus, vt relationibus, scilicet impropriè quod non infert intensionem, & similiter dicunt de habere quod si quis dicitur magis vestitus, vel priuatus, solum dicitur extēsiuè, quod in eadem parte habeat plures vestes, vel meliorem vestem; vnde ex anologia aliarum qualitatum habentium plures sui partes in eadem parte dicitur magis vestitus &c.

2. Patet, quid dicendum sit de relatione, de qua Aristot. c. de ad aliquid dicit aliquas suscipere magis, & minus, vt similitudo,

Relationũ aliquæ suscipiunt magis, & minus, aliquæ verò non.

tudo, aliquas non, vt duplum. Sed dubitatur, an suscipere magis conueniat relatiuis per se, an rõne fundamenti? de quibus nos diximus in logica suscipere ratione fundamenti, quod quadrupliciter intelligi potest. Primo vt relatiuis conueniat solum extrinsecè: quia fundamentum intenditur, & non: nā æqualitas suscipit magis, & tamē eius fundamentum, scilicet quantitas non suscipit; sic etiam similitudo & figura.

2. Vt intrinsecè intendatur, dum fundamentum intenditur, & contra, & neque: nā decrescente fundamento potest intendi similitudo; quare dicimus non propriè intendi, quod pars relationis addatur parti.

3. Quia corrumpitur imperfectior, & producitur perfectior relatio: nam facta variatione fundamenti non manet eadem relatio; quare non est eadem, quæ magis, & minus suscipiat, nam alia relatio est, à qua deinde denominatur subiectum simile, vt optimè docent Colon.

4. Quod intrinsecè perficiatur variato fundamento, de quo diximus ibi.

Contrarium docet Tol.c. de ad aliquid ex Archita apud Simplicium quod scilicet relatio ratione sui recipiat magis, & minus & non tantum ratione fundamenti, licet possit dici aliquo modo ratione fundamenti, quatenus hoc non conuenit relationi immediatè, & omnino independenter, vt conuenit qualitati, sed relationi conuenit dependenter à fundamento, ita vt si nulla fiat in fundamentis variatio, neque fiat in relatiuis intensio, vnde variatio fundamenti est vt conditio requisita ad intensionem relationis, ex quo deducit, si aliquorum fundamentum consistit in indiuisibili, nec habet latitudinem, neque relatio, quæ in eo fundatur, recipiet magis; cuiusmodi est relatio dupli, quæ fundatur in quantitate habente talem proportionem cum alia, vt ea consistat in indiuisibili. Et fundamentum est, quia sæpè intenditur fundamentũ, & remittitur relatio, vt si sint duo alba, vt quatuor, & vnum horum intendatur, remittetur similitudo, & intendetur fundamentum, & contra; nihil enim tribuit alteri effectum suæ naturę contrarium.

Relatio ratione sui suscipit magis, & minus p Tol.

Confirmatur. Quia inæqualitas fundatur in quantitate, quæ non recipit magis, & minus, & tamē inæqualitas recipit magis, & minus.

Magis, & minus in relatiuis non est propriè.

Resp. magis, & minus, quod dicitur de relatiuis non esse propriè, sed impropriè, neque Aristoteles ait intendi, & remitti, sed recipere magis, quia relatio potest magis, & minus perfecta esse, facta variatione fundamenti, & cum dicimus attendi fundamentum, non loquimur de remoto, sed proximo, scilicet illa vnitate vel distinctione, quæ maior, vel minor esse potest, in qua fundatur relatio; & inde dicitur subiectum magis, vel minus simile: quia scilicet resultat alia relatio perfectior.

Ad confirmationem Resp. Colon. licet quantitas nō suscipiat magis, suscipit tamē maius, quod sufficit, vt relatiua dicantur suscipere magis, & minus &c.

6 Dices. Cur Aristoteles dixit inæquale suscipere magis, & non dixit id de æquali? Resp. Colon. quia fundamentum æqualitatis consistit in indiuisibili, vt scilicet non excedat neq; excedatur. Sed cur non idē dicit de similitudine? Resp. quia similitudo fundatur in qualitate, quæ eadem manens suscipit magis, & minus, quod nō est in quantitate. Ego existimo, si mathematicè res expendatur esse eandem vtriusque rei rationem, physicè autem attendi communem modum loquendi. Aliquorum fundamentum est, quia similitudo est ratione essentiæ, quādo autem gradus sunt diuersi, tunc est dissimilitudo, quod si fiant ijdem, tunc desinit esse dissimilitudo, & fit similitudo quæ coniungitur cum similitudine in essentia, & dicuntur magis similia extensiuè, quod pluribus similitudinib. affecta. Sed nō placet alijs quia maior dissimilitudo est inter album vt vnum, & vt octo, quam inter septem, & vt octo, ergo quando albedo, vt septem decrescit, & fit vt vnum, tūc dissimilitudo, quæ erat parua, fit maior, non extensiuè, ergo intensiuè, id est perficitur; neque illæ dissimilitudines sunt diuersarum specierũ, quarè necessariò intra eandem speciem debent concedere inter indiuidua maiorē, & minorem perfectionem secūdum hæcceitates; de qua re alibi plura.

Aequale cur non suscipit magis, & minus, cum inæquale suscipiat?

DVBITATIO III.

An motus actio, & passio suscipiant magis, & minus?

ARTICVLVS I.

Explicantur aliqui termini, & opiniones Doctorum.

1 HÆc dubitatio ex dictis initio quæstionis dicto quarto patere potest, tamen

tamen ad maiorem doctrinam hic illam examinabimus.

Actio, & passio per Arist. suscipiunt magis, & minus.

Aristoteles in prædicamentis c. d. agere affirmatiuã sicut inquit est calefacere magis, & minus, sic enĩ, & calefieri, & tristari magis, & minus, & melius agere vel remissius. Confirmatur, quia celerior motus est intensior. Idem colligitur ex Gilberto c. de actione. Sed dubitatur, cur hoc conueniat illi? an scilicet ratione sui, an verò ratione formæ, & in quo sita sit horum intensio? Pro quorum explicatione aliqui dicunt, Aristotelem intelligi ratione formæ, quæ intenditur, & remittitur, non ratione sui; alij verò ratione vtriusque quatè.

Quæ consideranda sũt in motu.

Not. In motu primo reperiri formam, seu terminum, qui est quid permanens. Secundo est fluxus formæ, vt abstrahit à successiuo, & instãtaneo. Tertio conceptus actionis, & passionis, quia supra influxum addunt ordinem ad agens, & passum vt infra; & hæc reperiuntur in omni mutatione. Quarto reperitur successio fluxus, seu tendentia subiecti ad formam, quæ est veluti quantitas, & extensio acquisitionis, & tendentia. Hæc autem successio dupliciter esse potest, vel discontinuè vt cum acquiritur forma diuisibilis sed indiuisibiliter per multas acquisitiones discretas, vt dicunt aliqui fieri actionem. Secundo cõtinuè, ita vt acquisitio vnius partis formæ succedat immediatè alterius acquisitioni, & est veluti extensio acquisitionis formæ diuisibilis, & hæc propriè est successio, quam falso aliqui dicunt esse tempus intrinsecum, vt alibi diximus.

Actio, & passio dupliciter dici potest intendi, & remitti.

2. Not. Dupliciter actionem, ac passionem dici posse intendi, & remitti, Primo quod per eas producitur, vel recipitur qualitas intensa, vel remissa. Secundo in ordine ad tempus, & intrinsecam rationem, vt celerior actio dicatur intensior; contra verò tardior dicatur remissior, licet per motum celeriorem producatur qualitas minus intensa, & per tardiorem intensior.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

2 *Omnis actio & passio dici posũt suscipere magis, & minus.*

PRima Concl. Omnis actio, & passio possunt dici suscipere magis, & minus ratione potentiæ actiuæ, & passiuæ quia sunt Immediatè ab his potentijs, ergo si potentiæ recipiunt magis, & minus, etiã actiones procedentes ab illis; quo sensu agens dicitur magis agere, propterea quod exercet plures gradus vnius potentiæ, vel etiam plures potentias, ex quibus fiũt plures operationes; sed hoc est impropriè suscipere magis: nam potius est plures operationes producere, vnde inquiunt Colon. Vnus magis, quàm alius intelligit, quia habet lumen clarius altero.

3 *Omnis actio & passio ratione termini ad quem dici possunt suscipere magis, & minus.*

Secunda. Omnis actio, & passio ratione termini ad quem, qui recipit intensionem, & remissionem, possunt dici recipere magis, & minus: nam hoc sensu dicere solemus, ignem magis calefacere, quàm aerẽ; & ferrum magis calefieri, quàm lapidem; non nisi quia ille producit maiorem calorem, hoc recipit intensiorem calorem. Et hoc sensu, puto Aristotelem intelligi debere, sed hinc non fit ratione sui recipere magis, & minus, sed ratione adiuncti, scilicet termini. Vnde dubitatur an ipsa actio secundum cõceptum actionis, habeat partes intensas?

4 *Actio, et passio pot probabiliter habere partes intensionis.*

Tertia Concl. Probabile est, actionem, & passionem circa terminos intensibiles habere partes intensionis. Patet: quia non solum terminus actionis habet illas partes; sed etiam ipsa actio habet plures partes in eadem parte subiecti, & perfectiores sunt, quo plures partes habent, & sicut vt actus extendatur sufficit, vt per illam producatur qualitas extensa, ita etiam vt per illam producatur qualitas intensa. Neque est necessaria inter eius partes peculiaris vnio intensionis, sicut neque vt extendatur necessaria est, vt partes vniantur peculiari vnione extensionis, sed sufficit, si per illam producatur vnio intensionis, & extẽsionis. Hinc patet. Actionem terminatam ad qualitatem intensibilem, specie differre ab actione terminata ad qualitatem non intensibilem, vt dicitur de actibus terminatis ad qualitates extensibiles, & inextensibiles: quia habent essentiam diuerso modo constitutam. Quod si alicui hoc non placet, dicat actionem intendi ratione idẽtitatis cum termino, & hanc intensionem non peti ex natura actionis; sed ex entitate, quam habet à ratione materiali sui termini.

Velocitas est multiplicatio, siue cõdensatio successionis, &c.

Sed dubitatur, an conueniat alia ratio intensionis ratione successionis, ita vt successio in se extendatur, cuius intensio dicitur velocitas? Pro cuius explicatione.

Not. ex tr. de motu. Velocitatem non esse aliud, quàm multiplicationem, & qua-

si condensationem successionis, seu partiũ motus in eodem tempore. Quare sicut in intensione formæ sunt tria, primo est ipsa; secundo eadem pars subiecti, in qua recipitur forma; tertio est ipsa intensio formæ, quæ est multitudo partium formæ in eadẽ parte; ita in motu primo est ipsa acq̃sitio successiua termini, quę respõdet formæ permanenti; secundo est eadem para temporis, quæ respondet subiecto; tertio est multiplicatio partialium acquisitionũ in eadem parte temporis, quæ respondet intensioni formæ; hoc tamen discrimine, quod in permanentibus permaneat partes prius, ac posterius acquisitæ; in successiuis verò nequaquam; cum hoc sit de ratione successiuorum: nam quod illæ acquisitiones sint in eadem parte temporis, non fit vt sint simul. His positis &c.

In motu tria sunt, sicut etiam in intensione.

5 Quarta Concl. Motus ratione successionis, seu celeritatis, & tarditatis recipit intensionem, & remissionem impropriè dictam, licet nos non cognoscamus, nisi ab extrinseco. Secunda pars patet, quia vt 7. phys. dicitur t. 78. nos agnoscere velocitatẽ motus localis à spatio pertransito, & in alijs motibus ex termino acquisito; quare cognoscimus ab effectu.

Motus qua ratione recipiat intensionem, et remissionem, et quam.

Prima pars patet ex dictis; q a sunt plures partes successionis in eadem parte tẽporis, veluti cõstipatæ, ita tamen, vt vna succedat alteri citius; vnde potius hæc intensio est maior extensio motus breui tempore facta. Et ratio est, Quia actio est ipsum fieri, & ideò ipsa non intenditur, sed potius intenditur terminus, & actus charitatis potest esse intensus, & remissus, non vt actus, sed vt qualitas est permanens. Ex quibus patet, tempus nulla ratione recipere magis, & minus, quia est duratio rei implens durationem imaginariam; hoc autem in indiuisibili consistit; nam siue motus sit velox, siue tardus semper est æqualis duratio, neque enim vna hora est magis duratio aliâ horâ.

Conclusio prob. ex dictis.

Dixi impropriè; quia non est propriè intensio, quia multiplicatio, & condensatio partium motus intra breuius tempus potest reperiri, tam in omni extensiuo, quã in remissiuo; vnde propriam intensionem actio, & motus habet solum ratione termini: nam celeritas potius assimilatur densitati quantitatis, & tarditas rarefactioni quam intensioni, vel remissioni qualitatis; ergo sicut quantitas non propriè intenditur per rarefactionem, vel condensationẽ, neq; motus, quando fit celerior, vel tardior.

Confirmatur. Quia vt pars vna citius succedat alteri, non facit vt partes sint intra seipsas, & vnione propria intensionis vniantur, ergo non facit motus intensionẽ.

Alij dicunt, etiamsi dicatur motus metaphoricè intendi, non esse propriam metaphoram, quia celeritas, & tarditas maiorem similitudinem habent cum densitate, & raritate, quàm cum intensione, & remissione. Sed si id dicitur, est propter aliquam similitudinem impropriam, positam in cõclusione ex Diuo Tho. 1.2. q.9. art.1. nam sicut qualitas intensa habet partes sibi præsentes in eodem subiecto, ita motus velocior habet plures partes breuius sibi succedentes, correspondentes eidem tempori quam habeat motus tardior, cuius partes magis inter se distant. Sed hæc similitudo est valde impropria, quia nec tempus habet rationem subiecti, neque partes ita sibi approximantur, & sunt instantes, vt sunt partes intensionis.

DVBITATIO IV.

Quæ sit radix intensionis, et remissionis?

1 De hac di ctũ est initio q̃stionis, quare breuiter hic expeditur. Dur. 1. d. 17. q.6. contendit, essentiam qualitatis non posse esse causam intensionis, quia causa realiter distinguitur ab effectu; at essentia formæ non potest distingui realiter à forma intensa; ergo essentia non est causa intensionis illius. Minor probatur. Quia intensio est de essentia qualitatis intensibilis, & benè dicit, quia esse intensibile est prædicatum essentiale formæ; vnde vt essentia hominis non est causa, vt sit rationalis; ita &c. Sotus in prædicamento qualitatis ait, radicem intẽsionis esse, quod habeat contrarium. At Egid. 1. de Gener. q.18. radicem dicit esse variam dispositionem subiecti ad qualitates recipiendas; sed Soto repugnat intẽsio lucis, & specierum; Egid. autem intensio qualitatum, quæ non requirit dispositionem subiecti, vt calor &c. nam ne detur processus in infinitum debet deueniri ad dispositiones intensibiles primo inhærentes subiecto.

Non est essentia qualitatis huius modi radix per Dur.

2 Alij dicunt. Rationem, cur qualitas sit remissibilis, esse essentiam qualitatis; cur enim remitti potest qualitas? quia est intẽsibilis, ita vt nõ possit essentialiter tantã, vel tantam intensionem; quare salua eius essen-

Radix intensionis est essentia qualitatis per alios.

essentia remitti potest. Intensionis verò actualis ratione à priori sumi posse aiũt ab ipsa essentia qualitatis,quia sicut ideò producitur qualitas, quia est producibilis; & quantitas ideò extenditur, quia est extensibilis;ita ideò intenditur qualitas,quia est intensibilis, & ea natura sua petit talium partium compositionem, quibus in eadẽ parte subiecti perficiatur. Ex his deducũt, non posse reddi rationem ex parte qualitatis,cur sit intensibilis; sicut neque cur homo sit rationalis;reddi tamen potest ratio ex fine ad quem accidentia ordinãtur, scilicet ex substantia: nam ideo accidentia talia sunt intensibilia &c. quia ordinantur ad substantiam,quæ petit,vt illa magis,vel minus perficiatur, siue propter perfectionẽ sui esse, siue vt perfectius agat; sicut cur quantitas est extensibilis, quia ordinatur ad substantiam,quæ petit partes habere extra alias,& sic remitti potest. Et hinc patere potest causa efficiens,& materialis.

Hinc non potest reddi ratio de qualitatis intensibilitate.

DVBITATIO V.

An substantia suscipiat magis,et minus?

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Quot modis aliquid dici potest suscipere magis, & minus.*

PRimo Not. Quinque modis potest dici aliquid suscipere magis, & minus. Primo Quoad extensionẽ; qua ratione substantia vna dicitur maior altera, vt equus est maior formica. Secundo Quoad perfectionẽ essentialẽ in diuersis specieb. & hac ẽt ratione substãtia suscipit magis, nam homo est magis perfectus secundũ essentiam, quàm leo: nam formæ rerum sũt vt numeri, 8.m. &c. Tertio Rõne principiorum indiuiduantium, non quod vna substantia possit habere nunc minus perfectam, nunc magis perfectam hæcceitatem; sed quod possit eadem species participari ab hæcceitatibus, quarum vna est perfectior alia, diuersis tamen indiuiduis. Quarto põt intelligi intẽsio, quoad informationem formæ, non quod forma in se intendatur, sed existens in se indiuisibilis, possit tamen informare materiam secundum diuersam perfectionem, iuxta varias dispositiones, ita tamen facta prima sua communicatione, nunquam ex quacunque variatione dispositionum varietur informatio, & pfectius se cõmunicet. Quinto põt intelligi, vt substantia habeat in se gradus, vt habet qualitas, vnde se ipsa fiat intensior, & perfectior, per additionem gradus ad gradum.

2. Not. ex Conrado 1.2.q.52.art.1. Intensionem dicere perfectionem, & augmentum formæ secundum proprium esse; & hoc dupliciter, vel in multis ex diuersis, vel in vno, & eodem successiuè; ad intensionem propriè vtrumque requiri, primo vt in diuersis reperiatur secundum magis, & minus, & quod in eodem successiuè perfici possit.

Intensio dicit perfectionem, & augmentum formæ &c. & hoc dupliciter.

3. Not. ex Colon. In prædicamẽto substantiæ, suscipere magis, intelligi potest dupliciter. Primo subiectiuè, quia scilicet aliquid est subiectum formæ habentis intensionem; & ita patet, substantiam suscipere magis. Secũdo formaliter, quod est posse variari manente eadem essentia secundũ multiplicationem graduum, & ita dubitatur; An substantia suscipiat magis?

2 *Suscipere magis dupliciter intelligi potest.*

4. Not. ex Alex. 7.m.c.5.& 10.& 8.m. c.2. Vnam substantiam varijs modis dici perfectiorem altera. Primo. Quia vna ab altera pendet, & non contra; vt creator dicitur nobilior creatura. Secundo. Quia vna est determinatiua, & perfectius constitutiua rei, quam altera, vt 9.m.19. actus dicitur perfectior potentia. Tertio. Quia vna habet perfectiorem definitionem altera; vt 1.de Gen.18. vna species est perfectior altera. Quarto. Respectu nostri, quia magis cognoscitur, quo modo 2. de anima 9. docet, corpora naturalia esse maximè substantiam. Quinto. Quod magis substat, sic prima substantia est magis substantia, ex 7. met. 8. solam materiam videri substãtiã. Sed ex his modis non fit, quod substãtia recipiat magis, & minus; quia ad hoc requiritur, vt vna, & eadem res in se intrinsecè possit esse perfectior, & imperfectior.

Substantia varijs modis dici põt altera perfectior.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

3 *Omnis forma substantialis præter animam rationalem intendi potest, ac remitti.*

PRima est, omnem formam substantialem, excepta anima rationali propriè intendi, & remitti secundum varios gradus, vt qualitates. Ita Ant. And. 11. met. q. vnic. ar. 2. Videtur Scoti 8. met. q. 3. S. circa quartum principale, vbi ait, non haberi rationem neque pro, neque contra. Sed non satis se explicat, quid velit. Neq;

illam

illam putat improbabilem Alens.8.met.in tex.decim.

4 *Formæ tantum elementorum intendi possunt, & remitti.*

Secūda est dicētiū, solū formas elementorū intendi, & remitti, cæteras autem, quę sūt pfectę æquè participari ab indiuiduis. ita Auerroes 3.Cœli. 97. Alb.3. Cœli tr. 2.c.8.calcul.suiser.tr.2.de intens.elementorum, & tract.3.de intens. mixtorum Iannunus 8 met.q.5.Niph.t.de Gen.t. Achel.2. de elem.art. 3. Zim. Theor. 54. Cotareni 3.de elementis. Et hanc sequuntur omnes, qui tenent, elementa manere in mixto secundum esse refractum, vt Pomp.Ant. Parrensis, & alij apud Buecaf. 1.de gen.in t. 90. inclinat Zab. lib.de mistione c. 7. qui negat recipere magis, sed concedit intendi, & remitti, huius opinio facilè refutari potest.

5 *Nulla forma substantialis potest suscipere magis, & minus.*

Tertia est dicentium, nullam formam substantialem eandem numero posse suscipere magis, & minus, tamen intra eandem speciem esse quandam latitudinem hæcceitatum, vt vna sit perfectior alia in diuersis indiuiduis, vt anima Petri, non potest esse seipsa magis, & minus perfecta, potest tamen esse perfectior anima Francisci; sicut inter species vna est perfectior alia. Hæc sententia est D. Tho.in 2 d.32. q.2.ar. 3. vbi ait in Angelis non posse esse diuersitatem perfectionis in eadem specie; in animabus vero esse propter ordinē ad materiam, quæ potest perfectiores, vel imperfectiores habere dispositiones; idem repetit 1.d.q.5.ar.2.ad 6.1.p.q. 85. art.7. in corpore, & ad tertium, & colligi potest ex d.21.q.2.ar.1.ad secundum; vbi ait, in statu innocentiæ futuram fuisse diuersam nobilitatem animarum, ex diuersitate corporum, vnde ait anima mulieris fuisset imperfectior anima viri, quod etiam 4. d.44. q.1.ar.3. quæst. ad 3.1.& 3.p.q.55.art 1. ad 3.q.12.de veritate ar.6.ad 4.ideò illam sequitur Caiet.1.p.q.85.art. 7. vbi cæcos vocat, qui hanc esse D. Th.sententiam non vident; & idem Bagnes; sequitur Capreolus dist. 32. q. 1. & in 1.dist.17.Ferrar.1. contra gen.c 3.Maior in 2. d. 32. q. 3. & tribuit magistro, Bonau. in explicatione literæ d. 72. vbi Riecar.ar.4. q.2.Egidius q. 3. & Cartus. tribuit Paludano, Abul.in c.25. Matthei q. 656. Kicchet.d. 32.q.1. §.si dicatur, vbi refert contrarium asserentes fuisse damnatos in Academia Parisiēsi.

Explicatur D. Tho. ex quo oritur diuersa hominum capacitas.

Neque obstat quod ex D. Thom. 3. par. quæst. 69.art. 8. ad 3. dicitur scilicet diuersam capacitatem in hominibus non esse ex diuersitate mentis, sed dispositione corporum, nam ibi loquitur de diuersitate secundum speciem, quia diuersa capacitas non sumitur ex diuersitate specifica animarum, vt in Angelis, sed ex diuersitate numerica, sumpta ex ordine ad corpora inæqualiter disposita; & ita etiam explicatur, quod ait prima p. q. 93. ar.3. ad 3. Vel secūdū aliquos negat perfectionē intēsiuam propriè dictam. Sed de opinione D. Th.fortasse infrà, nam videndum est, quod docet in 2.dist.32.vbi id D.Thom. probat ex ijs, quæ sunt diuersi generis; quia quanto vnumquodque est nobilioris complexionis, tanto habet animam nobiliorem, vt patet in homine, bruto, & plāta.

Secundo à signo boni intellectus, quare ex tactu colligit intellectum Aristoteles, sed in hoc loco D. Tho.non videtur ponere aliquem perfectiorem gradū in anima, sed tantum perfectius recipi, vt patet ad primum esse diuersitatem formæ per accidens ex diuersitate materiæ resultantem, secundum quod in materia melius disposita dignios forma participatur, & licet intellectus sit absolutus à corpore, quantum ad propriam operationem tamen habet coniunctionem cum corpore dupliciter. Primo ex parte essentiæ, quia est forma. Secūdo ex parte potentiarum inferiorum, à quibus intellectus recipit species. 6

In 1.d.8. ait, animam non indiuiduari per aliquod prædicatum in anima, sed ex corporibus, quia non sunt plures, nisi ex pluribus corporibus, non tamen corrumpitur ablato corpore, quia anima infunditur corporibus non secundum eandem nobilitatem, sed vnaquæque terminatur secundū mensuram corporis, qui terminus in formis materialibus corrumpitur ablato corpore; non autem in anima rationali, quia huius terminus pendet in fieri tantum à corpore, non autem postquam terminus est productus; quod explicat exemplo rei liquidę, & rei cōsistētis, quare vtraq; figuratur à continēte, sed aqua diffluit ablato continente, nō sic autem res, quæ retinet figuram.&c.

Animas inter se specie differre ex Arist. colligi potest.

Primo ex Aristotele 2. de Gen.animalium c.3. vbi ait corpus præparari magis, vel minus perfectum iuxta diuersam perfectionem animarum, ergo anima in se ipsa est perfectior alia, R. potest loqui de animabus specie differentibus, nam perfectiorem dispositionem requirit anima sensitiua, quam vegetatiua. Sed contra, quia eadem ratione debemus colligere inæqualita-

litatem perfectionis in indiuiduis propter inæqualem dispositionem corporum intra latitudinem dispositionis debitæ vni speciei, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter; ita secundum quid, ad secundum quid. Confirm. ex 2. de an. tex. 24. & 29. animam ait esse actum corporis non cuiuslibet, vt Philosophi veteres existimarunt, sed taliter dispositi, vt propriur actus sit in propria materia. Vnde 1. de an. 5. & sequētibus reprehendit Pythagoricos, qui non assignabant cuilibet animæ determinata corpora, ergo secundum Aristotelem anima, quæ determinatur ad informandū corpus perfectius dispositum, in se ipsa est perfectior.

7 2. Anima ex natura sua est ordinata ad informandum corpus organicum; ergo quod ordinatur ad informandum corpus nobilius, erit in se perfectius; sicut ars, quæ imitatur naturam ad nobiliorem formam præparat nobiliorem materiam. Cōsequētia patet, quia ordo ille, qui terminatur ad perfectiorem terminum est perfectior, sed ille ordo est intrinsecur animæ, ergo. Confirmatur, quia duo homines differunt in perfectione indiuiduali substantiali: nam Petrus, & Paulus directè ponuntur in prædicamentis, quare perfectio indiuidualis est substantialis, & non accidentalis; hæc autem distincta perfectio non potest esse æqualis, alioqui non distinguerentur. Cōfirm. 2. argumento quod Henr. noluit, vel nequiuit soluere, quod sequeretur animām Christi non esse in se perfectiorem anima Iudæ, quod, & si concedatur ab aduersarijs, tamen videtur repugnare dignitati Christi, iuxta illud Sap. 8. Sortitus animā bonam, quod de Christo explicat Augustinus, lib. 10. super Gen. c. 18. &c.

3. Ex Operationibus, quæ valdè diuersę sunt, etiam inter ipsa indiuidua eiusdem speciei; quare cū in principijs essentialibus vnitatem habeat ex illis, non possent habere hanc diuersitatem operationum, & cum non sint nouæ operationes, sed illæ eædem, quæ conueniunt ex principijs essentiæ, magis tamen perfectę in vno, quàm in alio, ideò hæc diuersitas non oritur ex differentia in principijs essentialibus, sed in principijs indiuidualibus, cum quibus essentia identificata sit perfectior, vel imperfectior, iuxtà perfectionem, & imperfectionem hęcceitatum; sicut gradus generici fiunt perfectiores identificati cum perfectiori differentia.

Resp. Diuersitatē operationum oriri ex varia dispositione accidentium, vt qui melius intelligunt, habent meliora organa, sicut, & qui melius vident, vel audiunt, nā alioqui cum videamus nunc aliquem esse magis aptum ad operationem, nunc minus, deberemus dicere variari intrinsecam perfectionem formæ substātialis. Sed contra, Primo nam videmus homines valetudinarios, in quibus organa non possunt esse ita benè disposita, ob varias alterationes, quas patiuntur, & tamen melius discurrere, quā homines, qui optimè sunt constituti, quorum multos videmus esse tardissimos. Secundo videmus in eodem homine maximam fieri variationē in complexione secūdum ætates, semper tamen remanere idem intellectus acumen, & si qua est variatio, ea referri potest in phantasmata sensibilia, quibus vtitur intellectus in cognoscendo, ex quibus negari non potest maximè iuuari cognitionē intellectus. Tertio, nam licet possit assignari ratio, cur vnus sit acutus, & inuentiuus ex claritate phantasmatum optimè res repræsentantium, non tamen potest assignari ratio, cur vnus alio melius iudicet, etiamsi minus ingenio valeat? nam phantasmata ad summum iuuāt ad apprehendendum, sed facta apprehensione non apparet, quid aliud efficiant phātasmata, quare si ex illis causa oriretur, deberet semper, qui melius apprehendit, & est acutior, & velocior, melius, & citius iudicare. 8

Diuersitas animæ operationum oriri potest ex varia accidentium dispositione.

4. Videmus arborem eiusdem speciei vnā alterà perfectiorem, vt patet ex fructibus, & alijs operationibus peruenientibus à formis, vel à passionibus formarum. Quod si dicant oriri ex passionibus, quæ perfectiores sunt in vna, quàm alia, hoc ipsum impugnatur: nam si formæ sunt eiusdem perfectionis, cur ex vna perfectior passio fluit, quàm ex alia? Confir. 1. Quia causa perfectior efficit perfectiorem effectum, sed formæ substantiales producuntur à dispositionibus, ergo perfectiores dispositiones producent perfectiorem formam. Confirm. 2. quia ex inæqualitate corporū colligi potest inæqualitas formarum: nam vnitur anima corpori tanquam instrumēto suarum operationum, quare sicut artifices perfectioribus Instrumentis vtuntur ad perfectiores operationes, ita & natura perfectiora corpora tribuit perfectioribus formis vt perfectius operentur.

5. Quia cum forma habeat vim se redu-

cendi

cendi ad perfectam dispositionem illi debitam, si formæ essēt æqualis perfectionis, omnes formæ haberent dispositiones æquè perfectas, nam quælibet se reduceret ad perfectionem debitam illi speciei, quod cum non videamus, debemus dicere præter dispositiones debitas formæ ex ratione speciei, esse aliam perfectionem in dispositionibus debitam hæcceitatibus, & ratione earum esse diuersitatem; neque vlla se reducit ad dispositiones, nisi ad eas, quæ debentur ex suis principijs indiuiduantibus. Confirmatur, quia in statu innocentiæ futura fuisset diuersitas ingeniorum, & tamen nullus in eo statu fuisset defectus corporis, nam vnusquisque habuisset corpus optimè suæ animæ deputatum.

Confir. 2. Quia hæc diuersitas maximè consentit cum experientia, & nulla est repugnantia, ergo.

9 *Nulla forma substantialis, & nullo modo suscipit magis & minus.* Quarta sententia est dicentium, nullam formam substantialem, neque in eodem, neque in distinctis subiectis, neq; per additionem gradus ad gradum, neque ex indiuisibili hæcceitate recipere magis, & minus, neque inter indiuidua eiusdem speciei vnum esse alio perfectius ex gradibus formæ, nisi ex accidentibus materialibus. Est Henr. quodl. 3. q. 1. & 5. quodl. 4. q. 15. Soncin. 8. met. q. 21. & 26. Flond. q. 4. ar. 3. Dut. 1. d. 17. q. 6. Michael de Palatio 2. d. 32. disp. vnic. Arg. q. 1. art. 2. Heru. quodl. 3. q. 5. Och. d. 17. quæst. 5. & 6. ibidem Gab. & Alm. q. 4. Innuunt Sotus 8. met. 25. & 26. Egidius 1. de Gen. q. 18. Venetus Buccaf. in t. 18. Sotus in prædic. c. de substantia, vbi Colon. Ioannes de Lapide, & alij Tol. de an. q. 18. Nob: 1. de Gen. q. 10. in c. 3. Metc. in dilucid. an substantia suscipiat magis, & minus fol. mihi 220. tribuitur Zimar. Theor. 54. fusè Fon. l. 5. met. c. 28. q. 16.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris de intensione substantiæ.

10 *Nulla substantia suscipit magis, & minus per additionem* Prima Conclusio. Nulla substantia suscipit magis, & minus per additionem gradus ad gradum. Probant aliqui. Omnis intensio dicit ordinem ad subiectum; at substantia non dicit hunc ordinē: quia est ens per se, & non in alio. Sed hoc habet instantiam in forma materiali, quæ educitur de potentia materiæ.

gradus ad gradum.

2. Alij probant à posteriori: quia composita substantialia, quæ causantur à formis substantialibus, non recipiunt magis, & minus; Sed aduersarij negarent antecedens, quod esset probandum ex denominationibus.

3. Alij ex eo quod ignis vnus non dicitur magis ignis, quam alter; sed non videtur inde probari oppositum: nam sicut vna albedo non dicitur magis albedo quam alia, sed vnum albius alio; vnde dicitur intensio; ita licet vnus ignis non dicatur magis ignis quam alius, tamen vnum dicitur magis ignitum, quam aliud; ergo ex hoc probaretur intensio formæ ignis, quare 1. probatur auctoritate Arist. 1. in prædicamentis c. de substantia, vbi Amon. Dexippus, & Boetius respondent, Arist. loqui de substātijs pfectis, cuiusmodi nō sunt elemēta: nā formæ elementorum sunt mediæ naturæ, vt enim constituūt vnum ens per se, habēt rationem substantiæ, vt autem intenduntur, accedunt ad naturam accidentium. Sed contra, quis hæc proprietas conuenit summo generi prædicamenti substantiæ, sub hoc autem continentur omnes substantiæ cōpositæ ex materia, & forma, siue sint perfectæ, siue imperfectæ, ergo omnibus conueniet hæc proprietas; nam quidquid conuenit generi, conuenit etiam omnibus cōtentis sub genere. Confirm. Quia illi substantiæ conuenit illa proprietas, quæ dum diuiditur ens, contradistinguitur contra accidens, vt patet ex diuisione, quam in ante prædicamētis tradit; sed illud est substantia in communi ad omnes species substantiæ, cuiusmodi sunt elementa, cum hæc non pertineant ad vllum genus accidentis.

Resp. 2. alij apud Mercen. Ibi loqui de modo existēdi per se, qui est proprius substantiæ, vt li per se negatiuè sumitur, idest non in alio tanquam in subiecto, nam in hoc modo existendi vna substantia non excedit aliam.

Sed contra, Quia eadem ratione neque accidens deberet suscipere magis: quia in modo existendi, & inhærendi vnum non excedit aliud. Quod si dicant in his esse excessum, quia vnum est perfectius alio, idem dicam de substantia, At hanc proprietatem ita tribuit substantiæ, vt illam neget accidenti, ergo non conuenit hæc proprietas secundum modum existendi præcisè.

Con-

Confirm. nam sicut substantia in sua essentia suscipit magis, & minus per additionem gradus ad gradum, ita etiam modus subsistendi, quia hic etiam augeretur secundum intensionem, vt proportionetur partibus intensis essentiæ substantialis.

3. Resp. alij, loqui de substantia secundũ esse specificum. Sed contra, quia distinguit substantiam contra accidens; sed neque accidens recipit magis, & minus quoad inesse, vel esse specificum, ergo Aristoteles negat substantiam recipere magis secundum additionem partis ad partem, quo modo potest recipere magis. Confirmatur. Quia id probans ait, homo non est magis, & minus homo, neq; se ipso, neque alter altero.

Resp. 4. potest, loqui ex sententia aliorum. Sed contra. Quia Arist. vtitur verbo dico, quo non solet vti, cum loquitur ex aliena, sed ex propria sententia. Græci aduertunt in primo priorum, cap. 1. terminum voco. Confirmatur quia eandem 8. met. 10. expressit comparãs formas substantiales quoad intensionem, & remissionem numeris &c.

Secundus locus est 5. phys. 8. vbi negat, ad substantiam esse motum, sed si formæ intenderentur, successiuè acquiri possent, atque adeo per motum, vt deducit D. Th. 1. de Gen. com. 84. Resp. Non quamlibet acquisitionem successiuam esse motum, sed requiri vt sit subiectum in actu, & sint termini positiui. Sed contra, quia ratio formalis motus consistit in acquisitione successiua, & termini positiuè contrarij requiruntur propter successionem acquisitionis, vt patet in auctione. Confirmatur. Quia Aristot. t. 10. negat ad substantiam esse motum, quia non habet contrarium causans successionem. Confir. 2. quia ad qualitates secundas est motus, cum tamen inter se non sint immediatè actiuæ; imò magis opponi videntur formæ substantiales, quàm qualitates secundæ, cum illæ sibi immediatè producant dispositiones repugnantes formis oppositis.

Ratio formalis motus consistit in acquisitione successiua.

Neque placet, quod docet Merc. requiri subiectum actu ad motum; tum quia sufficit altera conditio, vt scilicet sint termini, ex quibus oriatur successio: quod probant Aristotelis rationes ibi allatæ, alioqui huiusmodi acquisitio neque esset generatio, neque motus; tum quia secundum Auer. acquisitio hæc formarum elementorum esset in subiecto existente in actu, vt patet: nam in materia, vt informata forma aeris, esset forma aquæ &c.

Resp. 2. alij, contineri sub alteratione:
quia hæc acquisitio est per se coniuncta 12
cum alteratione. Sed contra: quia per hoc nõ tolleretur, quo minus substantia acquireretur per motũ, quod negat Aristoteles. Confirm. quia cum generatio instantanea consequitur mutationem accidentis instãtaneam, non fit, vt generatio sub mutatione accidentali contineatur, & quominus sit vera mutatio, ergo similiter, quod generatio successiua substantiæ acquiratur post alterationem, non debet efficere, vt contineatur sub alteratione, & non sit verus motus: præcipuè cum generatio substantiæ sit primarius finis materiæ: quam rationem fusè explicat Buccaf. loc. cit. & in t. 9. fol. 139.

Tertius locus 6. phys. 45. vbi terminum corruptionis, & generationis dicit consistere in indiuisibili, & 1. de anima 65. animam senis negat esse imperfectiorem anima iuuenis: quod si posset intendi, & remitti, posset esse imperfectior, vt optimè adnotauit Mer. neque posset videre vt iuuenis etiam habens organum iuuenis.

2. Alij probant: quia duæ formæ substãtiales non possunt esse in eodem; at si intẽderetur forma, deberent plures formæ esse in eadem materia: nã cum intensio fiat per additionem formæ ad formam, ibi essent plures formæ, quibus intẽditur vna forma. Confirm. quia omnis remissio fit, vel per admixtionem contrarij, & hoc nullum est respectu substantiæ, nec forma opposita potest esse simul in eadem materia per remotionem causæ conseruantis. & neque, quia non pendet in fieri, & cõseruari à causa prima producente; neque dicas ex eo, quod pendeat à dispositionibus, ideo remittitur remissis dispositionibus: nam in formis elementorum patet oppositum, si remitterentur remissis dispositionibus, nũquam possent se reuocare ad pristinum statum. Resp. aliqui negando consequẽtiã, scilicet ad nitri alium gradum oppositæ, ex quo forma est remissibilis, nam actus voluntatis, & intellectus sunt capaces intensionis, & tamen non possunt esse simul in gradibus remissis. Sed hi non percipiunt vim argumenti: nam remissio actus est à minori conatu potentiæ conseruantis; sicut & remissio luminis, quæ cum non sit in remissione formæ substantialis, eo quod non conseruatur, ideo debet esse per positionem formæ oppositæ; quod autem dicunt non esse minus difficilè probare incompossibilitatem formarum substãtialiũ,

Ooo quam

quam incapacitatem intensionis, concedi potest, sed in hac supponitur probata incompossibilitas formarum. 2. Confirmatur, quia eadem facilitate, qua asseritur de formis substantialibus, asseri potest de Angelis. Neque obstat, quod sint spirituales, quia spiritualitas solum facit, vt partes sint spirituales, vt patet in charitate; vel quod careant subiecto, & materia: tum quia id non militat in anima rationali, quæ informat materiam: tum quia inde solum fieret intendi per partes subsistentes, vt calor intenderetur extra subiectum.

Alij 3. probant ex ratione sumpta ex operationibus: nam videmus elementa, &
13 mixta reducere se ad dispositiones sibi cõnaturales, quod fieri non posset si formæ substantiales remitterentur: nam sicut formæ perfectæ conuenit perfecta dispositio, ita remissæ formæ remissa dispositio, quare non est ratio, cur intenderetur dispositio, nisi forma remissa se ipsam intenderet, quod alibi fusè impugnabitur. Confirmatur hæc ratio, quia si formæ introducuntur simul cum qualitatibus, vt eo gradu introducantur formæ, quo qualitates, cum aqua calefit, deberet in hac esse intensior forma aeris, & aer in hyeme frigefactus deberet esse intensior forma aquæ, vnde non esset ratio, cur aqua se reduceret ad frigiditatẽ, & non posset aer ad calorem, quia tũc proprius status illius rei nõ requireret tãtã qualitatẽ, cũ forma sit remissa, sicut & qualitas.

Anima rationalis nec intendi nec remitti pôt.

Confirm. 3. ex anima rationali, quæ intendi, & remitti non potest ex eius incorruptibilitate, & indiuisibilitate: ergo neque sensitiua, & vegetatiua: quia hæ identificãtur cũ rationali. Quod si hæ formæ in homine non possunt intendi, & remitti, neq; in alijs: quia in homine hæ formæ non perfectius operantur quàm in alijs animalibus. Dices in homine esse indiuisibilem, & ideò non recipere magis, sed in alijs esse diuisibilem, & ideò intendi. Sed contra, quia indiuisibilitas, vel diuisibilitas ex parte subiecti non variat formam quoad intensionem, & remissionem, vt patet in gratia, & qualitatibus animæ rationalis: ergo si natura animæ sensitiuæ est, vt habeat gradus, illos similiter habebit in homine. Vnde Aristot. 1. de an. 65. ex virtute sentiente, quæ in senio non imminuitur, colligit intellectum non corrumpi.

Confirmatur vltimò, quia si forma substantialis posset remitti sine admixtione alterius formæ, tunc potentia materiæ maneret priuata secundum partem proprio actu. Neq; dicas, habere proprium actũ, sed imperfectũ: nã cũ ille actus nõ sit in se cõpletus non põt dare cõpletã speciẽ, ad quã ordinatur materiæ, quę licet possit recipere imperfectissimos actus, non tamen incompletos in sua specie. 14

Quarta ratio ex Merc. Quælibet forma substantialis, siue perfecta siue imperfecta excedit gradum perfectionis accidentalis, sed non omnis forma accidentalis suscipit magis, & minus, vt patet in quantitate &c. Consequẽtia patet, quia suscipere intensionem, & remissionem dicit imperfectionem in forma, cum essentia formæ consistetur in minima entitate. Confirmatur ex fine, quia illis formis debet concedi huiusmodi intensio, quæ conferunt admixtionem, vt vario modo connexæ efficiant complexiones diuersas, sed formæ substantiales non sunt à natura ad hoc institutæ, ergo.

Quinta ratio Recẽtiorum Thomistarũ ex D. Tho. 1. 2. q. 52. art. 1. & q. de virt. art. 11. Nã forma substantialis est id, per quod aliquid in propria specie constituitur, sed quod constituit speciem, debet esse fixum, & indiuisibile. Contra quam rationem primo obstat: nam ex ratione ibi allata negat albedinẽ, & calorẽ recipere magis: & similiter aliæ qualitates nõ dicũtur in ordine ad aliud, quæ tamẽ ex omnium concessione rec piũt magis, ergo ex illo principio sic explicato non potest inferri, substantiam non recipere magis. Quare alij explicant D. Tho. loquutum de intensione obiectiua, quæ conuenit qualitatibus, quæ obiecta extrinseca respiciunt; vel de complexione, quæ ex pluribus conflatur: vt sanitas. Secũdo illud obstat, nã omnis forma etiã accidentalis dat speciem suo composito, ergo oẽs deberent cõsistere in indiuisibili.

3 Obstat, quia licet specificatio debeat consistere in indiuisibili, idest quod sit differentia aliqua, qua constituitur res, tamen in illa differentia, & specie potest dari latitudo gradualis perfectionis. Sed Resp. vim rationis sitam esse, nam forma substãtialis dat esse simpliciter specificum, hoc autem esse debet consistere in indiuisibili, vt ait Por. inc. de differentia, quia est primum esse, quo res subsistit, & fundamentum ac fons totius esse accidentalis, & ideo debet esse semper permanens in eodem statu, alioqui non essent res bene constitutæ; quod à posteriori colligitur: nam forma aquæ v.g. remitteretur remissa frigiditate, si semel à naturali dispositione dimoueretur

tur

tur non posset se ab intrinseco restaurare, quod est contra experientiam debitam constitutioni naturæ. Confirm. ea Merc. quia esse formæ substantialis non suscipit intensionē, ergo neque forma. Consequentia patet: quia forma secundum totam latitudinem suam communicat esse. Antecedens patet ex communi modo loquendi: non enim homo dicitur magis se ipso, vel altero, vt dicimus esse magis aquilinū &c.

Dices. Sicut non dicitur in abstracto magis albedo vna altera; ita neque homo vnus magis altero. Sed contra: quia homo est compositum ex forma & materia, quare vt compositum ex accidente, & subiecto dicitur magis tale, ita etiam deberet dici compositum ex forma substantiali, & materia.

25 Alij explicantes hāc rationem probāt, formam substantialem, non habere latitudinem partium, quia non datur ad illam motus, dicunt probari posse, non habere latitudinem ex fine substantialis formæ: quia per se primo ordinatur ad constituēdum compositum substantiale, & non ad illud perficiendum, vt qualitates; ergo simul habet in eadem materia quidquid pertinet ad constitutionem eius compositi, ad quod constituendum ex natura sua ordinatur: & cum non ordinetur ad illud perficiendum ea propria ratione, ideò non habet latitudinem partium, quibus magis, & magis perficiat, sicut perficiunt qualitates subiectum.

Sexta ratio est ex Arist. in prædicamētis, nam suscipere magis, non est aliud, quàm habere plures partes perfectionales eiusdē rationis inter se, & cū eo, quod suscipit informatiuas eiusdem materiæ adæquatè; sed si forma substantialis haberet hos gradus, cum qualibet pars formæ sit forma, sequeretur plures formas posse informare eandē portionem materiæ.

Confirm. quod natura non produxisset rectè, nā si duæ formæ informarent idem subiectū in æquali latitudine, illud subiectum ad nullam speciem pertineret.

Ex his probabiliter probatur, substantiam non habere gradus perfectionales; quod si verum est, dici etiam probabiliter debet, implicare contradictionem, vt substantia suscipiat magis, quia intensio oritur ex natura formæ, quæ tales habeat partes, vt vnum per se possint efficere, tum informent eandem portionem materiæ, sed si natura substantialis formæ non est, vt habeat huiusmodi partes, neq; poterit Deus etiamsi plures partes formæ ponat in eadem materia, efficere, vt illæ constituant vnum ens per se.

Ex quibus patet, substantiam non suscipere magis, & minus, etiam in distinctis subiectis: quia si haberet in se latitudinem graduum, vt posset intendi in diuersis subiectis, ita etiam in eodem; quod si intensio fieret secundum Thomistarum opinionem ex variatione modi essendi in eodem subiecto, in quo forma perfectius, & imperfectius existat tunc dici posset, formas substantiales habere vnum modum actuandi, ita vt non possint variare modum essendi, vt ex imperfecto tendat in perfectum in eodem subiecto; at verò poterit in diuerso, sed formæ accidentales possunt in eodē & in diuerso subiecto. ita Capreol. loc. cit. & hoc modo non obstat illud Aristotelis, *substantia non suscipit magis*, quia scilicet vna eadēq; forma non potest cōmunicare imperfectius esse & perfectius eidē, diuersas verò posse: sicut vna forma substātialis distinctæ speciei est perfectior alia. sed hic modus intensionis explicatus est supra.

ARTICVLVS IV.

Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.

SEd contra hanc conclus. primo obijcit Scotus, & Ant. And. Quia qualitates propriæ intenduntur, ergo, & substantiæ. Antecedens patet in calore ignis. Consequentia probatur, quia causa naturaliter similiter se habente, etiam effectus similiter se habet, cum agat quantum potest; vnde causa æquè perfecta, causat effectum æquè perfectum; sed calor in vno igne non similiter se habet, ac in alio, ergo neque causa erit æquè perfecta. Dices. Inæqualitatem effectus oriri non ea intrinseco ignis, sed ab extrinseco contrario impediente: nam ignis ex se semper causaret calorem æquè intensum. Sed contra, quia præciso omni agente extrinseco, & derelictis sibi indiuiduis ignis, maior apparet calor in magno igne, quam in paruo: neque dicas ignē esse solum in potentia passiua ad calorem, non autem est causa effectiua, de qua intelligitur, quod eodem modo se habens causat eundem effectum: nam omnis potentia purè passiua est contradictionis 9. met. 12. sed ignis non est in potentia con- 16 *Obiectiones contra primam conclusionem.*

cradictionis ad calorem, nam alioqui posset esse calidus, & non calidus.

Confirm. primo: nam vbi est propria passio, ibi poni debet proprium illius subiectum: nam accidens proprium non est sine proprio subiecto; vnde 2. de anima 113. Corpora in aqua, & aere non se tangũt immediatè: quia humiditas aeris non est sine aere, neque humor aquæ sine aqua, sed proprium subiectum caloris v. g. est ignis: nam alioqui posset esse totus calor ignis sine igne eius, quia cum gradus caloris sint eiusdem rationis, sicut potest manere sine tribus gradibus, ita sine reliquis; vnde posset forma manere sine dispositione. ergo vbi est calor, debet esse ignis, sed in eadem natura duæ formæ specificæ sunt repugnantes secundum esse perfectum, ergo debent esse in eadem materia secũdum esse imperfectum.

Cõfirmatur 2. Quia omne, quod mutatur partim est in termino à quo, partim in termino ad quem 6. phys. 32. & 87. sed subiectum recipiens formam substantialem mutatur, ergo debet esse partim sub termino à quo, partim sub termino ad quem, ergo forma habet partes. Dices. Ibi Aristotelem non loqui de partibus formę, sed subiecti, cuius vna pars debet esse in termino à quo, altera in termino ad quem. Sed contra; tum primo quia contingit aliquod subiectum secundum totum alterari 8. phys. 23. & de sens. & sensib. c. 8. Tum 2. esset falsum, nam illa pars quæ est sub termino ad quem in mutatione mutatur, & tamen nõ est sub vtroque termino. Tum 3. quia peteret principium, quia inde vult probare subiectum debere esse diuisibile, quod si acciperet habere partes, iam supponeret, quod est probandum, de quo plura Scotus 2. d. 2. q. 9.

17 Confirm. 3. Quia omnis perfectio, quæ numerari potest in pluribus maiorem perfectionem dicit in pluribus, quàm in vno, ex arg. August 4. de Trinit. cap. 1. Sed si duo ignes iunguntur, vt fiat vnus, maior erit perfectio in illo vno, quàm in singulis. Quod si dicas esse maiorem perfectionem extẽsiuè non intensiuè, instat Tatar. in prædicamentis. Ponatur duos illos ignes condensari, ita vt partes formæ se penetrent, tunc enim erit maior perfectio indiuidui, non extensiua, ergo intensiua.

Confirm. 4. ex Merc. nam elementa manent formaliter in mixto, sed non possunt manere secundum esse integrum, ergo secundum esse refractum. Minorem probat, tum quia generatio mixti esset alteratio cum forma superueniens enti actu sit accidens; tum quia aliter non seruaretur vnum esse mixti, nam vnaquæque forma substantialis dat esse simpliciter, & facit hoc aliquid 2. de an. 2.

Confirm. 5. ex 8. met. 10. Substantiam inquit, non suscipere magis secundum speciem; sed si quidem in materia, & 1. de Gen. t. 18. substantiam esse magis substantiam, cuius differentiæ significant magis hoc aliquid.

Resp. optimè ibi fuisse dictum, causam illius inæqualitatis oriri ab extrinseco aliquo contrario, & ad replicam facilè patet, maiorem illum calorem in maiori igne fore maioritatem extensiuam non intensiuam; nobis tamen videri maiorem, quia citius ageret, vt patebit alibi; ex quo etiam oritur inæqualitas complexionum, etiam inter indiuidua eiusdem speciei: nam hæc ex multis pendent, tum ex agentibus, tum loco, tum causis vniuersalibus, quæ possũt habere aliquam varietatem in concurrendo; neque tamen forma se reducet ad perfectiorem illam dispositionem, vel quia sæpè impeditur ab extrinsecis, vel sæpè tanta perfectio non est illi debita ex vi formæ, sed aliunde ex causis concurrentibus, quæ cum illi non obsint, non conatur destruere.

Dices. Dispositiones suscipiunt magis, 18
& minus, ergo, & formæ. Cõsequentia patet, tum quia vni formæ possent conuenire plures dispositiones, tum quia dispositiones producunt formas, ergo iuxtà perfectionem dispositionum producuntur diuersæ perfectiones formæ.

Resp. negando consequentiam: quia accidentia cum non dent esse simpliciter, possunt habere latitudinem, formæ autẽ substantiales, quia constituunt determinatam, & inuariabilem essẽtiam simpliciter, debent consistere in indiuisibili. Deinde etiamsi forma pendeat ex dispositionibus, tamen habent latitudinem quandam huiusmodi dispositiones, intra quam semper produci, & conseruari potest forma; vnde non facta qualibet variatione in dispositionibus variatur necessario forma, alioqui singulis penè momentis essentiæ variarentur. Neque hinc fit, vt quia gradus sunt eiusdem rationis, quod sicut potest esse sine hoc, vel illo, ita sine omni: quia optimè Merc. idem deberet valere in homi-

homine. Quare gradus si comparentur inter se sunt eiusdem rationis, & quilibet separari potest; si verò respectu formæ, non omnes possunt superstite forma separari; quia quælibet forma postulat dispositiones in quadam latitudine, & debita mensura tanquam finis imponit necessitatem ijs gradibus, qui necessarij sunt in materia pro sui conseruatione; & ideò non valet consequentia. Potest hic, vel ille gradus ab esse, ergo omnis conseruatâ formâ.

Ad primam confirmationem Resp. primo. Has qualitates nô tàm esse passiones, quàm dispositiones formarum; dispositiones autem possunt variari inuariata forma; propensionem verò ad has esse passionem, vt ait Fons. 5. met. c. 28. q.

Resp. Duplices esse passiones; alias, quæ carent contrario, & latitudine, quæ necessario comitantur formam, vt esse risibile, &c. de huiusmodi dicitur, quod vbi est passio, semper est subiectum; alias esse, quæ habent contrarium, & latitudinem, ita vt possint communicari alieno subiecto secundum aliquem gradum, & de his dicitur esse necessarium, vt semper, vbi ipsæ sunt secundum aliquem gradum, sit etiam subiectum: neque enim est de ratione passionū, vt careât intentione. sed vt fluât ab intrinsecis subiecti principijs, si non impediuntur; quod si impediuntur, possunt non sequi, saltem secundum totam latitudinem; & ita est calor, & primæ qualitates in elementis.

Resp. 2. Has qualitates esse passiones elementorum, non tamen esse rem illo, sed in summo, vt alibi.

19 Ad 2. R. primo errat Scotus, dum putat generationem esse mutationem successiuam, de qua loquitur ibi Aristoteles, cum dicit, quod mutatur, partim debere esse in termino à quo, partim in termino ad quê. Resp. 2. etiamsi loqueretur de Generatione, debet tamen intelligi de Generatione ratione præcedentium dispositionum, quæ diuisibiliter acquiruntur.

Ad 3. Resp. ex Tat. Etiamsi fiat condêsatio non futuram intensionem: quia partes formæ se non penetrant per informationem in eadem parte materiæ.

Ad 4. alibi dicetur, vel non remanere, vel saltem non manere in esse refracto, sed integro, benè explicat Merc. pro Auic. & nos alibi ad primam probationem negamus fore alteratione, quia nô aduenit enti in actu determinatæ speciei non ordinabili ad vlteriorem formam, quod optimè dicitur pro Auer. qui epi. met. tr. 1. dixit animam sentientem aduenire corpori habenti animam vegetantem. alia refert Merc. neq; vel ex perfectione plurium partium extensarum colligi intensionê, quia intensio fit in eadem parte materiæ, vt extensio in diuersis partibus.

Alij tamen interpretantur dictum Aristotelis non de substantia animarum, quod scilicet sentiens adueniat vegetatiuæ, sed de operationibus, quod primò appareat operatio vegetatiuè, tum sensitiuè, & hinc intelligi potest quomodo in eadem materia potest forma magis, & minus apparere, non quidem quoad substantiam, sed quoad operationes, quæ magis vel minus perfectè fiunt.

Ad 5. Resp. Merc. verba illa, *substantia non suscipit magis, sed si quidem cum materia*, non esse assertiua, vt ly siquidem non sit vnus terminus, sed sint duorum cum ibi faciat comparationem inter formas, & numeros quoad suscipere magis, & minus, sicut numeri, neque secundum speciem, neque secundum indiuiduum suscipiunt magis, ita neque formæ, sed si hæ susciperêt, magis esset, vt sût in materia, quâ secûdum speciem, ita minus repugnaret vt sût in materia, quare ex conditionali illa nihil potest colligi; vel vt alij, ibi sumi magis impropriè idest maius, & minus, quia extenditur in materia, vel vt dicunt perfectionem naturæ vt sumitur in 2. loco citato, quia vna habet maiorem perfectionem essentialem, quàm alia; vt etiam 2. de an. 3. ait corpora naturalia esse magis substantiâ quam alia, scilicet mathematice; vel priuationem, & materiam, & in prædicamentis substantiæ primæ sunt magis substantiæ, quàm secundæ, quia pluribus substant.

Secunda Conclus. Etsi opinio Thomistarum dicentium animas non esse æqualis perfectionis ratione hæcceitatum, non possit euidenter impugnari, simpliciter tamen falsa existimatur à communi. Prima pars patebit ex rationibus, quas afferemus, & notat Egid. quodl. 2. q. 16. Secunda pars probatur ab Henr. l. cit. & probatione Nota. Sicut Deus est vnus in substantia vnitate singularitatis, æqualitatis, & simplicitatis, ita creaturæ procedunt à Deo sub ratione pluralitatis, & primus numerus est naturarum sub ratione inæqualitatis; secundo est numerus graduum sub ratione compositionis saltem ex essentia, & esse

20 *Thomistarū opinio de animarum perfectionis diuersitate licet falsa, non potest tamen euidenter impugnari.*

esse. Tertio fit pondus inclinationis ad casum dissolutionis; vnde Deus quò plures creat essentias, eò remotius, vel propinquius ad illum accedant, vel recedant necesse est. 2. Not. comparationem esse triplicem; quædam dicitur æquiuoca, vt vox dicitur acutior sapore: nam acutum æquiuocè prædicatur de voce, & sapore; altera abusiua, vt lux dicitur clarior tenebris, cum tenebræ nullam participent claritatem; tertia excessiua, vt infinitum dicitur maius finito, quam comparationē 1. de cœl. remouet Aristoteles, dicens infinitum nō est comparabile finito. Et hæ omnes comparationes sunt impropriæ; Comparatio autem propriè fit inter ea, quæ participant formam eiusdem rationis secundum magis, & minus; & magis, & minus in subiecto supponit maius, & minus in forma.

His positis probatur conclusio primo ex Henr. quia id, per quod vna forma est perfectior alia, vel est essentiale, & tunc vna essentialiter distingueretur ab alia; vel accidentale, iam non esset differentia in substantia, sed in accidente, & præterea cū hoc accidens non sit commune, esse deberet proprium, quare flueret à natura, quæ cum sit eiusdem perfectionis essentialis in diuersis indiuiduis, non potest esse principium passionum diuersarum in diuersis indiuiduis; vel tertio esset ex hæcceitatibus, quæ sunt gradus substantiales, & neque: tū quia necessariò deberet esse distinctio essentialia inter indiuidua; nam essentia, quæ coniungitur cum hæcceitate perfectiore haberet intrinsecum ordinem ad illam, & similiter alia ad aliam hæcceitatem perfectiorem. Neque dicās, essentiam respicere omnes differentias indiuiduales, & verò huic vel illi vniatur, oritur ex determinatione primæ causæ; & ideo nō est, cur essētia vnita perfectiori hæcceitati, fit ex vi principij essentialis perfectior: nam licet hoc non satis probabiliter impugnari possit, tamen adhuc non placet alijs, quod essentia per accidens vniretur huic vel illi hæcceitati, & non esset vnio ab intrinseco, sed ab extrinseco: neque esset vnio per identitatē, sed per coniunctionem; verum de hac ratione alibi. vnde essent essentiales ordines diuersæ perfectionis, ergo essentiæ constitutæ per illos ordines essent essentialiter diuersæ; tū quia hæcceitates non dant rei perfectionē, sed perfectionē q̄ habent res, faciūt hanc: nā alioqui essentia nō diceret totam perfectionem indiuiduorum; tum 3. quia, vel hæc perfectio per se contrahēs essentiam eleuat essentiam ad perfectiorē gradum entis, & ita deberet constituere nouam speciem entis: quia nihil aliud est noua species, quàm entitas magis accedens in sua entitate ad summum ens: nam sicut numeri inæqualiter accedentes ad vnitatē necessariò distinguuntur essentialiter, ita & entia inæqualiter accedentia ad summum, & simplicissimum ens, necessariò differre debent specie; vnde quæ æqualiter accedunt ad primum ens, necessariò numero tantum different; vel non eleuant essentias ad perfectiorem gradum entis, quod essentia contineat totam perfectionem illarum hæcceitatum eminenter, & tunc frustra ponitur hæc diuersitas perfectionum: nam hæc ideo ponitur, vt saluemus diuersitatem operationum, sed hæc non saluaretur, quia cum in quolibet contineatur essentia continens eminenter totā perfectionem hæcceitatum, quidquid poterit vnum indiuiduum, poterit & reliquū; Demum quia hæcceitas non est principiū aliquod operandi, neque intendere potest operationem, cum operatio ab eo eliciitur intendatur, à quo fluit tanquam à causa, & si aliunde intenditur, id est vt à dispositione, vt infra.

Confirmatur. Quia ex essētia perfectionis hæcceitatæ deberent fluere passiones perfectiores, ergo hęcceitas esset principium passionis: quia maior illa perfectio passionis est aliqua entitas, & non fluit ab essentia, quia hæc est eadem in omnibus indiuiduis, ergo fluit ab hęcceitate.

Confirm. 2. ex 3. met. 11. vbi ait, inter ea, quæ sunt eiusdem generis reperiri prius, & posterius secūdum perfectionem, nō autem inter ea, quæ sunt eiusdem speciei.

21 *Probatur vlterius.* 2. Probatur, quia debet substantia intendi, & remitti: nam eadem essentia habet plures gradus perfectionis substantialis, ergo sicut potest participare has perfectiones in diuersis subiectis; ita in eodem subiecto; vndè intenderetur. Dices non intendi, quia hæc perfectio, quæ accedit essentiæ est indiuisibilis, sicut essētia non intenditur ex eo, quod generi accedat differentia nobilior altera; quare sicut substantia non intenditur, etiamsi sit diuersitas perfectionum essentialium; ita, neque intendetur, etiamsi admittat diuersitatem perfectionum substantialium; nā huiusmodi perfectiones sunt indiuisibiles, neque vni essentiæ possunt plures aduenire,

re, sed tantum vna vni. Fateor hanc respõsionem non posse satis euidenter improbari; tamen adhuc objectum quia id, quod dicitur de perfectione essentiali specietum, non est ad rem: nam intensio est in eadem specie, vndè propriè fit, quando manente eadem natura indiuidua accedit alia pars indiuiduæ formæ eiusdẽ speciei cum præcedenti, quod si accedat entitas alterius speciei, non esset intensio, sed variatio speciei; tum quia si essentia admittit totam hanc latitudinem perfectionum, etiam cum est contracta per hanc hęcceitatem imperfectiorem, diceret ordinem ad perfectiorem: quare malè natura instituisset, vt natura actuata hęcceitate imperfectiore non possit vniri cum alia parte essentiæ hæcceitatę per hæcceitatem perfectiorem, vt in accidentibus instituit.

3. Probatur ex communi conceptione, non enim vnus dicitur magis homo quã alter: & præcipuè cum argumenta aduersariorum non vrgeant. Confirm. quia nunquam Deus posset efficere duo indiuidua æque perfect: quia si substantialiter vnum indiuiduum est altero perfectius, non potest fieri indiuiduum sine hac substantiali perfectione. Confirmatur 2. quia nunquã agens posset producere omnino sibi simile. Confirmatur 3. ex auctoritate Patrum Aug. 10. super Gen. ad lit. c. 17. l. 83. qq. q. 40. Iust. q. 106. ad orthodoxos Orig. l. 3. periarc. c. 5. Tert. l. de anima, Hiren. l. 2. aduersus Hæret. hær. 51. Bas. in Hexam. hom. 10. Chrys. in 1. c. ad Corinth. hom. 13. Theodor. epit. diuin. decret. c. de homine Hier. in c. 4. Threnorũ, & in psalmum 81. Bern. hom. 23. in Cant. Greg. lib. 21. moralium c. 31. Vidẽdi sunt DD. in 3. met. tex. 15. vbi D. Th. Alensis, & alij, Albert. tr. 2. c. 6. Denique est communis ferè omnium paucis exceptis. Sed de hac quæstione non sunt hic plura dicenda; nam redit hic quæstio in libris de anima, vbi plene examinabitur, nunc sufficit adnotasse aliqua, vt detur occasio ingeniosis veritatẽ inquirendi.

ARTICVLVS V.

Soluuntur argumenta tertiæ opinionis initio proposita.

22 *Argumentis 3. opin. satisfit.* AD argumenta igitur, & ad primum Resp. cum Aristoteles dicit animã aptari corpori, & perfectiorem animam requirere perfectiores dispositiones in materia, loqui contra physicos, qui probãt animam hominis transire in corpus equi, & plantarum; hoc autem reprehendit Aristoteles, quia quælibet anima requirit determinatas dispositiones in materia; vnde anima hominis non poterit informare corpus equinum: quare loquitur de dispositione debita speciei, quæ cum habeat aliquam latitudinem, non est necessarium, vt sit eadem ratio de indiuiduis: nam possunt plures formæ indiuiduæ informare materiam diuerso modo organizatam modo illa organizatio sit intra latitudinẽ debitam speciei: nam cum diuersæ formæ essentialiter habeant diuersas operationes, diuersa etiam organa habere debent; diuersæ verò formæ tantum indiuisibiliter, cum habeant easdem operationes, habere debẽt eadem organa, & dispositiones, licet sit aliqua variatio conueniens ex causa efficiente, vel ex indispositione animæ, vt patet in monstris; vnde patet ad confirmationem &c.

Ad 2. ex dictis facilè Resp. nam dum materia est organizata qualitatibus debitis speciei, potest informari quælibet forma illius speciei, & quod hæc, vel illa informetur, pendet ex illa quæstione, cur hoc, & nõ illud producatur? quod certè confirmatur ex [illegible] nam videmus ma[illegible] è variari complexionem corporis, & [illegible] non variatur anima, vel certes in die deberet variari anima quia sẽp informat nouã materiã possibilẽ.

Resp. Caietanus inspici complexionem, quæ fuit in materia cum anima fuit primũ producta, sed contra. Primo sunt fatui à natiuitate, & cæci, ergo deberent carere intellectu, & potentia visiua, quo nihil absurdius.

2. Quia cum dispositiones debitæ indiuiduo secũdum varias ætates sint diuersę, quæro quas respexit Deus, cum produxit animam, & cum quibus debet redire, cum in die iudicij excitabitur homo? 3. cum pueri à brutis vix diff[illegible] in suis operationibus, ea dispositio, quæ est in materia pueri nõ est multò perfectior dispositione in materia brutorum, cur anima igitur est adeò perfectior? vnde dicendũ quamlibet animam esse independentem ab hac, vel illa numero dispositione, neque hanc numero animam dicere ordinem ad hoc numero corpus, sed ad corpus quodlibet humanum.

Ad 3. optimè ibi dictum, oriri ex varijs dispositionibus, Ad primam instantiam

Resp.

Resp. valetudinarios sæpè debilitari in discursibus, vt patet ex delirijs;aliquãdo verò non ita, quia debilitatę sunt dispositiones vitales,& manent integræ animales : qui morbi grauiores sunt: vnde cum dispositio conueniens operationibus intellectus sit ea,quæ conuenit virtuti animali, fieri potest,vt aliquis etiam valetudinarius melius intellectu operetur, quã qui valet:& præterea, quia ad cognitionem iuuat spiritus subtilitas,& transparentia seu claritas,quæ semper retinetur etiam in morbis,licet nõ in ea perfectione, & ideò impediri solet operatio mentis in morbis, vt quisque experitur. Vnde patet ad secundum,non facta variatione complexionis variatur etiam aliquando operatio mentis, licet nõ omnino,sicut non omnino variatur complexio indiuidualis, vnde si omnino variaretur, etiam operatio mentis variaretur, vt patet in phreneticis: vnde 1.de anima 61. Si senex acciperet oculum iuuenis,videret vt iuuenis: hanc animæ complexionem maximè iuuant cibi,aer,& similia.

Ad quartum Respondeo. Iudiciorum diuersitatem ex varijs capitibus oriri. Primo enim ex ingenij bonitate, quod species repræsentat res clarius, vel obscurius secundum puritatem, vel impuritatem spirituũ, vnde intellectus clarius, vel obscurius tẽ perspicit:ea quo fit,q; quia maiori acumine viget, magis hæret:quia plures videt rationes pro vtraque parte: vnde non potest inclinari in vnam magis, quàm aliam partem. Secundo adiuuatur iudicium ex inclinatione voluntatis: vnde quæ nobis vtiliora, facilè iudicamus faciẽda.: quare in fide dicitur requiri piam affectionem: & huc spectant passiones, quæ turbant iudicium, vnde qui sedatis sunt passionibus melius iudicant.

3. Experientia rerum etiam iuuat;vnde senes melius iudicant, quam iuuenes, & hinc fit, vt idem ipse melius iudicet vno,quàm alio tempore.

23 Ad 5. R. Oriri ex varijs causis, vt mixta variè operentur: nã aliquãdo sumunt qualitatem ex terra, in qua oriuntur: secundo ab influxibus, vt volunt medici: tertio ab aere: quarto ab efficiente. Et ex his patet ad primam,& secundam confirmationem.

Ad 6 quod mihi videtur omnium difficillimum. Resp. Si remoueantur omnia extrinseca impedimenta, & ponantur cætera paria ex parte influxus cælestis &c. Dico fore æqualem omnium complexionem; quare nunc non est æqualis,quia sunt extrinseca impedimenta; quare hanc diuersitatem magis videmus esse in heterogeneis, in quibus sunt principia oppositarum actionum,quam in homogeneis.

Ad confirmationem. Si in eo statu fuisset diuersitas ingeniorum,futuram etiam fuisse diuersitatem complexionum,sine vllo tamen defectu corporis, neque omnes ad idem fuissent inclinati. Ad secundũ diximus non esse multiplicanda entia sine necessitate,cum omnia igitur saluentur ex complexionum diuersitate, quam omnes debent admittere propter eam experientiam, qua videmus eundem secundum diuersa tempora melius operari, non est cur hæc noua perfectio addatur; articulus autem Parisiensis non vltra Sequanã habet vim, & Tat.testatur intelligi de cõplexione accidentali.

QVÆSTIO IV.

An intensio, & remissio attendatur penes accessum ad summum gradum,an penes recessum à non gradu?

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

De hac quæstione plura Pomp. de intens. Forl. & Calculator de intensione. Venetus in summa de Generat. cap.2. Saxonia tract. de proportionibus,& alij.

Primo Not.ex Pomp.sect.2.c.primo: Distare à non gradu & appropinquare non gradui, translumptiuè dici à distantia,& propinquitate quantitatum, nam illa propriè distant,quæ secundum locum non sunt simul;simul autem dicuntur,quæ sunt in eodem loco, vt ex 5. phys. patet, vnde distare opponitur priuatiuè appropinquare, nam appropinquatio dicit negationem corporis medij inter corpora, quare non potest hoc modo sumi hic distare, quia non gradus, & non quantum non sunt in loco:quare distare hic trãsũptiuè dicitur sumi. Sed qua ratione fiat huiusmodi metaphora, non constat, nam aliqui dicunt distare à non gradu,esse non conuenire cum gradu,sicut distare secundum locum, est non conuenire in loco. Sed contra, quia tàm magna,quam parua qualitas

qualitas distat, & non conueniunt cum nõ gradu, quare omnis gradus distat à non gradu; cum alij dicunt distare, esse, quod cadat aliquod intermedium inter illa: nam pedalis quantitas distat à non quanto per se ipsam: nam hoc est proprium quantitatis continuæ facere distare, vnde tantum facit distare, quanta ipsa est; quare non intelligitur, quod inter ipsam totam, & non quantum sit aliquid medium, sed quia ipsa sic faciens distare differt à non quanto. Vnde pedale distat à non quanto per vnum: quia sic facit distare, bipedale verò per duo, &c. sẽsus igitur est, magnitudo debet attendi penes distantiã à non quanto, idest penes entitatem continuam, facientem distare à non quanto, idest per rem, quæ tantum differt à non quanto, quanta ipsa est: vnde definit distare à non quanto est, esse continuum, cuius proprium est facere distare, incipiens à nõ quanto: appropinquare verò est tollere talem distantiam. Ex quo patet quid sit distare à summo: est enim habere intermedium, per quod à summo distet, ipsum autem intermedium non est quid à re quæ distat diuersum, sed ipsummet, quod formaliter facit distantiam: vnde reprehendit Calculatorem, quod malè definiuit distare à summo per id, quod intercipitur inter ipsum, & summum, vt v.g. in latitudine caloris, vt octo, quæ incipit à non gradu, calor vt sex distat à calore vt octo per duos gradus: quia duo mediant, & idem calor vt octo, est propinquior calori vt sex etiam per duos: quia duo mediã. Sed cõtra: quia cur sex distant à non gradu per sex, & eidem non gradui appropinquant vt sex, & tum respectu octo est tantum distantia, & appropinquatio vt duo, & cũ nihil possit distare à non gradu, magis quã ipsum est, cur possit magis distare, & appropinquare summo quam ipsum est? cũ inter gradum, & non gradum nihil propriè possit mediare, cũ minor sit pars maioris.

2. Quia si distare, & appropinquare sumitur per medium interceptum, tunc quanto magis res distat, tanto magis appropinquaret: consequentia facile patet deducenti & fusè ostendit Pomp.c.3.

2 2. Not. C.4. docet Primo magnitudinẽ esse spatium continuum, habens positionẽ in partibus, sic etiam, & paruitatem, quæ sunt relationes fundatæ in quantitate: vnde sumitur relatiuum pro absoluto, licet minus impropriè quantitas possit appellari magnitudo, quàm paruitas: quia omne quantum siue finitum, siue infinitum est magnum, non tamen si esset augmentum in infinitum, diceretur paruum: vnde motus ad quantitatem maiorem dicitur auctio, ad minorem dicitur diminutio, sic etiam intẽsio dicitur motus de qualitate imperfecta ad perfectã, contra vero remissio cõuenit tã motibus, quã formis quiescẽtib.

3. Not. In c.5. docet, cum dicitur penes quid intensio attenditur, posse multipliciter intelligi. Primo significat, per quod cognoscitur intensio, siue tanquam per definitionem, siue per causam, siue per signum, vt si quæratur, per quid cognoscitur eclypsis tanquam per definitionem? Resp. per priuationem luminis: & cur priuatur? quia terra interponitur: & ex signo: quia serena nocte opacum oppositum lunæ non facit vmbram. Similiter per quid cognoscitur velocitas motus? quia multus motus in quali, cur ita? quia magna victoria motoris supra mobile; signum autem: quia in paruo tempore multum spatij, seu termini est acquisitum.

2. Quæri solet huiusmodi interrogatione ipsa mensura: & sensus est, per quod mensuratur magnitudo rei, & cognoscitur quanta sit vnaquæque, & quæ maior, vel minor, vel æqualis, & in qua proportione, geometricane an aritmethica vna alteram excedit? quod videtur pertinere potius ad mathematicos, quam physicos, sicut primum magis est physicum.

4. Not. ex sect.3. c. primo, hic non accipi intensionem pro motu, circa quam sũt multæ difficultates, præcipuè circa modũ intensionis; sed hic accipitur pro formis & primo intelligi potest, quid est id quod recipit intensionẽ, & quæ causa, & signũ? & ita hic non disputatur: secundo per quid formæ intensæ, & remissæ debent mensurari, vt cognoscatur earum finitas, vel infinitas. 3 *Intensio hic quomodo accipiatur.*

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

PRima sententia est dicentium, Intensionem attendi penes accessum ad summum; remissionem verò penes distantiam à summo. est Con.8. met.q.23. refert Pomp. sect.1.c.1.& 2. 4 *Intẽsio quomodo attendatur &c. variæ opiniones.*

2. est, intensionem penes distantiam à non gradu, remissionem verò penes distãtiam à summo. Refert Pomp.c.3.& 4.

3.est, intensionem penes distantiam à non gradu, remissionem penes accessum ad non gradum. Calc. & Forl. 12.c.2. Refert Pomp. c.5. & 6. & sequitur Venetus c. 2. concl. 4.

4. Intensionem penes accessum ad summum, remissionem verò penes accessum ad non gradum; Refert Pomp. c.9. & 8.

5 5. est, attendi penes maiorem vel minorem admixtionem contrarij; & has omnes c.11. fusè confutat Pomp. quare, & ipse suam explicat sententiam, &

Not. sect. 3. c. 2. nihil propriè mensurari, nisi quantitatem. vnde omnia prædicamẽta vt mensurentur, debent innuere rationem quanti: & ex speciebus quantitatis primo conuenit discretæ, in qua propriè reperitur minimũ, scilicet vnitas; deinde vero in continua quantitate, in qua reperitur aliquid indiuisibile quantitatis, quod sumitur vt vnũ, Vnde qui debet mensurare aliud, dẽt illud cognoscere, saltẽ confusa cognitione, vt v.g. si oleum est mensurandum, non est necesse cognoscere causas, & materiam olei: deinde cum mensura, vt certificet, debeat esse vnigenea, cõtinuum non nisi à continuo mensurari poterit; sed cum in quantitate continua nõ sint minima, ideò Aristoteles dixit debere sumi minimum, vel secundum naturam vbi potest, vel secundum sensum, vel secundum institutionem; hæc autem minima diuersa sunt in diuersis continuis. Alia enim sũt in tempore, & motu: alia in liquoribus, alia in ponderibus: alia in per se terminatis: & hæc minima in quacunque specie ait appellari partes actu; horum verò partes vocauit partes in potentia vnde res iudicatur finita, vel infinita à partibus, quæ sunt actu: nam à partibus in potentia cognosci non potest, cum quælibet sint infinitæ, & vnũ infinitum non fit maius alio; ex quo deducit omne magnum, & paruũ si sumantur absolutè, mensurari penes accessum, & recessum ad non gradum, quatenus minimum, quod sumitur ad mensurandum, est maximè propinquum non gradui; vnde maior erit res, quæ plura huiusmodi minima comprehendit per replicationem ipsius minimi.

Deindè docet, penes quid attendatur Intensio, & remissio, si sumantur pro respectibus, in c. igitur 3. penes quid attendantur tanquam per essentiam. Resp. debere cognosci per definitionem ipsius: & vt habeatur, debet primum videri, in quo genere sit definitum, & deinde diuidatur genus per differentias, donec habeatur tota definitio, quæ conuertatur cum definito. Quare cum intensum, & remissum inueniantur esse relationes, ideò cognoscenda sunt fundamenta eorum, quod est qualitas: & sicut proprium est quantitatis esse æquale, vel inæquale, ita qualitatis simile, vel dissimile: & sicut dissimile aliud est excedens, aliud excessum, ita etiã dissimile. Hoc autem in eadem specie facit intensum, & remissum; vnde intensum est quale, quod continet, & excedit aliud quale; remissum verò, quod continetur, & exceditur. Dixi continet, & excedit, quia primum non sufficit, cum res se ipsas contineãt. Ex quibus c.4. reprehẽdit opin. supra adductas, quod nulla illarũ attigerit rationem formalem intensionis: nam omnes reducuntur ad hæc dicta. Primum, intensionem attendi penes appropinquationem ad summum, vt prima, & quarta opinio affirmant. Secundum remissionẽ penes distantiã à summo, vt prima, & secunda. Tertiũ, intensionẽ penes distantiã à nõ gradu, vt secunda, & tertia. Quartum, remissionẽ penes appropinquationẽ ad nõ gradum, vt secunda, & quarta; quæ omnia fusè confutat.

In c. 5. ostendit, penes quid attendatur tanquam per causam efficientem, finalem, & naturalem, & quidem causa materialis est qualitas denominata à numero priori, & posteriori: nam non sufficit distantia à non gradu: quia adhuc quæri potest, si est maius B quia magis distat à non gradu, cur magis distat à non gradu quam B? & respondeti aliud non potest, nisi, quia denominatio suæ mensuræ est secundum numerum posteriorem. 6

Efficiens verò causa intensionis est victoria efficientis supra passum: quia agens quod producit calorem vt quatuor, maiorem habuit victoriam supra passum, quàm q produxit calorem vt duo, hoc modo numerando omnia, quæ iuuant passum, vt agentis contrarietas, potentia, propinquitas, &c.

Et idem dicitur de causa finali: nam maior est mensura caloris in corde, quàm in hepate, vel cerebro: quia cor est productiuum spiritus vitalis, hepar naturalis, & minus in cerebro; quia productiuum spiritus animalis; vitales autem calidiores sũt nutritiuis, nutritiui autem animalibus.

Intensionem autem cognoscimus ex effectis. Primo ex immutatione sensus, cæteris

teris paribus, vt colores sunt inæquales in intensione; qui inæqualiter tm nutant visum sic soni auditum &c.

Deinde in lect. 4. ostendit vnde attendatur perfectio cuiusque rei.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

7 *Auctoris opinio, qua varus dictis explicatur.*

EGo breuiter in hac quæstione, quæ de nomine est. Dico primo. In re cõstat debere mensurari qualitatis intensionem per aliquid sumptum vt indiuisibile, & minimum; sicut facimus in quantitate, & alijs, & per illius replicationem debet cognosci, quanta sit intensio; sed quoad modum loquendi.

Dico 2. Intensio, & remissio sumpta respectiuè attenditur penes excedi, & excedere, tanquam per causam formalem, vt bene Pomp.

Dico 3. Hic excessus tanquam ex causa exemplari attenditur penes accessum ad summum, quia primum idest perfectissimum in vnoquoque genere est mensura, tanquam exemplar cæterorum, vt inter Philosophos Aristoteles, Cicero inter Oratores; Vnde Aristoteles c. de substantia probat aliquid esse magis substantiam: quia magis accedit ad primam, quæ est perfectissima substãtia. Et in lib. post: Vniuersalem demonstrationem probat esse priorem: quia magis accedit ad priora principia. Et 1. phy. 54. medium inter elementa esse proprius materiam: quia magis appropinquat ad naturam materiæ Et 1. de coel. 100. esse rerum æternarum esse clarius, & obscurius, quo magis participant, & appropinquant opt. & 2. m. 4. calidissimũ ait, quod est causa, vt alia sint calida. Confirmatur ex communi loquendi modo, eos libros dicimus pulchriores, quo magis ad eam, quam mente concepimus pulchritudinem accedunt; Vnde Egid. 10 met. q. 3. explicans illud Aristotelis 10. met. 7. primum in vnoquoque genere &c. albedinẽ esse mensuram cæterorum, vt quid simplicissimum: quia scilicet sua perfectione continet quasi eminenter, & vnitè perfectiones, quæ in alijs sunt dispersæ.

Qualitatis latitudo quo pacto cognoscatur.

4. Dico. Latitudo qualitatis cognoscitur tanquam per mensuram notificantem per accessum ad non gradum, vel recessũ ab eodem, Primo: quia non attenditur penes accessum ad summum, vel recessum ab eo: quia si calor vt sex comparetur cum calore vt quatuor, in ordine ad summum, calor vt sex duplo magis accedit ad summum, quàm calor vt quatuor: cum primus distet tantum per duos gradus; secundus per quatuor, cum tamen primus non sit duplo intensior calore vt quatuor, sed tantum in sesquialtera proportione.

Confirmat Venetus c. 2. concl. 3. quia sequeretur latitudinem qualitatis esse infinitam: quia infinitè aliquis gradus appropinquat sũmo, & infinitè modicè aliquis ab eodem recedit: nam aliquis aliqualiter appropinquat, & aliquis duplo magis, & sic in infinitum.

2. Probatur. per hunc modum non solũ cognosci excessum vnius qualitatis supra aliam, sed etiam quanta sit qualitas: nam dicam, hæc habet sex, altera quatuor gradus. Confirm. quia in recessu à non gradu seruatur non tantum proportio arithmetica, sed etiam geometrica: nam qualitas duplo intensior alia, est duplo etiam remotior à non gradu, vt facile patet in calore, vt quatuor, & vt duo, quod non est si attendatur accessus ad summum, vel recessus ab eodem, vt patet in prima ratione.

Confirm. vlt. quia ita mensuramus reliquas quantitates, vt patet: nam sumitur minima, qua vtimur ac si esset nõ gradus.

Sed contra Primo: nam Arist. 10. met. 12. dixit primum, &c.

Resp. vel loquitur ad perfectionem essentiæ tanquam ex causa ideali; vel primũ sumitur pro indiuisibili.

2. Intendere est in aliud tendere, ergo debet mensurari ex termino ad quem. Confirmatur: quia alioqui calor summus esset remissus: nam posset elongari à non gradu, quantum elongatur lumen, quod præcisè posset intendi, quare summus calor esset æqualis remisso lumini. Resp. licet inde ductum sit nomen, nõ tamen cognosci debet, quanta sit latitudo ex termino, ad quem tendit propter rationes dictas: quia scilicet commodius, & clarius cognoscitur latitudo.

Ad confirmationem Resp. in diuersis qualitatibus esse diuersam intensionis rationem, vnde non est absurdum, summum vnius esse æquale remisso alterius, vt summa quantitas gallinæ est æqualis paruæ quantitati Anseris.

3 Obijcitur: quia quilibet gradus est ita intensus sicut remissus; patet consequentia: quia tanta est distantia inter gradum, &

non gradum, quanta est propinquitas inter illos, sed hoc esse falsum patet: nam sint A, B. & A. intensior B, si tam A, quam B. est ita intensus, sicut remissus, intensio A. & sua remissio sunt æquales, & similiter remissio B. & sua intensio sunt æquales; tunc intensio A, est maior intensione B. & intensio A. est æqualis suæ remissioni igitur remissio A. est maior intẽsione B: quia duorum æqualium ad tertium, est eadem proportio. Vlterius remissio A, est maior intensione B. & intensio A. est æqualis suę remissioni, igitur remissio A. est maior intensione B: quia duorum æqualium ad tertium est eadem proportio. Vlterius remissio A. est maior intensione B. sed remissio B. est æqualis intensioni eiusdem, ergo A. est remissior B. Resp. Venetus intensionem, & remissionem, cum priuatiue opponantur non esse comparabiles; vnde nullus gradus est ita intensus, vt est remissus, neque magis intensus, quàm remissus, neque tanta est distantia, quanta propinquitas.

4. Obijcitur ex vniformi productione intensionis sequi vniformem acquisitionẽ remissionis; quia deperdere intensionem est appropinquare non gradui; sed consequens esse falsum patet; nam ponatur, calorem vt quatuor vniformiter remitti ad gradum vt duo in hac hora, cum igitur calor vt quatuor in prima medietate horę perderet proportionem sesquitertiam intensionis, in secunda medietate sesquialteram; nam erit vt tria, & in fine horæ vt duo, ergo in prima parte horæ acquiret proportionem sesquitertiam remissionis, & in secunda sesquialteram, quare maiorẽ latitudinem remissionis acquiret in secũda medietate quàm in prima: nã si calor, vt tria in prima medietate horæ acquireret proportionem sesquitertiam, in tertia sesquialteram, in secunda maiorem latitudinem acquiret, quàm in prima: nam in fine primæ esset vt quatuor, in fine secundæ esset vt sex.

Resp. Venetus concedendo consequens, quod scilicet tantam latitudinem remissionis præcisè acquiret calor vt quatuor in secunda medietate, quàm in prima: & non sequitur, acquirit maiorem proportionem in secunda, quàm in prima, ergo maiorem latitudinem: quia proportio licet teneat generaliter in positiuis, non tamen in priuatiuis.

Difficultates textuales in Aristotele à t. 26. ad tex. 43.

Qua ratione Aristoteles tractet hic de augmentatione.

TRactat Aristot. hic de augmentatione non quidem per se; nam hæc ratione pertinet ad libros de anima; sed per accidens, vt scilicet ostendat, qua ratione distinguatur à generatione. Primo docet t. 25. & 26. differre quoad terminum: quia terminus generationis est substantia; augmentationis autem, & diminutionis est quantitas, vt alterationis passio.

2. Docet in generationis, & alterationis trãsmutatione fieri ex potẽtia tale, ad actũ talem, sed differre quod in generatione, & alteratione non mutetur locus, vt mutatur in augmentatione, & diminutione.

3. T. 27. Docet differre loci mutatione, quæ est rõne augmentationis ab ea, quæ est rõne lationis seu motus localis recti vel circularis; nam quæ recta mouentur, mutant totum locum, quæ vero circulariter totum non mutant locum, sed secundum partes circa eundem locum. At in augmentatione nec mutatur totus locus, nec manet idem, sed augetur in augmentatione, & minuitur in decretione.

4. T. 28. Inquirit, qua ratione augmentatio, quæ est ad quantum fiat, an scilicet ex magnitudine actu an potentia, ita vt sit expers magnitudinis? an quanto actu, & ostendit non posse dici primum: quia vel materia esset separata, vel in alio existens. Non primum: quia vel non occupabit locum vt punctum, vel erit vacuum, & nõ; quia cum id quod augetur occupat locum, necessario id, ex quo fit occupabit locum, siue per se, siue per accidens; vel erit corpus insensibile, & neque: quia illud debet esse in aliquo corpore naturali, & omne tale est sensibile.

5. T. 26. Ostendit si sit in alio, ita quidẽ separatum, vt nihil illius sit aut per se, vel per accidens, sequentur quæ fieri non poterunt, vt quod generatio fiat ex alio non corrupto; vt v. g. si ex aqua fieret aer s. ex materia existente in aqua, cum illa nec sit pars nec accidens aquæ, iam aqua integra maneret: quia illi nec forma, nec materia adimeretur. Secundo possint esse in vno composito infinita materiæ, cum hæ nihil eius sint, nec vna alteram excludat, cũ nõ sint actu corpora. Tertio id quod gignitur, deberet exire ab eo, à quo gignitur, vt aqua exit à vase sine mutatione illius, etsi non mutetur vas exeũte aqua. Ex

qui-

quibus sequitur, no dari materiã separatã, sed illam existere in compositis physicis vt eorum partem, & eandem in genito, & corrupto, sed ratione diuersam.

6. In T. 29. Infert ex dictis constare, nec puncta, neque lineas esse materiam corporũ, ex quibus fiant: quia hæc vel sunt separata, vel in aliquo corpore, sed nõ: quia sequitur inc õmd a supradicta, sed potius materia eru ii illa, cuius hae sunt vltima, & termini, idest in qua inhæret puncta & superficies, vt in subiecto: hac autem materia est affecta quantitate: quia cum materia nec possit esse sine affectionibus, nec sine forma substantiali, necessario erit affecta quantitate: nam per hanc recipiuntur affectiones, & qualitates, & materia fit diuersa ad diuersas formas recipiendas.

Deinde t. 30. probat, materiam non esse sine forma: quia quod gignitur ex aliquo corrupto, secundum formam substantialem gignitur, & ex agente actu formam inducente, siue sit eiusdem speciei, vt agens vniuocum, siue diuersa, vt æquiuocum: vt dicitur de pipere gignẽte calorẽ; qua ratione durum potest fieri á non duro actu formaliter, & calidum á non calido.

Ex his sequitur, ex nullius agẽtis actione materiam exui omni forma; cum vna alteri succedat. Hinc ostendit t. 31. materiam non exui omni qualitate: nam cum non dentur ideæ Platonicæ non potest dari materia, quæ non sit singularis, & sensibilis, atque adeo habens aliquam qualitatẽ sensibilem. Hinc deducit, nihil posse augeri ex materia nõ quanta actu: nam alioqui sequeretur, materiam receptiuam formarum posse separari ab omni forma. Confirmatur: quia auctio non est rei generatio, sed noua quantitatis accessio: ergo id quod auget debet esse quantum.

7. T. 32. Incipit explicare modum, quo fiat auctio supponẽs primo omne quod augetur aut minuitur, id fieri secundum omnem partem. Secundo, auctionem fieri accepto aliquo in singulis partibus, & contra in diminutione. Hinc fit, vt id, quo res augetur, non sit incorporeum, sed quantum vt supra probatum est. Dices. Si id quo fit auctio est quantum, & res augetur secundum omnem partem, sequitur duo corpora esse simul. Sed non soluit expresse hic. Sed t. 36. ex quo textu Buccaf. reprehendit dicentes, in corruptione fieri resolutionem ad primam materiam, si alimentum conuerti debet in sanguinem, & hic in substantiam aliti, si fieret resolutio dicta, auctio non fieret ex quanto præexistente.

Dices 2. cum ex aqua fit aer, augescit, & tamen nulla noua quantitas additur.

Resp. t. 33. negando ibi esse auctionẽ: nam quod augetur non interit, sed idem perseuerat; at aqua cum mutatur in aerem perit, nec aer augetur: quia quod augetur existit á principio mutationis ad aerem in termino mutationis; quare ibi nihil est quod augetur, nisi forte corpus, idest materia, quæ est sub vtroque extremo; sed neq; hoc dici potest: quia ad auctionem est necessarium, vt aliqua pars materiæ quanta accedat.

8. T. 34. Docet non augeri alimentum: quia hoc interit, dum conuertitur in viuentis substantiam: sicut dum aqua admiscetur vino potentiori non augetur: quia conuertitur in vinum, sed ipsum vinum, quod manet, & habet operationes: vnde negat augeri vtrumque, scilicet viuens, & alimentum.

Hinc docet inter alterationem, & auctionem esse duplicem similitudinem; prima quod vt quod augetur, manet, sic & quod alteratur, monens alterantium esse duo genera, vnum quod non repatitur vt sol ab inferiori mũdo; alterum quod repatitur, vt inferiora inter se. 2 quod vt virtus nutrix est intrinseca rei auctæ, ita virtus alterati ua in re, quæ alteratur: nam cum aqua calefit ab aere, ipsum sua frigiditate infrigidat vt aliqui exponunt. Sed non placet: quia Aristoteles ibi non loquitur de principio effectiuo, sed materiali alterationis: quia hoc est intrinsecum rei tam alteratæ, quam auctæ.

9. Ibidem ostendit, alimentum sumptũ augeri, cum conuertitur in spiritum idest sanguinem Resp. non proprié augeri, cum pereat, sed ipsum viuens, quod eo fruitur, & habet vim conuertendi &c.

10. T. 35. Ex dictis colligit ea, quæ pertinent ad auctionem; primum vt id, quod augetur maneat 2. vt actio fiat aliquo extrinsecus adueniente, contra vero in decremento. 3. vt quælibet pars sensibilis augeatur, vel minuatur. 4 non dari vacuum, 5. duas magnitudines non esse simul 6. vt id quo fit incrementum non sit incorporeum; quia corpus non potest fieri maius, nisi accessione rei corporeæ.

11. T. 36. Primo supponit prius augeri partes similares, quam dissimilares: nam illis auctis ea augentur: nam dissimilares componuntur ex similaribus ex l. 1. de hist. an. c. 1.

Partes viuentium diuersimode possunt considerari.

c.1. Secundo supponit, partes viuentium, sicut & caeterarum rerum compositarum, posse considerari secundum materiam, & secundum formam; vnde fit, vt id, quod augetur, augeatur secundum partes formales, non autem secundum partes materiales: quia quod augetur, non manet idem quoad materiam, sed secundum formam, sicut mensura mensurans aliam, & aliam portionem aquae manet eadem, nec variatur ex diuersitate aquae. Vnde fit, partem quamlibet augeri posse accedente aliquo secundum formam, non autem secundum materiam.

13. *In textu 37. & 38. Explicat modũ quo fit augmentatio dicens, viuentia augeri accessu alicuius corporei, idest alimenti, & quod augetur, manere idem secundum formam, licet hac identitas magis appareat in partibus dissimilaribus, quàm similaribus: quia in illis magis apparet eadem figura, & varietas; ex quo fit, vt accedente alimento, & conuerso in naturam viuentis, auctis partibus, augeatur totum manens idem, mutato tantum secundum substantiã cibo, qui initio quidem est dissimilis, deinde verò per alterationem fit similis, & cognatus; & inde totum fit maius.*

14. *T. 39. Inquirit, quale debeat esse alimentum; & respondet, debere esse in potentia illud, quod accrescit: quia simile non simili nutritur: nam debet esse tale, vt corruptum transeat in substantiam rei, quae augetur. at verò actu debet esse diuersum: quia nihil potest pati ab eo, quod est omnino simile. Deinde ponit discrimen inter generationem simpliciter, & eam, quae est cõiuncta cum accretione; quod per illam producitur aliquid seorsim, & per se consistẽs; per hanc verò pars, quae rei genitae agglutinatur; vnde illa dicitur simpliciter Generatio; haec autem Aggeneratio. Et hanc mutationem alimenti explicat exemplo vini, & ignis: nam vinum aquam sibi mixtam in se conuertit, sibique vnit; nisi quantitas aquae excedat: & similiter ignis, dum ligna comburit. Quod si separatim ligna comburantur, dicitur ignis generari. Deinde t. 40. aduertit, quod sicut generatio non est circa vniuersale, sed circa singulare, ita & accretio.*

Hinc textu 41. ponit discrimen inter Auctionem, *&* Nutritionem, *quod eadem pars quanta vt substantia terminet nutritionem, & vt quanta augmentationem; vnde fit, vt nutritio, & accretio ratione differant.*

Secundo, Differunt quod animal quamdiu viuit, nutritur, non verò sẽper augetur.

15. *t. 42. Ex Philopono, & Alexandro ponitur aliud discrimen inter* Augmentationem, *&* Nutritionem, *quod Nutrimentũ in quantum est obiectum nutritionis, est species sine materia: quia scilicet non conuertit quantitatem, nec materiam, sed tantum dicit formam; at verò in quantum est obiectũ virtutis augmentatiuae, ita est species in materia: nam dicit duplicem potentiam, scilicet ad formam, & ad quãtitatem. Haec ex* Buccaf. *t. 42. Deinde t. 43. Explicat, quomodo fiat decretio, sicut si quis in amphoram vini paulatim aquam infundit; primo quidem vinũ augetur: quia eius vis aquam superat; deinde cum plus aquae fuerit additum, vini potestas minuitur, ita vt tandem totum vinum in aquam degeneret: ita donec virtus nutritiua est potentior, plus alimenti cõuertit; at fracta, & collapsa plus deperditur, quàm reparetur.*

Circa hos textus sunt variae difficultates. Prima difficultas, cur tex. 27. materiam sine quantitate appellet vacuum?

DIFFICVLTAS I.

Quid sit auctio.

Respondent primo aliqui, esse generationem viuentis substãtiae partialis, non quidem per se, & seorsim existẽtis, sed inexistentis in toto viuente; vnde potest dici aggeneratio, sicut cum aqua admiscetur vino, augetur vinum ex Aristot. non quidem per generationem vini separatim, sed vnitu praeexistenti.

Confirm. quia diminutio est corruptio partis viuentis, ergo auctio est generatio partis: quia vt se habet oppositũ in opposito, ita ppositũ in proposito, & sicut oppositũ in opposito, ita propositum in opposito. Confir. 2. quia auctio est conuersio nutrimenti in substantiã aliti plus quã sit deperditum. Confir. 3. ex Arist. 2. de Gen. t. 42. vbi ait auctionem, & nutritionem differre ratione, non re: quia eadem realis actio dicitur nutritio vt restaurat substantiã deperditã, & dicitur aggeneratio seu auctio, quatenus restaurat viuens, secundum plures partes per conuersionem alimenti, ita Marf. 2. de Gen. q. 1. Thienensis.

Hi tamen inter se differunt: nam Marf. docet, auctionẽ esse per se successiuam & continuam; generationem vero per se esse

in instanti, & per accidens successiuam .i. ratione subiecti extensi, per quod extenditur forma genita, vt patet cum per filum generatur ignis.

At Caiet. ait auctionem non esse per se successiuam, sed per accidens. s. ratione materiæ: nã cibus, qui est conuertẽdus in substantiam habet partes, quæ successiuè alterantur, & disponuntur ad formam, vnde inquit primum minimum conuerti in instanti, cætera vero successiuè. Hinc deducit eandem esse rationem successionis in generatione, nutritione, & auctione: nam omnibus conuenit successio, ratione partiũ subiecti, non ratione formæ, quæ ex se indiuisibiliter acquireretur.

2 *Auctio non est generatio.*

2. Opinio negat auctionem esse generationem, sed consequi nutritionem, quæ est generatio: nam post conuersionem alimenti in substantiam aliti sequitur extensio membri secundum maiores partes. Ita Burl. 3. phys. in t. 6. & 8. phys. in 8. sequitur Iand. 4. phys. q. 10. 4 & apud Buccaf. hic, tribuitur Zim. in Tab. verb. motus def. & ad illam accedit Dandinus 2. de anima digr. 27.

Prima pars prob. ex 1. de Gen. vbi ostẽditur distingui à generatione, & nutritione. Confir. 5. phys. vbi distinguit quatuor trãsmutationes inter se distinctas. vt generationem ad substantiam, alterationem ad qualitates, lationem ad vbi, & auctionem ad quantitatem.

Secunda para prob. quia non intelligitur augeri viuens, etiamsi alimentum sit attractum intra partes ac cõuersum in substantiam, nisi sequatur extensio partium ex alimento maiori q̃ erat pars deperdita, recepto intra poros, vnde fit vt partes circa partes pellantur, & extendantur.

Confir. quia ideo Arist. 2. de Gen. t. 25. dixit in auctione interuenire necessario motum localem.

Sed alijs non placet: quia illa extensio potius est rarefactio, quæ est distincta ab auctione 7. phy. t. 15. eo q̃ rarefactio sit motus ad qualitatẽ, & auctio ad quãtitatẽ.

Confir. quia rarefactio est communis viuentibus, & non viuentibus, & auctio est propria viuentis; neque dicas rarefactionẽ ortam à principio intrinseco esse auctionem, hęc autem est propria viuentibus; sed esse ab intrinseco vel extrinseco principio non variant naturam.

3. Opinio est dicentium, auctionem
3 esse motum viuentis per se ad quantitatẽ maiorem, vt ad propriũ terminũ. Patet: nã hoc modo definita participat omnes conditiones requisitas ad augmentationem; prima enim conditio est, vt quęlibet pars illius, quod augetur, augeatur; nam ex eo quod per se mouetur, mouetur secundum omnes sui partes. ex 7. & 8. phys. atque adeo augetur secundum omnes sui partes. Hinc sequitur secũda conditio, vt secundo permaneat idem viuẽs numero à principio ad finem: quia vna auctio est vnus motus, ad vnitatem autẽ motus requiritur idem numero subiectum ex 5. phys. Ex hac sequitur tertia conditio: nam ex eo, quod fit ad maiorem quantitatem, necessario fieri debet aduenientẽ aliquo extrinseco; vnde distinguitur à rarefactione, qua fit maior extensio nullo extrinseco adueniẽte Ita Buccaf. in primo de Gen. post t. 41.

Auctio est motus viuentis per se ad quantitatem maiorem, vt proprium terminum.

Sed non placet alijs; quia ex 5. phys. omnis motus est etiã de contrario in cõtrariũ, sed quantitati nihil est contrarium ergo nõ potest esse motus. Confirm. quia non potest esse vnus motus; nam ex 5. phys. ad vnitatem motus requiritur primo vnitas mobilis: secundo vnitas formæ; tertio vnitas temporis mensurantis; sed hic desũt omnes hæ conditiones; nam prima deficit: tum quia cum partes viuentis continuè defluant, & reficiuntur, tum non manent eædem partes; ergo neque idem totum; tum quia auctio fit ex vnione alimenti recepti inter poros mobilis, at pori non sunt continui: quia inter illos intercipitur pars solida; ergo auctio non potest esse continua ex parte subiecti, atque adeo neque vna.

4 *Ad motus vnitatem quot vnitates requirãtur.*

2. Deficit vnitas formæ: nam forma carnis v.g. quæ augetur, non est vna; nam prius debet diuidi sanguis in plures partes, quæ debent attrahi in poris; sed partes sanguinis illæ separatæ nõ sunt vnum; ergo neque partes carnis nutritæ sunt vnum: atque adeo terminus auctionis nõ est vnus.

Confirm. quia definitio non debet cõuenire alteri à definito; sed potest viuens acquirere maiorem quantitatem nutrimenti deperditi, & tamen illa acquisitio non est auctio: quia non est secundum omnem partem. Ant. prob. ex Auic. prima primi cap. de Virtutibus. Ex pinguedine acquisita à viuente in ætate consistentiæ, vel post, quando iam viuens nutritur, & non augetur.

3. Deficit vnitas temporis, quia motus, inter cuius partes intercipitur quies, non

est

est vnus atque adeo neque vnum tempus: quia sequitur motus; sed inter partes auctionis intercipitur quies, vt ostendit Auer 3.phys.6. Et 8.phys.23. quia hæc auctio fit per minima, minima autem acquirũtur in instãti: quia si successiuè, sic daretur minus minimo; sed acquisitiones in instanti non possunt continuari: quia inter duo instantia intercipitur tempus; & idem alij probant ex argumentis quibus infra probant, augmentationem non esse continuam.

Quantitas quomodo potest habere cõtrarium.

Ad hæc argumenta resp. Aduersarij. Ad primum, quantitatem accipi posse dupliciter, primo secundum se, & ita illi nihil est contrarium: secundo vt est conditio requisita ad instrumentum naturale, & ita habet contrarium; nam potest accipi vt imperfecta, & perfecta, & ita habet aliquam contrarietatem; dicitur enim imperfecta, quãdo nõ est apta ad operationes formæ, cui conuenit; perfecta autem quando est conueniens ad operationes; viuens igitur dum augetur tendit ab imperfecta quantitate ad perfectam, in qua tendentia est successio, non ratione contrarietatis propriè, sed ratione partium, quæ simul acquiri non possunt.

5 *Non deficit prima vnitas.*

Ad Confirm. resp. negando, deficere has conditiones. Ad primam prob. dicetur infra.

Sufficit vnitas subiecti primarij, quæ habetur.

Ad 2. prob. resp. in auctione esse duplex subiectum, primarium scilicet, & secundarium; illud est totum compositũ, quod totũ manet; secundarium verò sunt ipsæ partes carnis, &c. quæ augẽtur, & hæ sunt plures; Arist. autem exigit vnitatem primarij subiecti. Sed instati potest: quia primariũ nõ recipit motum augmentationis, nisi ratione partium, ergo si motus ratione illarum non est vnus, neque erit vnus ratione primarij, sed de hac difficultate infra.

Neq; deest secunda.

Ad 2. de vnitate formæ resp. duplicem esse terminum; primarium, & est tota quãtitas viuentis, quæ crescit ex illis partibus, quæ cum sit vna, vna est forma; alter est secundarius, & sunt formæ, quæ sunt in partibus acquisitis intra poros, & hæ sunt plures; & quia natura potest producere partes in ordine ad totum, ideo sufficit vnitas totius. Sed hæc habet eandem instantiam, ac superior. Ad confirmationem Resp. definitionem intelligi de acquisitione maioris quantitatis secundum omnem dimensionem, & ideo inpinguatio non est auctio: quia non est secundum omnem dimensionem, vt patet ex ijs, qui in ætate senectutis, & consistentiæ inpinguantur. An autem inpinguatio fiat in partibus spermaticis, est dubium, de quo Medici.

Ad 3. conditionem de vnitate temporis Resp. primo plures ex negantibus, auctionem esse continuam, loqui de continuitate perpetuitatis, non de continuitate vnitatis, quæ negat intercipi tempus inter vnam partem, & aliam.

Resp. 2. cum continuitas sit de ratione motus, definitur ab Arist. quod sit actus entis in potentia, vt est in potentia, ita illi, qui cum Arist. dicunt auctionem esse speciem motus, debent dicere esse continuam.

Resp. 3. Auctionem, quæ est v.g. per annum non esse continuam: quia esset necessarium vt quælibet pars acquisita responderet partibus temporis, quod non est verisimile, vt si v.g. per annum acquisita sit quantitas dig[i]tális, vt bene Themistius: quia necessario illi quantitas est acquisita pluribus auctionibus inter se non cõtinuatis, sed singulæ fuerunt continuæ in se. Neque acquisitio per minima potest probari: quia minus minimo negatur existere seorsim ab alio, at nõ de coniuncto cum alijs partibus, qualis est acquisitio quanti per auctionem. Præterquam quod horum minimorum in rebus homogeneis habẽtibus diuisionem necessitas, non omnibus probatur. Sed de hac difficultate fusius in lib. de anima.

DIFFICVLTAS II.

An vnitas numerica viuentis sit necessaria ad auctionem.

Respondet affirmatiuè Aristoteles 1. de de Gen. t. 33. & ratio: quia vnitas subiecti exigitur ad vnitatem motus ex 5. phys. auctio autem est motus. 1

Sed contra: quia partes viuentis ex vi caloris naturalis perduntur, & separantur ergo partes eædem numero, quæ erant in pueritia, non sunt in adolescentia, ergo neque est idem numero totum, quod est necessario ex ijsdem numero partibus.

Respondet primo aliqui cum Auer. hic Com. 38. D. Th. 2. d. 30. q. 2. & apud ipsũ Alex. & videtur sumptum ex Alb. in sũma de homine, & Theophrasto lib. de plantis c. 14. manere idem numero, non secũdum omnes partes, sed secundum formam, & secun-

secundum materiam primogeneã contractam ex seminibus, quæ durat vsque ad finem, sed non manere materiam nutrimentalem, quæ aduenit, nisi per æquiualẽtiam, quatenus corruptioni vnius succedit alia. Hinc Theophrastus: quia putat radices continere illam materiam, ait arborem manere eandem numero: quia manent eædem radices. Hinc Arist. lib. de breuit. & longitud. vitæ docet principalẽ partem arboris esse eandem, quæ est inter radices, & ramos.

2 Hæc Resp. habet duas partes, vnã quoad vnitatem formæ; alteram quoad vnitatẽ materiæ primogeneæ: prima reijcitur infra: hic de secunda: nam primo: quia calor naturalis est agens necessarium, atque adeo agit in materiam sibi approximatam, capacem suæ actionis, sed illa materia, quę dicitur etiam humidum radicale, est capax actionis illius: quia est eiusdem speciei cũ humido nutrimentali: quia vtrumque est ex sanguine menstruo: nam infans in vtero illo nutritur, vnde illud; illis nutrimur quibus cõstamus. Tũ quia si agit in humidũ nutrimẽtale, magis agit in humidũ radicale; tũ quia illud est magis humidum, & ideo minus capax calefactionis; tum quia calor naturalis est magis intrinsecus humido radicali, cum sit proprium caloris subiectũ.

Nutritio est necessaria ob calorem resoluẽtem humidum radicale.

2. Quia si calor non resolueret humidũ radicale, non esset necessaria nutritio: quia hæc ordinatur ad supplendas partes humidi radicalis deperditas; imo hinc sequeretur, homines esse immortales: quia moriũtur ex defectu humidi radicalis, in quo conseruatur calor naturalis: quod si dicatur, requiri propter auctionem, vt acquiratur perfectior quantitas, necessaria ad operandum: tum contra: quia deficiente auctione, non amplius egeremus cibo &c.

3. Quia humidum radicale, vel est in parte determinata corporis, & non: tum quia non est maior ratio &c. tum quia esse deberet vbicumque est vita animalis; vel per omnes partes diffusum, & nequeiquia tam parua quantitas materiæ non potest diffundi per omnes partes proceri animalis, & multo minus arboris &c. Aresius q. 34. sect. 3. qui sequitur hanc opinionem, putat in humido radicali esse partes diuersæ rationis, & quidem humidiores resolui per auctionem caloris naturalis, sicciores vero, & solidiores semper manere, & ratione illarum dici manere idem numero à principio ad finem.

Sed non placet: tum quia partes illæ nutriuntur, ergo sicciores resoluuntur; tum quia calor naturalis resoluit cibos sicciores, & solidiores, ergo &c. cum enim sit agens naturale, non retinet actionem quoad partes sicciores humidi radicalis, & non quoad partes similes &c. ciborum: tum quia in pueris non potest esse tanta siccitas, quin sint magis humidæ, quam aliæ, quæ calori proponuntur, præsertim ob paucitatem quantitatis illarum partium, vt facilè patet ex cõparatione quantitatis, quæ est in ortu ad quantitatem, quæ acquiritur per totam vitam, ad quam dispergi debet humidum radicale. vide Conciliatorem differentia 3.

Resp. 2. alij ad principale, concedendo omnes partes materiæ fluere, sed dici manere idem numero ratione formæ, quæ eadem numero manet. ita Alb. D. Tho. Vgo Senensis 5. phys. Buri. Egid. & Pompon. & tribuunt Philop. primo auctori apud Baccaf. & Alexand. nam eadem anima deficiente materia contrahitur, & apposita materia extẽditur ad illam informandam; neque hæc perfectio conuenit omnibus formis dependentibus à materia, sed solũ animarum generi: & hinc negatur augmẽtum ignis per lignorum applicationem esse iterum auctionem; quod si illis obijcias Aristot. negantem migrationem cõtra Pythagoram de vna materia in aliam. Resp. Aristotelem loqui de migratione totali, nõ autem de partiali; præsertim cum hic anima nõ desinit esse in materia antiqua, sed acquirit nouam, & ideo non est migratio, & hoc significat Aristot. per illa exempla mensuræ, & vasis, quæ manent variatis ijs, quæ continentur: & sensibiliter manet idẽ fluuius ratione riparum, & alueí continẽtis aquas, & Philop. vtitur exemplo vmbræ, quæ est in aqua fluente. Ex his alij ponunt hæc conuenire animæ diuisibili; alij solum indiuisibili, quales putant D. Thom. & alij esse animas perfectorum animalium.

3 *Secundum alios omnes partes materiæ fluũt & dicitur idem ratione formæ.*

Sed non placet, primo: tum quia indiuisibilitas animæ, quæ supponitur in animalibus perfectis est falsa, vt alibi ostendemus. Tum quia nõ effugit difficultatem in auctione plantarum, etiam insectorum animalium, in quibus anima est secundum omnes diuisibilis, ex Aristotele de long. & breuit. vitæ. & 3. de part. animal. cap. 10.

2. Quia etiamsi ponatur indiuisibilis, adhuc manet difficultas, qua ratione eadem

eadem numero variata materia, ex qua pẽdet, quoad existentiæ conseruationem.

Conseruari potest à materia.

Sed facilè dici potest, si dicatur conseruari à materia, quæ manet: quia in illa est sufficiens virtus illam conseruandi, vt patet: quia genita est ex semine, quod est materia minoris quantitatis, ergo etiam poterit cõseruari à materia, quæ manet: nã aliud est, esse virtutem adæquatam quoad sufficientiã, aliud quoad perfectionem status: vt alibi explicaui.

4

3. Alij probant ex transmigratione ex vna portione materiæ ad aliam, quoad informationem, & licet dicatur ab Aristot. negari transmigrationem à totali materia ad aliam totalem, non autem à partiali ad partialem: patet ex anima rationali: quia cum anima sensitiua sit dependens à materia, qualis non est anima rationalis, non potest mutare informationem, nam est inseparabilis à materia, quam informat: alioqui posset habere operationes independẽtes à materia, sicut habet anima rationalis. Sed hoc argumentum non vrget: nam cum pendeat sufficienter ab alijs partibus, non poterit habere operationes independentes à materia: quia non est omnino abstracta à materia aliqua, nec potest existere sine informatione alicuius materiæ; quare cum existat, poterit informare nouam partem materiæ: q. a mutatio informationis partialis non repugnat formæ indiuisibili: ita dicitur de rationali.

4. Alij probant ex motu locali necessario, vt possit informare nouam materiam: nam cum informatio exigat indistantiam seu præsentiam inter formam, & materiã, & hæc prius non erat: quia erat in spatio materiæ proximæ, & inde debet transire ad spatium, vbi nunc est materia noua, quæ est informanda; hoc autem non potest intelligi sine mutatione spatij, atque adeo sine motu locali.

Anima corruptibilis nõ hẽt vim motiuã absque organo.

Sed anima corruptibilis non habet vim motiuam absque organo: ergo secundum se, & non informando materiam, non potest moueri localiter, seu acquirere nouam præsentiam ad spatium. Neque dicas, moueri per accidẽs, ratione corporis: nam vel mouetur ratione materiæ corruptæ, & nõ: quia quod non existit, non potest moueri; vel ratione materiæ, quam de nouo informat, & neque: quia coexistentia præsentiæ ad idem spatium prærequiritur ad informationem, ita & motus, quo acquiritur præsentia. Neque afferatur instantia ex noua informatione animæ rationalis: quia hæc non indiget organo corporeo, vt se moueat.

Soluunt primo aliqui cum Albert. Vgone Senensi, vt refert Buccaf. non esse necessarium ad præsentiam formæ cum materia, aduenire motum localem; nam illa dum corrumpitur perdit cum sua forma quantitatem, & sic se penetrat, cum materia remanente, quę cum sit informata, illius forma est præsens materiæ per penetrationem aduenientem, & ideo potest illam informare; ex qua informatione resultat noua quantitas in vtraque materia, remanente complexione qualitatum, per quam sũt in diuerso spatio, neque ad hoc exigitur aliqua virtus motiua localiter: quia sufficit motus quantitatis, per quam accedit ad aliud spatium ob incompossibilitatem in eodem spatio cum alia materia quanta; neque est variatio informationis de materia in materiam: quia est per incorporationem vnius materiæ intra aliam.

Materia spoliata forma, & quãtitate non potest à se moueri.

Sed hoc modo, licet ostendat quomodo forma sine eius motu sit præsens materiæ alimentarij: tamẽ habet maiorem difficultatem, dum ait, materiam spoliatã forma, & quantitate incorporari, & se penetrare cum materia præexistente: nam illa incorporatio non potest intelligi sine mutatione à spatio, in quo erat prius, ad spatiũ in quo est materia cũ qua penetratur: quia non potest materia sic spoliata à se moueri: quia omne mobile debet esse ens in actu.

Posset dici, illam incorporationem causari ad motum, quo destituitur quantitas: nam sicut hæc efficiebat, vt duæ portiones materiæ essent in diuersis spatijs, ita illa altera se penetrant in eodem spatio. Sed contra: quia aliud est, posse esse in eodem spatio; aliud actu esse: at per ablationem quantitatis habetur primum, non tamen secundum: quia hoc exigit aliquam operationem positiuam.

2. Displicet, dum ponit manere in carne formam, cum dispositionibus qualitatiuis, sine quantitate: nam anima non minus requirit materiam dispositam per qualitates, ac per quantitatem, & figuram: & præterea qualitates corporeæ nõ possunt naturaliter existere in subiecto sine quantitate.

3. Quomodo formæ pars eadem potest pendere à duabus portionibus animæ, cum vtraque sit causa adæquata? Quod si dicant formæ partem, quæ informabat præcedentem

tem

tam resolutam, informare materiam additam, concedere debet manere partem formæ corruptibilis sine subiecto. Sed de hac ratione, an habeat vim, alibi examinabitur.

Respond. 2. pro hoc modo Pomp; non esse necessariam incorporationem prædictam, sed sufficere, vt pori sint positi iuxta partes carnis, hoc modo: nã attracto nutrimento in poros, ibi primo sanguis spolistur forma, & sua quantitate, 2. corrũpitur quantitas carnis à nutrimento per suam reactionem in carnem, manente tamen complexione, & forma: tertio generatur noua quantitas in materia addita maior vel minor deperdità. Sed hæc opinio habet primo difficultatem propositam; secundo, qua ratione possit corrumpi quantitas à nutrimento, cum nõ agat nisi per qualitates primas, 3. ex Arist. auctio non fit per generationem nouæ quantitatis, sed per vnionem quanti præcedentis. Alia argumenta affert Buccaferreus, sed hæc sunt præcipua.

6 *Quomodo id, quod augetur, maneat idem numero.* 3. Alij concedunt, non manere idem numero metaphysicè, & secundum rem, sed manere idem secundum vulgi existimationem: nam cũ secundum sensum nõ appareat diuersitas, vulgus sequens sensum, iudicat esse idem numero: causa autem cur non appareat diuersitas est: quia auctio fit paulatim, & per similium additionem, & cum sit similitudo secundum figuram sensus non aduertit differentiam: & hoc est, quod aliqui dicunt manere idem per æquiualentiam. ita Scotus 4. d. 44. quæst. contra Henr. sequuntur Marf. Burl. Petr. Mant. Buccaferr. fol. 78. eadem ratione qua dicitur idem fluuius, & populus, & nauis, etiam dum refectione indiget. Sed contra illam objiciunt primo authoritatem Aristotelis, dicentis carnem augeri non secundum materiam, sed secundũ formam: quia forma permanet; at in hac sentẽtia, nec materia, nec forma permanet, nisi secundum æquiualentiam. Respon. Buccaferr. concedendo vtramque variari, sed non eodem modo: quia materia variatur, & fluit per se, cum calor naturalis in illã agat per se, sed forma per accidens: qa per se maneret, nisi flueret materia, in qua est: nam actio caloris non est per se ad formæ resolutionẽ, sed materiæ. Et ratio: quia calidũ naturale nõ agit p se ad destructionem sui; & hoc intendit Aristoteles, nam Philosophorum est attendere ad ea, quæ perse sunt, non ad ea, quæ per accidens.

At replicabis, ibi comparatur anima vtri; at hic manet idem metaphysicè. Resp. in exemplis non requiritur in omnibus similitudo, sed satis est, si sit in aliquo: vnde sicut vter mensurans manet, ita forma, sed non eodem modo: quia vter manet per se, & per accidens; forma vero per se, & non per accidens, & idem dicit de exemplo, quod affert philosophus .f. manere eandem figuram, & imaginem per se, & per accidens variari per fluxum aquæ.

Secundo objicitur experientia, quia canis Vlyssis per viginti annos conseruauerit imaginem Vlyssis, cum eum agnouerit post reditum, at illa imago non potuit transire de subiecto in subiectum, ergo semper remansit idem subiectũ numero metaphysice. Neq; dicas illam imaginem conseruatam fuisse in anima canis: nam illa simul cum materia mutata fuit, cum forma corruptibilis corrumpatur corruptione subiecti. Et eadem difficultas est, si dicatur recipi in organo, siue sit cerebrum, siue cor, vel si dicatur recipi in spiritibus: quia omnia hæc in brutis mutantur sm partes. Resp. Buccaf. species existẽtes in vna parte producere alias in parte adueniẽte; sed cõtra primoiq; a in ea mẽsura in qua aduenit noua pars, iã pars præcedens est corrupta; atque adeo species, quæ erat in illa, atque adeò non potest producere aliam speciem; secundo: quia species etiamsi sit productiua actus, nõ tamen est corruptiua speciei.

Respond. pro Buccaferr. in cognitione non solum esse speciem impressam ab obiecto, sed etiam impressam ab actu, cum non solum recordemur obiecti, sed etiam actus; hę autem species siue sint in potentijs animæ, siue in organis, siue in vtrisque, sunt diffusæ, & informant totam illam materiam; illa autem materia ex vi nutritionis non tota simul deficit, sed paulatim, & illo modo restauratur, atque adeò species manent in alis parte organi, quæ producunt nouam speciem in parte addita organo, atq; adeò hoc modo conseruatur species. Vnde patet solutio ad primam instantiam, adductam contra Buccaferr. Ad secundam Respond. speciem producere speciem: probat Buccafer. ex imaginibus, quæ producunt in speculis: nam vna producit aliam in speculo sibi oppo- 7 *Qualis species sit in cognitione.*

 sito,

sito; tum probaret ex memoria obiectorũ, quæ manet etiam in brutis: tum etiam probari posset ex speciebus actuum circa obiecta, qui cum in brutis renouentur, renouantur etiam eorum species: sed de hac re in libris de Anima.

DIFFICVLTAS III.

An ex vi auctionis, qualibet pars augeatur?

RESpondetur affirmatiuè, ex Aristotele primo de generatione tex. 32. quomodo fiat, non conueniunt: nam primo Mirfinus docet, partem porosam & nutriri, & augeri; quæ verò non est porosa, illam nec nutriri, nec augeri: quia non potest suscipere illud nutrimentum, ob impenetrationem corporum, vt sunt ossi, cartilagines, & cætera. Sed non placet alijs, primo contra experientiam, qua videmus ossa, & cætera huiusmodi augeri: secundo contra rationem: quia pars porosa constat ex poro, & carne solida; porus autem non nutritur, nec augetur, sed recipit nutrimentum, quo pars solida circumstans nutritur, & augetur: tum quia non explicat, qua ratione pars minor minima quam vocãt simplicem, non augeatur ad minus in duplo, alioquin, non quælibet pars simplicis partis augeretur.

At verò Buccaferreus ex Auer. in tex. 35. exponit, Arist. loqui de parte sẽsibili, idest minimo naturali, non autem de intensibili, quæ est pars minimi, & dicitur pars simplex: nam hæc non augetur immediatè. Neq; tamen sequitur, quod pars minima, seu sensibilis augeatur ad æqualitatem: quia alimentum, quod apponitur est minus minimo: nam hoc existere potest cõiunctum cum minimo, quod per se, & seorsim existere potest: in qua opinione dicendum est, minimum seu sensibile alimentale esse minus, quam minimum, & sensibile carnis: quia illud separatum ab alijs partibus, est multo minus, quam minimum carnis, quod augetur: quia alioqui si esset æquale, semper auctio esset secũdũ æqualitatem: ex quo soluitur dubitatio sumpta ab infinitate partium: non enim auctio fit secundum omnes partes distributiuè sumptas: quia cum auctio exigat poros in re, quæ augetur, deberet esse tota res porosa, & carere partibus solidis.

Difficultas solum est, qua ratione alimentum moueatur ad partes, quæ sunt nutriendæ, & augendæ: nam cum partes nutriendæ sint ad omnes differentias positionis ipsius nutriti, necesse est, vt alimentum moueatur ad illas superiores, & inferiores, at nutrimento propter sui grauitatẽ repugnat ferri sursum v.g. ad caput, & brachia.

Respondet Auer. 7 Phisicorum 10. motum illum partim esse naturalem, partim violentum, sicut est motus ferri ad magnetem: est quidem naturalis ob propriam qualitatem sanguini impressam à calore naturali, per quam mouetur sanguis ad membra: est etiam violentus: quia contra inclinationem sanguinis ob sui grauitatem. Sed non placet Drusiano 3. Teghni com. 60. tum quia frustra natura dedisset villos longitudinales, quorum munus est attrahere nutrimentum ad membra: tum quia experientia constat, nutrimentum moueri ad stomachũ, ad hepar, & ab hepate ad cor, sine qualitate impressa: qua adhuc non est sanguis, ergo similiter mouerẽ potest sanguis ad membra, sine virtute impressa: tum quia ad eandem virtutem spectat media, ad quam spectat finis, sed conseruatio indiuidui spectat ad virtutẽ nutritiuam, vt eius finis: ergo distributio nutrimenti ad membra propter partes deperditas, vt medium ad conseruationem spectat ad virtutem nutritiuam, quæ medijs suis instrumentis distribuit sanguinem in membra.

Respõdet 2. Drusianus, ex Galeno primo de virtutibus naturalibus, & ex Auicẽna 2. part. suæ sufficientiæ cap. primo, motum illum esse naturalem ex parte agẽtis; quia fit ab anima per sua instrumẽta, quæ est natura viuentis; esse verò violentum ex parte mobilis, scilicet nutrimenti ratione suæ grauitatis, sicut dicitur de saltu animalis, qui est naturalis ex ratione mouentis, licet violentus ex parte corporis grauis. Et ego addo, hęc oĩa inferiora, quibus nutritur, & augetur natura animalis, & hominis, sunt subordinata eorum perfectioni, & ideo illi motus non debent dici omnino violenti etiam ex parte mobilis, de qua re alibi.

2. Quia non apparet id, quod augetur: quia pars præexistens manet tantæ quantitatis, quantæ erat prius, totum resultans cum non præexistat auctioni, non potest dici augeri. Respondeo partem præexistẽtem augeri, non quidem per intus susceptionem

ptionem, sed per iuxta positionem, per alimentum receptum in suis poris, & conuersionem illius in substantiam viuentis: & quia calor naturalis plus alimenti conuertit aliquando, quam sit pars deperdita, ideo pars præexistens augetur. At instabis, alimentum non potest esse maius, quam sit capacitas pori, at porus est tantæ quantitatis, quanta est quantitas substantiæ deperditæ, ergo. Respondetur negando pori quantitatem esse tantam, quanta fuit pars resolutæ: nam calor naturalis illum rarefecit, vt plus nutrimenti recipiat, quam fuerit resolutum, licet hoc non sit semper necessarium: quia non semper in qualibet nutritione est auctio: neque ex vi rarefactionis sequitur resolutio alicuius partis substantialis; imò rarefactio non sequitur ad quamlibet calefactionē, sicuti nec condensatio ad frigefactionem: dubitari potest, quomodo fiat illa distributio nutriméti in partes corporis, per minimasne partes, an verò per minores? sed de hac re in libris de anima iterū videantur doctores præcipuè Buccafer. post tex. 42.

DIFFICVLTAS IV.

An auctio fiat secundum formam, & non secundum materiam.

RESpondet Aristoteles t. 35. fieri secūdum formam, non secundum materiam: quia materia fluit per euaporationem, manente eadem figura, sicut manet eadem figura vasis mensurantis aquam, & alios liquores.

Sed contra hanc doctrinā primo obijcitur: quia additio fit per quantum ad quātum; sed esse quantum per se conuenit materiæ, & ratione materiæ conuenit formæ, ergo auctio fit ratione materiæ per se, & per accidens ratione formæ. Minor prob. quia quantitas est passio materiæ; tum quia forma vt det esse essentiæ, debet esse indiuisibilis, sicut est essentia.

Confir. quia ratio qua Aristoteles probat fieri ratione formæ, supponit falsum; nam ait ideo id esse: quia forma manet, materia vero fluit, sed non potest manere forma fluente materia; tum quia forma, cum sit dependens à materia est ab illa inseparabilis: tū quia si maneret, transiret de tota materia in totam aliam materiam: nam sicut forma carnis v. g. migrat de materia præcedente in sequentem, ita posset de tota in totam: quia eadem est ratio partis ad partem, & totius ad totum.

Confir. 2. Quia magis est variabilis forma, quā materia: quia hæc cū sit incorruptibilis semper manet sub vtroque termino in quacumque mutatione, vt patet ex physicis, & sumi potest ex Aristotele 1. de Gen. t. 37. vbi tam in homogeneis quam heterogeneis ponit compositionem ex materia, & forma, vt patet ex cadauere, formā perire, & manere materiam: quod probat ex organo viuente, quod perdit suas operationes, atque adeo principium illarum, & hoc idem dicendum de carne homogenea, licet defectus formæ clarior sit in heterogeneis .i. oculo, quam homogeneis .i. carne: quia in his operatio non erat ita manifesta.

2. Quia si id, quod augetur debet manere idem à principio auctionis ad finem, non potest manere forma fluente materia: quia variata materia, variatetur totum, atque adeo non esset v. g. eadem caro, quæ prius erat: quia variata vna parte compositi essentialiter variatur totum compositū.

3. Quia materia, quæ fuit in viuentibus à principio, est humidum radicale, quod habetur ex vi seminis. Sed hoc idem perseuerat vsque ad finem, vt patet ex cicatricibus, & similibus accidentibus, quæ habent in pueritia & perseuerant vsque ad mortem.

4. Quia auctio fit per vnionem duorum corporum ex Aristotele text. 39. quia coniungitur nutrimentum cum nutrito. Sed vnio duorum corporum fit ratione quantitatis, & corpora non sunt quanta, nisi ratione materiæ.

Resp. primo Alex. apud Auer. hic, & Petrus Mantuanus tr. de primo, & vltimo instanti apud Buccaf. in t. 38. Aristot. doctrinā esse simpliciter falsam: nam ipse non est loquutus secundum propriam opinionem, sed secundum opinionem vulgi, qua apphēditur earū rerū figura, & ea illa iudicat de essentia rerum, vnde videntes eandem figuram, putant esse idem numero vt fluuius dicitur idem ratione continentis, & ratione æquiualentiæ, & similiter dicitur eadem res 1. secundum formam, & per æquiualētiā. Vnde ipse existimat nō manere idem numero indiuiduum à principio vsq; ad finem: quia variatur continue, tam secūdum materiam, quam formam, vt probant argumenta posita; quare Heraclitus negabat

bat eundẽ equum ingredi, & exire eundẽ fluuiũ. Confir. Alex. quia Arift. non probat hanc doctrinam rationibus demonftratiuis, fed Rhetoricis. f. tum exemplo menfuræ, quæ eft eadem variato menfurato, ita manet eadẽ forma, variata materia fluenti.

Tum exemplo vtris, qui manet idem, etiamfi impleatur varijs liquoribus. Et licet Auer. reprehendat Alexandrum, dum imponit primo magiftro, docere aliquid fine demonftratione, tamen non oftendit demonftrationem, qua vfus eft primus magifter, neq; ipfe aliã adducit fortiorẽ, fed debiliorẽ. Refp. 2. Auer. hoc arg. procedere ex falfa intelligentia mentis Arift. nam propofitio illa tripliciter poteft intelligi, primo terminatiue, vt fenfus fit, caro augetur fecundum formam, ita vt ipfa augeatur, & terminet auctionem, & ita eft falsa: nam quantitas terminat auctionem, non forma; nec eft ad mentem Ariftot. vt falfo putauit Alex. nam ex hoc fenfu auctio vel effet additio quanti ad quantũ; vel effet penetratio quantitatum: quia aliter nõ poffet augeri, nifi ratione quantitatis penetraret aliud. 2. effectiue: q. a auctio effectiue procedit ab anima, quæ eft forma: & fic dicitur effe fecundum formam: nam in auctione requiritur vnio alimenti cum viuente,
3 hæc autem fit ab anima, quæ attrahit nutrimentũ conuerfum à fe in fanguinem intra poros viuentis, & ibi conuertit illud in carnem, os, neruos, &c. affimilãdo illa mẽbris, & hinc fit vnio, & vt fiat attractio nõ exigitur, vt attrahens fit fluidum: nam fufficit attractum effe fluidum, & ita os attrahit fanguinem fibi affimilatum. 3. Paffiuè, & fic etiam eft fecundum formam: nam hæc auctio non eft conferuatio quanti ad quantum, vt in aceruo lapidum, & additione aquæ ad aquam, fed eft actus vitalis paffiuus, qui conuenit viuenti, quod licet fit compofitum ex materia, & forma, tamen conftituitur in ratione viuẽtis, fecũdũ quã eft capax auctionis, per formã. Dices 1. Vnde oriuntur pori? Refp. ex vi animæ calore naturali refoluẽtis aliquas partes membrorum: nam ex illa fequuntur pori non vacui, fed pleni aerea quadam fubftãtia, quæ excluditur adueniente alimento.

Vnde oriantur pori?

Dices 2. Quomodo ratio Ariftot. quæ probat auctionem fieri ratione formæ ex eo, quod in auctione debeat manere idẽ, fit vera.

Refpond. Auer. Ariftotelem non negare viuens augeri fecundum partes materiales; fed ait augeri fecundum formam, non fecundum materiam. Quia materia non permanet, fed continuo fluit; formæ autem per fe permanent, licet per accidens fluant ratione materiæ: quia inquit declarauit, 4
quod de rõne eius, quod augetur, eft quod maneat; forma autem iftius minimi per fe permanet, licet per accidens fluat fluxu materiæ.

Ex his foluuntur argumenta Alex. Nam additio poteft confiderari dupliciter. Primo ex parte rei additæ, & fic eft quanti ad quantum. Secundo ex parte addentis, & fic eft formæ, efficientis additionem.

Ad confir. Refp. illam rationem habere vim ex eo, quod id, cui fit additio, eft viuens, quod conftituitur per formam: & licet materia fluat, & anima corruptibilis cũ materia, tamen femper manet viuens; & addo: quia cum inter formas viuentes fit anima rationalis, quæ femper manet, merito Ariftot. ait materiam, non formam fluere: nam ficut auctio conuenit viuenti vt fic: fic inter formas viuentes eft forma, quæ non fluit, cum tamen materia in omni viuente fluat.

Ad 2. confir. ibi materiam non accipi pro prima, fed pro materia fecũda, quæ habet difpofitiones ad formam, & componit viuens: nam ex vi caloris naturalis partes membri alterantur, rarefiunt, & refoluũtur; & in locum alia pars fanguinis ex alimento. fubftituitur, maior vel minor, iuxta virtutem conuerfiuam in fubftantiam viuentis.

Ad 2. Refp. fupra dictum eft, quo fenfu dicat, quod augetur manere idem.

Ad 3. de humido radicali an maneat? infra conftabit.

Ad 4. fieri quidem auctionem per vnionem duorum corporum, non quomodocunque, fed ex vi virtutis viuentis, & cum corpore viuẽte attrahẽte fibi id, à quo augetur. Hæc dixi in gratiam Arift. iuxta explicationẽ Auer. Sed an illa explicatio fit ad mentem Ariftot. examinabitur infra: nã pendet ex mente Arift. quid intelligat per partes formales, quid per materiales.

Auctio fit per vnionẽ duorum corporum.

DIFFICVLTAS V.

Quid Ariftoteles intelligat per partes formales, quid per materiales, dum dixit auctionem fieri fecundum formam, non fecundum materiam? 5

Pri-

PRima opinio Alb. quem sequitur Cõcil. diff. 56. 57. dicentis, partes formales dici partes heterogeneas; materiales vero dici homogeneas; tum quia cum hæ sint partes heterogeneorum, habent rationem materiæ; tum quia similares non habent propriam figuram, quam vendicãt dissimilares, seu organicæ, at figura arguit formam; tũ quia operatio est ab anima, sed est ab illa, ratione partium organicarum, vt patet. Quod si illis objicias, dissimilares augeri ratione similarium, ergo hæ primo augentur. Resp. Aristotelem loqui de auctione viuentis, in hoc autem necessarium est, quamlibet partem dissimilarem augeri, non autem quamlibet similarem: quia potest augeri manus, non aucto neruo, & ideo ait auctionem conuenire ratione formalium tantũ, scilicet necessario, & per se ex intentione naturæ.

In auctione viuẽtis quælibet pars dissimilaris augetur.

2

Sed non placet alijs, quod sit contra mẽtem Aristotelis, dicentis omne corpus naturale diuidi in partem materialem, & formalem: & ponitur exemplum in carne; at secundum hanc expositionem talis diuisio non cõuenirer omni corpori naturali: quia non omne est compositum ex organis, & partibus dissimilaribus.

Sed Resp. ex doctrina Scoti in 4. d. 4. q. 1. Aristotelem æquiuoce vti his terminis: quia cum ait, auctionem fieri secundum partes formales, non materiales, nomine partis formalis intelligit, quæ potest habere proprias operationes, vt sunt organa, & instrumenta operationum; partes autem materiales vocat partes illas, quæ nõ possũt habere proprias operationes, nisi in toto. At vero cum in auctione dixit, partes formales manere, non autem materiales, nomine partis formalis intelligit, quæ certa periodo manent, quæ vere fluunt, & refluunt, vocat materiales.

Sed contra: quia termini propositionis assumpti ad alterius probationem, debent nõ æquiuocè, sed simili modo accipi, alioq esset in syllogismo quatuor termini, sed Aristoteles probat auctionem fieri secundum partes formales, & non materiales: quia formales manent, & materiales fluũt, ergo.

3

Secunda opinio aliorũm, per formalem intelligi minimũ viuentis v.g. carnis, quod seorsum sumptum viuere potest, contra p materialẽ intelligi partes illius minimi. ita Mars. 1. de Gen. Egid. & Caiet. 5. phys. & alij latini: nam cum in illo minimo sint partes porosę, possunt augeri, non sic autem omnes materiales.

Sed non placet alijs: nam t. 35. ait, auctionem fieri secundum partem sensibilẽ; hic autem minimum materiale diuidit in partem formalem, & materialem, ergo nomine partis formalis non intelligit minimum viuentis 2. quia si minimum est porosum, tunc minus minimo seorsim existeret: quia minimo desũt omnes illæ partes, quæ occuparent poros.

Tertia opinio est aliorum negantium, ab Aristotele dici illa verba s. auctionem fieri secundum partes formales, & non materiales; sed viuens augeri secundum formam, non secundum materiam: quia materia non permanet, sed continuò fluit, forma autem manet s. per se, etiamsi per accidens fluat ratione materię: at materia per se fluit: & non loquitur de partibus formalibus, vel materialibus minimi. ita D. Th. Philop. Auer. & alij apud Buccaf. & licet nutriti auctio ordinetur ad restaurandas partes deperditas, quæ constabant ex materia, & forma, atque partes restaurãtes debeãt similiter constare ex mteria, & forma; tamen dicitur fieri secundum formam: quia illius conseruatio intenditur. Hæc ex alijs, cætera in lib. de anima.

DIFFICVLTAS VI.

An id, quo viuens augetur debeat ab extrinseco aduenire?

REsp. affirmatiuè; quia per hoc distinguitur auctio à rarefactione: quia in hac est maior extensio, nullo ab extrinseco adueniẽte; at auctio non sic; qa est necessarium alimentum, quo fit auctio; sed quia non potest explicari auctio sine aliqua rarefactione, ideo de illa dicendum esset, sed quia longam exigit disputationẽ, ideo infra de ea fuitus.

Auctio non potest explicari sine aliqua rarefactione.

Summa eorum quæ Aristoteles docet de actione, & passione.

1

POst alterationem, & augmentationem merito Aristot. agit de act. & passione: quia hæc vel sunt ipsamet alteratio, vel non sine alteratione. Agit Aristoteles de actione in prædicamentis, vt explicet numerum prædicamentorum. 2. 5. met. c. 21. vt explicet nomẽ passionis 3. in 3. phys. 17. vt

17.vt explicet motum, in primo de gener. à t.43. ad 82. Nam cum ibi vellet agere de mixtione, agit de elementis, quæ sunt materia mixtorum: & quia hæc mutua actione inter se agũt, tractat primò de actione, & passione: & quia actio fit per contactum, agit etiam de tactu; quod ostendit esse consentaneum omnium antiquorum opinionibus: nam omnes actione, & passione vsi sunt, vnde rectè inquit, dicebat Diogenes, si non essent omnes, ex vno scilicet subiecto, non esset actio, & passio mutua: vnde concludit ea, quæ inter se mutuo agunt, habere subiectum commune, licet hoc non sit in omnibus, quod forte dicit propter cælũ, quod non repatitur; & quia nulla potest esse propria actio, & mixtio, vbi nõ est tactus, ideò t. 44. agit de tactu, de quo 1. docet; quid significet: nã propriè est inter ea, quæ habẽt positionem, & locum: vnde mathematicis corporibus debetur etiam locus: nam inquit, Tolet. locus simpliciter debetur ratione quantitatis, vt autem habeat has, vel illas conditiones, debetur corpori, vt quale est; vnde ea propriè se tangunt, quorum distinctis magnitudinibus simul vltima sunt. Secundo ea se tangunt, quæ præter hæc, sunt motiua, & mobilia ad inuicem. Tertio quando non solum sunt discontinua habentia positionem, extrema simul, & sunt motiua, & mobilia, sed etiã sunt actiua, & passiua, idest secundum qualitates alteratiuas; vnde distinguit mouens in id, quod mouet, & non mouetur, & quod mouendo mouetur, idemque ait de faciente, quod est inferius ad mouens, vt colligit ex opposito faciente, scilicet patiente: nam passio dicitur secundum qualitates tertiæ speciei: vnde triplex tactus, primus eorum, quæ positionem habẽt, & dicitur mathematicus: secundus eorum, quæ mobilia, & motiua; tertio eorum, quæ actiua, & passiua, & hi dicuntur physici, ex quibus primus dicitur mathematicus, quia sequitur quãtitatẽ, et necessarius ad physicum, et omnium simplicissimus.

2 *Tangens, et tactum varijs modis se habet.*

2. Docet quomodo se habeat tangens, & tactum. Primo quod tangens frequentius tangitur: quia sensibilia mouent, dum mouetur. secundo aliquando tangit, sed non tãgitur physicè scilicet: quia est materialiter vel quia materia diuersa rationis: Tertio quæ sunt eiusdem generis, vel materiæ, tunc est mutuus tactus: vnde si quid immobile manẽs, tanget, & non tangetur, vt tristis mouet nos, et is à nobis non mouetur.

Sententia antiquorũ cõtra actionẽ, passionẽ.

3. à t. 46. ad 49. refert sententias antiquorum, quæ videntur contraria circa agere, et pati. prima, quod actio semper fit inter dissimilia: quia similia sunt æqualia, non igitur esset ratio, cur vnum magis ageret, quam aliud. 2. Democriti. qui solus dixit, simile agere in simile, vnde oppositũ in oppositum ratione similitudinis agit; orta est hinc, quod cum vtrumq; concurrat ad actionẽ, scilicet similitudo, et dissimilitudo, ipsi vnum tantum acceperant, cum debuissent vtrumque accipere, vt ipse probat, primo contra secundam, quod non esset maior ratio, cur vnũ sit agens etc. tum: quia agere posset in se ipsum, vnde nihil esset incorruptibile, et indiuisibile, vnde nititur actio alicui diuisibili 2. contra primam: quia non patitur ab omnino diuersis, non enim linea patitur ab albedine, nisi per accidens, idest quatenus coniungitur cum altero contrario, et actio est inter contraria, hæc autem non sunt omnino diuersa, cum habeant idem subiectum.

3

4. à t. 50. ad 56. explicat naturã agere, & pati, et primo actionẽ esse inter similia genere, sed dissimilia specie, vt in diuisione probat: nam agunt, et patiuntur contraria, vel subiecto habentia contrarium, & per genus intelligit materiam, per speciem formam, quæ in materia existit. Vnde cum contraria sint huiusmodi, actiua, et passiua ad inuicẽ debere esse contraria; vnde concludit omne agens agere, vt assimilet sibi passum; & sic conciliat antiquos: nam qui actionem dixerũt esse inter similia, respexerunt subiectum; qui inter dissimilia formam.

2. T. 53 secundum Phyl. determinat quæstionem, an omne agens repatiatur? vnde distinguit duplex mouens, alterum primum, et remotum, alterum vltimum, et proximum effectui, et similiter distinguitur faciẽs; vt sanitatis primũ est medicina, vltima potio. Vnde in mouentib. primo, nõ oportet, vt mouendo moueãtur, et patet de primo omnium: proximum verò semper mouetur; et idem ait de faciente: quia habet eandem materiam cum passo, vt patet: nam medicus non alteratur ab eo, qui sanatur, sed cibum alterari oportet. Vnde primum faciens, conuenit cum primo mouente, primo, quod vtrumque non mouetur: secundo quod sit independens ab alio mouente, et alterante: sed differunt, quod primum mouens est incorporeum, primum alterans nõ ita: secundo primum mouens nullo motu mouetur, primũ alterans, vt sol saltẽ locali.

Ex

Ex his t.54.concludit: quæcunque actiua habent formam in materia, possunt pati dũ agunt; quæ verò non habent, non possunt pati: & dicit, quod materia sit eadem, idest eiusdem generis; quod si non sit eiusdem generis, non repatitur, & dicitur posse pati præsente, & approximato calefaciente: & hinc fit, vt actiuorum hæc impassibilia sint, hæc autem passibilia.

Forma actionis, & passionis. *3. T. 55. Explicat formam actionis, & passionis per causam diuersam: & primò definit, efficiens esse id, vnde principium motus: nam finis non mouet effectũ, nisi secundum translationem: & quia est tunc, cũ est forma; sed cum est forma, cessat actio, ergo forma nõ potest esse principium motus: nam motus est, cum efficiens est præsens passiuo; de materia verò probat: illam motus non esse actiuam, sed passiuam; vnde res patiuntur, vt sunt in materia: nam si calor esset separatus à materia, non pateretur, licet impossibile sit separari.*

In t. 56. incipit explicare in particulari, quomodo fiat actio. In qua re prima opinio est Empedoclis, qui ponebat omnia corpora porosa, & vacuitatibus plena: vnde actionẽ putabat fieri, per ingressum agentis proximi in partes alterius corporis, quod si pori vtriusque corporis erant pariter perforati, ita vt alterum posset ingredi poros alterius, vt vinum, & aqua, tunc commixtionẽ dicebat fieri. Quod si vnũ potuisset ingredi in poros alterius, & non contra, tunc dicebat fieri actionem, vt inter ignem, & lignum: & hanc actionem inter mixta tantum ponebat: nam elementa solum inter se rarefieri putabat, & ita etiam dicebat fieri sensationes: & quia hæ fiunt per medium, per obiecti partes, debent venire vsque ad potentiam: ideo indicat tale medium debere esse transparens. Hoc autem est, cum corpus habet quidem poros, sed indiuisibiles propter paruitatem, sed tamẽ frequentes, & serie quadam dispositas inter obiectum, & potentiam; & hoc magis in ijs, quæ magis perspicua, & dilucida sunt.

4 *2. t. 57. est Democriti, & Leucippi, qui posuerunt principia secundum naturam, vel motum, & mutationẽ, vel atomos, quæ erant naturaliter corpora indiuisibilia: nam ex diuersa atomorum habitudine omnes saluabant effectus: Quibus alij opposito modo processerunt: nã Democritus, vt quæ sensu erant nota, saluaret, posuit vacuum; alij tamen id, quod ignotum est, secundum sensum. Iidem propter saluandum vacuum, negarunt nota secundum sensum, idest motũ, & entium multitudinem, ac actionem, & passionem, vt Parmenides hic putabat, non posse esse entium multitudinem sine vacuo intermedio, nec sufficere tactũ: quia ens, vel vndiq; est diuisum, & ita totum erit vacuũ; & non ens; vel nõ, & non est ratio, cur sint multa: et diuersitas inter hoc, et illud: q: res nõ diuiditur nisi p vacuũ; neq; si res sint diuisæ, & solum tactu vnitæ, saluari poterit motus, cum non relinquatur locus, qui non sit plenus, ex quo concluserunt, esse vnũ ens infinitum indiuisibile: quos Aristoteles reprehendit tanquam dementes, cum in rebus sensu cognitis, sensum dimiserunt: quis enim ita demens, vt ignem putet idem cum glacie?*

Ex his t. 60. docet Leucippum à Parmenide primò differre: nam Leucippus adhibet rationes consentaneas sensui. 2. ponit explicite distincta infinita indiuisibilia, & etiam vacuum; conuenire verò in eo, quod vterq; putet, non posse fieri motum sine vacuo: vnde Leucippus cõgregationem atomorum in vacuo, vocat generationem; separationẽ verò vocat corruptionem; tactum verò horum vocat actionem, & passionem; tactum verò putat esse, cum modicum vacuum intercipitur: & ex diuerso ordine, & positione horũ atomorum, omnium generationes saluabat. **Opinio Leucippi, & Parmenidis** *& tex. 61. explicat, non fieri verè vnum, nisi per accidens ex atomis. Deinde opinionem Leucippi, & Empedoclis comparat, quòd sicut Empedocles actionem putabat fieri per poros, ita & Leucippus in omni mutatione: nam Empedocles solum in actione posuit vacuitates: & hic t. 61. reducit opinionem Empedoclis ad opinionem Leucippi; debet enim Empedocles fateri, esse quasdam partes solidas, et indiuisas, nõ habentes poros, alioqui totum corpus esset porus, vnde hæc corpuscula se tangũt, & inter ea mediant pori; tũ cõueniũt in modo actionis. s. fieri per ingressum, & tactũ corpusculorũ. Vnde duobus modis fieri actionem putarunt, per meatus, vt Empedocles; per vacuum, vt Democritus: licet omnia non ita saluentur ex opinione Empedoclis: quia nõ constat elementa generari: quia elementa carent principijs; quorum igitur ipsa corpulentia generatur, & dissoluitur; sed Democritus posuit elementa fieri ex atomis: & Plato ex superficiebus; imo ex positione Empedoclis, neq; patet, quomodo fiat alteratio: nam accidentia solum posuit in elementis, & ab illis inseparabilia, & elementa inter se immutabilia; sed Democritus in variatione situs, & ordinis alterationẽ collocauit.* 5 **Opinio Empedoclis, & Democriti.**

Opinio Platonis,

In t.69. opinionem Platonis cum Leucippi comparat:nam vtrique omnia corpora ex indiuisibilibus constituerunt;tripliciter tamen discrepant : nam Plato superficies,Leucippus indiuisibilia corpora ; secũdo Leucippus ex infinitis atomis,habentibus figuras distinctas; Plato figuras posuit finitas,et principia.Tertio quod Leucippus putauit generationem fieri per tactũ atomorum simul cum vacuo,sed Plato per solum superficierum tactum : quia negauit vacuum:contra Platonem,3.de Cælo disputat;hic verò cõtra Leucippum: Primo quia necessario deberent atomi esse impassibiles; quare neque possunt agere: nam nihil patitur sine vacuo,quo carent atomi , cum nihil patiatur sine vacuo, cũ ponantur solidæ,quod si hæ non possunt pati, neque illa agere,cum desit id,in quod deberent agere. Secundo,quia cum Leucippus ponat solum vnum contrarium positiuum , non esset ratio: quia deest contrarium, quod est inconueniens : quia vnum contrarium non est in natura sine alio motu;sic alteri conuenit calor , alteri conuenit frigiditas.Tertio neque benè dicit,hos atomos esse grauiores alijs ; quia si datur excessus in vna contrarietate, debet dari in alia , vna igitur erit calidior alia,ergo vna aget in alteram : nam magis calidum nõ agere in minus calidum impossibile est; quare impassibiles non erunt atomi,& idem posuit:nã dicit etiam molles,et duras, molle.n.dicitur,quod facile patitur.

6 *Debent habere alias qualitates prater figuras.*

4.t.68. probat:nam debent habere alias qualitates prater figuras:quia alioqui composita non haberent alias , quod si habent vel singula singulas,& sic vna non esset in potentia ad alterius qualitatem, quare non tantum figura,sed etiam natura differrent, vel vni plures inesse possunt , & tunc non sunt indiuisibiles:quia in illa assignari possent partes, in quarum vna recipiatur vna qualitas , & altera, in qua altera,ea debet intelligi non de parte integrante , sed de principio,vt ratione vnius principij sit in actu,ratione alterius sit in potentia,vel intelligit de partibus integralibus,idest vt secundum vnam sit in termino à quo , secundum alteram sit in termino ad quem.ex 6. phys.40.

Et t.69.ad idem absurdum deducit Platonem,qui posuit superficies indiuisibiles esse principia,quod non essent qualitates,neque possent fieri rara,& densa.

Non bene ppter paruitatem dicuntur sudiuisibiles.

5. Quod non bene propter paruitatem dixit esse indiuisibiles : nam paruũ, & magnum sunt eiusdem generis, scilicet quantitatis , ergo si paruis inest indiuisibilitas, etiam magnis, cum errauit Democritus ex difficultate,colligens impossibilitatem:nam ita non esset ratio,cur magna facilius ; quã parua diuiderentur : quia magna faciliè diuiduntur,quia cum multis consistens , multis occurrant necesse est . Sexto. Vel differunt essentialiter , ergo habent singulas naturas præter figuras , quare secundum illam priorem naturam deberent esse proxima, & vt proximarentur,deberent inter se mutuò agere:nam essent genere similes, & specie diuersa,vel differunt tantũ accidẽtaliter,vt partes aquæ,quæritur quid sit causa diuidẽs,cũ in natura sint vnũ,et prætere a cum congregantur fieret ex illis vnũ.

7.t.73. & 74. cum congregantur atomi,vel a se mouentur , & haberent partem mouentem distinctum , à mota:nam alioqui secundum idem erunt contraria s. moueri, & mouere : nam ponuntur atomi omnino indiuisibiles , & simplices,vel ab alio,ergo passibiles secundum se.

In t.75. contra Empedoclis modum argumentatur, superfluos esse poros,cum ponat plenos: nam sicut corpus implens poros expelli potest , ita possent partes continuæ. 7 *Probat superfluos poros contra Empedoclẽ.*
Deinde reprobat modum,quo putat nos videre:nam radij visuales non transirent per tactus .i. partes solidas; quare frustra ponũtur pori;vel si non,& tunc neque per poros: quia pleni corpore solido: nam vt cedit corpus inclusum , ita posset pars solida. Demum omnes reprobat ; quia vel agens agit tactu,& frustra ponuntur pori; vel nõ; & tunc quamuis per poros ingrediatur,non agit:quia ingredi non est agere, sed applicari,vt agat;quare eum agere,et pati secũdum hos sit tactus;ad hoc autem ponere poros est inutile, cum ad tactum sufficit passum esse vndiq; indiuisibile.

Deinde à t. 77. incipit veram sententiã exponere 1.vt agat ens actu vt actu est,patitur autem ens in potentia, & sic secundũ magis, & minus; modus autem est per tactum mediatum vel immediatum.

Vnde t.78 infert conatum.i. continuum vnumquodq; vt vnum existens tã sm quãtitatem,quam qualitatẽ non posse pati à se. 2. Quæ non se tangunt siue immediatè siue mediatè, non agere inter se quare agẽs:nam cum tangis se cum procul est, calefacit per aerem sibi immediatum. Hinc t.29.infert, posse aliquid sm̃ vnã partem agere , & sm̃ aliã pati;sed nõ esse necessariũ, pbat ex opinione dictũ, dari corpus ad indiuidisibile, vel constare indiuisibilis corporib. vt Democri-

mocritur, vel superficiebus vt Plato, tunc verum id esset, cum indiuisibilia inter se coëntia nec faciunt maius, neque continuũ, aut extẽsũ tm̃ quale, vt oportet, quãdo tãgit, & tãgitur; verũ cũ res aliter se habeat, nõ potest negari: quin totum corpus ab alio pati possit, quare qui negant ad passionem necessariam esse partium diuisionem, intelligi debẽt, de diuisione reducta ad actumnã satis est, posse diuidi cum ad possibile non sequatur impossibile.

8 *Impugnatur ingressus agentis in poros passi.*

Demum t. 80. & 81. impugnat actionẽ, & passionem fieri per ingressum agentis in poros passi, quod probat primo: quia ex hoc sequitur, nullam fore alterationem, cum idẽ corpus continuum manent, nunc humidum, nunc siccum fiat, in quo nulla est facta diuisio, & maneat eadem figura, contra Democritum, qui negat actionem fieri absque actione partium, & sine atomorum mutatione, secundum situm, et contactum manente eadem figura. Denique probat auferri accretionem, & quamlibet partem rei augeri at hoc non est ex atomorum appositione: quia appositio ad vnam partem non est auctio viuentis, sed augmentum rei non vitalis: quia viuent mutatur, conuerso in suam substantiam alimento, vt videmus in re, quæ augetur, sed atomi in se mutantur, dum viuentis partes subiectant, eique vtcumque ad miscentur.

Difficultates circa textum Aristotelis.

Prima difficultas. Cur Aristoteles, hic agat de actione, & passione?

1 *Actio exigit contactum inter agens & passum.*

Resp. Cum Aristot. explicauisset generationem simpliciter, quæ est ea materia prima, vt ea subiecto, incipit tractare de generatione mixti, cuius subiectum sunt elementa: & quia ex illis non generatur mixtum sine mutua actione, & passione, & actio exigit contactum inter agens, & passum, ideo agit de contactu; quare intẽdit Aristot. in hoc loco tractare de mixtione, actione, & passione, & contactu.

2. Difficul. Cur dicat velle tractare de materia, & vocatis elementis, cum de materia prima nihil doceat. Resp. primo ly &, non sumi coniunctiuè, sed expositiuè, & valet idem, ac id est, quasi dicat de materia, quam vocant elementa.

Resp. 2. non dixit elementa simpliciter, sed vocat elementa: quia nondum ostenderat, hæc quatuor corpora esse materiam mixtorum, atque adeo dicere in se ordinẽ ad mixtum, vt elementatum ea ipsis, & secundum hanc rationem tractat hic de elementis, & hinc reijcit opinionem Empedoclis, & Anaxagoræ dicentium, elementa esse omnino immutabilia, ostendens esse mutabilia secundum partes; nam secundũ totum est per naturam impossibile, vt deficiat totum vnum elementum in materia.

3. Difficul. Cur ostendit esse inter se mutuo mutabilia, & generabilia?

Resp. id dictum contra Antiquos, qui eum ponerent vnum principium omnium materiale, omne dicebant ea illo generari, & in illud corrumpi, vt Thales aquam: Anaximinas aerem. Heraclitus ignem.

4. Difficul. Qua ratione mixtio concessa ab antiquis, ponentibus plura principia differat à mixtione posita ab Aristot.

2 *Mixtio fieri potest dupliciter.*

Resp. ex Philop. Cum mixtio fieri possit dupliciter, primo ex miscibilibus diuisis in minutas partes, & simul aggregatas per iuxta positionem, vt aqua miscetur vino, & farina hordeo, & frumẽto ad faciendum panem. Secundo per corruptionem miscibilium secundum substantiam, & nõ secundum qualitates, quæ in esse remisso sunt in singulis partibus, quibus additur forma, quæ dicitur mixti. Antiqui ponebãt mixtionem primo modo, contra quos 1. de Gener. anim. c. 2. & lib. de sens. & sensil. At Aristot. ponit mixtionem secundũ modum, eo quod putet miscibilia transire in aliã naturam; vnde reijcitur opinio Auic. & Auer. de modo mixtionis conuenientiũ cum antiquis. Hinc 2. patet ratio, cur ponentes vnum principium negent mixtionem, quia hæc est ea pluribus, non tamen negant actionem, & passionem, cum ponãt res generari, & corrumpi per rarefactionem, & densationem, quæ sunt secundum illos alterationes quædam, vt asserit Diogenes Apoll. apud Philop. qui laudatur quod doceat, omnem actionem esse cum contrarietate.

Dices, falso ab Aristotele dici antiquos, qui posuerunt plura elementa genita, & mixta ex illis, & ex pluribus generant, vti congregatione, & segregatione, actione, & passione, cũ Emped. & Anaxagoras ponant plura, sed inalterabilia, & æterna. Respon. Philop. ly &, sumi disiunctiuè, omnes vtũtur segregatione, & disgregatione, & iã vel actione, & passione.

Resp. 2. nomine actionis, & passionis intelligere omnem operationem viuentis in

passum etiam localem, quæ semper est in congregatione, & disgregatione

6. Difficultas. An rectè probetur ex tex. 43. materiam cœli esse diuersæ rationis à materia inferiorum?

Respon. communiter affirmatiuè, quod ibi Aristot. doceat illa in quibus est facere, & pati, esse vnum subiectum eiusdẽ naturæ, ergo quæ inter se mutuo non agunt, nec patiũtur, vt sunt cœli, & inferiora habent diuersam naturã. Sed hoc argumentum peccat fallacia consequentis: quia arguit ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis, vt si non est homo, ergo neque animal; nam ex alio impedimẽto negari potest mutua actio, quam ex negatione identitatis materię, vt magnes agit in ferrum, & non patitur à ferro, & tamen ibi est eadem materia. Sed instat Buccaf. nam ibidem negat omnia naturalia esse talia, i. quod habeant subiectum commune, quod putat dici propter cælum, quod licet agat in hæc inferiora non tamen haber eãdem materiam: quia idẽtitas materiæ colligitur ex mutua actione, q̃ nõ significatur
3 illis verbis; *sed ea demum, in quibus est mutua actio, & passio*. Resp. Aristotelẽ rectè negare, ex actione vnius in alterum, colligi identitatem materiæ, sed illam colligi necessario ex mutua actione, & passione; vnde ex negatione mutuæ actionis solum infertur, inde non probari identitatem materiæ, non tamẽ positiuè probari diuersitatẽ.

7. Diff. Qua ratione sit necessarium, vt quæ inter se agunt, se tangant, cum continuæ partes, quarum vna est frigida, altera calida, agant, & tamen non se tangant: quia non habent extrema simul, sed vnum: ex 5. phys. tex. 22.

Resp. primo illa esse continua ratione quãtitatis, sed contigua ratione qualitatũ, vel vt alij, possent dici contigua, quatenus vnum punctum habet duplicem rationẽ, scilicet finis, & principij; sed non placet: quia Aristot. distinguit continuum à contiguo ex vnione, vel duplici extremo.

8. Diff. Qua ratione, quæ habent positionem sint in loco, cum punctum habeat positionem in cõtinuo vnde differt ab vnitate, 1. post: & tamen non habet locum cũ hic sit diuisibilis. Resp. positionem accipi dupliciter: primo, pro situ simplici, & ita punctum habet situm. Sed hic non arguit locum. Secundo pro prædicamento situs, & sic non habet: quia situs dicit ordinem partium respectu loci vt s. caput sit supra collum &c. respectu loci, & hæc positio arguit locum.

9. Diff. Cur mouẽs sit vniuersalius, & nõ conuertatur cum agente? ex Aristotele. Resp. quia agens dicitur in ordine ad passum, at pati non dicitur, quod quocunque modo mouetur, sed quod alteratur, & hinc agẽs dicitur, quod alterat. Hinc fit, vt actio sic accepta non sumatur pro genere actionis, & similiter passiõ; sed vt est species motus, scilicet pro alteratione, quæ est species motus distincta à latione; cũ tamen actio, & passio, vt habent rationem generis sint diuersa: nam sumuntur, vt dicunt ordinem ad agens, & passio præscindit à motu, in quo conueniunt, non tanquam in genere, sed velut in subiecto, vel prædicato trascendentali.

10. Diff. Quomodo distinguatur tactus 4
mathematicus à naturali?

Resp. vtrumque conuenire in eo, quod sit inter magna, & discontinua, & quorum extrema sunt simul, & habent positionem, sed naturalis addit actionẽ vnius in alterum, & quando actio, & passio est mutua, est perfectior, quam quando non est mutua; vnde ex Aristot. inter successiua, & inter partes lineæ, & cæt: quæ non sunt corpora, non est propriè tactus mathematicus. Hinc patet, qua ratione tactus dicatur æquiuocè vnus: nam dicitur de tactu mathematico, & naturali, & morali, quo nos molestia afficimur: nam illi, dicuntur nos tãgere, & nos nõ dicimur, illos tãgere.

11. Diff. Qua ratione omne agens in passum sit simul, cum multa agentia distent, & alia non habeant extrema, ratione quorum sint simul? Resp. aliqui, requiri contactum virtualem: sed non placet: quia cõtactus exigitur, vt cõditio prior ad actionem, & contactus virtualis sequitur, vel est concomitans ad actionem: quia idem est tangere virtualiter, ac agere in illud. 2. Alij, hic Aristot. loqui de agente corporeo, & immediato, ex 7. phys. t. 15. vnde cæli agunt in hæc inferiora, quæ non tangunt immediatè, sed mediatè, & intelligentiæ mouent proximè, sed sunt entia incorporea, nec appetibile mouet appetitum propriè, sed metaphoricè, vt finis mouens agens ad agendum, de quo motu hic non loquitur Aristot. sicut neque de alloquutione mutua singulorum; sed de hac re in disputatione, vbi de alteratione inferiorum à sole, non alteratis medijs orbibus: de attractione ferri à magnete, & humorum à

me-

medicamentis,& actione Torpedinis in manu piscatoris.

12. Diff. Qua ratione sit necessarium, vt substantia, sit materia eorum, quæ agunt?

Resp. primo, intellige de necessitate naturali: nam cum principium esse debeat vel substantia ipsa, vel accidens, quod naturaliter non pot esse sine subiecto, necessario sequitur, non posse naturaliter actiuum aliquod agere extra subiecta: quia existentiam necessariam ad principium actiuum habere naturaliter non potest extra subiectum.

5 Resp. primo. Si ponatur per potentiam Dei, actiuum esse in quantitate extra substantiam, vt sunt accidentia in Eucharistia, tunc naturaliter agerent: quia eatenus substantia erat principio actiuo vt ageret, necessaria, quatenus erat necessaria ad existentiam illius, sed cum illã iam habeat in quãtitate, naturaliter aget.

Dices, naturaliter agere est secundum ordinem à natura constitutum, & hæc accidentia non sic agunt: quia à natura est institutum, vt agant existendo in substantia. Sed soluitur: nam duo natura instituit, primũ vt actiuum siue sit substantia, siue accidens præexistat actioni. 2. vt accidens existat in subiecto. 3. vt hoc vltimũ subiectũ sit substantia; quare accidente existente in quantitate, nihil fit contra primum, & secundum institutum, & legem naturæ; sed quia quantitas non existit in substantia, in hic non seruatur lex naturę, & ideo quantitas non existit naturaliter, sed supernaturaliter.

12. Diff. An accidẽs existens extra omne subiectum possit esse actiuum?

Resp. 2. Si virtutes actiuæ inter se mutuo agentes essent extra subiectum, neutra ageret; non quidem ob eam rationem quã affert Caiet. hic q. 7. art. 1. quod non haberent inter se contactum: nam etiamsi nõ heberent contactum quantitatiuum; haberent tamen virtualẽ, & propinquitatem sufficientem ad agendum; sed quia illa agentia non possent agere, nisi ex subiecto, quod ibi deest: neque calor corrumpit frigus immediatè destruendo frigus, sed producendo in subiecto calorem, quo ab illo subiecto excluditur frigus.

Resp. 3. Si ponatur virtus vna actiua extra omne subiectũ, possibile est posse agere in passum sibi propinquum: quia sunt omnia requisita ad agendum. s. virtus actiua propinquitas, & subiectum capax; neque obstat, quod careat quantitate; vnde neque haberet contactum: quia haberet contactũ virtualẽ, qui solũ requiritur, ad actionem, & est sufficiens, vt patet ex actione spiritus in corpora: tũ quia, etiamsi naturaliter entitas corporea exigat ad agendum quãtitatẽ prædicamentalẽ, non tamen est exigentia necessaria simpliciter ad agendum: quia satis illi est quantitas, & essentia transcendentalis, quam habet ex se omnis entitas corporea: nam non apparet, qua ratione quantitas prædicamentalis adiuuet actionem, cum non augeat virtutem actiuã, nec sit conditio sine qua non fiat actio vt potest probabiliter colligi ex eo, quod eadẽ actiuitas condensata efficacior est ad agendum, quam rarefacta, vnde si renouetur ad punctualem esset multo actiuior: quia esset magis vnita. Hic tamen philosophandi modus non est certus: quia natura, cum produxerit quantitatem rebus corporeis actiuis, non sine causa illa addidit, & ideo etiamsi ignoremus modum, quo quantitas adiuuet actiones, dicendum est, naturaliter non posse agere spoliatam omni quantitate, nisi dicatur in productione quantitatis alium finem intendisse, scilicet, vt impediret penetrationem actiuarum virtutum: nam se penetrantes, se mutuo impedirent in agendo circa eadem subiecta sibi approximata: sed de hac re infra dicendum, quid sit sentiendum.

13. Diff. Cum tactus sit denominatio vtriusque extremi, cur Arist. t. 12. c. 45. sit ex mouẽtibus quædam se tangunt, quædã non. Resp. Loqui de se tangentibus tactu virtuali, secundũ quem spiritualia tangunt corporalia, & nõ tanguntur à corporeis; & inter corporea etiam, vt magnes tangit trahendo, & non contra: quod si ferrum vnitũ magneti qs trahat, etiam trahitur, sed tamẽ ferrum non à magnete, sed à mouente magnetem mouetur: ego addo tunc non tangi eodem modo actionis, quo ipse tangitur per tractationem a magnete.

14. Difficultas. Qua ratione dicatur tex. 48. inter prorsus diuersa non esse actionẽ, & passionem, cum calor destruat humiditatem, & densitatem, à quibus sunt diuersa, & frigus à luce, à qua est diuersum, & materia corporea à forma incorporea, recipiendo ab ea accidentia. Confir. nam actio, & passio est inter contraria, vt dicitur tex. 50. cum tamen prædicta non sint contraria. 6 *Quomodo actio & passio sit inter contraria.*

Resp.

Resp. primo aliqui, hæc non esse prorsus diuersa: quia pertinent ad idem genus qualitatis. Sed falluntur: quia hæc cõuenientia nõ sufficit ad actionem, & passione m: alioqui omnia, quæ sũt in prædicamento qualitatis, agerent inter se.

Resp. 2. alij, Aristotelem loqui de actione vniuoca, & per se, non autem de æquiuoca, & per accidens. Sed falluntur: quia vniuocatio attenditur inter effectum, & causam: at hic Aristoteles agit de actione comparata respectu passi, & termini, qui corrumpitur, inter quæ nõ est vniuocatio. Secundo: quia hic agit de omni actione, quæ est necessaria ad generationem, & mixtionem, vt patet ex procemio.

Resp. 3. alij, negare actionem esse inter omnino diuersa, q̃ mediatè, & immediatè sunt diuersa, idest omnino disparata; non autem, quæ licet immediatè, tamẽ mediatè sunt diuersa: nam calor est mediatè diuersus ab humiditate, & densitate: eo quod calefaciendo producit raritatem, quæ est contraria densitati, & leuitando partes humidas rarefactas per calorem, facit illas euaporare. Vnde manet corpus siccum, extractis partibus humidioribus: licet alij dicant, calorem immediatè habere vim producendi siccitatem. de qua re infra.

7 *Qualis cõtrarietas sufficiat ad actionem.*

Ad confir. patet ex dictis: nam aliqua est contrarietas immediata, & formalis, inter alia est mediata, & virtualis, quæ sufficit ad actionẽ: qualis est inter lucem productiuam caloris, & frigus.

15. Difficul. Qua ratione contraria sint in eodem genere? Resp. aliqui, per genus intelligi materiam; quia cum agat de actione in ordine ad mixtionem, quam dicit esse inter contraria, oportet, vt inter ea sit mutuatio, vt fiat mixtio: actio autem illa non potest esse, nisi sit eadem materia: vnde tex. 54. oppositorum ait, esse eandem materiam. Alij tamen putant, intelligere genus logicum: quia vere contraria semper cõtinentur in eodem genere logico. Sed de hac definitione prædictum est in logica cap. de oppositis. Hinc intelligitur, quid Aristoteles intelligat per media contraria inter se mutuo agentia, & patientia. Intelligi enim potest, tam de medio constante formaliter è duobus contrarijs, vt tepidum ex calore, & frigore, quàm de contrarijs virtualiter continentib. extrema, vt viride, & medij colores continent extremos. At instabis. Hæc non agunt inter se mutuo; ergo non potest intelligi de his.

Quomodo agẽs, & patiens genere sint similia, & dissimilia specie.

Resp. Per agere, non intelligi actionem propriè, quæ est inter actiuè contraria, sed intelligi actionem largè, vt continet expulsionem formarum repugnãtium ab eodem subiecto, cuiusmodi sunt colores medij, qui non solum se mutuo expellunt, sed etiam extremos colores ab eodẽ subiecto: Vnde tex. t. 51. ait, generationẽ esse inter contraria, cum tamen substantiæ nihil sit propriè contrarium: licet inter formas substantiales sit repugnantia, & oppositio priuatiua. Hinc intelligitur, qua ratione tex. 50. dicatur ab Aristotele. Agens, & patiens genere quidem similia sunt, specie autem dissimilia: quia scilicet, conueniunt in genere physico, idest materia; & differunt secundum specificas formas: quia scilicet oppositorum eadem est materia. tex. 54. scilicet. quoad capacitatem, non quoad actum: quia simul opposita non possunt esse in eadem materia.

16. Difficultas. Qua ratione omne agens reddat subiectum sibi simile. Respon. aliqui, loqui de actione vniuoca, qua producitur simile in specie agenti; vel si intelligitur de æquiuoca, explicandum est de similitudine siue formali, siue virtuali, quæ est inter effectum, & virtutem agentis. Sed de hac re infra.

17. Diff. In t. 52. actio, & passio qua ratione denominant subiecta, & qua ratione composita? Constat dici, & hominem calefieri, & frigidum; similiter hominem calefacere, & calidum.

Resp. Diuerso modo fieri denominationem à passione, & actione: nam passio propriè denominat subiectum, cuius est passio: actio verò formaliter potius denominat principium, quæ est forma, quã subiectum. Vnde homo denominatiuè dicitur calefacere, calor verò formaliter: quia tamen virtutes actiuæ non existunt extra subiectum, hinc Aristoteles dixit, actiones esse suppositorum, præcipuè quando actiones non exercentur, nisi per organũ corporeum: vnde non dicimus animam texere, sed hominem. At verò quoad passionem, quæ comparari potest ad duo, scilicet ad subiectum, & ad formam contrariam, quæ expellitur à subiecto. Hinc propriè dicitur, homo calefieri subiectiuè, & formaliter, forma verò opposita ratione subiecti, in quo est: & hinc dicitur, frigidũ materialiter calefieri, idest ratione subiecti, & per ampliationem, scilicet, in quo est, vel fuit: quia habens frigiditatem simul

non

non poteſt habere calorem: & quia paſſio poteſt accipi dupliciter. Primò pro receſſione formæ: & ita intelligitur ſupradicta doctrina. Secundò pro corruptione, & ita formaliter denominat terminum contrarium, qui corrũpitur; & hac ratione frigidum patitur à calore. Quare dupliciter aliquid dicitur pati, vel vt materia; vel vt cõtrarium, vt inquit Ariſtoteles tex. 52.

18. diff. Qua ratione præſente calefactiuo, calefactibile incaleſcat neceſſe eſt t. 54.

Reſp. Id habere locum in agentibus neceſſarijs nõ impeditis; non autem in liberis, quæ poſitis omnibus requiſitis, poſſunt agere, & non agere.

19. difficul. Cur præſentibus habitibus, ceſſet effectio text. 55. Reſpond. Nomine habitus intelligi terminum productum, qui cum ſit finis actionis, ipſo acquiſito, ceſſat actio, per quam agẽs tendebat ad illum; nõ tamen cæteræ actiones, quæ ſunt ad perficiendum illum terminum, vel ad conſeruandum: quia cum finis moueat agens ad agendum, ipſo acquiſito, non amplius agens mouetur. Cauſalitas enim finis non eſt agere, ſed mouere agens ad agendum.

20. Difficul. Qua ratione tex. 77. pati dicitur eſſe entis in potentia? Reſpond. Primò. Male hinc Thomiſtas deducere materiam non habere propriam exiſtentiam: quia non dicitur ens in potentia ad exiſtentiam propriam, ſed ad formã, quam recipere debet ab agente: quia ſicut agens dicitur eſſe in actu, quatenus habet formam, per quam agat; ita materia dicitur eſſe in potentia ad formam, quam recipiẽdo patitur. Et confir. quia ibi negat continuum, & vnum exiſtens, ideſt ſecundum vnam qualitatem expers paſſionis, ſcilicet à partibus continui, ob ſimilitudinem illarum. Ergo potentia patiẽdi dicit negationem formæ, per quam patitur; & de partibus integrantibus continuum, non autem de partibus componentibus aliquod corpus, ſiue animatum, ſiue inanimatum: intelligitur illud text. 79. impoſſibile eſſe, vt aliquod ſecundum vnam partem ſit paſſibile, & non ſecundum alteram, paſſione, ſcilicet corruptiua: nam in illis omnibus eſt materia, quæ non eſt corruptibilis, & in homine eſt anima, quæ non eſt corruptibilis. Quare loquitur Ariſtoteles de partibus continui, ratione qualitatum.

9 *Materia dicitur eſſe in potentia ad formã quã recipiendo patitur.*

Potentia patiendi dicit negationem formæ per quam patitur.

21. difficul. Cur t. 79. neget indiuiſibile poſſe pati?

De hac dictum eſt ſupra, an indiuiſibile poſſit alterari ſiue naturaliter, ſiue ſupernaturaliter? nam Saxon. q. 17. & Mars. q. 20. negant etiam in continuo alterari: At Venetus cum Tolet. & alijs concedunt in continuo alterari, non autem ſeparatum. Alij verò dicunt, & in continuo, & ſeparatũ poſſe alterari. Primum probãt: quia lumen recipitur in ſuperficie, & non in corpore, quod eſt opacum. Similiter corpus calefactum ab igne ſecundum omnes partes ſentitur calidum; quod ſi indiuiſibilia non eſſent calida, calor ille eſſet diſcontinuatus, & non ſentiretur, vt continuus. Secundum probant; quia in illo non eſt incapacitas, cum qualitatem recipiat in continuo: & quia ſicut dantur indiuiſibilia in quantitate, ita in qualitate, cum extendantur, vt extenditur quantitas. Confir. 2. quia ſi indiuiſibile alteratum in cõtinuo ſeparatur à Deo, retineret eandem qualitatem. Neque eſt repugnantia ex parte agentis. Nam agens approximatum ſubiecto capaci, neceſſario in illud agit. Vnde dicũt vel Ariſtotelem erraſſe, vel negaſſe indiuiſibilia ex eo, quod non poſſet alterari; & ideò contra Platonem negat, corpus componi ex indiuiſibilibus; nam tale indiuiſibile, v. g. ſuperficies non poſſet continuari cum corpore: quia continua dicuntur, quorum extrema eſt vnum: neque poſſent ſe tangere: quia q̃ ſe tangunt habent extrema ſimul, quibus carent indiuiſibilia: alteratio autem requirit contactum, vt concedebãt aduerſarij. Verum hæc opinio non placet, tum: quia licet indiuiſibilia in continuo alterentur, non tamen rectè probatur ex lumine recepto in ſuperficie: quia vt oſtẽdemus in libris de anima, recipitur in corpore, in quo ſemper eſt aliquid perſpicuitatis, cum componatur ex elementis opacis, & perſpicuis. Neque ſecunda ratio cõuincit: quia ſenſus non poteſt aduertere indiuiſibilem diſcontinuitatem; & multo minus mihi placet ſecunda pars, quod indiuiſibile poſſet naturaliter alterari, ſi per potentiam Dei ſeparetur; nam vel alteraretur per qualitatem extendibilem, & huic repugnat naturaliter ſubiectari in puncto: vel alteraretur per indiuiſibile qualitatis, & huic repugnat ex vi agentis naturalis ſeparari à qualitate extenſibili; ſicut puncto ſeparari à quantitate. Quare probatio ſũpta ex alteratione, quæ accidit in Eucha riſtia non eſt ad rem; quia ibi eſt quantitas proportionata ſubiectiuè qualitati, licet mira-

10 *Quomodo indiuiſibile poſſit alterari.*

Punctum ſeparatũ naturaliter eſt inalterabile.

Probatio ſumpta ex alteratione in Eucharistia non cõuincit.

miraculosè existat. Hinc etiamsi punctum alteratum separetur à Deo, nisi Deus suppleat respectu qualitatis, indigentiam illius, non retinebitur qualitas in puncto: quia illa qualitas non potest existere connaturaliter separata à partibus qualitatis. Vnde punctum separatum naturaliter est inalterabile, tum ratione suæ incapacitatis respectu qualitatis extensæ: tum ratione qualitatis indiuisibilis inseparabilis à partibus. Vnde fit, vt neque agens naturale habeat vim alterandi tale punctum; per potentiam autem Dei esse alterabile tale siue immediatè à Deo, siue à creatura eleuata à Deo ad talem effectum.

TRATCATIO QVINTA.

DE ACTIONE, ET PASSIONE.

De Actione, & Passione multa diximus in physicis; quare hic breuiter aliqua attingemus: ibi enim ostendimus actionem esse causalitatem agentis vt passionem, causalitatem subiecti. vt tract. 12. q.2.& tract. 19.q. 6. vbi de passione, & d. 2. vbi de actione, an illa includatur in ratione motus; & q.7. vbi de dist. actionis, & passionis à motu, & consequenter d. 1. de requisitis ad conceptum actionis, & passionis, & hic dist. 2. de ratione formali actionis, & passionis, & cum actio dicat ordinem ad agens, & terminum, quæritur d.3. quis ordo sit magis intrinsecus actionitum d.4. an motus includatur in conceptu actionis, & passionis, vt subiectum, an vt genus? deinde quæritur d 5. qua ratione actio, & passio distiguantur inter se, & à motu ex natura rei, an per intellectum? in q.8. de subiecto motus, an sit agens, an passum, an in termino productò? de quo tr. 23.q.4. d. 2. vbi de distinctione actionis à termino, & tract. 14. quæst. 1. d. 3. de specificatione actionis, vbi q.2, de vnitate numerica.

QVÆSTIO I.

Quæ sit ratio formalis actionis?

DVBITATIO I.

Quid senserint alij de ratione formali actionis.

ARTICVLVS I.

Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 *Nomen actionis varie sumitur.* Primo Not. Actionis nomen ex Sonc, 5, met. q.37.& Iauel.9.m.q. 15. esse æquiuocum: nam aliquãdo significat relationẽ agentis ad passum; aliquando ad effectum. 2. pro effectu, qui procedit ab efficiẽte, vt dicunt esse intellectionẽ, & volitionem: quæ cum sint qualitates, dicũtur actiones quia procedũt ab alio; vnde processus diuisio actionis nominalis, & realis; quod aliqua dicitur actio secũdum nomẽ; quia significatur vt actio. vt est terminare, &c: 3. Sumitur pro actu, & cõmunicatione, qua agens communicat esse effectui: & ita prius hic quærimus eius naturam.

2. Not. Cum constet actionem esse aliquod ens, & cum omne ens reuocetur ad aliquod genus entis, siue directè, siue indirectè vt illius principium, mettio dubitatur de genere, ad quod actio pertineat.

3. Not. Hic actionẽ non sumi virtualiter pro operatione, quæ est communis ad diuinas, & creatas: nam licet operationes Dei transeuntes dici soleant nomine actionis, vt creatio, iustificatio, & similes; non tamen operationes Dei immanentes, vt intellectio, & volitio dici solent à Theologis actiones, eo quod actio importare videatur dependentiam ab agente, quæ diuinis repugnat; vnde neque generationes dicuntur actiones. Quare hic sumitur actio pro creata, vt est causalitas efficientis: quæ diuiditur in actionem transeuntem, & immanentem, de qua diuisione infra.

4. Notan. De hac actione agere, pertinet ad varios: nam pertinet ad Logicum, vt inde entium distinctio cognoscatur, ita de illa agit in prædicamento actionis; ad Physicum, quatenus est coniuncta cum mutatione physica; ita de illa agitur 3. phys. & 5. tum ad Metaphycum, vt habet conceptum entis abstractum à corporeis, & incorporeis: de qua in 5. met. &

& alibi, Denique pertinet ad moralem, vt est dirigibilis secundum rectam rationem
3 de qua in Ethicis.

5. Not. opinionẽ Ocham 1. d. 1. q. vnic. qui actionem negat ex natura rei ab agente, & ab effectu qui producitur, sed in modo significandi, quod actio significet agẽs connotato effectu, & passio significat effectum, connotato agente. Sequitur Arim. ibi q. 4. Gabr. q. 1. nam actus primus distinguitur ab actu secundo, cum possit esse virtus, & non actus secundus, quod hic sit exercitium actus primi; neque dicas, distingui ratione cõnotati, eo quod dicatur actus primus, præcisa connotatione; at actus secundus, & actio, connotato effectu. Nam connotatio, vel est secundum rem; & non potest virtus actiua connotare effectum, nisi vt possibilem: quia ad illum refertur; vel secundum nomen, & tunc non esset diuersitas secundum rem, sed solum secundũ vocem, atque adeo creatura vt connotat virtutẽ Dei diceretur creare; & virtus Dei vt connotat creaturam, esset creatio; at hæc nomina possent imponi rebus inter se inconnexis: quia nullum esset fundamentum, cur potius his, quam illis imponerẽtur, si nihil aliud esset in significato, nisi duæ res absolutæ; ergo debet poni aliquid, in quo fundetur hæc connotatio; hæc autem est aliquid distinctum, à virtute actiua, & effectu; quod sit hic, & nunc, & non alio tẽpore, hoc influxu procedens à virtute, qua datur existentia, & extrahitur extra causas, effectus. Deinde idem patet ex distinctione ex natura rei inter actionem, passionem, & motum, vt alibi in physicis ostendi.

4 5. Not. falsam esse Chymeram Bassonis, negantis lib. de actione, & quatuor primis qualitatibus, dari actionem rei de nouo productiuam, sed omnes actiones esse per motionem localem particularum motarum: nam cum putet eum antiquis, omnia tam substantiam, quam qualitatem fieri ex particulis præexistentibus motionis, qua similia vniuntur, & dissimilia separantur, ideo ex hoc principio negat, dari actiones, quæ sint de nouo productiuæ de non esse ad esse, nisi per motum localem ab
6 vniuersali spiritu, vt instrumento Dei principalis agentis, quod frustra multiplicentur entia, cum mutationes possint saluari per pauciora. Sed vti suppositum ostendimus esse falsum: ita omne ens corporeum ex omni ente gigni posset, possunt omniũ particulæ, etiamsi minimæ, contineri in singulis. vt ibi ostendi: ea hoc sequitur necessario dãdam actionem, qua quid producatur de nouo per eductionem ex potẽtia materiæ: cætera quæ ibi affert, vt simile mouetur ad simile, & similia, qua ratione sint vera, qua falsa, infra ostendemus.

ARTICVLVS II.

Opiniones Doctorum.

Prima opinio est Sone. 5. m. q. 36. & 38. dicentis, esse formam factam, eãq; tribuit Auct. 3. phy. contra D. Thom. vbi Iauel. 3. phy. q. 4. 5. met. q. 23. 9. met. q. 15. & sumpserunt ab Heru. quodl. 7. q. 14. & quodl. 5. q. 8. 5

Forma dupliciter potest considerari.

Huius sententiæ duplex potest esse sensus: nã forma dupliciter potest considerari, primo, vt intrinsecè afficit suum subiectũ, & illud tale, vel tale denominat; & ita est qualitas, vel quantitas, &c. 2. vt extrinsecè denominat omnem causam, cuius virtute existit in rerum natura: & sub hac formalitate forma facta, idem est ac actio; vnde in hac sententia actio non dicit relationem ad agens, sed tantum extrinsecam denominationem. ita Her. & Iauel. Et fundamentum est: quia hoc sufficit, vt agens cõstituatur actu agens. Sed hæc opinio sufficienter impugnata est, cum de causalitate efficientis in phys. vbi ostendimus, actionẽ dicere aliquid ex natura rei distinctum à forma, & ab agente: quia possunt existere forma, & agens, & tamen non denominari agens: sic quia forma est facta à Deo: siue quia manent transacta actione, præsertim quando forma non exigit conseruationẽ; ergo vt sit actualis denominatio agentis, præter existentiam illorum, requiritur existentia alterius formæ. Neque dicas requiri, vt vnum procedat ab alio. quæ processio est, cũ forma exit ab alio. Nam peto, quid sit hoc procedere ab alio? quia cum possit existere efficiens, & forma, sine illa processione ab hoc, necessario processio ab hoc, debet dicere aliquid distinctum ab illis. Confir. quia vt ad genericam denominationem necessaria est processio absoluta, ita ad determinatam denominationem exigitur determinatus processionis modus, etiamsi sit eadem res facta; ergo denominatio non sumitur ex coexistentia harum rerum, sed ex illa processione, quæ mediat inter illa. Antecedens prob. nam si Petrus naturali modo efficiat Paulum dicitur se

 geni-

genitor; si autem per eleustionem, dicitur efficiens, & non genitor, & tamen existentia vtriusque est eadem, & denominatio est diuersa. In gratiam illorum, dico posse solui, si dicatur, tūc formam dici actionē, quando connotat, priuationem suæ existētiæ immediatè præcedere ens; deinde non dici actionem, nisi conseruetur. Sed non placet: quia necessatio deberet dici formā seipsa procedere à causa, quod alibi ostēdi esse falsum. Alter sēsus illius opinionis est, vt actio dicat formam non simpliciter, sed connotata relatione ad agens: ita Capr. 2. d.2.q.1.art.1.& 3.& sumitur ex Auer. D. Thom.& Sonc.loc.cit. vnde putant, actionem esse ens connotatiuū compositum, dicens absolutum cum respectu. Sed veritas, vel falsitas huius opinionis patebit ex dicendis: nam explicari debet, quid sit illud absolutum, formane, an motus? 2. cuiusmodi sit illa relatio trascendentalis, an prædicamentalis, an extrinsecus adueniens? 3. modus, quo includitur, an primario absolutum, an relatio, an vtrumque primario? de qua opinione dictum est in physicis fusè.

6 Secunda Opinio est dicentium, actionem formaliter esse relationem agentis ad passū. Tribuitur Cap. 2.d.29.q.2.ad 1. loco propositum, contra 2. & d.6.q.1.art. 3. d.5. Greg.q.2. & ad primum, contra secūdam partem eiusdem conclusionis, quam Tol. in prædicamento actionis, ait esse intolerabilē; tū quia relatio hæc sequitur actionē, vt patebit ex dicēdis; tum quia actio est idem cum motu 3.phys.19.& aliud est agere cum motu, aliud referre: nam verè reijcitur, si intelligatur de relatione prædicamentali; at aliter dicēdū si de relatione trascēdētali vt infra. Et ad hāc reuocari potest opinio dicentium formaliter consistere in motu, connotata relatione ad agens, vt passio connotat relationē ad passum, vel est actio, vt denominat agens, & passio vt denominat passum. Tribuitur Sonc.9.met. q.38. Ferr.3.phys.q. 4. Soto in prædicam. c.vlt. Heru.quodl.1.q.9. contra quam aliqui insurgunt, quod creatio est actio, & nō est motus: quod si dicāt, ipsos loquutos de actione physica; instatur; tum quia non explicant communem rationem actionis, quæ cum non sit motus, non potest actio specifica includere motum, cum ratio generica illam positiuè excludat; at dici pōt rationem communem esse indifferentē ad actionem dependētē à subiecto, & independentem, quæ cum vera sint, adhuc explicari debet ratio formalis actionis, quæ sic diuiditur.

Secundum alios actio formaliter est relatio agentis ad passum.

Tertia est. Actum existentem in agente à quo formaliter determinatur ipsius potentia, vt virtute illius existat effectus in rerum natura, & ob illius ignorationem explicamus p esse ab hoc, sicut passionē per esse in hoc, quem actum ea opinione negante potentiam exequutiuam, distinctam a voluntate efficaci in Deo, dicunt esse imperium, in creaturis verò irrationabilibus esse aliquid proportionale imperio, & similiter in potentia exequutiua Dei identificatum cum illa. ita Caiet.1.p.q.75.art.1. & Bergamus tribuit D.Th. in tabula d.35. sed hæc, fusè, cum de subiecto actionis, consultabitur: nam non pertinet ad explicationem rationis formalis actionis, scire, an sit in agente, an in passio? quia conceptus obiectiuus significatus per illa verba, esse ab hoc, in quo Caiet. ponit essentiam actionis, potest secundum rem inhærere potentiæ actiuæ, & passiuæ, ideo videndū de hac opinione, cum de subiecto, in quo actio inhæret. Ad hanc spectat opinio dicentium, esse conatum quendam agentis, vt probant ex conatu potentiæ ad visionē, vnde oritur defatigatio, quæ eo est maior, quo est maior difficultas videndi: quia est necessarius maior conatus, & dicitur actio transiens quatenus connotat motum in passo, & licet ille conatus appareat in operationibus animalibus, tamen idem proportionaliter dicendum de alijs operationibus. Sed non placet: quia actio est essentialiter cōnexa cum effectu producto, & non sic conatus: quia potest potentia conari, & potest non produci effectus, & contra, potest aliquando existere effectus, etiamsi in potentia non sit conatus, vt patet experientia. Confir. quia actio est communis tam animalibus, quam naturalibus vt elementis, cælo &c.& tamen in his non est conatus. tū quia in illis non est defatigatio, vt patet ex solis illuminatione &c. tum quia conatus est actio immanens spiritus animalis ad potentiam, quæ est operatura, atque adeo præcedit actionem potentiæ. 7

Alij ponunt conatum quendam agentis.

Quarta. Esse dependētiam realem effectus à causa efficiente. ita Suar. disput. 48. sect. 1. nu. 15. quia vt actio, & passio sunt idem, sic dicitur passio vt se tenet ex parte subiecti; & actio, vt se tenet ex parte agētis: ita dependentia actiua, & passiua sunt 8

idem

idem, quare ex parte effectus, qui pendet, dependentia se habet passiuè, ita ex parte agentis se habet actiuè, atque adeo est idem ac actio.

Quinta, esse actum causæ, quo formaliter habet effectus esse, seu existentiam virtute causæ, quē actum alij explicant nomine communicationis; alij dationis; alij nomine exercitij potentiæ effectiuæ, qui actus dicitur prior dependentia effectus à causa: quia ideo effectus pendet ab agente, quia fit; vnde Tol. in Logica, dum dicit esse formam ab alio procedentem, & in aliud influentem, videtur includere in actione intrinsecum respectum ad agens, & ad terminum: & hæc opinio videtur vera, & magis explicare naturam actionis: quia includit relationem ad causam effectiuam, & ipsum effectum: de qua relatione qualis sit, controuersia est inter Scotum, & alios: nam alij dicunt esse sub genere relationis trascendentalis, quod vagatur per plura genera prædicamentalia, vt nos alibi explicauimus; alij autem cum Scoto comminiscuntur aliud genus relationis, quam vocāt relationem extrinsecus aduenientem. vnde.

Tol. includit in actione intrinsecum respectum ad agens, et ad terminum.

9 6. Opinio est Scoti 4.d.13.q.1.§.ad Genus autem, & tetigit d.6.q. 10.& 3.d.1.q. 1. vbi distinguit relationes duplicis generis: alias appellat intrinsecus aduenientes, quæ scilicet necessario ponuntur, positis fundamento, & termino, & pertinent ad prædicamentum relationis; alias extrinsecus aduenientes, quæ scilicet nō necessariò sequuntur posito fundamento, & termino, & ptinēt ad 6. vltima prædicamēta. Vnde actionem ait, esse relationem extrinsecus aduenientem: quia posito igne, & ligno, non necessariò sequitur actio, ob defectū applicationis debitæ, vel interpositum obstaculum, imò etiam ablatis omnibus impedimentis, potest non sequi actio, vt in actionibus liberis; & naturalibus etiam per potētiā Dei: & probat: quia actio dicit relationem ad agens, non intrinsecus aduenientem idest prædicamentalem, vt patet ex dictis, ergo relationem alterius generis: neque est respectus secundum dici: quia esse huiusmodi respectū, non est esse verum respectum, sed significari ad modū respectus; sed actio dicit verum respectū, quare erit aliud, respectiuum esse, atque adeò extrinsecus adueniens. Confirm. quia actio est essentialiter emanatio, & causalitas agentis, ergo essentialiter est quid medium inter agens, & effectum ab vtroque pendens, & constituens inter illa oppositionem quandā; at hoc est solum de ratione relationis secundum esse.

Sed hæc Scoti opinio reijcitur ab Her. quod.7.q.14.& Soncin.5.met.q. 39. Sot. c.de ad aliquid, & 5. phy. q.2.ar.2. Nam si respectus extrinsecus aduenientes sunt veri respectus secundum esse, vniuocè conuenient cum alijs in ratione respectus: nā ex diuerso modo originis, licet arguatur distinctio specifica relationum, non tamē tollitur vniuoca conuenientia: imo supponit aliquam conuenientiam essentialem, in qua, cū nulla appareat analogia, necessariò erit vniuoca, vnde licet relatio mutua, & non mutua distinguātur essentialiter, nō ita, quin vniuocè conueniant. Sed hæc ratio non omnino conuincit: quia indè probaretur, relationes transcendentales, cū sint veri respectus, pertinere ad prædicamentum relationis, quod tamen constat esse falsum, vt patet ex nomine ipso transcendentalis: quia sic dicitur, quod omnia entia creata percurrat: alioqui conceptus abstrahens à relatione transcendentali, & prædicamentali, esset super transcendentalis. 10

Oppugnatur sententia Scoti.

2. Ab alijs reijcitur: nam si nomine harum relationum intelligit transcendētales, solum de nomine arguendus est, quod sine causa vocabula mutet; vel aliud genus relationum distinctum à prædicamentali, & trascendentali: & tunc argum. hoc vrgetur: nam cum nō sit transcendentalis, dicet determinatum modum relationis, ergo speciale genus relationis, atque adeo per modum naturæ determinatæ vniuocè, cōtentum sub genere vniuersaliori, inter prædicamenta non est, nisi vnum genus relationis ab alijs distinctum. ergo &c.

Confirm. quia facilius rem explicare potuisset, per relationem trascendentalē, primo diuersam à prædicamentali: nam non omnis relatio extrinseca pertinet ad prædicamenta, vt patet de vnione, vnde rationem reddere debet, cur aliqua pertineant, & aliqua non?

Confir. 2. Quia nec rectè explicat relationem extrinsecā: nam relatio propinquitatis est intrinseca, & tamen non sequitur positis extremis: & constat ex dictis in Logica, consurgere de nouo relationem, ob mutationem factam in aliquo absoluto, vt ibi videre licet.

Demū, relationē extrinsecus aduenietē, vel vocat relationem agentis ad passum,

vel ad effectum: & hic est posterior actione, & posita ratione fundandi, & termino, statim sequitur; vel de relatione ipsius actionis ad principium agendi, & tunc peto, an extrinsecus adueniat? nō enim actioni; quia potius est actioni intrinseca, & essentialis: neque subiecto: quia sic multæ relationes prædicamentales essent extrinsecus aduenientes, vt patet: nam subiecto, cui accidit scientia, accidit etiā relatio scientiæ ad obiectum. Neque dicas esse discrimē, quod per actionem, qua fit scientia non fit relatio: quia hæc deinde resultat, at per actionem: & sic non additur, nisi relatio, quæ per se fit, vt ipsa actio, & sic etiam aliæ relationes extrinsecus, non inquam id dicas: quia id conuenit etiam relationibus transcendentalibus, cum sint rebus essentiales: & præterea gratis dicitur, actionem dicere solum relationem, est enim modus quidam dicens relationem essentialiter: vt similiter scientia est qualitas essentialiter respectiua a obiecti; quod si ex scientia resultat relatio prædicamentalis, ita etiam ex actione, v.g. ex generatione filij paternitas in patre, & filiatio in filio. Sed de hac relatione plura in Logica, vbi solui fundamenta Scoti, quæ etiam ex hic dictis patet, non esse solida: nam relatio, quæ non ponitur, posito fundamento, & termino, non constituit aliud genus relationis ab illo, quod resultat: quia resultantia non solū exigit fundamentum, & terminum, sed etiā rationem fundandi, quibus omnibus positis semper resultat. At verò: quia in aliquibus non potest poni fundamentum, & terminus, nisi simul etiam ponatur ratio fundandi, ideo positis illis necessariò ponitur relatio, ideo non necessariò ponitur sed expectatur. At quia ratio fundandi non necessariò in aliquibus ponitur posito fundamento, & termino, vt propinquitas adeo non necessariò ponitur, sed ex spectatur vt ponatur ratio fundandi; at hoc non variat genus relationis.

Relationes transcendētales sunt rebus essentiales.

D. 2. *An actio dicat ordinem ad agens.*

ARTICVLVS I.

Explicatur opinio Auctoris, & aliorum.

1 PRimo Not. Effectum non solum pendere à virtute suæ causæ, sed etiam ab exercitio huius virtutis: nam posita virtute sine vllo exercitio, seu actu virtutis, non ponetur effectus. Secundo effectum ipsum non esse immediatum exercitium causæ: quia manente eodem effectu, variari potest ratio exercitij causæ circa illum; nam idem calor potest produci in subiecto, & fine, & per conuersionē ex alio, ergo calor secundum suam rationē formalem non est exercitium causæ circa illum, siue sit causa creans, siue educens, siue eductes. Confir. quia effectus pōt esse substantia completa, & perfecta, & exercitium non sic; quia actus, seu exercitium hoc, non significat entitatem per se stantē, sed alteri adhærentem. Demum confirm. ex nominibus illius: quia dicitur communicatio, & largitio et productio entitatis, quare ex sua ratione supponunt aliam entitatem, cuius sunt largitio &c. Hinc fit, vt omnis res non habens esse à se, necessario habeat esse sibi ab altero communicatu m siue medio exercitio virtutis causæ, vt quando est effectus sine medio, & quando est ipsum exercitium, & via ad terminum; nam hoc nō indiget alio, ne detur processus &c. At hic dubitabit aliquis, in quo genere causæ terminus causetur ab hoc exercitio? Resp. aliqui in genere causæ formalis. Ego Resp. cū Suario disp. 48. sect. 2. 19. propriè non esse in aliquo genere causæ, sed impropriè est in genere causæ illius, cuius est exercitiū: nam si est causæ efficientis, pendet in genere causæ efficientis, non quidem, quod sit potentia effectiua; sed quia causalitas effectiui principij: nam alioqui non esset ratio, qua probari posset procedere effectiuè à causa: quia non procedit effectiuè à causa, nisi mediante causalitate; at causalitas non pendet effectiuè propriè à causa: quia est id, à quo aliud effectiuè pendet. 2

Hoc exercitium propriè nō est in aliquo genere causæ.

Dices. Sicut causa dicitur efficiens per causalitatem tanquā per causam formalem illius denominationis, & per potentiam suam, tanquā per principium effectiuum, ita terminus dicitur actualiter pendens, & fieri per causalitatem, tanquam per causam formalem, & per potentiam agentis in genere causæ efficientis. Confirm. quia quod non habet esse, nisi illi sit ab altero communicatum, pendet à communicatione sui esse formaliter, ergo non in genere causæ efficientis. Antecedens probatur, communicatio solum est forma, qua formaliter fit, esse effectū communicatum ex virtute

tute causæ, quare effectus pendet ab exercitio virtutis, solum in genere causæ formalis. Resp. in effectu est entitas effectus, & est denominatio communicati. Hoc argumento rectè probatur, effectū quoad denominationem esse cōmunicati ex genere causæ formalis pendere ab ipsa communicatione, quod facilius confirmatur: quia communicatio, vel est accidens, vel habet conceptum accidentis, & entitas sæpè est substantia, ergo non potest formaliter constitui per ipsam communicationē, non enim communicatio, cū sit accidens potest esse forma entitatis substantialis, neque quod effectus dicitur habere esse formaliter per actum: quia formaliter non accipitur, vt distinguitur contra causalitatem in alio genere causarum, sed vt distinguitur contra virtualiter, & in potentia, & idem est ac esse actu.

Quomodo effectus nō dicatur habere esse formaliter per actum.

3 ☞ 3. Not. hanc denominationem pendere ab ipsa communicatione in genere causæ formalis, non quidem extrinsecè, vt denominatio agentis ab actione, sed intrinsecè. Prob. inductione: quia nullum subiectum denominationis extrinsecæ realiter pendet à forma denominante, sed subiectum huius denominationis, scil. entitas effectus realiter pēdet ab actione, ergo; sed hæc ratio non videtur probare: quia potest esse denominatio ab alio, tanquam à forma, & tamen illa esset forma extrinseca, vt patet in agente, qui realiter denominatur agere. 2. Probatur respectu actionis, entitatis effectus non est terminus extrinsecus, sed intrinsecus, ergo productio est intrinseca, & non extrinseca respectu formæ productæ. Antecedens probatur: quia debet habere terminum aliquem intrinsecum, non enim potest intelligi huiusmodi actio sine hoc termino, qua enim ratione intelligi potest effectus habere totam suam entitatem ab agente communicatam mediāte actione tanquam per formam quādam, qua effectus habetur esse in genere causæ efficientis, & rationem communicati in genere causæ formalis, si non intelligitur communicatum esse intrinsecum formæ productæ? Conf. 1. Quia non potest intelligi productio, nisi vt modus rei productæ. Confirm. 2. quia productio in Deo existeret, & non in creatura, vt patet, sed hoc est falsum: quia productio est in tempore, quare aliquid ex tempore adueniet Deo: nam non potest esse productio ab æterno, & non esse rem productam sicut est impossibile esse causam formalem actualem, & non esse effectum formalem: & productio est causa formalis rei in esse productæ, & non potest intelligi productio actualis, sine actuali termino .i. producto: quia hæc dicit ordinem ad terminum, non possibilem, ergo actualem. &c. Confirm. vltimò: quia hoc esse virtute alterius, est habere esse formaliter propter communicationem entitatis exercitam virtute alterius, sed habere esse propter cōmunicationem exercitam à Deo in creaturis, temporaneum est, ergo & ipsa communicatio temporanea est, atque adeo in ipsis creaturis intrinsecè existit.

Dices; productio est formaliter imperium diuinum, sed hoc est ab æterno: quia est actus voluntatis, vel intellectus, ergo. Resp. negando antecedens: quia productio est actus potentiæ productiuæ, seu omnipotentiæ; non sic autem imperium: quia imperium potius antecedit tanquam virtus applicans potentiam productiuam, vt patet in creaturis: & idem proportionaliter dicendum in Deo.

4. Not. Constare in actionis nomine includi relationem aliquam, quia non potest intelligi sine eo, cuius est actio, tanquā principij, & cuius est actio tanquam termini: quia denominatio hæc agentis est relatiua, at non potest sumi ex ipsa existētia termini, & agentis secundum se: quia constat manere illa sine hac denominatione, ergo debet esse forma relatiua; sed difficultas est, qualis relatio sit, prædicamentalis ne an transcendentalis? &c. 4

Nomine actionis inclu ditur aliqua relatio.

5. Not. Actionem non dicere præcisè relationem prædicamentalem: quia hæc supponit effectum ad quem terminatur, & actionem, ratione cuius conuenit relatio fundamento: quare necessariò debet dicere alium modum relationis: quare videndum est, an sit relatio secundum dici, vt explicant aliqui ex Thomistis, quod dicat absolutum, intellectum cum relatione rationis, an verò dicat absolutum, sed transcendentaliter relatiuum? quare

Qua ratione cōueniat relatio fundamento.

6. Not. Actio non dicit absolutum cum respectu addito, est contra Cap. Socin. & alios: quia vel dicit absolutum cum reali relatione prædicamentali superaddita, vel cum relatione rationis: non primum: quia actio secundum integram rationem suam est prior natura, quàm illa relatio: quia dicta relatio supponit effectum ordine naturæ prius productum; at effectus est per actum

Qualem respectū dicat actio.

rationem. Confirm.1. quia potest esse vera actio sine huiusmodi relatione consurgente: vt patet in Deo, qui dicitur verè, & realiter agens, ergo causa agens vt sic, est prior natura, & independens à relatione. Confirm.2. Quia non potest res vnius prædicamenti essentialiter constitui per aliud: alias nec esset vnũ per se, nec prædicaméta essẽt inter se impmista; neq; dicatur, actionem per se primò dicere absolutũ, & connotare respectum: quia hic inquirimus intrinsecum constitutiuum actionis; at res vnius prædicamenti non potest constitui per solam connotationem alterius prædicamenti: nam res connotata est extrinseca, & connotatio non est aliquid rei, sed denominatio sumpta ex modo concipiendi nostro. Quod si dicant connotationem esse habitudinem aliquam realem, quam habet motus ad relationem, resultantem in agente, iam hæc non erit connotata, sed per se primo directè inclusa in actione; neque illa habitudo erit ad relationem, quasi per accidens resultantem, sed ad principiũ effectiuum, q per se respicitur ab actione.

Ex his patet, neque illud superadditum esse relationem rationis: quia actio secundum totam suam rationem formalem est à parte rei. ergo.

5 *Actio est modus quidam simpliciter absolutus sed secũdũ quid respectiuus.*

7. Not. Ex dictis fieri, vt dicat relationẽ trascendentalem: est enim modus quidam simpliciter absolutus, sed secundum quid respectiuus: quia includit respectum secũdum quid, cuiusmodi est relatio trãscendentalis: & præterea si diceret purum respectum sine aliqua perfectione absoluta, iam non esset relatio trascendentalis, sed prædicamentalis, quæ nullum aliud munus habet, quam referendi subiectum ad terminum, vt pure terminum, vt in Logica explicaui. Confirm. quia relatio prædicamentalis non est de essentia alicuius perfectionis, pertinentis ad alia prædicamenta; at relatio trãscendentalis est essentialis diuersis speciebus, pertinentibus ad alia prædicaméta; vt ordo ad subiectum est essentialis omnibus accidentibus, &c. sed hinc oritur difficultas, ad quod nam dicat actio relationem? Vndè

Actio dicit essentialem, & intrinsecam dependentiã ab agente.

8. Not. hanc relationem trascendentalẽ essentialiter esse ad agens, vt principium agendi: quia nec potest intelligi actio sine ordine ad agens, nec distinguitur à passione; vt patet: quia actio vt sic, dicit emanationem, & egressum ab agente; at hic non potest concipi sine ordine ad agens.

Confirm. primo: quia actio vt sic, denominat agens actu tale, denominatione reali, orta ab ipsis rebus, & non propter realem vnionem ad ipsum agens: quia alias non esset denominatio extrinseca, sed intrinseca, ergo saltem propter habitudinẽ realem actionis ad agens.

Confirm.2. Quia actio dicit essentialẽ, & intrinsecam dependentiam, ab agente, & non per aliam dependentiam à se distinctam: alias esset processus in infinitum, ergo per se ipsam intrinsecè pendet; at depẽdentia essentialiter dicit habitudinem ad principium, à quo est dependentia.

Dices. Si actio dicit habitudinem ad agens, ergo & actio denominat agens, quare huius formæ per illam agens refertur, quare refertur ad se ipsum; at relatio eiusdem ad se, est relatio rationis. ergo.

R. primo. Per hũc respectũ precisè sũptum non refertur agens ad aliud, sed ipsa actio respicit agens, à quo egreditur: quia ipsum agens est terminus huius respectus: quia agens non refertur per relationem rei, vt est effectus suus, sed potius per oppositam relationem.

6 *Agens per actionem refertur ad terminum actionis.*

Resp.2. Per actionem verè referri agẽs non ad se, sed ad terminum actionis: vnde hic aduertendum, dupliciter posse agens vt sic, referri ad effectum suum: primo relatione prædicamentali, & de hac non agimus hic. 2. relatione transcendentali, quatenus est causa in actu, & hoc etiam dupliciter; primo in ordine ad actionem suam, tanquam aliqualem effectum suum, cum ab illo egrediatur: & hic nullus est in ipso agente præter eum, qui est in ipsa potentia imbibitus, si quis est: nam inter ipsam potentiam, & actionem, non interponitur aliquid aliud, in cuius ratione talis relatio includatur: vnde potius denominatur agens ab actione, non tanquam habens respectum ad actionem, sed vt terminus respectus, tanquam principium actionis. Secundo in ordine ad terminum: quia non potest intelligi agens, nisi intelligatur aliquod agere, & hunc respectum infra constabit, non esse distinctum ab ipsa actione: vnde non propriè dicetur referri, sed tantũ denominari quod referatur: quia nihil verè refertur, nisi quod habet in se relationẽ at agens vt sic, non habet in se illum respectum, sed potius demonstratur extrinsecè ab actione, quæ habet illum respectum.

Resp.3. Cum actio includat respectum

ad

Actio non pōt respicere agēs sine respectu ad terminum,

ad agens, vt supra, & ad terminum, vt infra probabitur: nec possit actio respicere agēs sine respectu ad terminum, tamen posse abstrahi praecisiuè vnum respectū ab alio: quia potest considerari vnus respectus, non considerato alio; vnde fieri potest, vt actio non referat agens ratione respectus, quem habet ipsa ad agens, licet denominet illud tanquam terminum, & principiū suum; sed tantum ratione respectus ad terminum, illud quasi ordinet, seu potius denominet tanquam relatum ad effectum.

Hinc patet, actionem dici vltimum actum potentiae actiuae, non vt subiecti, sed vt principij à quo: quia hic est essentialis respectus actionis vt sic: & quia actio est id, quod proximè egreditur à principio actiuo, rectè dicitur exercitium eius, & quaedam extrinseca actuatio eius.

ARTICVLVS II.

Explicatur opinio aduersariorum, & resoluuntur argumenta.

7 *Proponitur, & refutatur opinio Aresij.* NEgat Aresius 1. de Gen. disp. 5. q. 38. sect. 4. Actionem includere ordinem ad agens: nam licet concedat, actionem non differre à dependentia: quia effectus formaliter pendet à causa per actionem; tamen dissentit in assignando termino relationis, quam habet actio: quia negat esse agens, sed solum faciens, seu terminum: nam actio est ratio, per quam fit terminus. 1. Quia actio est vltimus actus seu forma potentiae actiuae, sed agens est id, à quo est aliquid, ergo actio est ratio, & forma, per quā ab agēte est aliquid: sicut n. pōtia actiua dicit ordinem ad passum, & effectū, non aūt ad agens, ita actio, quae est ratio agentis aliquid efficiendi: nam idem enim obiectum fertur potentia, & eius actus, eum potentiae specificētur ab actibus, & actus ab obiectis. Conf. 1. Actio est forma denominans agens, ergo dat subiecto, vt habeat in concreto id, quod ipsa habet in abstracto, atque adeo, sicut ipsa dicit esse ab alio, ita agens, & illud, quod est ab alio, quo nihil est absurdius: nam agens est id, à quo est effectus mediante actione. Confirmatur secundo. Quia actio est quid medium, & via inter agens, & patiens, per quam agens tendit ad patiens, ergo vt dicit ordinem ad agens, se tenet ex parte passionis: quia esse ab alio, potius est pati, & recipere, quam dare; vt verò dicit ordinem ad passum, sic habet rationem actionis: quia sic est ratio communicandi aliquid passo. Conf. 3. Quia ex sententia contraria sequeretur, posse esse actionem sine vllo effectu: quia prius concipitur, rationem esse ab agente, quā effectu esse ab actione, ergo si essentia actionis posita est in respectu ad agens, poterit esse in illo priori actio secundum suam essentiam, etsi nullus sequeretur effectus. Conf. 4. Ex Arist. 3. phys. 20. 22. vbi ait actionem esse actum huius in hoc; passionem verò huius ab hoc, ergo ordo ad agens, cum cōstituat passionem, non potest constituere actionē: quia hae sunt duae essentiae inter se distinctae. Verum haec non obstant: nam ex eo, quod actio dicat ordinem ad agens, nō negatur dicere etiam ordinem ad passum, & terminum; sicut passio ex eo, quod dicat ordinem ad agens, non negatur, quin dicat ordinem etiam ad terminum, qui recipitur in subiecto, formaliter per ipsam passionem, quod ostenditur ex doctrina Arist. qui distinguit motum ab actione, & passione, non quidem per ordinem ad terminum, cum etiam motus illum respiciat, sed per diuersos respectus in ordine ad agens, & patiens: nam motus abstrahit ab ordine ad agens; non sic autem actio, & passio: vt explicaui in phys. tr. 19. q. 6. vbi de distinctione motus ab actione, & passione, & q. 7. vbi de distinctione inter actionem, & passionem. Quare hic breuiter, Resp. ad argumenta proposita. Ad 1. Resp. eo ipso quod dicitur, actionem esse actum & exercitium potētiae, hoc ipso dicitur ordo, quem habet exercitium respectu potētiae: exercitium enim, & actus est alicuius exercitium, & actus. Vnde non abstrahit ab agente, vt principio istius actionis; causa autem deceptionis aduersariorum est, quod non distinguant diuersam rationem terminandi; nam alia ratio est terminandi actionem vt principium illius; & alia ratio terminandi vt finis illius, & alia vt subiectum illius, à quo tamen licet actio physica non abstrahat, actio secundum se abstrahit, vt patet ex creatione.

Ad probat. Resp. Diuersam esse rationē potentiae actiuae, & actionis: nam potentia actiua cum sit principium vt sic, non est necessariū, vt sit ab alio; at verò actio necessariò est ab alio, eum sit exercitium potētiae. Ad Conf. R. Formā denominare subiectum secundum rationem, secundum quā tribuit illi effectum formalem, vnde cum 8 *Diuersa est ratio potentiae actiuae, & actionis.*

actio

actio sit forma extrinseca, non tribuit agēti effectum formalem intrinsecum, sed extrinsecum: & ideo non præstat, vt aliquid intrinsecum potentiæ sit ab alio, sed vt denominetur, non quidem quod ipsa potentia sit ab alio, vel à seipsa, sed quod sit habens formam, quæ est ab ipsa. Vnde aliqui concedunt, potentiam actiuam, vt stat sub forma actionis, & secundum illud esse actionis, esse à seipsa, sub diuersa ratione, scil. subiectiue, & effectiuè; sed non est necessarium, vt nos conijciamus in has augustias. Ad 2. Resp. Inde confirmari nostram opinionem: nā cum sit medium, respicere debet vtrumque extremum, scil. agens, & patiens, seu effectum; sed sub diuersa ratione. Resp. 2. actionem esse viam, seu rationē formalem, per quam agens communicat formæ existentiam, & subiecto formam verum in hoc conceptu includitur duplex relatio, scilicet tendentia ad formæ existentiam, & ad agens, quatenus est forma, per quam agens habendo actionē à se tendit in terminum. Dices. Esse ab alio dicit recipere existentiam ab alio, ergo non potest dicere conceptum actionis: quia actio formaliter est ratio communicandi existentiam alteri, non recipiendi existentiam ab alio; Resp. actionem recipere existentiam ab agente, sed seipsa, & non per aliam actionem, & ideo sub hac ratione habet conceptum actionis, & dicit ordinem ad agens.

Actio tanquam via, & medium respicit vtrumque extremum.

9 Ad 3. Neg. Cōsf. Quia ex huiusmodi prioritatibus non rectè colligitur separabilitas in re, vt alibi ostendi. Ratio: Quia licet sit prioritas in vna ratione, est tamen posterioritas in altera ratione: actio .n. est prior termino, in genere causæ efficientis; & est posterior in genere causæ formalis actualis, & specificantis, & hinc oritur inseparabilitas. Ad 4. Resp. Inde potius colligi oppositum: nam dicit, actionem esse actum huius in hoc, ergo nō potest cōcipi sine ly huius, idest agentis, hoc autem oritur ex relatione, per quam connectitur actio cum agente: & patet ex ipso nomine actionis: actio enim est agentis actio, qui modus loquendi ostendit relationem actionis ad agens: fluit enim actio ab agēte vt principio, & tendit ad passum, quod significatur per ly hoc, vt effectum, & subiectum. Adprobat Resp. Passionem esse actum subiecti recipientis: & quia motus est etiam actus subiecti, quo subiectū tendit à priuatione ad formam, ideo Arist. vt distinguat passionem à motu, addit illa verba ly ab hoc: est enim receptio formæ vt communicata ab agente; at cōtra, actio est actus agentis formaliter; sicut passio est formaliter actus subiecti connotata actione agentis; sicut actio connotat passionem termini, & subiecti. Hinc Aristot. ibidem cōparat actionem, & passionem viæ Athenis Thebas, q̄ dicitur ab Athenis Thebas, vt incipit ab Athenis, & eadem via, vt incipit à Thebis, est via Athenas. Ita actio, & passio, vt ille ordo incipit ab agēte, & tēdit ad effectum, & passum, dicitur actio; at vt idem motus incipit à subiecto, & terminatur ad agens dicitur passio. Quare idem ordo māliter diuerso modo conceptus cōstituit actionem, & passionem; sicut eadē via diuerso modo concepta constituit diuersas vias formaliter. Hæc breuiter dixi, cætera videri possunt in physicis, vbi de hac re fusius scripsi.

DVB. III. *An dicat respectum ad terminum.*

ARTICVLVS I.

Afferuntur Opiniones Doctorum.

NOt. Quæstionem intelligi posse de actione immanēte, & trāseunte. Immanēs dicitur, q̄ nō habet effectū extra ipsum agens, & hanc constat esse in agente; transiens verò, quæ habet effectum extra ipsum agens, de qua dicitur, an sit in ipso agente? sed nunc quæritur de ordine vtriusque ad terminum. 1

Quid sit actio immanens, & transiens.

Prima Opinio est, distinguētiū actionē transeuntē, & immanentē, & hāc non esse de genere actionis, sed de genere qualitatis, vt 9. met. 21. atque adeò non respicere essentialiter terminum, etiamsi sit exercitium potentiæ actiuæ; transeuntem verò esse de genere actionis vt est prædicamentum distinctum ab alijs, & hanc essentialiter respicere terminum, ita Sonc. 5. mer. q. 36. nam ideò transeuntes dicuntur: quia transeunt in aliquem terminū. Et quia de transeunte actione non est controuersia, de immanēte probāt ex 9. m. 16. vbi distinguūt actionē, immanentē à transeunte, quod per hanc fiat operatū, distinctum ab operatione; per illam verò nihil. Vnde fit, actionem immanentem non esse propriè actionem de genere actionis. Cōs. Quia omnis actio de genere actionis, est actio

Secundum alios immanens non est de genere actionis.

successiua, cum sit motus. 3. phys. 19. sed actio immanens non est successiua, ergo. Vnde neque illuminatio, neque generatio sunt de genere actionis.

Omnis actio infert ex se passioné. Conf. 2. Quia omnis actio infert ex se passionem 3. phys. at immanentes non inferunt passionem circa id, circa quod versantur, vt visio non immutat visibile, ergo non habet terminum, qui fiat per illam: quia actio non habet terminum, nisi quatenus transmutat id, circa quod versatur, vt talem terminum recipiat.

Conf. 3. Quia omnis potentia actiua est, quæ transmutat aliud, in quātum aliud, ergo actio propria est, qua transmutatur aliud; at per actum immanentem non trāsmutatur aliud vt sic, ergo.

2 *Actio immanens est perfectio agentis, non sic prædicamentalis.* Conf. 4. Quia actio immanens est perfectio agentis, cum in illa consistat beatitudo operantis, sed actio prædicamentalis non est perfectio agentis, vt patet in igne, qui per calefactionem non perficitur.

Hæc tamen facilè soluuntur: nam Aristoteles non negat terminum ab actione immanente, sed aliquid fieri extra ipsum operantem, vel terminum, qui maneat transacta actione: vnde 1. Eth. c. 1. ait consistere in ipso vsu, & esse fines. vbi distinguit operationes, quarum finis præter has, opera quædam sunt, cuiusmodi sunt actiones trāseūtes, iō re termini intrinseci. At inquies, non distinguetur immanens à transeunte: quia per immanentem aliquando fit habitus, qui permanet transacta actione. Sed Resp. non fieri per actionem immanenté, vt sic, sed per terminum illius, quæ est qualitas quædam, tanquam per principium agendi: nam præterea est actio identificata cum habitu, quare differentia consistit in habere, quod actio immanens vt sic, nunquam habeat terminum permanentem post ipsam; at transiens habet plerumque, licet aliquando non habeat, vt actio cytharizādi, saltādi &c. in quib. oritur ex imperfectione termini, qui requirit semper influxum suæ causæ; at in actibus immanentibus, & vitalibus oritur ex perfectione peculiari ipsarum: quia sunt vltimi actus vitæ: quare non possunt permanere sine actuali influxu potentiæ. Ad Conf. Neg. añs, vt patet ex illuminatione: & nulla est ratio, cur instantanea non sit propriè actio, distincta à termino: & falsum est, omnem actionem esse motum, vel identificari cum motu: quia formaliter, & præcisè habent conceptus proprios, atq; adeo formaliter nulla actio est motus. Quod si Aristotel. dicit oppositum, intelligi debet permissiue; vel accipit motum largè pro qualibet mutatione. Ad 2. Conf. Resp. loqui de actione eductiua, vel loqui de passione impropriè, respectu effectus, qui dicitur fieri passiuè: vnde sicut actio non potest esse sine effectu, ita non potest esse, quin inferat passionem, siue subiectū, siue effectum.

Actus immanentes, et vitales sūt vltimi actus vitæ.

3 *Explicatur opinio Aristot.* Ad 3. Illam definitionem ab aliquibus explicari, siue virtualiter, siue formaliter: nā dū intellectus agit in seipsum, vt efficiēs distīguitur à seipso, & vt est recipiēs intellectionis, vt patet: nam actio apud Arist. significat actum voluntatis, vt est rectificabilis secundum rectam rationem; cōstat aūt actū volūtatis elici, & recipi in volūtate. Resp. 2. Nunquam in actibus immanētibus potentiam, quæ est receptiua, esse principium adæquatum operationis: quia semper illi admisceatur aliquod principiū extrinsecū: vt respectu intellectionis admiscetur intellectui species: & respectu appetitionis, vel simul cū appetitu concurrit obiectum cognitum, vel ipsa cognitio. Denique Resp. ibi non definiri potentiam actiuam, nisi creatam, quæ non potest operari sine subiecto, cum tamen detur actio, seu creatio sine subiecto.

Ad 4. Resp. Actionem vt sic, non esse in agente, sed contractā ad immanentem: imò neque immanens, vt habet conceptū actionis, est in agente, sed vt est qualitas informans, & vltimò perficiens operantem; neque beatitudo consistit formaliter in actione vt sic, sed tantum præsuppositiuè, vt est via ad talem perfectionem intellectus, quæ secundum multos dicitur verbum, & secundum alios negantes verbum, est qualitas.

4 *Secundum alios actio vt sic, nō respicit essentialiter terminum.* 2. Opinio est negantium, de essentia actionis vt sic, vt est summum genus, habere terminum, quem essentialiter respiciat: quia sub eo genere quædam actiones continentur, quæ non habent terminum, vt sūt immanentes, quæ sunt propriè actiones, imò sunt puræ actiones, sine vllo termino, licet transeuntes habeant terminum. ita aliqui ex Thomistis, qui actionibus sensitiuis, & appetitiuis negant terminum. ita Caiet. 1. p. q. 17. art. 1. d. 1. & 3 Ferr. 1. contra gentes c. 53. Capreol. d 27. q. 2. Ian. 9. m. q. 16. Vincentius in relectione de gratia Christi q. 7. d. 1.

Fundamentum sumunt ex 9. m. 16. vt

supra diximus. Cõf. 1. Quia visio nihil producit in obiecto, neque in potentia, præter se ipsam; similiter in alijs sensibus, & actibus appetitus. Conf. 2. Quia nulla est necessitas horum terminorum, cum præcipuè hæ actiones non sint institutæ, vt per eas potentiæ aliquid producant, & se communicent; sed vt vniant se obiectis. Sed ad 1. patet ex dictis.

Ad 1. conf. similiter ad 2. Resp. negando, non esse necessarium, vt infra; neque propriæ potentiæ dicuntur vniri obiectis, nisi metaphoricè: & hæc ipsa vnio fit per qualitates productas in potentijs; neque actio vnitiua fit sine productione alicuius termini, qui formaliter fit ipse modus vnionis, & inde completè, & adæquatè fit compositum.

5 *Et communi actio vt sic, respicit essentialiter terminum.*

3. Opinio est esse de ratione actionis vt sic, habere terminum, quem essentialiter respiciat, qui est id, quod per actionem à vera causa efficiente procedit. Est communis, ita Dur. 1. d. 27 Gab. q. 2. ex Scoto ibi q. 3. & quodl. 8. & Bonau. 1. d. 3. art. 1. q. 1 ad vlt. & Ant. And. 9. m. q. 4.

ARTICVLVS II.

Explicatur opinio Auctoris.

PRimo Not. Non rectè ab Het. quodl. 2. q. 8. negari, actionem immanentē esse causalitatem, & efficientem causæ efficientis: quia de ratione potentiæ actiuæ est, mutare aliud, in quantum aliud, vnde putat, actionem immanentem solum dici de causa materiali, & formali; quia hæ causæ ita causant, vt maneant in effectu, non inquam rectè id dicitur: nam primo causalitas materiæ, & formæ non dicuntur actiones, nisi confundantur vocabula, 2. Quia actus vitales sunt immanentes, & tamen sunt effectus: quia sunt à potentia vitali, & in genere causæ efficientis. Conf. Quia nō repugnat potentiæ actiuæ, agere in se ipsā, vt alibi, vt rectè Sonc. & Iau. quare nomine actionis immanentis intelligimus veram, & propriam efficientiam quoundā actuum, qui manent in ipsis principijs, à quibus fiunt &c.

Nomine actionis immanentis intelliguntur actus, qui manent in ipsis principijs, à quibus fiunt.

Non procedit quæstio de actionib. transeuntibus.

2. Not. Hanc quæstionem non esse de actionibus transeuntibus: quia de his omnes concedunt ordinem ad terminum; sed de immanentibus, de quibus certum est, esse qualitates, sed efficere procedētes à potentia: nam licet dubitetur, an possit actus vitalis informare potentiam, à qua non est productus; tamen concedunt, naturaliter non posse: nam homo naturaliter non potest amare, nisi efficiendo illum actum, quod de actu libero certius est: nam alioqui non essent liberi, nisi procederent à potentia, cuius sunt actus liberi, etiam de potentia absoluta: vnde in his actibus, non solum est ipsa ratio qualitatis, sed etiam dependentia effectiua ipsorum à causis suis, atque adeo causalitatem effectiuam potētiarum in ipsas qualitates: quare non potest negari, esse in his actionem.

3. Not. dubitari circa hos actus immanētes, an in eis ratio actionis distinguatur ex natura rei à ratione qualitatis? Et iuxta primam opinionem, dicendum est, non distingui; sed has qualitates immediatè per se ipsas manare à potentijs: vnde in productione eorum non interuenit actio propriè: quia non est media actio ex natura rei, nisi grammaticaliter, quatenus hæ qualitates significantur per modum actionum, tendentium in obiectum, vt in terminum; vel esse actiones eminentes: quia fiunt per aliquid continens eminenter actionem, & non per formalem actionem; vnde iuxta hanc sententiam dicendum est, non posse esse has qualitates in rerum natura, sine efficientia à suis potentijs; quia alioqui efficientia distingueretur ab illis ex natura rei. Sed alijs hoc non placet, quia dicit aliquid singulare in his actibus, sine fundamento, cum hi actus fiant per veram efficientiam propriam, & per se: & vt aliæ potentiæ se explicant in suis actibus, ita potentiæ vitales in suis; neque hi actus manant à potentijs mediantibus alijs actibus, vt dicitur de actionibus Dei, ad extra procedentibus, ab actione ad intra: quia daretur processus in infinitum. At non potest esse efficientia virtutis actiuæ in effectu, sine propria actione media, ergo tribuere contrarium his actibus, est singulare. Neque obstat, quod hi actus continuè pendeant à suis potentijs: quia solum id arguit indigentiam conseruationis continuæ à potētijs, vt dicitur de lumine, & de omni creatura respectu Dei, quæ tamen per actionē distinctam fiunt.

6 *Quomodo ratio actionis, & qualitatis distinguatur in actibus immanentib.*

Vnde dicendum est, in his actibus distingui actionem à ratione qualitatis, quæ est terminus; quod probatur primo: quia hi actus non habent immutabilem depēdentiam à suis potentijs: nam nulla creatura habens propriam entitatem distinctam

ab

ab alijs, ita pendet à creaturis, vt nequeat fieri à solo Deo, sine adminiculo creaturæ coefficientis: quia hoc pertinet ad omnipotentiam Dei, vt possit se solo, quod potest cum causa. 2. Quia ipse solus continet eminenter omne esse participabile creaturarum, ergo potest solus esse sufficiēs principium creaturarum.

Quæ sit horum actuū dependētia.

2. Etiam si actus hi nequeant esse, nisi à suis potentijs, non tamen eadem immutabili dependentia: quia vnus actus potest fieri à potentia, & cum habitu, & sine, mediante hac, vel illa specie, cum hoc Dei auxilio, vel illo, præcipuè in supernaturalibus: quia non quælibet variatio efficientis variat effectum, etiā si varietur actio ergo actio ex natura rei distinguitur ab effectu.

Hinc fit, illam actionem vt sic, non esse de genere qualitatis: quia est tendentia ad qualitatem, & est causalitas actiua constituens potentiam in ratione actualiter agētis, qui effectus formalis non pertinet ad qualitatem cum alijs actionibus.

Dices. De ratione actionis prædicamentalis est, quod non sit momentanea, vel quod non semper duret cum termino, vel quod agens distinguatur à passo. Resp. negando antecedens: quia indè magis perficitur ratio actionis, quam tollatur, quod sit simul, & semper cum termino, vt patet in creatione, &c. Et ex 9. m. c. 9. 6. & Eh. c. 4. 1. mag. mor. c. vlt. vbi distinguitur actio immanens à transeunte, quare immanens dicitur actio, & sic etiam 10. Eh. c. 3. 4. 5. & 6. & in prædicamento actionis ponitur affici dolore, & voluptate, quare dum aliqui Autores dicunt in his dici actionem grammaticalem, vel fallūtur vel intelligūtur de actu, vt est qualitas: quia significatur etiam per modum actionis, qualis est tendentia in obiectum.

7 4. Not. In quacunque sententia constat non dari actionem sine termino: nam in prima potius datur terminus sine actione; in 2. patet, actionem immanentē, terminari ad actum, quatenus est qualitas quædam, vt illuminatio tendit in lumen. Ex his fit de ratione actionis esse, vt tendat ad terminum; patet: quia conuenit omnibus speciebus actionis: nam conuenit transeuntibus, & immanentibus, vt patet ex dictis, ergo. Conf. quia maximè non conueniret immanentibus, sed his conuenit, tum quia terminus habet rationem qualitatis, tū quia essent puræ actiones, & essent immutabiles, & non nisi à tali agente, &c: tū quia carentia termini nō potest conuenire illis actionib. vt immanentes sunt: quia per immanentiam vel explicatur ratio, cur maneant in agente, & non excluditur terminus, cum hic maneat in agente; vel vitalitas, quæ requirit actualem efficientiam, & neque: quia potest terminus esse talis, vt ex natura sua petat efficientiam, vt lumen, & vegetatiuæ actiones vitales sunt, & habent terminum; vel explicatur respectus extrinseci obiecti, quod non mutat, & hoc non excludit terminum internum: quia obiectum est tantum materia impropriè, vt circa quam: quia materia in qua est subiectum ipsum, quod informatur ab actione: quia in illo subiecto potest habere intrinsecum terminum.

Actio ut sic, non dicit propriam entitatem, sed modum entitatis.

Denique probatur: quia actio vt sic nō dicit propriam entitatem; sed modum entitatis, at modus non potest reperiri sine re, cuius est modus, vt dependentia, sine re, quæ pendet, ita actio sine re, quæ fit: quia hæc dicitur terminus actionis.

Resp. ad hanc rationem, ipsam dependentiam pendere per se ipsam, vnde non semper indiget termino, qui per illam pēdeat, ergo similiter actio.

8

Modi vel formæ per se, & directè est informare aliud.

Resp. nullum modum, vel formam simplicem esse propter se ipsam tantum, vel primario, vt scilicet ipsa quasi participet suum effectum, sed per se, & directè est, vt aliud informet, seu tendat in aliud, vnde quasi consequenter ipsa participat illam denominationem; quod patet inductione vt quantitas licet aliquo modo sit quāta, sed primario in aliud præter se ordinatur, sic relatio licet ipsa referatur ad aliud per se ipsam tamen primario non est, vt se, sed vt aliud referat: sic volitio: quia est actus per se tendens in obiectum, non potest in se sistere, sed in aliud tendit. vnde D. Th. 1. 2. q. 1. a. 2. ad 2. dicit, non posse, vt primum amabile sit amor, vel primum visibile sit visio, etiamsi actus immanēs versetur circa se ipsum; quia non ita potest in se reflecti, quin feratur in aliud obiectum primarium; sic etiam licet actio se ipsa fiat, tamē non potest sistere in hoc, vt ipsa tantum fiat: quia tota necessitas actionis est, vt per eam aliud fiat.

Actio includit transcendentalem ordinem ad terminum.

Ex his demum patet actionem essentialiter includere trascendentalem ordinem ad terminum: quia non est ob aliud instituta, nisi vt in aliud tendat. Conf. ex ratione generali modi, qui ex natura sua includit ordinem trascendentalem ad id,

cuius est modus, at actio non est, nisi modus constituens terminum dependente m à causa.

Dices. Hinc sequeretur actionem pendere à termino, vt à subiecto, atque adeo idem causaret seipsum: quia concurreret vt subiectum ad actionem, quæ fit; at non potest esse perfectior modus causandi terminum, quam causandi actionem, qua fit. Resp. ordinem inclusum in actione ad terminum, non esse habitudinem causæ formalis, aut materialis, vt supra diximus præcedenti dub. quia in hoc subiectum deberet esse prius, & recte prob. in argumento proposito, quare dicit habitum causalitatis ad terminum, quare reducitur ad causam efficientem, vt eius causalitas, & sic dicitur prior natura termino; vt vnio proportionaliter respicit compositū, quod fit per vnionem; sed subiectum actionis eductiuæ est ipsum subiectum, sicut creationis nullum est subiectum: quia non est eductio, sed independens à subiecto, de qua re diximus alibi.

Ordo actionis dicit habitudinem causalitatis ad terminū.

DVB. IV. *An ordo ad agens sit magis intrinsecus actioni, quàm ordo ad terminum.*

ARTICVLVS I.

Afferuntur opiniones Doctorum.

1 IN hac quæstione suppono ex D.Th. 1. 2.q.54.ar.2. entitate seu modū qui essentialiter includit respectum ad aliquid, ab illo sumere speciem, eo quod differentia intrinseca ipsarum varietur, iuxtà diuersitatem rei, ad quam est habitudo. Ex quo patet ratio difficultatis in hac quæstione: nā cū illi respectus sint ad terminos specie distinctos, videntur inter se specie distingui, quare non poterunt vnam essentiam per se componere, nisi vnum habeat rationem generis, & alterum differentiæ specificæ; sed non apparet, qua ratione respectus ad agens potius habeat rationem generis, quàm respectus ad terminum: nam actio in genere includit respectum ad agens, & terminum in communi, vt talis actio ad tale agens, & talem terminum.

2 Prima Opinio est dicentium, actionem sumere speciem ea principio agend, & nō ex termino. ita videtur D.Tho.1.2.q.1.ar. 3. sentire, vbi distinguit actionem à passione, quod actio speciem sortiatur à principio agendi, passio verò à termino, quod Medina ibi explicans ait, intelligi de actionibus, ad quas principia actiua ex natura sua ordinantur, vt illuminatio respectu solis; non autem ad quas per accidens referūtur, vt est liquefactio respectu caloris. Verum D.Tho. vniuersaliter loquitur; & fundamentum est: nam variato principio effectiuo, variatur actio essentialiter, non tamen variato termino; ergo sumit speciem à principio effectiuo, non autem ex termino. Antecedens prob. nam creatio cæli, & terræ; Raphaelis, & Grabielis sunt eiusdē speciei, etiamsi termini distinguātur specie solum: quia est ab eodem principio effectiuo. Conf. Quia actiones vitales distinguuntur à non vitalibus, ea principio effectiuo, scilicet principio intrinseco vitali, vel non, & actiones vitales differunt inter se ea obiecta, vt sunt principia effectiua illarum, ea D.Th. loc. cit. Conf. 2. Quia motus, seu passio sumit speciem à termino, ergo ab eodem non potest sumere speciem actio: quia diuersa genere non possunt habere idem specificatiuum: tū quia actio, & passio distingui non possunt specie, ea termino: quia in eo conueniunt; ergo ex ordine ad agens, & ad passum. Conf. 3. ex D. Tho. 1.2.q.54. ar. 2. nam hac ratione cognitio rotunditatis terræ per mediū naturale, & per mathematicū distinguuntur specie, 2. phys. 17. quia media, quæ sunt principia effectiua, distinguuntur specie.

Actio secūdum alios specificatur ex principio agendi, & non ex termino.

3 2. Opinio est, actionem specificari ex termino, & non ea principio actiuo videtur D.Thom.q.6. de potentia ar. 8. vbi ait habere speciem à termino, sed naturalitatē à principio actiuo. Fundamentum: quia actiones ea eo specificantur, quo variato variantur, sed variato termino variantur actiones; non autem variato principio effectiuo, vt patet in calefactione, quæ procedit ab igne & à lumine, quę est eiusdem speciei, contra verò illuminatio, & calefactio distinguuntur specie, etiamsi ab eodem principio producantur.

Secundum alios specificatur actio ex termino.

Conf. Quia actiones licet procedant ab agente, tamen essentialiter est via ad terminum: est enim communicatio alicuius esse; at via essentialiter variatur ex termino: quia hunc essentialiter respicit.

Conf. Quia eodem modo videtur actio comparari cum principio actiuo, ac cum termino à quo: quia agens est à quo egreditur actio; sed motus non sumit speciem à termino à quo.

3. Opi-

4 *Secundum alios specificatur actio ab vtroque.*

3. Opinio est dicentium specificari ab vtroque, ita vt vtriusque, vel vnius variatio sufficiat actionem variare; videtur sumi ex D. Th. 1. p. q. 77. ar. 3. dicente, actionem recipere speciem ex his duobus scilicet agente vel fine, seu termino. Fundamentũ sumitur ex principio D. Tho. 1. 2. q. 54 ar. 2. omnia, quæ dicuntur ad aliquid distinguuntur secundum distinctionem eorum, ad quæ dicuntur, ergo si est aliquid dicens ordinem ad plura distinguetur secundum distinctionem illorum, & sicut bonum ex integra causa, malum ex singulis defectibus; ita vnitas rei requirit integritatem omnium principiorum; ad distinctionem verò sufficit diuersitas singulorum; vnde actio variatur ex variatione principij, vel termini. Conf. Ex rationibus primæ, & secunsententiæ: quia probant, variationem singulorum sufficere ad variationem actionis: nam illuminatio, & calefactio, etiamsi sint ab eodem principio, distinguũtur specie, & productio hominis ab homine generante, vel Deo creante, vel resuscitante, etiamsi terminus sit idem, distinguitur specie, ob diuersitatem principiorum; & similiter productio naturalis, & miraculosa visus &c. ergo vtrumque concurrit ad specificationem actionis. &c.

ARTICVLVS II.

Opinio Auctoris.

5 *Non sumitur distinctio specifica à principio actiuo.*

PRima Concl. Actiones non sumunt distinctionem, vel varietatem specificã à principio actiuo, vt sic: patet inductione: nam vbi est idẽtitas specifica termini, etiã si varientur principia agendi, non distinguunt actiones specie, vt patet in calefactione ab igne, & sole, & aere; contra verò humectatio, & calefactio facta ab eodem aere distinguuntur specie, & similiter motus cæli est eiusdem speciei, siue fiat ab hoc, vel illo Angelo siue à Deo.

Et ratio à post. est: quia diuersa principia eiusdem termini, vel sunt vniuoca, vel æquiuoca, vel vna vniuoca, & altera æquiuoca; si primum, erunt eiusdem rationis cũ effectu, atque adeo inter se; si secundum, ergo vt effectus ab vtroque procedens est eiusdem rationis, ita, & actiones: quia illa principia operantur, vt eminenter continẽt idem, atque adeo procedunt à diuersis, vt sunt idem in ratione principiandi; vnde patet, idem dicendum esse in tertio membro: quia causa æquiuoca operatur, vt continet eundem effectum, ac causa vniuoca, vnde sicut effectus non est diuersus specie, quod procedat à causa secunda, & causa prima; ita neque, quod procedat à causis vna vniuoca, & altera æquiuoca: & sicut effectus non variatur essentialiter ex eo, quod procedat à causa, medio instrumento, vel sine instrumento, cum instrumentũ assumatur ad eandem actionem, quam producit causa principalis; ita ex varietate principiorũ, nõ variatur essentialiter actio.

Demum à priori prob. quia principium vel est vniuocum, vel æquiuocum, si primum ex sua specie est determinatum ad talem actionem, tendentem ad talem terminum; si æquiuocum, eum ex se sit vniuersale, non potest ab illo sumi determinata species actionis: quia non influit in terminum, secundum totam suam virtutem, sed prout eminenter continet terminum, ergo semper species actionis vltimatè spectanda est ex termino. Et hoc fortasse significare voluit D. Th. cum dixit, speciem actionis sumi ex principio agendi, non quidem simpliciter sed relato ad terminũ, ratione cuius relationis determinatur ad talem modum actionis, meritò dici specificari à principio agendi: quia cum conceptus actionis in communi dicat ordinẽ ad agens, ab eo non potest abstrahi specifica ratio, & ideo specifica ratio actionis dicitur in ordine ad agens: quia vt actio est ab agente, ita ratio talis speciei est ab agente, habente talem virtutem; talis autẽ virtus dicit ordinem ad talem effectum; quare licet ordo ad agens, & terminum sit de essentia actionis, tamen determinatio specifica actionis magis sumitur ex termino: quia hic est magis determinatus.

Dices. Generatio, & creatio eiusdem formæ sunt distinctæ speciei, & tamen sũt circa eundẽ terminum, ergo aliundè sumi debet distinctio specifica actionis. Resp. & dico primo. Hinc non probari, debere sumi in ordine ad agens: quia potest esse idẽ agens generans, & creans, scilicet Deus. Dico 2. hinc potius probari, debere sumi distinctionem ex modo tendendi, sed de hoc infra. 6 *Vnde sumatur specificatio generationis, & creationis circa eundẽ terminum.*

Dico 3. licet videatur idem terminus in generatione, & creatione, tamen non ita est: nam creatio compositi includit productionem formæ, & materiæ, non sic generatio, quæ vt sic, dicit solũ vnitionẽ formæ, cũ materia, quare si creatio accipiatur, vt

dicit

dicit vnitionem, non distinguetur à generatione, vnde resurrectio hominis considerata, vt dicit vnitionem animæ, & corporis, præscindendo ab omni supernaturalitate, est eiusdem speciei, cum prima vnitione animæ cum corpore, quæ fit dum homo generatur, vt Soarius 3. part. tom. 2. disp. 34. sect. 5. ostendit. Hinc etiam fit, vt si Deus reproduceret Angelum annihilatum, illam reproductionem futuram eiusdem speciei cum prima productione Angeli: nam non est, vnde fit specifica distinctio.

Quomodo creatio, & eductio eiusdem formæ distinguatur. Dico 4. In productione eiusdem formæ, scilicet quantitatis, per creationem, & eductionē specie distinguitur creatio ab eductione; sed non sine aliqua diuersitate terminorum: nam terminus creationis est quantitas secundum se, seu cum modo per se existendi; at termi ius eductionis, est quantitas cum modo inhærendi, qui dicit dependentiam quādam à materia, cui vnitur, & hinc etiam fit diuersitas in modo actionis: quia creatio est productio formę per se existentis ex vi solius agentis; eductio verò est productio formæ, concurrente materia ad existentiam eiusdem formę.

Dico 5. ex hoc probari potest oppositū; quia in his actionibus, in quibus videtur esse maxima distinctio specifica ex principio, vel modo, & non est sine distinctione terminorum, multò minus erit distinctio in alijs, vnde calefactio ab igne, vel sole, vel à Deo solo nō distinguitur specie: quia illa principia non agunt, vt formaliter diuersa, sed vt idem, scilicet ratione continentiæ eminentalis, vt dixi: nam vt ex illa virtute eminentiali prouenit idem effectus in specie, ita, & actio eadem in specie, quæ oritur ex virtute inferiori.

ARTICVLVS III.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

9 Resp. Ad argumenta primæ opinionis: nam sensus D. Tho. patet ex dictis secundum Soarium, & Conradum, quod scilicet sumatur ex principio agendi, vt relato ad terminum, quem continet. Med. tripliciter exponit, sed nihil ad rem; alij dicunt, D. Thom. loquutum fuisse indefinitè, dum dixit actiones specificari à principio, id est, vt singulæ specificentur secundum propriam singularum naturam: nam quędam actiones specificātur à principio secundum generalem rationem actionis, quædam secundum rationem magis determinatam vt actiones vitales: quia à principio vitali; & actio humana: quia à principio humano, vel deliberatè agente; quædam secundum rationem magis specificam saltem secundum nomen, vt medicatio dicitur à medicina, licet tendat ad sanitatem.

Ad 1. Argumentū Resp. negando creationes rerum specie distinctarum esse eiusdem speciei, & actiones terminatas ad res eiusdem speciei ex diuersis principijs esse diuersæ speciei.

Ad primam confirmationem conceditur, vitales dici à principio vitali, sed relato ad terminos, vnde si per actionem vitalem, & non vitalem fieri posset omninò idem terminus, illæ actiones non distinguentur specie secundum rem, sed tantum secundum denominationem, vt actio libera, & non libera, & motio naturalis ac violenta. vnde comestio Angeli in corpore assumpto non distinguitur specie, secundum motum exteriorem a comestione vitali hominis, sumpta ratione eiusdem motus: & licet actiones vitales inter se distinguātur ex principijs, ex quibus fiunt, tamen non sine ordine ad obiecta, vt sunt termini, etiamsi ab illis aliam dependentiam non haberent: nam actiones vitales, vt actiones sunt, specificantur à termino ipsarum intrinseco, qui est qualitas quædam, huius autem specifica ratio sumitur ex obiecto extrinseco, vt habet rationem termini extrinseci.

Ad 2. Resp. Soarius etiam passionem speciem sumere à termino, sed diuerso modo, ac actio, & ideo possunt esse specie distinctæ, imò & genere ex eodem termino. Sed non placet: quia non explicat, in quo consistat illa diuersitas respectus in actione, & passione existentis ad eundem terminum. Resp. alij distinctionem passionis ab actione esse genericam, quare licet vtraque respiciat terminum, sed ex hoc nō distinguūtur. Sed ex generali ordine vtriusque: nam actio sumitur in ordine ad agēs, & passio in ordine ad passum. Sed contra: quia tunc conuenirent specie, & differrent genere, vel dicendum differentiam sumptam ex termino non esse specificam, sed genericam, atque adeo actionem non constitui per differentiā aliquam atomam, sed per duas genericas. 8 *Refutatur responsio Soary.*

Resp. alij actionem esse actum agentis,

quo fit terminus; passionem verò esse actū materiæ, quo recipit terminum, ab agente productum; receptio autem, & communicatio, licet sint respectu eiusdem, tamen specie distinguuntur: quia diuerso modo tendunt in eundem terminum, atque adeò non est idem terminus formalis: nam terminus vt productus, & vt receptus formaliter distinguitur. Verum hæc responsio primò non saluat omnem actum materiæ: nam non saluat actum sustentationis, quo modo distinguatur specie ab actione; deinde datio, & receptio eiusdem, non videtur distingui, nisi ex principijs diuersis: quæ non apparet: quænam sit ratio formalis in termino distinguens illas: quia terminus vt productus, & vt receptus non videtur formaliter distingui ex ratione intrinseca in termino, sed per denominationem extrinsecam dationis, & receptionis. Quare ad hoc Resp. infra cum de passione.

Ad 3. Resp. Soar. n. 26. hinc potius confirmari nostram sententiam; quia modus procedendi in scientijs, & habitibus, non variat habitus ex eo, quod variatur causa efficiens; sed ex eo, quod inde variatur ratio formalis obiecti, quod est terminus formalis ipsius habitus.

Distinctio essentialis subiectorū vt sic, non variat essentialiter actiones.

Ex his patet, distinctionem essentialem subiectorum vt sic, non variare essentialiter actiones: nam vt non variantur termini secundum essentiam, cum calor, qui est in aqua, & igne sit eiusdem speciei, ita neque actiones.

Dices. Actio pendens à subiecto distinguitur essentialiter ab actione, quæ non pendet à subiecto, cum illa sit eductio, hæc creatio: ergo subiecti variatio variat actionem. Resp. distinctionem illam non esse præcisè ex ratione subiecti, sed ex ratione terminorum: quia alius terminus est, quo terminatur eductio, & quo terminatur creatio.

Hinc alij deducunt creationem materiæ independenter à causalitate secundaria formæ, distingui essentialiter ab ea, quæ est pendens à forma: quia terminus illius creationis perfectius subsistit, quàm terminus huius; sed hoc verum esset, quando forma haberet aliquem concursum circa creationem; at in nostra opinione, qui dicimus esse solam dependentiam tanquam à conditione, id dici non potest. &c.

9 *Vnitas, & distinctio actionum*

2. Conclusio. Vnitas, & distinctio specifica actionum sumitur ex distinctione terminorum, & vnitate. Probari solet ex 5.

sumitur ex distinctione terminorū, & vnitate.

phys. 31. vbi de motu id asseritur; at eadem est ratio in motu, & in actione. Ratio à posteriori sumitur: quia actiones habent contrarietatem ex terminis, ad quos, & inde etiam habent denominationem. 5. phys. 4. & 48. Conf. ex ratione secundę opinionis. Ratio à priori est: quia actio dicit ordinē quendam, cum sit tendentia ad terminum, & communicatio esse ipsius termini; ordo autem specificatur à termino. Dices. Actio est essentialiter dependentia ab agente, at dependentia vt sic, non tam essentialem ordinem dicit ad principium, à quo fit, quā ad rem, ad quam tendit. R. & dico primo, hinc optimè probari, actionem indiuiduari in ordine ad agens, vt infra. Resp. & dico 2. adhuc concesso, actionem esse dependentiam, non sequi: quia potest dicere ordinem ad agens in communi, & determinata actio ad agens talis naturę, à quo non potest determinari in specie, cum ab eodem agente esse possint plures actiones specie distinctæ, & eadem actio specie à pluribus agentibus specie distinctis; at eadem actio non potest terminari ad terminos adæquatos specie distinctos, neq; idē terminus potest fieri per actiones specie distinctas: vnde dicendum est, actionem in specie dicere ordinem ad agens, habens talem virtutem, qua possit in terminum talis speciei, siue illa virtus sit vnius speciei siue generis, siue proportionalis vnitatis.

10 *Actio quæ est ab hoc agente non potest esse ab alio.*

Dico 3. Ideo actio sumit indiuiduationem in ordine ad agens, & non speciem atomam; quia non potest nec per potentiam diuinam actio, quæ est ab hoc agente, esse ab alio; neque fieri potest, vt aliquid agat, & actio non sit ab ipso, sed ab alio. vt patet ex terminis; neque intelligi potest, quod eadem res nunc pendeat ab vna causa, nunc verò ab alia, quin intercedat aliqua mutatio; & illa non potest esse ex parte causæ, ergo ex parte effectus, & non quoad substantiam, vt suppono esse effectum eūdem; ergo quoad depēdentiam, seu actionem, & non est facta mutatio in actione secundum speciem, ergo secundum indiuiduationem: vnde actio, quæ secundum rationem specificam non determinat sibi hoc, vel illud agens specificum; sed indifferenter ab hoc, vel illo fieri potest; in indiuiduo tamen aliquod horum determinatè respicit.

Dices. Actiones circa terminum eiusdē speciei ab eodem numero agente, magis conueniunt inter se, quàm cum alijs, quæ

sunt

ſunt circa terminum eiuſdem ſpeciei ab alio agente. Sed illa conuenientia non poteſt eſſe indiuidualis: quia indiuiduatio vnius, non poteſt conuenire cum indiuiduatione alterius; cum ſint differentiæ indiuiſibiles, & irreſolubiles in plures conceptus; ergo erit conuenientia ſpecifica, quam non habent cum alijs actionibus, quæ ſunt ab alio agente. Reſp. aliqui, illam differentiam eſſe indiuidualem, non quidẽ adæquatè acceptam, ſed inadæquatè: quia differentia indiuidualis adæquatè accepta v.g. petreitas, ita conuenit vni, vt nulli alteri indiuiduo poſſit eſſe cõmunis. Dicitur autem inadæquatè accipi, quando non ſumitur in ordine ad omnes cauſas, ex quibus oritur indiuiduatio. Sed non placet recentioribus: quia differentia indiuidualis debet eſſe irreſolubilis in plures conceptus, & debet eſſe indiuiſibilis: nam debet reddere eſſentiam, cui conuenit, diuerſam ab omni alio indiuiduo, contento ſub illa ſpecie. Quod ſi ſub conceptu inadæquato conuenit alteri, non poteſt pertinere ad differentiam indiuidualem: alioqui etiam differentia ſpecifica dici poſſet pertinere inadæquatè ad differentiam indiuidualẽ, & ſic etiam genus ad differentiam ſpecificam. Reſp. 2. alij, illam conuenientiam actionum reſpectu vnius cauſæ, eſſe prædicatum quoddam medium inter ſpecificum, & indiuiduale, cum non poſſit eſſe neque ſpecificum, neque indiuiduale. Neque tamen hinc negari debet diuiſio immediata naturæ ſpecificæ per diuerſas hæcceitates: quia illud prædicatum, nec ponitur in recta linea prædicamentali, nec cõſtituentes lineam prædicamentalem, illius prædicati rationem habuerunt: quia quicquid eſt minus patens, quàm ratio ſpecifica, putarunt pertinere ad principium indiuiduale, etiamſi illud non conſtituat. Sed hæc reſponſio eſt peior prima: nam cum illud prædicatum reperiatur in natura, vel erit eſſentiale, vel ſubſtantiale, vel accidentale; non eſſentiale: quia tunc faceret differre eſſentialiter ab alijs indiuiduis; neque accidentale, cum nec ſit proprium: tum quia proprietates conueniunt ratione naturæ ſpecificæ, vt aduerſarij concedunt. tũ quia illud continetur intra naturam indiuidualem, quæ eſt vna per ſe: at natura cõtinens ſubſtantiam, & accidens non eſt vna per ſe: & hæc ratio probat, etiam illud prædicatum non eſſe accidens contingens: quia hoc etiam deſtruit vnitatem per ſe, præterquam quod hoc accidens dicitur, quod poteſt adeſſe, & abeſſe, præter ſubiecti corruptionem, cuiuſmodi non eſt hoc prædicatum: quare manet, vt ſit ſubſtantiale, ideſt pertinens ad indiuiduationem. Vnde magis mihi placet prima reſponſio: quia magis phyloſophica. Neque obſtat illa conuenientia inadæquata: quia illa non eſt vniuoca, ſed proportionalis: quæ conuenientia eſt communis omnibus differentijs: differentiæ enim eſſentiales conſtituentes equum, & leonem magis inter ſe conueniunt, quàm cum differentia conſtitutiua hominis, & cum differentia conſtitutiua Elephantis, &c. ſimiliter indiuiduationes contrahentes humanitatem, magis inter ſe conueniunt, quàm cum differẽtijs contrahentibus equinitatem. Quare hæc conuenientia non deſtruit ſimplicitatem differentiarum. Accedit, differentiã indiuidualem eſſe indiuiſibilem, etiamſi oriatur, & ſumatur à pluribus cauſis, quæ concurrũt ad indiuiduationem. Vnde dici poſſet, ſumi adæquatè, & inadæquatè, non ſecundum rationem intrinſecam ſed ſecũdũ rationes extrinſecas, à quibus ſumitur: & in hoc ſenſu Authores prioris opinionis dixerunt, indiuiduationem ſumi inadæquatè, in ordine ad cauſam efficientem præciſè; licet in mea opinione etiam ſecundum rationem intrinſecam illa diſtinctio conceptus adæquati, & inadæquati illi poſſit conuenire, non quidem, quod ex nãra rei illi cõceptus diſtinguãtur in re ipſa, ſed ratione: ſicut omnia prædicata, quæ ſunt communia pluribus, ſecundũ proportionalitatem, ſeu analogiã proportionis.

11 Differentia indiuidualis debet eſſe irreſolubilis in plures conceptus.

12 Conuenientia inadæquata non eſt vniuoca, ſed proportionalis.

Sed difficultas eſt, qualis debeat eſſe diſtinctio terminorum, vt diſtinguantur actiones ſpecie.

Aliqui dicunt, non ſufficere diſtinctionem ſpecificam terminorum, ſecundum eſſe naturale; ſed requiri, quod diſtinguantur in ratione formali terminandi: & ſimiliter ex parte vnitatis ſpecificæ, non ſufficere vnitatem ſpecificam terminorum in eſſe naturali, ſed requiri vnitatem in ratione terminandi: vnde inquiunt, creatio Raphaelis eſt eiuſdem ſpeciei, cum creatione Gabrielis, vt cõſeruatio caloris, ac frigoris.

Diſtinctio actuum, & habituũ ſpectanda non eſt ex vnitate vel diſtinctione materiali obiectorum.

Fundamentum ſumunt ex actibus, & habitibus: nam horam diſtinctio, & vnitas non debet ſpectari ex vnitate, vel diſtinctione materiali obiectorum, ſed ex formali, qualiſcumque ſit vnitas, & diſtinctio materialis obiectorum; appellant autem

ma-

materialem terminum rem, quæ fit secundum esse naturale; formalẽ verò rem eiusdem, secundum modum, quo fit, seu prout attingitur ab actione: ita Alb. 5. phys. t. 1. c. 1. Conf. Quia nulla ratio pro contraria opinione afferri potest, quæ non facilè soluatur: nam licet actio sit ad diuersum terminum, tamen cum ad diuersos terminos eodem modo procedatur, ratio vię ad illos non est diuersa; at quando termini in ratione termini sunt diuersi, necessariò viæ ad illos debent esse diuersæ: quia tota formalitas viæ est in ordine ad terminum: quare si terminus vt sic, quatenus est correlatiuus viæ, differt ab alio, & viæ illæ distinguuntur inter se.

2. Alij dicunt, diuersitatẽ specificam ter-
13 minorum in esse rei, causare diuersitatem specificam in actionibus; at vnitas termini in esse rei non causat vnitatem semper. Primum probant: quia actio est via ad terminum, cum sit communicatio entitatis rei, quæ ea non esse deducitur ad esse, ergo si ipsum esse communicatum est specie diuersum, actio etiam erit specie diuersa.

2. Prob. Quia idem terminus potest produci actionibus specie diuersis, vt quantitas per creationem, & eductionem.

Secundum alios distinctio essentialis terminorum, specificat actionem.

3. Alij dicunt, quod non semper distinctio essentialis terminorum in esse rei, causet distinctionem actionum, nisi quando collocatur sub diuersis generibus, sicut earum termini, vt si v. g. terminus vnius sit ens corporeũ, & alterius sit ens spirituale, & terminus vnius sit partibus carens, & alterius sit compositus ex partibus: nam vna actio erit diuisibilis, altera indiuisibilis; at indiuisibile essentialiter distinguitur à diuisibili: licet aliquando ens indiuisibile possit efficere speciem completam cum re diuisibili, vt punctum cum quantitate: & similiter, si terminus vnius sit ens corruptibile, & alterius ens incorruptibile: quia actiones illæ distinguuntur specie, vt termini: & similiter si vnius sit res supernaturalis, & alterius res naturalis; vel erit successiuum, & alterius permanens: nam etiamsi successio sit quid accidentale, respectu actionis, ex multorum sententia; tamen id intelligitur, quando actio est ad terminum permanentem: quia natura permanere potest, corrupta successione; & non sic, quando terminus est successiuus essentialiter: quia tunc successio non est modus rei, sed tota entitas rei, & differentia essentialis: quia nihil potest cõcipi in actione ad terminum successiuum terminata, cui accedat successio, quare actio illa necessariò debet esse essentialiter successiua.

Vnitas, & distinctio motuũ spectatur ab alijs secundum terminos quoad esse naturale, & reale.

14
4. Alij dicunt, quoad vnitatem, & distinctionem motuum debere spectari vnitatem, & distinctionem terminorum, secundum esse naturale, & reale ipsorũ, ita Soar. loc. cit. n. 15. Fundamentum à posteriori sumitur: quia alioqui nihil certum constitui posset de vnitate, & distinctione actionum ex terminis: nam de illa formalitate termini quæri potest, vnde sumenda sit: nã si dicant, sumi ex modo agendi, adhuc de illo quęritur, an sit vnus genere, vel specie? & vnde eius vnitas sumenda sit? si enim sit vnus genere, non potest efficere, vt actiones sint vnius speciei; vnde distinctio specifica actionum necessariò debet sumi ex terminis; si autem sit vnius speciei, tum quæro, in quo consistat hæc ratio specifica modi agendi? Non enim dicere possunt cõsistere, vt vna actio sit eductio, alia creatio: nam vt patet, sub eductione plures actiones specie distinctæ comprehedũtur, vt alteratio, generatio, auctio &c. Ex quo etiã deduci potest sub creatione debere contineri plures actiones specie distinctæ ex distinctione terminorũ. Neq; sumi potest ex modo existendi termini, eodẽ, vel diuerso, s. per subsistentiam, vel inhærentiã; tũ quia iam concedunt, sumi ex terminis, quod volumus; tum quia adhuc ex illa ratione termini non potest sumi vnitas specifica: quia actiones tendentes ad qualitates contrarias, ex 5. phys. t. 3. sunt specie distinctę; & tamen qualitates illæ conueniunt in modo inhærendi: vnde etiam fit, actiones terminatas ad substãtias specie distinctas, scilicet ad leonem, & equũ, specie distingui, neq; sumi potest distinctio ex modo, quo sunt à potentia, scilicet per modum naturæ vel voluntatis: quia neq; hinc sumi potest distinctio specifica, cum eadem actio numero continuata possit esse naturalis, & libera: tũ quia sub singulis his mẽbris variæ species actionum continentur.

Eadem numero actio continuata potest esse naturalis, & libera.

Neque sumi potest ex modo vitalitatis; vel non vitalitatis: tum quia motio localis eiusdem speciei potest esse vitalis, si fiat à potentia animali; & non vitalis, si fiat ab alio extrinseco: tum quia sub singulis his membris continentur variæ species, vt actiones intellectus, & voluntatis, ac sensuũ, imò actiones ipsæ intellectus, etsi cõueniãt in modo, quo à potẽtia fiunt, adhuc tñ specie distinguũtur, si tẽdũt ad diuersa obiecta.

2. Probat à priori: quia actio est communicatio ipsius esse; at terminus huius communicationis non potest assignari magis formalis, quàm ipsa res, quæ producitur. Ex quo patet ad fundamentum primi modi dicendi: nam diuersa est ratio in habitibus, & actibus, ac in actionibus: quia obiecta habituum non comparantur ad illos, vt producibilia ab ipsis, sed vt attingibilia per aliquod medium, seu sub aliqua ratione formali, & ideo distinguuntur specie, ex diuersitate mediorum, & formalitate obiectorum; at terminus respicit actionem, vt producibilis per ipsam, idest, vt per ipsam recipit esse tale, vel tale, & ideo ex eius diuersitate semper diuersificatur actio. Et hinc patet ad confirmationem: nam ostendimus rationem illam à posteriori, & à priori adductam, non bene solui; nec posse assignari aliam formalem in termino, præter suam existentiã talis naturæ.

Quomodo terminus quantitatis per creationē, & eductionem nō sit idem.

Hinc patet ad fundamentum secundi modi dicendi: nam prima pars nobis fauet; secunda verò, licet videatur nobis aduersari, non tamen aduersatur: nam dum quantitas producitur per creationem, & eductionem, licet videatur idem terminus materialis, tamen non ita est; quia dum creatur, habet existentiam, cum modo existendi per se; & cum educitur, habet inhærentiam: ratione quorum actiones illæ specie distinguuntur: nam alioqui, si actiones illæ spectentur præcisè, vt terminantur ad quantitatem existentem, abstrahẽdo à modo, non distinguerentur specie.

15 Ex hoc patet. Primo, quod licet actio essentialiter respiciat agens, & terminum; nam vt non potest concipi sine agente, ita neque sine termino; tamen specificationẽ magis recipit à termino: nã à termino determinatur actio, vt sit in tali, vel tali specie.

2. Patet ad difficultatem initio, propositam: nam primò dici potest, respectum ad agens, & terminum, non esse duplicem secundum rem, sed tantum secundùm conceptus inadæquatos: nam ille vnus respectus respicit illos terminos per modum vnius, cum habeant subordinationem quãdam; quia vna actio non egreditur ab agente, nisi vt tendat in terminum; at vbi vnum est propter aliud, ibi est vnum tantum: vt etiam habitus respicit potentiam non in ea sistendo, sed vt tendat in obiectum, & potentia respicit substantiam, vt tendat in obiectum, & similiter respicit actum, & per illum obiectum.

2. Dici potest, esse duos respectus, quorũ is, qui est ad agens, est veluti genericus, & contrahitur per respectum ad terminũ, præcipuè cum hæc sint entia connotatiua. Vnde nisi varietur terminus, quantumcũque varietur agens, non variatur actio secundum speciem: & hoc propter subordinationem illorum: nam quando vnum dicit respectum ad duo, cum subordinatione inter se, specificatio sumitur ex eo, quod est quasi vltimum in illa habitudine, & nõ ex alio, nisi quatenus ratione illius variatur respectus ad vltimum terminum.

3. Patet, diuersitatem terminorũ, à quibus, solum esse notam, & signum diuersitatis specificæ actionis, quatenus est nota diuersitatis specificæ terminorum, ad quos: alioqui ex illis non fit variatio. quod colligitur ex D. Thom. 1. par. q. 25. ar. 1. & q. 45. art. 1. nam actio non ordinatur ad terminum à quo, sed ad quem. Hinc patet, conuersionem non distingui à simplici productione, quando terminus est idem: nam eadem actio potest esse conuersio, si fiat à termino positiuo; & simplex productio, si ex termino negatiuo, vt calefactio ex subiecto frigido, vel subiecto simpliciter non calido: vnde nutritio hominis ex speciebus sacramentalibus non propriè est conuersio, vt neq; quando nutritur ex alijs cibis. 16

Transubstantiatio Christi ex substantia vini, & ex substantia panis non distinguitur essẽtialiter.

Hinc etiam fit vt transubstãtiatio Christi ex substantia vini, & ex substantia panis non distinguatur essentialiter: quia humanitas Christi inde nullam habet essentialẽ variationem: sicut neque essentialiter distinguitur conuersio substantiæ panis, & vini in hominem, quando nutritur ex illis: quia terminus ad quem formaliter non distinguitur specie. Sed de his plura dixi cum de Euch.

4. Patet id, quod non efficit diuersitatẽ essentialem in motibus, neque efficere illã in actionibus: quia vel motus essentialiter includit actionem, vel ex eodem termino specificatur, vt sicut esse naturale, vel violentum, vel indifferens dicit tantum accidentalem variationem in motu, ita in actione, sic etiam emanare naturaliter, vel supernaturaliter à potentia, quando terminus non est res secundum substantiam supernaturalis: nam calefactio potest ab igne naturaliter emanare, & etiam supernaturaliter, si non ad sint conditiones requisitæ ad actionem: & hæc sufficiant de hac quæstione: nam cætera, q̃ ad illã pertinent, viden-

videnda in physica tr.19.q.7.d.3.& tr.26. quæst. 1. & 2. vbi de hac distinctione, & vnitate fusè disputatum est. Solum hic disputari posset, an huiusmodi specificatio, sumpta à termino, sit à posteriori, an à priori: nã inter Recentiores quidã putar, esse à posteriori, eo quod terminus nõ influat in actionem; sed hic Doctor non recordatur finem poni inter causas, atque adeo hac ratione posse specificare id, cuius est finis; sed de hac re agendum in libris de anima: nunc supponat, vere specificari actionem à termino siue à priori, siue à posteriori.

DVB. V. *Qua ratione actiones specificentur ex modo, quo egrediuntur ab agente.*

ARTICVLVS I.

Explicatur sensus quæstionis.

1 PRimo Not. constare, actiones non diuersificari specie ex velocitate, vel tarditate, neque ex vniformitate, vel difformitate; neque ex intensione, vel remissione; neque ex naturalitate, vel innaturalitate; neque ex libertate, vel necessitate; neque, quod actio fiat per resultantiam, vel ab extrinseco: nam frigiditas aquæ ab intrinseco, & aeris ab extrinseco, sunt eiusdem speciei, respectu subiecti: nam hæc omnia non distinguuntur secundum essentiam physicã, nisi fortè quoad denominationem quandam: quia hi modi accidentaliter conueniunt actionibus: nam manẽte eadem essentia actionis inuariata, variari possunt huiusmodi modi; de modo autẽ instantaneitatis, vel successionis dubitari solet; sed de his iam constat ex dictis de motu, non fieri specie diuersos motus, quando termini sunt entia permanentia: nam vt tunc successio, & permanentia sunt modi accidentales respectu termini; ita respectu actionis; quando autem vnus terminus est permanens, alter successiuus, tũc actiones ex distinctione specifica terminorum etiam specie, distinguuntur, vt optimè Soarius, disp. 49. sect. 4. num. 10. loquens de passione successiua, & instantaneam sæpè variantur hi modi ex accidẽtalibus conditionibus ad agẽdum, vt est applicatio agẽtis, vt in intensione luminis, vel resistentia passi, vt in calefactione, vel

Actiones nõ diuersificãtur ex velocitate vel tarditate.

libera agentis applicatione, vt intensione actuũ vitaliũ. Quare solũ difficultas manet de modo, quo fit actio ex subiecto, vel sine subiecto.

ARTICVLVS II.

Refutantur Opiniones Doctorum.

Prima opinio est, dicentium, ex modo agendi differre actiones specie: quia redũdat in terminos distinctio formalis; actiones autem specie distinguuntur, non ex materiali terminorum distinctione, sed formali. Conf. ex habituum, & actuum distinctione ex obiectis. 2

2. Opinio est dicentium, ex solo modo naturali agendi, præcisè non distingui specie actiones, quando terminus est ratione idem, seu similis; ex modo autem agendi non connaturali terminis, distingui posse specie. ita Soar. dist. 48. sect. 3. num. 18. Primam partem probat inductione: nam modi illi non sunt specifici, sed generici, neque eductio, & creatio differunt specie præcisè ex modis, sed ex terminis. Neque rectè argumentantur ex distinctione diminutionis, & augmentationis: nam hi motus non differunt in modo, sed in terminis: quia vna actio terminatur ad non quantitatem tantam, altera ad tantam quãtitatem ex minori quantitate: vnde formalis terminus ad quem diminutionis, non est positiua quantitas, sed negatio maioris quantitatis, quæ coniuncta cum minore quantitate: & quia in motibus termini positiui assignantur, ideò dicitur minor inter illas actiones, quam sit in terminis. Neque rectè idem probat ex motu circulari, & recto, qui tendunt ad eundem terminum, & tamen differunt specie, solum ex modo: tum quia in controuersia est, an illi motus specie distinguantur, vel accidentaliter solum? vt linea recta, & curua in ratione lineæ; tum quia, si specie distinguuntur, etiã termini proximi eorum specie distinguũtur, scilicet vbi talis, vel talis speciei. 2. Probat à priori: quia terminus secũdum proprium esse reale, est terminus formalis, & quasi obiectum formale actionis, ergo nõ potest dari modus, qui mutet formalitatẽ illius obiecti, vt specificetur actio; nam si terminus est idem, habet eundem modũ sibi connaturalem: vnde non rectè fit comparatio inter terminos actionum, & obiecta habituum: quia obiecta comparantur

Sententia Soarij.

Motus circularis, & rectus an specie differant.

ad actus, non vt producibilia ab ipsis, sed vt attingibilia extrinsecè, per aliquod mediũ; vel sub aliqua ratione formali: & ideo ex horum diuersitate potest habitus diuersificari; at actio respicit terminum formaliter, vt producibilem, idest, vt possit recipere esse, & tale esse: & ideo ex diuersitate talis esse, sẽp diuersificatur actio; & hic est, vt conclusio eadem possit esse probabilis ex vno medio, & scientifica ex alio, quæ materialiter est vna, sed formaliter est diuersæ speciei; quia assensus tendunt ad illas sub diuerso motiuo, seu ratione formali; at eadem entitas, quæ ex vi actionis recipit existentiam, illam recipit secundum eandem rationem. Secundam partem probat: nam fortè fieri potest per potentiam Dei, vt idem terminus fiat, per actiones specie diuersas. Primo per solam voluntatem Dei sic volentis producere eundem terminum simul, vel successiuè; de quibus dicendum esset, quod se ipsis distinguantur, & non ex terminis, vt Scotus putat de omnibus actionibus, in 1. d. 13. q. vnica §. ad quæstionem: quod Soarius saltem probabile putat, de actionibus supernaturalibus, quæ non coaptantur rebus. 2. Si aliquo modo varietur principiũ agendi, vt v.g. actio, quã Deus efficit per creaturã, vt per instrumentum, ratione potentiæ obedientialis ipsius; & quam efficit per se ipsum, specie distinguitur: nam actio v.g. qua aqua producit gratiã, nõ solũ est supra naturã aquæ, sed etiam præter naturam ipsius gratiæ; at actio, qua fit immediatè à Deo, est connaturalis gratiæ; hoc autem inducit plusquã distinctionem indiuidualem. Conf. Quia si actio eiusdem formæ cum concursu causæ materialis, vel sine illo distinguitur specie, cur non etiam actio eiusdem formæ spiritualis per instrumantum materiale, vel sine illo?

Forte per absolutam Dei potentiam potest fieri idem actus per actiones specie diuersas.

ARTICVLVS III.

Opinio Auctoris.

3 *Quomodo actio nõ distinguatur specie ex solo modo.*

PRima Conclus. Actiones non distinguuntur specie ex solo modo, nisi sit distinctio specifica in termino. Patet ex dictis in præcedenti dubitatione. Et confir. Quia nullus modus assignari potest, quo varietur substantia actionis, secundum esse specificum, sed tantum secundum esse accidentale, ratione cuius possunt actiones distingui specie, sed accidẽtali ipsis actionibus. vt rectè docet secunda opinio.

Dices. Potest esse modus accidentalis substantiæ termini, & tamen essentialis actioni, qua attingitur terminus: sicut accidit in actibus voluntatis, & intellectus. Ergo non rectè ex eo, quod modus sit accidentalis termino, colligitur, non esse essentialem actioni.

R. Ibi esse duplicem actionem. Vnam qua attingitur substãtia termini; alteram, qua attingitur modus illius accidentalis. Vnde fit, vt sit duplex specificatio duplicis actionis, ex duplici termino. Sicut agens producens essentiam, habet actionem, quæ est distincta ab actione, per quam resultat passio immediatè ab ipsa essentia; licet vtraque tribuatur principali agenti, ex illo principio. Dans essentiam, dat consequentia ad essentiam: quia causa causæ, est causa causati.

4 *Idem terminus probabiliter non potest produci varijs actionibus supernaturalib. distinctis specie intrinseca.*

2. Concl. Probabile est, neque per potentiam Dei, posse eundem omninò terminum produci, varijs actionibus supernaturalibus, distinctis specie intrinseca, & essentiali: nam si terminus est omninò idem, non apparet, qua ratione possint actiones distingui specie: nam quod dicunt, distingui se ipsis, videtur omninò falsum: cum enim essentia actionis sit ordo ad terminum, non potest esse varia actio secundum speciem, nisi varietur terminus, sicut non potest idem omninò terminus cum eadem ratione fundandi specificare varias relationes specie distinctas.

Neque sumi potest distinctio ex principio agendi, ex quo vna actio est naturalis termino; altera verò nõ naturalis: quia hæc non arguunt distinctionem specificã: vt patet in actione, qua producitur visus miraculosè, & qua producitur naturaliter, & similiter in alijs morbis, qui curari possunt miraculosè, & naturaliter: nam hæc non dicunt mutationem aliquam in substantia actionis, sed tantum quoad denominationem quãdam, sumptam ab extrinseco agente, quod operatur, iuxtà exigentiam vniuersi, & naturas rerum, vel non: quod oriri potest ex varijs capitibus, scilicet, ex conditionibus agendi, & cæteris huiusmodi: vnde ad confirmat. sumptam ex concursu causæ materialis iam patet ex dictis: quia ibi variatur terminus productus, quoad substantiam, &c.

Dices. Si actio miraculosa, qua producitur terminus, est eiusdem speciei, cum actione naturali, qua producitur idem terminus

minus,vt v. g. restitutio visus cœco,sequeretur, illam actionem posse fieri ab eadem causa, à qua fuit producta potentia visiua: quia potentia productiua potest in omnes actus eiusdem speciei,circa idem obiectū: quia sicut illud obiectum continetur sub ratione specificatiua potentiæ; ita & actus: atque adeo potentia potest ferri circa illa obiecta, quæ sunt sub ratione formali specificatiua potentiæ.

Resp. Primo. Etiamsi potentia possit elicere omnes actus eiusdem speciei, qui tendunt ad obiectum, sub ratione formali potentiæ, quantum est ex ratione specificatiua actuum; non tamen,quantum est ex ratione indiuiduali actuum: quia potest ad aliquem actum concurrere aliqua causa tribuēs indiuiduationem, cuius concursus nec sit debitus tali potentiæ, nec contineatur intra ordinem causarum naturalium;& talis est restitutio visus,&c.Sed non omnino placet: quia licet hæc ratio optimè ostendat,illam numero actionem non posse fieri à potentia naturali; non tamen ostēdit, quin possit fieri alia actio,numero distincta,qua producatur visus.Quare hęc ratio petit, cur natura non possit reproducere eundem numero effectum, quem semel produxit? de qua re dixi in physica tract. 14.quæst.8.& infra aliqua dicemus: quia idem numero effectus requirit omnes causas, & circumstantias necessarias ad indiuiduationem, qualis est influxus cœlorum,eiusdem numero materiæ,causæ primæ,& similium; quæ naturaliter simul reuniri nō possūt,quod infra explicabitur.

Dices 2. Ab Aristotele ponuntur tres motus specie distincti, scilicet ascensus, descensus, & circularis; & non apparet, quomodo distinguantur specie ex terminis:nam vel terminus est ipsum spatium imaginarium, & hoc est eiusdem rationis, vel est vbi,seu præsentia ad spatium,& hæc erit eiusdem rationis, sicut & ipsum spatium; vel est corpus, supra quod,vel infra mouetur, & hoc impertinens est ad specificam rationem illorum motuum: quia illa, non attinguntur per actionem localē. Ergo solum manet,vt distinguātur ex modo occupandi tale spatium,quatenus ascēsus est ab inferiori spatio ad superius; descensus verò cōtra, à superiore ad inferius, per eandem lineam rectam; circularis verò per lineam circularem in eodem spatio imaginario.

Resp.Hoc argumentum exigere explicationem causæ specificatiuæ motuum localium.de qua re aliqua dixi in physicis tr.24.q.1.d.4.& q.3.d.1.& 3.& de cælo tr. 7. quæst. 4. & tract. 2. de motu locali; Quare aliqui Resp. motus locales posse considerari dupliciter. Primo secundum rationem intrinsecam, quatenus dicunt occupationem spatij:& ita sunt eiusdem rationis physicæ.Secundo ratione connotati extrinseci: & ita distinguuntur specie quatenus sūt à virtutib. motiuis ad spatiū; vt corpus motum sit supra, vel infra aliud corpus:quia non mouent corpus ad spatiū secundum se, sed vt collocent ipsum supra,vel infra aliud: vt virtus motiua aeris mouet aerem,vt sit supra aquam, & infra ignem.

7 *Quomodo distinguantur motus descensus, ascensus, et circularis.*

R. 2.alij,diuersitatem esse inter motus alios, & localem,quod motus alij habeāt terminum physicum à se productum,qui non variatur,ex modo producendi; at motus localis,si per lineas diuersas,quæ licet entitatiuè, non differant, tamen differunt secundum modum essendi,vt v.g.linea eadem entitatiuè est,si sit recta, vel circularis: non enim fit noua entitas,quando ex recta fit circularis,& contra; sed solum variatur modus essendi. Et hinc fit, vt motus locales specie distinguantur,ex modo,quo spatium acquiritur: vnde dicunt,lineam posse considerari physicè, & mathematicè, & secundum hanc rationem distingui essentialiter.

3. Alij dicere possunt, etiam terminos motus localis distingui specie: quia licet vbi, quo occupatur spatium, materialiter videatur vnius speciei, tamen formaliter habet diuersam speciem; diuersitas autem formalis sumitur ex respectu ad diuersos terminos:qua ratione eadem via materialiter est inter Thebas, & Athenas; tamen formaliter est diuersa,mutatis terminis:nā si incipiat à Thebis, & tendat Athenas est vnius rationis;contra verò,si contra accipiatur: & probari potest: quia contraria sunt diuersæ speciei; at motus à cælo ad terram, & à terra ad cælum per eandem numero lineam,sunt contrarij, ergo diuersæ speciei: & ibi nulla est alia ratio diuersificādi speciem, nisi contrapositio terminorum,ergo hæc sufficit ad distinctionem specificam vbicationum, quæ licet nobis non innotescat,nisi per connotata extrinsecus corpora, supra, vel infra. vt dictum est supra: tamen vere illa vbi intrinsecè formaliter distinguuntur, quod videtur

tur neceſſariò dicẽdum,cum ex communi virtutes motiuæ elementorum ſpecie diſtinguantur; virtutes autem diſtinguuntur ex actibus, & terminis,ex communi.

DVB.VI. *An actiones diuerſificentur ſpecie ex diuerſo fine.*

1 PRimo Not. Actiones poſſe cõſiderari dupliciter. Primo ſecundum eſſe morale: & hac ratione conſtat,diuerſificari ex diuerſo fine, vt dicitur 1.2.q.1.a.3.& alibi. 2.Secundum eſſe naturale, & ita quærimus hic.

Finis alius intrinſecus, extrinſecus alius.

2. Not. finem duplicem eſſe,alium intrinſecum: & hic eſt terminus,cum quo identificatur actio; alium extrinſecum, ad quem ordinatur terminus intrinſecus actionis; hic autem poteſt eſſe duplex: alter, quem terminus reſpicit ex natura ſua; alter quem reſpicit ex ordinatione extrinſeca agentis.

Prima Concl. Actiones ſecundum eſſe naturale diuerſificantur ſpecie ex diuerſo fine intrinſeco. Patet ex dictis: quia ille finis eſt idem cum termino,à quo ſpecificatur actio.

Actio non ſpecificatur ex fine extrinſeco.

2. Concluſio. Actiones non diſtinguuntur ſpecie ex diuerſo fine extrinſeco, qui conuenit ex imperio agentis. Patet: quia ille finis per accidens cõuenit actionibus, neque facit aliquam variationem intrinſecam in actionibus, ſed tantum extrinſecam denominationem.

Dices. Actus voluntatis volens obiectũ ob aliquem finem.ſ. deambulationem ob homicidium,ſpecie diſtinguitur, ab actu voluntatis,volẽte eandem deambulationẽ ob ſanitatem: quia deambulatio ex illis finibus inducit diuerſam rationem formalẽ: ergo ſimiliter deambulatio ſecundum ſuũ eſſe,habebit diuerſam ſpeciem,factam ob hunc,& ob illum finem.

Reſp. & dico primo,controuerſiam eſſe, an actus volũtatis circa aliquod obiectum diſtinguatur ſpecie,cum feratur circa illud,ob diuerſos fines; an verò ſecundum eſſe phyſicum ſemper ſit eiuſdem ſpeciei, quæ ſumitur ex ipſa intrinſeca bonitate obiecti; ſed moraliter dicatur diuerſus ob extrinſecum imperium voluntatis varium ſpecie, quod circa varios fines immediatè verſatur; quod ſi concedatur ſecundum eſſe phyſicum diuerſificari.

Dico 2. Eſſe diuerſam rationem in actu voluntatis, & actibus aliarum potentiarũ: nam cum obiectum formale voluntatis ſit bonitas, ſiue rei intrinſeca, ſiue extrinſeca, quando eſt diuerſa bonitas finis, ſemper actus eſt diuerſus,ob diuerſam rationem formalem,quæ ſumitur à fine. At obiectũ formale aliarum potentiarum eſt alia ratio,quæ non variatur ob finem extrinſecũ, ſed tantum inde acquirit denominationẽ quandam extrinſecam, quæ non confert ad ſpecificandum phyſicè actum: vnde neque habitus practici diſtinguuntur ex hoc fine extrinſeco: quia hic voluntariè adhibetur ab agente.

Dico 3. etſi actus aliarum potentiarum varientur ex huiuſmodi fine, certè actiones vt ſic, non ſpecificarentur ex hoc fine: quia non reſpiciunt formaliter terminum, niſi ſecundum eſſe naturale ipſius.

Dico 4. Finem reſpectu actus voluntatis poſſe dupliciter conſiderari 1. vt tranſit in obiectum, quod eſt,quando voluntas per vnum actum fertur in obiectum ſub tali fine: & ita conſtat, ex tali fine ſpecificari non ſolum ſecundum eſſe morale, ſed etiam phyſicum. 2. vt eſt circumſtantia actus, quod eſt, quando voluntas fertur in obiectum aliquod per ſuum actum, & illũ habet ex imperio alterius actus, qui eſt circa finem: & tunc prior actus, licet ab illo imperio varietur ſecundum eſſe morale, non tamen ſecundum eſſe phyſicum.

3. Concl. Ex fine extrinſeco connaturali ipſi termino, per accidens variatur actio; quatenus eſt indicium termini diſtincti, per ſe autem non variatur: quia ſi per impoſſibile vna res vnius ſpeciei, naturaliter reſpiceret vnum finem, & alia eiuſdem ſpeciei, alium finem diſtinctæ ſpeciei, adhuc actiones productiuæ illarum rerum eſſent eiuſdem ſpeciei; contra verò, ſi duæ res diſtinctæ ſpeciei haberent omninò eũdem finem adæquatum, adhuc actiones terminatæ ad illas, eſſent diſtinctæ ſpeciei: nam actiones diſtinguuntur ex termino intrinſeco, non autem ex illis, quæ accidunt ipſi termino ex imperio alterius. 2

Ex fine extrinſeco per accidens variari poteſt actio.

DVB.VII. *De ſpecificatiuo actionis, quoad rationem indiuidualem.*

HÆc patere poteſt ex dictis hic; & quæ in phyſicis tr.24.q. 2. & iterũ in metaphyſicis, cum de principio indiuiduationis: quare nihil hic addendum. 1

DVB. VIII. *An actio sit actus non solum causæ efficientis, sed etiam formalis, & materialis.*

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo Not. Cum dictum sit in physica actionem esse causalitatem agentis, nunc dubitatur, an sit causalitas aliarum causarum, & quia causalitas finis præcedit actionem, cum sit mouere agens ad agendum, dubitatio est, de causa materiali, & formali.

Materia, et forma habet causalitatem tũ respectu cõpositi, tum inter se inuicem.

2. Not. Cum dictum sit in physicis, materiam, & formam habere causalitatem, non solum primariò, respectu compositi, sed etiam inter se inuicem, atq; adeo quãlibet habere suum concursum respectu alterius. Nunc dubitatur, quid sit hic concursus, & ad quod prædicamentum spectet.

Dependentia formæ à materia nõ est propriè passio.

3. Not. Dependentiam formæ à materia, qua forma dicitur sustentari, non esse propriè passionem: quia pati, est proprium materiæ, sed concomitari passionem; neq; dici potest, materiam esse tantum conditionem sine qua non: quia quando aliquid pendet ab alio, vt exercente actum suæ potentiæ, non potest esse præcisè conditio; tum quia alias non posset distingui conditio à vera causa: tum quia omne, quod pendet ab altero, vt exercente actum suæ potentiæ circa illud, existit virtute illius, atque adeo causatur: vnde Scotus in 3. dist. 35. q. vnic. expresè docet, subiectum esse causam efficientem, & materialem suæ passionis: quod videtur dicere etiã Aristoteles 1. phys. t. 30. dum ait, materiam esse causam eorum, quæ fiunt, sicut mater scilicet recipiendo formas: vt notat Dur. in 1. dist. 8. q. 2. Et colligitur ex 7. m. dum substantia dicitur prior accidente, etiam causalitate, scilicet materiali, vt docet Zim. Theor. 9. Cap. 1. dist. 23. q. 1. ad arg. contra primam conclusionem Sonc. 5. met. q. Niph. 2. phys. t. 30. Scalig. exer. 30

4. Not. Communicare suum esse alteri formaliter, non est habere causalitatem respectu entitatis illius, nisi tale esse communicatum fiat proprium esse illius, vt propria entitas eius: nam Ideo albedo, dum informat quantitatem, non dicitur causare entitatem quantitatis: quia tota entitas quantitatis vt sic, est diuersa, & independēs ab entitate albedinis. Dicitur autem albedo esse causa formalis quantitatis, non vt quantitas est, sed vt albata: ita enim entitas albedinis essentialiter includitur in suo effectu. Ratio est; quia esse causam, cum sit correlatiuum respectu effectus, si aliquod non habet rationem effectus respectu alterius, neque hoc habere poterit rationem formalem causæ, respectu illius. Hinc fit, vt nihil possit esse causa alterius, quando alterum non habet esse ab altero communicatum, & virtute illius existit, vnde cum id, quod per vnionem se alteri communicat, nec sit pars entitatis illius, nec id, cui se communicat, existat virtute illius, fit, vt tale non sit causa entitatis illius.

2 Causalitas formaliter est communicatio entitatis effectus pendẽtis à causa.

5. Not. Cõmunicare se alteri per vnionem, non solum non est habere veram causalitatem, sed neque formaliter hoc includitur in causalitate illius, si quam habet: nam causalitas formaliter est communicatio entitatis effectus pendentis à causa; at quando fit huiusmodi communicatio effectuum, ita ut non fiat pars entitatis effectus, non est dependentia illius entitatis à causa; sed si aliquam causalitatem habet id, quod per vnionem se alteri communicat, cui vnitur, necessariò illa causalitas erit identificata cum eo, cui vnitur, & non includit formaliter vnionem: quia hæc supponit entitatem causatam, & per vnionem aliud causatur: quod explicatur exemplo materiæ, quæ communicat suum esse animæ rationali; sed non causat illam: quia non pendet ab hac communicatione: similiter materia communicat suum esse formæ ignis à materia dependentis, hoc formaliter non est causare formam ignis: quia non est communicare illi propriam eius entitatem; sed communicare entitatẽ omninò distinctam à sua, quæ communicatio non consistit formaliter in vnione, sed est prior illa: nam communicatio entitatis formæ, non includit formaliter entitatem materiæ, neque vnionem, atq; adeo non continet eam communicationem, qua materia se exibet per vnionem formæ ignis. Hinc fit, vt causatio non sit communicatio entitatis causæ, quando causa non includitur in effectu; neque hæc communicatio includitur formaliter sub ratione communicandi esse effectui, in quo consistit ratio formalis causandi effectum.

Existere virtute alterius est ab altero causari.

6. Not. Omne illud, quod immediatè pendet à potentia alicuius causæ, & immediatè causari à tali causa per talem potentiam:

tentiam : nam causalitas vel est dependētia vnius rei ab alia, vel saltem est signum causalitatis talis causę. Conf. Quia existere virtute alterius, est ab altero causari; sed res pendens sic existeret virtute alterius, ergo quod immediatè pendet à potētia alterius causaretur ab illa.

7. Not. Non minus sustentationem formæ à materia accidere formæ, quam productio ab efficiente illi accidat : nam & vtrumque separari potest à forma, & totum esse completum formæ intelligi potest, non intellecta sustentatione: vt patet, quando Deus conseruat formā per concursum effectiuum.

8. Not. Hic non esse sermonem de causalitatibus materiæ, & formę primarijs: quia illæ sunt per vnionem, qua non communicatur entitas rebus vnitis, vt patet ex dictis : quia vnio supponit entitatem extremorum; sed hoc est, esse concausam compositi; sed de secundarijs, quas aliqui ponunt mutuas inter materiam, & formā, & nos tantum probauimus esse veram causalitatem materiæ, respectu formæ, non autem formæ, respectu materiæ : quia tantum est conditio, sine qua non, vt notat Soar. disp. 33. sect. 5. n. 38. & nos diximus in physicis tr. 5. q. 4. & tr. 10. & 11. quare de causalitate quæstio intelligitur de causalitate secundaria materiæ.

3 *An concursus materiæ, & formæ sint actiones.*

9. Not. Cum hæc ab omnibus ferè admittantur, solum de nomine potest esse quæstio, an concursus materiæ, & formæ sint actiones: pendat. n. ex vsu nominis, scilicet, quid nomine actionis intelligatur: nam si intelligitur tantum actus agentis, clarum est, non contineri; si autem communicatio entitatis procedens à quacunque causa, quæ non sit inclusa in effectu, patet contineri.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

PRima opinio docet, spectare ad prędicamentum actionis: nam licet denominationem sumpserit à causa agente, vt causa motoriè influente; tamen comprehēdit concursus aliarum causarum. Fundamētum est : quia harum causarum concursus est accidens; at ad nullum prædicamentū pertinere potest, nisi ad actionem, vt patet, discurrendo per omnia prædicamenta, non enim est substantia, nec quantitas, nec qualitas, nec pura relatio.

Secundum alios actio solum est actus causæ efficientis.

2. Opinio est dicentium, actionem solū esse actum causæ efficientis: quia cōstituitur in ordine ad causam agentem, quæ idē est, ac efficiens. Conf. Quia si materia sustentando formam tribuit illi entitatem per causalitatem, quæ est actio, & similiter verbum, terminando naturam humanam, causaret illius existentiam, quam vt sic nō causaret Pater, & Spiritus Sanctus; at repugnat Theolog. ponere causalitatem esse ab vna persona respectu alicuius effectus, & non ab alia : quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. Sed hi DD. non eadem via procedunt : nam quidam id asserunt : quia putant, nec materiam habere veram causalitatem respectu formæ, neque contra; sed solum esse conditiones, sine quibus non potest totus extrinsecus concursus conuenire causæ efficienti : & ideo actio solum illi conuenit. Tribuitur Auicen. 2. met. 14. Enrico. Scoto in 2. dist. 10. 11. quæst. 2. dū negat formam esse causam propriè ipsius esse materiæ. Greg. q. 1. art. 2. ad primum & quæst. 2. art. 3. vbi negat materiam esse effectum formæ 2. Alij concedentes formam pendere à materia, & negantes dependentiam materiæ à forma, dicunt, illam dependentiam esse passionem : quia est actus materiæ, quæ est potentia passiua, sicut actio est actus potentiæ effectiuæ; formam verò negant, habere actum à se distinctum, cum nullū subiectum actuet, quod ab illo pendeat, sed illi se ipsam cōmunicet. 3. Alij concedentes, mutuas causalitates, negant esse actiones : quia causalitas materiæ est receptio, vt formæ est informatio: per quas causalitates non causantur entitates illarum causarum immediatè, sed mediatè, idest media actione causæ efficientis, quæ propter sui imperfectionē petit, vt materia recipiat formam, & forma informet materiam. 4. Alij cōcedunt quidem has causalitates esse immediatè ab his causis, sed negāt esse actiones: quia sunt modi quidam substantiales pertinantes ad essentiam compositi, & ideò illi modi non pertinent ad prædicamentum actionis, quæ est accidens: nam accidens non potest esse de essentia compositi substantialis: ita cōmuniter recentiores melius sentientes.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

4 *Concursus materiæ respectu formæ non est propriè actio.*

PRima Concl. Concursus materiæ respectu formæ, non est propriè actio, patet : quia communiter nomine actionis intelligitur actus agentis, de quo alibi diximus

ximus, quomodo distinguatur à concursu sustentatiuæ materiæ; ibidem diximus hunc concursum non pertinere ad aliquod prædicamētū per se primo, cū sit imperfectus, sed tantum reductiuè, scilicet ad prædicamentum termini.

5 2.Concl. Probabile est, concursum illū materiæ pertinere ad prædicamentum actionis: quia licet primario auctores nomine actionis intelligant actum virtutis actiuæ, tamen extendi potest ad huiusmodi etiam concursum, vt scilicet intelligatur omnis communicatio entitatis proueniens à virtute alicuius causæ, non inclusæ in effectu, cui entitas communicatur. Et ratio huius extensionis esse potest: quia huiusmodi concursus, tam respectu materiæ, quam formæ habet conceptum accidentalem, & non esse modum substantialem: quia non requiritur ad complemētum alicuius substantiæ, ergo debet pertinere ad prædicamentum accidentis; at per singula discurrendo, non est aliud, ad quod pertineat: & licet ad hoc prædicamentum pertineat creatio, quæ intrinsecè est quid substantiale independens à materia, tamen creatio habet modum prædicandi accidētalem: quia est extra quidditatem subiecti, de quo prædicatur. Ex quibus patet ad .i. rationem secundæ opinionis: nam nomen actionis est æquiuocum, seu potius habet quandam analogiam, vel vt alij putantes omne genus prædicamentale esse vniuocum, dicūt, ex primaria impositione significare actū agentis; at ex vsu & accōmodatione omnem concursum causæ, quia illi concursus vniuocè conueniunt in actione, qua communicatur esse.

Concursus materię pertinet ad prædicamētum actionis.

Ad Confir. Resp. Esse magnam controuersiam, an à substantia creata pendeat natura subsistens in sua existentia; primo aliqui tenent, naturam creatam non pendere in sua existentia à sua subsistentia termināte, licet naturaliter sine illa esse nequeat, vt quantitas non pendet in sua existentia à figura, licet sine figura esse non possit; sed est tantum dependentia vt à conditione subsequente, seu concomitante: ita Scotus 3. d.1.q.1. Soar.t.1.3.p.disp.8.sect.3. & disp. 34.met.sect.4. Fundamentum esse potest: quia est modus existentiæ consequēs existentiam; at dependentia in genere causæ est ab aliquo priori. Et conf. Quia alioqui in Christi humanitate esset aliquis concursus à verbo, qui non est ab alijs personis Trinitatis, neque apparet, in quo genere causæ sit ille concursus, non enim est in genere causæ formalis, vel materialis, vt patet: nam potest suppleri à verbo diuino, à quo non potest suppleri causalitas formalis, vel materialis, neque in genere causæ finalis, vt patet quomodo esset in genere efficientis; at hic concursus est communis omnibus personis. Et iuxta hanc sentētiam dicendum est humanitatem Christi non propriè pendere à verbo speciali modo dependentiæ. 2. Alij putant substantiā creatam non minus pendere in sua existētia à subsistentia quam accidens in sua existentia ab inhærentia: vnde dici debet, verbum præstare humanitati, quidquid præstaret personalitas propria: nam sicut humanitas penderet à terminatione propriæ personalitatis, ita à terminatione verbi, quē modum dependentiæ non habet ab alijs personis: nam ab his pendet vt efficiente, sed à verbo pendet vt efficiente, & vt terminante; Neque hoc est cōtra Theologorum axioma, quod opera Trinitatis ad extra sint indiuisa: quia hic nullā tribuimus operationem verbo, quam non tribuimus Patri, & Spiritui Sācto: licet dicamus eam diuerso modo procedere à Verbo, & à Patre: sicut nulla est operatio creaturæ, ad quam Deus non concurrat, sed adhuc non semper eodem modo ac creatura: imò aliquando nec potest ita concurrere, vt quando modus operationis procedentis à creatura includit imperfectionem, vt causalitas materiæ, & formæ primariæ, & secundum aliquos etiam secundariæ. Neq; tamē dicimus esse hanc dependētiā respectu patris, eo modo, quo est respectu filij: quia negamus esse à patre omnibus modis, quibus est à Verbo: nam alioqui Pater esset incarnatus: neque hinc facimus opera ad extra Trinitatis diuisa, sicut ex eo, quod creatura diuerso modo concurrit ad operationem ac Deus, non negamus esse operationem aliquam creaturæ, quæ non sit operatio totius Trinitatis, ita nihil procedit à filio in hac sustentatione, quæ non effectiuè procedat à patre. Quod si petas, ad quod genus causæ hic cōcursus reuocetur? Resp. ad genus causæ terminantis, quod est distinctum à quatuor generibus positis ab Aristotele. Alij reducunt ad genus causæ formalis: quia est vltimus quasi actus naturæ, vt Scotus 3. d. 1. q. 1. Quod si adhuc petas, an sustentatio sit idem ac terminatio? Resp. negatiuè: nam si humanitas esset independens à terminatione, non propriè sub-

Quomodo natura subsistēs in sua natura pendeat à subsistentia creata.

Causalitas formalis non potest suppleri à verbo diuino.

6

Sustentatio non est idē ac terminatio.

sustentaretur; sed tamen propriè terminaretur; sicut anima rationalis, licet non sustentetur à materia: quia est ab illa independens, tñ propriè recipitur in illa. Mihi verò, cum hic specialis modus dependētiæ, & causalitatis propriè dictæ sit inauditus apud veteres Teologos, probabilis visa est prima opinio, dū de Christi incarnatione docerem: nam causalitas significat actum alicuius potentiæ, at terminare, non est formaliter causare, ergo debet poni prædicta terminatio, quæ sit causalitas pertinens ad aliquam causam, quare dicendum esset, ad illam actionem, qua producitur humanitas, verbum nō concurrere speciali modo, nisi terminando formalitatem, & in eadem actione consistere id, quod verbum cōfert humanitati, siue illa appelletur causalitas, siue alio modo. Nunc verò nihil in hac re statuendum censeo: nam peculiarem disputationem instituemus, in 2.t. opusc.

DVB. IX. *Quæ sit ratio formalis actionis.*

DE hac diximus in Logica, tr 17. q. 2. dub. 1. & infra cum de distinctione inter actionem, & passionem q. 3.

DVB. X. *An actio sit fundamentum relationis.*

DE hac dictum est in Logica, tr. 15. q. 6. dub. 4.

DVB. XI. *An eadem numero actio possit esse à pluribus causis.*

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

1 *Effectus materiales pendent à diuersis generibus causarum.*

PRimò constat, effectus naturales pendere à diuersis generibus causarum, quarum singulæ habent suos concursus in suo genere. Vnde constat, illos distingui inter se genere, in ratione causandi, non tamen in ratione entis: quia possunt pertinere ad idem genus in ratione entis: nam vt concursus materiæ, & formæ, si non pertinent ad peculiare genus entis, reductiuè pertinebunt ad genus illud, ad quod pertinent materia, & forma, cuius sunt causalitates: & concursus finis pertinebit ad prædicamentum, ad quod pertinet bonum, quod est proprietas entis: nam concursus efficientis constituit peculiare genus actionis; sicut concursus materiæ, peculiare genus passionis, nisi velimus statuere ad prædicamentum actionis, & passionis reuocari omnia genera concursuum, qui sūt à causis: quod non minus denominent peculiari ratione sua principia, quàm actio, & passio sua.

2. Non constat: an concursus diuersarū causarum realiter inter se identificentur? sicut materialiter est vnus numero effectus, qui ab illis procedit; an verò distinguantur inter se realiter? de qua quæstione dicā in metaphysica: interim relinquo disputandam Recentioribus ingenijs.

A causa prima, et secunda oritur indiuisibiliter vna actio.

3. constat. A causa prima, & secunda oriri indiuisibiliter vnam actionem, ita ut nihil sit in actione, quod non procedat ab vtraque causa; & licet à nobis concipi possit, vt pendens à causa secunda, non concepta ratione dependentiæ à prima, tamen illa conceptio non est adæquata, & distincta, sed confusa: quia in re concepta essentialiter includitur dependentia à prima causa, atque adeo illa implicitè concipitur, dum concipitur actio in ordine ad causam secundam. De qua re plura dixi in 1. tom. opusc. libr. 1. quæst. de hac re. Quare nihil hic superest dicendum.

2 *Vna actio potest oriri à pluribus secundis partialiter.*

4. Constat, vnam actionem posse oriri à pluribus causis secundis partialiter partialitate causæ, non effectus: quia totus effectus procedit à singulis, licet non totaliter. Neque obijcias, quod vna actio, quæ dicit transcendentalem ordinem ad suum principium, non possit terminari ad duos terminos realiter distinctos, vt ad principia; sicut neque ad duos terminos in ratione effectus: nam non respicit singula principia adæquatè, sed inadæquatè, atque adeo respicit vnum principium adæquatum, à quo actio est indiuisibiliter. At verò effectus vnus est adæquatè ex vi illius actionis, & ideo vna numero actio non potest habere plures effectus inter se realiter distinctos, præterquam quod cum actio identificetur cum termino, non potest vna actio identificari cum duobus realiter numero distinctis, alioqui daretur mysteriū Trinitatis in creatis. Quare difficultas manet; an eadē actio numero possit esse à pluribus causis totalib. siue simul, siue successiuè?

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

Sm aliqs eadē numero actio pōt esse à plurib. causis totalib. diuisim, & coniunctim.

PRima opinio est dicentium, eandem numero actionem esse posse tam diuisim, q̄ coniunctī à plurib. causis totalib. sicut idem numero cōcursus de facto est à plurib. causis totalib. in diuerso gēre. vt v.g.

receptio

Eadem receptio vt est à materia & informatio passiua, vt est à forma, actiua, vt ab efficiente, & actio.

receptio formæ, quæ est à materia, est etiā à forma, & ab efficiente in diuerso genere causādi: nam illa receptio vt est à materia, dicitur receptio seu informatio passiua; vt est à forma, dicitur informatio actiua, vt est ab efficiēte, dicitur actio: quare solū ibi est distinctio sīn alias denominationes. Ergo idē dici potest de eadē numero actione, quæ saltem supernaturaliter poterit esse à diuersis principijs totalibus. Cōf. Quia eadē numero visio beata est ab intellectu, & à lumine gloriæ, & adæquatè ab intellectu secundum vitalitatem, à lumine secundum supernaturalitatē: præsertim in opinione dicentium, intellectum extrinsecè eleuatū posse elicere visionem: nam tunc visio eliceretur adæquatè ab intellectu sicut nunc eliceretur adæquatè ab vtroque. Conf. 2. Quia non est maior ratio, cur idē numero effectus possit esse à pluribus causis totalibus, siue diuisim, siue cōiunctim; & non eadem actio: cum actio specificetur ab effectu, & sit idem cum effectu.

2. Opinio est dicentium, posse quidem eādē actionē numero esse à pluribus causis totaliter diuisim; non autem coniunctim. Primum patet: quia virtus principij sicut continetur in causa creata; ita perfectiori modo continetur in causa increata, ergo vt illa actio est à virtute causæ creatæ; ita poterit esse à virtute eadem, vt continetur in causa increata; & per consequens potest ea vi eleuationis per illam virtutem increatā effici, vt illa actio sit ab alia causa creata eleuata. Sēd patet: quia illa actio à neutra causa penderet necessariò, & per se, sed contingenter, & per accidens, cum possit sine singulis determinatè esse. Conf. Quia sicut potest esse à duobus adæquatè: ita ab infinitis: nam si non repugnat pendere adæquatè à duobus, neque repugnaret pendere à tribus, &c. sicut simili ratione probat Arist. duas quantitates non posse esse simul in eodem spatio; quia si duas esse simul non repugnat, neque repugnaret infinitas esse simul.

3 *Actio qua est ab vna causa adæquata non potest esse ab alia.*

3. Opinio est dicentium, vnam actionē, quæ est ab vna causa adæquata repugnat esse ab alia siue naturaliter, siue supernaturaliter: quia repugnat, esse hanc numero actionem, sine hac numero indiuiduatione. Sed hanc numero indiuiduationem quæ est ab agente A. adæquatè, repugnat esse ab alio: quia respicit essentialiter, & specificatiuè agens A. Ergo sicut repugnat agens A. esse agens B. & contra; ita repugnat specificatum, & essentialiter respiciēs A. specificari, & respicere B. Conf. Quia actio hæc est exercitium actuale huius numero potentiæ: at ratio actualis efficiēs actualiter hoc, non potest efficere aliud. Est enim addicta huic, sicut dicitur de modo. v.g. figura, modificans hanc quantitatem non potest modificare aliam: hoc enim distinguitur modus ab entitate, quod modus sit essentialiter addictus rei, quam modificat: non sic entitas. Conf. 2. Quia ea opposita sententia sequeretur, aliquid agens actu agere, & non agere: nam si hæc numero actio, qua denominatur hoc agens agere, esset ab alio agente: quia & denominaret hunc agere, & non denominaret, si poneretur hęc numero in alio agente. Neque dicas, quod tunc non denominaret hoc agens: quia cū sit huius, ratione suæ indiuiduationis non potest nō denominare. Et hæc opinio, quæ communiter approbatur, mihi placet, & ideò respondetur ad argumenta aliarum opinionum.

ART. III. *Soluuntur argumenta aduersariorum.*

AD 1. primæ opinionis respondetur negando consequentiā: tum quia est diuersa ratio cōcursus omnium causarū, ac concursus adæquatus actionis: nam omnes illi concursus sunt necessarij ad existentiā effectus; ita ut si vnus causæ cōcursus desit, non ponatur effectus. Quare licet singuli illi concursus sint adæquati in suo genere; non tamen sunt adæquati ad perfectionē concursus, exigitis à tota perfectione effectus: quia illa exigit indiuisibiliter cōcursum omnium quatuor causarum: at verò actio, de qua loquimur adæquatè est exercitium vnius virtutis effectiuæ. Quare potius ille concursus causarum comparandus est concursui duarum causarum partialiū, respectu vnius actionis: tum secundò etiamsi concursus quatuor causarum conueniant in vna entitate reali, sicut dicitur de motu, actione, & passione, adhuc tamen distinguuntur formaliter, & ex natura rei: quia exercitium vnius causę nō est alterius, licet non sit, nisi cum concomitantia alterius, ob necessitatem talis entitatis: at hæc actio ita est formaliter ab hoc agente, vt nō indigeat alio agente, neque formaliter, neque materialiter. 4

Actio adæquatè est exercitium vnius virtutis effectiuæ.

Ad confir. resp. Visionem à singulis non

esse adæquatè, sed ab vtroq; tam secundū vitalitatem, quàm secundum supernaturalitatem: nam sicut illa vitalitas est supernaturalis; ita exigit concursum luminis; & sicut illa supernaturalitas est vitalis; ita exigit concursum intellectus: quare ab vtroque est secundum totam suam perfectionem adæquatè. Rationes autem concurrēdi inclusæ in illa causa adæquatè sunt diuersæ: nam lumen concurrit ad vitalitatē: quia est coniunctum cum intellectu, & intellectus ad supernaturalitatem eleuatus à lumine. Quod si fingatur non eleuari à lumine, extrinsecè ab omnipotentia Dei; tunc Deus immediatè præstaret concursum necessarium ad visionem beatificam simul cum intellectu concurrendo: non enim in eo casu solum intellectus concurreret, vt supponit argumentum.

Quomodo intellectus concurrat ad supernaturalitate cū lumine.

Ad 2. resp. esse diuersam rationem: tum quia effectus non est actuale exercitium potentiæ, sicut est actio; tum quia indiuiduatio effectus nō est essentialiter ab hoc agente, cum idem indiuiduum possit esse à Deo, & à causa secunda. Neque obstat specificatio: quia inde solum, sequitur, per hanc actionem non posse fieri alium effectum. Quare id potius nobis fauet. Neque obstat identitas realis: quia sicut actio habet essentiam propriam, distinctam, & in alio genere ab effectu; ita & indiuiduatione.

5 *Virtutes creatæ non continētur formaliter in increata.*

Ad argumentum secundæ opinionis quod debet esse fundamentum eorum, qui contrarium opinantur. resp. etiamsi in virtute increata contineantur omnes virtutes creatæ, non tamen formaliter secundum eandem indiuiduationem, & ideo non potest virtus increata terminare indiuiduationē actionis huius causæ creatæ: quia hæc actio exigit formaliter hanc indiuiduationem formaliter huius causæ: de qua re plura in metaphysica cum de principio indiuiduationis. Cætera relinquo speculāda ingeniosis, cum hæc cursim scripserim: Cætera autem, quæ in ea opinione dicuntur nobis fauent.

QVÆSTIO II.

De subiecto, in quo actio inhæret.

DVB. I. *An omnis actio habeat subiectum, & quod illud sit.*

DE hac quæstione dictum est in physicis tract. 19. q. 8.

ART. I. *Explicantur terminis, & sensus quæstionis.*

NOt. 1. Actionem posse accipi dupliciter primo metaphysicè vt abstrahit à particularibus speciebus actionis. 2. physicè vt est coniuncta cum mutatione: & cum subiectum possit esse duplex, vnū identitatis, alterum inhæsionis de vtroque potest esse difficultas. 1 *Actio metaphysicè, & physicè accepta.*

Not. 2. Actionem metaphysicè acceptā non necessariò exigere subiectum inhæsionis. Patet ex creatione, quæ distingui potest per hoc ab eductione: quod creatio fiat sine concursu subiecti; contra verò eductio; sed difficultas manet, an hoc subiectum concurrat ad actionem vt recipiens?

Not. 3. Subiectum identitatis videtur requiri in omni actione: quia sicut omnia actio habet terminum, ita habet identificari realiter, vel formaliter cum termino, quod solet dici subiectum idētificationis: quem modum loquendi alij non approbant, eo quod de ratione subiecti, siue receptiui, siue sustentatiui est, vt præcedat id, cui subijcitur, at terminus non præcedit actionē, cū totā existentiā habeat ex vi actionis; quare secundū existētiā non potest procedere actionem. Ad quod Resp aduersarij præcedere in genere causæ materialis, & subsequi in genere causæ efficientis: cōtra quam distinctionem multa diximus in physicis, & aliqua infra dicemus.

Not. 4. Actiones alias esse transeuntes, alias immanentes, & de vtrisque solet esse dubitatio, ex parte subiecti; & quia in actione considerari potest duplex subiectū, Vnum, in quo, quod dicitur subiectum inhæsionis. Alterum. Circa Quod, quod dicitur subiectum eductionis, de vtroque disputandum est, & eorum conditionibus.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium, de ratione actionia creatæ esse, vt habeat subiectum; quia est accidens; sed hi distincti sunt; vnu alij volunt actionem omnē respicere agens vt subiectum inhæsionis Auic. 2. sufficie. c. 2. Scotus 4. d. 13. q. 1. Aur. And. de sex principijs c. de actione, Venetus in summa phys. c. 18. Hispal. 1. d. 27. q. 1. Fland. 5. met. q. 22. ar. 1. Caiet. 1. p. q. 25. Sed Scotistæ differunt à Caiet. nā 2 *Sm alios actio creata necessariò sint, subiectum.*

Sco-

Scotistæ nomine actionis intelligunt relationem agentis ad effectum, vel passum; nam putant inter effectum, & causam nihil intercedere, tanquam rationem fundādi ipsam actionem. At Caiet. ait actionem, quæ est distincta à relatione, esse in agente, etiam in Deo, non quidem per inhærentiam; sed per identitatem: quia actio Dei non est accidens, sed substantia.

Actio immanens est in agente, transiens in passo.

2. Alij distinguunt: nam actio immanena est in agente, transiens verò in passo. Est omnium Græcorum Aristot. Capr. 2.d.1.q.2.ar.3.& 4.d.49.q.8.art.3. Heru. quodl.4.q.4.Sonc.5.met.b.37.Iau.9. m. q.15.& fine dubio est D. Tho. Tum quia nūquam solet deserere Arist. in rebus philosophicis, tum quia id innuit 2. contra gentes c. 1. ponens discrimen inter actionem immanentem, & transeuntem ex c. 9. vt Fer: qui alias congerit.

2. Opinio est dicentium, non esse de ratione actionis, vt habeat subiectum inhæsionis; sed illud habere iuxta exigentiam termini; nam si terminus habet subiectū inhęsionis, similiter & actio; sin minus, neque actio: imò actio præcisè sumpta vt distinguitur à passione, non habet nisi subiectum denominationis & subiectum inhæsionis, quod habet, non nisi mediante passione. ita Suar. disp. 48. sect. 4.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

3 Actio ut sic non habet subiectum inhæsionis proprium.

PRima Concl. Actio vt sic, non habet subiectum inhæsionis proprium. Patet: quia datur actio, quæ non habet huiusmodi subiectum, vt creatio, de cuius ratione est, vt non fiat ex subiecto, neque terminus cum sit posterior, potest habere rationem subiecti: nam nō potest intelligi, qua ratione terminus possit habere principium aliquod respectu viæ, secundum realem existentiam, cum nullo modo habeat existentiam, nisi per viam. idem patet in transubstantiatione ex D. Tho. 3. p. q. 75. ar. 8. nam cum fiat actiuè ex verbis, non potest esse immanens, & tamen fit sine subiecto communi termino à quo, & ad quem.

Dices. Ipsum terminum habere rationē immediati subiecti, qui licet sit posterior actione, in genere causæ efficientis, est tamen prior in genere causæ materialis: nam est modus, accidens, & formalitas termini. Sed contra: quia illa prioritas inter res, inter se inuicem influentes realem existentiam, impugnata fuit in tract. de causis, tū quia non potest terminus habere concursum subiecti ad actionem, nisi existat in se; at in se non existit, nisi post existentiam actionis, vt terminus existit post viam; tū quia realiter concurreret ad sui productionem: quia non potest dari concursus magis formalis, quàm sit cōcurrere in aliquo genere ad actionem, per quam res fit; tum quia non esset ratio, cur creatio, non habeat veram rationem mutationis.

2. Probatur: quia actio non est aliud, quàm emanatio effectus à causa, seu communicatio entitatis effectus; sed hæc non dicit ordinem ad subiectum, sed solum ad agēs, & ad terminum, ergo: minor probatur ex conceptu explicito ipsius actionis: nam statim ac intelligitur efficiens dare esse effectui, intelligitur actio, etiamsi præscindatur omnis concursus subiecti.

Quomodo actio eductiua includat concursum subiecti.

Ex qua ratione colligi potest, actionem eductiuam licet includat concursum subiecti, non tamen id habere, vt actio est, & vt distinguitur à passione; sed vt habet rationem passionis identificatam realiter; tū quia hoc differt passio ab actione, quod passio dicat receptionem termini in subiecto, ergo actio vt sic præscindit ab hac habitudine: quia formaliter non includit esse in, sed tantum esse ab agente; tum quia huiusmodi actio infert passionem, ergo actio secundum præcisam rationem non afficit passum, sed ratione passionis quam infert: vnde tam actio immanens, quàm transiens inest passo, vt sic, sed differunt: quia in immanente agens, & passum conueniunt in idem, non sic autem in transeunte.

4 Actio ut sic non dicit mutationē propriè dictam.

2. Patet. actionem vt sic non dicere mutationem propriè dictam: quia mutatio hæc dicit ordinem ad subiectum, quod latè probat Greg. de creatione 2.d.1. q.4. 5. & 6. vnde etiam fit, non omnem actionem inferre passionem. Neq; obstat, quod terminus dicatur mutari, dum per actionē ex non existente fit existens: nam mutatio dupliciter accipitur. Primo propriè, & requirit subiectum prius tempore, vel natura præexistens, quod per actionem naturaliter se habeat, ac prius, & sic negatur. Secundo impropriè pro omni ratione, quæ ponit aliquam denominationem mutationis in effectu, & ita dicitur terminus per actionem mutari, neque per hoc res dicitur aliter se habere, quàm prius: nam prius nihil erat; sed subiectum habet esse simpliciter propriè, quod hic prius non habebat.

Dices

5.Concl. Quando actio inhæret, non inhæret vt actio, sed vt passio. Quia actio non habet subiectum inhæsionis, sed tantum denominationis: nam per hoc distinguuntur actio à passione, quod actio præscindat ab habitudine in, sed tantum dicit esse ab; econtra verò passio. Dices. Arist. definit actionem esse actum huius id est agentis, in hoc, id est passo: ergo requiritur subiectum. Resp. Aristotelem nō definire actionem vt sic, sed actionem naturalem, quæ est eductio, siue quia actionem independentem à subiecto ipse non cognouit, vt multi opinantur, quos oppugnaui 1.to.opusc.l. 2. siue quia definit actionem agentium naturalium, quæ nō pōt esse sine subiecto, & ideo dicit esse actum agentis in hoc, à quo pendet subiectiuè sicut passionem definit esse actum huius id est passi vt ab hoc: quare ex hac definitione potius prob: concl. 4. vbi diximus actionē esse in passo subiectiuè. Nota aūt, cum negamus illi subiectū, loquimur de actione in communi, quæ præscindat ab esse in subiecto.

DVB. II. *An inter potentiam actiuam, & passiuam requiratur distinctio ex natura rei, seu an idem possit agere in seipsum?*

De hac quæstione tractant Scotus in 1.dist.3.q.7. & in 2. dist. 2. q. 10. vbi Scotistæ. Ex Philosophis Iol.de Gen. q.14.Sax.q.15.Marsil.q.17. & 18.Thien. tr.de reactione 14.Buccaf.1. de Gen.in t. 55.Venetus 1.de Gener.c.23.

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 *Quomodo simile non possit pati à simili.* Primo Not. videri Axioma ab Arist. positum, quod nihil possit agere in se ipsum ex 1.de Gener.48. vbi probat simile non pati à simili: quia idem à se ipso pateretur 7.phys.circa initium, *omne quod mouetur ab alio, necesse est moueri*: idem 8.phys.30.& 40.& 5.m.17.& 9.m.2. definit, causam efficientem, quod est principium transmutandi aliud in quantum aliud, & passiuam potentiam, quod est principium transmutandi ab alio, in quantum aliud, & 3.de an.17. videtur colligere intellectum agentem ex eo, quod nihil agat in se ipsum. Quia hoc differt actio à passione, quod passio semper recipiatur in passo, cum passio sit ratio formalis, per quam aliquid in alio recipitur, non ita tamen actio, cum non sit de ratione actionis, vt sit in eo, quod agit, sed vt sit ab eo, quod agit, & ideo actio vt sic, non est in agente formaliter.

2.Not.ex 2.a.t.57.& ibi Tom.cap.20. duplicem esse actionem. Prima dicitur perfectiua, qua producitur in subiecto aliqua perfectio, vt cum aqua se reducit ad frigiditatem: alia dicitur corruptiua, qua vel corrumpitur aliqua substantia, vt generetur alia, vel producitur aliquid tendēs ad generationem alterius substantiæ, quæ est incompossibilis cum forma subiecti, vt productio primarum qualitatum &c. *Quid sit actio perfectiua, & corruptiua.*

3. Not. Actionem diuidi in directam, & reflexam; alia per se, alia per accidens: alia naturalis, alia non naturalis. transiens alia, alia immanens, & iuxta variam combinationem harum diuisionum quisque suam conficit sententiam, vt videre est apud Toletum.

4.Not. Quæstionem posse agitari, tam de actione generatiua, quàm alteratione, & de motu locali, qui potest esse & naturalis, & animalis: & præterea tam de actione, eductiua, quàm de creatiua, & transubstantiatiua: & denique tam de actione primò productiua, quam de conseruatiua: nam in omnibus his est aliqua peculiaris difficultas.

5.N.Tripliciter posse fingi aliquid agere in se ipsum. Primo per accidens, quando scilicet agit per se in alterum; vnde actio in se redundet, vt nauta per se mouet nauem, ad cuius motum ipse etiam transfertur. 2. Per partem: quia totum per vnam sui partem mouet aliam partem: vnde dicitur se ipsum mouere, vt animalia dicuntur se mouere per cor, & musculos. 3. Per se primo, vt totum se ipsum totum, secundum totum moueat, & moueatur, vt fortasse lapis se mouet cum descendit. 2 *Quomodo quid possit agere in seipsum.*

6.Not. Modum, quo possimus cognoscere, an aliquid agat in se ipsum esse, vt cognoscatur, an ratio agentis, & patientis repugnet: nam si repugnat, non poterit eidem conuenire, vnde non poterit idem esse agens, & patiens, idcòque neque idem agere in se ipsum: quod si non repugnet, non est, cur idem in se ipsum agere posse negetur, quod vt videatur. *Vnde cognoscitur an aliud agat in seipsum.*

7. Not. Duo esse actiuarum potentiarū genera. Primum est earum, quæ producūt qualitatem sibi similem, vt calor calorem, *Duo sunt genera potentiarum.*

Alte-

Alterũ etsũ,quæ non producunt qualitatẽ similem in specie, sed vel producũt actionem,vt virtus motiua motum,non virtutẽ motiuam producit; vel producunt aliud accidens distinctum specie, vt lumen calorem. Hinc fit, vt quædam agentia producant per suam actionem, qualitatem similẽ potentiæ actiuæ, quædã verò non ita; Ex quo oritur, vt in primo genere agentiũ,q producunt simile sibi in specie, repugnet ratio agẽtis,& patiẽtis;q a vt agẽs habere debet potentiã actiuam, ita patiẽs debet carere illa, cũ ab ea recipiat effectũ, atque adeò non contineat prius effectum, vt potentia actiua. Sed in 2. agentiũ genere quando scilicet agens non producit sibi simile in specie, non reperit rationem agẽtis,& patientis;nam ratio agentis est habere potentiam actiuam, & non rem producendam, quæ est distincta à potentia actiua,& ideo potest recipere rem producendam; quia caret illa rei vnde in hoc genere patiens non necessario debet carere potentia actiua; ex quo patet, qua ratione idem non potest esse actu, & potentia, respectu eiusdem scilicet:vnde agens vt sic, non debet esse in actu, nisi ratione potentiæ actiuæ; patiens vt sic debet esse in potentia respectu rei producendæ, &c.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

3 *Quomodo secundum alios nihil agit in seipsum.*

PRima opinio est negantium, idem posse agere in se ipsum; quia inter agens,& passum debet esse distinctio, cum idem non possit esse in actu, & potentia respectu eiusdem; nam quod agit est in actu, quod verò patitur, est in potentia. ita Soncin. 9. met. q. 8. Burl. 7. phys. t. 1. hi tamen inter se diuisi sunt; nam Burl. id negat solum de actione alteratiua scilicet corruptiua, Soncin: verò vniuersaliter negat.

2. Opinio est dicentium, idem posse agere in se ipsum, ita Tol. 1. de gener. q. 14. Nobilius in cap. 7. dub. 12. Scotus in prima dist. 3. q. 7. & 2. d. 2. q. 10. & 61. Lichet. & Tatar. tribuitur Marsilio Veneto, & Nipho apud Buccaf. Hi tamen inter se diuisi sunt; nam quidam id concedunt, quoad actionem spiritualem, vt patet ea actibus sensuum, & animæ rationalis; non verò quoad realem, & materialẽ; Alij verò id concedunt etiam de actione reali,& materiali, quando est reflexa; non autem quando est recta. Alij verò id negant, quando actio est ab vniuoco, secus verò, quando est ab æquiuoco agente, vt fusè Scotus l. cit. quem sui sequuntur; & tribuitur Marsil. Venet. Niph. apud Bucc. Alij denique concedunt etiam quoad actionem alteratiuam corruptiuam, non quidem per se, sed per accidens. vt Toler. Nobil. & alij quidam alias opiniones refert Tol.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

PRima Concl. Idem generare seipsum secundum totum omnino implicat 2. 2. 47. patet, quia generans vt sic debet existere, genitum verò debet carere existentia; impossibile autẽ est, idẽ simul existere,& non existere. Dixi secundum totũ nam secundum partem patet in auctione: nam vna pars generat aliam, vnde fit nutritio, quod benè Tol. notat. 4 *Idem non potest seipsum generare secundum totũ.*

Dices. Creatio est in re creata, sed res creatur per creationem, ergo res creata agit in se ipsam actione creatiua. *Quomodo creatio non agat in seipsum.*

Resp. actionem transeuntem non esse aliud, quàm effectum ipsum, prout primũ recipit existentiam ab agente; & ideo cõcipitur in aliquo priori præcedere act onem, tanquam subiectum recipiens actionem, cum tamen actio in genere causæ efficientis sit prior ipso effectu: quare simpliciter ipse effectus vt actio, est prior se ipso vt est terminus actionis, & in illo priori creatio caret subiecto, & generatio intelligitur pendere à subiecto: vnde tota entitas effectus habet conceptum actionis, sicut tota pendet ab efficiẽte. Sed hæc doctrina, quæ aliquando placuit, nunc nõ placet: nam actio in nullo genere supponit effectum, cum sit prior natura effectu: vnde Resp. quod subiectum actionis est id, quod est subiectum termini, cũ actio, & terminus identificentur; nã si est actio creatiua sicut terminus illius non habet subiectum: quia est per se subsistens, ita neque creatio: quia hæc non pendet à subiecto; vel est actio eductiua, & cum hæc terminetur ad formam pendentem à subiecto, ita etiam & actio est in eodem subiecto, à quo pendet effectus: nam eductio pendet à subiecto, atque adeo est in illo.

Ex quibus patet, implicare aliquid corrumpere seipsum per incompossibilitatẽ formarum: nam forma non habet actionẽ corruptiuam, nisi producendo formam incompossibilem illi, quam habet, atque

adeo debet in eo instanti, in quo producitur, illa forma existere; at dum corrumpitur in eo instanti, in quo est corruptio, non existit forma, ergo si forma seipsam corrumperet, eo modo simul existeret, & non existeret.

5 *Idem potest corrumpere seipsum.* 2. Concl. Non implicat idem corrumpere seipsum per desitionem dispositionum: quia corrumpens debet quidem existere, quando efficit actionem corruptiuã, sed ex natura sua non postulat existere post corruptionem, ante autẽ corruptionem non repugnat illi esse, imò necessariò debet esse: quare ratio corrumpentis, & corrumpendi non repugnat eidem conuenire: quia potest disponere subiectum ad dispositionem oppositam, qua excludatur dispositio conseruans formam. Quod si res naturales de facto non corrumpunt se ipsas, est, quia non acceperunt potestatẽ à natura ad hanc actionem, sed potius ad sui ipsarum conseruationem, quare hæc impotentia non oritur ex repugnantia terminorum, sed ex defectu agentis, quod caret ea potestate. Neque natura tribuit arma rebus, vt vngues leoni, vt se illis perimerẽt, sed vt se defenderent, ijsq; in propriam vtilitatem viterentur, quod ita ex instinctu naturæ exequuntur, vt nunquam contra se ipsas vtantur. Solus homo est, qui propter libertatem potest se ipsum perimere, cum mortem apprehendit tanquam aliquid, quo subiecto sit melius vt euitet maius malũ, vel vt consequatur aliud bonum, neque homo eum occidit se proximè corrumpit, sed inducit corrũpens, vt benè Tol. hic. Dices. In eo instanti, in quo est actio corruptiua, debet esse agens, sed in eodem instanti, in quo est actio corruptiua, res, quæ corrumpitur non est: quia terminus actionis est in eodem instanti, in quo est actio; terminus autem corruptionis est non esse rei. Resp. dupliciter corruptum potest desinere, primo extrinsecè, vt in aliquo instãti non sit, & tempore præcedente fuerit, & ita non implicat aliquid se corrumpere, si habeat actionem in tempore præcedente illud instans, & in termino actionis sequatur non esse sui ipsius, quod egerat, quare nulla est ratio implicationis: nam agens non debet existere, quando est formalis corruptio; sed sufficit, si existat tempore præcedente, quo est alteratio, nam corruptio non est aliquid positiuum, sed sequitur ex positiua actione; Si verò res desinat intrinsecè, & actio exeat ab agente in eodẽ instanti intrinseco, tunc implicat: quia si est corruptio nõ est, si agit, est. Sed in hoc modo dicendi malè explicatur desinere intrinsecè; nam non est, vt in eodem instãti, sit actio corrumpens, in quo res desinit esse: nam desinere intrinsecè formam est, quod sit in hoc instanti, & immediatè post non sit; at nulla repugnãtia est, vt actio existat in eodem instanti, in quo est forma, & hæc immediatè post non sit, quare repugnantia illa oritur ex mala explicatione terminorum.

Dices 2. Alia animalia, præciso omni extrinseco, intereunt solum ob defectum cibi, ergo idem de facto habet vim corrũpendi se ipsum. Resp. huiusmodi corruptionem esse per accidens, & non secundũ totum, sed secundum partes, quatenus scilicet vna pars alterat aliam; vnde tollitur temperies debita animali; sic etiam calor consumit humidum radicale, quod est necessarium ad vitæ conseruationem: neque virtus profectorum, & sonus propriè se ipsa corrumpunt, sed cessant durare, sicut ex se cessant entia successiua. *Quomodo animalia intereant præciso omni extrinseco.*

Dices 3. Febris destruit hominem, quo corrupto, destruitur ipsa febris, sic ignis consumens lignum, corrumpit se. Resp. Tol. idem esse per accidens: quia corrumpitur id, ad cuius corruptionem ipsa accidentia corrumpuntur: quod verum est si accidentia sunt in eodem subiecto.

6 *Non implicat aliquid agere in seipsum.* 3. Concl. Non implicat aliquid agere in se ipsum per aliquam actionem: patet ea 7. not. Quia potest esse actio, cui terminus non tollat ab agente rationem patientis, nimirum si nõ producat aliquid simile suæ potentiæ actiuæ, sed aliquid dissimile. Cõf. ex 2. phys. 2. vbi natura definitur esse principium motus eius, in quo est: clarius 9. m. 13. vbi distinguit potentiam actiuam in eam, quæ in alterum, & eam, quæ in se ipsum agit, vnde principium agendi in se ipsum vocat naturam, in alterum verò vocauit potentiam, vt ibi Alex. & id qua ratione fieri possit in singulis speciebus motus ostendemus; nunc Not. nunquam identitatem esse rationem agendi, sed semper est aliqua diuersitas, quare licet agens vt quod, & patiens vt quod idem esse possint, semper tamen agens vt quo, idest potentia actiua, & patiens vt quo, idest potẽtia passiua distinguentur sæpè realiter, & aliquando solum formaliter.

4. Concl. Potest aliquid augere se ipsũ, patet: quia in hoc motu, agens est ipsum viuens,

viuens patiens licet sit alimentum, quod distinguitur à viuente, tamen quia illud conuertit in aliquod, quod sibi coniungit, potest dici in se agere: nam totum suppositum conflatur ex parte præexistente, & parte addita, ex vi potentiæ nutritiuæ, & augmentatiuæ.

7 *In quibus alterationibus aliquid seipsum possit alterare.* 5. Concl. Quoad alterationem varia dicuntur: vnde dico primo, ijs alterationibus, quibus producitur forma similis potentiæ actiuæ, nihil potest alterare se ipsum: patet ex dictis. Dico 2. ijs alterationibus, quibus potentia alterans non producit sibi simile, nihil repugnat idem alterare se ipsum: patet ex dictis; attamen naturaliter hoc genere alterationis nihil se alterat, nisi alteratione perfectiua: nam vnaquæque res appetit se perficere, non corrumpere. Conf. ea Actionibus immanentibus potentiarū. Hinc est, quod ab essentia dicuntur fluere propriæ passiones. Hinc res cum deturbantur à proprio statu, reducunt se ad propriū statu.n, quod probari potest tum ea frigiditate mediæ regionis, quæ non potest aliunde, quam ex reductione vaporum in suā naturā prouenire: & quia aqua reducit se ad maius frigus, quam sit ambientis: & quia hæc infima regio noctu videmus infrigidari, siue fiat à vaporibus, quæ reducunt se ad propriam frigiditatem, siue à terra, & aqua, quæ amoto calore solis ad proprium frigus redeunt, aeremq; infrigidant. Quod si non quæuis aqua ad summum frigus se reducit, vt forma requirit, id referendum est vel in vicinum aliquod contrarium, summam qualitatem impediens, vel in nostræ aquæ impuritatem, quæ mixta est exhalationibus. Neque vinum, & oleum maius frigus, quàm requirit propria ipsorum forma, à se habent, sed ab extrinseco ambiente; De qua re Tol. 2. phys. cap. 4. d. 1. 2. q. 1. Egid. 2. d. 2. qui negant substantiā posse aliquid agere in se, & nos alibi eum Cap. 3. di. p. q. 2. Soncin. 9. m. q. 8. Caiet. 1. p. q. 54. ar. 3 dicemus substantiam posse agere in se.

Dices. Graue cum descendit, se ipsum calefacit, & tamen illa calefactio non perficit graue: quia grauia sunt frigida, ergo potest aliquid se alterare alteratione non perfectiua. Conf. Quia anima alterat corpus per calorem, & frigus, quibus tamen ipsa etiam alteratur, 2. Conf. cor alterat cerebrum eius, ergo homo potest se ipsū alterare, secundum varias partes. Resp. id esse per accidens: nam cum aliquid per se

Per accidēs pōt aliquid se alterare alteratione non perfectiua.

mouetur, ad motum sequitur attritio, ad attritionem calefactio: quod qua ratione fiat, in meteoris dicemus; nos autem non negamus per accidens posse aliquid se alterare, etiam alteratione corruptiua: vnde patet ad primam confirmationem: nam alteraretur per accident. & si etiam ea alteratio esset perfectiua, si esset ab anima.

Ad secundum non repugnare secundū diuersas partes.

Quomodo nulla qualitas possit seipsam augere actione directa. Dico 3. nulla qualitas potest se ipsam augere actione directa: quia principium efficiens actionem esset actu, & potentia: nam cum qualitas producit sibi simile in intensione, qualitas non posset producere gradum intensionis, nisi quem habet, si ergo qualitas se ipsam intenderet, haberet actu illum gradum, qui est producendus, vt per eum operetur, & quatenus recipit, debet esse in potentia ad illum; Conf. experientia, nullam enim qualitatem à se ipsa, sed ab alio videmus augeri: quomodo autem augeatur qualitas per antiperistasim diceretur infra.

6. Concl. circa motum localem varia occurrunt dicēda: de quibus Sotus 8. phys. q. 3. Sonc. c. 9. m. q. 8. vbi lau. q. 3. & 7. phys. q. 1.

8 *Quomodo seipsum qd possit mouere localiter.* Dico 1. Potest aliquid per accidens, & per partes se ipsum mouere localiter. Patet ea 8. phys. 28. & 42. vt anima in animali, & nauta in naui, qualitas mouendo magnetem, ipsa etiam mouetur: & hoc benè explicat Tol. Immo ratione partium diuersarum aliquid potest se ipsū per se mouere, & moueri, vt homo per se mouet mediāte anima corpus, & hoc mediatè dicitur per se moueri: nam quod cōuenit parti, debet conuenire etiam toti.

Dico 2. Non repugnat aliquid mouere se localiter, secundum totū, & per se primo adæquatè: quia potentia motiua localiter non producit aliquid sibi simile, vnde potest habere rationem agentis, & patientis: nam est in actu per potentiam actiuam, & in potentia respectu motus, & loci: quod Scotus dixit esse in actu virtuali, & potentia formali: vnde Tol. fatetur, non posse se percipere, cur id fieri non possit, vt enim intellectio producitur ab intellectu, vt est actu, & recipitur in eodem, vt est in potentia: cur non etiam motus localis in corporibus, non potest aliquid esse actu ratione potentiæ motiuæ, & in potentia ratione motus. Ex hac Concl. colligitur primo, nō implicare cælum moueri à se ipso, licet de

Non implicat cælum moueri à seipsis.

 facto

Omnes res in proprio loco ex se quiescunt.

facto probabile sit, non ita moueri, vt diximus de cælo tr. 5. q. 6. cum omnis res in proprio loco ex se quiescat, cum res moueatur ad acquirendum aliquid conueniẽs propriæ formæ: vnde in proprio loco omnia præter animalia debent moueri ab extrinseco. 2. Sequitur, non repugnare grauia, & leuia à se moueri; an autem id de facto ita sit dicetur in ꝓpria materia, illud nũc notandũ, sẽper in grauibus debere poni aliquam virtutem per se, & proximè influentem: quia non potest esse effectus sine existentia causæ influentis. 2. phys. 37. nã hic actualis influxus non potest esse generans: quia potest esse corruptum, neque remouens prohibens: quia hoc per accidens concurrit 8. phys. 32. vnde ibidem, & 4. de cæl refert, hunc motũ in ipsamet grauia; licet 4. phys. 25. & 8. phys. referat in generans, tanquam in causam extrinsecam; quia illud dedit formam, & virtutẽ mouẽdi: ex quo Tol. hic optimè dixit, cum omne accidens sit instrumentum alicuius substantiæ, Ideò omnis motus, qui immediatè fit ab aliqua virtute accidentali, tribuitur alicui substantiæ, & ideò dicuntur moueri ab extrinseco. Quare vt mentem ipsius Aristot. intelligamus, Not. Totum illum discursum natum esse ex argumento, quod t. 17. proposuerat contra æternitatem Mũdi, vbi probat, posse esse motum aliquem cum antea non fuerit: quod patet, tum ex rebus inanimatis, quæ mouẽtur post quietem, tum ex animatis: vnde concludit argumentũ, si quid aliquando penitus quiescat, fiet motus aliquo modo in re penitus immobili, & fiet à se ipso, non ab extrinseco. Cui Res. t. 19. nihil est absurdi, aliquid post quietem moueri, si adsit extrinsecum mouens, de qua re ait, sibi posteà inquirẽdum; nam si mouetur ab alio, hic rursus ab alio, non tollitur motus æternitas, vnde de animatis ait esse maiorem dubitationem: quia videntur moueri post omnimodam quietem; sed id negat, dicens moueri: quia ipsis cõgenitũ est motus principium. s. appetitus, vel mens, quæ mouetur à continẽte scilicet obiectis, vnde non mouetur anima post quietẽ, sed post motũ, ideò t. 2 t. ait, sibi speculandum; cur aliqua interdum quiescant, interdum moueantur, quod vt ostendat, diuidit, omnia vel semper quiescere, vel semper moueri: vel 2. quædam semper moueri, quædam semper quiescere; vel tertio omnia aliquando moueri, aliquando quiescere, vel 4. quædam aliquã-

Quies, & motus rerũ diuersus.

do moueri aliquando quiescere: & relictis omnibus in tex. 21. proponit sibi inquirendum, an omnia semper moueãtur, & quiescant, an quædam semper quiescant, quædã semper moueantur, quædam verumque, & ꝙ moueãtur aliquãdo, & aliquando quiescant: & quia hoc postremum erat verum, ideò diuidit, quædam per se moueri, quædam per accidens, quædam à se, quandam ab alio: vnde prosequitur omnia hæc moueri ab alio, qui discursus absoluitur tex. 23. & quia ex hoc discursu videbatur sequi processus in infinitum, atque adeò non dari motum: nam vbi non est primũ, non potest esse extremum, probat non dari hunc processum; sed vel dari aliquod primum prorsus immobile, vel quod à se ipso moueatur, quod etiam t. 39. cõcludit, & ex membris huius disiũctiuæ à t. 40. excludit illud, quod à se moueatur: nam etiã si à se aliquid moueatur, debet dari aliqua pars in illo, quæ per se moueatur, alia per se moueat, vnde hæc erit immobilis Vnde colligitur primo, Arist. cum omne quod mouetur per se ait moueri, non loqui de causa influente motum, sed extrinseca; quia hoc ei sufficiebat, vt probaret antè vnum motum alium præcessisse, & ita soluebat argumentum t. 17.

Soluitur argumentũ quod ante vnum motum alium præcessisse probauerit.

2. Colligitur. Rationes propositas à t. 27. ad 34. ad probandum, quidquid mouetur ab alio moueri, non habere necessitatem metaphysicam, sed potius inductionem physicam, quod ita nunc sit de facto, quare eius ratio nõ habet, nisi necessitatem physicam: nam t. 34. ex illis rationibus intulit, debere dari aliquid, quod non ab alio, vel à se ipso tantum moueatur.

9

Datur primus aliquis motor ne detur processus in infinitum.

3. Ex illa ratione physice colligi existẽtiam, & immobilitatem primi motoris: nam quidquid mouetur, ab alio mouetur, sed in motoribus nõ potest dari processus, ergo datur primus aliquis motor, vel immobilis, vel qui à se ipso moueatur: maior patet t. 33. inductione physica: minor prob. t. 34. vbi ait, non esse vltimũ influens, vbi non est primum, quod necessarium est, vt moueatur ab alio, t. 28. ex influente, non tamen est necessarium in omnibus: quia sufficit influxisse. Neque Aristoteles ostendit, immobilitatem primi motoris simpliciter, sed tantum, quod secundum totum, & singulas partes moueat, & moueatur, quod autem possit esse mobilis vt animal si habeat partes, quarum vna aliã moueat, id non probauit, nisi ex eo argumento, quo

probauit esse impartibilem: nam si mouetur, & mouet secundum totum, dicitur mouere, & moueri.

ART. IV. *Proponuntur, & soluuntur argumenta contra prædictam doctrinam.*

PRimo obijcitur, contra has conclusiones, quibus dicitur aliquid posse agere in seipsum, auctoritas Arist. 1. de gen. 48.

Resp. Hic ab Arist. tractari actionem, ad quam sequitur generatio, & corruptio; tum quia agit de actione propter mixta,

10 *Arist. nomẽ actionis nunc late nunc strictè sumit.*

& generationem; tum quia t. 43. ait, motũ latius patere ea actione, quam explicat; tũ quia t. 48. ait, si idem ageret in se, nihil fore incorruptibile: quia t. 51. 11. sola contraria inquit agere adinuicem, propterea quod hæc sola se inuicem corrumpant. Hinc soluitur contradictio, quæ videtur in Arist. cum 9. m. 13. admittat aliquid agere in se; hic autem à t. 46. ad 50. dicit nihil agere in se, neque in simile; neque in disparatum, sed contrarium in contrarium: hic enim strictius, ibi latius actionem sumit, quare non est mirum, si hic neget actione corruptiua nihil agere in seipsum. Neque 9. met. 1. cum potentiam actiuam definit, quod agit in alterũ vt sic loquitur de omni materia, sed de potentia materiæ propriè dicta, quæ est in ordine ad aliud extrinsecum. Secundo 3. a. 17. vbi distinguit intellectum agentem à possibili qui nihil agit in se. Resp. ibi non probari distinctionem realem, sed formalem, quã distinctionem nos requirimus inter agẽs, & patiens, vnde nobis fauet, quibus etiam fauet definitio potentiæ actiuæ traditæ in met. nam ideo additur in quantum alterũ.

Requiritur distinctio realis, & formalis inter agens & patiens.

3. Obijc. 7. phys. t. 1. & 2. vbi probat, quod omne quod mouetur, ab alio moueatur. Resp. rationes ibi adductæ ab Aristotele à multis impugnantur apud Auer. & colligit Tol. 7. phys. q. 5. vnde vix probabiles sunt, vt nos alibi, vnde à multis negatur ille liber esse Aristot. vt ab Eudemo à quo putatur superfluus; ab Alex. Spurius: nam si totum aliquod continuum homogeneum moueatur, negatur ibi esse partẽ quiescentem, vt supponitur in ratione, quare nõ mirum, si ex hypothesi impossibili, sequatur impossibile, quod .s. totum moueatur à seipso, primo, & pars quiescat, de qua ratione alibi, vbi de mente Aristotelis diximus.

4. Obijc. 8. phys. 27. nam cum à t. 14. probasset motum æternum, & 14. & 15. reprehendisset antiquos, & à t. 16. ad 20. eorum argumẽta soluisset, incipit à t. 21. probare immobilitatẽ, & æternitatem primi motoris, ad cuius veritatis indagationem præmittit à t. 21. quidquid mouetur ab alio moueri, vnde t. 34. esse aliquem primum motorem, vel immobilem, vel quod à se ipso, & non ab alio moueatur. Vnde rationes Aristotelis illuc usque adductæ non probant, non posse aliquid à se ipso moueri. Nam t. 27. distinguit, aliud esse 11

Aliud est esse mouens & motum per se, aliud per accidẽs.

mouens, & motum per se, aliud per accidens, & hæc dicuntur, quæ accidunt motoribus, & motis per se, vel quæ ratione partis mouent, & mouentur, licet hæc 5 phys. 1. distinguat; per se verò, quæ ratione sui, & ratione partis mouentur. Hæc autem sunt secundaria quædam à se ipsis, vt animalia; quædam ab alio; & vtrumque naturaliter, vel violenter, vt motus progressiuus animalis est violentus corpori, vt mixto; & in ijs, quæ ab alio, est reperire motum naturalem, vt terræ deorsũ, & violentum vt terræ sursũ in t. 28. concludit in ijs, quæ mouẽtur violenter, patet motorem esse extrinsecum, vnde in animali, licet lateat pars mouens, non idcirco fit, non moueri ab alio, sicut si Remiges in naui laterẽt; Vnde difficultas manet in ijs, quæ naturaliter mouentur, & non sunt animata, vt grauia quæ à se moueri non possunt: tum quia hoc est vitale; tum quia possent se sistere; tum 3. quia possent habere motus contrarios, sed hæ rationes probant non moueri à se, vt animalia, quæ possunt à se incipere ratione proprij appetitus, & sistere motum; tum 4. t. 30. quia hæ sunt continua, quare non possunt habere contactum necessarium ad motum. Sed Resp. ex 1. de Gen. 44. & si tactus, propriè dictus requirat extrema distincta, & diuisa, tamen non sic requiritur ad actionem vt patet in immanentibus, sed sufficit vnio maior, quàm contactus. Hinc Arist. t. 31. cum probasset, grauia non moueri à se, probat moueri ab alio, vnde distingui, aliud moueri secundum naturam, aliud præter naturam, cum .s. habet principium à natura ad talem motum, & ex distinctionis huius ignorantia, docet t. 32. ottam ignorantiam causæ, à qua mouentur grauia, & leuia, cum enim moueri sit ex potentia ferri in actum, vt duplex est actus, ita duplex est poten-

Aliud mouetur secũdum naturam aliud præter.

potentia, altera ad actũ primũ, quæ dicitur essentialis, altera ad secundum, quæ dicitur accidentalis: vnde concludit ab eodem moueri grauia, & leuia ad actus secundos, scilicet motus à quo mouetur ad formam, & actum primum, scilicet à generante. Sed hoc argumentum probat, tribui generanti, non propriè influere in operationẽ; vnde t. 33. colligit totum argumentum quidquid mouetur, ab alio mouetur: nam vel mouetur violenter, vel naturaliter, & hæc etiam cum mouentur à seipsis vt animalia, ab alio dicuntur moueri; sed huius solutio patet ex ipsis membris. Hinc t. 33. accedit ad probandum primum motorem immobilem, sed eius rationes nihil aliud ostendunt, primum motorem vel mouere cætera sine sui motu, vel mouere cætera, sed ipse à se moueatur, & idem probat t. 34 & 35. vsque ad 39. Hinc t. 4 incipit probare primum mouens neque à seipso quidem moueri posse. Vt Aristotelis argumẽtum intelligatur. Not. ex Eudemo huic argumento proponi hanc diuisionem, si aliquid mouet se, vel totum totũ, vel pars partem, vel pars totum, ostendit quæst. r. quod totum non potest mouere totum; tum quia idem non potest esse actu, & potentia, quæ propositio facilè explicatur, posse aliquid esse actu quoad virtutem, & potentia, quoad actum acquirendum; vnde Not. Arist. loqui de motu, quo totum primo mouet totum, ita ut ipsum totum sit ratio immediatè mouẽs actiuè, & passiuè, vt ex Eudemo, & Simplicio com. 44. colligi potest, vnde non negat Aristoteles, quod idem possit seipsum mouere diuersa ratione, sed negat sub eadem ratione, vt colligitur ex illis verbis (idem secundum idem) hoc autem multum conferebat Arist. vt probaret, primum motorem immobilem: quia t. 78. probaturus erat esse actum purum: vnde carebit hac compositione actus, & potentiæ: vnde ad probandas intelligentias, & Deum non debet sumi, nihil posse agere in se, sed nihil posse se localiter mouere, nisi sit animatum, vel nisi aliquo extrinseco concurrente, vt patet ex dictis de motu grauium.

12 *Potest aliquid esse actu quoad virtutem, & potentia quoad actũ.*

5. Obijcitur 3. phys. 17. 8. phys. 40 nihil esse actu, & potentia Resp. alibi dicta ex debet intelligi respectu eiusdem vel respectu diuersorum similium.

Obiic. 6. Actio nõ datur, nisi ex proportione maioris, sed idẽ sibi necessario debet esse æquale. Resp. intelligi de actione inter contraria, vbi passum resistit agenti: nam nisi agens possit superare resistentiam non agit, sed in ijs, quibus idem agit in se, non est resistentia in passo: quia hoc non resistit suæ virtuti actiuæ, quare non sunt duæ virtutes repugnantes, quarum vna dicitur superare aliam in proportione, & idem ad seipsum ratione diuersarum rationum formalium non est, cur non habeat relationẽ realem, quæ est inter agens, & patiens.

Obiic. 7 Esset reflexiua. Resp. Reflexionẽ spectari, quod ipsa res sibi faciat obiectũ, illudque obijciat vt cum volo volitionẽ, &c. actio autem, quæ recipitur in potẽtia, à qua producitur, non dicitur reflexio, vt visio. Denique argumentum sumptum ex actionibus vitalibus, quod idẽ possit agere in seipsum, videtur facile posse solui: nã omnes actiones vitales reuocari possunt vel ad cognitionem, vel appetitionem, vel nutritionem, & augmentationem, vel ad motum animalem: de motu iam dictum est. quomodo moueatur ab alio, & nõ recipiatur adæquatè in toto mouente, nisi per accidẽs; de cognitione probari potest quia hæc non producitur à potentia sola, sed à potentia, & obiecto mediante specie. Quare actiuum adæquatum est distinctũ à potentia passiua cognitionis: & simile dicitur de appetitione, quæ recipitur in appetitu, & producitur ab appetitu cum obiecto, vel eius cognitione; de actionib. aũt quæ pertinent ad animã vegetatiuã satis patet distinctio, cum alimentum distinguatur à potentia nutritiua, & augmentatiua: solum difficultas esse posset de actu vnitionis, quo anima vnit sibi alimentum, vt se nutriat, & augeat; sed ibi etiam patet distinctio inter additum, & illud, cui additur. Cætera videnda sunt in secundo tomo physicæ d 26. q. 3. d. c. 2. & 3. vbi fusè de hac materia, & examinaui rationes Arist. mentemque ipsius explicaui.

13 *Non conuincit argumentum ex actionibus vitalibus.*

DVB. III. *An ex parte subiecti requiratur ad actionem dissimilitudo cum agente, an verò simile possit agere in simile.*

DE hac quæstione tractat Arist. in 1. de generatione tex. 46. vbi Tolet. q. 13. Conimbric. c. 9. q. 2. Ruuius q. 6. Ares. q. 13. Marsil. q. 18. Sasson. q. 15 Huer. disp. 9. de caus. efficiente sect. 9. Suar. disp. 15. sect. 9.

ART.

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 *Quæ similitudo sit inter agens & patiens.*

PRimò notandū. Inter agens, & patiens similitudinē esse posse, vel ex parte materiæ, vel ex parte formæ; & quidem ex parte formæ, vel secundum speciem, vel secundum gradus, vel secundum genus. Et quia similitudo secundum gradus esse potest, vel secundū intēsionē, vel extensionē, & hac ratione, uel secundum densitatem, vel raritatem, secundum quas rationes occupatur ab eodem corpore diuersum spatium. Neque probari potest distinctio similitudinis secundum gradum in eam, quę est secundum intensionem, & extensionē, vt quando in vtroque extremo est eadem intensio, & extensio, siue ratione intensionis, sine formalis extensionis: & in eam, quæ est extensionis in vno, & intensionis in altero, quod ille gradus æquiualeant, vt si in vno extremo essent quinque gradus sub raritate, & densitate; in altero quatuor sub intensione: nam prob. quia non potest esse æquiualentia, cum gradus vt quatuor etiam densi non possint pertingere ad gradum vt quinque, vt infra patebit. Quæstio hæc intelligitur secundum omnes has rationes.

2. Not. ab Arist. varias propositiones haberi, pertinentes ad hanc materiam: nam 12. met 13. & 7. t 8. docet. Primo vniuocū generari ab vniuoco. Secundo hoc non semper accidere, vt patet ex generatione muli ab equo. Tertio in primo de generatione tex. 46. proposita quęst. refert opiniones dicentium, simile agere in dissimile, & opinionē Democriti dicentis, simile agere in simile, vtramque refutat, vt insufficientem dicens, debere conuenire in genere, idest subiecto, & differre specie, idest, forma: non .n. inquit. Linea agit in albedinē.

Non intelligitur similitudo in fine actionis sed in principio.

3. Not. Quæst. non intelligi de similitudine in fine actionis: quia hic intēderetur ab agente ex vi actionis, sed in principio actionis: nam hic quærimus conditiones antecedentes ad agendum, non autem consequentes: nam dissimilitudo in termino actionis non potest esse de ratione causæ efficientis, cum potius agens intendat assimilare sibi passum: quod si aliquado non perfectè assequeretur, oritur, vel ex imperfectione virtutis non potentis vincere resistentiā passi, vel ex incapacitate passi, & est ex nobilitate agentis, vt in æquiuocis agētibus. Neq; hæc antecessio requiritur ordine temporis, sed sufficit ordine naturæ, & causalitatis: nam potest actio esse coæua suo agenti, vt illuminatio eum sole, secundum durationem, licet secundum causalitatem intelligatur dissimile: quia, seclusa actione, non esset illa similitudo, vt actio fit formaliter ex subiecto dissimili.

4 Not. Simile agere in simile intelligi posse dupliciter. Primò formaliter, destruendo, scilicet, similitudinē, qua ratione aliqui dicebant intensionem fieri per productionē nouæ qualitatis, corrupta priori: corrumpebatur enim simile in specie à simili in specie. Secundo materialiter, idest, agēdo in subiectum, quod habet formam similem formæ, per quā agit agens, siue illa similitudo sit secundum speciem, siue secundum gradus, quod est, quod agens v.g. calidum, vt quatuor, agat in subiectū calidum, siue vt duo, siue vt quatuor. Denique alia similitudo esse potest, quoad actiuitatem: nam duo calida vt quatuor quorū vnū est densum, & alterū rarū sunt similia quoad qualitatem, & gradus, sed non quoad actiuitatem: quia calor in denso est actiuior.

Quæ subiecto quoad actiuitatē.

5. Not. Constat esse necessarium ad actionem agentis, vt in subiecto sit priuatio formæ eiusdem numero, quæ terminat actionem. Patet ex dictis in primo physic. vbi inter principia mutationis ponimus priuationem termini. Et ratio est: quia si effectus præexisteret actioni, frustra esset actio: quia inueniret terminum productū.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium, virtutem quoad extensionē sphæræ augeri ex extensione agentis; quoad verò intensiuam actionem augeri ex intensione formæ. Vnde calidum vt octo digitale ad maiorem distantiam aget, quàm calidum vt vnum digitale. Vnde quo augetur quantitas agētis, eo augeri sphærā actiuitatis quoad distantiam, ex Saxonia 1. De generat. quæst. 12. art. 2. qui ob id dicit, quod punctum etiamsi esset infinitè æquale, ad nullam distantiam ageret. 2

Secundum alios multitudo graduum formæ auget virtutē formæ quoad intensius, et extensius agendum.

2 Opinio est dicentium, multitudinem graduum formæ augere virtutem formæ etiam quoad intensius, & extensius agendum: quando tamen illa multitudo est cū densitate materiæ, & magis vnita. Vnde calidum vt quatuor densius, poterit intensius

dece

dere calidum vt quatuor rarius. Est Marsil. 1. de generat. quæst. 18. Niph. 195. illáque tribuit Alex. 1. meteor. Auer. 4. meteor. sequitur Lim. Theor. 1. ex primo de gener. & citat Auic. 6. natural. sect. 4. c. 5. seu propositione 79. Nobil. in c. 7. d. vlt. Sot. 2. physic. quæst. 4. Tolet. 1. de generat. quæst. 13, Thienens. tract. de intens. & remis. formar, Burl. 2. phys. t. 2. Sed differunt: nam Burl. limitat, quando passum est magis capax qualitatis, quam aliud, vt aer potest producere plures gradus frigiditatis in aqua, quã ipse habeat: sed Marsil. quia putat actionẽ fieri per species quasdam intellectus; quibus cum res possit agere in seipsam per reflexionem, non est, cur non possit agere in simile. Et similiter: quia densitas multum conducit ad actionem. Fundamentum ex Suar. loc. cit. num. 20. quia virtus crescit ex quocunque augmento formæ: quia ex 5. phys. tex. 80. in maiori magnitudine existit maior virtus, ergo si tota illa virtus applicetur eidẽ passo, fiet maior effectus. Resp. Aliud est, virtutem actiuam crescere ex multitudine formæ, aliud augeri virtutem quoad effectum perfectiorem: primo modo conceditur: quia est augmẽtum agendi extensiuum, sed quoad modum agendi, vt scilicet effectum adæquatum possit producere facilius, citius, fortius, & ad maiorem distantiã, cæteris paribus. Secundum verò simpliciter negatur: quia est augmẽtum quoad rem: quod non variatur ex maiori applicatione eiusdem virtutis, ratione densitatis formæ: nam applicatio nõ conducit ad agendum, nisi supposita virtute.

Virtus crescit ex quocunq; augmento.

3. Opinio est dicentium, non augeri virtutem agendi intensiue, nisi intensiue augeatur virtus agentis: est Philop. primo meteor. circa initium, sequitur Venetus 1. de generat. tex. 52. & summ. c. 23. Saxon. quæst. 15. Paris. quæst. 3. de actione. Buccafer. 1. meteor. cum de grandine, & 1. de generat. post. tex. 55. Pompon. tract. de reactione art. 2. c. 2. & refert Marilian. tract. 1. de reactione c. 8. Vict. Relect. de augmẽto charitatis. Astodill. 1. de generat. quæst. 21. Bann. quæst. 10. Niph. qui in recognitionibus putat dubium quod dixerat in commento Vallesf. & Vilolpand. 2. phys. Merc. diluéidè de hac re.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

2 PRima concl. Agens, & patiens debent conuenire, vt vtrumque existat: quia hic concursus, scilicet efficientis subiecti esse non potest sine existentia virtutis immediatè influentis: id verò, quod patitur terminatiuè, non debet existere: quia produci est tunc primum existere ex virtute alterius.

Conuenientia agentis, & patiens quoad existentiam.

2. Concl. Debent conuenire, vt vtrumque sit indiuiduum: patet: quia singularia tantum existunt. Vnde cum. 2. phys. 38. dicitur, vniuersaliũ causæ sunt vniuersales, sensus non est, quod vniuersalia per se agant: sed quod singularia agant, vt continent gradum vniuersalem, cui respondet gradus ille adæquatus in effectu, q. est in particulari producitur. Et similiter dum intellectus cognoscit obiectum vñiale, effectus productus est cognitio indiuidualis, circa obiectum vniuersale.

Agens, & patiens necessariò debet esse indiuiduum.

3. Concl. Omnis effectus producitur ab vniuoco; ita Arist. 12. met. 13. 7. met. t. 30. quæ conclus. variè explicatur à Scotistis, vt patet apud Ant. And. 12. met. q. 1. & sequitur Flandr. 12. met. q. 3. art. 2. & 7. quæst. 28. art. 1. Primo, quando inter agens, & effectum est similitudo formalis in forma, & modo essendi formæ, vt homo hominẽ. Secundo, quando in forma, sed non in modo essendi, vt artifex producit arcam: quia habet formam arcæ, nõ realiter, sed intentionaliter. Tertio quando est similitudo formalis, non quidem in forma specifica, sed generica, vt equus mulum 7. met. 28. Quarto quando est tantũ similitudo virtualis, vt quando forma, quæ producitur non continetur formaliter in agente, sed continetur virtualiter, vt sol producit calorem: & hæc vniuocatio est imperfectissima, & secundum quid, & hæc sufficit ad mentem Aristotelis. Vnde deducunt, productionem aliquam esse posse vniuocam, secundum vnum gradum, & æquiuocam secundum alterum: quia quãdo inter duo extrema ponuntur plura media, quanto medium recedit ab vno extremo, tanto accedit ad alterum, & contra: sed vniuocatio, & æquiuocatio strictè sumpta sunt quædam extrema, inter quæ cadunt prædicti gradus vniuocationis, vt media. Ideò quanto aliquis gradus recedit ab vniuocatione strictè sumpta, quæ est secundum primum gradum, tantò accedit ad æquiuocationem, quæ est alterum extremum, & ideo generatio muli ex equo potest dici æquiuoca, si comparetur cum generatione hominis ex homine: sed vniuoca si comparetur ad generationem plã-

4 Quomodo omnis effectus producatur ab vniuoco.

Quid sit vniuocatio, & æquiuocatio strictè sumpta.

tæ

tæ ex sole. Sed hæc licet vera sint, non tamen secundum mentem Aristotelis, vt bene Pauel. disp. 3. m. c. 10. nã nihil esset, quod non produceretur ab vniuoco: quia omnis effectus virtute continetur in causa, cum tamen Arist. ponat, quod producitur à casu non esse ab vniuoco: & similiter productionem accidentis non omnem esse vniuocam. Conf. Quia Aristot. ibi arguit cõtra Platonem, qui vt seruaret similitudinem inter efficiens, & effectum, posuit idæas: quod non negat Arist. sed dicit non esse necessarium propter hanc similitudinem ponere idæas, ergo ita asserit Arist. vt illã propositionẽ asserebat Plato: sed cũ Plato nõ posuit idæas accidentiũ: quia non erãt hæc entia per se existentia, non igitur Arist. vniuersaliter loquitur de productione accidentium, quod fiant ab vniuoco: ideò ipse Pauel. cap. 11. & 12. voluit Arist. loqui de vniuocatione formaliter, vel in specie, vel in genere proprio, quod vt ialuet, negat cælũ producere formas per influxus. Vnde negat calorem produci à radijs solis, sed à corpore, quod disponitur per motum, & radios solis. Sed hæc sententia multas habet difficultates, vt in ijs, quæ generantur ex putri, respectu quorum non potest assignari causa animata similaris in specie, vel in genere proximo, vt ipsemet deducit, cum facilius propositio Arist. explicari possit: nam Pauel. ait hoc esse peculiare in hac generatione: quia sicut non generant vniuocum 2. an. 34. 3. de gener. animal. c. penult. & vlt. ita neque generantur à sibi simili: quem modum sequitur Alex. 2. anim 34. iuxta quem modum exponi debet, Arist. loqui de substantia tantum, quæ semper fit ab efficiente vniuoco in genere proximo. Sed non est secundum mentem Arist. nam 12. met. 13. ait, hæc idest, quæ ex putri, fieri aliquo modo ab vniuoco: quia in materia putri est virtus proportionalis semini, licet in 7. met. 28. dicat, fieri ab vniuoco, non conuenire ijs, quæ habent spontaneam generationem. Conf. Quia ex contextu patet Arist. loqui de generatione substantiæ, vt clarè dicit 12. met. 13. & 7. met. 28. exemplis explicat. Vnde 3. alij, vt Sonc. 12 met. quæst. 12. 14. dicunt substantiam, quæ fit per propagationem seminalem, semper fieri ab vniuoco vel simpliciter, vel secundum quid, vt substantia à substantia, & accidens ab accidente: sed obstat: quia substantia producit sibi suas dispositiones, & secundum ipsum accidens producit substantiã.

Explicatur Arist. dicẽs quod producitur à casu non esse ab vniuoco.

9 *Explicatur generatio eorum quæ generantur ex putri.*

4. Alij dicũt, Arist. loqui de productione substantiæ, quæ plerunque producitur à causa vniuoca in forma specifica: quod si aliquando id non contingit, debet etiã produci ab vniuoco: nam agens intendit producere quam simillimum sibi. Vnde cum non possit ex aliquo impedimento producere sibi simile in specie, producit simile in genere, siue proximo, siue remoto, siue secundum gradũ proportionalem, vt rectè notauit Flandr. loc. cit. Neque hoc ab Arist. doctrina est alienũ: quia cum 7. met. 28. dicit simile generare sibi simile, soluit rationem Platonis, qui ob id ponebat idæas: nam generans, inquit, est simile genito: nam si aliquando non est perfecta similitudo, semper tamen quodlibet agens dirigit suam operationẽ, vt producat effectum quoad potest simillimum, iuxta dispositiones materiæ: quare ex ipso agente oritur, vt sit talis effectus. Vnde non sunt necessariæ idęæ: ita D. Th. explicat 7. met. dum equus producit mulum: quare ita etiam explicari poterit, si quid dissimilius producitur, vndecunque oriatur dissimilitudo illa. Vnde cum substantiæ producantur à cœlo, etiã producuntur à simili: quia producuntur ab eadem virtute in specie, vel proportionaliter, à qua produceretur, si fieret actio à suo simili, vt ex Auer. & Temistio colligitur, dum dicunt, producta ex putri produci à virtute proportionali seminis, sic, & mixta, vt aurum, &c. producuntur à complexione, vel gradu aliquo efficientis, qui sit proportionatus auro. Vniuersaliter tamen modus loquendi Scotistarum est verissimus, & magis accomodatus, quam alij. 5. Alij, de substantia tribus conditionibus positis. Prima est, vt sit agens principale: vnde nõ refert, quod equus fiat ex semine. Secundò vt sit propinquum, & non remotum: vnde licet equus generetur ex sole, non refert, quia est remotum. Tertio vt per se, & non per accidens concurrat: ideò filius niger non dicitur fieri à parente nigro.

6 *Sm̃ alios substantia quæ fit per propagationem seminalem semper fit ab vniuoco.*

Agens semper intẽdit producere quam simillimum sibi si nõ in specie saltem in genere.

Ego dico ab Arist. cogitatum agens æquiuocum: nam 2. phys. 26. hominem ait fieri ab homine: & ex 7. met 28. & 30. colligitur: nam vt excludat idæas, ait res fieri vel ab vniuoco manifestè, vel in aliquibus generibus præter naturam, licet lateat, vt cum mulus ex asino, tamen adhuc fit à simili, idest gradu, in quo conueniunt innominato, & ideò tex. 32. addit quodã

Sufficit similitudo virtualis dum res fit ab vniuoco vel manifeste vel in aliquibus generibus,

modo fieri ab vniuoco,vt ibi fusè explicat D.Thom. & melius Alenf. Et placet modus loquendi Scotiftarum;vt fit fimilitudo virtualis, feu proportionalis. Ex his patet, qua ratione agens vt quod debeat effe fimile cum effectu: & qua ratione agens vt quo debeat effe fimile cũ effectu, fufficit enim fimilitudo virtualis.

Ratio formalis agẽdi proxima eft actio; remota virtus agendi.

4. Concl. Ratio formalis, qua proximè agens agit, eft actio: remota verò eft virtus agendi. Explicatur concl. nam voco rationem formalem id, vnde conuenit rei tale effe: fed quia agens actuale eft agens, ideò ratio formalis, cur agens agat, eft actio: remota verò eft virtus operatiua, qua conftituitur agens in actu primo, vt agat.

Conditio requifita ad producendum eft diffimilitudo paffi, & fimilitudo intenta ab agente.

5. Concl. Conditio requifita ad producendum eft diffimilitudo paffi cũ agẽte, & fimilitudo intenta ab agente: hanc videtur mihi Arift. pofuiffe tex.51. ab 3.phyf. initio 7. phyf.35.& 8.phyf. met.& clare patet: quia omne agens producit effectum aliquem in paffo, ergo in paffo non erat ille effectus; quia tranfmutatio requirit priuationem termini in fubiecto, fed fecundũ illum effectum eft fimilitudo aliqua faltẽ virtualis cum agente:at omnis effectus formaliter, vel virtualiter contineri debet in caufa, ergo ante productionem paffum erat diffimile agenti, ratione fimilitudinis, quæ oritur ex illo effectu.

Finis agentis eft producere fibi fimile vel ratione fpeciei vel alicuius gradus.

Dices. Aliquando agens non producit effectum fimilem fibi, fed diffimilem, vt patet in æquiuoca actione. Refp. finem agentis effe inducere fibi fimile vel ratione fpeciei, vel ratione alicuius gradus; neque intendit inducere defectum, fed perfectionem termini: nam defectus eft potius negatio quædam, quæ confequitur ex defectu potentiæ, vel ex alio impedimẽto, quare non poteft effe terminus actionis realis: & licet effectus fit per fe diftinctus à caufa; tamen hoc non tollit fimilitudinem, fed tantum identitatem.

Contrarietas paffi nõ eft etiam conditio actionis in cõmuni.

6. Concl. Non eft neceffaria conditio actionis in communi contrarietas paffi cũ forma agentis: patet primò in creatione, quæ eft actio, & tamen non eft vlla contrarietas fubiecti. Secundò in illuminatione, quæ non habet in fubiecto formam oppofitam termino per ipfam producto. Tertio patet ratione: nam illud in fubiecto requiritur ab agẽte, quod requiritur vt fubiectum fit tranfmutabile: fed vt fubiectũ fit tranfmutabile, fufficit priuatio formæ, vt patet ex primo phyf. ergo: maior patet tum ex eo, quod tranfitus fubiecti de non forma ad formam fit actione alicuius agẽtis: tum quia fufficit, fi agens fit in actu, & paffum in potentia: quare ex parte paffi nõ requiritur, nifi capacitas formæ, & quod careat illa, Conf. 1. Quia cõtrariũ impedit actionem agentis, ergo non poteft effe conditio requifita ad agendum, Conf. 2. Quia fi in fubiecto per fe requireretur cõtrarium, cum hoc debeat corrumpi, actio tenderet per fe in corruptionem contrarij contra regulam Philofophorum, corruptionem fcilicet, cum fit priuatio, & malum vt fic, non poffe per fe intendi ab agente naturali. Conf 3. Quia intentum agetis eft communicare feipfum, & per accidens eft, quod corrumpatur contrarium; tamen quod in rebus generabilibus, & corruptibilibus inueniatur etiã pofitiua oppofitio, nõ eft ex rõne actionis vt fic, fed ex tali cõftitutione rerum, vt mutuã pugnam inter fe habere poffint, & ex fe inuicem generari, & corrumpi fecundum fpeciem: & hoc probat, quod 1.de generat.tex.50. requirit contrarietatem, in actione generabilium vt notat quarta opinio; qui tamen locus à Doctoribus variè explicatur: nam primò aliqui intelligunt de ratione eorum, quæ inter fe mutuo agunt: nã illa conueniunt in materia, & differunt fecundum formã, vt dicitur tex. 54. Et: quia materia femper eft fub aliquo contrario, cum contraria fint apta fieri circa idem fubiectum: materia autẽ dici folet genus; ita Philop. & Niph. fed non ad mentem Arift. quia contraria ait conuenire in genere, 5. logico. Refp. 2. alij, Arift. loqui de contrarietate non inter agens, & paffum, fed inter effectum agẽtis, & formam, quæ eft in paffo, vt inter ea fit formalis oppofitio, qua fe formaliter excludant ab eodem fubiecto. Vnde tex. 54. ait, eandem effe materiam cuiuslibet oppofitorũ, quod verificatur de oppofitis, quæ fe formaliter excludunt, non de agente extrinfeco, de quo dictum eft, poffe non cõuenire in materia, vt cum cælum calefacit inferiora. Alij 3. dicunt non requiri contrarietatem formalem fed fufficere virtualem, Vnde lumen licet non fit contrarium frigori formaliter, naturaliter tamen eft contrarium: quia producit calorem, qui formaliter opponitur frigori.

Explicatur illud Arift. in contrariũ adducti

Ego dico, Arift. loqui de actione elementorum inter fe, qua generantur mixta, quæ cum agant per qualitates contrarias, quarum natura eft, vt fecundum earum latitudinem expleatur fubiectũ, vel ea vnius tantum qualitatis, vel ex vtriufque qualitatis latitudine informetur fubiectu, ideò cum vnum contrarium agit in fubiectum, reperit in eo qualitatem contrariam, non

quod

quod sit necessarium simpliciter ex natura actionis, sed per concomitantiam: quia ita nunc actio fit inter elementa. Dices. Arist. loquitur vniuersaliter de actione: quia eã ponit inter ea, quæ non cõmunicant in materia. R. id dici, non quod de ea velit intelligi esse actionẽ inter contraria, sed vt eam excluderet ab hac conditione. Vnde tex. 54. dicit, materiam eandem esse oppositorum. Vel vltimo responderi potest, cum Arist. dicit actionem esse inter contraria, loqui permissiuè.

Dicea 2. Arist. tex. 49. vt excludat eos, qui dicebant, actionem fieri inter omninò dissimilia, obijcit: nam linea nihil patietur ab albedine, & contra, nisi secundum accidens, idest, quatenus accidit, lineam esse albam, vel nigram: nam non extrudunt seipsa à natura, quæ neque contraria, neque ex contrarijs. Resp. Arist. loqui de actione, quæ fit cum corruptione formæ in subiecto, vt ex 43. 48. colligitur: nã hæc necessariò requirit aliquod contrarium, quod corrũpatur per aduentum alterius. Vnde nigredo non aget, idest, corrumpet lineam: quia ei non opponitur, sed in subiectum, vt album; & ideò debet habere aliquam similitudinem in genere: quia contraria sunt sub eodem genere siue logico, siue physico, & si intelligatur de physico, sensus est: albedo non aget in lineam: quia non est 7 subiectum aptum albedinis, id quod recipit lineam, cum recipiatur in cœlo, quod non habet calorem.

Quæ sit dissimilitudo per se requisita.

Ex hac conclusione sequitur, dissimilitudinem per se requisitam esse, quæ est inter habitum, & priuationem secundum rem positam in actu, & in potentia: quia si in passo ponitur capacitas formæ, & in agente virtus, non requiritur alia dissimilitudo: quia ex nullo principio potest alia requiri: nam quod inter res generabiles sit oppositio cõtraria, id nõ oritur ex generabili rõne agẽtis, & passi. sed ex peculiari cõditione talium rerum, quæ mutuam pugnã habere possunt, & ex se inuicem generari: & quidem quando agens est vniuocum, supponitur formalis dissimilitudo: at quãdo æquiuocum, quia non inducitur in passum forma eiusdem rationis, non est carentia illius formæ specificæ, quæ dicitur dissimilitudo eminentialis: quia causa æquiuoca non facit formalem similitudinem, sed eminentialẽ. Vnde non est necessariũ, vt ibi sit carentia formæ, quæ est formaliter in agente, sed quæ introducitur ab agẽte.

7. Concl. Simile non potest agere in omninò simile, tam secundum formam, quam gradum, & alias conditiones agendi, & patiendi. Hæc concl. absolutè asseritur ab Arist. quæst. de generat. 46. tanquam axioma ab antiquis receptum, & rationem affert: quia vbi est omnimoda similitudo nõ esset ratio, cur vnum esset magis actiuũ, quam passiuum; & contra. Vnde infert, dissimilia, & differentia inter se facere, & pati ad inuicem: quod antiqui tam certum habebãt, vt dicerẽt, quod quãdo ignis minor cõsumitur à maiore, id fieri ex cõtrarietate inter paruũ, & magnũ ignẽ: quæ ratio probanda non est, vt infra. Nam confirmat t. 48. quia inde sequeretur, idem posse pati à seipso: nam est eadem ratio: quia sicut inter similia non est maior ratio, cur vnum agat, & alterum patiatur; ita idem respectu eiusdẽ non est ratio, cur magis agat, quam patiatur. Vnde fieret, vt nullum corpus esset incorruptibile: quia si ageret in seipsum, seipsum corrumperet. Et licet dici posset, nõ esse incõueniens, vt ambo sint agentia, & patientia, vt patet ex reactione, tamen in reactione semper est vnum principale patiens: at inter omninò similia vtrumque esset primò agens, & primò patiens. Confirmant Recentiores: quia actio fundatur in victoria agentis supra passum, cũ sibi subijciat passum: at cum ibi sint similes vires, non esset ratio, cur vnum sibi subijceret, & vinceret aliud: quia excessus virium est ratio subijciendi, & reportandi victoriam. Sed hæc ratio verà esset de actione corruptiua: at hic nulla est actio corruptiua intensionis, sed augmentatiua, & perfectiua. Vnde illa duo ex naturali amore inuicem se perficerent. Neque excessus agentis debet esse super virtutem agendi, quæ est in passo, sed super resistentiam formæ corrumpendæ: quæ resistentia non est in ipso calore respectu caloris, sed in frigore expellendo, quod habet minorem resistentiam, quam agens. Quod si dicant, frigus vt quatuor habere æqualem resistentiam actiuitati caloris vt quatuor, & ideò non posse sequi actionem: tunc contra: quia iam non fundantur, quod simile non possit agere in simile. Hoc autem an verũ sit, dicetur infra. Hinc tex. 52. ostendit, quomodo opiniones antiquorum de dissimilitudine, & similitudine inter se contrariæ, possunt esse veræ: nam Democr. cum dixit esse actionem inter similia, respexit materiam: cæteri verò, qui negarunt, respexerũt formam. Et ideò dixerunt actionem & passionem esse inter dissimilia, & contraria. Hæc ab Aristot. Sed huius rei rationẽ assignare non est facilè, vnde aliqui dixerunt non esse quærendam rationem, sed

Simile non potest agere in omnino simile.

 suffi-

sufficere consensum omniũ scholarum:nã hoc sufficit ad probabilitatẽ propositionis. Sed hoc non est diligentis Philosophi,sed ignaui, & eo magis ingenium debet exerceri, quo verius æstimatur,quod ab omnibus dicitur,vt veritas,quæ non est ex terminis nota,ratio nibus probetur. Quare 1. hæc opinio probari solet apud Suar. disp. 18.sect.9.n.8.ex principio Arist. qui vbique negat idem esse actu, & potentia: at si simile ageret in simile,& pateretur à simili vt agẽs esset in actu, vt passum esset in potentia: quæ ratio difficultatem habet: nam esse actu, & potentia respectu diuersorum non repugnat,vt patet ex reactione. Calidũ enim ageret in simile, quatenus habet virtutem actiuã,scilicet calorem destruendi frigiditatem, quæ est in alterato simili, & habet virtutem passiuam ratione frigiditatis,quæ habet anneaam priuationem caloris.

Idem non potest esse actu,& potentia.

Sed contra;quia esset in actu ratione sui caloris, quo agit; & esset in potentia ad calorem,quem reciperet. Vnde in vtroque corrumperetur frigiditas, & in vtroque produceretur calor. Sed instari potest pro ratione communi; quia natura non solet destruere vnum indiuiduum eiusdem speciei, vt producat aliud eiusdem speciei. Sed si simile ageret in simile ratione caloris,destrueret frigiditatẽ, quæ est in altero, & alterum ratione sui caloris destrueret frigiditatem,quæ est in altero. Quare vtrobique destrueretur vnus gradus frigiditatis. Et quia frigiditates,quæ sunt in illis destruerent gradus caloris, qui sunt in illis, scilicet agẽte,& passo, ideo calores producerentur,& frigiditates,& similiter calores corrumperentur, & frigiditates, atque adeo simile indiuiduum produceretur illi quod est corruptum. Neque est simile de reactione: quia ibi est minor reactio, quã repassio : at hic essent æquales, cum sint omnia similia. Resp. Recẽtiores,hinc probari, simile nõ agere in simile formaliter; non tamen non agere in simile materialiter : quia scilicet non potest corrumpere simile, potest tamen intendere simile,producendo vnum gradum caloris in subiecto. Sed non placet:quia si haberet vim,probaret,non posse intendi calorem: quia non posset produci vnus gradus caloris,quando alter corrumperetur à frigiditate, atque adeo calor maneret, cum iisdem gradibus : quia si ab æqualibus æqualia demas,
8 quæ remanent,sunt æqualia. Hæc ratio alter proponitur à Recentioribus,ex principijs D. Thomæ 1. par.q.1.ar.3.& q.25.ar. 1. quod actus,& potentia esset in vtroque, hac ratione, quod vtrumque esset in actu respectu intensionis,vt quatuor v.g.& non maioris,& esset in potentia respectu cuiuscunque maioris intensionis,& nõ minoris. Ergo neutrum potest agere in aliud, nec pati ab alio maiorem calorem: quia agens agit vt est in actu,& patiens patitur, vt est in potentia : at nullum ex his calidis est in actu respectu maioris intensionis, nec in potentia respectu minoris, ergo nullum poterit producere in aliud intensiorem calorem,aut illum, qui minus intensus est, recipere. Sed non placet: quia calidum vt quatuor,est in actu ad producendum vnũ gradum caloris, & subiectum habens quatuor gradus est in potentia, ad recipiendũ alterum gradum,quo constituitur quintus. Rectè enim dicunt,non esse in potentia ad illos quatuor quos habet : non tamen rectè negant, esse in potentia ad gradum, quem non habet:alioqui non posset illum recipere ab alio agente,habente vim intẽdẽdi,vt octo. Conf.nã calidum,vt quatuor palmare habet vim producendi calorem per vlnã,in qua sunt plures partes caloris, quam in palmari, ergo palmare calidum, vt quatuor est in actu,ad producendum calorem,v.g.vt quatuor,intra suam sphærulã, quæ est vlna: quia totus hic calor extensus non producitur simul. sed successiuè, ergo similiter calidum vt quatuor, poterit producere in subiectum calidum vt quatuor alterum gradum caloris, cum respectu illius sit in actu, sicut est in actu respectu extensionis caloris : gradus enim intensionis sunt eiusdem rationis cum gradibus extensionis.

Respon. ex D. Thoma Quot actus, & potentia esset in vtroque.

3. Alij probant ex fine agentis, quod omne agens agit propter finem : at inter habentia similes formas non potest esse finis agentis;qui est assimilare sibi passum: tum quia inuenit sibi assimilatum : tum quia intendendo formam passi. sibi illud dissimilaret: nam in agente essent quatuor gradus,& in passo essent quinque. Resp. aliqui, hanc non esse desumptam ex natura agentium, sed ex fine:sed ignorant naturam cuiuscunque aptari suo fini, vt scilicet,talis sit,qualem exigit finis. Ergo natura non tribuit rebus actiuitatem per quam non possit consequi suum finem. Neque dicant ex hoc sequi non debere fieri monstra : quia illa non fiunt ex eo,quod natura non habeat vim actiuam consequendi fi- 9

Alij quod omne agens agat propter finem,et vbi est similis forma non põt esse finis agentis.

nem;

nem: sed quia impeditur ex parte materiæ, vel aliunde: aliud enim est posse efficere, aliud actu efficere. Primum prouidet natura: secundum committitur concursui aliarum causarum. Vnde graue cadens in terram nō resilit ab illa ratione grauitatis, sed ratione impetus impressi, & obsistentiæ impedimenti, vt infra. Calor vero naturalis actuat venenum, quo animal destruitur: quia est illi applicatum, & in materiam applicatā calor agit ex necessitate naturæ. Vnde sicut per accidens venenum illi applicatur; ita per accidens sequitur mors animalis. At verò respū actionis similis in simile natura negauit pōriā, ne esset frustra. Neque dicas, quod vt non intendit assimilare sibi passum in extensione, ita neque in intensione: quia intensio attenditur ex effectu actionis, & effectus qui est v.g. ab actione caloris, non est extensio, quæ est quantitas, sed qualitas, quæ extenditur per quantitatem, quā intendit assimilare sibi ꝑ partes extensas passi producēdo intra sphæram suæ actiuitatis qualitatem secundum intensionem iuxta perfectionem suæ actiuitatis, vt dicetur, cum de actione vniformiter difformi. Magis displicet, quod addit Hurta. l. d. 15. sect. 1. sub sect. 2. quod calidum vt octo esset magis simile calido vt quatuor, quā aliud calidū vt quatuor: q. ibi essent plures rationes fundādi similitudinem. Nam fundamentum huius similitudinis est vnitas, quæ non attenditur in hac similitudine secundum essentiam, sed secundū gradus alioqui concederet palmū esse magis æqualem decem palmis, quam alteri palmo ob vnitatem in eadem essentia quātitatis. Nec magis probabile est dictum Recentioris, calidum vt 4. posse produci in subiecto habente calorem vt quatuor ab alio agente, nōn tamen ab eodem: quia hoc produceret octo, non sic primo modo: tum quia inter duo calida vt quatuor, est vnitas fundans similitudinē, siue illa sint producta ab vno, siue pluribus agētib. vndecūq; calores prouenerit, tū q. etiam calor vt quatuor non posset producere in subiecto continuata actione, nisi
10 calorem vt quatuor: tum si heri produxit calorem vt quatuor, cur hodie non poterit producere alios quatuor? sicut posset, si illi qui sunt à subiecto essent ab alio agente.

Dices. Calidum, vt quatuor habet virtutē producendi in decem subiectis decem combinationes calorum vt quatuor; ergo non caret potentia producendi plures calores vt quatuor; ergo si eos non producit, non est ex defectu potentiæ. Resp. negādo cōs. q. ꝓducēdo in diuersis subiectis plures latitudines calorū vt 4. non excedit virtutē agentis quoad sphærā suæ actiuitatis: at producēdo in subiecto, in quo sunt quatuor gradus, excederetur eius virtus: quia non solum produceret illos in subiecto, sed vniret calori præexistenti, quam vnionem quinque graduū in se non habet, nec formaliter, nec eminenter, & ob sui perfectionem excedit vires huius agentis vt quatuor: sicut potentia potens portare centum libras, si illi vna addatur, non poterit: quia centum, & vnum excedunt centum, quib. est adæquata virtus; ita calor vt 4. in subiecto habente calorē vt quatuor, non pōt producere vnū vnitum alijs quatuor: quia exigit maiorem virtutem in agente ob perfectionem illius vnionis: talis enim extensio effectuum vnitorum exigit in potentia virtutem perfectiorem, quam sit virtus potens producere diuisim, & in diuersis subiectis. Sicut Theologi colligūt infinitam actiuitatem Dei ex eo, quod in simultanea productione effectuum non habeat terminum, cum non possit assignari terminus eorum quæ à Deo sunt simul producibilia. Quod confirmari potest, quod calor ille vnus, licet secundum se non opponatur quarto gradui frigiditatis, tamen si vniatur alijs quatuor gradibus in subiecto, est incompossibilis cum quarto gradu frigiditatis: ergo ex vi illius vnionis aliquid habet vnus gradus, quod non habet secundum se. Conf. 2. ex dictis de intensione formarum, vbi ostendimus ex virtute productiua extensiuè nō colligi vim producendi maiorem intensionem, eo quod illæ latitudines sint diuersæ rationis, & intensiuam esse perfectiorem extensiuā: tum quia latitudo extensiua est dispositio ad aliquam formam, ad quam non disponit latitudo extensiua graduū in eodem numero, tum ex perfectiore actiuitate graduum vnitorum intensiuè, ac vnitorū extensiuè. Vnde soluitur instantia quæ affertur ex similitudine virtuali, etiāsi sit dissimilitudo formalis: nam similitudo virtualis supponit in efficiente potentiam, cui fit assimilatio, quam nos negamus respectu caloris vt quinque, ob perfectionē illius caloris sic vniti.

Dices 2. Effectus perfectior qui exigit in causa virtutem nobiliorem, est qui formaliter terminat actionem efficientis: non

vero

verò qui inde resultat, & quasi per accidēs: at terminus, qui formaliter terminat actionem agentis, vt quatuor est v. g. vnus gradus caloris, qui non excedit virtutem vt quatuor, licet ille vniatur alijs quatuor existētib. in subiecto. Resp. hinc falli aduersarios: quia ille gradus caloris ex vi actionis, qua fit, vnitur alijs, ergo formaliter vt terminus habet maiorem perfectionem, quam secundum se. Sicut effectus, qui fit à causis partialibus ex vi actionis procedentis ab vtraque causa, habet talem perfectionem, quam nō haberet effectiuè a singulis.

11 Dices 3. Quæ conueniunt per accidens non variāt naturam rei, sed vni gradui producibili in subiecto per accidens est, quod in illo subiecto præexistant quatuor: ergo ex vi illius præexistentiæ non impedietur productio illius gradus. Resp. Aliquid posse esse prædicatum per accidens respectu vnius secundum vnam rationem, & per se secundum aliam rationem, vt risibile conuenit per accidens homini, vt est animal, & per se, vt est rationalis, ita calori vt vnum secundū se, est per accidēs vt vniatur alijs, atq; adeò, vt ponatur, supponit alios in subiecto; at verò vt est hic, & nūc ex vi huius agētis, nō est per accidēs, sed per se: quia ex vi actionis huius non solum producitur in subiecto, sed vnitur alijs; intensio enim exigit peculiarem quandam vnionem; vnde produci debet peculiari quadam actione. Dices 4. Calor vt quatuor producendo calorem vt quinque, adhuc tendit in finem proprium: quia finis caloris v. g. est producere formam substantialem v. g. ignis; at dispositio ad ignem non solum est calor vt quatuor, sed etiam vt quinque ergo producendo maiorem calorem vt quatuor adhuc habet suum intentum. Respond. caloris finem esse productionem sui similis productionem substantiæ non esse finem; nisi secundum determinatos gradus: tum quia respectu alicuius substantiæ nō est dispositio productiua, sed ornatiua, & perfectiua: tū q͂a non ordinatur ad productionem, & dispositionem vnius substātiæ, sed diuersarum respectu quarū est dispositio secundum varios gradus, & ideo natura dedit qualitati diuersam virtutem secundum diuersos gradus.

5. Aliter etiam ea ratione assimilationis pb. calidū vt quatuor nō posse producere quinque gradus in subiecto, non tamen fit, non posse producere duos in subiecto habente aliunde quatuor gradus: quia productio caloris vt duo, est eiusdem rationis in ratione termini, siue fiat in subiecto carente, siue habente calorem, ergo illa productio ex natura sua est assimilatiua passi cum agente, ergo quod non assimilet agenti, dum inuenit in subiecto quatuor gradus, non oritur ex natura actionis illius, sed per accidens ex impedimento caloris præexistentis, ergo productio caloris vt duo p se, & ex natura sua nō excedit virtutem agētis, etiamsi illi recipiendi sint in subiecto calido vt quatuor: quia actio apta, ex se consequi suum finem potest ab agente naturaliter exerceri, etiāsi impediatur hìc & nunc illum consequi, at calefactio vt duo, est assimilatiua agenti, & per consequens consequutiua sui finis, & per accidens non assimilat ratione caloris præexistentis in subiecto, ergo in illo potest exerceri. Maiorem prob. quia ex mōstris, quæ proueniunt ex coniunctione plurium agentium præter intentionem singulorū, vt mulus ex asino, & equa, & tamen hic effectus etiamsi per accidens sit p̄ter intētionem singulorum, oritur ex coniunctione diuersorum seminum, ergo quodlibet agēs poterit operari contra proprium finem, & habere actionem ex se non consequutiuā finis intenti; ergo multo magis poterit habere actionem ex se consequutiuam finis, etiamsi per accidens illum non consequatur.

Resp. in hoc argumento multa dicūtur, quæ examine indigent; primo calefactionē vt duo esse ex natura sua assimilatiuā suo pricipio posse accipi dupliciter, primo secundum essentiam abstrahendo ab existētia, & ita esse assimilatiuā secundum existentiam, & ita actu ex natura sua assimilat, quare vbi sub tali ratione non assimilat, ibi non potest existere, quare cum hæc calefactio non assimilet, ibi non poterit existere.

2. Actionem vt duo non excedere virtutem vt quatuor, accipi dupliciter: primo 12
secundum se, & sic non excedit. Secūdo vt est vnitiua duorū ad quatuor, & sic excedit: quia vt sic constituit intensionem vt sic, qui effectus excedit virtutem intensiuam vt quatuor, & hinc fit, vt possint produci in tribus subiectis tria vt quatuor: quia non faciunt intensionem inter se; ex quo existimo, si per impossibile duo gradus existentes in subiecto habente quatuor non vnirētur alijs, tunc possent produci, sed naturaliter non potest fieri, vt non vniantur ad in-

tensionem. Vnde falluntur, qui ex eo, quod conuenit actioni secundum se, inferunt posse exerceri in quolibet subiecto; quia non potest exerceri, nisi in subiecto habẽte proportionem cum agente, quale non est subiectum habens quatuor gradus caloris cum agente habente totidem gradus.

3. Actionem habere duplicem finem, vnum intrinsecum, & hoc nunquam frustratur. Alterum extrinsecum, qui est is, ad quem actio dirigitur ab agente, & hoc frustrari potest, eo quod cum ille finis sit extrinsecus actioni, potest euenire impedimentũ, vt posita actione, cum suo fine intrinseco non consequatur alter finis extrinsecus; vt finis creationis hominis intrinsecus fuit ipsa hominis existentia; beatitudinis verò siue naturalis, siue supernaturalis est extrinsecus, & quia hic habendus est per actiones hominis, quæ impediri possunt, fit, vt homo non consequatur finem.

13 4. Assimilationem intẽtam ex vi actionis partim esse intrinsecam, partim extrinsecam. Nam respectu actionis remotæ finis est extrinsecus; at respectu proximæ est intrinsecus, quod explicatur exemplo aduersariorum. Nam asinus emittens semen in vas equæ, & hæc excipiens in se semen intendit sibi assimilare effectum, sed hoc fine frustratur: quia hæc actio, & receptio non sunt formaliter, & proximè assimilatiua, sed requiritur alia actio seminis per quam fiat assimilatio; quæ actio ex concursu seminum impeditur, At actio proximè assimilatiua est, q̃ producitur à seminibus: quia cũ illa procedat ab illis vt vnitis, fit effectus assimilatiuus conditionibus vtriusque coniuncti agentis, qui est mulus habens conditiones vtriusq; temperatas. Ex hac doctrina patet, quid dicendum sit ad rem nostram: nam calefactio est proximè assimilatiua passi ad calefaciens: quia terminus intrinsecus illius est calor, ratione cuius est assimilatio, & ideo dum agens calidum vt quatuor inuenit subiectum assimilatum non potest in illud aliquid producere ratione cuius fiat assimilatio. Hinc patet, cur illud passum possit recipere alium gradum ab agente vt quinque, & non ab agente vt quatuor: quia cum illo habet proportionem in ratione passiui, & actiui, & non cum hoc. Cæterũ quæ dicenda essent de ordine rerum ad finem, alibi sunt à nobis explicata.

4. Alij probant ex ratione Arist. tex. 54. quia non esset ratio, cur vnum esset agens, & aliud patiens Resp. Vtrumque esse agẽs, & patiens, cum se mutuò intendant; neque hoc est incõueniens: at non vident id non esse incõueniens respectu diuersarum qualitatum: nam calidum potest esse actiuum vt calidum, & passiuum vt frigidum: non tamen actiuum, & passiuum vt calidum respectu eiusdem, recipiendo, & communicando sibi inuicem calorem, & se inuicẽ intendendo: putat enim Arist. hoc esse inconueniens in natura: tum quia non esset finis intẽsionis: tum quia hinc impediretur mixtio: nam actiuiora se inuicẽ intendẽdo vt sunt calida excluderent à subiectis frigiditatem. Vnde impediretur mixtio: tum quia inde sequeretur, idem intendere seipsum: quia maior vnitas est identitatis, quam similitudinis. Neque dicas, idem non posse agere in seipsum: quia actio exigit distinctionem inter subiectum, & agens: nam supra ostendimus secundum diuersam rationem, idem posse esse actiuum, & passiuum: Neque dicas obesse distinctionem requisitam inter efficiens, & effectum: nã ibi esset talis distinctio, cum calor producens sit distinctus à calore producto, à quo formaliter intenditur. Vnde manet vis rationis Arist. quod si simile intenderet simile, idem intenderet seipsum: nam sicut præexistentia caloris in subiecto non obest, quin ibi possit produci aliquis gradus similis ab agente simili; ita neque, quin producatur ab ipsomet calore existente in subiecto, quod si hoc concederetur, tunc facilè sequitur, posse calorem seipsum intensiuè augere, producendo semper nouũ gradum vsque ad summum, quod nemo sanæ mentis concedit. Resp. quod sicut ex peculiari ratione agentis partialis fit, vt debilius coniunctum cum fortiori concurrat ad effectum proportionatum fortiori agenti, ita ex eadem conditione naturali prouenit, vt idẽ neq; in se possit agere actione vniuoca, cuius rei ratio à priori reddi nõ potest. sicut neque, cur frigidum infrigidet, & calidum calefaciat. Sed hoc dictum est indignum Philosopho: nam cũ ratio reddi possit facilè ex ratione similis effectus vt dictum est, non est, cur ad refugium rusticorum confugiat. Huc spectat ratio sumpta ab inconuenienti, quod sequitur ex actione similis in simile; scilicet, quod duo possent se intendere in infinitũ; sed ad hoc. Resp. dupliciter, primo nullum agens

14 *Ratio Arist. Quia nõ esset ratio cur vnũ esset agens, & aliud patiens.*

agens posse producere totã perfectionẽ; quam tn se habet, nisi in subiectum penetratum, atque adeo paulatim semper actionem minuit: & probãt; quia subiectum nõ habet vnam partem maximè proximam agenti, sed omnes partes subiecti sunt in infinitum magis, & minus remotæ, atque adeo actio erit magis, & minus perfecta, & semper inadæquata intensioni q̃ habet agẽs. Sed nõ placetitũ q̃ a probauimus, dari sphærulam determinatam, in quam agens agit simul, & producere potest totam suã perfectionem intensiuam: tum quia videtur contra experientism, quia stuppa inflãmatur statim post applicationem, quod est indicium, produci in illa summum calorẽ, quem exigit ignis. Tum quia cum singula agentia se mutuò augeant secundum gradus, similiter se augebunt secundum virtutem actiuam, atque adeo virtus, & actio non minuuntur, icd augentur. Vnde reijcitur aliorũ responsio, dicẽtium, quod si initio inter se mutuò producerent duos gradus, deinde ex illis non producuntur duo, sed vnus; & ita vsque ad minimum intensionis. Non enim esset ratio, cur si quatuor poterant producere duos, additis duobus, nõ possint producere, nisi vnum, cũ virtus sit aucta vt sex. Quod si dicant, non crescere in infinitum, eo quod intensio sit determinatæ intensionis, concedimus ijs gratis, non sequi intensionem infinitam; non tamen impeditur sequela, quando se augent vsque ad summum, quod debet putari absurdum.

15 *Secundum alios agẽtia naturalia magis inclinantur in conseruationẽ quam productionem nouorum graduum.*

5. Alij rationem afferunt: quia agentia naturalia magis inclinantur in conseruationẽ graduum, qui sunt in subiecto sibi applicato, quàm in productionẽ nouorũ in eodem: quare cũ virtus caloris vt quatuor occupetur in conseruatione quatuor graduum, qui sunt in subiecto sibi applicato, non poterit alios ibi producere: quia per illam cõseruationem absorbetur illius virtus. Sed hæc ratio non potest probare: tum quia posset dari casus, in quo calor minor non possit conseruare calorem in subiecto magis calido: quia nõ habet tantam virtutem, & quia impediri potest ab agente fortiori; vt v.g. si addatur calidũ vt sex, & frigidum, vt duo alteri calido vt quinque, & frigido vt tria, tunc calidum vt quinque non conseruat sex gradus caloris in altero subiecto; ergo tunc poterit alios producere. Neque dicatur, impediri ab actione frigoris; quia calores vt quinq; sunt fortioris actiuitatis, quàm gradus tres frigoris, & sic non poterit illorum actio impediri à frigore, sed potius contra præoccupando subiectum. Resp. aduersarij concedendo, non conseruare actu, sed habere conatum, vt conseruet, ex quo conatu absorbetur eius virtus ad hos producendos, ad quem conatum determinatur à præsentia subiecti calidi vt sex, etiamsi illos non conseruet. Sed contra, tum quia natura nõ dat vires ad rem impossibilem, qualis est conseruatio sex graduum à quinque: tum quia non apparet, quomodo sit conatus naturæ sine vlla illius mutatione: non enim conatus ille, qui debet de nouo existere, aliquid addit virtuti illorum graduum: tum quia in animalibus ob concursum spirituum ad membra, apparet, cur debilitentur vires: at in naturalibus non apparet, ex quo capite hic fictus conatus possit illorum vires debilitare.

Denique etiamsi aliqua, præter conseruationem à prima causa indigeant conseruari à particulari causa, per influxum intrinsecum illius, vt lumen, &c. At nemo ex peritioribus somniauit, primas quatuor qualitates hac ratione conseruari, cum fateãtur reperiri in subiectis cõtrarijs absentibus similibus conseruantibus, vt frigiditas in aere tempore hyemis, & sic in similibus. Quod si conseruantur, ne ab agẽte contrario corrumpantur, tunc agens actiuius aget in alterum, sed si sint æqualis actiuitatis, neutrum aget circa idem subiectum, quando est completa latitudo qualitatum: quia subiectum est incapax duorum motuum contrariorum. 16

6. Alij probant ex heterogeneitate graduum: nam cum gradus superior sit perfectior indiuidualiter, non poterit produci à gradibus imperfectioribus: quæ ratio optima est. Sed quia non omnes concedunt illam heterogeneitatem graduum, cum tamen omnes negent, simile agere in simile, ideo ego probo ex vnione gradus vnius ad alium, ex qua fit intensio: nam licet calidum v.g. vt quatuor possit absolutè producere vnum, vel duos gradus, non tamen illos vnire cum alijs quatuor præcedentibus in subiecto: nam quatuor vel quinque gradus vniti vnione intensionis sunt perfectiores, quàm illi ijdem dispersi in diuersis subiectis, vt supra probaui. Hanc autem maiorem perfectionem colligimus à posteriori ex vi disponendi, agendi, &c. Neq; sufficit inhæsio in eodẽ

Probatur ex vnione gradus vnius cum alio.

subie-

ſubiecto: nam duæ ſpecies eiuſdem obiecti recipiuntur in eadem parte potẽtiæ; & tamen non faciunt intentionem: quia intẽſio exigit determinatas rationes partium, & vnionis. Sed quomodo probatur à poſteriori variæ experientiæ afferuntur.

Varia experia afferuntur.

Prima affertur ex mutua duorum agentium actione, & reactione ſecundum qualitates contrarias: nam calidum vt quatuor, habens frigiditatem vt quatuor, ſi applicetur calido, vt duo, habenti frigiditatẽ, vt ſex, reciperet ab hoc frigiditatẽ, & produceret calorem. At ſi idem calidum applicetur calido vt ſex, & frigido, vt duo, tũc intenderetur ſecundum calorem, & remitteretur eius frigiditas. Vnde videmus duo talia agentia nũquam inter ſe mutuò agere, & reagere ſecundum eandem qualitatẽ. At ſi ſimile poſſet agere in ſimile, inter ſe mutuò agerent, & reagerent ſecundum qualitatem eandem, in qua ſunt ſimiles, tum calidum vt ſex à calido vt quatuor reciperet vnum gradum potius caloris, quã frigiditatis: quia calor eſt actiuior, & præoccuparet actionem frigiditatis. Ergo ſi non agit, eſt ob impedimentum ſimilis in ſubiecto.

Agens tamdiu agit vt ſubiectum reddat ſibi ſimile.

Secundam ego affero: nam experimur agens tãdiu agere in ſubiectũ, donec illud reducat ad æqualitatem, & ſui ſimilitudinem, & ibi finiri actionem. Quod ſi aliquando non perficit ſimilitudinem, eſt per accidens: vel quia impeditur ab aliquo reſiſtente: vel quia deeſt virtus productiua, vt in caloribus: vel quia virtus agentis non eſt perfectè applicata: vel ob aliam rationem extrinſecam.

17 *Explicatur ſenſus, aliquarũ propoſitionũ.*

Ex hac concluſione ſequitur ſenſus aliquarum propoſitionum, cur ſcilicet, à proportione æqualitatis nõ ſequitur actio; cur neque à proportione minoris inæqualitatis, ſed à proportione maioris inæqualitatis ſequitur actio. Senſus enim harum eſt ratione contrarij, quod virtuti actiuæ reſiſtit, ideſt, quãdo reſiſtentia ſubiecti eſt maior, vel æqualis actiuitati agẽtis, quod non ſequatur actio, non tamen hoc ſimiliter eſt neceſſarium in omni actione, vt quando non eſt inter contraria. Quare ſenſus eſt, quando eſt omnimoda æqualitas inter agens, & paſſum, non ſequitur actio. Et ſimiliter, quando eſt minor perfectio in vno, quam ſit in alio, quod habet minorem perfectionem in virtute, nõ poteſt agere in id, quod habet maiorem perfectionẽ, alioqui effectus eſſet nobilior cauſa: nã cauſa efficiens debet habere vim agendi in paſſum, ratione effectus in illo producendi: nam alioqui, & hac ratione reperitur diſtinctio, & diſſimilitudo: nã vt impoſſibile eſt, formam informare materiam, niſi habeat virtutem informatiuam proportionatam materiæ, ita, &c. quia actus ſecundus eſſentialiter ſupponit actum primum proportionatũ. Nam ex quatuor capitibus poteſt actio non ſequi, primo ex incapacitate ſubiecti, ideo in mutuis actionibus requiritur identitas materiæ, ſicuti in actione vniuoca, ad hanc reuocant incapacitatem. 2. ex parte diſpoſitionis ex defectu virtutis actiuæ. 3. ex potẽtia ſemel reducta ad actum: nam non poteſt per actionem naturalem iterum reduci ad eundẽ numero actum: cuius rei rationem aliqui dicunt eſſe: quia inde expletur tota virtus cauſæ actiuæ, & paſſiuæ, & hinc dicũt potentiam, quæ habet actum ſibi adæquatum non poſſe ſimul alium habere. Hinc negãt duo accidentia ſolo numero differentia poſſe eſſe in eodem ſubiecto, ſed de hac re infra.

Ex 4. capitibus poteſt actio non ſequi.

4. Ex reſiſtentia paſſi, quando eſt maior quam virtus.

ART. IV. *Proponuntur, & ſoluuntur argumenta aduerſariorum.*

PRimo, Idem poteſt agere in ſe- 18
ipſum, vt probatum eſt ſupra, ergo multò magis in ſimile: quia maior vnitas eſt eiuſdem ad ſeipſum, quam cum ſimili, ergo ſi vnitas prima non impedit actionẽ, multò minus ſecũda. Cõſ. Quia vbi minor eſt repugnantia, ibi maior põt eſſe actio. Sed minor repugnantia eſt inter ſimilia, quam inter diſſimilia, vt patet. Si ponatur calidum vt duo, & frigidum, vt ſex, & aliud calidum vt quatuor, & frigidũ vt quatuor, maior eſt reſiſtentia in frigido vt ſex, quã in frigido vt quatuor, & tamen calidum vt quatuor poteſt agere in frigidum vt ſex, ergo multò magis in frigidum vt quatuor, quale eſt ſubiectum habens calorem vt quatuor.

Afferuntur quædam actiones inter ſimilia.

2. Prob. ex actionibus, quas videmus inter ſimilia: nam phiala frangit phialam. Secundò in oculo habente ſpeciem Petri poteſt produci ſpecies Pauli, quæ sũt eiuſdem ſpeciei, & ſupponimus eſſe eiuſdẽ intenſionis. Quod ſi dicant illas eſſe diuerſæ rationis, ob repræſentationem diuerſorum, tunc inſtatur ex diuerſis ſpeciebus

eiusdem Petri, v. g. quarum vna producitur directè à Petro, alia per reflexionem à speculo. Tertiò, duo specula eiusdē omnino perfectionis inter se opposita agūt inter se, producendo sui species; ergo simile. Quartò, si ponatur supra lancē graue vt octo, illā inclinabit ad vnā partē per impulsum vt octo. Quod si in alia lance ponatur graue vt vnum, producet in illa impulsum vt vnum. Et similiter, si aliud addatur, producet alium impulsum vt vnum, vsque ad octauum gradum, ita vt fiat æquilibrium; ergo simile aget in simile; nam secundum pondus addidit vnum impulsum præcedenti, & tertium secundo, & sic similiter. Vbi videmus, hæc agētia agere in subiectū simile. Quinto ex 3. cæl. 52. ex sect. 33. 34. Flāma maior, & minor habēs æquales gradus caloris; & tamen videmus, flammam maiorem agere in minorē: quia illam consumit. Sexto, mixta homogenea sunt ab intrinseco corruptibilia, ergo habent partes, quæ inter se mutuo agūt: & tamen sunt similes in qualitatibus, & gradibus; ergo simile agit in simile. Septimo. Lumen augetur ab alio simili lumine, & luminosum ab alio simili luminoso, vt lucerna ab alia lucerna. Octauo: nam ferrū ignitum producit ignem in stuppa: in quo est calor vt octo, cum tamen in ferro non sit tantus calor; ergo minus agit in maius.

Quomodo graue det lanci impulsum.

19 3. Prob. Potest agens remissius agere in intensius, & illud intendere; ergo multò magis æquale poterit intendere æquale: quia si actio potest esse à proportione minoris inæqualitatis, multò magis poterit esse à proportione æquali; quia effectus perfectio plus excedit perfectionem primi agentis, quam secundi. Antecedens prob. primo ex cōgelatione aquæ, quæ fit ab aere: aqua enim est frigidior aere; & tamen recipit in cōgelatione maiorem frigiditatem ab aere, alioqui non congelaretur. Confir. nam experientia constat, metallum positum in ore fornacis, tantum calorem concipere, vt liquefiat; at productio tanti caloris non potest fieri ex partibus proximis metallo, quia ablatis cæteris non sequeretur liquefactio: ergo fieri debet à partibus omnibus remotis; sed ab his non potest fieri immediatè in distans; quia omnis actio fit per contactum, atq; adeo per medium, in quo recipi debet actio agentis remoti, vt possit agere in passum remotum; sed medium est ipse ignis, ergo pars remota agit in partem ignis proximā intermediam, atque adeo simile agit in simile.

An remissius agat in intensius, et æquale in æquale.

4. Prob. Actio sequitur à proportione maioris inæqualitatis virtutis supra passū. Sed inter similia in qualitate, & gradu potest dari agens maioris virtutis, quam sit in passo, ergo à simili potest oriri actio in simile. Minor prob. primo ex agēte maioris extensionis, in quo est maior virtus, quam in minus extēso, etiamsi sint eiusdem qualitatis, & gradus, vt patet ex effectis: nam magnus ignis facit ebullire aquam in olla, non sic paruus.

Inter similia potest dari agens maioris virtutis quam in passo.

2. Ex densitate, quæ auget actiuitatem qualitatis, quæ est in subiecto denso. Vnde poterit agere in subiectum rarum eiusdem qualitatis, & gradus ob maiorem actiuitatem eiusdem qualitatis condensatæ.

3. Ignis in fornace, aut conclusus in aliquo clibano testaceo, vel ferreo habet maiorem vim agendi, quam si esset liber, ergo potest ille ignis ob maiorem virtutē augere calorem similem in subiecto dissipato.

4. Idem patet ex reflexione: nam lumē reflexum ita crescit, vt ignem producat in materia disposita.

5. Experientia patet, calorem habentē virtutem agendi in decem palmos, si in quinto palmo ponatur obstaculum, quo impediatur agere per totam sphæram, aget vehementius in sphæram, in quam potest agere; quam prius poterat.

Resp. agere in seipsum dupliciter posse intelligi, primo formaliter, scilicet producendo perfectionem, quam habet res illi similē, & nūquā potest: secundo naturaliter, & subiectiuè, & hoc dupliciter, vel actione æquiuoca, idest producendo aliquā perfectionem, quam virtualiter continet, & nō formaliter, & ita potest: vt quādo intellectus producit intellectionē. Vel actione vniuoca, & nūquā potest; At in casu nostro agitur de productione vniuoca, tā ex parte agentis, quam passi, cum ponantur similia in qualitate, & gradu, & agatur de productione gradus eiusdem qualitatis, supra gradus agētis: quare nunquam simile agit in simile formaliter, actione, siue vniuoca, siue æquiuoca: nam vtraque actio supponit subiectum dissimile secundum formam. 20

Quot modis possit quid agere in seipsum.

Hinc Suar. n. 18. negat, in actione antiperistatica qualitatem seipsam augere, sed si quod est ibi augmētū, de quo infra, illud fit ab aliqua forma superiori, se reducente

ad

ad naturalem statum, remoto contrario, vt aqua putealis in æstate fit frigidior à propria forma subiecti, remotis vaporibus calidis, qui ex densitate terræ ob frigus non poterant exhalare, æstate apertis terræ poris exhalant, vt infra.

Minor est resistentia in calido vt quatuor quam in calido vt 2. respectu cōtrarij.

Ad conf. Resp. in calido vt quatuor, & similiter frigido esse quidem minorem resistentiam, quam in calido vt duo, & frigido vt sex, sed resistentia spectatur respectu contrarij, quatenus cōtrarietas est inter calidum vt quatuor, & calidum vt duo, & frigidum vt sex; non tamen inter calida vt duo, & frigida vt quatuor: nam ex parte caloris respectu caloris non est resistentia, sicut neque ea parte frigoris respectu frigoris; quare negatio actionis non oritur ea resistentia maiori, vel minori, sed ex defectu potentiæ, cum potentia vt quatuor non possit producere supra quatuor gradus similes, vnum gradum vnitum cæteris: eo quod hic gradus vt vnitus cęteris, ha-
21 bet modum essendi perfectiorem, quam quatuor gradus efficientis.

Ad 2. argumētum, in quo afferunt experientiā de similium actione inter se. Resp. ad primum, primo fractionem mutuam phialarum esse actionē æquiuocam: quia phiala non producit phialam, vel aliquam qualitatē similē illi, q̄ præexistit in phiala.

Resp. 1. phialas seinuicem corrumpentes non agere inter se, vt sunt similes, sed vt dissimiles: nam habent impulsus contrarios, idest in contrarias partes, etiamsi sint æqualis intensionis: quod si fractio sequatur ex impulsu vnius versus aliud corpus immotum v.g. murum, tunc est maior dissimilitudo.

Resp. 2. phialas dum franguntur, neque producunt, vel corrumpunt duritiem, vel alias qualitates, secundum quas sunt similes, sed dissoluūt cōnexionem partium cōtinuatarum, eo quod vnio partium habet minorem resistentiam, quam actiuitas phialæ motæ ad occupandum spatium alterius; vel contra corpus, cui alliditur habet maiorem resistentiam, tum ratione vnionis partium, tum quoad occupationem spatij.

Quomodo species intentionales etiam eiusdem obiecti sint dissimiles.

Ad 2. experientiā de speciebus intensionalibus dicetur infra, vbi ostendemus, illas species etiamsi sint eiusdem obiecti, esse dissimiles ob repræsentationem eiusdem obiecti in diuersis locis, & sitibus.

Ad 3. Resp. illas actiones esse intentionales, & æquiuocas, respectu suorum principiorum, vt patet: quia species nō est speculum; vnde rectè Conimbricēses dixerūt illam actionem non esse inter similia formaliter, sed tantū materialiter: neque rectè instatur, quod specula non solum producunt, sed etiam recipiunt species, atque adeo esse similia etiam vniuoce. Nam speculum non producit sui species per speciē receptam ab altero speculo, sed per virtutem sibi propriam, imò etiamsi principiū productiuum esset species recepta, adhuc non esset actio à simili, sed à dissimili: quia repręsentant diuersa obiecta.

Resp. 2. etiamsi illa actio esset vniuoca, non obstaret nostris principijs: quia species diuersæ non faciunt intensionem inter se, etiamsi sint in eodem subiecto.

Quomodo duo pondera in lāce producūt impulsum.

Ad 4. experientiam primo afferunt, falsò supponi singula pondera vt vnum, posita successiuè supra lancem producere sin-gula singulos gradus impulsus: nam impulsus secundus intensior causatur ab vtroque pondere indiuisibiliter, sicut si à principio vtrumque pondus fuisset positum supra lancem.

2. Falsum est, tot gradus impulsus pro- 22
duci in lance, quot sunt gradus grauitatis: quia inter causam æquiuocam, & effectū non est necessaria hæc correspondentia æqualis naturæ, secundum intensionem, propter eminentem perfectionem causæ æquiuocæ, supra perfectionem effectus, vnde duo gradus lucis possent producere quatuor gradus caloris, & grauitas intensa vt duo, potest producere motum intensum velocem vt quatuor: quia perfectio essentialis causæ æquiuocæ excedit intensionē perfectionis effectus.

Responsio Authoris.

Ego Resp. hoc argumento ostendi, non intelligi statum difficultatis: quia non est difficultas an subiectum habens calorē vt quatuor possit recipere quintum, & sextū ab habente virtutem productiuam illorū, sed an possit intendi ab alio calido vt quatuor, à quo non exceditur, nec formali, nec eminentiali perfectione. At argumentum procedit de gradu impulsus producto supra alium à causa habente maiorem perfectionem, cum grauitas vt causa æquiuoca excedat perfectionem motus, imò perfectio illa totius impulsus potuisset produci à primo gradu grauitatis, si abfuissent causæ resistentes.

Ex his patet ad argumentū, quo vnus lapis impellit alium, cum supponantur esse similes in grauitate, & alijs qualitatibus

imò similes quoad impulsum, nō enim ibi est actio circa similia: quia lapis non producit in alio grauitatē, & alias qualitates, quas formaliter hēt, sed motum, qui est effectus æquiuocus virtutis motiuæ; quare illa actio, & intensio actionis esset à virtute motiua, vt calor à lumine, à quo calor præcedens in subiecto intenditur.

Oppositio parui, & magni est relatiua.

Ad 5 Resp. aliqui, ibi esse contrarietatē ex 1. de Gen.26.& seq. quia vt paruum, & magnum sunt opposita; ita parua, & magna flamma: sed falluntur; tum quia illa oppositio est relatiua, quæ vt distinguitur à cōtraria, ita non est sufficiens ad mutuam actionem, in qua exigitur contrarietas; tum quia illa pertinet ad quantitatem, siue continuam, siue discretam; at nulla quantitas est actiua, vt patet ex ipsa auctione, quæ fit secundum quantitatem ex vi alterius potentiæ, quæ agit non in materiam, quæ habet eandem formam, sed diuersam, quam conuertit in naturam rei auctæ, & ignis augetur ab igne.

23 2.Resp. Arist. sect. 1. probl. q.58. vbi ob hanc rationem in febri quartana oportere augere calorem, vt maior consumat materiā, quæ sustentaret minorē, & q.8. ait ægritudines, q̄ sūt à colore, curari ab humiditate, & quæ ab humiditate, curari à calore: quia hic exiccat humiditatem, & sect.24. q.13. asserit, calida magis in sole, quam in vmbra infrigidari: quia minor calor à maiori absumitur in quibus locis, & alibi Arist. tribuit extinctionē minoris ignis à maiore: quia citius consumit materiam ex qua nutriebatur, & conseruabatur ignis: quem modum corrumpendi lib. de iuu.& sen. c. 2. vocat corruptionem per marcorem, ex quo oritur, & senectus, & mors animalium: quia scilicet calor naturalis rarefaciens humidum radicale, facit illud euaporare, cui si non succedit aliud alimētale, sequitur mors extincto calore, vt suo loco explicabitur; At inquies ignis conseruatur in proprio loco sine pabulo. Resp. concedendo de superiore: quia ille non corrumpitur, nisi à contrario, sed nos loquimur de inferiori, quod indigeat pabulo vt conseruetur, non quidem idem numero metaphysicè, sed idem quasi per cōtinuationem, & æquiualentiam in ea cum materia ignis inferioris excepta forma, & leuitate ignea euolat ad proprium locum, & illi succedit alia pars ignis de nouo genita, & sic consequenter, donec absumatur tota materia, vt patet ex flamma lucernæ, quæ concipitur ex oleo, & igne

Ignis superior non indiget pabulo ad conseruationē, sicut inferior.

et lignis, vnde maior non agit in minorē intendēdo calorem, vel directè corrūpendo, sed indirectè & per accidens, vt dixi.

Ad 6.R. homogenea perfecta, dici corruptibilia ab intrinseco ratione materiæ ob capacitatem contrariorum, & formarū, non ratione principij actiui: quia per hęc non corrumpuntur, nisi ab extrinseco; At quæ apparent homogenea, sed verè continēt aliquam diuersitatem partium sū qualitates actiuas, ibi est principium intrinsecum corruptiuum etiam effectiuum.

Ad 7.Resp. aliqui, concedendo cādelas, & luminosa inter se vnita fieri intensiora ex oculata experientia: neque dicas experiētiā ꝓbare, fieri maius lumē extēsiuè, nō intensiuè: nam ex hoc sequitur, nunquam posse probari lumen intendi: quia dici posset, esse maius extensiuè, neque posset assignari regula cognoscendi, quando est maius intēsiuè, & qn̄ extēsiue & à posteriori quia sic appareret maius lumen quando intensius luminosum coniungitur cum luminoso remissiori, ac cum duo luminosa vt quatuor coniunguntur, at ibi constat intensius intendere luminosum minus, ergo etiam quando duo æqualia vniuntur magis intendi. Conf. Quia minus intenditur à maiori, ergo maius à minori: quia ex illis vel fit vnum luminosum maius, vel nō fit, non potest dici secundum; tum quia contra experientiam; tum quia si luminosum minus ex illa vnione non esset factum maius intensiuè ipsum non videretur: quia occuparetur à luminoso maiore, vt lumen stellarum à lumine solis, ergo ex vtroque est factum luminosum intensius: quia cōpositum illud ex illis excedit vtrumque secundum intensionem, ergo maius ex vnione cum minori factum est maius, quā erat ante coniūctionem. Hinc sequitur idē dicendum, cum duo æqualia luminosa coniunguntur: quia si minus potest intendere maius, multò magis æquale intendere poterit æquale. Sed non placet, tum quia cum ex illa vnione duorum luminum fiat vna causa extensiuè perfectior, poterit producere species melius repræsentatiuas, quā poterat vi sum solū vt dicetur infra de vnione plurium causarum in ordine ad effectus, quæ actio est æquiuoca; tum quia compositum ex minori lumine, & maiori fit intensius ea parte illius compositi, quæ facta est intensior, atque adeo totum secundum vtramque partem est intensius, quam prius: nam prius habebat intensionem vt v.g. sex per vnam partem, nunc illam 24

Secundum alios luminosa inter se vnita fiunt intensiora.

lam habet per duas partes, & hinc aucta est intensio vt lex extensiuè, non intensiuè supra latitudinē vt sex. Ex quo fit, nō sequi compositum ex duobus æqualibus fieri intensius, cum vtraque pars habet tantum lumen, quantum habebat ante vnionam, & solum facta est variatio: quia illa erat discontinuata, hæc vero continuata.

Intensio fit per additione in eadem parte subiecti.

Tum 3. quia intensio fit per additionē luminis ad lumen in eadem parte subiecti: at illa sunt in diuersis partibus vt prius; sed cum hac diuersitate, quod nunc illa duo sunt continuata; neque dicas quod minus lumen non appareret in præsentia luminosi intensioris, vt patet ex partibus lunæ quarum aliquæ partes minus luminosæ apparent obscuræ, ob maius lumen aliarū partium magis intensarum: quia concedimus in coniunctione minoria cum maiori minus intendi.

Quare dico, posse quidem luminare maius intendere minus, non tamen æquale posse intendere æquale, etiamsi vtrumq; producere possit speciem repręsentatiuam intensiorem, quam producerent singula separatim: quia illa actio est æquiuoca, nec excedit quoad intensionem repræsentatam intensionem luminis, quod est in singulis; Hinc Bannes 1. de Gen. c. 6. q. 2. affert rationem, cur duæ manus æquè calidæ se mutuo calefaciant, non enim inquit, id est, quod vna aliquid in altera producit, sed quia vnita magis conseruant calorem influxum à corde, ne aere, & contrarijs corrumpatur: accedit motus manuū ad se attrahentium spiritus, qui ea illo motu excitantur.

29 *Quomodo in ferro sit sufficiens calor ad ignē productū.*

Ad 8. R. aliqui, in ferro esse calorē vt octo sufficientem ad disponendam materiā stuppæ ad formam ignis, non tamen in ferro esse ignem, ob defectum aliarum dispositionum, v. g. raritatis, &c. Nec obstat quod ibi conseruetur forma ferri sub contraria dispositione: quia non est nouum formam posse conseruari in dispositione innaturali, eo quod enim illa dispositio nō sit cōnaturalis alteri formæ nō potest manere materia fine öni forma, vt alibi ostendimus. Sed difficilè creditur sub tanto calore posse conseruari formam mixti; nisi dicant, quod tantum calor magis repugnat formæ aquæ, quam formæ mixti, & tamen illa conseruatur sub calore vehementi.

2. Aliqui, vt Suar. cōcedunt, formam ferri conseruari sub calore vt septē, qui etiam est sufficiens in materia valdè disposita per cæteras dispositiones, vt est stuppa producere ignem, neque est nouum, elementum generari in dispositione innaturali, quādo illa dispositio multis alijs est congruentior: neque obstat, quod in ferro appareat fulgor igneus, qui non potest tribui calori vt septem: quia illi gradus cum sint in materia densa cum alijs dispositionibus amittere possunt illum fulgorem.

3. Alij dicunt, intra poros ferri contineri ignem; ita cum Simplicio Alex. tr. de mixtione docet. Calculator de reactione. sequitur Bucc. loc. cit. Scalig. ex tr. 12. n. 3. Dur. 4. d. 44. quæst. 2. Regin. loc. cit. nam aer in illis contentus, & conclusus facilè conuertitur in ignem; tum quia symbola facile inter se transmutantur: tum quia est parua quantitas ob diuisionem sui in varijs porisitum quia non adest aliquod resistens extrinsecè, cum circundetur igne calefaciente eandem partē. Vnde reijcitur instantia Recētiorum dicentiū, quod inde sequeretur, ab igne in medio cubiculi inflammari totum aerem cubiculi: nam non vident, ignem non applicari toti aeri sufficienter ad illum totum inflammandū, imò neq; sibi proximū, eo quod ob facilē mobilitatem nunquam eadem pars est diu applicata sufficienter, vt inflammetur: quia semper ex motu versatur. Alij verò Respondent intra poros contineri exhalationes, quæ facilè inflammantur.

26 *Quomodo intra poros ferri contineatur ignis secundum quosdam.*

Sed obijciunt 1. quia sequeretur lignū ignitum magis comburere: quia habet plures poros, quam ferrum ob eius duritiem, & densitatē. 2. quia ignitio fit à ferro per contactum, at contactus inter stuppam, & ferrum est cum substantia ferri. 3. quia ignis noster indiget pabulo, vt conseruetur, quod non est intra poros.

Hinc 4. alij dicunt aliquas partes ferri disponi ad formam ignis, quæ producatur, & recipitur in eadem materia, in qua est forma ferri, & hic fit, vt remoto ferro ab igne, maneat ferrum absque alio generante illud.

Sed hæc opinio, ponendo duas formas in eadem parte materiæ, & repugnat sensui communi, imò omnium: quia nemo quem legi ponit duas formas inter se disparatas, & non subordinatas in eadem materia, vt sunt hæ formæ, & repugnat cōtrarietati dispositionum, quas requirunt formæ illæ: nam ferrum exigit frigiditatē, & densitatem; contra verò ignis.

Non possūt esse duæ formæ disparatæ, & non subordinatæ in eadem materia.

2. Fundatur in sensu tactus, qui discernete

nere non poteſt vnde oriatur calor, cũ pori ſint per totum ferrum permixti.

Sẽ alios aliquæ partes ferri diſponũtur ad formam ignis.

5. Alij cum doctoribus præcitatis fatẽtur, aliquas partes ferri diſponi ad formam ignis, & inde concipere ignẽ, primo cum ferrum fit terreum, facilè ex illo vi caloris extrahuntur exhalationes ſiccæ, aptæ ad concipiendum ignem.

2. Quia cum ferrum ignitur, multæ eius partes conſumuntur, vt patet experientia; tum quia, ſi ferrum tundatur poſt ignitionem multæ partes inueniuntur deficere: tũ ex ſcintillis, quæ ex ferro euolant, cũ tunditur, multa etiam ex ferro reſultãt ramenta, hoc non poteſt eſſe niſi aliquæ eius partes conuerſæ ſint in ignem.

3. Id probant ex luce, quæ ſequitur calorem cum ſiccitate; hæc autem eſt diſpoſitio ignis: nam lux non ſequitur calorem ſimpliciter, vt patet ex aere, neque in materia dẽſa, vt patet ex plumbo; ſed calorem cum ſiccitate.

4. Ex Alexand. ſi ferrum ignitum tundatur, & deinde extinguatur ſuperfuſa aqua, tũc euadit durius, quã prius: at huius cauſa eſt: quia partibus tenuioribus verſis in ignẽ remanſerunt duriores, & craſſiores, quibus maximè compreſſis pori occludũtur, vnde fit duriſſimũ. Quare ex dictis colligitur, tripliciter ignem contineri in ferro primo: quia in poris reperiuntur exhalationes igneæ ab igne procedentes, quæ permeant corpora combuſta. Secundo partes ſubtiliores ferri vertuntur in ignẽ, vt patet ex ramentis, quæ coniecta in ignem ſtatim igneſcunt.

27 *Materia in poris ferri facile in ignem conuertitur.*

3. Quia materia, quæ continetur intra poros, ſiue ſit aer, ſiue terreſtres exhalationes facillè in ignem conuertitur.

Dices, apparet totum ferrum ignitum, ergo forma ignis eſt diſperſa in totam materiam ferri.

Reſp. ſenſu id non poſſe diſcerni. Nam cũ ſint partes ferri, & igneæ inter ſe commixtæ per partes minimas iuxta poſitas, vt nulla pars ſit ſenſibilis, q̃ careat igne, ideo ſenſus non diſcernit, vt patet ex mixtione aquæ cum vino, vbi nõ poteſt diſcerni, quæ pars ſit aqua quæ vinum, & tamen sũt inter ſe iuxta poſita, & idem patet in carbonibus ignitis.

Dices 2. omnes videntur lucidæ, & nulla pars obſcura qualis eſt ferrea. Reſp. id eſſe, quia partes lucidæ igneæ illuminant partes ferreas, & inde omnes partes videntur illuminatæ; Alij verò dicunt partes ferreas non illuminari ob earum opacitatem, ſubiectum .n. receptiuum luminis eſt corpus perſpicuum, vnde affirmant, partes ferreas nõ videri: quia offuſcãtur à lumine igneo, ſicut ſol obſcurat ſtellas.

Ex hac doctrina patet, quid dicendum ſit de feruore aq̃ infuſæ in calcẽ: feruor.n. illius aquæ oritur ab exhalationib. igneis, quæ ſunt diſperſæ in calcem plenã poris, vnde conſtat experientia, trabem poſitam intra vel iuxta calcem viuam fuiſſe accenſam, quod ſi non ſentitur igneus calor, niſi accedente ad illam corpore frigido, id eſt aqua frigida, eſt: q̃a exhalationes sũt diſperſæ per calcem, & ex vi frigoris per antiperiſtaſim vniuntur, qui effectus non fit, ſi apponatur aqua calida, & ſi quid tunc apparet, non eſt ex vi antiperiſtaſis; ſed ex grauitate aquea comprimente illas: quod ſi aliquando ignẽ facit, etiam quando non eandet, eſt, tũ quia tunc etiam sũt aliquæ exhalationes igneæ, licet non tam multæ, tum quia habet multum caloris, vt patet ex tactu: quo ſentitur exceſſus caloris obiecti; qui calor materiam diſpoſitam ſufficienter diſponit ad formam ignis.

Ad 3. Reſp. primo, negando produci ab aere in aqua intenſius frigus, quam ſit in ipſo aere, & aqua; 2. in hac hieme non eſſe glaciem frigidiorem intenſiuè, quam ſit ipſe aer, licet appareat frigidior ſenſui propter denſitatem illius, vnde augetur actiuitas, præſertim quoad ſpec.em intentionalem; ſed difficultas eſt de cauſa effectiua congelationis, cum aquea frigiditate cõgelẽtur. Reſp. Conib. & Suar. fieri à forma aquæ, & forma terræ, cuius naturæ sũt exhalationes, dum ſe reducunt ablatis impedimentis ad natiuas frigiditates, cũ ſiccitate exhalationum admixta, aquæ ſit cõgelatio, addito influxu infrigidante, & cælorum exiccante: nam inueniunt materiã aquæ diſpoſitam ad congelationem: nam aqua pura ſine admixtione exhalationum cõgelari non poteſt, vt patet ex dictis in 4. meteor. neq; tamen ob illum effectum neceſſarium eſt, aquã exiccari, dum condẽſatur, cũ videamus glaciem igne diſſolui, à quo non poteſt prouenire humiditas in aquam ad auferendã eius ſiccitatẽ; quod ſi videtur exiccari, id non eſt poſitiuè, ſed negatiuè, quatenus non humectat diffundendo ſe; ſed de congelatione alibi, videatur Buccafer. loc. cit. Nobilius. Fla. 1. de Gen. cap. 8. d. 9. Venet. de Gen. cap. 23. & communiter in 4. de Gen. Nam vt

28 *Non producitur intenſius frigus ab aere quam ſit in ipſo aere, et aqua.*

vt notat Marsilius de S.Sophia in 7.aphor. q.2. Congelatio dupliciter accipitur, primo, pro qualibet humidi ingrossatione, siue fiat à calido, siue frigido, quæ propriè dicitur congelatio: 2. pro aduuatione seu ingrossatione, siue inspissatione facta à frigido positiuo, de qua 4. meteor.

Quotupliciter accipiatur congelatio.

Ad confir. resp. primo aliqui, inde probari actionem in distans intra sphæram agentis: nam potest contingere, vt passum distans sit dispositum ad recipiendam actionem v.g. per productionem auri, & medium, v.g. aer, non sit dispositum; quia nō est ratio, cur requiratur, actionem recipi in medio, vt conditio sine qua non: quia omnis conditio reuocatur ad aliquam causā, vt approximatio ad efficientē ob sphæræ limitationem, vel ad finalem, vt assimilatio, vel ad materialem, vt dissimilitudo, & priuatio formæ; sed hæc necessitas medij nulla ratione requiritur: quia ad connexionem agentis cum passo, sufficit, si sit intra sphæram actiuitatis, quod dicitur contactus virtutis; sed hoc alijs non placet: quia Aristoteles non cognouit actionem fieri sine medio, ex 2. an. 24. & 1. mete. c.4. sed de hac re infra.

Resp. aliqui, inde probari actionem immediatè in distans passum eatsdem intra sphæram, quod necessariò concedendum aliqui putant, dum passum medium habet similem qualitatem in gradu, quæ est producenda in distans, posse distans agere in distans: quia non fit sine contactu, ad quē sufficit coniunctio, per subiectum habentē similem qualitatem, sed in hoc casu existimo, ex illis constitui vnum agens, à quo immediatè est actio calefactiua metalli, vt infra.

29 Ad 4. Respond. aliqui, ex illis experientijs videri probabile, remissius in gradu posse producere intensiuam qualitatem in subiecto habente qualitatem æqualium graduū: quia crescit actiuitas ob densitatē, vel ob causas dictas in argumento, & iuxta illam dicendum est, proportionem inter agēs, & passum ratione dissimilitudinis, vel similitudinis, non attendi solum ex gradibus, sed ex virtute actiua, quæ augetur non solum ex intensione graduū, sed etiam ex multitudine illorum ita vnitorum inter se, vt augeatur principium eiusdem actionis: nam vt inter similia in forma, & dissimilia in gradu est actio; ita inter similia in forma, & dissimilia in virtute; quare si sint similia etiam in virtute, non sequitur actio, atque adeo neq; sequitur, se posse mutuo intendere; Et hinc fit, vt calor vt 4. existens in materia rara, nequeat agere in materia rara habente calorem vt quatuor, cum sint æquales, etiam secundum virtutem. Dices. An calor vt quinque intendere possit calorem vt quatuor in materia densa? Negant aliqui: quia illa sunt æqualia secundū virtutem, ratione modi essendi, etsi sint inæqualia secundum gradum. At Toletus affirmat: quia sufficit, vt sint dissimilia in gradu. Dices 2. Cur aqua calidissima non ignefacit materiam siccam sibi approximatam? Resp. Quia calor ille ratione humiditatis coniunctę non agit multum, nisi tangat materiam, & tangendo, quia humectat, non potest ignefacere: quia aufert siccitatem necessariam ad formam ignis.

Probabiliter remissius in gradu potest producere intensiorē qualitatem in subiecto habēte qualitatē æqualium graduum.

Ad agendū sufficit dissimilitudo in gradu.

3° Dices 3. Quid si materia haberet octo gradus, & agens densum similiter octo, cum hoc in virtute excedat, deberet agere in illā? Resp. nō posse, ob materię incapacitatē, cum non possit octauus gradus excedi; sed maior virtus, quæ est in densa, posset agere citius, & producere aliquos effectus secundarios, vt liquefacere metalla, & similia, quæ non potest calor in materia rara.

Dices 4. Quæ vnio requiratur inter partes caloris mulplicatas, vt crescat eius virtus? Resp. aliqui, requiri vnionem penetrationis, nec sufficere multitudinem cum quacunque extensione; sed ne hac re sequentibus dubitationibus. Sed quia non est sine euidenti ratione recedendū à cōmuni fere omniū sētētia, apud quos est receptū axioma: simile non agere in simile: nec qualitatem posse intendere aliam, supra gradus, quos cōtinet: idem dicendum ad illa omnia, quæ afferuntur in contratiū, crescere quidem actionem ex multiplicatione agentium, vel densitate, vel reflexione, vel antiparistasi; sed in actione vniuoca nunquam supra suos gradus, & in actione æquiuoca supra suam virtutem, sed crescere secundum alias conditiones, & perfectiones agēdi, siue quoad amplitudinem sphæræ, siue quoad velocitatē actionis, siue quoad intensionem graduum circa subiectum, quam non poterat prius, siue aliam rationem, de quibus omnibus videndum est in sequentibus dubitationibus.

Quæ vnio requiratur, vt crescat virtus agēdi.

Ex quibus principijs crescat actio.

DVB. IV. *An virtus agentis augeatur ex subiecti extensione, in quo est.*

ART.

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 *Vnitas actiua augetur extensiuè ex extensione subiecti.* PRimo Not. esse certum, virtutem augeri extensiuè, & multiplicari ex extensione subiectiuam cum sit accidens, & non indiuisibiliter existat in subiecto, sed diuisibiliter, necessariò multiplicato subiecto multiplicari debet virtus, siue subiecti extensio sit continua, siue discontinua. Secundo est certum, hanc extensiuam multitudinem virtutis posse esse in eodem subiecto cum raritate, & cum densitate: nam existimo virtutê, quæ est in subiecto raro, non mutare subiectum, cum densatur & contra; sed semper eadem virtus manet in eadem parte materiæ, etiamsi fiat variatio secundum densitatem, & raritatem vt alibi fusè ostendi. Tertio est certum, virtutem ex hac multiplicatione, non augeri intensiuè; tum quia illa multitudo partiū qualitatis est in diuersis subiectis, cōtra rationê au ctionis intêsiuæ: quia cū illæ latitudines sunt diuersæ rōnis, nō possunt partes vt aptæ ad constituendam vnam latitudinem, constituere aliam; vnde si omnes partes diuersæ constituantur in eadem parte subiecti, non efficerent intensionem: quia ex natura sua non sunt aptæ sic vniri, vt patet ex vnione partium extensiuarum formæ substantialis, quæ si à Deo ponerêtur in eadem parte materiæ, non efficerent intensionem.

Quotupliciter possit augeri vnitas actiua. 2. Not. virtutem actiuam augeri posse primo secundum se, secundo quoad actionem, & effectum. Hæc quæstio non est de augmento virtutis secundum se: nam ex dictis constat, non intendi qualitatem, sed primo est de augmento quoad actionem, & effectua; & quia auctio quoad actionem potest intelligi multipliciter; tum quoad sphæram actiuitatis augeri, 2. quoad vincendum, & resistendum contrarijs, & constat vtroque modo augeri, tam quoad intensionem actionis, & hæc porrò esse maior, vel respectu actionis, & effectus, quæ intra sphæram priua esse poterat à virtute solitariè accepta, vel supra perfectionem gradualem virtutis. Et in hoc sensu quæstio hæc intelligitur .i. An virtus intensa vt quatuor, vnita cum alia virtute vt quatuor, possit producere actionem, & effectum vt quinque.

3. Not. Opiniones de hac quæstione sumi posse à dubitatione præcedenti: nam alij putant ex extensione augeri virtutem intensiuam, alij ex multitudine partium virtutis vnitarum ex densitate: Alij verò virtutem agendi intensiuè supra propriam intensionem gradualem non augeri, neq; ex extensione virtutum, neque densatione illarum.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

PRima Concl. Ad agendum requiritur, vt agens principaliter, vel eminenter contineat formam, quam debet inducere in passum illâ priuatum. Prima pars patet: nam agere est communicare se: nemo autem alteri communicat, quod nō habet, ergo agens debet prædicto modo præhabere formam illam. Conf. Quia agere oritur ex perfectione, quare ex actualitate: nam esse actu est perfectio: esse verò in potêtia, est imperfectio. Hic verò actus aliquando est eiusdem rationis cum effectu, aliquando alterius. Vnde oritur ratio agentia vniuoci, & æquiuoci. Secunda pars patet: quia pati est recipere, quod prouenit ex indigentia: nemo autem indiget re, quā habet. Vnde priuatio est principium passionis: quod Arist. 1. phys. initio tertij docuit. Vnde 8. phys. deduxit: quicquid mouetur, ab alio moueri: Resp. satis est, effectum præhaberi in virtute actiua agentis: nam perfectio in agente intenta requiritur, in quantum fundat actiuitatem, quod si illa actiuitas hêtur ex agente tunc habetur perfectio sufficiens ad agendum. *2 Agens principaliter vel eminêter debet continere formam.*

Resp. actiuitatem fundari in perfectione agentis, hoc autem fundamentum cōsistit in hoc, quod perfectio agentis contineat secundum esse formale, vel eminentiale effectum, quod si non contineret, non posset fundare actiuitatem illorum effectuum: nam continentia effectus est prior actiuitate.

2. Concl. Actiuitas formæ crescit aliqua ratione ex multitudine formæ, siue secundum extensionem, siue secundum densitatê. Patet: quia vtroque modo crescit formæ perfectio, ergo virtus, & actiuitas illius: quia virtus sequitur formæ perfectionê, vnde cæteris patib. quæ res plus formæ habuerit, plus habebit actiuitatis. Conf. experientia: quia metallum à paruo igne non liquefit; à maximo verò liquefit; cum ferrum eodem modo sit applicatum agenti. Et conf. quia magis vritur ex calore ferri, quam ex calore flammæ, etiamsi flā- *Quomodo crescat actiuitas formæ.*

ma habeat calorem intensiorem: quia ibi est plus formæ secūdum extensionem, & multitudinem partium. Conf. 2. ex phys. t. 80. vbi ait, in maiori magnitudine esse maiorem virtutem, alioqui pars esset æqualis toti.

Dices. Esse maiorem virtutem in multitudine virtutis, sed non respectu vnius effectus, sed plurium: nam sicut sunt plures virtutes, ita possunt in plures effectus. Resp. Plures virtutes posse dupliciter comparari ad effectus, primo diuisim. i. quādo sigulæ concurrunt ad proprios effectus, & hac ratione nō producitur perfectior effectus, sed plures similes. Secundo coniunctim quatenus vniuntur ad vnam actionem, & ita possunt producere vnum effectū perfectiorem aliqua ratione, siue quoad modū operandi, siue quoad substantiam effectus, sed intra latitudinem perfectionis intensiuæ agentium, vt infra explicabitur.

3 In quo consistat illud augmentū virtutis.

3. Concl. Hoc augmētū virtutis primo consistit quoad modum operationis, vt scilicet velocius fiat actio: quia facilius superant contrarium. Ex quo primo potest contingere, vt forma minus intensa excedat intēsiorem in actiuitate quoad modū operandi, propter maiorem multitudinem formæ: nam actiuitas quoad modum crescere potest, tam propter multitudinem agentium simul vnitorum, quam ex intensione formæ.

Dices. Modus agendi velocior dicit maiorem intensionem in actione, ergo extēsio confert ad intensionem. Resp. velocitatem esse motus intensionem, multi, præsertim ex recentioribus negant: quia nunquam sunt plures partes simul in eadem parte, sed successiuè, licet sub breuiore tēpore, quam quando est motus tardior per idem spatium. Resp. 2. siue dicat veram siue similitudinariam intensionem, non obstare conclusioni: quia velocitas non oritur adæquatè ex intensione virtutis, sed ex varijs circumstantijs, resistentia minori agentis, tum ex multiplicata virtute extensiuè: vnde inferre vnam causam præcisè est fallacia consequentis. Resp. 3. quādo effectus est à causa vniuoca habente latitudinem, tunc habet locum conclusio. At motus non est à virtute actiua vt causa vniuoca, sed æquiuoca: nam intensio motus, & virtutis motiuæ sunt diuersæ rationis, sed de hac re alibi. Secundo consistit hæc magnitudo virtutis ratione sphæræ: nam cum augetur agens, augetur etiam sphæra actiuitatis: nam in auctione extensiua patet: quia cum repleat maius spatium, applicatur pluribus partibus sphæræ: In auctione verò ex densitate materiæ probatur: quia virtus vnita est fortior ad agendum. Cum autem ex densitate plures partes caloris v. g. quæ erāt dispersæ in maiori spatio magis vniuntur ad agendum, inde sequitur auctio actiuitatis etiam extensiuæ. Tertio quoad aliquē effectum: nam duo agentia poterunt producere vnum effectum, quem singula non possent, modo effectus non superet perfectionem alicuius, vt patet ex liquefactione metalli, & explicatur à Victoria: nam duæ candelæ perfectius lumen producunt in aere, quàm singulæ per se: cum tamen lumen ab vtraque productum non sit perfectius, quàm singulorum luminarium. Et ratio est: quia duo agentia possunt se iuuare ad agendum intra latitudinem suæ perfectionis, & ad vincendum subiectum, si in eo est aliqua dispositio. Vnde fit, vt duo possint portare lapidem, quem singuli nō possent: quia scilicet superant resistentiam lapidis. Vnde sicut crescit proportionaliter effectus, scilicet portatio plurium partium rei grauis; ita proportionaliter crescit virtus agentis.

Motus est à causa æquiuoca.

Duo agentia possunt effectū producere quē non possunt singula.

Virtutes inter se vnitæ sūt inæquales singulis.

Dices. Qua ratione effectus secundarius v. g. caloris. vt est liquefactio metalli, potest sequi, si effectus primarius, qui est calefactio, & calor non est maior: nam in eadem materia æqualibus virtutibus applicata, debet consequi æqualis effectus. Resp. de hac re exactè agendum in 4. meteororum: Nunc virtutes esse quidem æquales inter se, sed simul vnitæ sunt inæquales singulis, sicut totum est maius sua parte, & hinc fit, vt effectus tam primarius, quā secundarius sit maior, intra latitudinē intēsionis singularum virtutum: tum quia superant ex vi multiplicatæ actiuitatis resistentiam materiæ, quam singulæ non poterunt diuisim sumptæ; tum quia calor in materia ab vtroque productus est intēsior, quā quæ produceretur à singulis, non quidem supra, sed intra intensionem gradualem qualitatis, vt infra.

4 Ex maiore multitudine extēsiua agentis nō pōt simile in gradu agere in simile in gradu.

4. Concl. Simile in gradu non posse agere in simile in gradū, etiamsi sit maior multitudo extensiua agentis. Primò probari solet ex eo, quod non esset ratio, cur pedale, & bipedale æquè intensa non intendant se inuicem: nam bipedale propter multitudinem caloris habet maiorem

virtutem, quam pedale. Vnde cōsequitur, vt etiā posset intendere seipsum: nam sesquipedale posset intendere reliquam partem. Neque obstat continuitas; quia cum hæc efficiat perfectiorem applicationem, potius iuuabit. Conf. experientia: quia vasculum aquæ si immergatur in cisternam, non fit aqua frigidior, quam ipsa cisternæ aqua, & patebit ex conclusione sequenti. Cōtrariū docent aliqui ex multis experientijs. Prima: quia si vinū in cisterna ponatur, parum frigescit, & si multū aquæ sit, multum frigescit. Neque dicas, citius frigescere, sed nō magis: quia si p tres dies ponatur in loco, vbi est parum aquæ, non magis frigescet, quam si fit ibidē vno die. Idem patet in aqua posita in puteo, in quo si sit multa aqua, multum in frigidat, si parua, parum: & idem patet in niue, quæ cū pauca est, non ita infrigidat fructus, vt multa. Resp. hæc per accidēs oriri; tū quia multa aqua magis resistit reactioni passi. Vnde conseruat magis intensionem suæ formæ: tum quia cum habeat sphæram maiorem, melius dominatur passo: tum quia vincit melius agentia contraria, quæ agunt in passum; & ideo producitur qualitas intensior: nunquam tamen producitur qualitas intensior, quam sit in ipsis agentibus.

Contraria multa experientia afferunt.

5 *Probabiliter multitudo formæ vnitæ ex densitate materiæ nō efficit maiorem virtutem agēdi intēsiuè.*

5. Concl. Probabile est, multitudinem formæ vnitæ ex dēsitate materiæ nō efficere maiorem virtutem agendi intensiuè, quam sit intensio formæ: patet primo ex Arist. qui tex. 48. & alibi docet, nihil agere in simile.

Dices, esse similitudinem in gradu intensionis, non in multitudine, & virtute formæ. Sed contra: quia eadem ratione deberet agere in aliud æqualiter intensū, & extensum: nam cum subiectum careat illo gradu intensionis, qui continetur in virtute agentis, poterit ab illo agente illū reijcere. Vnde ēt posset agere in seipsum; nam si ferrum calidum vt quatuor habet vim producendi quintum gradum caloris, cum ipsum habeat potentiam receptiuam eiusdem gradus, cum illum reciperet ab alio, habebit hoc ferrum omnia necessaria vt possit se calefacere. Nihil enim requiritur ad actionem, nisi potentia actiua, & passiua cum applicatione. Conf. primo, quia duo agentia se possent mutuo intendere vsque ad summum gradum: nam calidum vt quatuor densum poterit agere in rarum vt quatuor quintum gradum, & deinde hoc rarum poterit producere quintū gradum in subiectum receptiuum illius, ergo in denso poterit producere quintum gradum: quia si esset aliud agens calidum vt quinque, certè posset intendere calorem subiecti densi. Quare etiamsi fuerit productus ab ipsomet subiecto denso; & deinde hoc poterit producere in rarum sextum gradum, & sic consequenter vsque ad summum. Et similiter idem posset intendere seipsum secundum varias partes, scilicet si calor sit extensius per duos palmos, calor, qui est in palmo cum dimidio, agere poterit in reliquam partem. Et similiter si essent tria, singula duo possent intēdere tria. 2. Patet ex principijs Aristotelis; quia inter agens, & patiens requiritur dissimilitudo, & contrarietas, primo de gen. 50. & 51. & 78. animatum, inquit, non agere in inanimatum: quod 4. phys. 48. & 8. phys. 30. etiam docuerat; per animata autem intelligit, quæ sunt eiusdem rationis, vt Phylop. D. Thom. Auerr. & alij. Sed inter illa non esset dissimilitudo, ergò. Resp. primo esse dissimilitudinem non in forma, sed in modo habendi formam. Sed contra: quia non poterit variari actio quoad substantiam formæ, sed solum quoad modum producendi formam: quia substantia actionis sequitur substantiam, & virtutem formæ, & nō modum, quē habet illa virtus. 2. Resp. esse dissimilitudinem quoad virtutem agēdi, & respectu effectus, qui virtualiter continetur in causa; quæ virtus crescit, ex multitudine formæ ita vnitæ, vt sint simul penetratiuè, cum partes materiæ, in quibus est forma, sint per condensitatem penetratiuè vnitæ. Sed contra. Hæc vnio non potest conferre maiorem actiuitatem respectu substantiæ effectus: quia non tribuit perfectiorē actum, & entitatem causæ: actiuitas autem perfectior quoad subiectum effectus sequitur actualitatē, & perfectionem formæ, forma autem condensata non habet maiorem perfectionem, quam quādo erat rara cum maiori extensione. Vnde si Deus duo agentia æqualia efficeret, vt se penetrarent, illa non producerent perfectiorem effectum, quam in se haberent: nā maior illa perfectio effectus debet communicari ab agente, atq; adeò contineri in agente. Et ad hanc reducitur ratio Suarij: quia in forma remissa, quantumuis multiplicata, non continetur maior virtus intensiua formaliter, vt concedunt; neque eminenter, cum illa forma sit secundū species eiusdem rationis in omnibus partibus subiecti

Inter agēs, & patiens requiritur contrarietas.

6 *Vnio ex multitudine formæ non potest conferre maiorem actiuitatem respectu substantiæ effectus.*

iecti simul, vel diuisim sumptis: at eminẽtialis cõtinẽtia requirit perfectiorẽ formã sm̃ naturas, neq; cõtineri virtualiter, & differt ab eminentiali: quia hæc tãtũ reperitur in causa instrumentalis, qualis non est hæc de qua agimus. Quod conf. nã si calidum vt quatuor ageret in frigidũ vt octo æqualis densitatis, non posset ab illo expellere, nisi quatuor gradus frigiditatis, & introducere quatuor caloris: nam vnio illa formæ non efficit aliud, nisi vt illæ plures partes formæ agant per lineas breuiores: quia melius applicatæ sunt eidem passo: nam alioqui posset ab illa expellere omnes gradus frigiditatis, producendo successiuè vnũ gradum caloris vsque ad octauum.

7 *Tertia probatio ex fine actionis.*

3. Prob. Quia est contra finem actionis: nã actio fit propter assimilationem passi. Sed si ageret, faceret potius dissimile: quia forma intensa vt quatuor est dissimilis formæ intensæ vt quinque, contra id, quod dicitur, esse dissimilitudinem quoad plures partes formæ, & in virtute. Obijcitur: quia similitudo, quæ intenditur ab agẽte, est, quæ per se oritur ex actione, sed ea actione nõ intenditur similitudo, quæ oritur ex parte qualitatis subiecti; ergo. Maior probatur: quia intenditur, quæ fit; nam omnis alia est per accidens. Minor prob. quia secũdũ illam non attenditur similitudo, sed æqualitas, vel inæqualitas, vt v g. vnum album non dicetur dissimile alijs duobus, sed simile secundum albedinem, & inæquale secundum quãtitatem: tum quia talis similitudo est impossibilis inter subiectum rarum, & densum: quia vnum non potest esse æquale pluribus vt sic. Nec dicatur, cõpensari partes existentes in subiecto maiore, ex partibus intensionis pluribus: nam & hæc multiplicatio graduum intensiua est a multiplicatione extensiua diuersæ rationis, & per illam intensionem fieret potius maior dissimilitudo in gradu, manente inæqualitate in partibus secundum quantitatem, & etiamsi hæc fieret, adhuc fieret dissimilitudo in eo, quod est per se ex actione, & similitudo in eo, quod est per accidens. Tum 3. quia sæpè passum est magis extensum, quàm agens, & tamen producitur in illo tota intensio agentis, ergo.

Agens intẽdit assimilare sibi effectum in forma in gradu intensionis.

Dices. Efficere similitudinem quoad plures partes eiusdem intensionis, quam cum non potest producere, producit intẽsionem caloris. Sed contra. Agens non intendit assimilare sibi effectum, nisi in forma secundum gradus intensionis, non extensionis: quia hoc est per accidens, & sæpè maior consequi potest in effectis extẽsio, quam sit in agente; nam multitudo vel paucitas formæ non pertinet ad formam, vt qualitas est, sed vt quanta. Vnde non est dissimilitudo in forma, sed in quantitate, inæqualitas. Et posito quod agentia sint plura, & passum vnum, impossibile est esse talem æqualitatem, neque ea inæqualitas potest compensari per intensionem: quia sunt perfectiones diuersæ rationis.

Sæpè maior sequitur extẽsio in effectu quam sit in agente.

Et confir. quia agens vt quatuor rarum non deberet intendere similitudinem in gradu, cum agit in subiectum densum: quia cum agit in omnes partes subiecti densi, in hoc deinde esset maior multitudo partium formæ, quàm sit in agente. Confir. quia si frigido, & calido vt quatuor applicetur corpus rarum, habens quatuor gradus caloris, & totidem frigoris, sequeretur, hoc simul calefieri, & frigefieri: quia corpus illud densum habet virtutem producendi, & quintum gradum caloris, & quintum frigoris. Confir. 2. quia ignis densior, qui est calidus vt octo, haberet virtualiter virtutem producendi calorem maiorem, quàm sit in se, vnde extenderetur latitudo. Quartò sequeretur, potentiam rectè dispositam, positis omnibus circumstãtijs, errare circa proprium sensibile: nam si sit calidum vt quatuor in materia densa, hic calor producere poterit calorem vt quinque. Vnde sensus iudicabit esse magis calidũ, quam sit; de qua re in libris de anima, dum tractabitur de tactu calloso. Quintò quia si ex densitate augeretur virtus agendi, agens densum haberet vim producendi qualitatẽ infinitè intẽsã: quia si duæ partes caloris vniãtur, posset plus caloris produci, q̃ quatuor &c. Sed in parte dẽsiori sunt vnitæ infinitę partes caloris; ergo. Cõf. ex Bãn. Quia calidũ vt 4. dẽsũ posset intendere calorẽ vt septem: nam si calor densus vt quatuor potest producere quintũ, si magis densetur, magis calefacit, atque adeo poterit ita densari, vt possit producere octauũ gradũ. Sexto prob. à priori, densitas non ęst actiua, ergo addita alteri non tribuit formaliter actiuitatem. Consequentia patet, tum quia forma non põt dare formaliter aliud quam in se habet: tum quia vnit res, vt sunt in se, ergo partes albedinis, quæ non sunt actiuæ non reddit illas actiuas, & sic de similibus, ergo quando vnit partes actiuas intensas vt quatuor, non potest dare illis intensiorem actiuitatem, quam in se

8 *Sequeretur potentiam õnib. positis errare circa proprium sensibile.*

Probatio à priori.

illæ partes habent: quia effectus formalis illius est vnire partes, vt suos in se. At inquies; partes ex vi dẽsitatis fiunt actiuiores, quam si essent eędem partes in materia rara; ergo ipsa addit actiuitatem. Et qui opinantur densationem, & rarefactionem cõsistere in exclusione, & inclusione corpusculorum. Respond. densum esse magis cõtinuum: quia excludit corpuscula impedientia actionem virtutis densatæ; at rarũ illa includit. Sed vt suo loco dicetur, vel ex hoc argumento perspici potest vanitas illius opinionis à recẽtioribus ab inferis excitatæ: nam corpuscula sunt diuersi generis, quorum aliqua adiuuant, alia impediũt actionem, cum tamen semper virtus in raro subiecto sit minus actiua.

Ego Resp. non fieri magis actiuam ex additione actiuitatis, sed ex conditionibus agentis, qualis est vnitas virtutis, maior approximatio, resistentia contrarij, & similia, vt infra.

ART. III. *Proponuntur argumenta aduersariorum.*

9 *Quomodo virtus vnita sit fortior.*

PRimò Obijcitur ex Marsil. Virtus vnita est fortior seipsà dispersà, præcipuè cum multiplicantur agentia, & agunt per meliorẽ applicationẽ, ergo. Conf. 1. Ferrũ ignitũ carens summo calore potest ignire stuppam, & in flamma stuppæ est intensior calor, quam in ferro ignito. Conf. 2. quia lumen receptum in speculo cõcauo habet vim producendi calorem debitum igni; quem non haberet, si idem lumen reciperetur in aere: & duo luminaria æqualia applicata eidem passo, magis illuminarent, quã vnum. Conf. 3. Si agit citius, ergo citius superat resistentiam passi, & ipsum etiam magis resistit, ergo intensiua operabitur. Conf. 4. ex multiplicata grauitate plumbi, ex qua sequitur effectus intẽsior: quia velocius peruenit ad terminum, in quo consistit intẽsio effectus virtutis motiuæ. Cõf. 5. Cũ duo vniuntur, possunt ferre intẽsius põdus, quã singuli p se; cũ tamẽ ex vnione nõ intẽdatur virtus ipsorũ motiua. Conf. 6. Quia proportio maioris virtutis cõsistit in eo, vel quòd efficiat æqualem effectum, sed vna maior in minori tempore: vel quòd in æquali tempore maior efficiat perfectiorem effectum. Sed conceditur, in breuiori tempore effici à denso æqualem effectum, ac à raro, ergo æquali tempore fiet perfectior effectus. Conf. 7. Agens intendit assimilare sibi passum, vt patet. Sed densum non assimilaret sibi passum in virtute agendi, ergo.

10 *Proponuntur varia experiẽtia.*

2. Probatur varijs experimẽtis: nam plus friget manus ex tactu glaciei, quam aeris, qui congelauit glaciem: & hoc non nisi propter densitatem, ergo densitas non solum efficit, vt actio sit velocior, sed etiam vt sit intensior. Secundò: nam magis calescit manus, si injiciatur in aquam calidam, quã si applicetur aeri, ex quo calefacta est aqua. Tertiò vinum magis frigescit, quam ipsa aqua putei, vt patet experientia eorum, qui bibunt: & hoc esse non potest, nisi quia vinum frigescit à frigore recepto in vase dẽso. Vnde qui frigidius volunt bibere, aquam ipsam ex puteo extractam in vase aliquo contentam in eundem puteum injiciunt. Quartò patet: nam si ferro non candenti, sed iam calefacto, injiciatur sulphur, producitur flamma, à qua accenditur fax; & tamen si idẽ sulphur injiciatur in panniculum magis calefactũ, non gignetur flamma. Conf. ex calce, quæ vbi per antiperistasim incaluerit, si injiciatur lignum, hoc comburetur, etiamsi in calce non sit formaliter ignis.

Guttæ aquæ æqualiter cadentes excauãt lapidem.

3. Ex Suar. actus æquales multiplicati intendunt habitum: & guttæ aquæ æqualiter cadentes excauant lapidem: & aer in hyeme congelat aquam: quia intendit frigiditatem aquæ vltra gradum, quem in se habet; quia si haberet in se tantum gradum, etiam condensaretur, & fieret aqua.

Explicatur Aristot.

4. Prob. authoritate Arist. qui ait, virtutem in quantitate infinita motiuam in non tempore; & si esset ignis infinitus, omnia combureret, ergo extensio dat intensiorem actionem. 5. Prob. ratione à priori: nam quando agens impeditur agere in totã suam sphæram extensiuè, intensius aget per reflexionem intra sphærã, in qua non impeditur. Sed plures partes formæ cum densantur, non possunt agere in totam ipsarum sphæram extensiue, ergo agent intensius in passum, circa quod non impediuntur. Maior patet ex lumine, & calore ipso, qui magis calefaciunt in fornace, quam si non ita continerentur. Minor prob. quia partes agentis extensi in eandẽ partem subiecti agunt per plures lineas; cum verò densantur, non agunt per plures lineas, ergo actio, quãm illi tollitur in extensionẽ, debet cõpensari in intensione. Conf. Quia calidum densum habet in se virtutẽ producendi totam formam, quam habet in se, ergo cum in subiectum rarum non possit producere secundum extensionem,

&

11

Quomodo lumen in aere intendatur ex lumine speculi.

& multitudinem: quia incapax, producit saltem secundum intensionem. 6. Videmus experientia, quod lumen in aere intendatur *ex lumine speculi* reflexo; & tamen in speculo est lumen remissius? Resp. negando, lumen in aere intendi à lumine speculi, sed à corporis luminosi lumine: nam lux solis cum ad distantiam sibi adæquatam non possit producere lumen, producit in subiectum propinquum intensius: quia vt virtus ad plura applicata est minor in singulis; ita ad pauciora est fortior in singulis, ergo intensior intra latitudinem suæ virtutis. Et sic ignis conclusus in aula fortius aget, quàm extra aulam. Sed hic modus reflexionis propriè non sufficit ad saluandas omnes experientias contingentes in hac actione reflexa. Primo quia si est fortior actio ex eo, quod obijciatur corpus impediens; tunc quodlibet corpus oppositum, & æquè impediens actionis extensionem, efficeret æqualem intensionem: quia præberet æqualem occasionem primo agenti, vt intendat actionem: at hoc est contra experientiã; quia non sic res nigra vt alba, nec alba vt speculum efficeret intensionem; tum 2. quia sic æqua proportione deberet fieri per totam sphæram: quia fortior illa actio, vel applicatio virtutis æqua proportione ad totam illam fieret: hoc est contra experientiam: quia fortior est actio in partibus propinquioribus corpori, à quo fit reflexio. Resp. 2. alij, interuenire propriam efficientiam corporis, à quo fit reflexio; nam per formam receptã à primo agente agit in medium, per quod actio prima agentis vsque ad illud corpus deuenit. Et ideo prima actio dicitur directa; altera verò dicitur reflexa. At contra quia cur medium, quod recepit formam à primo agente, non agit in corpus oppositum, sed potius patiatur? Sed resp. prouenire ex peculiari conditione talis corporis, & qualitatis: quia lumen non est actiuum, nisi recipiatur in corpore denso extenso. Vnde luna plus illuminat, quàm aliæ eiusdem orbis partes ob densitatem, & quia reflexio semper fit à corpore denso ad rarum; ideo potius est illa actio à tali corpore, quàm contra. Et idem dicitur de reflexione caloris. Sed contra: quia sequeretur agens vel fortius agere in distans, quã in proximum subiectum ob dispositionẽ illius; vel agens remissius, aut æquè intensum agere in subiectũ simile ob solã multitudinem materiæ. Resp. aliqui, cum lumen sit superioris rationis, potest magis calefacere, quam aliud lumen, ob densitatem materiæ. Sed contra: quia licet hoc respectu caloris dicatur, non tamen respectu luminis dici potest. Ideo Resp. 2. alij negãdo actionem reflexam augere lumen per auctionem luminis verũ; sed secundũ apparentiam: quia corpus tersum magis mouet visum. Sed contra: quia apparet, aerem ipsum ob reflexionem magis lucere, & in eo obiecta melius apparere. Resp. 3. alij, in medio non intendi lumen, sed aliud produci à corpore luminoso per reflexionem. Neque est absurdum, duo lumina esse in eadem parte subiecti, vt probabile est per reflexionem à speculo causari nouã speciem obiecti in medio. Sed cõtra, quia non conuenit cum opinione aduersariorũ de indiuiduatione accidentium, & de repugnantia duorum accidentium eiusdem speciei in eodem subiecto. Secundo hinc fit, lumen corporis densi esse diuersæ rationis ab eo, quod est in raro, vel productũ effici ab aliqua qualitate corporis densi, quod sine fundamento dicitur. Resp. alij speculum ob maiorem dispositionẽ recipere maius lumen, atque adeo per nouam, & diuersam actionem intendere lumen in medio. Vel dici põt, lumen corporis densi adiuuari à primo agente, ad intensionem luminis in medio, sed de hac re infra.

Soluitur obiectio ab alijs per propriam efficientiam corporis.

An duo lumina possint esse in eadem parte subiecti.

ART. IV. *Pro solutione argumentorum explicatur, ex quibus causis adiuuetur actio agentis, & ex quibus impeditur.*

12

Ex triplici causa actio potest adiuuari, & impediri.

DIco primo. Actionem posse adiuuari, vel impediri ex triplici causa. Primo ex parte agentis. Secundò ex parte passi. Tertiò ex parte medij.

Dico 2. Ex parte agentis quãtitas agentis adiuuat actionẽ. 8. phy. 80. vbi docet in maiori corpore esse maiorem virtutem. Et 3. phys. 44. vbi ait, non posse esse corpus infinitum: quia omnia destrueret. Et primo Meteor. c. 3. vbi docet, debere elementa habere aliquam proportionem ad inuicem in quantitate: quia si vnum alterum valdè excederet, non possent conseruari, sed vnũ alterum absumeret. Idem colligitur ex multis locis 6. & 7. physic. Et constat experientia maiorem ignem magis calefacere, quam minorem, vt patet in fornacibus, quibus liquescit crystallus, & metalla: quæ

Maior ignis magis calefecit quam minor.

non

non liquesceret si per annum essent approximata paruo igni. Idem patet: nam duo lumina etiamsi sint æqualia, magis illuminabunt eandem partem subiecti, quam vnum tantum. Et ratio est: quia quo agens est maius, eo agit secūdū plures partes. Et quia secundum illas partes occupat spatiū, applicatur diuerso modo partibus subiecti: quia eidem parti secundum vnam partem est proximius, quàm secundum aliam. Vnde non est multa difficultas: quia cum agens applicetur secundum plures sui partes pluribus partibus passi, quibus non ita potuerant applicari partes agentis minoris, aget in plures partes: & proinde maior actio sequetur. Sed difficultas est, quando est agens maius secundum partes, quibus non attingit, neque est melius applicatum passo: nam cum illæ partes non intendant virtutem partium proximarum, quid conferunt partibus tangentibus, vt sequatur maior actio, vt v. g. cum metallū ponitur in medio fornacis, hoc tangitur tantum ab igne propinquo, quid huic conferat reliquus ignis, qui est in extremis partibus fornacis ad liquefactionē? Resp. Pomp. tract. de react. sect. 2. c. 17. partes remotas roborare partes propinquas, vt fortius agant: quod probari potest; tum quia videmus fieri maiorem actionem, non solum si multiplicantur partes agentis circa diuersas partes passi, sed etiam si multiplicentur partes agentis, respicientes eandem partem passi: tum quia videmus aliquos effectus fieri à maiori agente, qui non possint à minori, etiamsi minor vndique applicetur passo, vt metallum, quod non liquescit à parua flamma, etiamsi vndique ambiatur, cum tamē in fornace liquescat. Sed non explicat, quid sit hæc corroboratio. Aliqui dicunt esse quandam dependentiam, quam habent partes homogeneæ ad inuicem in sua actione, ita ut vna alijs præsentibus, plus possit agere, quàm si esset sola. Sicut lumen propter dependentiam, quam habet à luminoso potest illuminare corpus directè obiectum, non autem quod obijcitur indirectè, nisi per reflexionem, & per reflexionem potest intensius lumen producere, quàm sine reflexione, & tamen non potest explicari, quid conferat luminosum lumini, vt agat, nisi ponamus esse dependentiam luminis à luminoso, vt agat. Sic etiam videmus calorem conseruari in aere, præsente igne: sed hoc remoto calor statim deficit. Ego hoc dictum neq; improbo, neque satis probo. Quare dico corroborationem sitam esse primo: quia cum aliquæ partes agentis maioris sint extra sphæram passi reagentis, poterunt hæ partes conseruare, & restaurare partes repassas, quæ sunt proximæ passo. Secundò quia ex corpore maiori plures vapores, & exhalationes emanant, quàm ex minori, quæ maximè iuuant actionem: nam & applicantur pluribus partibus passi, & perfectius applicantur, cum permeant per poros. Tertiò quia superant melius resistentiā passi: quia agunt secundum plures partes in passum. Quartò quia defendat à contrarijs, tum partes proximiores agentis, tū etiam, quia resistunt agentibus contrarijs in passum: nam cum augeatur sphæra ex quantitate agentis, debilitat contraria, etiamsi sint valdè distantia. Illud tamen est notandum, quod sicut est certa sphæra actiuitatis; Ita est certa sphæra huius corroborationis: nā si Ignis bipedalis applicetur passo secundum vnam extensionem, plus aget, quàm pedalis. Si autem applicetur ignis decem milliariū, proxima pars ignis non roboraretur ab extrema pedalitate ignis: quia sicut passum est extra sphæram actiuitatis illius pedalitatis; ita etiam proxima pars ignis est extra sphæram roborationis. Vnde non plus ageret, quàm si esset vnius milliarij circa hoc passum. Quintò emittit etiam species intentionales in tactum, quæ repræsentant non tantum calorem immediatum, sed etiam externum, & distantem. Sextò. Quia quando sunt intra sphæram, actio in passum non est præcise à parte proxima, sed à toto corpore, si est continuum, & plus diuisa actio indiuisibiliter ab vtroque. Secundo. Ex parte agentis actionem adiuuat densitas agentis: tum quia plus formæ est in materia densa, quam rara: tum quia illa virtus est magis vnita. Vnde si pedale, cōdēsetur semipedale plus poterit hoc: quia agit in passum per lineas breuiores, & pauciores: nam cum erat extensū, agebat per plures lineas, easq; longiores, vt patet ex mathematicis. Vnde extat illa propositio. Virtus vnita est fortior: quod non intelligitur solum: quia partes agentis magis approximantur passo, sed etiam: quia ipsa vnio efficit, vt actio exeat fortior. Quare si ignis condensetur versus cœlum, ita, ut occupet millesimam partem spatij, quam nunc occupat, plus calefaceret inferiora, quàm nunc, etiamsi sit proximior: quod confir, quia plus humoris causa-

Quo agens est maius eo agit secūdum plures partes.

13 *Lumen indirectè oppositum illuminat per reflexionem.*

Corroboratio in quo consistat.

14 *Actio iuuatur ex densitate agentis.*

causatur in cubiculo ex vasculo aquæ, quã ex tota humiditate aeris; & ignis ex aqua vitis etiam tangens vix comburit, cum tamen ignis in materia densa etiamsi paruus sit, & distans, magis comburat, & hac cæteris patibus: nam aliunde potest crescere actio in agente raro. Vnde exhalatio sicca plus calefacit, quàm aqua calefacta: nam siccitas adiuuat actioné caloris: & quia exhalatio magis se insinuat.

15 *Quomodo fiat actio maior ex densitate.*

Dices. In quo sita sit hæc maior actio, quæ prouenit ex densitate? Resp. primo: Quia citius agit: nam citius superat contrarium ob plures partes agentium vnitas. Secundò etiam augetur sphæra. Vnde si pedale poterat agere per spatium palmare, si condensetur, poterit agere in maius spatium. Tertiò: quia potest agere intensius in illud spatium, in quod non poterat totam suam virtutem diffundere, quàm si esset rarum: nunquam tamen producere poterit maiorem gradum, quam in se habeat. Vnde densitas est dispositio, vt agens possit totam suam qualitatem producere in passo, quam prius non poterat. An etiam intésius operari possit, quam sit sua perfectio gradualis, dicetur infra.

Ex intensione virtutis.

Tertio ex parte agétis iuuatur actio ex intensione virtutis agétis patet ex se, & ad hanc reducuntur omnia annexa, quæ iuuant virtutem agentis, vt siccitas, quæ iuuat calorem. Vnde dicitur lima caloris. Secundo omnia, quæ cóseruant virtutem agentis, ne separatur, & corrumpatur à contrario, vt forma substátialia, vel agens simile propinquum, etiãsi nihil coagat, & alia huiusmodi. Quartò iuuatur agens, si habeat vim transmittendi etiam aliquid ex eius substantia, ratione cuius immediatius operatur, vt patet in ijs, quæ exhalant, & euaporant. Vnde flamma ad maiorem distantiam comburit sursum, quàm ad latera: quia emittit sursum exhalationes calidas, & siccas; Et similiter aqua magis humectat aliquid supra se, quàm ad latera. Et hoc spectat ad meliorẽ approximationem agentis.

Iuuatur ex modo existendi.

Quinto iuuat modus existendi agentis: nam ignis manens vehementius vrit, quàm motus.

Quot modis iuuetur actio ex parte passi.

Dico 3. Ex parte passi primò addiuuatur actio, si in passo sunt dispositiones, quibus disponitur magis ad receptionem actionis, etiamsi dispositio illa sit contraria qualitati inducendæ, vt v.g raritas disponit subiectum, vt magis possit recipere actionem infrigidatiuam ex. 1. Meteor. 3. c. 2. cum de grand. vbi ait; calefactam aquam citius congelari, quod citius infrigidetur. Secundò adiuuant dispositiones connaturales formæ introducédæ. Vnde citius calefit materia rara, quàm frigefiat.

Adiuuat minor resistentia subiecti.

3. Addiuuat minor resistentia subiecti, tam intrinseca, scilicet forma substantialis, vel qualitas, quàm extrinseca, scilicet agentia extrinseca, quæ non impediant actionem circa passũ, puta, si illi essent similia. Dices. Quid tribuit simile simili? Resp. quod sicut agens contrarium bene applicatum producit sibi simile, & corrumpit contrarium; ita contrarium habet virtutem impediendi actionem, dum est præsens, & applicatum; quod patet ex compositione pharmacorum, quæ componũtur ex rebus, quarum singulæ per se maximum inferrẽt damnum; tamen ita inter se temperantur propter actionem mutuam contrariam, vt effectum alium omninò producant. Vnde 4. met. c. 2. in fine. paruam aquam ait citius corrumpi, quàm magnam.

16 *Quot modis actio iuuetur ex parte medij.*

Dico 4. Actio adiuuatur ex parte medij. Primò si medium sit facilius susceptiuũ actionis. Vnde melius calefit aliquid, si intercedat aer, quàm si intercedat paries; vel non sit impedimentum actionis, cuiusmodi sunt corpora opaca, quæ sunt talis naturæ, vt impediant actionem in distans. Secundo si mediũ licet tardius, recipiat tamẽ qualitates secundũ plures partes. Vnde vehementior est actio ignis, interposita lamina ferri, quam aere. Sed hoc forte oritur: quia ipsa lamina magis calefacit. Tertiò si medium sit semper idem: nam alioqui oporteret semper nouum medium disponere. Quartò. Si circa latera impediatur agere, & tantum relinquatur aditus ad passum, vt patet: quia virtus non diffunditur. Quintò vt agens secundum lineam rectam agat in passum: quia ita fit actio. Vltimò determinata sphæra actiuitatis: nam non agit ad quamlibet sphæram; sed circa determinatam, vltra quam non agit, & in ea quoad aliquam determinatam partem agit æqualiter, vt alibi; reliquam verò inæqualiter: ita tamen, vt semper vehementior sit circa partem propinquiorem, de quo infra.

Actio impẽdiri potest ex parte agentis, passi &c.

Dico 5. Actio impediri potest ex quatuor capitibus, primò ex parte agentis, vt si in agente nulla sit virtus. Secundò si in passo non sit capacitas formæ: nam ideo priuatio non est pura negatio, sed priuatio; ideo etiam requiritur dissimilitudo in forma, & similitudo in materia ex 1. de gen.

quod

quod intelligitur respectu actionis vniuocæ, vel corruptiuæ mutuæ: nam aliquod cœlum agit in inferiora, & intelligentia in cœlum, sine communione materiæ. Tertiò, si capacitas sit reducta ad actum: quia nihil agit in simile vt sic: nam vis talis causæ est iā expleta in tali passo. Dices. Etiāsi passum habeat vnam formam, adhuc agens potest producere aliam: quod si non potest, non est ex parte ipsius, sed quia in eodem subiecto non possunt esse duo accidentia numero solum distincta. Resp. Rationem radicalem esse: quia postquam subiecti capacitas est reducta ad actum per vnam formam, non est vt sic in potētia ad aliam similem: quare habet hæc ratio coniunctionem cum alia de pluralitate accidentium in eodem: nam si subiectū posset habere duo accidentia, posset agens illa introducere; sicut si materia est capax duarum formarum substātialium, sicut habet vnam, ita posset produci alia.

Impediri potest resistentia etiā posita subiecti capacitate. Quartò. Etiam posita virtute agētis, capacitate subiecti, & dissimilitudine impediri potest actio ex resistentia: nam quando resistentia adæquat, vel superat virtutē agentis, non sequitur actio, vnde resistentia non est necessaria ad actum: quia potius impedit.

ART. V. *Soluuntur argumenta proposita art. 3.*

17 *Virtus vnita fortior dupliciter intelligitur.* AD primum. Virtutē vnitam esse fortiorem dupliciter intelligi potest: primo, quoad effectus æquiuocos, & ita potest habere effectus maiorem intensionem, quam habeant singulæ partes virtutis densatæ, ob maiorem perfectionem eminentialem virtutis, quam nunquam effectus, quantuncunque crescat, adæquare potest. Secundo in ordine ad effectus vniuocos: & respectu horum dicitur fortior, non ratione intensionis maioris, quam habet ex vi densitatis, seu quoad substantiam actionis; sed quoad circumstantias, seu ratione modi agendi; tum 1. quia agit citius eundem effectum; tum 2. quia superat facilius contrarium, & etiam illi resistit; tum 3. quia agit ad maiorem distantiam, cæteris paribus: quia sicut multiplicantur partes virtutis extensiuæ, ita augentur partes sphæræ; tum 4. quia ob perfectiorē applicationem ad aliquam partem sphæræ agit intensius, quam ageret, si illæ met partes virtutis essent in subiecto raro, non tamen supra intrinsecam intensionē virtutis. Neque licet argumentari ab augmento actionis secundum modum agendi, ad augmentum actionis quoad illius substantiā, quia primum variari potest ex circumstātijs, at secundum non nisi ex augmento virtutis quoad illius substantiam seu intrinsecam, & intensiuam perfectionem.

In poris ferri corporis sunt scintillæ ignis. Ad primam conf. patet ex dictis, vbi ostēdimus, ignem contineri in poris ferri candentis, & aliquas partes ferri etiam conuerti in ignem, addita etiam maiore actiuitate caloris in corpore denso, quam in raro: vnde etiam in corporis rari poris essent aliquæ scintillæ ignis: & quia sunt dispersæ, & non vnitæ, non possunt ignefacere. Ad 2. resp. luminosum posse primo comparari ad alterum luminosum, & de hac comparatione dictum est supra, quo modo inter illud possit esse actio. Secundò respectu medij, quod illuminatur, in quo potest produci lumen, vel à duobus luminosis, vel ab eodem circa medium diuerso modo dispositum, vt est speculum concauum, vel planum. Et quidem primo modo, duo luminaria producere quidem maius lumen:

Luminosū cōparatur ad alterum luminosū, et respectu medij. & differunt Doctores, quo modo sit maius: nam primò Perspectiui dicunt, esse maius extensiuè, nam putant, in medio nō esse vnum lumen, sed duo, eo quod si luminarijs illis opponatur obstaculum, fierent duæ vmbræ, atque adeo ibi prius erāt duo lumina, cum vmbra non sit, nisi priuatio luminis, ergo duæ vmbræ sunt respectu duorum luminum. Sed hoc non omnibus prob. quia illæ duæ vmbræ causarentur ex eo, quod actiones luminarium non vnirentur ad illuminandas partes, ob impedimētum illis oppositum, sicut vniebantur ante oppositionem obstaculi, vt alibi ostendemus. Vnde Suar. di. 18 met. sect. 9. probat, esse vnum, quia agit ad maiorē distātiam, quam si essent distincta: quia singula non possunt ad maiorem distantiam, quam si alterum non esset: sed dici potest vniri ad actionem in subiectum extrinsecum, licet respectu subiecti, in quo inhærent non vniantur in vnitate indiuiduali. Sed cōtra: quia sicut ipsa vniuntur ad vnam numero actionem in subiectum extrinsecum, ita duæ lucernæ ad eādē numero actionem circa tale subiectum. Neque obstat, quod recedente vna lucerna, non recedat totum lumen: nam recedit totum, quod ab vtroq; erat productum, & in eodem instanti producetur lumen minus ab vna lucerna. Neq; obstat,

obstat, quod dicunt de tribus lucernis dispositis non indirectum, à quibus illuminatur medium, post foramen, in quo apparet tria lumina diuersa, producta per foramen, atque adeo in foramine, illa tria vniebantur in eodem subiecto, & tamen erant distincta: nam in foramine erat vnum numero à tribus, quib. opponitur directè, productū, à quo simul cum principalibus luminosis producuntur tria alia lumina, iuxta oppositionem cum singulis tribus.

Secundum alios est maius lumen secundum apparentiā sed repugnat experientiæ.

2. Alij negant, ibi esse maius lumen secundum veritatem, sed secundum apparentiam: eo quod species repræsentatiua luminis sit perfectior producta à duobus, quàm ab vno. Sed hi repugnant sensatæ experientiæ, cum constet, ibi apparere maius lumen; nec est ratio, cur sensus fallatur, & obiecta existentia in illo medio, cum sint magis illuminata, melius videntur. Deinde species, qua videtur lumen in medio, non producitur immediatè à luminosis, sed à lumine, quod est in medio, alioqui repræsentaret duo luminaria, & non lumē, quod est in medio.

18 Resp. 3. alij. A duobus luminosis æquè intensis produci lumen in medio intensius, quàm à singulis; vt patet ex sensu; non tamen intensius, quàm sit intensio luminis in singulis: nam cum luminosum non producat in medio totum lumen, quod habet in se, potest adueniente altero luminoso, adiuuari, ad producendum in medio intēsius lumen; cum actio sit ab illis vniformiter difformis, atque adeo intensius lumen est in parte propinquiori, quam in remotiori: vnde fit, simile in gradu non agere in subiectum simile in gradu: cum habeat minus, quam sit in agente. Quod si ab vno luminoso supponeretur productū totum lumen, & adæquatum, secundum gradus propriæ intensionis, tunc aliud luminosum adueniens non illuminaret illud medium: quia iam inueniret omnes gradus luminis, quos in se habet. Neque placet, quod dicitur ab alijs, quod licet agentia, quorum intensio fit secundum gradus heterogeneos, non possent agere in subiecta similia, tamen quę intenduntur per gradus homogeneos, agere possunt, vt est lumen: tum quia ille varius modus intensionis in diuersis qualitatibus, per gradus homogeneos, & heterogeneos, est à nobis supra reprobatus, eo quod intensio in omnibus fit modo simili: tum quia ostendimus, ab habente quatuor gradus luminis non posse vniri vnum gradum luminis vt quatuor, ei as ferri in subiecto, ob perfectiorem modum essendi illius: tum ex alijs rationibus supra adductis. At inquies. Experientia constat, quò plura accedunt lumina circa idem subiectum, plus illuminari, & in illo res videri distinctius, & perfectius. Resp. Id oriri posse ex duplici causa, vel quia medium non pertingit ad intensionem, quam singula lumina habent; & ideò posse crescere intra latitudinem intensionis, quæ est in luminaribus: Vnde si ponatur, medium habere totam latitudinem gradualem, quæ est in agentibus, tūc non magis illuminaretur, quod videtur experientia comprobari: tum quia dici posset, si quod esset intensius lumen in medio, illud produci immediatè à forma substantiali luminosi: quod dictum habet duas difficultates. Vnam, dum ponitur substantia agere immediatè, per actionem transeūtem. Alteram, quod actio in distans producat intensiorem qualitatem, quàm in medio, seu quàm circa seipsam. Sed de hac re infra. Ex dictis reijcitur 1. Aref. qui d. 3. q. 43. sect. 3. dicit, ibi esse plura lumina, partialiter distincta, & integrantia vnum, tum quia actio, quæ est à duobus luminosis, est vna numero ex vna hæcceitate indiuisibiliter: tum non apparet, qualis sit hęc vnitas totius, nisi per aggregationē, vt albedo, & dulcedo in eodem subiecto, quia omnis vnitas per se, vel est per informationem, vel continuationem, vel intensionem, vel per contractionē differentiarū respectu generis; at hic nulla est ex illis, vt patet discurrendo; ergo vnitas numerica metaphysicè, quæ est partialiter à pluribus partialitate causæ, non tamen partialitate effectus, cum in illo non possit distingui pars ab vno producta, quæ non sit producta ab alio, & totum totaliter à pluribus.

Explicatur experientia qua constat quo plura accedūt lumina circa idem subiectum plus illuminari.

Altera difficultas de lumine producto in medio, diuerso modo disposito, vt v. g. in speculo concauo, à quo producitur calor, qui non producitur in speculo plano. Resp. Luminis naturam requirere densitatem in subiecto. Vnde quo subiectum est densius, eo recipit lumen intensius. Patet quia primum luminosum est densissimū: quare non mirum, si producitur maior calor, ex lumine recepto in speculo: quia est densius; & ideo concipit maius lumen, & concauum magis: quia vniuntur plures radij in vnam partem, seu cum impediatur agere ita directè, circa latera, agit fortius in 19

Natura luminis requirit densitatem in subiecto.

partem directè oppositā; de quo in sententia eorū,qui ponunt actionē fieri in distās, etiamsi non agat in medio, non est difficultas. In alia verò dicitur; quia sicut,cum ponitur obstaculum, agit per reflexionem vehementius,quàm si non fuisset obstaculum; ita in hoc casu poterit producere perfectiorem effectum,ob multiplicationem materiæ; cum præcipuè ignis possit produci in innaturali dispositione. At inquies. Ex illa vnione radiorum,qui sunt ab agente vt quatuor,non potest produci calor vt septem, vel vt octo, qui est necessaria dispositio ad formam ignis. Resp. negādo antecedēs;quia licet lumen multiplicatum in puncto speculi concaui non adæquet intensionem vt septem, vel vt octo, respectu luminis; tamen adæquat illam,respectu caloris,cum lumen sit causa æquiuoca illius, atque adeò perfectioris naturæ,quàm sit calor vt octo Ad 3. conf.

20 Resp. Plura agentia eiusdem intēsionis agere quidem citius,respectu moræ mensurātis actionem;non tamen hinc sequitur, produci terminum intensiorem: siue quia illa acceleratio non dicitur propriè intensio,vt aliqui putant,de quibus supra: siue quia intensio actionis, quoad moram, est distincta ab intentione actionis,quoad terminum; nec vna refunditur in aliam: nam potest produci vnus gradus citissimè, & octauus tardissimè;& quoad aliquam qualitatem,intensio qualitatis est velocissima seu in instanti,vt est productio luminis, & intensio alterius qualitatis vt vnum tardissimè. Imò vna,& eadem qualitas potest secundum eādem intensionem, nūc citius, nunc tardius produci,ex varijs circumstantijs,tam ex parte agentis, quàm subiecti, Quare male ex intensione qualitatis,deducitur intensio actionis quoad moram; et contra. Et conf. Quia lumen vt vnum,potest producere in instanti lumen vt vnum; & tamen quoad modum actionis haberet intensionem,qua nulla maior. Et ratio est; quia virtus motiua respectu motus est causa æquiuoca, Causa autem æquiuoca,etiāsi sit minus intensa, secundum latitudinem graduū, potest tamē producere effectum, qui secundum intensionem habeat plures gradus.

Plura agētia eiusdem intensionis licet citius non tamen terminum producunt intensiorē.

Virtus motiua respectu motus est causa æquiuoca.

Dices; Virtutem intensam vt quatuor,nō posse producere effectum ita intensum, vt producit, quando est vnita cum altera virtute, vt quatuor;ergo ex vnione illarum fit intensior virtus. Resp. negando cōsequētiā; quia intensio illa effectus non oritur ab intensione causæ, sed à multiplicatione causarum, quæ magis superant resistentiam contrarij,quæ est in passo,& medijs. Vnde si grauitas produceret grauitatem sibi æqualem,etiamsi illi addatur alia grauitas, non produceret maiorem grauitatem:quia respectu illius non esset causa æquiuoca, sed vniuoca. Vnde patet ad quartam conf. Diximus enim velociorem fieri motum ex multiplicatione virtutis, siue extensiuè, siue intensiuè, cum motus sit æquiuocè à virtute motiua. Ad quartā respondet Suar. Quādo essentia formæ agentis est diuersæ rationis à forma passi, & eminenter continet illam, quamuis esset in suo ordine remissa,posset esse principium inferioris effectus,etiam intensioris: quia superior forma ratione suæ essentiæ in quocunque gradu, continere potest eminenter totam latitudinem formæ inferioris, nec tunc simile ageret in simile: quia essēt qualitates diuersarum rationum;habentium proportionem in gradibus. Ad 5. Si pondus æqualiter resistere virtuti portatiuæ, siue hæc sit maior ex intensione, siue extensione: vt colligitur ex experientia: nam constat,pōdus bipedale rarum, reductum ex vi densationis pedale, nulla alia varietate facta, æqualē virtutē portatiuā exigere, & sicut augentur partes extensiuæ ponderis, ita & partes portatiuæ, & leuatiuæ:& hinc fit, vt duæ virtutes vnitæ,possint ferre intēsius pōdus,quam singulæ:quia pondus,siue intensius, siue extensius æqualiter premit virtutem, & vires portantis, siue hæ augeantur intensiuè,siue extensiuè. Addo,ad motum velociorem non concurrere solum virtutē,sed etiā figurā mobilis,qualitates medij, & qualitates mobilis, & partes,quas continet leuitantes, vel grauitantes, quibus impediūtur motus contrarij:vt suo loco dictū est. Ad 6.cōf. R. primò. Proportionē illā, quod actio sequatur à maiori proportione intelligi respectu resistentiæ passi, Quod si intelligi volunt de comparatione virtutis maioris,cum virtute minori, tunc intelligi debet, respectu effectus eiusdem speciei,secūdum perfectionem proportionatam virtutibus,quæ comparantur: vt calor vt quatuor, respectu effectus vt quatuor, & calor vt tria respectu effectus vt tria. Quod si fiat comparatio eiusdem virtutis,secundum diuersum modum essendi, vt eadem virtus in subiecto raro,& denso, tunc intelligi debet,quoad modum essendi

Intensio effectus oritur à multiplicatione causarum.

21 *Quomodo superior forma eminenter contineat totā latitudinē formæ inferioris.*

Quomodo distinguitur Actio sequitur à maiori proportione.

di actionis,& effectus,quā effectus nō excedit virtutē causę: quòd si effectus,qui producitur adęquat perfectionem vtriusque causæ, tunc perfectio maior vnius causæ attenditur penes citius, vel penes plures effectus in eodem tempore: quod necessariò dicēdum est secundum ipsos in calore vt octo denso, & raro. Non enim potest attendi perfectio maior caloris densi, quod in æquali tempore producit perfectiorem calorem, cum non detur calor intensior, quam vt octo: quare proportio erit, quod si in minori tempore producit æqualem, in minori producit duos calores vt octo, vt si primum calidum amoueatur, & applicetur aliud frigidum: nam dum calidū rarum vnum tantum subiectum calefacit, dēsum duo calefacit.

Non datur calor intensior quam vt octo.

22 Ad 7. Resp. primò, nō semper ab agente produci effectum omninò similem, vt patet in æquiuocis. Resp. 2. assimilationem non debere spectari quoad ea, quæ consequuntur ex aliquibus dispositionibus, sed quoad essentiam, & perfectionem formæ. Vnde calor coniunctus cum siccitate, ex qua fit actiuior, nō propterea producit calorem se intensiorem, quod quærat assimilationem in actiuitate. Vnde cum similitudo inter agens, & effectum attendatur secundum principium intrinsecum agenti, & non secundum conditiones extrinsecas, si produceret effectum se perfectiorem ratione densitatis, vel alterius conditionis extrinsecæ, nō assimilaret sibi passum in perfectione intrinseca, sed in extrinseca. Vnde esset dissimilitudo quoad gradus, & similitudo quoad actiuitatem sibi additam ex densitate, cum tamē qualitati sit magis intrinseca intensio gradualis, quàm illa actiuitas. Demum id cōstat: quia agens densum non assimilat sibi effectum in densitate, vt patet, dum calidū densum agit in aerem: neque in extēsione suarum partium, vt patet, dum bipalmare agit in palmare subiectum. Quare neque est necessaria similitudo in ea perfectione quæ pendet ex illis.

Non semper producitur effectus omninò similis.

Assimilatio spectanda quoad essentiam, et perfectionem formæ.

Ad 2. principiū ductum ex varijs experientijs. Ad primam præter actionem, quæ fit velocius, Resp. manum magis frigefieri à glacie: quia dēsitas efficit, vt communicet plures gradus, cum magis superet resistentiam manus, & minus repatiatur; at aer ob raritatem plus repatitur: neque potest ita superare resistētiam manus, & præterea exhalatio terrea admixta infrigidat magis, etiam propter siccitatem. Adde cum densatio fiat per species, frigidum densum mittit species intētionales magis motiuas, quam frigidum rarum. Et hinc etiam patet ad 2. confirm. aqua.n.est densior aere, & magis vnit ob grauitatem.

Explicantur experiētiæ in contrarium adductæ.

Ad 3. quæ optima experientia est pro hac sentētia. Resp. Aquam in cisterna habere adiunctas multas exhalationes calidas, & siccas, quæ illam calefaciunt, & efficiūt etiam, ne sentiatur frigiditas aquę: quæ exhalationes cum non possint penetrare vas, non poterunt calefacere aquam, & vinum inclusum. Et ideò aqua in vase facilius potest se reducere ad suam frigiditatem, adiuta à frigiditate ambientis. Et hæc etiam ratio est, cur magis frigefiat vinum, si in aere suspendatur, quàm si intra aquā collocetur: q̄ experientia, si vera est, hanc rōnē habet: quia est magis prope terrā, in qua includūtur aliquæ exhalationes calidæ, quæ non possunt ita facile exire.

Aqua in cisterna habet adiunctas multas exhalationes calidas, & siccas.

23 Ad 4. patet: quia etiam in ferro non candēti est aliquis ignis, & præterea producitur flamma in dispositione innaturali, propter maximam dispositionem sulphuris ad patiendum, & caloris ferri ad agendum: quæ dispositio non est in panno. Vnde non potest communicare totum suum calorem, vt non multum repatiatur: quia tardè agit. Et inde patet ad conf. de qua dictum est supra.

In ferro etiam non candēti, est aliquis ignis.

Ad 3. argumentum. Actus remissiores non intendere habitum intensiorem: sed si qua est facilitas ex multiplicatione actuum, ea oritur ex dispositione aliqua corporis, quæ variatur ex illa multiplicatione, vt alibi ostendi. Neque guttæ aquæ excauant lapidem, sed illum humectant. Vnde fit, vt pars lapidis humectata ex motu vltimæ guttæ expellatur, & decidat. Deinde ex eo argumento nihil prob. contra cōclusionem: quia nec inde fit, simile agere in simile, neque multitudinem agentiū intendere effectum vniuocum. Ad experientiam aquæ congelatæ ab aere dictum est supra, scilicet congelationem fieri à qualitate exiccante, immissam à cælo, vel ex admixtione exhalationum siccarum.

Actus remissiores nō intendunt habitum intensiorē.

Ad 4. argumētum ductum ex auctoritate Aristotelis. Resp. ex illo nihil probari contra nos: quia ignis, cum habeat summum calorem, non est, cur non posset omnia comburere, si illi materia esset applicata. Quare nō mirum, si ignis esset infinitus, omnia combureret: quia omnibus esset corporibus applicatus: & licet secundum aliquas partes repateretur, non tamen inde impediretur combustio: nam pars repassa

Explicantur. Arist.

restauraretur à parte non repessa. Deinde ex hac auctoritate potius probaretur contrarium: nam ibi multitudo, & magnitudo agentis non posset concurrere ad intensionem maiorem, quàm sit in agente, cum habeat calorē vt octo. Ad 5. Densitatē adiuuare actionē. Resp. primò vt agat intensius intra sphæram propriam, nunquam tamen supra suum gradum, vt patet ex calore, vt octo habente dēsitatem: quia fit actiuior, quàm prius, licet non secundum intensionem, sed ob alias rationes, vt dictum est supra. Resp. 2. Densitatem, etsi efficiat, vt calor in eandem partem passi non agat per plures lineas, sed per vnam, vel pauciores magis accedentes ad perpendicularem; non tamen idcirco amittit suam sphæram, immò augetur: nam ad maiorem distantiā vt diximus, aget palmare densum, quàm bipalmare rarum, vt patet ex igne, qui fit ex stuppa, & carbone quercino. Ad 6. Multa ibi sunt dicta: sed veritas patebit ex dicendis infra cum de reflexione: nam aduersarij ex triplici capite putabant simile agere in simile, vel remissius in intensius. Primò ex multiplicatione partium virtutis actiuæ, siue secundum extensionem, siue secundum densitatem. Secundò ex reflexione orta ab impedimento posito virtuti actiuæ, ne posset agere in totam sphæram. Tertiò ex antiperistasi, orta ex obsistentia contrarij. Quare cum dictum sit de primo, dicendum est de alijs.

Dēsitas adiuuat non tamē supra suum gradum.

Secundum alios ex triplici capite simile agit in simile, & remissius in intensius.

DVB. V. *An idem possit agere in se ipsum per actionem reflexam.*

ART. I. *Explicatur quid sit reflexio, & refractio.*

1 PRimò Not. Dictum fuisse, qua ratione aliquid agat in seipsum actione directa, & qua ratione simile in distinctum subiectum simile; nunc dicendum est de actione reflexa.

2. Not. Reflexionem posse oriri, vel ab agente spirituali; de qua infra: vel ab agente corporeo: de qua hic: cum agamus de illa, quæ fit per qualitates corporeas, quæ duo requirit. Primum, vt actio fiat per eandem partem subiecti, per quam facta fuit prior actio. Secundò, vt fit ex eadē vi, à qua prior, impedita ad agendum directē; patet hic conceptus ex reflexione motus localis: nam tunc dicitur corpus moueri ex reflexione, cum mouetur per idem spatium, per quod motum fuerat prius directè, vt patet in pila: & quo magis accedit ad motum per eandem lineam, eò perfectior est reflexio. Et hoc patet in lumine: nam lumen, quod produci debebat per lineam rectam ob aliquod impedimentum, producitur per eandem lineam, qua præcedens lumen fuerat productum.

Vnde reflexio oritur.

3. Not. Difficultatem huius quæstionis oriri ex duabus propositionibus communiter receptis. Prima quod agens simile non agit in simile. Secunda quod omne agens fortius agit in partem propinquam, quàm in remotam: nam ex reflexione videtur neganda altera ex illis: quia videmus in partibus proximioribus corpori obsistenti intensiorem effectum produci: quæ sunt distantiores à primo agente, vt v. g. intensius lumen videtur prope speculum obsistens, quàm in partibus soli propinquioribus, quæ sunt distantiores à corpore obsistente. Vnde si illud lumen producitur à corpore obsistente, tunc non solum simile aget in simile, sed etiam intensius à remissiore, cum lux recepta in speculo sit minor ob distātiam illius à luminoso, quā lumen receptum in aere. Quod si dicant, maius lumen produci in obstaculo, tunc sequeretur, agens intensius agere in subiectum remotum, quam in propinquum.

2 Duæ sunt propositiones ex quibus oritur difficultas.

4. Notand. alium dici radium reflexum, alium refractum alium rectum. Rectus dicitur, qui à corpore luminoso per medium vniforme venit ad oculum, vel aliud corpus. Reflexus dicitur, qui occurrēs medio, vltra quod non potest producere, reflectitur in seipsum, si perpendiculariter cadit supra corpus, vel ad latus. Si lateraliter ad corpus obiectum procedit. Refractus dicitur, qui procedens ad oculum neque seruat rectum, neque reflexum incessum, sed incidens per diuersa media, vel per idem difforme secundum raritatē, & densitatem, necessariò frangitur, vt si ex medio densiori veniret in rarius. Et hi differunt: nam rectus, remotis impedimentis, semper repræsentat obiectum vbi est: refractus verò, & reflexus non semper. Vnde cum visio reflectitur in speculo, apparet obiectum intra speculum. Et similiter cū ex radio refracto videtur obiectum vbi non est, vt patet in sole viso per medium aqueum. Secundò differunt: quia ex radio refracto videtur aliquod obiectum ad aliquam distantiam secundum quam non videretur, vt patet in denario viso intra aquam

Quis radius reflexus, quis refractus, quis rectus.

aquam. Tertiò videtur maior, quàm sit, vt lapides in flumine: qui non conueniunt recto. Sed differt refractus à reflexo: quia ille causat aliquam apparentiam, quam nõ causat reflexus, vt fractura ligni intra aquã. Et contra, reflexus causat aliam apparentiam, vt candela accensa per radios reflexos potest plura loca illuminare, inter quæ est aliqua opacitas, vt si reflecteretur lumẽ ex vno speculo in aliud, & ex hoc in aliud.

Duo anguli incidentiæ, & reflexionis.

5. Notand. Sicut dantur duo radij, alter incidentiæ, alter reflexus; ita duo etiam sũt anguli, alter incidentiæ, alter reflexionis. Dicitur incidentiæ, qui à corpore luminis protrahitur ad superficiem speculi, vel corporis reflectentis. Reflexus dicitur: qui à corpore reflectitur in seipsum, vel in partem oppositam, vel lateralem. Vnde angulus incidentiæ est, qui fit à radio incidente vnà cum corpore reflectente. Angulus verò reflexionis dicitur, qui est in superficie oculi, factus à radio reflexo. Sed vt melius intelligatur natura fractionis.

3 *Quid fractio propriè.*

6. Notand. Fractio propriè significat motum localem, quo corpus diuiditur. Vnde cum radius non sit corpus, ei conuenit per trãsumptionẽ. Vnde Simpl. errauit, putans radium esse corpus. Aluer. verò dicit metaphoricè sumptum esse: nam illa in alterando frangi dicuntur, quæ à rectitudine decidunt ad latus secundum aliquẽ angulum. Sed non apparet, quomodo radij denarij existẽtis in scypho pleno aquã, decidat à rectitudine ad latus. Ideò alij secundò dicunt, non fieri refractionem, vel reflexionem, quod lumen moueatur rectè, & deinde à corpore, cui occurrit, reflectatur, vel refrangatur, vt virga flectitur, vel pila à pariete reflectitur. Sed ita fit, quod species vna est vsque ad medium diuersũ ab eo, per quod cœpit multiplicari, et in alio medio fit alia species: & ideo videtur frangi species. Sed habet difficultatem. An species vna semper sit à principio vsque ad oculum: an verò semper diuersa iuxta partes medij. Sed supponitur, speciem tãdiù esse vnam, quandiù medium facit idẽ, & vniforme: nam propter diuersitatem mediorum acquirit aliquam diuersitatẽ. Et hinc patet, vnde ductum sit nomen refractionis; iam videndum quid sit, quod frangitur. Plato ait esse radium, qui exit ab oculo nostro, qui reflectitur, cum corpus occurrens, eum transire prohibet. Vnde rediens ad nos efficit, vt nos videamus nos ipsos: refrangitur autem, cum propter diuersitatem mediorũ non fertur penitus idẽ ad obiectum: contra quem Aluer: plura, quod scilicet non sit corpus, neque illuminatio obiecti, ob paruitatem oculi: ideo ipse putat refrangi ipsum visibile: nam hoc alterat diaphanum sibi cõiunctum, & hoc aliud, donec occurrat aliquid, quod impediat alterationem secundum rectum, vel variet illam: quare dicitur visibile frangi, & reflecti, quatenus impeditur ab actione directa, vel variatur. Sed hæc videntur cõtra Perspectiuos, dicentes radium refrangi: quia hic causat angulum in puncto refractionis, siue hic radius sit species rei visæ, siue color, vel lux intentionalis. Sed Aluernia omninò negat, formaliter frangi radiũ, sed radicaliter dicit frãgi agens, quod producit radium. Dices. Ex quo corpore fit refractio, & reflexio. Resp. Aluernia ex corpore opaco interius, cum in superficie plana, & leui est speculum. Sed habet difficultatem: quia cum hinc non possit fieri refractio, nisi fit corpus discontinuum ab eo, in quo prius fuit species multiplicata: quod est falsum: nam potest fieri in corpore cõtinuo, modo sit diuersitas secundum densitatem, & raritatem in puncto, vbi debet fieri refractio. Secundò patet, non requiri corpus opacum habens de perspicuo, & superficiem planam, ex refractione denarij, qui multiplicat radios fractos per substantiam aquæ vsque ad superficiem conneaam facientes in superficie angulum magnum, & deinde directè ab aqua per aerem multiplicatur, & hi radij franguntur in superficie concaua aeris, & connexione aquæ, vbi vniuntur. Tertiò quia si radius ex medio raro veniret in densius, à perpendiculari trãsit in fractum. Sed defendi potest: quia radius non dicitur frangi, nisi expendatur; quod fit quando ex raro exit in densum. Vnde alij, vt Niphus dicunt, fieri fractionem, quando media sunt diuersa secundum densitatem, & raritatem, siue sint continua, siue discontinua. Vnde si radius exit à medio denso ad rarum, frangitur ad perpendicularem, & rectum. Si ex raro in densum, frãgitur à perpendiculari à recto. Dices. An radius ex denso exiens in rarum sit à principio ad finem rectus, vel reflexus, vel refractus in medio: non rectus: quia esset æqualis, & continuus à principio ad finẽ: non reflexus: quia illud corpus rarum non habet vim reflectẽdi, ergo refractus. Resp. Niph. propriè non esse refractum: quis hic

4 Vnde fiat refractio, & reflexio.

est

eſt, quando occurrens medio raro frangitur: quod non eſt, quando occurrit medio rariori; quare putat, dici fractum; nam frãgitur in puncto contactus illorum corporum mediorum: nam in medio denſiori eſt expanſus, & refractus: in rariori autem eſt perpendicularis, & rectus ſine refractione, & expanſione. Ex quibus patet, quomodo

Quomodo fiat refractio.

diſtinguatur fractio, & refractio. Dices 3. Quomodo fiat refractio? Reſp. ſecundum imaginationem mathematicorum, oportet concipere ab obiecto viſibili prodire vnam lucem tandiu continuam, & rectam, quandiu medium fuerit vniforme. Quod ſi occurrat medio difformi, illa linea frangitur in duas. Vna vſque ad ſuperficiem primi medij; altera ad oculum, cum hoc tamen diſcrimine, quod quando medium occurrens eſt denſius, linea illa frangitur, & refrangitur; ſed ſi rarum, linea frangitur, ſed non refrangitur. Reſp. 2. ſecundum Phyſi-

Quare dicatur ſpecies refracta.

cos, ideò dici ſpeciem refractam: quia eadem ſpecies per medium craſſius repræſentat obiectum, ſub maiori quantitate, & propterea eſt refracta viſui, & expanſa. Sed in alio corpore rariori eſt alia ſpecies.

ART. II. *An detur actio reflexa ſecundum qualitates.*

5 *Opinio negans.*

PRima Opinio negat; eo quod ſingula agentia actiua diuiſibiliter circa propriam ſphæram ſunt à natura determinata, & non ſolum ad quantitatem ſphæræ, ſed etiam ad perfectionem effectus intra illã, vt ſcilicet perfectius operetur circa partem ſphæræ propinquam, quam remotam, vnde ſi accidit impedimentum, ne agens poſſit diffundere ſuam virtutem in totã ſphæram, non producit circa ſubiectum proximum impedimẽto, effectum perfectiorẽ, quam ſi non eſſet oppoſitum impedimentum. ita Ouiedus de Generat. c. 5. p. t.5. 4. Primo. quia modus à natura determinatus agentium, non poteſt ab extrinſeco mutari, niſi mutetur natura: quia ille neceſſariò conuenit naturæ. Secundo: quia ſi agens in ſubiectum proximum impedimento actionem diffundit per totã ſphæram, produceret perfectiorem effectum, vel ibi produceret omnes gradus, quos produceret per totam ſphærã, vel aliquos; ſed neutrum dici poteſt: nam primum eſt contra experientiam, cum ibi nõ appareat eſſe totum illud lumen, v.g. quod ſol produxiſſet in totam ſphæram, quæ pertingit ab oriente ad occidentem. Neque ſecundum: quia cum obſtaculum impediat illuminari totum ſpatium, in quo eſt vmbra; deberent omnes gradus, qui fuiſſent ibi producti, produci in ſubiectum proximũ obſtaculo: quia non eſt maior ratio vnius, quam alterius.

2. Opinio affirmatiua eſt communis, & patet experientia: nam vbi opponitur impedimẽtum, apparet maius lumen, ſiue ſit intenſius, ſiue multiplicatum, ſecundum indiuiduationẽ, vt videmus in Luna, cuius aliquæ partes ſunt minus illuminatæ, & aliæ magis, ob diuerſitatem illarum, ſecundum raritatem, & denſitatem, ratione cuius non poteſt ita diffundi lumen Solis, vt per partes raras; Neque dicas, apparere maius, ſed non eſſe: quia cum ſit idem obiectum, & in eadem diſtantia, non eſt ratio, cur potentia viſiua, eodem modo diſpoſita vnam partem videat vt eſt, & circa alteram fallatur, circa proprium obiectum. Conf. 2. experientia, qua videmus, æſtate eſſe in prima parte aeris viciniore terræ maiorem calorem, qui eſt ex reflexione luminis, quæ maior eſt ob terræ impedimentum, quæ directe reſpecta à ſole, magis radios reflectat vſq; ad ſecundã regionẽ aeris, quã in hyeme ob radios obliquos, quibus in hyeme ſol reſpicit terrã. Et hæc opinio mihi probatur; tum quia eſt magis conformis experientijs, & rationi:

6 *Experiẽtia opinionis communioris affirmantis.*

nam vt virtus animalis magis conatur, vbi eſt impedimentum, ita proportionaliter dicendum de virtute naturali; tum quia eſt Ariſt. & Peripateticorum, in quibus nõ eſt recedendum, ſine ſolido fundamento, quale nullum habet opinio contraria; vt patet ex ſolutione ipſorum. Ad primum Reſp. agentia naturalia non habere modũ producẽdi, ita indiuiſibiliter determinatũ, vt non poſſit variari ex varietate circumſtantiarum; nam conſtat, habere determinatam ſphæram, & tamen vnitam cum altero augeri ſphæram: nam modus agendi poteſt variari ex varietate materiæ, applicationis, ex diuerſitate contrariorum, & ex cauſis adiuuantibus; quare non mirum, ſi poſito impedimẽto agẽdi circa totã ſphæram, varietur etiam modus diſtribuendi gradus effectus: nam lex etiam naturalis, quæ dictat enſem depoſitum reſtituẽdum eſſe deponenti, ſi variatur circumſtantia, vt ſi deponens ſit furioſus, dicta, non eſſe illi reſtituendum.

Vt virtus animalis magis conatur vbi eſt impedimẽtum ita virtus naturalis.

Ad 2. Reſp. ex oppoſitione impedimẽti

non

non produci circa subiectum proximum obstaculo, omnes gradus, quos producturus esset, circa totam sphæram, & hoc asserit Ouiedus, qui infra concedit, augmentū effectus, ea reflexione: imò neque aliquos ex illis: quia illi sunt distincti numero ab illis, qui producuntur in hoc subiecto, presertim ex hæcceitate sumpta ea parte materię. Quod si quærat, quot producet? Resp. non posse determinari; tum quia pendet ex varijs circumstantijs; tum quia non habemus motiuum, ductum ex natura rei, vel ea experientia; Hoc solū asseuerari posse, causam habentem maiorem sphæram plus producere, dum impeditur.

7 Dices. Luminosum habēs sphærā quinque vlnarum, si primo in prima vlna ponatur impedimentum, ne possit producere omnes gradus producibiles in subiecto, infra quinque vlnas, eos producet in prima vlna: quia cum illos continet, & sit agens necessarium, & subiectum sit capax; non est, cur illas omnes non producat in prima, in qua non habet impedimentum. Resp. Ouiedus loc. cit. 12. 26. agens esse à natura determinatum, vt in distribuendis gradibus, per totam sphæram producat tot in prima parte vlnæ, siue in secunda parte producat alios, siue non: quia hoc est per accidens, respectu productionis in prima vlna: quod confirmat, si ponatur, partes sphæræ, aliquas esse incapaces illius effectus; nam tunc eodem modo producet infra sphærā in partibus capacibus, ac si omnes essent incapaces. Hæc doctrina præbuit occasionem existimādi, ipsum sensisse non augeri qualitatem, dū impeditur agēs agere in totam sphæram. Ego Respond. crescere actionem ex opposito obstaculo, sed iuxta mensuram, à natura determinatā agendi in tali circumstantia: nam sicut agens est à natura determinatum sic, vel sic agendi, circa totam sphæram, actione directa: sic etiam est determinatū, quoad actionem reflexam. Neque obstat, quod omnes gradus producibiles per totam sphæram contineat, & subiectum sit capax: quia impeditur, illos producere actione directa, sicut eos vt producibiles continebat, non tamen, vt producibiles actione reflexa illos omnes continebat: nec mirum, eādem potentiā nō esse determinatā ad actionem reflexam æqualis perfectionis, ac est actio directa; si præcise sumantur.

Ad instantiā, qua petitur, cum non producat omnes effectus producibiles circa totā sphæram, nec æquales illis, secundum perfectionem, & numerum; quia indiuiduationes sumptæ à multitudine partium subiecti; non sunt æquales, cur tot, & tales producat? Resp. cur tales producat, & tot, posse rationē sumi, tū ex determinatione potentiæ actiuæ, & passiuæ, ex quibus sumūtur indiuiduationes effectuum, tum ex determinatione primæ causæ. Et quidem per reflexionem non produci totum lumē, quod esset producendum directe, per totā sphæram, probat Vitell: l. 1. persp. Theor. 3. & 4. Alac. l. 4. prop. 4. & 5. & probant experientia: nam si ponatur domus, habēs fenestram, per quam ingrediantur radij solares, & illis opponatur speculum minus, quam sit fenestra, inde reflectetur pars luminis, & alia pars non reflectetur; Hoc posito cernetur, vt pars luminis non reflexa incidat in corpus v.g. album, positum in terra, & similiter pars luminis reflexa, incidat in aliud corpus album, positum in loco albo, cum tali proportione, vt tātum distet à speculo, & fenestra, quantum distat corpus directe illuminatum, clare parebit, minus esse lumen reflexum, quam quod directe productū, Hoc oritur ex eo, quod lumen quoad reflexionē valde debilitetur.

Cur non producitur omne producibile per totam sphæram.

8 *Quomodo species magis debilitātur, si reflectantur.*

Conf. 1. ex speciebus visibilibus, sono, & alijs, quæ multo magis debilitātur si reflectantur quam si recta ferātur. Dices. Id verū esse, quando reflexio fit oblique, sed non quando fit perpendiculariter. Sed contra. Quia si in dicto casu speculum paulatim inflectatur, vt magis, & magis rectè fiat reflexio, non videmus adeo crescere lumen, vt possit dici per reflexionem venire ad æqualitatē, cum lumine directe producto. Conf. Quia si primum producit lumen directe, & deinde applicetur speculum, vnde reflectitur, videmus, non tantum addi lumen, quantum est lumen non reflexum. Conf. Quia si obliqua reflexione ideo debilitatur: quia reflectitur; ergo etiam erit debilitatio in reflexione recta. Vnde sēper minus videmus per species reflexas, quam directas, siue sit reflexio obliqua, siue recta cæteris paribus, vt patet: nam non ita distincte cognoscimus homines, in speculo quam cum videmus directe. Hic tamē notā, non solum per reflexionem debilitari lumen, secundum intensionem, sed etiam secundum extensionem, & si lumen directe produci debebat, per centum leucas, per reflexionem producitur v. g. per palmum: quod inde patet. Nam sicut si ingrediatur

Lumen secundum intensionem, & extensionem debilitatur per reflexionē.

diatur radius in cubiculum clausum, & ei apponatur speculum, faciens reflexionem in pariete, minus paries ille illuminabitur, quam illuminabitur pars, quæ est retro speculum, per radium directum, tantundē distans à speculo, quãtum distat paries, qui illuminatur per reflexionem; ita etiam res ad maiorem distantiam à speculo illuminaretur directe, quam illuminatur reflexe. Conf. ex reflexione Solis, qui directè illuminat stellas octauæ sphæræ, sibi oppositas, cum tamen per reflexionem vix illuminet vsque ad mediam regionem. Et Ratio est: quia actio v.g. primarij agentis, quo magis est obliqua reflexio, eo magis debilitatur: & hoc etiam confirmatur ex reflexione specierum: nam hæ ad multo maiorem distantiam multiplicantur directè, quam reflexe, vt experientia patet.

Reflexio Solis directè illuminantis stellas octauæ sphæræ.

9 Dices. Radius reflexus semper est maior, iuxta corpus reflectens: quia videmus minus, quo magis distat à corpore reflectē te: vt patet in media regione. Conf. Quia si inciperet à parte remota à reflectente, eodē modo fieret, quocunque corpore apposito: nam illa pars remota, cum non est magis impedimentum obiectum, codem modo reciperet lumen ab agente, qualecunque fit impedimētum, quod obijcitur. Conf. 2. ex reflexione, quæ fit in Echo. ergo non est ratio, cur actio luminis debilitetur per reflexionem. Resp. Vere plus luminis produci in subiecto proximo, quam in remoto ab obstaculo opposito, vt recte probant argumēta; & ratio à priori reddi potest: quia sicut in actione directa, quę incipit ab agēte, maior est circa partem propriam subiecti, quam circa remotam, ita in reflexione: nam cum actio reflexiua incipiat ab obstaculo debet esse maior in suo principio, quam in tempore consequenti. Neq; tamē hinc fit. Actionem reflexam comparatam directè, proportionaliter non esse minorē, siue quia agens est minoris virtutis, siue quia si est principale agens, quia incipit actionem, à parte remota habet actionem debiliorem. Dubitari solum potest, an si præcise compararetur quãtitas luminis producti directè in subiecto proximo obstaculo, cum quantitate luminis reflexe producti, in eodem subiecto, fit maior, an minor, an æqualis? de qua quæst. fortasse alibi.

Plus luminis produci tur in subiecto proximo quam remoto ab obstaculo.

ART. III. *An reflexio ex vi obstaculi conueniat omnibus qualitatibus.*

Negat Arcsius 1. de Gener. disp. 1. q. 42. sect. 9. vbi ait, quod sicut est certum, lumē reflecti, ita calorem, & similes qualitates non reflecti, & probat: quia corpus non potest reflectere intensiorem calorem, quam sit ille, quem recipit, sed nō recipit tantam caloris intensionem, quanta est in medio, ergo non potest reflecte intensiorem calorem in medium, quia intensio fit per gradus heterogeneos. Minor prob. quia corpus est magis distans à primo luminoso, quam medio, at primum luminosum actione directa non potest plus in distans subiectum, quam in proximum. Secundò quia sequeretur, in medio per reflexionem posse produci ignem, vt si ponatur, in medio esse sex gradus caloris, & per reflexionē additis duobus, esset ibi dispositio ignis; at hoc est contra experientiam.

Tertiò: quia si calor ex vi obstaculi reflecteretur, sequeretur, statim in medio produci intensiorem calorem: quia statim esset reflexio; at hoc non est, quia non sentitur, nisi multo post tempore. Quarto sequeretur, calorem per reflexionem intendere seipsum, quod est cõtra experiētiam.

At alij affirmant, & probant experiētia: nam calefactiuum directè calefaciens medium, & apposito impedimento, à quo fit reflexio, ne possit vlterius producere, magis calefacit mediū, sed non per actionem directam, ergo reflexam. Confir. quia calor naturalis magis calefacit corpus vestitum, quã nudū, vnde quia exhalationes impediūtur à vestib. ne exhalēt per reflexionem calefaciunt magis corpus.

Resp. primò, ibi non augeri verè calorē in medio, sed apparere quatenus calor conclusus defenditur à contrarijs, ne diminuatur. Sed contra: quia potest fieri experientia in aere, tempore æstiuo, cum maximè viget calor: tunc enim non adesset contrarium diminuens virtutem caloris producēris, nec calorem productum in aere: tum quia ex vi contrarij non potest in eodem tempore tantum diminui virtus, quantum crescit actio, ex vi appositi impedimenti vt patet ex effectibus liquationis metallorum, & fractione, ac dissolutione lapidum in calcem: qui effectus non possunt prouenire ex calore apparente. 10

Resp. secundò. Etiamsi calor aeris esset maximus, cum facile diffluat, & sit rarus, nō apparet eius calor: at cum intercluditur inter duo corpora, tunc apparet: quia non diffluit, vnde magis mouet sensum; at corpus

Corpus opacum tenacius retinet calorem, & est aptius ad calefaciendum.

pus opacum, ob densitatem tenacius retinet calorem, & est aptius ad calefaciendũ. Sed contra: quia ex prima probatione patet, calorem agentem impeditum magis agere, etiamsi sit ignis, qui est rarior aere, & de calore producto in aere, cum appateat, aerem magis calefieri, etiamsi diffluat, & fit rarus, magis probat actionem augeri ex vi obstcuti oppositi: tum quia potest poni, subiectum, recipiens calorem ex reflexione, esse corpus dẽsum, & solidũ, non diffluens, quod tamen patet, magis calefieri.

11 Ad conf. Resp. 1. Ibi nullam esse caloris reflexionem ex vestibus; quod si apparet calor ille est antiquus, qui per vestes cõseruatur, defendendo ab externo frigore. Sed contra: quia licet vestes defendant à frigore, non tamen inde fieret, vt sentiretur maior calor, sed tantum, ne sentiretur minor, quàm prius: at constat sentiri maiorẽ: quod non potest esse, nisi ex reflexione. Resp. 2. Ibi non esse reflexionem caloris, sed ab exhalationibus calidioribus, quæ cum impediantur exire, reflectuntur ad corpus. Vnde ex prohibita transpiratione corpusculorum calidiorum, corpus magis calefit. Sed contrarium quia, etiamsi impediantur exhalare, nõ inde augeretur calor, & sentiretur maior, quàm prius, sed solum æqualiter, ac prius, cum maneat eadem causa: nam non potest assignari causa illius excessus, nisi oriatur ab ipsis exhalationib. impeditis agere in totam sphæram propter pannos, atque adeo reflexè: tum quia aliquando nullum est impedimẽtum ea parte superiori, ne exhalent, & tamẽ fit maior effectus, vt patet in caminis, & fornacibus supra apertis.

Potẽtia ad plura diffusa est minor ad singula.

2. Probatur ratione: nam sicut potentia ad plura diffusa est minor ad singula, iuxta illud, pluribus intentus minor est ad singula sensus, ita minus diffusa, & ad pauciora restricta, est maior circa idem, & vnum subiectum: est enim proportionaliter eadem ratio. Confir. Quia conceditur hæc uis reflexiuo luminoso, & obiecto productiuo specierum intentionalium; ergo etiam alijs qualitatibus actiuis; quia non potest assignari diuersa ratio.

Resp. diuersitatem oriri ex eo, quod lumen intenditur per gradus homogeneos; non sic autem qualitates primæ. Sed contra, tum quia id falsum, vt ostendimus, cũ de intensione, tum quia posset fieri per intensionẽ graduum heterogeneorum, intra latitudinem actiuam, cõtentã in principali agente; tum quia posset fieri auctio, per multitudinem luminum, secundum eos, qui dicunt radium rectum à reflexo esse diuersæ rationis. Conf. 2. ex vaporibus infrigidantibus mediam regionem aeris, ex eo, quod vapores ex contactione sphæræ plus agunt in illam aeris partem. Conf. 3. ex reflexione pilæ, quæ fit quando cũ impetu supra pauimentum proijcitur; nam inde videmus illam resilire versus partem contrariam. Denique probari potest ex Arist. sect. 20. probl. 13. vbi probat, Rafanum effici maiorem, si hyeme frondes, & truncus abscindantur, remanentibus radicibus coopertis, terra pede cõpressa, ne imber penetret ad radices: quia scilicet totũ alimentum, quod diffunderetur in truncũ, & folia, conuertitur totum in ipsas radices, vnde æstate fiunt maiores rafani; contra vero in cœpis, quæ pullulantes in plures radices fiunt minores; quia virtus in plura distributa fit debilior. Vnde Petrus de Apono ex Mesue li: Simpl. Rosas, & Camillam habere virtutem minorem pro salute quãdo est plurificata; secus si fuerit opposita colloquintidæ; quia virtus illarum ob restrictionem fit laudabilior.

Authoritas Aristotelis.

Dices 1. Cur auctio nõ tribuitur corpori obsistenti, tum quod ob densitatem recipit plures partes caloris, & fit actiuior, tum quod calor inclusus defenditur à cõtrario, atque actio illius non remittitur. Respon. has causas adiuuare quidem auctionem caloris, sed non esse sufficientes, patet ex dictis.

Dices 2. Cũ causa impeditur diffundere suam virtutem in extrinsecum subiectum, cur non intendit seipsam? Resp. non agere in seipsam: quia habet qualitatis gradus, quos producat in alterum subiectum, quod illis carebat, vnde apparet, si frigido apponatur impedimentum, non reddi frigidius, vt patet. Sed qualis sit auctio, quæ oritur ex reflexione, & à qua causa effectiue procedat, inquirendum restat. 12

Causa impedita agere in extrinsecum subiectum cur nõ agat in seipsam?

ART. IV. *Explicatur sensus quæstionis.*

PRimo est certum, nullam qualitatem per se intendere seipsam. Probatur solet, ibi esse duplex impedimentum; vnum ex parte subiecti, similitudinis, scilicet cũ in eo requiratur priuatio effectus. Alterũ ex parte agentis, quod non potest produ-

 cere

cere effectum, supra suam virtutem, & excessus ille intensionis, est supra virtutem agentis, habentis eandem intensionem, & tales circumstantias, ergo non potest sibimet addere gradum, quo ipsa fiat perfectior: ex quibus hæc ratio placet; neque obstat, quod vegetatiua perficit seipsam: quia producit animam in aliud subiectum, quod vnitur præcedenti, quia ibi non est perfectio intensiua, sed extēsiua: sicut ignis augetur ex igne, producto ex ligno sibi applicato.

13 *Secundum alios qualitas seipsam potest perficere per reflexionē.* Negant aliqui, quod licet actione directa non possit qualitas seipsam perficere, tamen poterit per reflexionem: sed de hac re infra. Secundo est certum. Posse qualitatem augeri, per obsistentiam corporis, impedientis actionem directam extendi per totam sphæram: patet experientia: quia medium apparet magis illuminatum à Sole, vel lucerna, quando impeditur agere in vlteriores partes sphæræ, sed etiā ignis in fornace magis agit in materiam sibi subiectā, quā in aperto, & idem patet de igne incluso in clibano, & similibus. Resp. Ouied. de generat. contr. 5. p. 1. §. 4.

Quomodo virtus actiua habeat sphæram determinatā. Actiuam virtutem habere sphæram sic diuisibilem, vt sit determinata ad distribuendos gradus, quos continet, per totam sphæram, vnde fit, hunc modum producendi, non posse mutari, sicut neque mutatur virtus actiua. Neq; obstat inquiūt, quod dū impeditur agere in totam sphæram gradus per illam distribuendos, poterit illos producere in primam partem sphæræ, respectu cuius non est impedimentum: nam cum actiuitas sit determinata ex natura sua ad talem modum producendi, impedimentum agendi respectu suæ partis per accidens se habet, ad virtutem, vt productiuam, circa primam partem: quia eodem modo respicitur prima pars, siue producat, siue non in secunda parte. Sed contra: nam experientia satis est nota, ignem inclusum magis operari, circa aliquod subiectum, quam si esset in aperto, quod vel rusticis

Ignis inclusus magis operatur. est notū, q modus agendi est à natura ita determinatus, vt nequeat variari ex circūstantijs, scilicet ex dispositione materiæ, & alijs agentibus, & similibus. Ne dicas, illam actionem vehemētiorem oriti ex eo, quod defenditur virtus actiua, ne à contrarijs diminuatur, neque impediatur ab actione: nam primo, id dici non potest de lumine, quod caret contrario. Secundo, sæpe circumstantia sunt ex natura sua frigida, vt marmora, & ignis inter illa inclusus, magis operatur, imo in fornacibus ea ipsa vi caloris dissoluuntur. Tertio, est probabile, hanc auctionem qualitatis, non solum esse in medio, sed etiam in corpore obsistente capaci: prima pars conceditur ab omnibus, ex experientia prædicta supra, & solū disputari potest, an illa fuerit per actionē directam, à principali agente, an per actionem reflexam: de quo infra. Secunda pars prob. quia corpus illud, cum sit capax qualitatis directe productæ, non est ratio, cur nequeat augeri à principali, per actionem reflexam, sicut augetur qualitas medij, agēs enim naturale agit necessario in subiecta capacia, quæ sunt intra sphæram actiuitatis; at corpus obstans est intra sphæram actiuitatis principalis, non solum quoad actionem directam, sed etiam reflexam, ergo. Confir. experientia speculi obiecti principali agenti, quod apparet illuminari, iuxta capacitatem illius. vt dixi. Confir. nā lumen receptum in speculo, habet effectus reales, scilicet calefaciendi, et sæpe comburendi, &c. qui non possunt esse, à lumine apparenti, sed realiter præsente, vt patet. *Probabiliter qualitas hac augetur, & in medio, & in corpore obsistente capaci.*

Huic conclusioni se opponunt Recentiores, dicentes, ibi apparere, sed non esse maius lumen, sed diuerso modo Nā 1. alij putant q in reflexione, quæ fit à speculo, & similibus corporibus reflectentib. id, quod perstringit oculos intuētium, quādo fit reuerberatio Solis, vel eius radij, non sit maior lux in speculo existens, sed sit ipse sol, vel radij solares aeris, qui ibi videntur, licet ibi non sint: sicut videtur homo in speculo, in quo non est: quia in his casibus sēper videtur sol retrogradus: vnde quādo fit ex vi speculi proportionaliter oculus ex illo obiecto perstringitur, sicut quando videtur Sol in seipso. Confir. quia si ibi esset vera lux, tunc vndecunque videretur superficies speculi, ibi appareret ille luminis excessus: at non apparet, nisi existentibus in linea recta ad eam partem, qua species Solis reflectitur, vt patet experientia, ergo illa lux non est in speculo, sed apparet. 14 *Secundum alios est maius lumina apparens.*

Maior prob. nam dum reflexio fit ex muro: quia inde non reflectuntur species principalis luminis, vndecunque videatur, semper ibi apparet lumen, etiamsi non fit in recta linea, qua fit reflexio Solis. Sed hæc, cum non neget in corpore reflectente produci ex vi reflexionis aliquid luminis, non videtur contra conclusionem, sed quia confundit reflexionem luminis, cum refle-

Ex aqua, et speculo reflectitur species luminosi, & lumen.

reflexione specierum repræsentantium luminatum: ille modus explicandi non placet, dicimus enim ex speculo, & aqua reflecti, & speciem luminosi, & lumen ab ipso productum, sed secundum diuersam illarum reflexionum proprietatem nam speciem reflexio, cum fiat ad repræsentandum obiectû, illæ nô reflectuntur, nisi per lineam rectam, respectu corporis reflectentis, q dicitur, propter reflexionê, quæ fit ex multis speculis diuerso modo oppositis; at lumen cum fit ad illuminandum medium, fit etiam ad latera speculi, vel alterius impedimenti; non enim minus potens est Sol ad producêdum lumen, quam fit species, quare si in speculo producit speciem, producet etiam lumen, & tanto maius, quanto est aptius ad reflectendum.

Resp. Se loqui de illa reuerberatione, nô de quacûq; reuerberatione. Sed côtra: quia læsio illa oculorum ex visione Solis, non fit à specie, vt patet ex repræsentatione Solis in aqua, sed à lumine dissipante spiritus visiuos vt communiter dicitur in lib. de anima, vbi veritas examinabitur, & quia illa reflexio luminis maior est à speculo, q ab alio corpore v. g. aqua, ideo magis lędit secundum lineam rectam, quâ obliquam, & ex his patet ad argumenta aduersariorû

Perfectius lumen reflectitur p lineam rectam, quâ obliquam.

& Respond. non videri tantum excessum luminis in speculo ab alia parte, quam per lineam rectam: quia sicut lumen perfectius producitur per reflexionem factam per lineam rectam, vt est perpendicularis, quam per lineam obliquam, ita & species, qua videtur obiectum, scilicet lumen; neque est similis ratio reflexionis, quæ fit à speculo, & pariete: quia visus totus occupatur in visione luminis, quod est in pariete: quia illius tantû species habet; at aliter

Quomodo in speculo videatur lumen.

in speculo: quia cum habeat speciem Solis, & luminis specularis, occupatur in visione vtriusq; & cum lumen solare sit maius, visum ad se magis trahit. Quare in visione speculari videtur lumen, quod vere est in Sole, & non apparenter, sed quia sol videtur in eodem loco, in quo est speculum, cum ibi non sit, ideo similiter lumen solare verum apparet, & non est in eodem loco, in quo est speculum. Neque illud apparet inhærere, & afficere speculû, sicut videtur lumê, quod afficit speculum, sed de his exactius in lib. de anima.

15 2. Alij aliter aduersantur, dicentes, lumê ex actione reflexa, non recipi in corpore obsistente, sed in proximo subiecto adhęrente corpori obstanti: Nam actio ex vi illius reflectitur in aerem, ergo terminus actionis non est in illo, sed in aere nam illud se tenet ex parte termini à quo. Conf. q. a ideo posito obstaculo, reflectitur actio, quia in illo non recipitur effectus actionis: quia si reciperetur, non reflecteretur actio, sed progrederetur. Confir. 2. quia opacum non est receptiuum luminis, ergo neque ex actione directa, neque reflexa habet lumen.

Actio reflexiua recipitur tum in corpore obsistente, tû in aere.

Resp. Actionem Solis, & aliorum agentium reflexiuam recipi, tum in corpore obsistente, quod impediês actionem progredi vlterius, in se illam recipit; tum in aere, qui similiter illuminatur magis ex positione talis impedimenti.

Ad confir. negando causalem, nã reflectitur, quia impedit actionem, ne progrediatur in totam sphæram, quare cum obstaculum sit intra sphæram, intra quam nô impeditur agere, recipiet actionem secundum partem superficialem versus agens, & non secundum totam profunditatem corporis, per quam impedit actionem. Resp. 2. etiam si reciperetur actio in toto corpore, adhuc impediretur agês, ne posset secûdum totam perfectionem suæ virtutis diffundere illam in totam sphæram, cum eadem perfectione intentionis.

Ad 2. Resp. aliqui Mixtis eum componâtur ex elementis transparêtibus, etiãsi sint ex prædominio terrea, semper habêt aliquid transparentiæ, in qua recipi potest aliquid luminis, de qua re in lib. de anima. Resp. 2. id oriri ex incapacitate, & ideo dictum in conclusione in corpore capaci.

Lumen pêdet a luminoso in fieri & conseruari.

4. In hac quæstione de lumine sunt supponenda hæc, quæ sequuntur. Primò lumê pendere à luminoso non solum in fieri, sed etiam in conseruari, ita vt si aliquod opacû interponatur, non potest conseruari. Hinc 16 fit, vt eum omnia agentia per se agant per lineam rectam, vt colligitur: quia hæc est omnium breuissima, & patet experientia eorum, quæ directè ad ignem applicâtur; nihil etiam illuminari per se, nisi luminoso obijciatur per lineam rectam, quod etiã inde colligitur, quod si radius ingrediatur per foramen fenestrę in cubiculum clausû, & adęquatè exeat per foramen ianuæ, ita vt in nihil incurrat, vnde reflectatur, nihil luminis producitur in reliquas partes cubiculi. Tertiò luminosum nunquam producere tantum lumen, quantum ipsum habet, vt experientia colligitur: nam, accedente

Luminosū nunquam producit tā tum lumen quantum ipsum habet.

te simili lucerna, videtur fieri maior illuminatio, etiam in parte propinquissima lucernæ: & q a pgrederetur in infinitū: quia lumen vt octo produceret in instāti aliud, & hoc aliud, &c. Et hoc discrepat ab alijs agentibus: nam hæc circa aliquam sphærā possunt communicare totam suam qualitatem, quam habent: & ratio fortasse est: quia lumen in corpore lucido oritur ex principijs intrinsecis subiecto, ideò est capax maioris luminis. Sed corpus diaphanū habet ab extrinseco lumen, & ideo minus intensum in eo producitur, quod non accidit in primis qualitatibus, quæ subiectantur in materia prima, quæ est eiusdem rationis in omnibus corporibus capacibus illorum: quare verisimile est, ad aliquam distantiam produci lumen vniforme, & post illam produci remissius vniformiter, vt quo magis recedit corpus à luminoso, eo minus illuminetur: nam causa remissionis est distantia à luminoso. In hac autem sphæra remissionis nullus est terminus intrinsecus, sed extrinsecus: nam vbi, v.g. est

17 *Quis sit terminus in sphæra remissionis.*

octauus gradus, ibi non est hæc sphæra remissionis: quia ibi non cœpit lumē remitti, & terminatur in non gradum, idest vbi nullus est gradus, ibi non est sphæra remissionis: quia ibi nullum fit lumen: quare immediatè ante finitur. Ex quo etiā patet, in tota sphæra remissionia non posse assignari partem, quæ habeat lumen determinatæ intensionis: nā eum quælibet pars sit diuisibilis, habet etiā lumen diuersę intensionis: nam pars magis accedens ad luminosum, habet plus luminis, & quæ magis recedit, habet minus: poteft tamen lu ne cuiusque partis determinari extrinsecè, vt scilicet signetur pars, in qua non est iam um lumen, & immediatè post, vel ante fit. Hinc quartò. Eo lumen productum esse debilius, quo recedit à luminoso, vt ostendit. Vitell. libr. 2. perspect.

Quando augetur quantitas luminosi, augetur etiā sphæra æqualitatis, est remissionis.

Theor. 22. & patet experiētia, & ex dictis. Quintò si augeatur quantitas luminosi, augeri sphæram æqualitatis, & remissionis, vt v.g. si prius producit lumen vt quatuor, per vnum digitum, postea per duos, & si prius remittebatur lumen à septimo ad non gradum per vnum palmum, postea remittitur per duos. Dices, per illam remissionem qua diminuebatur, vnus gradus per vnum digitum, fiebat omnis diuisio possibilis illius gradus, ergo non poterit fieri maior diuisio illius, quàm fieret, si diminueretur ille gradus per maius spatium. Resp. Per illā diminutionem nullam fieri diuisionem gradus, sed continuam remissionem, sicut pōt vna pars quantitatis acquiri successiuè in maiori tempore, vel minori: quia per illam acquisitionem successiuam non diuidūtur partes quātitatis; quare est vna continua acquisitio, & non diuisio partium, vt patet ex dictis de motu. Sextò. Lumen reflecti ad corpus opacum, sed maximè ad tersum, vt patet experientia, & probāt Perspectiui, Vitell. libr. 5. suæ perspectiuæ, & Alacens. initio libr. 4. Ptolom. tract. de Iride, & Peripat. in 3. meteor. & primo meteor. c. 4. Cuius rei ratio non alia reddi potest, nisi natura ipsius luminis; sicut non potest alia reddi ratio, cur calefaciat, & pendeat in conseruari ab agente, & cur videri possit in corpore terminatot quod etiam conuenit multis alijs qualitatibus, vt speciebus, sono, & alijs, de quibus infra Id autem hic nota, hāc non esse propriè reflexionem: quia hæc est corporum, & rei redeuntis ad eundem locum, vnde discesserat: quod hic fieri non potest; cum accidens non possit migrare de subiecto in subiectum: quare est metaphoricè reflexio, idest, productio eius, quod cum deberet produci directè, producitur in reflexam partem. Septimò constat, lumen intēdi per reflexionem. Alacens. libr. 4. propos. 4.5. & 15. & experientia est in speculo cōcauo, in quo cum reflectatur lumen, ita intenditur, vt producat calorem: & hac ratione maius lumen producitur in cubiculo paruo, quam magno. Octauò constat, si opponatur speculum in aliqua parte, in qua est summum lumen, non fiet reflexio, patet ex se: quia vltra summum non datur alius gradus; & ob id aliqui dicunt, lucem non habere summum, vel saltem eam, quæ producitur à primo luminoso: & ideò per quamlibet reflexionem augeri posse. His positis manet, vt in hac quæstione sit duplex difficultas. Prima, quale sit augmentum illud luminis, vel alterius qualitatis, ex vi reflexionis. Secunda, quæ sit causa effectiua illius augmenti: primum explicabitur art. sequenti, & deinceps alia.

Ratio Cur lumen reflectatur ad corpus opacum, & maximè tersū.

18 *Lumen reflexum in speculo cōcauo ita intenditur vt producat calorem.*

ART. V. *Quale sit augmentum qualitatis productum ex vi reflexionis.*

PRima opinio negat, esse intensiuum, secundum multitudinem in eodem subiecto. Sed in diuerso subiecto, extra eandem sphæram; hoc autem dicunt esse cor-

corpuscula, quę continentur intra subiectũ actionis directę: nam illa cum non potuerint ita illuminari per actionẽ directam, illuminantur per actionam reflexam. ita Complut. hic disp. 8. q. 2. §. 3. nu. 19. Sed non placet: quia vel illa corpuscula erant illuminata per actionem directam, & per reflexã magis, & idem dici poterit de ipso aere, in quo sunt corpuscula; vel non illuminantur per directam, & sequitur, neque illuminari per reflexam, quæ vt ostendimus, est minoris efficaciæ præcise sumpta; & gratis asseritur non illuminari per directam, cum sint luminis capacia, & aliarum qualitatum, quarum actio reflectitur.

2. Opinio est dicentium, esse malus ex-
19 tensiuè, nõ quidẽ rõne subiecti continui, sed ratione multitudinis luminum, eo quod putẽt, lumen directũ, & reflexũ esse diuersæ rõnis, sicut sunt diuersa lumina, quę producuntur, circa idem medium à duabus candelis: ita Perspectiui, contra quos supra diximus, eo quod duo accidentia absoluta, non possint esse in eodem subiecto. Vnde etiam refutauimus opinionem Aresl. illa duo lumina esse partialia, & integrantia vnum lumen, & ideo posse esse in eodẽ subiecto, contra quem diximus, si ex illis non fit intensius lumen, non posse ex illis fieri vnum, nisi per accidens, ratione subiecti: quia non habent vnitatem metaphysicam generis, & differentiæ, neque vnitatẽ continuationis, ob identitatem subiecti. Neque vnitatem ex informatione. Vnde non apparet, quomodo fiat ex illis aliquod vnum totum, vt possint dici partialia, nisi dicantur efficere vnum totum numerale, & discretum: quod non est ad rem: ideo alij dicunt, lumen directum, & reflexum esse diuersæ rationis specificę, sicut species directa, & reflexa eiusdem obiecti in eodẽ oculo, est diuersæ speciei: nam directa perfectius, & verius repræsentat obiectũ; reflexa verò imperfectius, & in diuerso loco, in quo est obiectum. Sed hæc opinio reijci potest: tum ex parte causæ, quam dicunt, esse lumen productum in obiecto obsistente, quod cum sit perfectius, poterit vt causa æquiuoca producere lumen in eodem medio: contra quam rationem infra: tum ex parte diuersitatis horum luminum, contra quam multa Suar. disp. 18. met. sect. 9. eo quod lumina hæc nihil habent speciale, ratione cuius possint distingui specie, vt videre licet apud ipsum: Dices. Actio directa, & reflexa sunt distinctæ speciei; quia sunt à principijs distinctę speciei, qualis est, v. g. sol, & lux orta ab obstaculo obsistente. Resp. primo, negãdo antecedens; tum quia, sicut lux solis, & lux corporis obsistẽtis sunt eiusdem rationis; ita & illæ actiones: quia non fiunt ab ipsa substãtia subiecti, sed à luce, quæ est in ipsis eiusdem speciei: tum quia etiamsi substantia Solis concurreret ad actionem in subiectum extraneum, non concurreret, nisi simul cum luce. Vnde sicut actio, quæ esset à speculo, cum concursu Solis esset eiusdem rationis cum ea, quæ esset à Sole, & sua luce: ita actio à Sole, cum sua luce esset eiusdem speciei, quæ esset à luce speculi: quia substantia solis determinaretur à luce vt specificante actionem. Tum quia actio, quæ est à diuersis specie principijs, est eiusdem speciei, quando vtraque est respectu eiusdem termini, vt calefactio ab igne, & à sole, & frigiditas ab aqua, & terra, sed quicquid sit de hac diuersitate actio-
num. Resp. 2. negando consequen: quia 20
diuersitas specifica actionis sumi potest ex diuersis capitibus, scilicet ab efficiente, & termino: quare quę sumitur à diuersis principijs, non refunditur in distinctionem specificam terminorum: quia possunt illa principia distingui, non ex respectu ad hunc terminum, sed ad alios: quare vt sunt actiua huius termini, conueniunt secundũ aliquam rationem, saltem proportionaliter vnam; & sic calor productus ab igne, & à luce est eiusdem speciei, & animal productum ex semine, & putri, est eiusdem speciei. Hinc videmus, calorem productum à Sole intẽdi ab Igne: quare idem dici posset de lumine, producto à Sole, & igne. Dices. Lumen solare est proprietas Solis, sicut lux singulorum astrorum, est proprietas illorum, & lux ignis est proprietas ignis: imò omnis lux radicata in natura inferiorum cõsequitur commixtionem qualitatum primarum, atque adeo esse qualitatem secundam, quæ non potest conuenire elemẽtis constitutis in propria dispositione. Vnde ignis in propria dispositione positus, nõ luceret: qualitas autem secunda differt à lumine Solis, ergo non est mirum, si dicimus, lumen directum, & reflexum esse diuersæ speciei in inferioribus, sicut est in superioribus. Resp. primo, negando lumina, quæ sunt in astris, inter se distingui specie: quia non sunt proprietates illorum adæquatæ, sed accidentia communia, & differentię secundum magis, vel minus intensũ,

&

Si ex duob. luminib. in eodem subiecto non fit lumen intẽsius non potest ex illis fieri vnum nisi per accidens.

Actio directa, & reflexa non sunt distinctæ speciei.

Diuersitas actionis specifica sumitur ex diuersis capitibus.

An lumen solare sit proprietas Solis.

& remissum: ex qua differentia oriri possũt diuersi effectus. Et hinc fit, vt lumina astrorum intendi possint à lumine solari. Vnde Astronomi dicunt, lumen planetarũ superiorum augeri, quando sunt in auge ratione appropinquationis ad Solem: & minui, quando sunt in opposito augis. Ex hac propinquitate fit, vt Venus, & Mercurius sint cæteris splẽdidiores: quo fit, vt quando Venus tantum à Sole distat, quod maneat super Horizõtẽ, post occasum Solis, tunc tam magnum est eius lumen, vt obiecto corpore opaco, faciat vmbram, vt Luna. Sed de his in libris, de cœlo; intensio autem est inter ea, quæ sunt eiusdem speciei, vt ostendi in libris de cœlo. Et hinc etiam patet, lumen superiorum non distingui à luce ignea, licet hæc dicatur qualitas secũda, denominatione sumpta ex eo, quod consequitur primas. Ex quo fit, vt non necessario sit diuersæ speciei: quia specifica ratio non debet sumi, ab efficiente, sed ex principijs intrinsecis rei, in ordine ad operationes, ex quibus nos arguimus essentias rerum. Resp. 2. Quicquid sit de distinctione horum luminum, non inde sequitur, lumen directum, & reflexum esse diuersæ speciei: quia originantur mediatè, vel immediatè ab eadem causa, vt patet.

21 Dices 2. Apud Astrologos sunt diuersa nomina, significantia diuersitatem luminũ, vt lux, lumen, radius, & splendor, ergo illa distinguuntur specie: quia idem indiuiduũ debet significari eodem nomine. Antecedens patet: quia lux dicitur, quæ est in corpore lucido, à quo alia illuminãtur, vt quæ est in Sole: lumen verò, quod est receptum in corpore diaphano, vt in aere; radius dicitur illuminatio, secundum rectam lineã, ad corpus lucidum. Vnde potest esse lumẽ in aliquo loco, in quo non sit radius: vt quando in illo loco non producitur ex directa reflexione, propter interiacentiam alicuius corporis. Splendor denique dicitur, qui per reflexionem radij ad corpus aliquod tersum, & politum cõsurgit. Hinc Sol dicitur lucidus; aer diaphanus; tersa, & polita, & radiorum reflexiua dicũtur splendida, vt æs & argentum. Resp. ex his nominibus significari idem lumen, secundũ speciem, sed diuersum, secundum indiuiduationem, ex parte subiectorum, vt patet consideranti illam diuersitatem nominũ.

Quid lux, lumen, radius, splendor.

3. Opinio est dicentium, lumen in medio augeri ex vi reflexionis intensiuè: quia cum non augeatur secundum multitudinẽ diuersorum luminum, in eadem parte subiecti indiuidualiter, vel specificè distinctorum, non manet, nisi vt augeatur secundum intensionem, vt magis patebit ex dicendis: & hæc opinio mihi placet: quia virtus actiua impedita, & minus dispersa quoad suos effectus, agit intensius circa subiectum non impeditũ, iuxta perfectionem gradualem suæ virtutis. vt infra fusius.

ART. VI. *De causa effectiua intensionis qualitatis ex vi actionis reflexiuæ.*

PRima opinio est, dicentium, produci à corpore obsistente, quod cum sit tersum, est virtualiter lucidum, & quia est causa æquiuoca luminis, potest lumen augere, etiamsi non habeat gradum intensionis minimum: quia perfectio causæ æquiuocæ, compensat perfectionem intẽsionis, quam habet effectus. Sed hæc opinio nullum habet vestigium probabilitatis; tum quia non omnia corpora reflectentia habent hanc vim, vt patet ex reflexione, quæ fit ex muro, & à terra, respectu radiorum Solis, ad secundam regionem aeris, & similia, quæ nemo dixit habere vim producendi lumen, ex principijs intrinsecis. Secundo, quia si illam vim haberent, maximè occidente Sole lucerent, vt videmus fieri ab oculis felis, & corruptis quercubus: nam cum essent agentia necessaria, causarent circa subiectum capax. 22

Corpus obsistens non habet vim producendi lumen ex principijs intrinsecis.

Resp. multa esse virtualiter calida, quæ non causant, nisi sint actuata, per formalem calorem, vt piper, & pleraque medicinalia; quare talia non producent lumen, nisi sint actuata, & alterata, per lumen formale, vt cõditionẽ, sine qua nõ. Sed contra: nã vt de aliquo possimus asserere, habere virtutẽ operandi, posito alio vt conditione, debet prius constare, de virtute, exigente conditionem talem, vt exeat in actu; at de huiusmodi rebus non constat, aliunde habere virtutem illuminatiuam: nam cum potius sint naturæ frigidæ, vt cristallus, & similia, non potest probabiliter asseri, esse productiua luminis, quod est productiuum caloris. Deinde piper, vinum, &c. non calefaciunt, nisi ipsa conceperint calorem, & simul cum illo eorum virtus operatur. Accedit etiam frigida medicamenta non infrigidant, nisi à calore naturali alterẽtur, ergo hæc necessitas alterationis, est singularis in illis, quare non est inde inferendum,

ne-

necessitatem similem in alijs.

Secunda opinio est, dicentium, maius illud lumen, quod apparet in medio proximo corpori reflectenti, produci à lumine in illo, à principali agente producto, quod cum sit maius, quam lumen existens in aere, actio non erit à simili, sed ab intēsiori agēte. Sed huic opinioni obstat aliud principium, quod luminosum ageret intensius in subiectum remotum, quàm proximum: quia obstaculum reflectens est remotius. Resp. primò aliqui, cum Hurtado disput. 9. physic. sect. 9. vbi §. 90. loquitur de calore producto in aere, propositionē illam intelligendam esse, cæteris paribus, non autem, quando subiectum remotius est magis dispositum ad recipiendum effectum; tunc enim intēsius aget in remotius, vt patet experientia, qua videmus lignum viride applicatum proximius ad ignem, quàm siccum, minus, & diutius disponi ad formam ignis, quàm siccū remotius: quia maior illa dispositio adæquat, vel superat approximationem. Sed non probatur alijs; tū quia infra constabit, illam propositionē intelligi, etiamsi remotius sit magis dispositum, quoad effectum primariū, tum quia

23 *Corpus obsistens non semper est magis dispositum ad lumen recipiendum.*

corpus obsistens non semper est magis dispositum ad lumen recipiendum, vt patet ex pariete reflectente minus disposito, q̄ sit aer: imò, & ipsa crystallus est minus disposita ob minorē diaphancitatem, quam sit in aere, neque enim apparet, quæ sit hæc maior dispositio in corpore obsistente, nō enim densitas: quia hæc cum multiplicet partes in eodem spatio, potius impedit receptionem luminis, cum per illam subiectum potius accedat ad opacum; neque tersitas, quæ disponit ad reflexionem, disponit ad receptionem, sed potius impedit actionis progressum, & facit magis inde resultare radium, vt patet ex simili reflexione in motu locali; pila enim proiecta in lapidem tersum magis resilit, quam in lanam, vel simile scabrosum corpus. Confir. quia aer est magis dispositus, ad receptionem luminis, quam aqua, & hæc quam cristallus, vt patet: nam si carta supponatur christallo, minus apparet illuminata, quam si non esset sub christallo, vel aqua, & inde cristallus habet maiorem vim reflectendi quam aqua, & hæc quam aer; quare ex vi reflexiua non potest probari vis receptiua.

Corpus densum magis agit etiamsi sit minus lumen.

Resp. 2. In corpore obsistente, etiāsi sit minus lumen: quia tamen densum, ideo magis agit, quam sit lumen in aere. Vnde fit, vt mittat speciem perfectius repræsentatiue. Sed neque probatur; quia cum species mittentur à corpore obsistente, illud appareret magis illuminatum, & non aer illi proximus, tum species perfectior repræsentat rem, vt est. Vnde si in illo non esset maius lumen, non posset repræsentari vt maius, alioqui esset maius apparenter, nō verè.

Resp. 3. In corpore obsistente à lumine præter lumen formale, produci qualitatē diuersæ rationis, ex lumine, quæ dicitur lumen virtuale, & ab illa etiamsi sit minus intensa, produci in aere lumen intensius, quia ab agente æquiuoco id fieri posse, dictum est supra. Sed contra obstat: quia illud lumen virtuale, vel producitur immediatè à principali luminoso, & tunc deberet in medio, ne detur actio in distās, quod si produci concedatur in medio, ibi poterit intendere lumen, quod est in eodem subiecto, cum idem possit agere in seipsum actione æquiuoca. Vel non producitur immediatè à principali luminoso, sed resultat ex corpore obsistente luminoso, & 24 neque: nam vel resultat ex ipso lumine, & tunc non potest esse illa qualitas perfectior lumine, atque adeo neque intendere; vel ab ipso corpore, posito lumine vt conditione, & neque: quia sæpe corpus illud exigit frigiditatem, ergo eius forma non potest esse principium qualitatis, productiuæ caloris, quale est lumen. Secundo, cū illa qualitas contineat lumen eminenter esset perfectior lumine, quod abhorret à communi sensu DD. & à perfectione luminis, quæ excedit omnes qualitates corporeas. Ex quibus reijcitur opinio apud Suarium dicentium.

Resp. 4. Alij produci à lumine, recepto in corpore obsistente, quod licet sit minus intensum, tamen quia est maius extensiuè, secundum multitudinem partium vnitarū per densitatem, potest intendere lumen, in aere proximo. Refert illam Pomp. tract. de actione art. 2. & est Marf. 1. de Gener. 9. Sed contra illam obstant, quæ dixi supra .f. ex multitudine partium minus intēsarū, non posse intendi lumen, supra illarum intensionem. Ad quam doctrinam respōderi posset, concedendo, non intendi, vt à causa principali, non tamen vt instrumento principalis luminosi; sed cōtra obstat, quod instrumentum non agat se solo perfectiorē effectum, nisi adiutum, & eleuatum à principali

& remissum: ex qua differentia oriri possūt diuersi effectus. Et hinc fit, vt lumina astrorum intendi possint à lumine solari. Vnde Astronomi dicunt, lumen planetarū superiorum augeri, quando sunt in auge ratione appropinquationis ad Solem: & minui, quando sunt in opposito augis. Ex hac propinquitate fit, vt Venus, & Mercurius sint cæteris splēdidiores: quo fit, vt quando Venus tantum à Sole distat, quod maneat super Horizōtē, post occasum Solis, tunc tam magnum est eius lumen, vt obiecto corpore opaco, faciat vmbram, vt Luna. Sed de his in libris, de cœlo; intensio autem est inter ea, quæ sunt eiusdem speciei, vt ostendi in libris de cœlo. Et hinc etiam patet, lumen superiorum non distingui à luce ignea, licet hæc dicatur qualitas secūda, denominatione sumpta ex eo, quod consequitur primas. Ex quo fit, vt non necessario sit diuersæ speciei: quia specifica ratio non debet sumi, ab efficiente, sed ex principijs intrinsecis rei, in ordine ad operationes, ex quibus nos arguimus essentias rerum. Resp. 2. Quicquid sit de distinctione horum luminum, non inde sequitur, lumen directum, & reflexum esse diuersæ speciei: quia originantur mediatè, vel immediatè ab eadem causa, vt patet.

21 Dices 2. Apud Astrologos sunt diuersa nomina, significantia diuersitatem luminū, vt lux, lumen, radius, & splendor, ergo illa distinguuntur specie: quia idem indiuiduū debet significari eodem nomine. Antecedens patet: quia lux dicitur, quæ est in corpore lucido, à quo alia illuminētur, vt quæ est in Sole: lumen verò, quod est receptum in corpore diaphano, vt in aere; radius dicitur illuminatio, secundum rectam lineā, ad corpus lucidum. Vnde potest esse lumē in aliquo loco, in quo non sit radius: vt quando in illo loco non producitur ex directa reflexione, propter interiacentiam alicuius corporis. Splendor denique dicitur, qui per reflexionem radij ad corpus aliquod tersum, & politum cōsurgit. Hinc Sol dicitur lucidus; aer diaphanus; tersa, & polita, & radiorum reflexiua dicuntur splendida, vt æs & argentum. Resp. ex his nominibus significari idem lumen, secundū speciem, sed diuersum, secundum indiuiduationem, ex parte subiectorum, vt patet consideranti illam diuersitatem nominū.

Quid lux, lumen, radius, splendor.

3. Opinio est dicentium, lumen in medio augeri ex vi reflexionis intensiuè: quia cum non augeatur secundum multitudinē diuersorum luminum, in eadem parte subiecti indiuidualiter, vel specificè distinctorum, non manet, nisi vt augeatur secundum intensionem, vt magis patebit ex dicendis: & hæc opinio mihi placet: quia virtus actiua impedita, & minus dispersa quoad suos effectus, agit intensius circa subiectum non impeditū, iuxta perfectionem gradualem suæ virtutis, vt infra fusius.

ART. VI. *De causa effectiua intensionis qualitatis ex vi actionis reflexiua.*

PRima opinio est, dicentium, produci à corpore obsistente, quod cum sit tersum, est virtualiter lucidum, & quia est causa æquiuoca luminis, potest lumen augere, etiamsi non habeat gradum intensionis minimum: quia perfectio causæ æquiuocæ, compensat perfectionem intēsionis, quam habet effectus. Sed hæc opinio nullum habet vestigium probabilitatis; tum quia non omnia corpora reflectentia habent hanc vim, vt patet ex reflexione, quæ fit ex muro, & à terra, respectu radiorum Solis, ad secundam regionem aeris, & similia, quæ nemo dixit habere vim producendi lumen, ex principijs intrinsecis. Secundo, quia si illam vim haberent, maximè occidente Sole lucerent, vt videmus fieri ab oculis felis, & corruptis quercubus: nam cum essent agentia necessaria, causarent circa subiectum capax. 22

Corpus obsistens non habet vim producendi lumen ex principijs intrinsecis.

Resp. multa esse virtualiter calida, quæ non causant, nisi sint actuata, per formalem calorem, vt piper, & pleraque medicinalia; quare talia non producent lumen, nisi sint actuata, & alterata, per lumen formale, vt cōditionē, sine qua nō. Sed contra: nā vt de aliquo possimus asserere, habere virtutē operandi, posito alio vt conditione, debet prius constare, de virtute, exigente conditionem talem, vt exeat in actu; at de huiusmodi rebus non constat, aliunde habere virtutem illuminatiuam: nam cum potius sint naturæ frigidæ, vt cristallus, & similia, non potest probabiliter asseri, esse productiua luminis, quod est productiuum caloris. Deinde piper, vinum, &c. non calefaciunt, nisi ipsa conceperint calorem, & simul cum illo eorum virtus operatur. Accedit etiam frigida medicamenta non infrigidare, nisi à calore naturali alterētur, ergo hæc necessitas alterationis, est singularis in illis, quare non est inde inferendum,

ne-

necessitatem similem in alijs.

Secunda opinio est, dicentium, maius illud lumen, quod apparet in medio proximo corpori reflectenti, produci à lumine in illo, à principali agente producto, quod cum sit maius, quam lumen existens in aere, actio non erit à simili, sed ab intẽsiori agẽte. Sed huic opinioni obstat aliud principium, quod luminosum ageret intensius in subiectum remotum, quàm proximum: quia obstaculum reflectens est remotius. Resp. primò aliqui, cum Hurtado disput. 9. physic. sect. 9. vbi §. 90. loquitur de calore producto in aere, propositionẽ illam intelligendam esse, cæteris paribus, non autem, quando subiectum remotius est magis dispositum ad recipiendum effectum; tunc enim intẽsius aget in remotius, vt patet experientia, qua videmus lignum viride applicatum proximius ad ignem, quàm siccum, minus, & diutius disponi ad formam ignis, quàm siccũ remotius: quia maior illa dispositio adæquat, vel superat approximationem. Sed non probatur alijs; tũ quia infra constabit, illam propositionẽ intelligi, etiamsi remotius sit magis dispositum, quoad effectum primariũ, tum quia

23 *Corpus obsistens non semper est magis dispositum ad lumen recipiendum.*

corpus obsistens non semper est magis dispositum ad lumen recipiendum, vt patet ex pariete reflectente minus disposito, q̃ sit aer: imò, & ipsa crystallus est minus disposita ob minorẽ diaphaneitatem, quam sit in aere, neque enim apparet, quæ sit hæc maior dispositio in corpore obsistente, nõ enim densitas: quia hæc cum multiplicet partes in eodem spatio, potius impedit receptionem luminis, cum per illam subiectum potius accedat ad opacum; neque tersitas, quæ disponit ad reflexionem, disponit ad receptionem, sed potius impedit actionis progressum, & facit magis inde resultare radium, vt patet ex simili reflexione in motu locali; pila enim proiecta in lapidem tersum magis resilit, quam in lanam, vel simile scabiosum corpus. Confir. quia aer est magis dispositus, ad receptionem luminis, quam aqua, & hæc quam cristallus, vt patet: nam si carta supponatur christallo, minus apparet illuminata, quam si non esset sub christallo, vel aqua, & inde cristallus habet maiorem vim reflectendi quam aqua, & hæc quam aer; quare ex vi reflexiua non potest probari vis receptiua.

Corpus densum magis agit etiamsi sit minus lumen.

Resp. 2. In corpore obsistente, etiãsi sit minus lumen: quia tamen densum, ideo magis agit, quam sit lumen in aere. Vnde fit, vt mittat speciem perfectius repræsentatiue. Sed neque probatur; quia cum species mittentur à corpore obsistente, illud appareret magis illuminatum, & non aer illi proximus, cum species perfectior repræsentat rem, vt est. Vnde si in illo non esset maius lumen, non posset repræsentari vt maius, alioqui esset maius apparenter, nõ verè.

Resp. 3. In corpore obsistente à lumine præter lumen formale, produci qualitatẽ diuersæ rationis, ea lumine, quæ dicitur lumen virtuale, & ab illa etiamsi sit minus intensa, produci in aere lumen intensius, quia ab agente æquiuoco id fieri posse, dictum est supra. Sed contra obstat: quia illud lumen virtuale, vel producitur immediatè à principali luminoso, & tunc deberet in medio, ne detur actio in distãs, quod si produci concedatur in medio, ibi poterit intendere lumen, quod est in eodem subiecto, cum idem possit agere in seipsum actione æquiuoca. Vel non producitur immediatè à principali luminoso, sed resultat ex corpore obsistente luminoso, & 24
neque: nam vel resultat ex ipso lumine, & tunc non potest esse illa qualitas perfectior lumine, atque adeo neque intendere; vel ab ipso corpore, posito lumine vt conditione, & neque: quia sæpe corpus illud exigit frigiditatem, ergo eius forma non potest esse principium qualitatis, productiuæ caloris, quale est lumen. Secundo, cũ illa qualitas contineat lumen eminenter esset perfectior lumine, quod abhorret à communi sensu DD. & à perfectione luminis, quæ excedit omnes qualitates corporeas. Ex quibus reijcitur opinio apud Suarium dicentium.

Resp. 4. Alij, produci à lumine, recepto in corpore obsistente, quod licet sit minus intensum, tamen quia est maius extensiuè, secundum multitudinem partium vnitarũ per densitatem, potest intendere lumen, in aere proximo. Refert illam Pomp. tract. de actione art. 2. & est Marf. 1. de Gener. 9. Sed contra illam obstant, quæ dixi supra .s. ex multitudine partium minus intẽsatũ, non posse intendi lumen, supra illarum intensionem. Ad quam doctrinam respõderi posset, concedendo, non intendi, vt à causa principali, non tamen vt instrumento principalis luminosi; sed cõtra obstat, quod instrumentum non agat se solo perfectiorẽ effectum, nisi adiutum, & eleuatum à prin-

cipali

cipali agente, vt asserit

3. Opinio dicentium, produci à lumine recepto in corpore impediente luminosi actionem progredi in totam sphæram, quod licet sit minoris intēsionis, quam lumen existens in medio, tamen potest producere intensiorem gradum, vt instrumentum principalis luminosi, quod impedit, ita enim natura comparatum est, vt fiat instrumentum ad maiorem effectū illius causæ, cui nocet in agendo vlterius. Sed hæc opinio, vt nouiter inuenta, ita antiquo argumento refellitur, scilicet causam instrumentalem non posse concurrere ad principalē effectum, nisi motum à principali agente, hoc autem fit per actualem concursum principalis agentis, quo eleuatur instrumentum, vt ostendi tom. primo opusc. lib. 3. tr. 1. & 2. contra Thomistas. Secundo etiam in opinione dicentium, instrumentum naturale posse operari sine actuali concursu causæ principalis, probatur illius falsitas: nam Instrumentum naturale respiciēs effectū principalē, à causa principali essētialiter distinguitur, & effectu secūdū naturam se perfectiore; at lumen ibi receptum non est secundum naturam imperfectius, lumine producto in aere, vt patet, neq; distinguitur essentialiter à luce, cuius dicitur instrumentum naturale, nisi dicant esse instrumentum naturæ solaris, sicut calor instrumentum ignis in productione substantiæ, quod dici probabiliter non potest, cum effectus ipsius non sit perfectior, secundum essentiam ipso lumine, neque secundum gradus, respectu lucis solaris, sicut substantia perfectior calore.

25 4. Opinio est dicentium, lumen maius, seu qualitatem maiorem productam ea vi reflexionis produci à principali agente, quod produxerat directè, vt v. g. lumen à corpore lucido, seu Sole: quod probari potest primo, ex ratione reflexionis: nam potentia reflexiua dicitur, quæ supponit actum præcedentem, & supra illum reflectitur: quare cū producēs lumen v. g. directè sit ipse Sol, producens per actionem reflexiuam, debet esse idem Sol, alioqui omnia alia, quæ dicerentur producere, non per actionem reflexiuam, sed per directam producerent, vt patet intuenti. Secundò. Illud dicitur agere reflexè, quod impeditur agere directè: nam hæc actio reflexiua oritur ex ratione impedimenti, ratione cuius, cum agens impediatur agere in totam sphæram extensiuam, minoratur eius sphæra, in quā potest agere, secundum extensionem, & ideo crescit, quoad intensionem: quia virtus finita ad plura applicata, minor est in singulis, ergo collecta ad pauciora fortior est in singulis; & ideo sequitur effectus intensior, intra latitudinē tamē suæ intensionis. Vnde ignis conclusus plus calefacit, quam sparsus sub dio: ita Pompon. tract. de actione, art. 2. Pro qua opinione notat, vnum agens dispositum vno modo, non posse in passo producere vnum effectum, quem poterit, si alio modo disponatur. Vnde 2. de cæl. ait Philos. Lapis cadēs supra alium de loco propinquo, nullū ictum faciet, qui tamen ex loco distante magnā fracturam efficiet. Vnde luminosum obuians alicui quanto, innitens illi per contactum, producit lumē intensū, sine quo obstaculo minus faceret. Sicut animalia ex resistentia, quam inueniunt magnum ictum faciunt; sic ēt venti &c. Ex quo patet, intēsionem luminis non fieri ab obstaculo, sicut quando fortes innititur parieti per hastam, fractura non fit à pariete: quia potest fieri, sine vllo motu parietis. Vnde paries dicitur frangere hastam accidentaliter, & sicut hasta accidentaliter frangitur, si innitatur quis super eam directè; aliter si oblique; ita etiam luminosum, aliter producit lumen, cum obiecto obstaculo secundum directum, aliter cum alio modo: de quorū diuersitate tractant Perspectiui; Et hunc modum sequūtur omnes Nominales. loc. cit. quæst. An mouēs & motum sint simul? Aluerniata apud Niph. 3. meteor. cum de Iride. Hic modus licet verus sit, quoad aliquas actiones, non tamen est vniuersalis: quia si obstaculum solum concurreret vt impedimentum diffusionis actionis, tunc ad quodlibet corpus sic oppositum sequeretur eadem reflexio, contra experientiam: nam res nigra non facit æqualem reflexionem, vt alba; nec alba vt speculum, nec corpus habens anfractus, ac tersum. Secundò, si deberet fieri illo modo, tunc æqualiter deberet fieri per totam sphæram secundū proportionem: quia illa fortior applicatio fit ad totam illam æqua proportione. At est contra experientiam: quia fortior fit reflexio in partibus proximioribus corpori, à quo fit reflexio. In hac opinione primus modus dicendi est eorum, qui totam actionem reflexiuam, qua intenditur qualitas, producta per actionem directam, tribuunt principali agenti; ita aliqui Recentiores, quorum aliqui id verum existimant

Quæ dicatur potentia reflexiua.

26 *Agendi dispositum vno modo non potest in passo producere vnū effectum quem poterit si alio modo disponatur.*

quam-

quando reflexio fit perpendiculariter: quia tunc non potest intendi, nisi à seipsa, & nõ: quia neque immediatè, vt patet: quia si nõ potest simile, multo minus seipsam, &c. ipsa ageret immanẽter, & pduceret aliqd se perfectius, neque mediatè, vt dicunt fieri per species, vt contra illum modum agendi infra ostẽdemus; vel ab auctore naturæ; quia sine ratione ad Deũ recurritur; vel à corpore impediente, neque, quod cum sua opacitate impediat, est incapax luminis, & quia lumẽ sibi recipitur, est imperfectius, ergo manet, produci solum à primo agente. Confirm. quia reflexio fit etiam quoad qualitates, non actiuas, ergo necessariò intensio quoad illas fieri debet, à solo primo agente, atque adeo in omnibus, siue fiat reflexio perpendiculariter, siue obliquè. Alij verò tribuũt principali agenti simul cũ qualitate producta circa obstaculum, & ex vtroque fieri vnum agens, intendens qualitatem priorem. Neque obstat, quod qualitas obstaculi sit remissior: quia vnita cum

27 *A Sole oritur duplex actio directa, & reflexa, & inde duplex lumen, scil. in corpore obsistente, & medio.*

agente principali, habente maiorem intensionem concurrere potest, ad maiorem effectum, ita quidam Recentiores, quam sẽtentiam sic explicant, à Sole v.g. oriri duplicem actionem, directam, & reflexam, & à directa produci duplex lumen, vnum in corpore reflectente; aliud in medium proximum illi maius, quàm illud: sed tamen lumen minus corporis obsistentis simul cum luminoso intendere lumen aeris: quia ex illis fit vnum principium adæquatum, habens maius lumen, quàm aer, & sic intẽsio non fit à simili, vel minori, sed à maiori. Neque obsistens se habet vt medium, per quod aer coniungitur luminoso, sed potius contra. Sed se habet vt comprincipiũ ad intendendum lumen aeris. Quod si illis opponas partes aeris, in quibus non fit reflexio, proximiores luminoso se habent vt medium respectu actionis Solis intendentis: & tamen habent minus lumen, quã sit illud, quod est productum in partibus proximioribus corpori obsistenti. Resp. Agens posse agere in distans magis intẽsè, quando in parte distanti habet agentia coadiuuantia, & determinantia ad talem actionẽ. Sed cõtra; quia eadẽ rõne posset à lumine existente in vna parte medij determinari, & cum illo producere in proximum illi intensius lumen in partem illam à principali remotiorem. Resp. vt principale luminosum ex vi illius aeris non reflectij, ita non determinatur: quia in illis

An agens possit agere in distans magis intẽse quando in parte distanti habet agentia adiuuãtia.

non est densitas, sicut est in corpore resistente, in quo sunt vnitæ plures partes luminis, quibus determinatur principale luminosum, ad producendam maiorem illã intensionem in aere proximo obsistenti. Neque tota determinatio debet tribui corpori obsistẽti, sed tantum completiuè: nam adæquatè prouenit ab existentia, & approximatione, & potentia principali luminosi, & corporis obsistentis. Dicitur autem completiuè esse ab obsistente: quia hoc supponit luminosum, & illi cõcipitur aduenire. Hinc dicũt patere rationem, cur lux transmissa per speculum adurat ad tantam distantiam & non minorem: quia scilicet ad illam distantiam vniuntur radij, & non ad minorem: nam partes speculi cũ agant per lineas rectas, non omnes agunt in subiectum proximum, sed in subiectũ ad certam distantiam positum, omnes partes confluunt, & agunt, & ex confluentia actionis partium excitatur, seu determinatur Sol ad maius lumen producendum. Ex quo oritur combustio, quoad illud producendum in partem sibi proximiorem.

Ratio cur lux transmissa per speculum adurat ad tantam distantiam.

Alij vero distinguunt, quod quando reflexio sit directè, tunc ad intensionem concurrit non solum principale agens, sed etiã à qualitate directè producta in obstaculo, vel medio vt instrumento causæ principalis; at si reflexio fit oblique tunc qualitas solum producitur à qualitate directè producta: quia reflexe producta est remissior, & ideo intendi posse à directa intensior.

ART. VII. *Opinio Auctoris.*

PRima Concl. Si reflexio fiat obliquè, non est magna difficultas in inueniẽdo agente, à quo producitur lumen reflexum: quia si datur produci à lumine directẽ producto, non sequitur aliquid absurdum, quod scilicet, idem agat in seipsum, vel quod minus producit maius: quia lumen directè productum esset maius eo, quod producitur in alia parte subiecti per reflexionem obliquam. Difficultas igitur solum est in perpendiculari reflexione, in qua vtrumque absurdum videtur sequi, si ponatur, intendi ab ipso lumine, quod in subiecto est directè productum: solum posset esse difficultas quoad modum loquendi: quia actio, qua lumen directè productum producit lumen à lateribus non est reflexa, sed directa, sicut in alijs simili-

28 *Quando nõ fit absurdũ idem agere in seipsum & minus producere maius.*

bus actionibus, vt cum calor productus ab vno agente producit alium calorem; quod si conclusio intelligatur de lumine producto in medium, vel corpus impediens à principali agente, impedito agere in totam sphæram, tunc illa actio potest dici reflexa, non formaliter, sed effectiuè: quia producitur à lumine reflexo: nam vt sit reflexio formaliter, exigunt doctores, vt sit ab eodẽ agente, à quo est directa: vt supra, ideo.

29 *Lumen reflexum intenditur à principali agente.*

2. Concl. Probabilius mihi videtur, intendi lumen reflexum à principali luminoso: quia nullum sequitur absurdum: nam quod producitur maius lumen in distantem, quàm in partem proximam agenti, primo id non est absurdum: nam posito impedimento, vbi incipit impediri actio agentis, inde incipit intendi eius actio, vt patet ex dictis: nam sicut actio directa est maior circa subiectum, in quo incipit, ita & reflexa, vt alibi diximus. Alij negant, produci maius lumen in partem distantẽ: nam supponunt, non fieri reflexionem vltra summũ gradũ agẽtis. Deinde dicunt, reflexionem ita fieri: nam si lumen, quod ad certam distantiam fuisset productum sine impedimento, diuidatur in septem partes ratione subiecti, ita vt in parte proxima agenti sit vt septem, in sequenti vt sex, & sic deinceps, donec terminetur in non gradum, si speculũ ponatur in parte subiecti, vbi est lumen vt quatuor, vltra quam si nõ accidisset impedimentum, fuisset productũ lumen vt tria, & in sequenti vt duo, & in altera vt vnum, cum fit reflexio in parte proxima speculo, adduntur tres gradus, & cum ibidem inueniat vt quatuor, fiet vt septem, & in sequenti adduntur duo, in altera, quæ est vt sex, additur vnus. Sed primò, hæc responsio repugnat experientiæ: nam plus luminis experimur produci iuxta corpus reflectens, quàm iuxta corpus luminosum, vt patet intra cubiculum illustratum ex lumine lucernæ: nam sæpe possumus legere iuxta parietem, & non in medio. Secundò, quia lumen in media regione aeris esset æquè intensum, ac in infima regione. Vnde producere deberet æqualem calorem; quod pugnat cum Arist. 1. Meteor, c. 4. & experientiæ, cum constet illam partem esse frigidissimam. Resp. esse æquale lumen, sed ibi non calefacere: quia vt calefaciat, debet esse reflexum. Sed contra: quia alibi ostendemus, lumen etiam directum producere calorem, cum sit eiusdem speciei, modo habeat æqualem intẽsionem. Resp. 2. alij, infimam regionem non calefieri solũ à lumine, sed etiam à vaporibus, qui cum sint densiores aere, concipiunt maiorem calorem, vnde magis calefacient, & etiam ignibus subterraneis, qui calefaciunt aerẽ. Tertiò, calefit etiam à terra, & aqua, quæ multum caloris concipiunt, eumque diutius retinent, ac diffundunt in aerem. Sed contra primò: quia Arist. cap. 4. apertè docet, mediam regionem esse frigidam: quia ad illam non peruenit reflexio luminis, & ideo ibi possunt nubes cogi, & in pluuiam verti, ex qua experientia patet, reflexionem luminis non extendi ad tantam distantiam, ad quantam fuisset extensa actio directa si non ad fuisset impedimentũ. Confir. 1. quia si lumen receptum in corpore densiori producit maiorem calorem, cum ibi aer, sit in se crassus, & etiam ratione vaporum magis, quàm infima regio, deberet in se esse maximè calida, cum sit frigida. Conf. Quia est proxima supremæ regioni, in qua sunt multæ exhalationes calidæ, ex quibus generantur cometæ, &c, quæ plus possunt calefacere, quàm hi ignes subterranei. Conf. 2. Quia constat, montes, qui habent maximos ignes subterreneos, & tamen retinent niues, etiam mense Augusto, vt dicitur de Ecla, monte Crucis, & Helga in Islandia, qui perpetuò niuibus candent. In vertice montis Eclæ maximum riget frigus, etiam Augusto mense. Conf. 3. nos experimur, totum fermè calorem in hac infima regione oriri ex potentia Solis: nã, recedente Sole, minuitur & accedente, augetur: quod non est: nisi quia producitur lumen: nã cætera omnia corpora huic aeri, vt terra, & aqua proxima, sunt frigida ex natura sua; ideò nisi ab extrinseco calefiãt, redeunt ad propriam naturam.

30 *Totum ferme calorem in hac infima regione experimur ex potentia Solis.*

3. Prob. Produci maius lumen iuxta corpus reflectens, quàm iuxta corpus luminosum: nam si sint multæ partes subiecti inæquales, se æqualiter excedentes proportione arithmetica, & ijs addantur aliæ inæquales, æqualiter se excedentes proportione arithmetica; sed maiori excessu, quam priores: additio autem ita fiat, vt maior numerus partium addendarum addatur minori aliarum; illud aggregatum, quod fiet ex maiori addito, erit omnibus alijs majus, & reliqua eo erunt maiora, quo huic primo aggregato proximiora: quod sic ostendo: sint numeri vnitate se excedentes, vt 12. 11. 10. 9. 8. His addantur tres alij numeri binario se excedentea, vt

6.4 2.

6.4.2. ita vt maior horum addatur minori ex illis vt octo addantur sex, nouem, quatuor, decem, duo. Cum igitur reflectitur radius supra directum, & partes reflexi se superent maiori excessu, quàm partes directi, vt colligitur ex maxima distantia, in quam impeditur luminosum diffundere suum lumen: ideò aggregatum ex lumine reflexo, & directo iuxta speculum erit maius, cum ibi sit intensior radius reflexus, quàm iuxta luminosum. Ideò in opinione eorum, qui tenent actionem non fieri magis in distans, quam in propinquum, vt Marsil. Et alij 3. dixerunt, lumen in reflexione produci à lumine, recepto in corpore reflectente; quæ sententia si intelligatur, quod lumen propria virtute producat lumen maius, falsa est; tum quia minus non producit maius; tum quia produceret in quamcunque partem. Sed experimur diffundi lumen in eã partem, quam respicit per angulum æqualem ei, quo respicitur à luminoso. Ideò 4.

31 *Lumen intenditur à lumine recepto in corpore reflectente, sed in virtute primi luminosi.*

melius alij dicunt, lumen intendi à lumine recepto in corpore reflectente, ita Suar. loco citato, sed in virtute primi luminosi, sicut lumen habet, vt reflecti possit; ita habet, vt virtute alterius producat reflexũ lumen, in quocunque subiecto spacij, & vt corpus reflectens est magis, vel minus aptum ad reflectendum; ita producit minus, vel maius lumen. Vnde luminosum per lumen medij, tanquam per instrumentum, posito corpore reflectente, producit lumẽ intensius, vt calor cælorum mototum ab intelligentiis moderatus producit maiorem, non tamen vbicunque, sed in elementis tali, vel tali proportione coniunctis: quæ sententia his coniecturis probari potest primo quia prope corpus reflectens fit maius lumen. Secundò quia non fit reflexio à quocunque corpore, sed requiritur, vt sit tersũ, & politum. Tertiò, quia quando reflexio fit obliqua, non fit lumen ita intẽsum, sicut quando fit perpendiculariter, quod signum est, fieri ab eodem lumine, quod est in medio. Quartò, quia ita melius saluatur, quomodo fiat intensio luminis in speculo cõcauo, & cum transit per phialam plenam aquæ, vbi refranguntur radij: quia scilicet plures radij vniuntur ad producendum maius lumen in vna determinata parte. Vnde lumẽ producitur à pluribus partibus corporis, in quo fit reflexio, vel refractio; quæ producũt maius lumen in eam partem, in qua vniuntur. Sed huic sententiæ obstat Pompon. nam corpus reflectens aliquando est adeò opacum, vt nullum in se recipiat lumen, vt cõtingit in speculo chalybeo, vel marmore. Sed respõdere posset, semper in his esse aliquam diaphaneitatẽ, cum sint mixta. Sed contra: quia saltem melius fieret reflexio ex corpore diaphano: quia concipit in se plus luminis, cum experientia doceat oppositum: nam quo minus corpus reflectens recipit lumen, eo fit lumen intensius. Conf. Quia cum medium recipiat eandem qualitatem, cur non ipsũ agit in aliud corpus, à quo fit reflexio? Sed ad hoc resp. lumen non esse actiuum, nisi in corpore denso, & terso; & ideò non est ita actiuum, vt patet experientia Lunæ, quæ illuminata à Sole magis illuminat, quàm aliæ partes cæli: quia est ita lucida, vt sit densa: & idem patet in reflexione caloris, quæ fit à corpore denso ad rarum, densum autem fortius agit, ob densitatem materiæ. Sed contra: quia iam ponit, densitatem non solum tribuere actiuitatẽ supra proprium gradum, sed similiter actiuitatẽ tribuere. Sed si dicunt, id effici in virtute alterius, tunc instatur: quia semel hoc admisso, non est, cur calor vt vnum, tanquam instrumentum ignis non se intẽdat vsque ad octauum, & præterea, hæc actio in virtute alterius, non intelligitur esse sine actiuitate alterius. Neque inter ea, quæ sunt eiusdem speciei, potest dari virtus instrumentalis physica: nã principale agit ob sui perfectionem essentialem, est diuersę essentiæ à sua virtute instrumẽtali, vt alibi ostẽdi, quod si ponitur actiuitas illa, iam incidere in id, quod euitare volunt, dari actionem in distans intensiorem, quàm in propinquum. Quod si dicant, in corpore terso, à quo fit reflexio, esse tãtum lumen, quantũ recipitur, & producitur in medio, iam instatur: quia ponitur intẽsior effectus productus in distans, quam in medio: quia prius illud maius lumen est in corpore reflectente, quàm in medio: quia ab illo producitur in hoc. Resp. t. alij, negando esse in corpore terso maius lumen, quàm in medio: quia non potest colligi, nisi ex effectu maiori, qui est calor, & motio visus. Sed cõtra: nam primus effectus saluari potest, quod lumen, cum sit superioris rationis, possit producere intensiorem calorẽ, quam sit propria ignis intensio, & eundẽ calorem non possit producere lumen medij: quia est in subiecto raro: secundus autem effectus saluari potest ex maiori dẽsitate speculi: nam qualitas in subiecto den-

32 *Explicatur fundamẽtũ Pompon.*

Corpus reflectens esse aliquando adeo opacum vt nullum in se recipiat lumen.

Secundum alios nõ est in corpore terso maius lumen quã in medio.

denso magis mouet visum, & potentias sensitiuas, sed etiamsi primus effectus saluetur, sufficienter tamen secundus non ita: quia experientia constat, non solum speculum, sed etiam ipsum aerẽ magis clarere, & ibi aliquid videri; quod alioqui non videretur. Resp. 2. alij, non intendi lumen, sed produci aliud eiusdem rationis, circa medium à corpore reflectente. Nec est absurdum, duo lumina poni in eodem subiecto, sicut probabile est, confici nouam speciẽ eiusdem obiecti, dum fit reflexio in speculo. Sed contra hanc multiplicationẽ luminum dicetur, cũ de indiuiduatione accidẽtium, & diximus aliqua supra. Demum alij dicunt concurrere, & lumen receptum in speculo, & lumen Solis ad intensionem producendam, vel in speculo intendi lumen, tum ab eo, quod est in medio, tum à Sole. Neque id est contra principium de actione in distans: quia iam instrumentum est proximum, &c. Sed contra: quia hic modus habet difficultatem de actione in distans, & de actione agentis remissi, respectu effectus intensioris; Et peculiarem habet difficultatem de actione in distãs: quia videmus lumen maius produci ad aliquã distantiam à speculo, vt patet ex calore producto ibi, vbi vniuntur radij: qui tamẽ calor non producitur in parte proximiore speculo.

Secundum alios nõ intenditur, sed producitur aliud eiusdem rationis.

Quomodo concurrat lumen receptum in speculo, & lumen Solis.

33 *Melius saluatur per actionem in distans.*

Quare melius est, vt dicamus cũ concl. posita, & actionem fieri in distans, cum subiectum est magis dispositum, etiamsi non ita sit medium illuminatum: nam saluari possunt omnes experientiæ, vt sicut principale luminosum producit lumen directè; ita etiam ipsum, cũ impeditur agere in sphæram directè agit circa sphæram, quam potest magis intense, ita vt extensio compenseiut per intensionem; sicut virtus motiua, quæ potest ferre duo grauia vt quatuor, potest etiam vnum vt octo, licet similitudo non sit omninò adæquata: quia non tantum lumen intensiuè producitur per reflexionem, quantum productũ fuisset extensiuè; & quia hic producitur intensius prope corpus reflectens, cum tamen virtus naturalis producat intensius prope se. Cõs. quia principale luminosum ibi incipit agere reflexe, vbi ponitur impedimentum, ergo est maior actio reflexa: quia actio semper est minor in progressu, quam sit in principio, vnde cum talis reflexio fiat intra sphæram, erit vbi est impedimentum præsens non locali, sed virtuali præsentia; nam sicut quoad actionem directam pars remota coniungitur, cum principali agente per medium, etiamsi agat circa partem remotam immediatè, ita impedimentum coniungit agens, quoad partem proximam impedimento, quoad actionem proximã.

Dices 1. Cum prope corpus reflectens sit maius lumen reflexum, quam in parte proxima principali luminoso, qua proportione sit maius, & quomodo? Resp. & dico primò, non vbicũque fit reflexio, est maius lumẽ simpliciter, quam in parte proxima: quod vt intelligatur, notand. duplex lumen potest intelligi produci, vnum directè, & hoc semper maius est prope corpus illuminans. Alterum reflexè, & hoc est maius prope corpus reflectens. Deinde potest considerari aggregatũ ex lumine directè, & reflexè productum, & hoc dicimus non esse semper maius prope corpus reflectẽs: nam si reflexio fiat in magna distantia à principali luminoso, potest fieri, vt sit maius lumen, quod directè producitur circa aliquam partem sphęrę agenti proximã, quam sit id, quod directe, & reflexè producitur circa aliam partem sphæræ. Vnde puto maius esse lumen circa orbem Lunæ, quam sit circa terram, etiam cum perpendicularis est reflexio. Dico 2. conclusionẽ esse veram, si reflexio fit in parte proxima agenti, maius est lumen aggregatum ex lumine directè, & reflexè productum, circa partem distantem, quàm circa partem propinquiorem agenti principali, & idem dico, si reflexio fiat circa terram: nam maius erit simpliciter lumen productum iuxta corpus reflectens, quàm sit circa medium, magis proximum principali luminoso: quod patet ex dictis, & ego expertus sũ in rimula quadã fenestræ, per quam radius ingrediebatur: nam prope murũ, vbi fiebat reflexio, legi poterat, non tamen in medio, nisi liber tali modo teneatur, vt fiat etiam reflexio. Dices 2. Si lumẽ producitur per reflexionem à principali luminoso, quomodo causetur lumen in reflexione obliqua, cum partes illæ non respiciantur directè à principali luminoso? Resp. Propter hoc, dico 1. valdè probabilẽ esse modũ eorum, qui dicunt, lumen causari à medio illuminato, vt instrumento corpori obiecto: nã hac ratione poterit producere tanquam instrumẽtum principalis luminosi: in quã sententiam videtur inclinare Pompon. nã, licet lumen simpliciter non producat lumen, tamẽ quatenus innititur corpori opaco

34 Quo respectu sit maius lumen si reflexio fiat circa terram.

co

co poteſt. Dico 2. Etiam tunc produci à principali luminoſo; nam licet agens agat per lineam breuiſſimam, vt eſt recta, tamē, ſuppoſito impedimento habet etiam virtutem producendi in ſubiectum, quod, quaſi per lineam circularem reſpicit; & ita facilius poteſt afferri ratio, cur anguli incidentiæ, & reflexionis ſint æquales. Et ratio ſit. Qualitas reflexa producitur ab agente principali, coadiuuante corpore, in quo fit reflexio. Si ergo hoc corpus perpendiculariter reſpicit agens, tunc perpendiculariter etiam producitur actio reflexa, ab ipſo agēte. Si verò obliquè reſpiciatur, ſic etiam actio obliquæ fit: quam rationem non poſſemus afferre, ſi actionem tribueremus medio illuminato; & hoc modo agens produceret in ſibi directum, & proximū, ſed ibi radius exiens à principali agente reflecteretur, & efficeret angulum æqualē, alteri radio recto. Et præterea in hac opinione ſemper tribuimus actionē reflexā, cui tribuimus directam.

35

Corpus in quo fit reflexio poteſt coadiuuare in enſionē.

Dico 3. Corpus, in quo fit reflexio poteſt eſſe cauſa coadiuuans hanc intenſionē: quia ſtante eodem agente principali, interdum fit maior, interdum minor intenſio qualitatis reflexæ, iuxta diſpoſitionem corporum, ad quæ fit reflexio Vnde maior eſt reflexio luminis, ad ſpeculum læuiſſimum, quàm ad parietem, vel corpus, non ita terſum.

Hoc iuuamen aliquādo eſt in genere cauſæ efficientis,

Dico 4. Poteſt hoc iuuamen aliquando prouenire in genere cauſæ efficientis, & naturalis, vt ſi ſit corpus maximè potens, recipere actionem agentis. Vnde per propriam actionem concurrit ad lumen reflexum, aliquando in genere cauſæ efficiētis, vt conditio principalis agentis ad agendū reflexē, & hic eſt maior concurſus, vnde maior fit reflexio ad ſpeculum chalybeum, quod minus recipit luminis, quam ad vitreum, quod plus luminis recipit.

An quocunque obſtaculo poſito producatur æquale lumen?

Dices 3. Si ex vi reflexionis producitur maius lumen citra obſtaculum, deberet producere æquale lumen, quodcunq; obſtaculum ponatur, ſiue terſum, ſiue rudū: quia æque impedit actionem agentis vlterius progredi; cum tamen conſtet, maius lumen produci ſpeculo impediente. Conf. ex chriſtallo, ex qua fit maior reflexio, quā ex pariete; & tamen magis impedit actionis progreſſum paries, quam chriſtallus: quia hæc recipit aliquod lumen, imò aliquando tranſmittit illud, niſi impediatur, lamina plumbea apposita poſt chriſtallū.

Reſp. aliqui, ob hoc argumentum aliqui putant, quocunque impedimento appoſito, æquale lumen produci ex reflexione: ſed hoc eſt contra experientiam, vt patet ex dictis Perſpectiuorum, componentium varios modos ſpeculorum, ad faciendam variam reflexionem maiorem, & minorē. Ego reſp. ex terſo fieri maiorem reflexionem: quia nihil habet impediens reflexionem: at in corpore aſpero propter partes eminentes, & depreſſas impeditur reflexionis perfectio; & ideò non producitur tantum lumen. Ad conf. aliqui negant, ibi eſſe maius lumen, ſed apparere ob ſplendorem quendam, quē habet chriſtallus ex natura ſua; quo offuſcatur viſus, vt iudicet eſſe magis luminoſum; idque confirmari poteſt ex reflexione, quæ fit ex corpore terſo albo vel nigro: quia ex reflexione facta ex corpore albo, videtur maius lumē, cum tamen nulla cauſa ſit illius maioritatis in re, ſed in apparentia, ob diſgregationem viſus factā ad albedine, quæ eſt ſimilis diſgregationi, quæ fit à lumine: quam diſgregationem non facit nigredo, ſed potius contra. Quæ reſponſio mihi videretur probabilis, niſi pugnaret cum experientia productionis maioris luminis, vt patet ex effectibus, calore, &c. qui exigunt lumen verum, & non apparens. Ideò 2. alij reſp. illud maius lumen produci à principali luminoſo, cum concomitantia luminis producti in ſpeculo, quod cum ſit in ſubiecto denſo, poteſt producere lumen, atque adeò determinare principale luminoſum, ad maius lumen producendum, etiamſi non ita impediat actionem progredi, ſicut impedit murus: quæ reſponſio poteſt confirmari à ſimili: nam chriſtallus reflectit ſpecies intētionales, quas tamen non reflectit paries, ergo ſignum eſt, chriſtallū habere ex natura ſua vim maiorem reflectendi: cuius rei rationē reperire eſt Perſpectiuorum: ſicut etiā, cur ſpeculum certo modo obliquè diſpoſitum facit duplicem reflexionem, & cur ex ſpeculo concauo producatur maius lumen: quæ omnia examinare hic non poſſumus, ne opus in immenſum creſcat.

36

Quod producatur intenſius lumen patet experientia ex effectib. calore.

QVÆSTIO III.

De Actione Antiperiſtica.

De hac Marſ. 1. de Gen. q. 27. 18. Sax. q. 15. Venet. in ſua de Gen. c. 23. & in ſua. met. c. 3. Suar. diſp. 1. 8 met. ſect. 9.

n. 13. &

n.14. & communiter lib.1. de Gener.c.7. vbi Ruuius q.7.d.1.Conimb.c.9.q.1.art. 2.& seq.

DVB. I. *Quid sit Antiperistasis.*

1 PRimo Not. qualitates intensibiles, cõstat ex dictis, augeri per actionem reflexiuam, nunc videndum, an augeatur per actionẽ antiperisticam, quæ vox apud Aristot. dupliciter sumitur, ex duplici significato illius præpositionis. Nam peristasis apud omnes significat circumstantiam, vel obsidionem. At vox ante, aliquãdo significat vicem quandam mutuam, aliquando contra; prima acceptio significat vnius ad alterum veluti quandam in orbem successionem, vt quod pellit, habeat locum repulsæ, & contra, & ita accipitur 8.phys.t. 82. in fine, vbi ait, mutuum motum elementorum vocari circumobsistentiam; & ita non accipitur hic; Vt autem significat quandam obsessionem à contrario; ita accipitur in hac quæstione.

Triplex est antiperistasis per inclusionem reflexionẽ, & obsistentiam contrarij.

Resp. Antiparistasis est auctio qualitatis facta ex potentia contrarij, seu impedimẽti. Patet primo meteor. sum.3.c.2. & probatur ex eo, quod æstate interiora terræ sunt magis frigida, & magis calida in hyeme. Pro huius explicatione notandum, triplicem poni antiparistasin. Primò per inclusionem, etiamsi nullum obsistat contrarium, vt calor in fornacibus Chymnistarũ videtur augeri. Secundò per reflexionem, quãdo agens impeditum diffundere suam virtutem in totã sphæram, agit intensius in sphæram, quàm potest, vt dicitur lumen intendi in inferioribus. Tertio, quæ fit ex obsistentia contrarij, vt Arist. loc. cit. & 4. meteor. sum.3 c.3. & Hipp. aphoris. 15. sect. 1. vbi Galen. & omnes Medici, & iuxta hos varios modos, variæ sunt antiparistasis rationes.

Dices 1. Qua ratione auctio qualitatis per antiparistasim, distinguatur ab actione per reflexionem? Resp. aliqui, distingui, sicut superius, & inferius: nam reflexio est quid vniuersalius, & continet omnem actionem, qua augetur qualitas, & non per actionem directam. Actio verò antiperistica, est species quædam actionis reflexæ, quatenus oritur ex obsistentia contrarij, sicut reflexio est specialiter dicta ex impedimento extensionis actionis. Ego verò existimo, antiperisticam nulla ratione contineri sub reflexiua; quia actio, qua augetur qualitas, semper est directa, siue fiat per fugam causæ à cõtrario, siue per prohibitam transpirationem.

Antiperistica non continetur sub reflexiua.

Dico 2. An detur actio antiperistica ex vi contrariæ qualitatis.

DVB. II. *An detur actio antiperistica ex vi contrariæ qualitatis.*

ART. I. *Opiniones Doctorum, & Auctoris.*

ALiqui apud Flam. 1. de generat. cap. 5. quæst. 11. & apud Vicommercatum 1. meteor. comm. 66. negarunt, hanc actionem dari, dicentes, sensum nostrum falli, dum in æstate iudicat, aquam putealem esse frigidiorem, quàm hyeme: quia æstate cum sensus sit calidior, iudicat aquã esse frigidiorem; hyeme verò, cum sit frigidior, iudicat aquam esse calidiorem: quia sensus sentit exuberantiam qualitatis, quam habet in se: quare non est mutatio in aqua, sed in sensu nostro: & hanc tribuunt Galeno, libr. 3. de simplic. medicam. facul. c.7. Sed verè, vt infra patebit, non id sentit. Probant primò: nam maior illa qualitas v. g. calor, non potest existere sine producẽte illam, ergo. minor prob. quia non potest produci à contrario per se, nam contrarium potius ordinatur ad corruptionem contrarij, quàm ad eius generationem; neque potest produci à partibus calidis eiusdem subiecti, quæ ex fuga contrarij vniuntur; nam illæ non sunt calidiores, ex vi cõtrarij, quàm erant ante, sed secundum intẽsionem, quam habebant dispersæ, eandem retinent vnitæ. Neque qualitas potest intẽdere seipsam; tum quia si non potest similem, multo minus seipsam; tum quia non recipit illam virtutem, intendendi seipsam à contrario, ergo sicut prius non poterat seipsam intendere, ita neque nunc. Dices. Ex potentia contrarij eius virtus fortificatur, per naturalem quendam impetum. Sed contra; tum quia non habet, à quo fortificetur ad agendum: quia hæc requirit augmẽtum virtutis actiuæ, quod produci debet; tum quia ex potentia contrarij potius fortificaretur ad resistendum, quam ad producendum, vt se conseruet à contrario. 2. Prob. quia experientiæ quibus prob. hæc actio ab Auctoribus, vel non sunt veræ, vel oriuntur ex alijs causis, & ne omnes percurramus, duas examinemus. Prima est Hippocr. sect. 1. aphoris. 15. vbi ob antipa-

2 Secundum aliquos falluntur sensus æstate aquam putealem esse frigidiorem quam in hyeme.

Ratio Quia nullum datur agens producens maiorem illam qualitatem.

Experiẽtia quibus probatur antiperistasis vel non sũt vera vel oriũtur ex alijs causis.

rista-

ristasim docet. ventres hyeme,& vere calidissimos esse natura , & somnos longissimos: contra verò æstate . At hanc experientiam esse falsam, patet ex signis , quæ fortiora sunt, ad significandum calorem in æstate, quàm in hyeme, vt primò pulsus,& anhelitus, qui sunt celeriores, & frequẽtiores in æstate, ex par. 2. aphorism. cap. de pulsibus. Secundò, vrina est tinctior, & fæces magis cholericæ. Tertio, ægritudines frigidæ, phlegmaticæ magis abũdãt in hieme ex 3. part. aph. 24. in hieme verò Pleuretides. Cõf. Quia si maximè calor augeretur in hieme, id maximè esset propter retractionẽ spiritus,& caloris naturalis ad interiora. Sed ex hac retractione potius debilitatur calor , vt patet in principijs paroxismorum,& virtutem aggrauat, ex quarta part. aphoris 48. vbi dicitur , quod in continuis febrib. si quidẽ extra frigidæ fuerint, quæ verò interius ardeant, & sitim habeãt, mortale . Hæc , & similia obijci possunt contra hanc experientiam vt videre licet apud Commentatores præd. aphorismi .

An aquæ puteales in hyeme sint calidiores, & æstate frigidiores.

3 Altera experientia sumitur ex eo , quod aquæ puteales in hyeme sunt calidiores , & æstate frigidiores. Sed hæc primò saluatur ex mutatione, orta in sensu nostro, vt dictum est supra. Secundò cum exhalationes calefecerint aquam , & terrã, cum ipsæ recedunt, tam terra, quàm aqua manerent calidæ : quia non est, à quo producatur frigiditas: nam licet posset dici, in aqua, absente contrario produci frigiditatẽ à propria forma; tamen id dici non potest de ipsa terra , quæ est ex natura sua calida, atque adeò ex sua forma nec poterit in se producere frigiditatem , & impediet aquam, ne se reducat ad frigiditatem præsente calore terræ : nam potius calefiet à calore terræ , seu potius cõseruabitur calor aquę à calore terræ. Quare Arriaga disput. 2. de generat. sect. 9. negat, in terra produci in ęstate frigiditatem per antiparistasim; sed alio modo , scilicet quod in locis subterraneis aer natura sua frigidus inclusus liberatus ab exhalationibus igneis seipsum infrigidat,& per consequens etiam infrigidat terram.

An frigiditas secundæ regionis fiat per antiperistasim.

Tertia Experientia sumitur ex frigiditate 2. regionis, quam dicũt fieri per antiparistasim; quam tamen negant multi ex illa fieri: siue quia ex natura sua aer est frigidus; vt Recẽtior quidam; siue quia illa frigiditas producta est ab Authore naturæ, vt Conimbric. siue quia non potest fieri à vaporibus frigidis eo ascendentibus, & fugientibus calorem infimæ,& supremæ regionis, vt fusius disputat Garz. Fen. 1, lib. 1. doctr. 2. cap. vnico disp. 11. cap. 6. à n. 16.

Experiẽtia quibus probatur dari antiperistasin.

4 2. Opinio est dicentium, dari antiparisticam actionem, qua qualitas obsessa à cõtrario augetur. Est communis ex Arist.& probatur varijs experientijs, quarum aliquæ ostendunt, calorem roborari ex præsentia frigoris, aliquæ contra, scilicet, frigus roborari ex præsentia caloris. Prima est fabrorum, qui vt calor crescat, in ignem aquam inijciunt. Secunda, qua ratione aliqui ignes arte fiunt, qui in aqua ardeant: ad quam etiam spectant lapides quidam in Thracia , qui per fluuium ardentes delati, sollibus excitati citissimè extinguuntur; aqua verò respersi refulgent magis, vt refert Arist. de admi and. audit. 110. & cum comburunt , efficiunt graueolentiam bitumini proximam, vt reptilia ab ea regione expellãt: sic etiam lapis apud Thraces, qui spinus dicitur , & alius, qui dicitur matillus,& qui dicitur murita, qui aqua conspersi flagrant.

Cur Tonitrua tempore frigido, & nubilo accendantur.

Tertia, cur tonitrua cum sint naturæ igneæ, tempore tamen nubilo, & frigido accenduntur? vt Aristot. 2. meteor. sum. 4. cap. 1. Quarta , in aere cur thermæ , & cubicula ad Solem exposita calidiora sunt, flante borea quàm austro,& hyeme, quàm æstate, de quo sect. 24. probl. 8. Quinta. Cur cum nubes infæcundæ, seu nebulæ cœlum obduxerint , maior hic æstus sentitur, quàm cum frigidæ sunt, quã cum cœlum est apertum, & placidum: de quo Arist. sect. 25. probl. 18. & 21. Sexta. Cur æstate ad mediam vsquę noctem ingens est æstus, qui postea paulatim remittitur: cuius rei causam Arist. sect. 25. probl. 16. retulit, quod noctu flatus silescunt.

Aquæ puteales hyeme fumãt, & æstate sunt frigidæ.

7. Cur hyeme aquæ puteales fument , & æstate sint frigidæ 1. met. sum. 3. c. 1. in fine. & c. 2. circa medium: cui experientiæ quod non augeatur calor , illud obstat; nã si terra calet, cum aqua putealis oriatur ex aere condensato ex frigiditate, non deberẽt aquæ puteales augeri hyeme, & æstate minui , sed vt fit in Metropoli omnes putei deberent siccari hyeme, & æstate crescere, vt refertur de admir. audit. num. 52. Et cur vẽti in hyeme sunt calidiores, & æstate frigidiores? ex Hippocr. sect. 1. aphoris. 25. & ibi Gal. sed ibi non est, forte citare voluit aphoris. 15. vbi agit de calidiore stomacho in hyeme.

Aqua calefacta in fundo calidior.

8. Cur fundi vasorũ, quibus aqua calefit , dum aqua est frigidiuscula , sunt calidiores : cum verò incalucrit

lucrit

Calx aqua frigida superfusa ita fumat vt ligna comburat.

fuerit aqua, frigescit fundus, sect. 24. ou. 8. 9. In mixtis inanimatis, cur calx, superinfusa aqua, frigida præsertim, vndequaque adeo fumet, vt ligna comburat, ex Cardano lib. 2. de subtilit. 10 Cur stannum celticum in aqua liquescit, & extremo frigore ? de admir. audit. 48. Et similia refert Plinius tom. 2. lib. 18. c. 28. & 29. omnem vredinem ex arboribus nasci ex frigore, vt constat experientia, fructus fieri dulciores frigore, quod esse non potest, nisi per antiparistasim, quod calor internus augeatur, 11. Cur ros calore aliquo generatur, sed in Ponto maximè flante borea 1. met. summ. 3. cap. primo. 12. Cur res calefactæ citius gelantur 1. met. summ. 3. c. 2. in fine. Ad hanc etiam pertinet, quod Alex. ait lib. primo probl. 28. aquam feruentem iniectā in puteum, frigidiorem fieri. Hinc saliua in regionibus septētrionalibus: quia emittitur calida, prius congelatur, quàm perueniat ad terram; & halitus congelatur supra barbam, & similia accidunt, vt docet Olaus Gotus lib. 1. de rebus septētrional. c. 24. 25. 27. & 28. 13. Cur semina melius crescant, si mense Ianuario frigus vigeat, quàm si tempora sint tepidiora: ad quod etiam pertinet id, quod probl. 13. sect. 20. Cur si quis radicularum folia hyeme, cum maximè præclusio vigeat, absciderit, & terram pedibus complanauerit, vt nullum imbrem admittere possit, radiculę ipsę per æstatem amplitudine mira excrescunt; sic etiam cæpę crocus, & alia huiusmodi, terra complanata hyeme frigidissima defossa, æstate maiorea erumpunt. 14. Cur cum calore vegetentur semina, tamen agri niuibus fæcundentur, & si mense Ianuario boreas flauerit, speretur fæcunditas;

Res calefactæ citius gelantur.

5

Agri niuibus fæcundantur.

quod primò referri potest: quia nimio humore semina putrescunt. Secundò ex 1. met. summ. 3. cap. 1. in niue superest adhuc aliquid caloris. Tertiò quia habet aliquid exhalationis siccę, quę prodest agris. Quartò, quia dum soluuntur, pingue quoddam relinquunt. Quintò vt ait Scaliger, exercit. 54. niues frugum luxuriam prohibent; vel Sexto quia calor obsistente frigore introrsum agri, vt latiores surgant segetes: nam idem fit per boream, pruinam, & glaciem, si tanti non sint, vt herbas comburant. 15. Cur arbores aliquæ post Iridē aqua madefactæ odorem spirant, sect. 12. probl. 3. quod scilicet, calor arboris humorem concoquit, & odorem spirat. 16. Cur in Transiluania quædam aues, aduenientę

Arbores post Iridem aqua madefactæ odorē spirant.

hyeme, se in imum fundum fluminis iniiciunt, vnde vel quasi emortuæ, perfractā glacie ad ignem reuiuiscunt, vel primo vere euolant: nā has oportet esse humidas, vt glires, vt dici possint viuere sine cibo: terra autem in fūdo fluuij calidior est, quā pars superior; ideò illam partem quærunt: adiutæ autem externo calore reuiuiscunt: quia spiritus augentur. 17. Cur prope Puteolos canis in antrum quoddam iniectus pene mortuus extrahitur, omninò interiturus, nisi in proximum Amani locum coniiciatur: quia scilicet, antrum illud calidum venenum efflat, vt eius regionis torus halitus ostēdit. Vnde vt calor calorem euocat; sic venenum illud calidos spiritus. Vnde si diutius permaneat ibi animal, interiret omninò. Quod si adhuc spiritus aliqui supersint, contactu frigidæ aquæ, & calor venenosus cordis temperatur, & illi vniuntur spiritus, ne se diffundant: qui contracti ad interiora animali vitam reddunt, atque mori per spiritus euocationē docet ardor oculorum, qui ignescunt: & quia sola aqua sanatur. Simile quid docet Arist. de admir. audit. 28. de stagno Siciliæ, in quo animalia præfocatione quasi emortua reuiuiscunt. 18. Cur in terris frigidissimis ardentiores febres oriuntur ? sect. 14 probl. 3. vt hyeme, etiam sect. 1. probl. 29. nam partibus interioribus refrigeratis, calor internus vehementior est, licet in humorum copiam referat Arist. quæ magno calore concoqui non potuit. Hinc, etiam est, vt quædam apostemata frigidis sanentur, vt scilicet calor internus maturet humorem sect. 1. problem. 45. 19. Cur tam aqua, quā vinum, immodicū febricitatibus deliriū erecent, cum sint contrariæ naturæ ex 1. probl. 36. vinum calore cerebrū vrit, vt in ebriis. Aqua verò vel ob obstructionem foraminum putredinem auget, parua aqua nimio feruori iniecta est igni alimentum ob antiparistasim. 20. Cur in sudatoriis magis sudamus hyeme, sect. 2. in 29. sed quando in 42. negat hyeme oriri sudores, loquitur per se, cum humores frigore potius concrescant. 21. Cur cum Sole magis nuda, quàm vestita calefiant, tamen induta magis sudant, quod 2. probl. quæst. 37. & 39. refert in calorem Solis exsiccantem corpora, sicut pars, in qua iacemus non sudat, quod exsiccetur, probl. 15. sed tamen potest dici: quia per vestes calor non diffūditur. 22. Cur qui dormiunt magis sudant, quàm vigilantes, refert in antiparistasim

In Transyluania Aues alicubi in hyeme se in imum fundum fluminis iniiciūt.

Puteolis canis in antrum quoddam iniectus pene mortuus extrahitur.

6

In terris frigidissimis ardentiores febres oriūtur.

Tam aqua quam vinū immodicū febricitanbus deliriū creat.

Dormiētes magis sudant quam vigilantes.

2. probl.

2.probl.16. quod obsessu contrarij interna magis calent: nam ex libr. de somno, & vigil. cum somnus oriatur ex vaporibus in cerebrum eleuatis: qui refrigerati deorsum feruntur, vt pluuiam ait c. 5. contingere: vnde oritur grauedo capitis: subdit somnum esse quandam caloris interni collectionem ex frigidorum vaporum antiperistasi: de quo etiam sect. 33. problem. 15.

Adituri tormenta maxime sitiunt.

23. Cur adituri tormenta maximè sitiunt, cum tamen ob frigus tremant; sic etiam milites fugam capessentes, quia frigent exteriora, & calent interiora, ob fugam spirituum ad interiora, vt colligitur ex 28. problem. 2. & 3. & 10. & Alex. 1. probl. 12. 43. & 37. & de siti Aristot. sect. 27. probl. 23. & 28. 24. Cur neruorum contractio, quæ oritur ex materia frigida, sedetur aqua frigida, vt Alex. probl. 53. refert ad antiperistasim. 25. Cur in summo timore, cum

7

In summo timore cur eriguntur pili, cum horrescit frigus.

horrescit frigus, eriguntur pili? quod Arist. 8. probl. 21. & sect. 35. probl. 3. & Alex. libr. 2. probl. 27. retulerant in condensationem cutis, deficiente calore: & sect. 7. probl. 5. & 10. probl. 23. & 24. aliam reddit paulo diuersam. Sed referri potest, quod frigus ob caloris præsentiam cutem densat magis: sed non placet. 26.

Deficientes aqua superfusa reuiuiscunt.

Cur qui deficiunt, aqua superfusa, reuiuiscunt: quia scilicet frigiditas prohibet effusionem spirituum extra: nam hoc deliquium oritur ex defectu spirituum, aliquando patet ex oculis, quibus apparet cœlum stellatum, ob copiam spirituum ibi congregatorum, sect. 24 probl. 12. & eandem rationem reddit, sect. 9. prob. 8. & 9. quod æneis quibusdam admotis vibices reprimuntur, quod æs calorem vetat effluere è sanguine, quem ictus collegit. Vnde admoueri dicitur, antequam geletur; sicut etiam thapsia illita melle; quæ sanguinem

Tentati grauedine maximè sternutamus.

refrigescere prohibet ob calorem. 27. Cur maximè sternutamus, cum tentamur grauedine: nam calor ob præsentiam humoris frigidi magis vigoratur, & agit. vide sect. 33. probl. 15. 28. Cur aqua frigida sanguinis fluxus è narib. retinetur? sect 33. probl. 6. hoc solui non potest, nisi ex fuga, vel quia congelatur sanguis. 29. Cur

Manus lotæ niue incalescunt.

manus lotæ niue incalescunt, ob actionē spirituum intro conuersam: quæ experientia habet locum, quando nix non est magna, nec diu applicatur manui; nam si esset maxima, & diu applicaretur, vinceret omninò calorem à manu conceptum, vt experientia docet, qua videmus manum ob nimium frigus algere, & stupefieri. Dices. Nix applicata ferro candenti frigefacit ferrum, & non reddit illud calidius. Resp. In ferro non esse exhalationes, & spiritus, qui se retrahant ex præsentia contrarij, sicut apparet in terra, in qua ob præsentiam niuis retrahitur calor, & frugum radices reddit altiores, eo quod adiuuat nutritionem, & concoctionem alimenti illorū. Vnde postea in æstate surgunt copiosiores. Quare fallitur, qui dicit, non habere locum in rebus, quæ non sunt caloris productiuæ, vt sunt animalia. Dices 2. huius experientiæ rationem non sumi ex antiperistasi, sed potius ex remotione contrarij: nam oritur ex partibus aqueis, quæ ingrediuntur poros manus, in quibus incalescūt, & ab illis, & sanguine prius retracto, & postea recurrente ad manus, hæ incalescunt. Sed experientia non procedit, de calore, qui sentitur recedente frigore manus: nā in eo casu rectè dicitur, non oriri calorem manus ex antiperistasi; sed ex concursu sanguinis, & exhalationibus admixtis, nisi quæ remanent. Sed experientia est de calore interno, qui sentitur, dum nix applicatur ad manum: nam ille est ex antiperistasi, qua spiritus, & sanguis ad interiora se recipit fugiens contrarium, quod autem dicitur de partibus aqueis incalescētibus, nō probatur: quia illæ sūt frigidæ, nec possunt tam cito incalescere, vt perturbent sensum vehementia sui caloris. 30. Cur copiosiore cibo hyeme, quàm æstate egemus, ob calorem vehementiorem ventris, vt Hipp. sect. 1. aphoris. 13. vbi Galen. Arist. sect. 1. probl. 28. sect. 2. probl. 33. sect. 8. probl. 15 sect. 26 probl. 35. Alex. 2. probl. 122. ideò etiam plus cibi appetimus, flante borea, quā austro: & ideò fames canina plus hyeme infestat: de qua sect. 8. probl. 4. & Egineta libr. 3. c. 51. Sed contra hanc rationem obijci potest: quia pituita plus abundamus hyeme; & Alex. lib. 2. probl. 5. refert in concoctionem minorem. Sed cur fit minor, cum calor sit maior? Resp. igitur, esse ex extrinsecis causis: immoderatus enim calor, vt febrilis impedit digestionē, quæ fit à calore naturali, vt Galen. & alij in e aphorism. 13. 31. Cur moribundis, & timentibus, cum frigeant, soluitur vesica, & aluus, &c. quæ ex calore oriūtur ex sect. 27. probl. 10. Ratio est: quia calor à trementibus superioribus partibus cōfluit ad interiores. Alex. 1. probl. 12. & Aristot. sect. 24. probl. 6. & 8. Hinc palpitat inferius la-

brum, quod caloris beneficio exigebatur, vt probl.6. Hinc tremor oritur, refrigerato pectore, & lingua. probl.6. & 7. Cum igitur calor ad internas partes colligatur, soluit vesicam, &c. vel quia laxantur nerui, quibus vasa constringebantur, sect.26. problem.2.3.8.10. & 11. sect.4. probl.8. Hæc quando calor roboratur, præsente frigore; jam verò quando frigus, præsente calore; patent ex dictis, vt quod æstate puteales aquæ sint frigidiores, loc. cit. & Alexand. 1. probl. 56. refert ad fugam. Cur fundus vasorum, postquam aqua est calefacta frigescit? nam crassiores partes aquæ obsessæ agunt. Sed placet ratio Aristotelis, sect. 24. problem. 5. Hæc de experientijs, quæ sumuntur ex contractione sphæræ.

9 *Ratio cur media regio sit frigidissima.*

Prima igitur est, cur media regio sit frigidissima, cum aer sit natura sua calidus? quia scillicet, vapores ex humido circa terram collecti separati à calore aduentitio ad suũ frigus redeũt; cumq; superius aere calido, & igne ambiantur, & inferius aere nostro calefacto radijs Solis: quæ reflexio ex Vitel: ad quinque millia, & ducentos passus definit, maximè agunt in aerem: Vnde æstate, quàm hyeme frigidior. 2. Cur cum Sol mane sit propinquior nobis, quàm noctu, maius tamen frigus sentitur mane, quã noctu, & referri posset in roré, & pluuiam, quæ mane cadit, sect. 25. vel quod flatus exeuntur: vel quia ita apparet, vt ex sect. 8. probl. 13. videtur posse colligi. Sed placet referri in contractionem sphæræ vaporum, qui sũt in media regione 3. Cur aqua ad Solem æstate exposita frigescit? 1. met. sum. 3. c. 2. licet si diutius perduret, vincitur, & aqua calida citius congelatur, quàm frigida: 5. met. summa 3. c. 2. qui ob id ait piscatores in Ponto ædificare sibi habitaculum in glacie, ad piscium venationem.

Mane Sole licet nobis propinquiore quam noctu maius tamen frigus sentimus.

Quod mare æstate sit frigidius, et hyeme calidius referetur in ventos vel antiperistasim.

4. Cur mare per æstaté frigidius, per hyemem calidius ex 26. probl. 59. quod si nõ referatur in ventos, & Aristot. refert in antiparistasim: sed vix creditur. 5 Experiẽtia pluuiarum, grandinum, &c. Cur in Aethiopia æstate fiunt maiores pluuiæ? primo met. summ. 3. cap. 2. sed cur ibi hyeme nõ fiant pluuiæ, alibi. Hinc etiam est, vt tempore tepidiore sint guttæ maiores, & vehementiores. 6. Cur grando cum sit glacies quædam, hęc autem fiat summo frigore, fit tamen in autumno, & in vere, & non in hyeme, nisi sit tepida? in cujus ratione inuestiganda insudauit Arist. loc. cit. & tandẽ respõdet, accidere propter antiperistasim: nam propter maiorem caliditatem obsistentem, aliquando fiunt grandines, aliquãdo pluuiæ maiores, & repentinæ; vnde cũ maiori impetu cadunt propter celeritatem condensationis.

Grando licet sit glacies cur fiat in autumno, & vere.

Nix in panno rubro, et paleis conseruitur Quia partes calidiores non exhalant.

7. Cur nix in panno rubro, & paleis conseruetur: paleæ autem sunt naturæ calidæ ex sect. 22. probl. 13. Resp. Quia partes frigidiores non exhalant, & vniuntur magis; sed cur non conseruetur in aere, cum etiam sit calidus? Resp. Quia magis permeat propter subtilitaté: & quia in eo sunt exhalationes valdè calidæ, quæ melius applicantur; Et demum ab actione Solis magis pateretur. Resp. alij. Id nõ esse ob antiperistasim: quia pannus ruber cũ sit siccior, maximè conducit ad conseruationem niuis: quia hæc maximè dissoluitur humiditate, & ideò etiam paleis siccis inuoluitur; & ideò facilius nix non dissoluitur in loco humido, etiamsi sit frigidissimus, quam in sicco, licet aliquantulum calido. 8. Cur pepones magis ad Solem per aliquod tempus refrigerentur, quàm ad vmbram expositi? quia humor aqueus prohibetur extra se fundere. 9. Cur res calidæ citius refrigerantur ad Solem, quàm ad vmbram expositæ? ex sect. 14. probl. 13. & Resp. Quia minor calor à maiore absumitur: tum quia in vmbra calor à frigore obsessus roboratur, sed ad Solem partes non prohibentur transpirare, etsi aliqui negant experientiam. 10. Cur habitantes ad meridiem sunt nigris oculis, & ad septentrioné glaucis, seu cæsijs? Resp. sect. 14. quia septentrionalibus propter frigiditatem continentis prohibentem calidum euaporare, fiunt oculi albi: quia humor calidus est causa glaucedinis: sed habitantibus meridiem manet humiditas, & euaporat calor propter continentis calorem, vt corpus humidum relictum propter eius frigiditatem, & obscuritatem efficit calorem nigrum.

10 *Res calidæ citius refrigerãtur ad Solem quã ad vmbrã Quia minor calor à maiore absumitur. Vnde calor niger, & albus in oculis.*

Quod in æstate sint quidam fructus frigidi quidam calidi hyeme est vel herbarum natura vel ob antiperistasin.

11. Cur in æstate quidam fructus frigidi sint, vt pepones, cucurbitæ, lactucæ; & hyeme olera calida, vt brassicæ, & radiculæ, & pastinacæ. Alex. lib. 2. probl. 7. refert ad Zonas Solis, ego ad antiparistasim, vel herbarum naturam; quæ requirunt talẽ temperiem. Sed contra: quia tunc esset tẽperies calida. 12. Cur in Ægypto terra calidissima vinum oritur frigidum, & in Scithia frigidissima, vina oriuntur calidiora? Alex. refert, quod frigida qualitas vel calida ob antiperistasim refert se ad vitium radices. 13. Cur corpora animalium frigidiora sentiuntur æstate, quàm hyeme? Resp.

Perhorrescimus lotione calida, & frigida

Quia frigida calorem internum extinguens horrorem mouet.

Resp. sect.35. probl.4. refert in obsistentiam contrarij:nam corpus hyeme perinde ac terra euaporat: æstate autem sudat: qui sudor frigidiusculus est. 14. Cur perhorrescimus lotione interdum calida, interdum frigida superinfusa, idem enim effectus à causis contrarijs oriri non potest? sect. 8. probl. 7. nam frigida calorem internum extinguens, horrorem mouet; & calida frigus externum in vnum cogens in partes internas idem efficit. Hinc intelligitur, cur post balneationem inhorrescamus: quia partes frigidæ ob externum calorem intro se colligunt, fit autem horror propter congelationem sanguinis ex frigiditate. 15. Cur per autumnum, & hyemem vt febres ardentiores; ita æstate rigores, sect. 1. probl. 6.25.& 29.16. Cur locis calidis sapiétiores, & timidi; sed frigidioribus contra? sect. 14. probl. 8.15.& 26. Alex. libr.2. probl.6. 17. Cur qui hyeme aqua se lauant frigida, calent, qui calida, frigent? sect.1. probl.19. 18. Cur vinolenti tremunt, cum vinum sit calidum? sect.3. probl.1. 5.6.22. 25. Arist. refert, tum in multitudinem humoris, qui refrigeratus multum frigoris concipit; ita vt calorem superet naturalem; tum in calorem vini, qui permixtus calori naturali, illũ extinguit ob delectam materiam, & inde tremor, & aliquando mors. probl.22.

Qui hyeme aqua se lauant frigida calent qui calida frigent.

Vinolenti tremunt.

11 Ratio secũda conclusionis.

Antiparistasis fit varijs modis ex fuga cõtrarij ex roboratione virtutis prohibita transpiratione.

2. Probanda esset conclusio ratione, quæ vna esse non potest, cum antiparistasis fiat varijs modis, scilicet, ex fuga contrarij, ex roboratione virtutis ad potentiam contrarij, ex prohibita transpiratione, & similibus causis, vt infra: communiter tamen dicitur fieri ex eo, quod ex potentia contrarij virtus in se roboretur, & vniatur, tum ex antipathia naturali, qualem videmus in alijs: natura enim omnibus indidit inclinationẽ ad sui conseruationem, ex qua oritur, vt suas vires magis colligat, dum periculum est suæ destructionis; ita enim videmus, animalia magis colligere suam virtutem, præsente contrario; vt aliquando patuit Neapoli ex pugna inter leonem, & generosum equum, qui calcibus se à leone defendit, ita generosè; vt mitis fuerit inde extractus, & sequẽti tẽpore ferocitatẽ antiquã deposuerit. Idẽ videmus inter hõines inter se luctantes, vel alio modo præliãtes, ergo proportionaliter idem dicẽdũ est de alijs naturalibus; cũ natura nunq̃ deficiat in necessarijs; & hinc videmus aquæ guttã tempore æstiuo se colligere in circulum: quia talis figura est aptior ad sui defẽsionẽ vt melius patebit ex solutione argumẽtorũ.

ART. II. *Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum argumentum. Ex dicendis patebit, quo modo dicatur augeri qualitas, an ex vi productionis nouæ virtutis, an ex vnione partium virtutis dispersarum. Ad 2. resp. Rectè Hypocratem dixisse, ventrẽ hyeme calidiorem, & æstate frigidiorem. Neque ex illis signis adductis prob. contrarium: nam frequentia pulsus, & anhelitus in æstate, non oritur ex eo, quod calor naturalis sit maior, sed ex eo, quod aer, qui attrahitur à pulmone ad refrigerandum cor, est calidior; & ideò oportet sæpius nouum attrahere, & antiquum expellere. Ad 2. vrinam esse magis tinctã: tum quia tunc est minoris quantitatis: tum quia plus habet de bile, quæ illo tempore propter siccitatem multiplicatur, & miscetur vrina. Ad 3. resp. Aphorismi veritatem habere locum in corpore robusto, seruante debitum regimen. Quod si corpus sit debilis caloris, & frigidum valdè excedens, tunc non habet locum antiperistasis: quia subitò vincitur contrarium; & si est robustum & non seruat debitum regimen, in illo fiunt tales ægritudines: quia in eo generantur humores crudi, qui ob suam frigiditatem non facile resoluuntur: & quia etiam cum pori sint obstructi, non exhalãt extra; & inde oriuntur ob illorum cruditatem tales ægritudines. Deinde etiam in hyeme sunt febres ardentissimæ, & periculosæ in corporibus robustis: quia habẽt magnum calorem, qui receptus in humoribus crudis maximè accendit sanguinem: de qua re Medici consulantur. Ad primam confirm. respond. aliquam retractionem confortare calorem, vt factam ex cõuenienti occursu aeris frigidi, propter naturalem temporum mutationem: aliam verò debilitare, quando est facta à re præter naturã, vt accidit in principio paroxismi, vbi calor naturalis subito nimis suffocatus ad interiora se retrahit, manentibus exterioribus frigidis, vt docet Forliuiens. in d. aphoris. quæst 28. Dices. Hyeme adhibentur cibi calidiores, vt condita ex pipere, & alijs, æstate verò frigidiores, vt fructus, & cætera, quæ ex naturæ prouidẽtia æstate producuntur ad contemperandũ calorem stomachi, qui in æstate est validior. Vnde non obstat, quod hyeme con-

12 *Secundum Hyppocratem venter hyeme calidior, et æstate frigidior*

coctio fiat perfectius: nam calor plus iu-
sto, qui regnat in æstate, impedit conco-
ctionem, vt patet ex calore febrili. Confir.
quia totum corpus æstate est calidius, ergo
etiã stomachus: quia si calor Solis æstiuus
penetrat ad interiora terræ, multò magis
ad interiora hominis: quia minorem inue-
nit in eo repugnantiam. Hæc ex Forli.
Resp. primò. Homines potius sequi, quæ
gulam delectant, quàm quæ ad sanitatem
conducunt. Vnde æstate sumuntur cibi,
qui delectant, siue sint calidi, siue frigidi,
vt patet in ficubus calidis, & ex conditis ex
sacchar o similiter calidis, & similibus.
Quare ex hoc argumento nihil colligi po
test. Resp. 2. Etiamsi tempore æstatis con-
ueniant cibi frigidiores, quam tempore
hyemis; non tamen inde fit, illos cibos esse
difficilioris digestionis: nam grossiores ci-
bi, & difficilioris digestionis non sequun-
tur complexionem frigidam. Neque faci-
lis concoctio ciborum, sequitur comple-
xionem calidam, sed hæc varietas pendet
à diuersis complexionibus, & proprietati-
bus rerum, vt notat Forli. loc. cit. q. 19.
dicens, cibum aliquem esse facilioris dige-
stionis alio cibo, contingere potest ex *ali-
quo istorum. Quandoq; enim ratione qua-
litatis manifestæ; & sic cibus calidus cibo
frigido cæteris paribus oportet esse facilio-
ris digestionis: quandoq; ratione modi sub-
stantiæ; & sic cibus rarior est possibilior, &
digestibilior: quandoque ratione proprieta-
tis occultæ, & sic carnes pullorum, & vitu-*
13 *lorum plus nutriunt hominem, quàm nu-
trirent ipsa herba sicca, vel fœnum odori-
ferum; & panis plus, quã caro cruda: quia
licet inter carnes crudas, & hominem sit
maior conuenientia, quoad qualitates ma-
nifestas, quàm inter hominem, & panem
coctum propter occultam proprietatem, quę
magis est inter hominem, & panem coctum
quàm, &c.* Ex quo patet, non tamen quẽ-
libet cibum frigidiorem, esse grossiorem,
& difficilioris immutabilitatis: & quod di-
citur de lactuca, facilius digereretur hye-
me, quàm æstate, licet plus conferat in æsta
te, quàm in hyeme, ratione operationis
suæ qualitatis, prohibentis spirituum super
calefactionem, resolutionem, remouendo
calorem accidentalem, ortum ab aere ca-
lido, quæ remotio non est necessaria tem-
pore hyemis. Vnde non sequitur, lactuca
est frigidioris complexionis carnibus vitu-
linis, ergo erit difficilioris, cum ipsa sit
magis passibilis à corpore, ratione modi
substantiæ, scilicet subtilitatis, & raritatis.
Ad 2. experientiam resp. negando, oriri ex
mutatione sensus: tum quia in æstate
idem sensus distinguit aquam magis, vel
minus frigidam; tum etiam calidam à fri-
gida, ergo illius iudicij diuersitas, non ori-
tur ex diuersitate potentiæ, sed obiecti,
imò aliqui testãtur, quò sensus est calidior,
eò illi aquam minus frigidam apparere:
tum quia in hyeme, dũ sensus est frigidissi-
mus, et iudicat de frigiditate aquæ, & calo-
re: tum quia experientia constat, corpus in
hyeme ab igne calefactũ, vel ab alia causa
etiam magis, quàm in æstate, iudicat aquã
à puteo recenter extractam, esse calidam,
quæ si paulũ fuerit sub dio, iudicabit illam
frigidam; & idem dicitur, si corpus in ęsta-
te sit frigidum, ob aliquam causã, si gustet
aquam recenter è puteo extractam, iudi-
cabit frigidam; tum quia experiẽtia docet,
corpus calidum in æstate, ingrediens spe-
cus valdè subterraneos, paulatim calorem
amittere, & refrigerari; in hyeme verò si
ingrediatur frigidum, calefieri; quod Suar.
cum Hurtado tribuit exhalationibus, quæ
æstate exhalent, potest aqua, & terra se re-
ducere ad naturalem frigiditatem: nam
quod dicunt aliqui, terram esse ex natura
sua calidam, & frigidari ab aqua, sustineri
non potest; quia non est ratio, cur potius
aqua non calefiat à terra, quam dicunt ca-
lidam, cum sit densior, & in maiori quanti-
tate, & multò minus placet, quod aliqui
dicunt, terram infrigidari ab aere: quia ex
natura sua est frigidus in summo; & cum
in æstate sit liber ab exhalationibus cali-
dis, infrigidat terram: tum quia habet ean-
dem difficultatem, ac præcedens: quia li-
cet sit liber ab exhalationibus, non tamen
est liber ab ipsa terra, calida ex natura sua;
tum quia vtrumque suppositum est à veri-
tate alienũ: quia nec aer est ex natura sua fri
gidus, nec terra calida, vt infra ostẽdemus
Ad 3. experientiam ex frigiditate secundæ 14
regionis respondebitur infra, cum de ele-
mento aeris, cum non possit hic breuiter
expediri. Hinc patet quid sentiendum de
opinione Recentiorum, qui videntur ne-
gare Aphorismum Hyppocratis, sine ali-
quo nouo argumento, sed ijsdem, quæ sunt
proposita, & soluta ab antiquis, vt videre
licet apud Forli. p. 1. aphor. q. 28. & 29.
& sequentibus, vbi fuse disputat de quali-
tatibus calorum conuenientium tempore
æstatis, & hyemis. Nam quod hyeme vta-
mur cibis calidioribus, & vino potentiori,

cõtra verò in æstate, non est argumentum, quod in hyeme calor innatus, & naturalis sit minor, & maior in æstate; sed quod sit maior calor aduētitius corpori, qui incitat gustum ad talia, & tales cibos, & potus. Nam vt rectè notat Forli. A medicis distinguitur duplex calor, vnus elementalis, qui potest esse in quocunq; subiecto materiali, & naturalis, qui consistit in spiritu, quod est instrumentum animę in suis operationibus, & huius magnitudo, vel paruitas spectatur non ex intensione maiori, vel minori, sed in ordine ad corporis molem: nam calor naturalis, qui est magnus respectu corporis parui, potest esse paruus respectu corporis magni. Ex quibus infertur, posse aliquod corpus habere maiorem calorem elementalem secundũ intensionem, & minorem calorem naturalem. Et contra: & de hoc calore naturali dicunt, intelligi aphorismos Hippocratis: q; in hyeme in corpore robusto, hyeme seruante naturam suam, & seruato debito regimine, hi spiritus, & sanguis augentur, & est maior respectu illius, qui est in vere, & autumno: quia spirituum prohibetur resolutio, & vniuntur inter se, atque adeo fortificantur in sua operatione, & per consequens restaurant plus de spiritu, & sanguine. Contra verò in æstate: quia & spiritus, & sanguis, & humores rariores fiunt. Vnde dilatatis poris, resoluuntur, & dilatantur exterius: & ideò magis impotentes ad conuertendum cibum in spiritum, & sanguinem. Et hinc fit, vt qui habent calorem debilem, vt senes decrepiti melius valeant in æstate, quàm in hyeme: quia eorum calor indiget confortatione ab extrinseco, ob eius debilitatẽ: quæ confortatio habetur à calore æstiuo; sicut à frigore hyberno magis debilitatur ob minorem resistentiã. Hinc patet, corpora esse calidiora in æstate, secundum intensionem caloris elementalis, quàm in hyeme, vt probant argumenta initio adducta. Contra verò dicitur de calore naturali. Hinc primò affertur ratio, cur in febriente intensè, quandoque generatur ventositas, & non in sano, cum tamẽ ventositas oriatur ex defectu caloris? Ratio est: quia calor febrilis non resoluit illam ventositatẽ, quę tamen resolueretur à calore naturali, si esset sanus. Secundò sequitur, cur aliquando febriens laboret hydrope, cum hæc ægritudo oriatur ex frigiditate, & cur etiam generetur aquositas: quia scilicet deficit calor naturalis, etiamsi vigeat calor elementalis. Denique ex his patet, immeritò Recentiores negare, dari causã, à qua in hyeme possit esse maior calor stomachi, cum ostensum sit oriri ex multitudine spirituum, & sanguinis, qui abundant tempore hyemis: non enim propter suam fortitudinem, & defensionem extrinsecam impediri possunt ab operatione ex vi caloris solaris, & extrinseci, nisi vt diximus, esset adeò debilis, vt ad agendum circa alimentum indigeret auxilio. Et multò magis reprehendendi sunt, quod putent calorem internum in æstate prodire foras, per productionem caloris; quia non dicitur calor exire per motum localem, sed spiritus, & similia, in quibus est calor, exeũt per motum localem, dilatatis poris. Sed hæc relinquamus medicis, cum nec ab aduersarijs negentur, etiamsi non satis consequenter ad sua principia, & priora dicta philosophentur; quod ostendere nimis esset longum, & sine fructu, præsertim cum facilè possint intelligi ab ingeniosis Philosophis. Neque Galen. militat pro aduersarijs sed pro nobis, vt patet ex ijs, quæ scribit sect. 3. aphoris. 15. quæ non negat, lib. 2. cit. cum ibi solum doceat, sensus sæpe falli in iudicio obiectorum, ob dispositionem variam organorum; & Hugo Senens. negat quidem, qualitatem fieri intensiorẽ, vt apparet sensui; sed fieri actiuiorem, ob densitatem qualitatis.

Duplex est calor secundum Medicos elementalis, & innatus seu naturalis.

15 *Cur senes, & decrepiti melius valeant æstate quã hyeme.*

Cur in hyeme sit maior calor stomachi.

DVB. III. *De modo, quo fit antiperistasis.*

ART. I. *Opiniones Doctorum.*

Primus modus est, dicẽtiũ, fieri p species intentionales: nã cũ qualitas conetur agere in contrarium per species, & contrarium fortius resistat, illæ in suum agens reflectuntur, atque adeò illud intendunt. Vnde agens reflectit actionem suam in seipsum. Sed quia intensio sui ipsius videtur absurda, ideò videtur indicare, non fieri hanc intensionem ab ipsa qualitate, sed per quasdam species intentionales, quę emissæ ab vna qualitate, offensa qualitate contraria reflectuntur versus qualitatem, à qua fuerunt productę, eamque magis intẽdunt. Ita Marsil. primo de generat. quæst. 17. & 18. Saxon. quæst. 15. Venet. summ. de gen. c. 3. & summ. meteor. c. 3. Forl. in primam partem aphoris. 15. quæst. 28. Vienn.

1 *Antiperistasis an fiat per species intentionales.*

Vienn.tract.de react.c. 4.& 6.Marilian.& alij apud Pompon. de actione reali,art. 1. qui etiam dicit, eſſe communem Recentiorum:& tribuitur Pompon. libr.de incãtationibus. Sed hæc opinio ponit, actioné fieri per ſpecies intentionales,quod infra confutabitur : nam nullibi Ariſt. neque in ſecundo de generat. neque in 4. meteor. agens de actione primarum qualitatum, meminit ſpecierum intentionalium, quibus qualitates operentur. Conſ. Quia fruſtra:nã ſicut poſſunt producere has ſpecies;ita etiã poſſunt calorem,frigus,&c. & ſeipſas intẽdere,ſine his ſpeciebus : quia non magis difficile eſt ſeipſas immediatè,quàm mediatè intendere, præcipuè cum hæ ſpecies ponantur imperfectiores primis qualitatibus.Conſ.2. Quia eaſdem ſpecies deberẽt etiam producere in alio,actione directa, ergo etiam deberet ſimile agere in ſimile: contra 1. de generat.46 & 48.& experiẽtiam . Secundò . Cum dicunt reflecti has ſpecies per obſiſtentiam contrarij, vel volunt eſſe accidentia,ergo daretur migratio de ſubiecto in ſubiectum; vel corpora , & non erunt ſpecies intentionales; & deinde daretur penetratio corporum. Confir.quia vel producuntur in corpore , in quo ſunt primæ qualitates, & fierent etiam non obſiſtente contrario, vel in corpus contrariũ, jam contrarium per has ſpecies debilitaretur,non intenderetur qualitas,à qua producitur . Tertio non ſoluitur difficultas: quia eadem difficultas eſt,qua ratione ſpecies, quæ habet virtutem producendi vnũ gradum caloris,poſſit producere quintum: nam non apparet, qua maiori ratione hæ ſpecies deberent producere calorem vt quinque,quàm ipſe calor non poſſit : quia cum hæ ſpecies agant in virtute principalis agentis, non poſſunt excedere virtutem illius, Conſ.1.Quia alioqui qualitates non haberent virtutem producendi immediatè ſibi ſimile:nam calor produceret calorẽ per inſtrumentum diuerſæ rationis : quod fingi videtur.Conſ.2. quia hæ ſpecies ſunt inſtrumentum qualitatum , & non poſſunt habere maiorem vim ipſis qualitatibus,ſed hæ non poſſunt intendere ſeipſas,ergo neque &c.Conſ.vltimò:quia ſpecies productæ à calido vt ſex, nõ intenderent directè aliud calidum vt ſex, alias ſimile,ergo neq; per reflexionem redeunt ad idem calidum vt ſex.Vnde meritò hęc opinio eſt ab omnibus exploſa , quod ſcilicet actio, neque reactio fiat per ſpecies intentionales , quæ vix admittũtur propter repræſentationem, vt bene D.Thom.2.an.ſect.15.qui expreſsè ait,lumen in obiecto non habere eſſe intentionale , quod ſpecies intentionales non producunt qualitatem phyſicam. Dices,etiam flante vento,ſentitur calor ignis: fit igitur caleſactio per ſpecies intentionales,quæ non ita pendent à medio. Confir. quia calidior videtur aqua , quàm fundus caldarij:quod non eſt, niſi quia vehementius agunt ſpecies in aquam. Reſp.etiam ſpecies illæ deberent prius produci in medio,& ſucceſſiuè:quare non tolleretur difficultas . Vnde reſp.id eſſe,quia cum ignis magnus eſt , tempore imperceptibili producitur calor in medium : quod ſuccedit : nunquam enim eſt ſine medio, vel quia datur actio immediata in diſtans : quod hinc optimè probari poteſt . Ad confirm. alibi diximus, id oriri propter vapores calidiores,aſcendentes ex aqua in ſuperficiẽ.

Species illę non poſsũt reflecti per obſiſtentiã contrarij.

2 *Species illæ cum ſint inſtrumentũ non poſsũt habere maiorem vim.*

Nec actio nec reactio fit per ſpecies intentionales.

Secundus modus eſt dicẽtium,fieri ſine his ſpeciebus,ſed immediatè qualitates cũ non poſſunt ſe diffundere in totam ſphæram, ſiue ex obſiſtentia contrarij , ſiue ex alio impedimento , fortius agunt circa ſphęram,quæ eis remanet,atque in ſe ipſas actiones conuertunt. Eſt Pomp. quæſt.de actione reali,art,1.2.& 3. Videtur Niph. in recognit.1.de generat. ſup.comm.195. dub.2.ſequitur Tolet.1.de generat. quæſt. 14.circa finem. Quod ſi his obijciatur,tũc qualitates acturas vltra ſuas vires.Reſp.Calorem vt quatuor,licet ſimpliciter non habeat vim producẽdi calorem vt quinque, habere eam tamen, poſitis circumſtantijs; de quo infra.Non placet Suario; tum quia falſa eſt: quia admittit agere idem in ſeipſum,ſecundum formalem qualitatem eandem.Neque dicas,hoc accidere ex obſiſtẽtia contrarij : quia in ipſa qualitate, vel eſt intrinſeca virtus ad agendum , vel non . Si prima , ergo ſemper efficit illam actionẽ, & intenſionem abſque obſiſtentia contrarij:quia naturalis virtus, modo non ſit impedita , naturaliter exequitur totam vim abſque alia occaſione:ſi ſecunda,ergo neq; ex obſiſtentia contrarij illam exquiret : tũ quia cõtrarium non poteſt augere contrarium:tum quia,ablato contrario , maneret intenſio,vel non.Si primum, ergo ſignum eſt,eſſe naturalem,& ab initio futurã fuiſſe abſque contrario. Si ſecundum , ergo non potuit ab intrinſeco fieri:nam perfectio manans ab intrinſeco non tollitur , ablato extrinſeco . Secundò,quid ſignificet agens ſe

3 *Qualitates immediatè fortius agunt, & in ſeipſas actiones cõuertunt.*

Virtus naturalis naturaliter exequitur totam vim abſque alia occaſione.

Quid ſignificet agens ſe vnire.

ie

se vnire: nam si significas, quod partes magis se vniunt secundum locum; & tunc illa conditio, vel est naturalis, & semper per se inerit; vel non est, neque fiet ab intrinseco, propter circumstans contrarium; & patet experientia: quia non fit in omnibus rebus, quæ patiuntur à suis contrarijs huiusmodi motus: nam si fieret ex vi appetitus se conseruandi, deberet in omnibus: quia in omnibus est appetitus se conseruandi. Deinde non probatur, quod impeditum actionem diffundere, in se conuertit actionem; nam ex eo, quod agens cessat agere in extrinsecum, non fit capax maioris intensionis in se; alias existens in vacuo, hoc ipso se intenderet. Demum illa productio maioris intensionis excedit propriam virtutem, ergo licet impediatur agens, ne in actionem propriam prodeat: non ideò poterit efficere actionem, supra propriam virtutem.

Productio maioris intensionis excedit propriam virtutem.

4 Tertius est, fieri per fugam contrarij, factam per motum localem: nam partes corporis calidi, circumobsistente frigido, vniuntur magis, & coguntur fugientes contrarium; ita Pomp on. 4. meteor. dub. 10. optimè Buccafer. 1. meteor. sum. 3. c. 2. in fine textus, explicans, qua ratione grando fiat à frigido inferiori nubi vnito, & vigorato, ob obsistentiam contrarij. Subdit, fieri maiorem non intensiuè, sed extensiuè: nã vniuntur partes frigidiores nubis, quæ deinde frigefaciunt cæteras partes minus frigidas, vt patet in calce noua, in quam si injciatur aqua, caliditas, quæ erat expansa, vnitur, & concentratur, vnde igniendi vim habet: quare consequenter docet, differre niuem à grandine, quod nix fiat à frigiditate extrinseca, grãdo autem ab intrinseca. Idem Timon. 1. meteor. quæst. 8. aerem mediæ regionis esse frigidum: quia vapores frigidiores naturaliter fugiunt contrarium, vt patet in lignis viridibus, appositis igni, ex quibus aqua exit, fugiens contrariũ ignem, ne corrumpatur; sic etiam aqua bulliens fugit ignem; & q. 18. ita etiam ait, exhalationem calidam inflammari à frigido: patet in generatione fulminis; & hanc inspissationem, & densationem frigiditatis dicit, Tien. 1. meteor. tract. 3 Cur inferiora terræ sint æstate frigidiora, & infra ait nubem ascendentem à frigiditate, comprimi, & ad aerem calidum conuerti. vbi frigiditas nubis passa antiperistasim vnitur, & fortificatur. Idem Vict. 1. meteor. c. 71. qui illum motum tribuit alteri contrario impellenti, non quod qualitas ex vno subiecto in aliud migret: sed quia corpus in vnum colligitur, & densatur; eandemq; tribuit Philopono, & Hippocrati Albert. lib. 2. met. tr. 1. c. 27. Olimp. 1. met. sum. 3. cap. 2. act. 14. qui dicunt frigus vndique oppugnatum in profundum compelli, & coangustari, ibique inclusum valentiores vires colligere. Ibidem Philop. frigidum æstate cedere locum calido; & ideò in interiora terræ se condit: vbi pulchrè docet circa hanc materiã de Congreg. Gotorũ.

An fiat per fugam contrarij factã per motum localem.

Ex lignis viridibus appositis igni, & aqua bulliens fugit ignem.

Contra quem modum multa Suar.

Quartò intendi à forma substantiali, quando est præsens contrarium, quod illã destruere conatur: quia suas qualitates instruit. Sed contra; potius præsente contrario impeditur emanatio qualitatis: & præterea sæpe qualitas est contraria formæ.

An intendatur à forma substantiali.

Quintus est dicentiũ, qualitatem intendi ab Authore naturæ, quia misericordia motus adiuuat imbecilliorem partem.

Sextus produci à contrario. Sed hi duo modi sine fundamento dicuntur, & tribuete contrario actionem productiuam contrarij, est destruere principia philosophiæ.

An verò à contrario.

Septimus est dicentium, in antiperistasi intendi qualitatem per præclusionem trãspirationis: nam partes corporis, quæ exhalare debeant, potente contrario, non exhalant: Vnde partes condensantur magis. Dicitur esse Hippocr. de natura fœtus, qui dicit, terram hyeme esse calidiorem: quia propter pluuiam madida redditur. Vnde comprimitur, & densatur, neque perspiratum liberum habet. Vnde aquam magis calefacit. Eiusdem rei causam Lucr. lib. 1. refert in densitatem, & raritatem. Sed non oritur ex copia, vel inopia humoris, vt voluit Hippocr. sed ex vi frigoris, vel caloris. Eandem sequitur Flaminius Nobilius 1. de generat. cap. 7. dub. 12. qui etiam videtur admittere tertium modum, dicens calidum halitum roborari, compulsum à frigore. Vicomerc. putat probabilem 1. met. com. 65. citans Auer. 1. met. sum. 3. cap. 2. Sed dicit tãtũ fortificari. Sequitur Olimp. & Philop. loc. cit. eamque fusè explicat Vall lib. 1. controuers. cap. 5. & 4. met. in cap. 5. Cardin. lib. 2. de subtilitate, & Scalig. exerc. 54. putat probabilem Forli. sect. 1. aphoris. 15.

5 *A fiat antiperistasis per præclusionem trãspirationis.*

Octauus est Suar. disp. 18. sect. 9. tripliciter fieri intensionem qualitatis, primò ab extrinseco agente, quod extrinsecum agens intendens detinetur per præclusionem,

Tripliciter fit intensio qualitatis.

nem, vt balnei in hyeme ſunt calidiores; ſic venter animalis, ex prima ſect. probl. q. 29. & in cauernis terræ ſunt exhalationes ex virtute Solis, & influentiarum, quæ cum ſint ſubtiliores aqua, facile illis miſcentur, dum conantur aſcendere, vnde eius frigiditatem temperant, ſaltem per reactionem, Secundus eſt. Ex receſſu contrarij res reducunt ſe ad priſtinum ſtatum, vt aqua putealis æſtate eſt frigidior, quod exhalationes calidæ aſcendant; ſic aqua aliquantulum ſole obſeſſa fit frigidior: nã calor Solis rareſacit ſuperficiem aquæ, vel extrinſecum vas, vel aliud corpus. Vnde ſi quid vaporis calidi erat in aqua, exhalat. Tertius, ob maiorem condenſationem corporis: nam inde eſt actio maior. Lege Ariſt. ſect. 13. & 1. meteor. cap. 12.

ART. II. *Opinio Auctoris.*

6 *Vnde probetur, qualitatem non augeri à ſeipſa uel a forma ſubſtãtiali.*

PRo reſolutione notand. Qualitatem non augeri à contrario circundante in partibus immediatis agenti contrario, ſed in remotioribus, vt patet; nam partes immediatæ alterantur à contrario, v. g. à frigido; & inde retrahuntur partes calidæ ad interiora, quod eſt ſignũ, nõ augeri qualitatem à ſeipſa, vel à forma ſubſtantiali, nec à contrario, ſed ab alia cauſa, quæ ob circumobſiſtentiam contrarij melius applicatur ad agendum. Secundò not. Dupliciter poſſe qualitatem augeri per antiperiſtaſim; primò poſitiuè, quod eſt, quando per actionem contrarij mouentis cauſam aliquam, melius applicatur cauſa ad operandum, vnde producit effectum inteſiorem, quam alia, non ita applicata: ſecundò negatiuè, quando per actionem contrarij remouetur contrarium impediens, ne forma ſubſtantialis ſe reducat ad priſtinum ſtatũ: nam primo modo concurrit poſitiuè contrarium, ſcilicet, applicando cauſam, ſecũdo verò negatiuè, ſcilicet, remouendo impediens intenſionem contrarij. Hinc frigus hyemale eſt poſitiuè cauſa caloris putealis aquæ: quia applicat exhalationes viſcoſas, & craſſas, & calidas, occludendo ſuperiores poros, ne exhalent; & neque calor æſtiuus eſt cauſa frigoris, quatenus remouet exhalationes calidas, aperiendo poros: vnde aqua ex vi ſuæ formæ ſe reducit ad ſuam frigiditatem.

Dupliciter augeri poteſt qualitas per antiperiſtaſim, poſitiue, & negatiue.

7 Prima Concl. Quando virtus vnius eſt valdè debilis, & improportionata contrario, vel non augetur per antiperiſtaſim, vel non eſt auctio ita ſenſibilis: quia cito opprimitur, & comprehenditur ab obſiſtẽte, ſecundum multas partes ſphæræ: quod videtur confirmari experientia: non enim ſẽper cernitur antiperiſtaſis: quod eſt: quia contrarium valdè ſuperat reſiſtentiam paſſi. Vnde ſtatim opprimitur, vt ſi modicus ignis conſtituatur ſub dio, tempore frigidiſſimo. Hinc ſoluitur, cur arbores quædã mediocriter madefactę odorem emittunt? quia .ſ. calorẽ concipiunt, & odorẽ emittunt. Si verò magna ſit madeſactio, odorẽ non efflari: quia calor extinguitur: vt ſect. 12. probl. 3. Hinc Galen. ſect. 1. aphoriſ. 15. dictum illud, ventres hyeme eſſe calidiores, limitat in ijs, qui ſunt calore fortiori: nam qui debiliori, melius concoquunt æſtate: nam internus adiuuatur ab externo: hyeme autem à frigiditate continẽtis opprimitur. Hinc Philop. ait, Gothorũ corpora, vigente æſtate, ſunt valentiſſima, quod ob loci frigiditatem internus calor augeatur. Vbi verò æſtas incipit defloreſcere, magis eorum vires minuuntur, quàm alibi, quod ipſorum calor, hyeme ſæuiente, facilius extinguitur; & ideo rarò ibi ſenes. Vnde Prouerbium illud dicitur eis, quod bonum exitum minimè ſunt adepti: ad extremum Gothi opera edidit. Ex his patet, aliquando initio eſſe aliquam antiperiſtaſim, ſed deinde ſuperatur à contrario; cui quaſi dat manus.

Quando virtus eſt valde debilis, et improportionata cito opprimitur.

Quomodo verum, vẽtres hyeme calidiores.

2. Concl. Danda eſt antiperiſtaſis, quæ fit per præcluſionem tranſpirationis, non tamen eſt ſufficiens. Habet concluſio duas partes, vt patet: pro quarũ explicatione notãdũ. Præcluſionẽ habere vim augendi actionem qualitatum: patet ex furnulis Chymiſtarum, in quibus exiguo igne propter præcluſionem fiunt concoctiones, & liquationes, quæ maximo fieri non poſſunt in aperto loco, vt docet Card. lib. de ſubtilit. quod obſeruare nautas in coquendis neceſſarijs ad victum, docet lib. 2. de ſubtilit. Conf. experientia, quam refert Pompon. art. 3. ingentem fæni quantitatem multo tempore incluſam exarſiſſe, & fimum columbarum ſimiliter comburi, atque in fimo quolibet videmus coqui poſſe liquores, Galen. lib. 1. de febribus. Idem patet in foueis frumentorum, & ſepulchris, in quæ ingredi ſine vitæ periculo nullus poteſt, niſi aliquantulum exhalent. Vnde prius aperiantur neceſſe eſt. Similiter in aceruis fructuum, & herbarum, in quibus pars inferior, quod liberè tranſpirare non poſſit

8 *Datur antiperiſtaſis quæ fit per præcluſionẽ tranſpirationis non tamen eſt ſufficiens.*

Fænũ multo tempore incluſũ ardere, & fimum colũbarum ſimiliter experimur comburi.

vehe-

vehementer incalescit. Vnde etiam facilius putrescit; & Plinius libr. 18. c. 28. prodidit, nisi manipuli foeni bene exsiccentur, cumulum ex illis constructum mane oriente Sole accendi. Et idem patet alijs experientijs, quas supra numerauimus. Et ratio auctionis est. Primò, quia si ignis sit apertus, semper pars purior, & magis calida euolat: vnde fit, vt ignis semper egeat pabulo: nam cum partes subtiliores exhalēt, necesse est, vt aliæ generentur, ne extinguatur; & quia omnes partes per breuissimam lineam locum proprium petunt, oportet, vt vniantur cuspide pyramidali, vbi minimè ignis distat à loco suo, ibique est maximè calidus; si igitur ignis includatur: quia partes illæ puriores exhalare non possunt, ideò vehemētius agit: ad quod additur: quia ignis inclusus propter angustiam loci, nō potest multum rarefieri, vnde densior est, quàm esset in loco aperto. Densum autem cæteris paribus vehementius agit: & quia inter partes ignis semper sunt aliquæ minus puræ, hæ à cæteris, quæ detinentur, magis calefiunt: sed si partes illæ exhalarent, remanerent partes impuriores ignis, quæ minus agere possunt. Accedit calor conceptus in parietibus furni, vnde etiam extracto igne, in furnis cōcoquitur panis, ficus, vua passa, &c. Ex his manet probata prima pars conclusionis. Secunda pars, quod non semper id accidat, prob. primò: quia antiperistasis est obsessio à contrario. Sed perspirationis præclusio non est obsessio à contrario.

Præclusio transpirationis non est obsessio à cōtrario.

Secundò, id non potest habere locum, quando augetur frigus, obsidente calore: tum quia frigidū non perspirat, nisi ratione partium calidarum: tum quia calor non habet vim præcludendi meatus, sed potius aperiendi: quare hæc causa non potest afferri ad probandam auctionem frigoris, potente calore: quod tamen augeri, patet ex media regione, quę ęstate est frigidior, & alijs supra adductis experimentis: nam cur post balneationem adeò inhorrescimus, vt dentes etiam collidantur? nam balneatio non præcludit aditum, ne frigus expiret.

9

Pila resiliēs ad contactū corporis.

3. Concl. Fit etiam antiperistasis ex motu locali corporum, patet in pila, quę resilit ad contactum corporis: sed hæc non est propriè antiperistasis, sed reflexio.

Experiētia quibus probatur qualitatem augeri ex fuga contrarij per motum localem.

4. Concl. Potest augeri qualitas ex fuga cōtrarij per motum localem. Primò patet experientijs. Prima solet afferri ex aquæ gutta, quæ in sicca terra se colligit in globum; non sic autem in humida: sed solui potest ex eo, quod omnes partes tendunt ad centrū. Vnde demonstratur terræ rotunditas, ex Scalig. exerc. 105. n. 2. vel id est ex resistentia medij: quia si lata caderet, medium magis resisteret: quare partes extrinsecæ non ita velociter mouerentur, ac partes mediæ; & ita mouerentur in superiori loco, non quia ipsæ sursum ascendunt, sed quia ab ea velociter descenderent; quod patet in charta, quæ si plana per aerem descendat, partes extremæ in circulum conuertuntur: quia non ita velociter moueri possunt ob medij resistētiam; quod hoc fit in natura sicca, & non in humida, id est non ob sui conseruationem; sed quia densitas illius à siccitate melius conseruatur. Secunda est ex lignis viridibus, ex quibus igni appositis ex contraria parte fugit humor; sed solui potest, id esse: quia rarefactis partibus ligni expellunt partem, quam possunt. Sed cur non ex parte, qua est ignis, exitum quærit? Ideo probabilis est experientia.

10

Ex lignis viridibus igni appositis fugit humor.

Tertia ex fumo, qui extra caminū, flante borea conglomeratur, quasi fugiens frigus? Resp. densari à frigore, & etiā, quia aer densus magis resistit fumo; & non ita in æstate: sed id parum refert nunc: non enim hac conclusione dicimus, fieri ex motu locali virtute ipsorum corporum, sed simpliciter dicimus, esse ex motu locali, & deinde videbimus, qua virtute id fiat. Quarta motu sanguinis, quando manus calida in aquam frigidam immergitur: nam sursū videtur moueri: quia hoc non potest tribui frigori densanti: nam ex densitate potius deberet eò confluere sanguis, cum minorem occupet locum. Resp. aliqui, id tribui neruis qui cum sentiāt, fugere possunt contrarium, ac venas retrahere. Sed id parū refert: nam etiamsi sentiat neruus, tamen ille motus localis non fit ex imperio appetitus, sed solum ex antypathia cum contrario. Neque venæ contrahuntur, sed sanguis sursum mouetur, immotis venis.

Quomodo motu sanguinis calida manus in aquam frigidam immersa videtur sursū moueri.

Hinc fortasse aer efflatus densior est hyeme, quàm æstate: quia scilicet à frigore densatur. Quinta. Ex generatione ventorū: neque enim alia ratione, vt dicemus in meteoris, motus ille saluari potest. Sexta patet experientia grandinis, & aliorū, quæ numerantur 1. met. sum. 3. c. 1. nam omnes ibi hac ratione dicunt, fieri grandinem, pluuiam &c. Septima. Idem patet ex tonitruo, quod cum valdè densetur, tandem scindit nubem; & hanc fugam concessit

Vnde sit motus ventorum.

expressè Gal. 1. aphorism. 15. & Vallesi. libr. 1. controuers. c. 5. vbi ait, morbū, qui Tatanus dicitur, & est frigidus, aquæ frigidę infusione curari, refugientibus spiritibus, & sanguine, contactu aquæ, & subeuntibus profundos neruos: vnde illorum affectum dissoluit. 8. Ex oleo super infuso chartæ, quod si charta incipit comburi, oleum magna celeritate diffunditur: id etiam patet, cū gutta olei super tabulam cadit: quia si ex contraria parte pruna apponitur, statim fugit: sed id potest referri in rarefactionem, factam per calorem; & fit versus illam partem: quia magis apparet: & quia expellitur ab exhalationibus igneis: & ex his multa ex dictis possūt saluari. 9. Ex argento viuo, quod cadens super rem frigidam, maximè redditur sphæricæ figuræ, vt se conseruet. Sed resp. referri posse id, ad virtutem frigoris condensantis, vel id esse peculiare in argento viuo, quod se moueat, vt patet, quia positum super tabulam huc, illucque discurrit, quod fieri non posset, nisi aliquæ illius partes ascendant; cum tamen sit grauissimum. Ex his deducunt aduersarij, causam fugæ vnius contrarij ab alio, vel esse, quia rarefacit: vel quia densat: vel quia impellitur per exhalationes ab ipso prodeūtes. Sed difficultas est, qua virtute contrarium fugiat contrariū, virtutene sua; an quia impellatur ab alio?

Morbus Tatanus aqua frigida infusione sanatur.

Argentum viuum cadens super rem frigidā maximè sphærica figura fit, vt se cōseruet.

Causa fugæ vnius ab alio.

11 5. Concl. Contrarium fugit contrarium virtute sua naturali, ob antipatiam. Ratio est: quia natura omnibus indidit vim, qua se à cōtrarijs tueantur, quę duplicter fit, & resistēdo, & fugiēdo contrariū, vt Card. 5. de subtil. & Fracast. lib. de symp. c. 4. & 5. & Pompon. loc. cit. Ex quibus cōclusionibus patet ratio omnium experientiarum adductarum. Prima. Cur enim aquæ puteales æstate frigidiores, hyeme calidiores? quia æstate exhalationes terræ, quæ cal idæ sunt, exhalant, & partes frigidiores contrahūtur ad centrum: hyeme verò calidiores concentrantur, neque perspirare possunt propter densitatem terræ. Vnde calefaciunt aquas, propter rationes dictas de furnulis; & contineri exhalationes, patet ex multis locis bituminosis, sulphureis, & minerabilibus. Hinc natātes magis famelcunt, & qui habitant regiones frigidiores. Hinc Hippocr. sect. 5. aphoris. 26. dolorem, & tumorem in articulis, sine vlcere curari perfusione aquæ frigidæ, vt Valles. 3. met. in c. 5. Dices Aqua est maior, ergo non potest vinci ab exhalationibus. Resp. Licet sit maior, tamen calor est actiuior, & etiam exhalationes illæ sunt multæ, & præterea calefactio aquę est remissa; quare fieri possunt propter reactionem. 2. Cur si in calce immittatur aqua frigida, incalescit? Primò, quia præcludit earum exalationibus, ob gluten factum ex humido permixto cum sicco. Secundò, coguntur exhalationes, & vniuntur; & quia exhalatio est continua, & si nobis videatur dissipata, vt patet in véis, & nubibus, cum vna pars trahitur, & impellitur, hæc ab alia, & sic deinceps; & hoc etiam modo multi putant, aquam separari à vino: nam si linteum aquæ vino mixtæ superimponatur, permaneatque extra cyathum, aqua per linteum ascendit, vinumq; relinquitur in fundo purum, vt Card. lib. 5 de subtilit. pag. 207. nam quod in calce sint exhalationes, patet, tum quia caedit carnes, quod efficit exhalatione aliqua mordaci: tum quia fit ex summa exarsione, in qua semper continetur exhalatio, vt bene Arist. 2. de partibus animal c. 2. & 4. met. sum. 4. c. 2. Quod autem aqua superinfusa prohibeat perspirationem, patet: quia cum sicco permiscetur humidum, Vnde partes tanquam glutine vniuntur, & continuantur. Et hinc est, vt maior sit exarsio, si multum simul aquæ infundatur, quā si paulatim: nam magna copia aqua superinfusa magis impedit perspirationem, & idcò nisi baculo perforetur calx, & via aquæ aperiatur, exhalatio seipsam combusit: nam vndique circundat, & non illabitur: sed si paula. tim instilletur per vnam partem illabitur, & nullam obsidet. Hinc etiam intelligitur causa, cur si aqua superinfundatur in calcem recētem cinericiam, & vnitam in glebas, fiat maior exarsio, quā si calx esset vetus, & coloris albi, & in pulverem redacta. Causa est: quia in noua, & conglobata sunt plures exhalationes, quàm in antiqua, & dissoluta, ea qua iam facilius exhalationes transpirare potuerunt; Color autem subcinericius indicat, ibi esse copiā exhalationum; albus autem significat, euanuisse exhalationes, & in earum locum ingressum esse aerem, qui rebus alijs mixtus causat albedinem, vt patet in spuma, saliua, vitro, &c. vt Card. lib. 2. de subtilit. Alij id referunt in calorem virtualem, qui excitatur ab aqua, vt piperis à stomachi calore. Dices. Cur si oleum infundatur frigidissimum, non sequitur exarsio, cum & habeat cōtrarietatem, & magis misceatur ob eius tenacitatem, vt Plin. lib. 24. c. 1. Vnde magis

Fuga hæc fit virtute naturali ob antipatiam

Aquę puteales æstate frigidæ, calidæ in hyeme.

Calx immissa aqua frigida incalescit.

12 *Aqua superfusa prohibet perspirationem.*

Infuso calci oleo frigidissimo nō sequitur exarsio.

gis præcludet aditum exhalationibus: nam magis adhæret, & extenditur super calcem; & propter densitatem etiam magis frigefacit. Resp. Etsi aqua est subtilior oleo, tamen oleum propter eius viscositatem magis permeat corpora, vt docet Arist. de sensu, & sensi. c. 4. vnde maximè se insinuat. sect. 31. probl. 22. Vnde cum oleum infunditur aquæ, citius illam penetrat, & prius extinguit exhalationes, quàm hæ possint se vnire; præsertim cum propter eius viscositatem oleum maximè adhæreat, & misceatur, vt non permittat vnionē. Aqua verò, quia non facile miscetur cum sicco, neque habet tenacitatem, ideò tantum exteriorem partem calcis coaugmentat, & præcludit exitum exhalationibus. Neque impedit, ne cogantur, imò propter aquæ grauitatem comprimit etiam partes illas humefactas. 4. De niue cōseruata in paleis, fortasse est fabula, vel si est; id oritur: quia pannus, & paleæ non ita permittunt illam calefieri à Sole, ac si esset in aere: quia densa non ita calefiunt à lumine, vt aer: quod efficere etiam posset omne aliud huiusmodi corpus, impediens actionem Solis. Secundò, niuem liquefieri etiam ab humido: quare conseruatur paleis, vt siccioribus. 5. De aqua calefacta, quæ citius congelatur. Resp. id esse ob raritatē, ob quam facilius recipit exhalationes siccas, & terreas, quæ sunt necessariæ ad congelationem, & propter copiam harum exhalationum, flante borea, aqua facilius gelascit, vt halitus, &c. Sed hic nullam video antiperistasim. 6. De igne cum inspergitur aqua: nam ex Card. lib. 2. de subtil. & Agricol. 2. de subterr. R. augetur, quia crassities, & densitas, quā habet à metallis, quæ ei imponuntur, dissoluuntur ab aqua; & ideò melius agit. Alij addunt, aquam ipsam conuerti in ignē puriorem, qui præcedenti adiunctus, habet maiorem vim agendi. Alij, id esse: quia partes exteriores materiæ combustibiles magis constipantur, & non patiuntur tam facile ignem exhalare. Vnde inclusus fortius agit. Neque tamen, ita obstruuntur meatus materiæ combustibilis, vt suffocetur ignis: quia ventus follium illos aperit: quod si aliqua mixta accendantur aqua, id est, vt diximus de calore; præsertim, cum id eueniat mixtis natura calidis, bituminosis, & sulphureis, quæ cum multum materiæ aereæ contineant, facile accendi possunt; Et hinc etiam est, vt aliqui ignes non possint aqua extingui: quia cum sint materia bituminosa, crassa, vnctuosa, & densa, ibi adhærere non potest aqua, vt ignis fonticulos obstruat, ignemque extinguat; id autem præstat oleum, quod adhæret, fonticulosque potest obstruere; vt etiam id efficere potest stuppa, tetta, foenum, & aliæ res siccæ, vt Card. lib. 12. de subtilitate, Scalig. exerc. 13. num. 3. Hinc pepones magis frigent expositi Soli, & aqua calida magis Soli, quam vmbræ exposita: quia scilicet subtiliores, & calidiores partes exhalant, quibus euanescentibus, remanent partes frigidiores, quæ se reuocant ad proprium statum. Hinc est, vt pepones, &c. non frigescant, nisi diuidantur. Stannum autem celticum liquefit in aqua frigida: nam metalla habent exhalationes aliquas, vt patet ex odoribus, quos diffundunt; & id patet in ferro, quod ob id aliquæ partes illius citius inflammantur, vt ex 4. met. summ. 3. c. 1. videtur colligi: quæ exhalationes vnitæ incalescunt, & liquant metallum: vel secūdo non frigore, sed humore liquatur, vt ex 4. met. summ. 2. c. 3. & sum. 3. c. 1. De vredine autem arborum dico, contra Plinium non oriri ea frigore, sed ex exhalatione aliqua adusta, vt ait Theophr. 8. de hist. plant. c. 10. & ideò maximè accidit in plenilunio, & in exitu vergiliarum, vt bene Theophr. lib. 5. de caus. plant. c. 13. quia tunc herbæ, & plantæ sunt valdè teneræ, & facile læduntur; & lumen Lunæ multum facit, vt huiusmodi exhalatio sit magis adusta; & ideò hoc maximè patiuntur plātæ, quæ sunt in vallibus, & non expositæ ventis, quibus tolluntur exhalationes; & deinde si frigus aliquid efficit, id totum efficit ratione antiperistasis. Vnde est, vt poma maturescant, frigore aucto, scilicet calore interno 4. met. c. 4 vel quia frigore gelatur humor, & ob id attrahi nequit: quare Sol cum de nouo non succedat humor, eum, qui est in pomis, concoquit. Dices. Hæc fuga fieri non potest sine cognitione, & sensu. Resp. negatur: nam videmus res tendere, & conseruare suam perfectionem, etiamsi non habeāt sensus. Cur enim lapis existens sursum, deorsum descendit? vnde scit non esse in loco suo? Secundò etiam in opinione contraria, vnde scit se impediri quoad actionem in totam sphæram, vt illam magis intendat? Tertiò, vnde scit magnes, sibi propinquum esse ferrum, vt illud ad se trahat? etiam vnde scit qualitas illa communicata ferro, magnetem esse in parte dextera, vt ad illam moueat ferrum?

13 *Nix conseruatur in paleis.*

Aqua calefacta citius congelatur ob raritatē.

Ignis aspersus aqua augetur quia crassities, et densitas habita à metallis dissoluuntur.

Vnde est quòd aliqui ignes non possint aqua extingui.

Stannum celticum liquefit in aqua frigida.

Vredo arborū non oritur ex frigore sed ab exhalatione aliqua adusta.

14 *Res tendūt & conseruant se etiā si non habeant sensus.*

Quartò, Vidi ego lapidem fugere humorē mali aurei, & punici; & cætera sunt huiusmodi, quæ propter antipatiam fugiunt cōtraria sine cognitione, vt refert Mathiolus. Dices 2. Vnde est, vt fiat intensior qualitas: nam vnio illa non efficit, nisi qualitatem extensiuè maiorem, & ad summum magis densam? Resp. ex dictis, id esse: quia semper inter partes illas sunt aliquæ magis intensæ, quæ vnitæ intendunt alias, vt supra. Dices 3. Si ratio fugæ oritur ex potētia contrarij, sequeretur, id accidere in omnibus contrarijs: quod tamen apparet esse falsum, vt patet in grauibus, quæ ad potentiam leuium non fugiunt, vt terra ad potentiam ignis. Resp. Grauia, & leuia non agere inter se per mutuam actionem corruptiuam: & ideò secundum hanc rationem non est antiperistasis, sed tantum contrariantur quoad motum: at verò ratione qualitatum mutuò inter se actiuarum, & passiuarum, si aliud non obstat, sequitur antiperistasis vt in exhalationibus terreis, & igneis.

Grauia, & leuia non agunt inter se per mutuam actionem corruptiuam, & ita non est antiperistasis.

6. Conclusio. Licet aliquando intendatur actio agētia circa medium, ex eo, quod impediatur agere in sphæram extensiuè; tamen hæc ratio non sufficit ad auctionē qualitatis, quæ fit in antiperistasi. Prima pars patet ex dictis. Secunda prob. quia videmus, qualitates augeri, non solum actione circa medium, sed nihil seipsum potest intendere, etiam actione reflexa; quia constat experientia, grandinem, & glaciem multò citius dissolui in aere tepido, quàm frigido, quod non esset, si qualitas semper se augeret, præsente contrario; sic etiam aqua prope ignem, quātumuis exiguum, non magis frigescit, quàm in aere frigido, sed potius calescit. Confir. quia etiamsi impediatur agere in totam sphærā extensiuè, poterit tamē agere circa aliquā partem intensius, ergo non est necesse, vt agat in se, cum effectus debeat contineri in virtute causæ. Vnde entitas effectua non potest esse perfectior entitate causæ efficientis, cum præsertim, dum vnum contrarium est intra sphæram actiuitatis alterius, minuatur, quoad entitatem, vt experientia constat, & ratione: nam alterum contrarium agit. Secundò prob. alia experientia: nam si calci infundatur oleum frigidissimum, non incalescit, vt habet Plin. & excādescit, infusa aqua calida: non igitur calor ille augetur ex præsentia contrarij. Dices. Neque augetur ex fuga. Resp. Ita esse in hoc casu, sed tamen propter perspirationem, & compressionem, factam à grauitate aquæ. Vnde non esset tanta exarsio, ac si esset frigida. Conf. quia si calx includatur in arca marmorea frigidissima, & conijciatur in aquam frigidā, modo aqua calcem non pertingat, non sequitur exarsio, & tamen est impedita actio extensiuè. Confir. 2. quia cumulus pomorum etiam in aere tepido incalescit; & tamen non est obsistentia contrarij. Idē est de igne incluso in furnulis. Confir. quia ex hoc sequitur, quod cessat ab actione. Vnde candela intra paruum cubiculum se intenderet; imò si poneretur in vacuo se etiam intenderet; & ratio est: quia non est capax suæ actionis, ob similitudinem: habet enim quod possit producere. Tertiò sequeretur, debere fieri antiperistasim in qualibet actione inter primas qualitates; quia nunquam agunt, nisi dum est contrarium obsistens, vnde oritur reactio: quare sequeretur, eandem qualitatem intendi, & remitti, quia calor à frigore remitteretur, & seipsum intenderet per antiperistasim. Neque lumen intendit seipsum per reflexionem, vt patet ex dictis: nam neque illa actio est ex antiperistasi, cum opacitas nō lumini, sed perspicuitati opponatur; alioqui lumen eo magis deberet reflecti, quo corpus obiectum est opacius; cum tamē maior reflexio fiat in speculo, & aqua, quàm in terra, quæ est multò opacior. Conf. Si posset contrario, intenderet seipsam qualitas, cum duæ qualitates sunt in eodem subiecto; si alteri obijciatur contrarium corpus, tunc altera intenderetur, & corrumperetur ea, quæ habet agens simile sibi approximatum: quod confirmatur dictis, dū probauimus, actione vniuoca nihil posse agere in seipsum. Et ex his patet, non esse ferendam sententiam dicentium, contrarium augeri ex contrarij actiuitate: nam contrarium potius destruit naturam contrarij. Conf. Quia effectus debet contineri virtualiter in causa: contrariū autem non continet contrarium. Secundò patet, non probari, quod ait Coronella 3. physic. illam auctionē fieri ex prouidentia Conditoris, qui fert opem debiliori: nam hęc est pia contemplatio. Concursus enim primæ causæ præstatur iuxta exigentiam actiuitatis causarum. Tertiò patet, non probari sententiam eorum, qui dicunt, auctionem qualitatis per antiperistasim fieri ex eo, quod contrarium obsessum mittat species in alterum contrarium, à quo cum non recipiantur, reflectuntur in proximū agens illa.

15

Actio intēsa circa medium non sufficit ad antiperistasim.

Si ca'e' in fundatur oleum non incalescit.

16

Actione vniuoca nihil potest agere in seipsū.

Antiperistasis non fit per species immissas ab obsesso cōtrario in alterum cōtrarium.

illarum; & inde per illas ſpecies augeri agentis qualitatem: in qua opinione multa ſunt ficta. Primo, actionem phyficè alteratiuam fieri per medias ſpecies, & nō per productionem immediatam qualitatis: nō enim eſt ratio, cur non poſſit immediatè producere qualitates, & poſſint illas producere per ſpecies, vt infra oſtendemus. Secundo, nō minus abſurda eſt illa reflexio quàm ponunt: nam vel illæ ſpecies producuntur in ſubiecto contrario, & non poſsūt ex illo ſubiecto tranſire per reflexionem ad primum efficiens; ſicut pila reuertitur ad proijcientem; vel non producuntur in illo ſubiecto cōtrario; & tūc, vel eſſent productæ ſine ſubiecto, quod repugnat cauſæ naturali, vel debet aſſignari ſubiectum, in quo ſint; quod cum non ſit contrarium, nō poteſt fieri auctio per antiperiſtaſim, & etiamſi ponatur reflexio metaphorice, adhuc ex vi illarum ſpecierum, non poteſt augeri qualitas illarum productiua: quia inſtrumentum non poteſt habere maiorē vim productiuam, quàm habeat principale agens.

QVÆSTIO IV.

De Comparatione cauſæ efficientis cum ſubiecto, quoad diſtantiam, & propinquitatem.

DVB. I. *An approximatio agentis ad paſſum ſit neceſſaria, vt producatur effectus.*

ART. I. *Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

Quotuplex approximatio, & præſentia.

1 PRimo Not. Approximationē, & præſentiā eſſe duplicem. Vnam negatiuam, quæ dicit puram negationem diſtantiæ, qua ratione idem ſibi ipſi dici poteſt præſens. Alteram paſſiuam, quæ vltra negationem indiſtantiæ, exigit duos terminos, inter immediatos, vel certo modo mediatos, exiſtentes in duob. ſpacijs eodem modo inter ſe immediatos, vel mediatos.

Præſentia acquiritur dupliciter.

2. Not. dupliciter poſſe acquiri præſentiam ad alterū, primo per actionem propriam, qua mouetur ad paſſum. Secundo per actionem alterius; & hoc dupliciter primo per actionem alterius, in qua mouetur agens ad paſſum. Secundo per illam qua mouetur ſeu applicatur paſsū ad agēs, in qua agens ſe habet terminatiue ad præſentiam, quæ formaliter eſt in paſſo, hæc enim eſt veluti relatio ſimilitudinis, quæ eſt inter duo.

3. Not. Cum dicimus approximationē eſſe neceſſariam ad actionem, non intelligitur de approximatione relatiue, ſed de ea, quæ eſt fundamentum illius relationis: nam illa potius ſe habet concomitanter ad actionem,

Ob infinitatem agentis requiritur diſtantia,

4. Not. Cōmuniter eſſe neceſſariā, ex parte agētis: nā agēs finitū, cū nō poſſit agere ad quamcunq; diſtantiam, & nequeat agere, niſi ex ſubiecto, quod dicitur paſſum, neceſſario inter agens, & paſſum debet eſſe aliqua propinquitas. Nec eſt, qui de eo poſſit dubitare, licet diſputetur, qualis eſſe debeat illa propinquitas. Secundo conſtat, hanc approximationem exigi ex parte agentis; quia exigitur ob defectum illius virtutis; nam ſi eſſet infinita, poſſet agere ad eandem diſtantiam, vt infra.

Sed hinc oritur apud Recentiores difficultas, quomodo requiratur, an ex parte actus primi, vt eſt prior natura effectu, an verò ex parte actus ſecūdi, vt ſcilicet ſimul adueniat ex vi actus ſecundi,

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

PRima opinio Recentiorum negantiū, 2
requiri ex parte actus primi. Probant; quia eadem eſt ratio mouentis localiter corpus, ac calefacientis idem corpus: quia vtrumque agēs indiget ſubiecto in ſua actione, ſed vt manens moueat corpus, non præexigitur approximatio agentis ad paſsū in priori natura, quam agat, ſed ſufficit, vt ſit ſimul natura; ergo idem dicendum de alijs agentibus. Minor prob. nam approximatio fit per præſentiam mobilis ad mouens, ſed præſentia fit per ipſum motum cū terminus eius ſit vbi ſeu præſentia, ergo illa præſentia non eſt prior, ſed potius poſterior motu; atque adeo approximatione: quia hæc non eſt aliud, quam relatio quædam inter duo præſentia ſibi inuicem.

Reſp. primo, negando maiorem: nam eſt diuerſa ratio: quia per motum localem producitur præſentia, in qua fundatur approximatio, at non ſic per alterationem: & ideo, etiamſi ibi non prærequiratur, in hac tamen prærequiritur; quia debet fieri præſentia ex vi alterius motus. Sed contra: quia vt mouens exiſtens Neapoli, non poteſt localiter mouere corpus exiſtens Romæ, ita neq; mouere illud per alterationē, ſed ratione vtriuſque motus requiritur indiſtantia mouentis cum mobili, ergo ſicut

poteſt

potest mouere localiter absque præuia præsentia positiua secūdum naturam, ergo etiam poterit alterare sine præuia positiua præsentia. Confir. quia omnis approximatio, vel est positiua, vel negatiua, & vtriusq; est eadem ratio, respectu cuiuscunque motus: nā sicut ad motionē localem sufficit, vt negatiua sit præuia, ita & ad alterationem: quia vtraq; actio est eductiua ex subiecto.

2 *An ad omnem actionem eductiuam requiratur præsētia in priori naturæ.*

2. Opinio est, dicentium, ad omnem actionem eductiuam prærequiri approximationem agentis ad passum, in priori naturæ, quam sit actio eductiua ex tali subiecto. Prob. quia duplex approximatio concipi potest, primo quoad sphæram actiuitatis, quæ dicitur virtualis. Secundo quoad contactum, quæ dici potest quantitatiua; at vtraque supponitur ad omnem actionem, ergo vtraq; se tenet ex parte actus primi. Minor prob. quā primū patet quia potentia non est actiua extra sphæram, & fit actiua, dum passum est intra sphæram, ergo proximitas intra sphæram se tenet ex parte potentiæ, quatenus ex impotenti fit potens. Secundum eadem ratione probatur: nam secundum eos, qui exigunt cōtactum quātitatiuū inter agens, & passum, negatur, potētiam posse agere in subiectū carens tali contactu, & eo posito fit potens, ergo.

3. Opinio est dicentium, in omni actione præter motum localem præexigi prius natura proximitatem, seu præsentiam inter agens, & passum, non tamen in omni motione locali. Prima pars prob. quia in instanti temporis, quo agens agit in passum requiritur approximatio positiua, sed non requiritur consequenter: quia præsentia consequitur ad motum localem, quatenus non est hic, vt dicitur in conclusione: neq; concomitanter: quia conditio concomitās ita se habet, vt ea præcisa, per impossibile, vel possibile, adhuc esset effectus, ad quem requiritur concomitanter: nam dicitur requiri, quatenus identificatur cum alio, quod per se requiritur, sed præcisa approximatione, & præsentia agentis cum passo remanentibus cæteris, nō sequeretur actio, ergo non requiritur concomitanter, ergo manet ut relinquatur antecedenter. Neque dicas, præcisa approximatione, remanentibus reliquis, fieret actio eodem modo: nā sequeretur, nullam esse rationem, cur agēs non possit agere in subiecta omnia capacia, etiamsi non sint inter se præsentia, cū illa non sit necessaria. Hæc autem patet esse aliter; tum quia omnia entia, quæ sunt in mundo inter se actiua, & passiua haberent actionem, cum agentia naturalia necessario inter se agant, positis omnibus prærequisitis ad agendum; tum quia omne agēs posset agere in passum, quantumcunque distans; quia distantia eatenus impedit actionem, quatenus tollit approximationē, sed hæc secundū aduersarios nō requiritur antecedēter: & absentia requisita concomitanter, præcise non impedit actionē.

In instanti quo agens agit in passū requiritur approximatio.

Agentia naturalia positis prærequisitis necessario agunt.

Secunda pars prob. quia corpus fit præsens, & proximum alteri, per motum localem vel passi, vel agentis, ergo approximatio sequitur motū, ergo respectu illius actionis, quam sequitur, non potest approximatio prærequiri; quia implicat terminum actionis præsupponi ad causalitatem, cum hæc essentialiter sit prior natura termino, & multo minus potest præsupponi, secundum naturam, ad existentiam actus primi. Confir. quia illa præsentia, vel efficitur per actionem propriam in se receptam, & ibi est identitas inter agens, & passum, at præsentia est inter duo inter se distincta; vel illam patitur ex propria actione, & ad illam passionem, neque requiritur præsentia, vt supra; vel habetur ex vi actionis alterius agentis, qua ipsum agens mouetur ad passum, vel passum mouetur ad agens, & tunc præsentia inter illa sequitur, non antecedit actionem extrinseci agentis.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

3 *Negatiua præsentia prærequiritur in omni actione.*

PRima Cōcl. In omni actione præsupponitur in priori naturæ inter agens naturale, & passum, præsentia saltem negatiua, quia vel actio est in subiectum identificatum cum agente, vt est emanatio passionum, & motus localis, quo mouens mouet seipsum, & ibi, cum sit identitas, multo magis erit negatio distantiæ: quia idē non pōt naturaliter esse in duob. spatijs. Vel est actio, qua agitur in subiectum extrinsecū agēti, necessario inter agens, & passum erit negatio distantiæ, vt si sit extra sphæram, quia extra sphæram non potest agens agere.

2. Concl. In omni actione, quæ est ab agente in passum extrinsecum, prærequiritur approximatio, & præsentia positiua, inter agens, & patiens. Patet ex dictis in 2. & 3. opinione. Confir. quia præsupponit virtutem agentis completam in actu primo et proximo ad agendum, sicut & passum

vt

vt ab agente poſſit pati. Sed approximatio poſitiua, ſeu coexiſtentia in ſpatio proximo pertinet ad complementum cauſæ, cum conſtituat virtutem in actu primo proximam reſpectu paſſi: quia ablata proximitate non ſolum non aget, ſed nõ poteſt agere, etiamſi habeat virtutẽ actiuã. Confir. x. eſt prioritas naturæ, vbi eſt dependentia vnius ab altero, & contra. Sed actio pendet non ſolum à virtute actiua, ſed etiam à conditionibus, ſine quibus non poteſt illa agere, qualis eſt proximitas inter agens, & paſſum, non tamen proximitas illa pendet ab actione; quia exiſteret, etiãſi agens aliunde impediretur agere.

Dices. Sæpe per actionem acquiritur proximitas, et pręſentia agentis ad paſſum, ergo non poteſt eſſe prærequiſita ad actionem. Reſp. Duplicem actionem poſſe diſtingui, vnam, qua acquiritur præſentia, ſiue illa acquiratur per motum vnius, ſiue per motum vtriuſque, & reſpectu illius hæc præſentia non poteſt eſſe conditio, ſe tenens ex parte potentiæ, à qua eſt actio, Altera eſt actio quæ ſequitur poſt applicationem factam agentis, & paſſi, & reſpectu illius approximatio, & præſentia ſunt in priori naturæ, ex parte actus primi proximi, & ex confuſione harum actionũ aduerſarij audent negare, proximitatem, & præſentiam eſſe priores natura, quam actio, quod vt explicetur, ſit

Duplex eſt actio, vna qua acquiritur preſẽtia, altera, quæ ſequitur poſt applicationẽ agentis.

3. Concl. Tripliciter poteſt acquiri præſentia inter agens, & paſſum: primo per motum agentis ad paſſum in motum, vt Sol acquirit præſentiam ad hoc hemiſphęrium: ſecundo per motum quo paſſum mouetur ad agens immotum, vt manus mouetur ad ignem, vt caleſiat: tertio per motum vtriuſque tam paſſi, quam agentis: & quia huiuſmodi motus poſt fieri vel ab intrinſeca virtute, vel extrinſeca, ideo ſit

4 4. Concl. Quando approximatio inter agens, & patiens ſit per virtutem intrinſecã corporum, quæ approximantur, reſpectu illius actionis non prærequiritur pręſentia poſitiua: quia cum ſit à virtute intrinſeca mobili, non poteſt eſſe approximatio poſitiua, inter virtutem mouentem, & mobilem: quia identificantur, vt dictum ſupra, neque præſentia, quæ acquiritur, eſt neceſſaria ex parte virtutis actiuæ, vt moueat, ſed eſt neceſſaria, vt terminus productus ex vi illius actionis. Ex quo patet, errare recẽtiores, dum ex hac præſentia conſequente hanc actionem dicunt, in omni actione agentium naturalium præſentiam ſe habere, vt conditionem concomitantem, & non antecedentem, confundunt enim, & principia actiua, & actiones: nam aliud eſt principium actiuum eſſe intrinſecum mobili, aliud extrinſecum, vt infra, & aliud eſt actio, qua acquiritur approximatio, & ſequi poſſit actio, & aliud actio, quæ ſequitur ex acquiſita approximatione, etiamſi illa ſequens actio ſit localis: quia approximatio, quæ talem actionem ſequitur, eſt numero diuerſa à præcedenti, vt infra.

Male recentiores præsẽtiam ſe habere ſemper concomitãter.

5. Concl. Motus localis, qui eſt à mouẽte in ſubiectum extrinſecũ, exigit in priori naturæ approximationem, ſeu præſentiã poſitiuam, ex parte actus primi. Prob. inductione, in omni ſpecie motus: nam vt ſit actus pulſionis, debet tangere mediatè vel immediatè rem, quæ pellitur, ſiue illa pulſio fiat mediante extrinſeco inſtrumento, ſiue ꝑ ſibi intrinſecũ, euiuſmodi eſt manus, & brachium: idem clarius patet in motu vectionis: nam vehens ſecum fert rem vectam, vt ſenſu notum eſt: & de motu tractionis: nam cum hæc non fiat per alterationem, vt dicitur de magnete trahente ferrum, ſed per virtutem motiuam localiter, non poteſt intelligi, aliquid ab alio trahi, quin habeat præſentiam, cum inſtrumento trahente immediatè & mediatè cũ re tracta, vel etiam cum re tracta immediatè, ſiue tractio fiat ad ſeipſum, ſiue ad aliud. Ad quos motus reuocantur inſpiratio, & expiratio; & idem dicitur de motu vertiginis: quia hic componitur ex tractione, & pulſione, vt fuſe Ariſtot. 7. phyſ. t. 10. vti omnes doctores. 5

Dices. Trahens rem ad ſeipſum, cauſat approximationem: nam producit præſentiam rei tractæ, reſpectu trahentis: ſicut pellens aufert præſentiam rei pulſæ ab ipſo pellente, ergo non ſe tenet ex parte actus primi antecedẽter. Reſp. hinc eſt origo erroris aduerſariorum: nam non diſtinguũt præſentias, & approximationes; quæ multis modis variantur, & præcipuè pro ſpatij variatione, vnde ſi duo inter ſe eſſẽt immediata, & ſibi proxima, ſimul mouerentur, per ſpatium v. g. palmare, eſſent ſemper inter ſe præſentia, & immediata, variata ſemper præſentia; quia prius erant præſentia, & proxima, reſpectu ſpatij A, nũc verò reſpectu ſpatij B, & ſic conſequenter. Ex quibus patet ad argumentum. Nam trahens aliud, ſiue immediatè, ſiue medio inſtrumento, ſemper illa tractio præſup-

supponit approximationem, & præsentiam inter trahens, & tractum: quia non posset trahi localiter omnino distans, sed per tractũ acquiritur noua præsentia: nam vel trahens trahit aliquod corpus ad aliud, & acquiritur præsẽtia cum illo corpore, vel trahit ad seipsum, & hoc, vel ad partem sui, vt si trahat aliquid manu, vt illud approximet ad stomachum, & acquiritur respectu stomachi præsentia, & in brachio præsentia vtriusque ad aliud spatium, per quod mouetur brachium cum re tracta, vel totum trahens mouetur cũ re tracta, & acquiritur vna præsentia respectu diuersi spatij; quare semper ad tractionem præsupponitur vna præsentia, quæ respectu spatij corrumpitur, & acquiritur alia. Ex his patet, quid dicendum sit de impulsu: nam cum hic imprimatur per contactum imprimentis impulsum, necessario præsupponi debet proxime impellens, & corpus pulsum esse inter se immediata respectu spatij cui sunt præsẽtia: quia tactus ea git immediationẽ.

Quomodo per impulsum acquiratur præsẽtia.

Dices. Impulsus ordinatur ad separandũ corpus pulsum ab impellente, atque vt sint distantia, ergo ad producendum impulsũ in alio, non requiritur approximatio: quia alioqui in eodem instanti essent approximata illa corpora, & distantia.

Resp. impulsum à potentia animali imprimi in fine motus, quo imprimens mouet instrumentum immediatè impellens, siue sit manus, siue baculus, siue aliud, quare in illo instanti est approximatio, & non est distantia: quia distantia acquiritur per motum rei pulsæ, qui non est in illo instãti, sed immediatè post, vnde prius virtus impressa est producta in re pulsa, atq; adeo est approximatio, quam sit distantia, quæ consequitur ad motum.

Dices 2. Impulsus eandem vim mouẽdi habet in primo instanti, ac in sequenti, ergo si mouet in sequenti, mouebit etiam in primo instanti. Resp. hanc instantiã esse indignam responsione: nam si virtus motiua sit secundum se eadem, non tamen potest exercere actũm, nisi secundum capacitatem illius subiecti, & naturam actus; quare cum natura motus localis corporei nequeat esse in instanti, neque subiectum sit simul capax proximitatis, & distantiæ, non poterit in instanti, in quo producitur virtus illa motiua, exerceri illius actus.

Difficultas est, an passum, vt recipiat aliquem effectum à Deo, exigatur passi præsẽtia respectu Dei. Res. aliqui affirmatiue quia nihil potest esse à Deo absens, cum sit vbique, ergo eo ipso quo res existit, est præsens Deo. Hinc Theologi affirmant Deum esse in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam. Neque dicant, esse præsentem negatiuè, non positiuè: quia cũ illa entitas non sit vbique, neq; Deus posset cũ illa esse vbique, sed erit, vbi est entitas. Neq; dicas, esse nullibi: nam sic in illa nõ esset Deus: quia Deus nullibi esset, sicut entitas in qua est, præterquam, quod non potest intelligi, rem aliquam existere, & nullibi esse: q̃a est extra vel intra mundũ.

At 2. alij negant, nõ quidẽ ex ea ratione, quod Deus possit agere in subiectum distans, atque adeo non exigat approximationem: nam hic non agitur de approximatione, sed de præsentia respectu spatij: nam cum putent, posse aliquam entitatem absolui ab omni præsentia; & illa conseruetur à Deo dependenter à subiecto, cum proprijs accidentibus, dabitur actio circa passum, non habens præsentiam: & candẽ doctrinam extendũt ad creaturas, quæ agũt in seipsas, vt est emanatio passionum, & motus vitalis animalium. Ex hac cõseruatione deducunt, posse aliquid produci in subiecto, etiã si careat præsentia: quia conseruatio est eadem actio ac productio, & differunt, tantum ratione connotati, vt dictum est tom. I. opusc. I. 2. tr. 2. Fundamentum est: quia ad actionem requiritur approximatio inter agẽs, & passum, sed hæc esse potest inter subiectum, & Deum sine præsentia subiecti: quia supponitur hoc abstrahere ab omni p̃sẽtia superaddita, eo q̃ omnis creatura est Deo approximata p̃ suam entitatem. 3. Alij dicunt, præsentiam inter agens, & passum approximata, non esse necessariam, neque quoad actionẽ Dei & actionem rei in seipsã, sed neq; quoad actionem causæ efficientis in subiectum extrinsecum: quia si illa sit approximata per negationem distantiæ, & id abstrahat à præsentia positiua, quæ est per vbi superadditum, adhuc fieret actio. Ess contra Recentiores, qui negant, fieri posse actionem à causa naturali in subiectum extrinsecum, nisi habeant inter se præsentiam positiuam, sed non consequenter loquuntur: quia cum dicant entitates posse abstrahere ab omni præsentia, seu vbi, & approximationem secundum se non exigere illam positiuam præsentiam, non video qua ratione inter illa negent actionem: quia sunt accidentia necessaria ad agendum, cum præ-

Approximatio non est inter duo nisi habeãt vbi in spatiis sibi immediatis.

præsentia positiua nihil conferat, & solum nunc concomitanter se habeat, eo quod de facto non est approximatio inter duo, nisi illa habeant vbi in spatijs sibi immediatis; quare hi magis consequẽter sentiũt, quam auctores secundæ opinionis. Quid autem dicendum sit dicetur infra. Quare solum manet, vt soluantur argumenta primę opinionis initio positas: nam ibi decipitur, confundens approximationem prævíam ad motum, & aliam consequentem motum, quæ fiunt inter agens, & passum in diuersis spatijs, & diuersos terminos, vt dictum est supra. Neque rectè ex motu, quem produxit animal in seipsum, qui non indiget approximatione, cum ibi sit idẽtitas, rectè infert, idem dicendum de motibus in alienum subiectum, siue sit motus localis, siue alterationis, vt patet ex dictis. Ad confir. approximationem fundari in vbicatione, & præsentia illorum corporum in spatio: nam negatio distantiæ pure negatiuè potest esse inter chymæras, quæ fingantur esse in spatio, sed de hoc diximus plura in physicis, vbi etiam, an possit entitas abstrahere ab omni vbi, & modo essendi in spatio. Sed instant, conseruatio impulsus in instanti, quo corpus mouetur ex vi illius impulsus est prior; quam præ-
8 sentia mobilis, ergo potest esse posterior ipsa præsentia, ergo potest recipi impulsus in passo, carente præsentia impulsus in instanti, in quo mouetur corpus. Resp. aliqui, illam conseruationem esse solum à Deo, qui in sua actione, non indiget præsentia passi, vt sit passo approximatus. Sed cõseruari potest: quia conseruatio supponit productionem, ergo si conseruatio est prior præsentia, multo magis productio; at constat productionem esse à causa creata, imprimente impetum. Secundo, illa conseruatio etiã si à solo Deo, vt causa prima, tamen hæc operatur ad modum causarum naturalium, & iuxta exigentiam naturæ; at agentia naturalia præexigunt præsentiam, vt effundant actionem, ita & Deus operãs vt causa prima; quare dicunt alij, conseruationem illius virtutis posse dupliciter accipi, primo vt præcedit: quia vt motus existit immediatè post instãs, ita illa virtus conseruatur immediatè post instans, & ita sicut in illo tempore mensurante motus partes, sunt infinitæ partes, quarum vna est prior alia, ita in illa cõseruatione virtutis, supposita in parte priori existere, sicut existit virtus à qua vt causa est motus. Secũdo

Cõseruatio illius virtutis duppliciter accipitur.

potest cõsiderari perseuerantia illius, sicut perseuerat virtus, & ita est posterior aliqua præsentia, producta per priorem partem motus, & sic cõsequẽter, de qua re in physicis 3. alij, conseruationem, quæ est à Deo posse considerari dupliciter, primo vt est creatiua, & vt sic nullam prærequirit præsentiam, neque cum subiecto: quia nullum habet, neque cum termino, nã ille consequitur actionem tuam terminus prius est in se, quam sit alteri præsens, est autem in se per actionem Dei, sicut figura impressa ceræ à sigillo, consequitur impressionem sigilli. Secundo vt est eductio, quæ est ea subiecto, & hæc supponit præsentiam Dei cum subiecto, vt fiat eductio, non tamen præsentiam Dei cum re educta: quia hæc secundum se consequitur eductionem. Hinc patet, conseruationem virtutis impressæ, cũm sit eductio, supponere præsentiam Dei, cum subiecto, cui tribuitur, & supponit præexistentiam virtutis impressę, ea vi productionis, quam supponit conceptus creationis, non tamen supponit præsẽtiam motus, & vbicationis productæ per illã virtutem, sed potius consequitur, & cõsequenter consequitur ad conseruationem virtutis, vt infra magis constabit.

Figura impressa ceræ à sigillo cõsequitur impressionem sigilli.

DVB. II. *De Sphæra actiuitatis natura, an sit finita.*

1 *Quid sit sphæra.*

RESP. Affirmatiuè ea communi, quare vt explicetur. Primo sphæram appellamus spatium illud, ad quod virtus agentis potest se extendere: nam sicut centrum ex omni parte æquè distat, tr. 16. q. 4. à circumferentia, ita agens stans in medio agit æque ad omnem partem: quia si non impediatur, respicit omnem partem per lineam rectam; aliquando tamen operatur plus circa vnam partem: quia ibi applicatur melius, vt flamma magis sursum, quam ad latera comburit: quia sursum mouetur, vel quia per reflexionem virtus roboratur, vt Sol dum directe terram illuminat, & de hac dictum est in physicis, vbi ostẽdimus, sphæram agentis finiti, in quam immediatè agit virtute in se retenta, esse necessariò determinatam, vt patet ea finitate virtutis. Secundò eam sphæram, in quam agit per virturem communicatam medio, posse in infinitum extendi, si nullum adsit impedimentum, minuens virtutem, quæ est in medio: de qua Tolet. 1. de generat. qu. 15. & ibidem fusè dixi. Tertiò diximus, illam acti-

Sphæra in quam agit virtute in se retenta est determinata ca finitate virtutis.

Actiuitas terminatur extrinsecè, vt signetur pars in quā non possit agere.

actiuitatem terminari extrinsecè, scilicet vt signetur pars, in quam non possit agere, & in omnem sibi proximiorem posset: de qua Conimbr. 1. cœl. c. 10. q. 1. 2. 3. & 4. & dixi ibidē videri ꝙ potest. Quare triplex dub. hic manet. Prima. An simul agat in totā sphæram, de qua dicemus infra. Secunda An detur sphærula, in quam simul habet æqualem effectum in omnibus partibus; ita vt non magis agat in propinquiorem partem, quam in remotiorem: sed æqualiter in omnibus. Tertia difficultas. An vltra sphærulam agat vniformiter. Vnde est triplex dub. & de prima hic, de alijs in sequentibus.

ART. I. *An agens simul agat in omnes partes suæ sphæræ.*

2 *Qualitas producta in medio augetur successiuè.*

PRima Conclusio. Si spectetur sphæra principalis agentis, & qualitatis productæ in medio etiam coagentis, non simul agit in totam sphæram. Prob. quia cum qualitas, quæ producitur in medio, augeatur successiuè; ita etiam augetur sphæra: quia sphæra sequitur virtutem agentis.

2. Concl. Si spectetur sphæra præcisè primi agentis principalis, agei simul in omnes partes suæ sphæræ. Prob. 1. ex illuminatione: nam Sol simul agit in totam sphæram, cui est simul applicatus. Vnde illuminat existens in Oriente, etiam Occidentem partem, ergo etiam idem erit in calefactione: nam si qua ratio diuersitatis esset, ea esset: quia calor debet vincere contrarium: sed ex resistentia contrarij non fit, vt non sequatur actio, sed tantum vt fiat in tempore. Confir. experientia: quia nos sentimus calorem ignis etiam distantis, statim facta applicatione. 2. Prob. nam agēs agit in distans non solum virtute communicata medio, sed etiam virtute in se retenta, ergo dum agit in partem propinquam, etiam agit in partem distantem; quia virtus ipsius agentis est, vt dominetur secundum extensionem suæ virtutis toti huic subiecto, licet inæqualiter: nam fortius agit in partem propinquiorem. Confir. quia agēs agit in quantum potest; sed potest in partes remotas, vt ponimus, ergo agit etiam in remotas: nam deinde agens non habet maiorem virtutem, sed potius minorem ab reactionem, & neque passum acquisiuit minorem resistentiam, cum in ea parte secundum aduersarios non præcesserit actio minuens qualitatis resistentiam. Dices.

Agens agit in distans non solum virtute cōmunicata medio, sed etiam in se retenta.

Vt agat in distans, debet prius agere in medium, ergo: quia qualitas medij est dispositio necessariò requisita, vt agat in distans. Et confir. quis cum fortius agat in partem propinquam, quam in remotam, prius producta fuit aliqua pars qualitatis in parte propinqua, quàm esset producta in medio: nam alioqui, si actio simul fieret in parte propinqua, & remota, non posset esse qualitas intensior in propinqua parte nam in toto tempore, quo produxit agens qualitatem in propinqua parte, produxit etiam in parte remota. Resp. hinc probari, prius natura produci in partem propinquam, quàm in remotam; sed tamen simul tempore: quia eo tempore, quo pars proxima habet qualitatem, etiam pars distans est capax actionis, & qualitatem recipit. Ad confir. Produci quidem intensiorem effectum in parte propinqua, quàm in distanti sed intensior hic effectus non est productus, nisi in eodem tempore, quo remissior in parte distanti. Vnde actio fit cum maiori velocitate: quia in eodem tempore est acquisita maior forma; sicut si duo inciperent moueri localiter per horam, sed vnus conficeret duo, alter vnum milliare, simul mouerentur, sed secundum diuersam velocitatem. Vnde actio non fit citius in parte propinqua, vt dicit anticipationem temporis, in quo existit actio, sed vt dicit velocitatem actionis in eodem tempore.

3 *Quando agens agit in distanti non potest intendere effectum productum sine maiore applicatione.*

Hinc intelligitur primò, quando agēs agit in distanti, non posse intendere effectum productum in parte distanti, nisi fiat maior applicatio, vel aliqua variatio in dispositione subiecti. Secundò colligitur, agens in illa parte sphæræ, in qua cœpit producere qualitatem in gradu remissiori, quàm in alia, nunquam poterit producere qualitatem æquè intensam, ac in alia viciniore, etiamsi per æternitatem durer; quia sicut virtutem, quam habet æqualem circa partem sphæræ, incipit æqualiter exercere in principio actionis; ita in illis, in quibus habet inæqualem virtutem, incipit inæqualiter exercere; & quia vsque ad finem actionis semper retinet eandem proportionem; ideo vsque ad finem actionis effectus productus in parte distantiori erit remissior eo, qui est in parte propinquiori: quia semper est inæquale dominium. Neque dicas, esse inæquale dominium, quoad velocitatem actionis; quod in parte propinqua producit eandem qualitatem citius: sed producta, qualitate æqualiter secundum inten-

intensionem in parte propinqua, prosequitur intendere qualitatem in parte distantiori, non, inquam, id dicas: nam dum absoluitur actio in parte propinqua, finitur etiam in parte distanti, seruata proportione effectus Quod inde confir. quia sicut processu temporis non acquirit maiorem sphęram extensiuè; ita neque quoad intensionē effectus: nam idcircò in parte distanti nūquam potest produci effectus similis agēti: quia non est perfecta applicatio; & patet experientia luminis, quod illuminat cubiculum.

ART. II. *An inter totam, & adæquatam sphæram agentis, detur aliqua sphærula proxima agenti, in cuius partibus producatur effectus æqualis intensionis, & perfectionis.*

DE hac Niph. 1. de generat. comment. 193. Iand. 6. physic. & 8. vbi agit de alteratione.

4 *Approximatio est conditio necessaria ad agendum.*

Prima Opinio est negantium: quia cum approximatio sit conditio necessaria ad agendum, & partes subiecti non sint æquè approximatæ agenti, sed aliæ alijs distantiores, non poterit agens æquè agere in illas partes: quia non sunt æquè agenti approximatæ: nam agens fortius agit in partē propinquam, quam in remotam, vt patet experientia eorum, qui accedunt ad ignē: & ita similiter in alijs: nā pars vicinior lucernæ plus illuminatur, quam distantior. Conf. Quia non potest determinari in aliquo agente, quanta sit hæc sphærula, digitalis, an maior, cum experientia constet, subiectum, quo magis accedit ad agens, magis alterari; & hoc in infinitum; ergo nō est aliqua sphærula determinata, in qua æqualis effectus simul producitur: quia intra illam maior excessus non esset causa maioris luminis, contra experientiam.

5 *Debet dari aliquo subiectum in quo agens possit se perfectè communicare.*

2. Opinio est affirmantium illam dari: Primò, debet dari aliquod subiectum, in quo agens possit se perfectè communicare; sed si non esset hęc sphęra, non posset hoc dari: quia cum subiectum sit diuisibile in infinitum, secundum quamlibet partē signatam distat ab agente, ergo iuxta illā distantiam recipit actionem minus intensam, quam sit qualitas in agente: nunquam igitur poterit agens producere totam qualitatem, quam in se habet. Neque dicas, produci in subiectum, quod est immediatè post: quia hoc non est aliquid determinatum, cū in infinitum possit signari pars, & pars proximior agenti. Conf. Experientia, videmus ad certam distantiam nos videre æquale obiectum aliquod; sic etiam audire sonum, & non magis, si magis accedamus, & duos inæqualiter distantes simul audire sonum, qui tamen in eodem tempore ab alijs distantioribus non audiatur. Confir. 2. ex 8. phys. 23. vbi congelationē docet fieri totam simul: quod non intelligitur ex ratione intensionis, cum sit alteratio quædam; sed ratione partium subiecti, vt bene ibi D. Thom. & alij. Dices. Etiāsi fiat simul congelatio quoad partes subiecti, tamē partes, quæ sunt versus agens, sunt fortius, & intensius congelatæ. Sed contra: si intensior fuit actio circa partem primā subiecti, quam circa secundam, ergo citius introducta est dispositio necessaria ad congelationem in prima parte, quam in secunda. Igitur prima pars congelata fuit ante secundam, ideo debet dici, simul fuisse introductas dispositiones congelationis in omnibus partibus subiecti. Dices 2. Hoc dici: quia agens, scilicet frigus cum exhalatione terrea admixtum, est applicatum æqualiter omnibus partibus, & non quia agens sit in vna parte, & agat in distans æqualiter, & simul. Sed contra: quia agens illud, cum sit corpus, non potest esse applicatum omnibus partibus subiecti: quia alioqui esset, diuisum in omnes partes. Quare est aliqua pars, à qua exhalatio terrea distat: nam si nulla pars esset aquæ, in qua non esset exhalatio terræ admixta, sequeretur, dari penetrationē corporum, scilicet aquæ, & exhalationis terreæ, & nihil aquæ ibi esse. Ex his resp. ad argumentū aduersariorum, à natura fuisse determinatā sphæram singulorum agentium, præcisè sumptorum, iuxta exigentiam naturæ: hæc autem exigit, vt virtus actiua habeat aliquod subiectum, in quo posset se perfectè communicare, cum omne agens agat, vt assimilet sibi effectum; & quo perfectius assimilat, eò perfectius agit: & ideò vnicuique virtuti tribuit aliquam sphærulam receptiuam æqualis actionis: quoad reliquas verò partes sphæræ agat vniformiter difformiter iuxta approximationē partiū, siue proportionalium, siue aliquotarum iuxta varias de ea re sententias: de quibus in libris de anima & aliqua infra dicemus. Ad confir. resp. Illam sphærulam esse diuersam, iuxta diuersitatem virtutum agen-

Quomodo natura sphæram determinauit singulis agētibus iuxta exigentiam naturæ.

tium intensiuè, & extensiuè, & diuersitatẽ causarum coadiuuantium. Vnde non potest esse minima aliqua pars sphærulæ æqualis in omnibus agentibus; sicut neque est æqualis adæquata sphæra; & sicut à nobis non cognoscitur, quãta sit singulorum agentium adæquata sphæra; ita neque quãta sit sphærula. Hæc enim cognitio reseruatur Angelico intellectui, non humanæ caligini. Quid autem sit probabilius, constabit ex dicendis in libris de anima.

Non potest esse minima pars sphęrulæ æqualis in omnibus.

ART. III. *An agentia naturalia vltra sphærulam agant vniformiter difformiter.*

6

Actio fit quadrupliciter.

PRimò Notand. Quadrupliciter posse concipi actionem fieri. Primo vniformiter vniformiter. Secũdò vniformiter difformiter. Tertiò. Difformiter difformiter. Quartò difformiter, difformiter difformiter, quorũ terminorũ explicatio non est eadẽ apud Doctores, quã referre, & cõfutare nimis operosũ esset, ideo satis erit nostram afferre. Quare dicitur actio vniformiter vniformis, quãdo ex vi actionis producitur in subiecto, in quo est actio, effectus æqualis perfectionis intensiuæ, vt dicitur de actione, qua agens agit circa subiectum proximum, quod vocant sphærulã vt infra. 2. Dicitur vniformiter difformis, quando in subiecto producitur effectus inæqualis perfectionis, seruata semper eadem, & vniformi proportione distantiæ agentis à subiecto, positis ijsdem circumstantijs: vt si agens in subiectum palmare v.g producit effectum intensum vt duo, in subiectum distans per duos palmos, producit effectum vt vnum, & sic seruata eadem proportione distantiæ subiecti ab agente, seruetur etiam proportio diminutionis effectus; Quando non seruatur hæc proportio, & producitur effectus inæqualis, tunc dicitur difformiter difformis; supra quam alij addunt difformiter, difformiter, difformiter, quando s. perpetuo variatur actio, & eius effectus; hic de difformiter vniformi agemus; nam aliæ non cadunt sub scientiam.

7

In qualitatibus duplex est latitudo, extẽsiua, & intẽsiua.

2. Not. In huiusmodi qualitatibus esse duplicem latitudinem, vnam extensiuam, qua partes qualitatis existentes in diuersis partibus subiecti vniuntur inter se extensiuè, siue propria vnione, siue vnione, qua partes subiecti vniuntur, vt alibi disputauimus. Alterã intensiuam, qua partes qualitatis, quæ dicuntur gradus, vniuntur inter se in eadem parte subiecti, siue vnione, qua vniuntur eidem parti subiecti, siue propria, quam retinent, etiam si sint separatæ à subiecto: & quia possunt qualitates inter se vniri, q̃ sũt in duab. partib. subiecti, vt v.g. si vna sit intensa vt septem, & altera vt sex, inter se vnirentur secundum latitudinem extensiuam, dubitatur, quomodo qualitas septem graduum vniretur cum qualitate sex graduum: nam septimus non videtur vniri posse cum sexto, atque adeo septimus manebit solitarie cum nullo vnitus, secundum latitudinem extensiuam, sicut si quantitas palmaris profunda secundum duos digitos, vniatur cum alia palmari profunda secundum vnum, non vnirentur secundum duos digitos profunditatis, sed vnus illorum maneret non vnitus, sed hi modum in scirpo quærunt. Nam si illa duo corpora inæqualiter intensa secundum qualitatem vnirentur, manerent eodem modo affecta diuersis qualitatibus, sicut erant ante vnionem, nulla facta variatione in intensione qualitatis; & quod dicitur de vnione quantitatis corporum idem dicitur de extensione entitatiua qualitatis: nam illarum partium entitatiuarum vna est magis intensa, quam altera. Neque gradus intensiui vtriusque partis vniuntur inter se, nisi ratione extensionis entitatiuæ; & non ratione intensionis, cum illæ partes maneant eum eadem intensione, ac prius, sicut dictum est de partibus quantitatis. Neque obstat, quod partes quantitatis difformiter alteratæ non possunt esse in eodẽ spatio, & partes entitatiuæ possunt se penetrare in eodem spatio: nam ex hoc non fit mutatio, nisi secũdum vnionem in spatio; non autem secundum vnionem intensionis, cum intensio radicetur semper in ijsdem partibus entitatiuis, nec transit de vna parte in aliam.

Quomodo vniãtur inter se gradus qualitatis.

Gradus intensiui vtriusque partis vniũtur inter se ratione extensionis entitatiuæ nõ intensionis.

8

Datur actio vniformiter difformis post sphærulam.

3. Notand. Suppono dari actionem vniformiter difformem post sphærulam, vt ostendemus in libris de anima, cum de successione continua motus augmentationis; qui requirit successionem continuam alterationis dispositiuæ: de qua re Blas. de Palma de latitudin. format. Ioann. Casil. de velocitate motus alterationis. Contra quã opinionẽ aliqui obijciunt primò: quia si esset aliqua qualitas vniformiter difformis, sequeretur, quamlibet qualitatẽ, cuius omnes partes sunt immediatæ secundum

exten-

extensionem, esse immediatas secundum intensionem, patet, vt quod signatis quibuscunque partibus immediatis, remississimus gradus, qui est in vna, nõ est remississimus, qui est in alia, esse vniformiter difformem, vt patet ex definitione qualitatis vniformiter difformis: sed hoc est falsum: nam posito pedali, cuius medietas sit vniformiter difformis à 4. gradu ad 8. & alia 8. ad 16. tunc in eo secundum partes immediatas quoad extensionem, immediatæ essent quoad intensionem, & tamen non sunt vniformiter difformes in qualitate: quã illa nõ correspondet gradui medio, idest existenti in medio illius qualitatis, qui est octauus gradus; atque adeo non est vniformiter difformis: quod autem non respondeat, prob. quia tota illa qualitas est vt nouem, cum vna medietas sit vt 12. & denominet vt 6. & alia sit vt 6. & denominet vt tria, ergo tota denominatio est vt 9. & nõ vt 8. Resp. Qualitatem vniformiter difformẽ non debere sic definiri, sed cum Calculatore c. de introductione sũmi gradus, quod sit illa, quæ sic se habet, vt cuiusq; partis gradus medius, idest qui est in medio tantũ excedatur à summo eiusdẽ partis, quantum excedit infimum. Sed contra; quia datur qualitas vniformiter difformis; & tamen non est hic excessus medij, &c. nam posita linea giratiua, per partes proportionales columnę vniformiter difformis ab octauo vsque ad non gradum, tunc illa linea est pars illius qualitatis vniformiter difformis: & tamen non est hic excessus in medio; quia illa linea non habet medium, cum sit infinita. Resp. Concedendo, ibi non esse medium longitudinis. Sed esse medium magnitudinis: quia licet sit infinite longa, tamen est quãtitas finita; & ita vt sic habet medietates: quare erit gradus medius in medio medietatũ. Sed contra; quia adhuc

9 *Datur qualitas vniformiter difformis sine excessu medij.*

est qualitas vniformiter difformis sine medio: quia sumo quadratum album ab octauo ad non gradum, & per diametrum ab vno angulo ad alium diuidatur in duo triangula æqualia: tunc enim vna medietas triangularis habet maiorem partem sui, quam medietatem qualificatam maiori gradu vt quatuor: nam habet vt tres partes incipientes à quarto, & terminatas ad non gradum; & vnam quartam habet incipientem à quarto gradu, & terminatam ad octauũ, ergo sequitur, quod gradus medius, non est in medio magnitudinis illius quãtitatis triangularis, sed in fine primæ quartæ, ergo cuiuslibet partis eius gradus, qui est in medio talis partis, tunc exceditur à summo, quantum excedit infimum eiusdẽ partis; scilicet illius partis triangularis. Ex quo patet, esse aliquam qualitatem vniformiter difformem, cuius secundum aliquã diuisionem quælibet pars proportionalis est difformiter difformis, vt si diuidatur quadratum vniformiter difformiter per lineas transuersales, seu diametrales. Resp.

10 *Quomodo definiatur qualitas vniformiter difformis.*

Qualitatem vniformiter difformem debere sic definiri, quod sit qualitas ita se habens, quod in ea proportione, qua quæuis omnia puncta eius intrinseca æqualis intensionis magis distant quantitatiuè à gradu eius summo. In ea per maiorem latitudinem distant intensiuè ab eodem gradu summo; ita vt in quacunque proportione vna pars eius est maior altera quatitatiuè, inæqualis tamen intensionis, in ea extremum eius intensius per maiorem latitudinem excedit extremum remissius eiusdem, vt v. g. sit latitudo vniformiter difformis ab octauo gradu ad non gradum, patet, quod punctum vt quatuor distat in duplo plus quantitatiuè, quàm punctum vt sex à gradu octauo, & similiter gradus octauus excedit dupla maiori latitudine vt quatuor, quàm vt sex. Secundò obijci potest: quia non apparet, quo modo possit se extendere qualitas vniformiter difformis, incipiendo à parte proportionali immediata sphærulæ, quæ habet qualitatem vniformem vniformiter: nam cum omnes partes illius qualitatis sic difformis debent esse in se determinatę perfectionis, cum omnes illæ partes difformiter distinguantur inter se: non apparet, quo modo possit subiectari in partibus quantitatis, quæ non sunt determinatæ. Resp. hanc difficultatem similem esse illi, quam afferebat Zeno, vt probaret, non posse dari motum localem, eo quod non possit incipere, cum prius debeat transiri prima pars, quàm secunda, quæ prima pars ibi non datur: de quo argumento nos dicemus suo loco, nunc dico, in nulla parte proportionali esse adæquatè qualitatẽ determinatæ intẽsionis, v. g. vt octo: quia cũ quælibet pars contineat plures, & plures in infinitũ, ita habet qualitatẽ diuerso modo intensam in infinitũ, id verum est etiam respectu partium, secundũ quas passum est immediatum agenti: quia non datur vna pars, quæ sit præcisè immediata, cum ibi sint in infinitum proximiores, & proximiores. Sed de hac re

alibi

alibi, Interim examinanda est opinio, quæ propter hoc argumentum negat, fieri actionem vniformiter difformem, secundũ partes proportionales, sed secundum partes aliquotas.

DVB. III. *An hac actio fiat secundum partes praportionales, an aliquotas?*

ART. I. *Explicantur Opiniones Doctorum.*

1

Secundum alios actio hac non fit per partes proportionales, sed aliquotas.

PRima Opinio est dicentium, actionem hanc non fieri per partes proportionales, per singula puncta, sed per partes aliquotas; ita Hurtadus disput. 3. de generat. sect. 3. subsect. 1. n. 14. sequitur Arriaga disp. 2. sect. 3. subsect. 1. Primò, quia si hæc actio fieret per partes proportionales, posset manere materia sine forma, vel posset forma produci, sine suis dispositionibus: quia ea vi illius actionis successu temporis erit tam parua materia alimenti, etiamsi habeat partes diuisibiles, vt sit insufficiens ad conseruandam formam illius alimenti: nam cum forma substãtialis exigat determinatam materiam, deficiente illa, corrũpitur forma alimenti, tunc in illo instanti, vel manebit materia sine forma, & patet esse absurdum, vel introducitur forma viuentis, & sequitur, formã viuentis introduci sine suis debitis dispositionis. Quod si dicant, in eo instanti, quo introducitur forma, introduci dispositiones sufficientes in totam materiam, tunc sequitur, actionem nõ fieri vniformiter difformiter, per partes proportionales; quia dispositiones simul introducuntur in omnibus partibus ipsius materiæ, quæ non sint æquè approximatæ agenti. Conf. Quia in prima generatione viuentis, forma introducitur simul in materiam aliquotam, & determinatam, ergo, agens simul totam illam materiam disponit: nam si disponeret successiuè per partes proportionales, prius disponeretur dimidia pars, v.g. quam tota; sed in illa non potest recipi forma viuentis: quia hæc exigit maiorem materiam, alioqui forma viuentis esset in minori parte minimi. Neq; ibi potest manere forma seminis: quia maneret ibi sine proprijs dispositionibus, cum sint expulsæ à dispositionibus viuentis. Resp. aliqui, negando, formam alimenti exigere determinatam materiam: nam potest conseruari in minori, & minori in infinitum. Sed non satis factũ argumento: quia posset poni forma exigens determinatam materiam: quare esset alimentũ vegetabile. Resp. 2. alij, afferendo instantiam, quod eadem difficultas sit in contraria sententia; si enim supponatur, formam alimẽti exigere materiam digitalem, & applicetur alimentũ trium digitorum cum dimidio, quod agens disponat per partes aliquotas, scilicet digitales, tunc disposita materia trium digitorum, manebit dimidia pars digitalis, in qua non potest conseruari forma alimenti, ergo tunc vel manebit materia sine forma, vel forma sine dispositionibus. Quare non vitatur difficultas ex eorum opinione. Quod si dicant, in eo casu, agens disponens tertiam partem digitalẽ, disponet etiam sequentem dimidiatam ob naturæ necessitatem, ne sequantur prędicta absurda. Tum contra; quia eodem modo posset dici, materiã disponi per se per partes proportionales, sed per accidens in eo casu disponi simul totam partem determinatam. Sed vt aduersarij ex illa responsione potius effugiunt, quàm soluant; ita est contraria opinio.

Si in instanti introductionis formę introducũtur dispositiones sufficientes in totam materiam, actio non fieret vniformiter difformiter.

2

Opinio Auctoris. Forma producitur cum dispositionib. innaturalibus. Quia natura horret materiã sine forma.

Ego respondeo, naturam ita abhorrere existentiam materiæ sine forma, vt patiatur, & formam conseruari, & produci cum dispositionibus innaturalibus, vt formã aquæ conseruatur cum summo calore, dũ feruet: semper enim natura facit, quod minus absurdum est, positis circumstantijs. His addo, actiones naturales cõsiderandas esse non metaphysicè, sed physicè, idest, vt continuum, posito concursu omnium causarum: quare licet agẽs vnum præcisè agat vniformiter per partes proportionales, tamen fieri potest, vt circa eandem materiã operentur diuersæ causæ, vel diuersæ partes eiusdem causæ; tunc enim materia ad omnes partes æquè disponetur; & ita contingit in nutritione: nam cum materia proximè nutriens sit valdè parua, & dispersa per poros, & vndique circundata calore naturali, quid mirum, si disponitur æquè quoad omnes partes, vt conuertatur in viuens? Ad confir. Resp. à natura esse ita dispositum, vt forma existens in materia, nũquam ab ea discedat, nisi sint introductæ dispositiones magis connaturales alteri formæ, etiamsi per impossibile illa sit sine vlla dispositione, siue quia forma substantialis non indiget conseruari à dispositionibus, neque corrumpitur à contrarijs, nisi quatenus ex vi illarum introducitur noua forma, siue quia pertinet ad primam causã

Forma existens in materia, ab ea nunquam recedit ante introductas dispositiones magis connaturales alteri formæ.

his

his euentibus prouidere, ne sequatur existentia materiæ sine forma: de qua re alibi dictum est. Deinde addo, materiæ qualitatem posse considerari vel secundum se, vel vt est vnita cum alijs partibus. Cum enim agitur de materia determinata exigita à forma, loquuntur DD. de materia parua separata ab alijs; non autem de ea, quæ est coniuncta eum alijs partibus, vt patet de forma, quæ est in parte minori minimi. Denique in hac materia aduertendum, semper esse modum, quo agens est applicatum materiæ: quia si applicatur quoad omnes partes, potest agere simul in omnibus partibus: qua ratione dicunt, semen virile complecti, & circundare materiam, ex qua generatur fœtus; & ideo simul disponitur.

Materia du pliciter con sideratur, secundum se, & vt est vnita.

3 Secundò obijciunt alij: nam sonus quoad certam aliquam distantiam simul à pluribus auditur, etiamsi illi inter se aliquantulum distent: qui tamen non auditur ab alijs, qui sunt distantiores, ergo quoad aliquam distantiam æquali actione producit speciem sui: quoad aliam verò successiuè. At illæ distantiæ sunt aliquotæ, non proportionales, ergo agit vniformiter difformiter per partes aliquotas, non proportionales. Confir. ex luce Solis, cuius decrementum non est continuum iuxta distantiam maiorem à Sole: eum accedens ad nos transeat per puncta, quasi infinita, existentia inter nos, & Solem, in infinitum decresceret. Resp. 1. Illuminationē fieri in instanti: quod verò fiat successiuè, oritur ex applicatione successiua luminosi; & sicut successiuè illuminat hunc orbem; ita successiuè definit illuminare inferiorem orbem; & sicut transeundo infinita puncta, dum accedit ad nos, non producit lumen actu infinitum; ita neque desinit esse lumē actu infinitum. Resp. 2. Inde probari, dari sphærulam actiuitatis: hinc tamen non concedimus, vltra illam primam partem proximam agenti, quam dicimus sphærulam, semper actionem procedere vniformiter difformiter per sphærulas, vt patet ex ipsomet argumento proposito: nam à distantioribus successiuè auditur, prout successiuè producuntur species, quæ ex natura sua cum careant contrario, produci deberent in instanti, sicut in lumine. Sed quia requirūr in subiecto motum, vt dicemus in libris de anima, ideò producuntur successiuè, licet alij velint, successionem oriri ex sono, qui successiuè multiplicatur

Quomodo percipiatur sonus etiā à distantioribus.

Illuminatio fit in instanti.

Species ex natura sua carent contrario.

per aerem. Dices. Post illam primam distantiam, in qua auditur in eodem tempore sonus à multis inter se distantibus, experimur, post aliquod tempus audiri etiā à remotioribus, & in eodē tēpore à multis, ergo datur secunda, sphærula, in qua simul producūtur species, vt possit sonus simul audiri à pluribus. Resp. primò potest, illas species non produci immediatè à sono, respectu cuius debet attendi actio vniformiter difformis, sed produci à speciebus proximioribus, quæ habent suas sphærulas: sed quia hæc productio specierum à speciebus non omnibus probatur, ideò Resp. 2. Agentia naturalia, vt diximus, agere simul in totam suam sphæram, dum nō impeditur, & habēt subiectū capax: sed non agit in illam vniformiter, nisi circa sphærulam: sed in reliquam partem agit minus, & minus secundum distantiam ab agente: & ideo sonus minor, quàm fit, apparet distantioribus, quibus defertur per motum aeris, & ideò non simul auditur, ac à viciniotibus: de qua re in libris de anima. Ad confirm. patet ex dictis. Cur autem prius videatur fulgor, quàm audiatur tonitruum, dicetur in libris de anima: quia, scilicet visio fit in instanti, ex vi specierum productarum in instanti; sonus autem exigit motum à suo loco: Quare nō placet, quod id oriatur ex eo, quod sonus habeat minorem vim ad producendas species, quam color, vt aliqui Recentiores.

Quomodo producūtur species soni vt audiatur à remotioribus.

Cur prius videatur fulgor, quā audiatur tonitru?

Tertiò obijciunt. Si post sphærulam actio decresceret vniformiter difformiter, per partes proportionales, sequeretur dari partem proportionalem extra omnem aliquotam: quia si pars proportionalis sequēs sphærulam ponatur intensa, v. g. vt septem, & sequens, vt sex, &c. tunc sequitur, partē proportionalem, habentem intensionem, vt septem, non esse in præcedente aliquota: quia illa habet intensionem vt octo, neque esse in sequenti quia sequentes habēr intensionem vt sex, quinque &c. ergo est separata ab omni aliquota: nam secūdum illam intensionem, eum nulla est vnita. Neque dicas, primam partem intensam vt septem, vniri cum parte sphærulæ intensa vt octo: quia septimus gradus illius continuatur cum septimo præcedentis: nā ex hoc non fit, partem illam proportionalem habentem vt septem non distingui se toto à parte præcedenti, & subsequenti. Quod si dicas. Etiamsi illa pars proportionalis vt septem, sit extra intensam vt octo

4 An detur pars proportionalis extra omnem aliquotam.

non

non tamen extra omnem aliquotam: quia potest esse in alia aliquota, composita ex ipsa, & ex alia parte. Sed contra: quia de ratione partis aliquotæ est, vt sit ex vtraq; parte determinata, ergo non potest includere, vt partem sui proportionalem, quæ est indeterminata: quia componeretur ex determinato, & indeterminato, & ea parte, in qua est pars proportionalis, est indeterminata, atque adeo non ex omni parte est determinata. Vnde neque de potentia Dei absoluta fieri potest, vt parti determinatæ fiat additio partis indeterminatæ: quia actio illa esset indeterminata, cum solum terminetur ad terminum indeterminatū.

5 *Secundum aliquos, determinatū potest componi ex indeterminato.*

Resp. aliqui primò, negando, determinatum non posse componi ex indeterminatis: nā omne continuū determinatum componitur ex partibus proportionalibus, quæ secundum se sunt indeterminatæ: nam si cōcedunt, posse componi ex proportionalib. indeterminatis, non verò proportionalem posse cum aliquota componere, multò magis poterit pars proportionalis componere cum aliquota: quia ibi est minor indeterminatio, nō enim illa additio destruit rationem aliquotæ præcedentis: quia si proportionalem inde mente præcidas, manet aliquota. Vnde falsò asserūt, mansuram indeterminatam. Et hæc responsio mihi placet. Et ratio à priori est: quia pars proportionalis non est intrinsecè determinata, neq; determinabilis, sed extrinsecè, quatenus ponitur terminus, vltra quem intrinsecè sua entitas non extenditur, nec augetur. Et quia, dum componit cum alia, ponitur hic terminus extrinsecus, ideò per compositionem illam determinatur. Ex quo patet, quantum à veritate distent, qui negant de potentia Dei absoluta non posse determinato vniri partem proportionalem indeterminatam, cum ex ipsa actione vnitiua determinetur, dum illi tribuitur terminus. Ego verò addo, huiusmodi argumenta procedere ex ignorantia terminorum; non enim dicitur pars proportionalis indeterminata positiuè, quasi sit vna pars, seu entitas simplex, separata ab omni alia existens, & producta, sed est indeterminata negatiuè: quia determinari non pōt secundum rationem intrinsecam, quæ immediatè alteri iungitur, quanta sit: nam licet medietas, v. g. palmi, sit pars proportionalis, illa tamen est determinata secundum se totam: quia est quantitas semipalmaris, atque adeò determinata. Sed dicetur indeterminata, rōne partis immediatæ ad aliā cōpartē: quia illa determinari nō pōt, neque per potentiam Dei, cum omnis pars contineat plures partes, atque adeò non potest esse secundum omnes suas partes immediata alteri, sed in infinitum proceditur absque vllo termino. Hinc patet, qua ratione errent, qui dicunt, in parte proportionali indeterminata esse septem, vel sex gradus qualitatis, cum forma certa non poterit esse in subiecto incerto, vt alibi. Quomodo autem fiat alteratio vniformiter difformiter, dicetur infra.

Quæ propriè dicitur pars proportionalis.

Secundum alios actio fit vniformiter difformiter à principio ad finem.

2. Opinio est dicentium, actionem fieri vniformiter difformiter à principio ad finem. Ita DD. qui negant, dari sphærulam, in quam agens vniformiter agat. Probant, quia cum partes non æquè distent ab agēte, non possunt recipere qualitatem vniformiter, sed magis, vel minus, prout propinquiores, vel distantiores primo agenti: quæ ratio cum militet, tam quoad partes propinquas agenti, q̃ quoad remotas, fit, vt nō possit agere circa partem aliquam proximam æqualiter, cum omnis pars contineat propinquiores, & remotiores, quod in prima aliquota agit vniformiter difformiter, similiter agere debet in alijs sequentibus; sed ex dictis patet diuersa ratio.

6 *Vltra sphærulam agit per partes proportionales vniformiter difformiter.*

3. Opinio Est dicentium, vltra sphærulam agens naturale præcisè sumptum agit per partes proportionales vniformiter difformiter; quia inæqualiter distant ab agēte, ergo circa illas inæqualiter agit agens iuxta rationem distantiæ, quam habent partes. Neque inde sequitur, dari aliquam partem proportionalem extra aliquotam, vt probaui notabili secundo, omissa probatione aliquorum Recentiorum, cum nō bene explicent, qua ratione in quantitate intensa vt octo, & alia intensa vt septem vniantur illæ partes qualitatis existentes in illis subiectis, dum dicunt, vniri secundum gradus intensionis: non enim possunt illi gradus vniri secundum intensionem: quia sunt in diuersis subiectis, sed etiam, quia latitudo extensiua qualitatis est diuersæ rationis ab intensiua: vniuntur igitur illæ duę extensiones entitatiuæ qualitatum ad modum, quo vniuntur partes quantitatis per continuationem, licet cum aliquo discrimine, vt diximus supra. Quod si petas, pūctū, seu vnio cōtinuās illas qualitates extēsas diuersarum intensionū, quantam intensionē habeat? Resp. quidam, ibi esse duas vniones; vnā, quæ respondet extensioni in-

Duæ sunt vniones cōtinuantes qualitates extensas diuersarum intensionum.

tensæ

tensæ, vt septem altera, quæ respondet extensioni intensæ vt octo, & vtramque subiectari in eodem puncto quantitatis, quod secundum diuersam rationem erit simul intensum vt septem, & vt octo. Sed mihi non placet: quia sicut inter partes quantitatis non ponitur, nisi vnum punctũ continuans vtramque partem, cum ex eo Aristoteles distinguat continuum à contiguo; idem existimo dicendum, de puncto continuatiuo extensionis qualitatis, habẽtis partes diuersæ intensionis.

ART. II. *Opinio Auctoris.*

7 *Actio incipiens in instanti intrinseco producit qualitatem secundum partem aliquotam. Quia recipitur in toto subiecto.*

PRima Concl. Actio, quæ incipit in instanti intrinseco, producit qualitatẽ in subiecto secundum partem aliquotam: quia illa qualitas recipitur simul in toto subiecto, ergo illud debet esse determinatum, secundum terminum indiuisibilem: quia indiuisibiliter recipit qualitatem totam simul: nam & qualitas, quæ producitur, est certa secundum extensionem, & intensionem. Confir. quia sicut illa qualitas producta in instanti intelligitur, vt separata ab ea, quæ producitur successiuè, si illa reciperetur in parte subiecti secundum rationem partium proportionalium, daretur pars proportionalis separata ab omni aliquota: quia per illam qualitatem signaretur pars proportionalis, separata ab omni aliquota, sicut ipsa qualitas est separata ab alia successiuè producta. Neque obstat, quod illa pars esset coniuncta cum alijs: quia illa coniunctio non facit, quominus secundum se sit solitaria, subiectans in illo instanti qualitatem, atque adeo quasi separat illam ab alijs.

2. Concl. Quando mensura actionis, siue diuisibilis, siue indiuisibilis est determinata, necessariò qualitas producta per illam, erit in parte aliquota subiecti: quia in mensura illa determinata sicut actio existit in parte indeterminata subiecti; ita & terminus eius. Finitur enim actio, vt per illam mensuram mensuratur. Ex quo patet, idem dicendum de intensione illius qualitatis.

Actio post sphærulam incipiens in instanti extrinseco fit vniformiter difformis.

3. Concl. Si post sphærulam incipiat actio in instanti extrinseco, tunc actio erit vniformiter difformis, secundum partes proportionales: quia sicut post sphærulam sunt partes proportionales subiecti, & post instans sequitur tempus secundum partes proportionales, etiam actio, quæ mensuratur illo tempore, erit per partes proportionales: quia mensura debet esse proportionata mensurato. Confir. à priori: quia effectus sequitur proportionem, quæ est inter agens, & subiectum: sed proportio, quæ est inter agens, & subiectum exigit effectum produci vniformiter difformiter, secundum partes proportionales, ergo &c. Minor prob. nam agens magis agit in partem propinquiorem, quàm in remotiorẽ; & in partibus proportionalibus subiecti vna est proximior altera, respectu agentis: ergo ex vi illius proportionis effectus sequitur maior, & minor secundum distantiam, & propinquitatem partium proportionalium. Neque dicas, quod sicut inter partes proportionales vna est proximior, ita etiam inter aliquotas: vnde fit, vt magis agat in partem aliquotam proximiorem, quàm remotiorem. Sed contrà: quia in vna parte aliquota sunt partes proportionales, quarum vna est proximior altera respectu agentis, ergo in illa, non potest recipi effectus æqualis in omnibus eius partibus. Quod si supponatur, agens habere sphæram ita determinatã, vt æqualiter agat in diuersas partes illius, secundũ proportionem distantiæ, tunc concederetur agens vniformiter difformiter secundũ partes aliquotas: quia tunc actio decresceret iuxta distantiam ab agente secundum partes aliquotas. Sed quia virtus præcisè vnius agentis non habet naturaliter talem modum agendi, vt patet ex principijs positis: ideò dicimus non agere secundum partes aliquotas; quod facilè demonstrari potest, si ponatur agens agere per duos palmos: nam primus digitus secundi palmi minus distat ab agente, quàm vltimus digitus secundi palmi; & magis distat, quã vltimus digitus primi palmi; & hic magis, quàm primus digitus primi palmi, immediatus agenti; at actio circa vltimum digitum secundi palmi remissior erit, quàm in primo digito eiusdem: ergo similiter actio in primo digito secundi palmi erit minor, quàm in vltimo digito primi palmi; & in hoc minor, quàm in primo digito primi palmi: quia actio semper decrescit secundum distantiam à primo agente. Dices. Decrescere quidem, sed non secundum partes proportionales, sed aliquotas. Sed contrà: quia iam ostendi, debere decrescere secundum partes proportionales. Confir. alij: quia si duæ partes pro- 8

Decrescit secundum partes proportionales non aliquotas.

 por-

portionales immediatæ, reciperent intensiones se excedentes aliquotè, tunc sequeretur dari qualitatem infinitè intensam secundum partes aliquotas in quolibet subiecto recipiente qualitatem ab extrinseco agente: quia cresceret excessus secundum infinitas partes proportionaliter aliquotas: quia hæ sunt tot, quot sunt proportionales. Sed non placet: quia hoc est contra rationẽ partis aliquotæ, quæ replicata adæquat totum: nam aliud est, excessum fieri secundum partes proportionales; aliud fieri proportionaliter secundum partes aliquotas, cum illæ sint infinitæ, & partes aliquotæ sint finitæ, etiamsi inter se seruent proportionem. Hæc vera sunt, si spectetur agens secundum suam virtutem præcisè; at si spectetur agens, vt coadiuuatur ab alijs agentibus, tunc nihil certi statui potest; quia varius potest esse concursus aliorũ agẽtiũ. Dices, quia ex actione hac vniformiter difformi dari deberet qualitas indeterminatæ intensionis, quæ vt sic non sit pars qualitatis determinatæ intensionis. Sed consequens est falsum, ergo: maior prob. quia versus minimum in partibus remotioribus non datur pars ita remissa: quia posset assignari alia remissior, & versus maximum in partibus proximiorib. agenti non datur pars ita intensa, quin medietas illius proximior agenti non sit intẽsior, ergo necessariò debet asseri, non dari in passo qualitatem tantæ intensionis, quæ sit minor omni intensione assignata: nam si detur pars aliqua, quæ dicatur inter omnes habere summum calorem determinatæ intensionis, sine dubio illa non erit intensius disposita secundum partem proximiorem agenti, quàm remotiorem, ergo si passum est vniformiter difformiter dispositum, necessariò in parte indeterminata proxima agenti dari debet qualitas indeterminatæ intensionis, quæ vt sic non sit pars qualitatis habentis intensionem determinatam: & signum est, quod de illa non potest asseri esse intensionis vt duo, vt quatuor, &c.

Pars aliquota replicata adæquat totum.

Non datur in passo qualitas tantæ intensionis quæ sit minor omni intensione assignata.

9 Minor prob. quia impossibile est, dari extensionem indeterminatam, quę vt sic non sit pars determinatæ extensionis; ergo impossibile est dari qualitatem indeterminatæ intensionis in subiecto, vel parte subiecti, quæ vt sic non sit pars qualitatis existẽtis in subiecto determinatæ intensionis. Conf. Quia in subiecto determinato non potest dari qualitas indeterminatæ intensionis. Ergo neque in subiecto indeterminato qualitas determinatæ intensionis. Resp. aliqui, negando minorem: quia negatur, esse parem rationem quantitatis, & qualitatis: quia quantitas non habet aliud esse, præter extensionem, & ideo non potest dari quantitas indeterminata secundũ extensionem in tempore determinato separata ab alijs: quia eo ipso esset vnum totum, & per consequens determinatæ extẽsionis, videretur, & cognosceretur à Deo, & eam metiri posset, per quantitatem determinatæ extensionis: quare esset determinatæ extensionis. At de essentia qualitatis, quæ per subiectum vniformiter difformiter extenditur, non solum est includere partes intẽsionis, sed etiam extensionis: & ideò licet in subiecto indeterminato detur qualitas indeterminatæ intensionis, quæ vt sic non sit pars qualitatis determinatæ intensionis, adhuc absolutè loquendo, illa qualitas indeterminata est pars qualitatis determinatæ, saltem secundum extẽsionem, quę existat in subiecto indeterminatæ extensionis, in quo posita, si efficiat secũdum vnam qualitatem cum alijs partibus qualitatis existentibus in alijs partibus extensis, de illa non poterit probari, quod sit determinata, & indeterminata, vt prob. de quantitate indeterminata, non faciente vnam quantitatem determinatam cum altera: & ideò non est mirum, si in tẽpore indeterminato detur motus indeterminatus qualitatis, & quantitas etiam, quæ vt sic non componat cum alijs partibus formam aliquam determinatam: quia vt sic existens in illo tempore indeterminato, non potest de illis probari, quod simul in eo tempore sint determinatæ, & indeterminatæ. Confir. quia si quid hoc argumento probaretur, maximè eo probaretur: neque per Dei potentiam fieri posse, vt qualitas ita vniformiter difformiter per subiectum extendatur, vt sit intensior in proximioribus, quàm remotioribus: quia neque supernaturaliter dari potest qualitas indeterminata ab alijs separata in tempore determinato. Nam ex Arist. hæc tria se inuicem consequuntur motus, tempus, & subiectum: nam in tempore indeterminato est motus indeterminatus, & similiter terminus, sed sicut tempus indeterminatũ determinatur necessariò, ita & motus, & terminus illi respondens. Solum hic difficultas est de gradu intensionis acquisito, dum motus determinatur: nam cum qualitas sit qualitas secundum intensionem in par-

Non potest dari extensio indeterminata, quę vt sic non sit pars determinatæ extẽsionis.

Quæ sint de essentia qualitatis, vniformiter difformiter extensæ.

10 *Supernaturaliter dari non potest qualitas indeterminata ab alijs separata in tempore determinato.*

partibus subiecti determinati extensa, sit vniformiter difformiter extensa iuxta distantiam, & propinquitatem ad agens, non potest in aliqua parte illius assignari, gradus determinatæ intensionis, sed semper est maior versus agens, & minor per distantiam ab agente: & ad hanc difficultatem.

Tota illa qualitas est determinata quoad intensionē.

Respondent prædicti Doctores, putantes id non esse absurdum, ego addo, totam illā qualitatem esse determinatam, quoad intensionem, non quidem per terminum extrinsecum, sed extrinsecum, sicut dicitur de quātitatis determinatione, & de ipsius qualitatis latitudine extensiua, in quibus non potest assignari, quanta sit vltima pars extensionis, ita neque quantus sit gradus intensionis, sed immediatè ante, vel maior, & maior, vel minor, & minor, iuxta explicationem eorum, quæ habent terminos extrinsecos. Denique addo, hanc doctrinā explicari posse exemplo cylindri, in quo nullus circulus est alteri æqualis, sed in qualibet parte assignata sunt versus basim circuli maiores, & maiores in infinitum, & versus cuspidem minores in infinitum, in qualibet parte signata subiecti sunt in infinitum gradus maiores versus efficiens, & minores versus partem aduersā, vt in libris de anima explicauimus. Dices 3. Si productio fiat sine resistētia in parte immediata, vel producit ita intensam qualitatē, ac in se habet, vel remissiorem indeterminatè: sed si condensetur, vt melius applicetur agenti, vel contra; tunc in illo poterit produci qualitas intensior, quam ante, ergo in parte, quæ ante illi erat immediata intensiorem qualitatem producit, quàm antea producebat: quare tantam, ac in se habet: atque adeò in parte determinata passi, quæ ita intensam habeat qualitatem in parte proxima, ac in remotiore. Ergo propter solam applicationem, per condensationem suppleri potest defectus agētis. Resp.

11 Primò Negatur producere qualitatem quantam in se, sed remissiorem determinatè. Neque suppleri poterit defectus applicationis, per condensationem: quia defectus applicationis nō sumitur, nisi respectu totius agentis secundum omnes partes, secundum quas agit; & non solum respectu partium indeterminatarum agentis, & passi, quæ sunt sibi immediatæ. Quare semper est determinata distantia, ob quam etiam in parte indeterminata passi immediata agentis qualitas ab agente producatur determinatè remissior, quam sit in agente:

Defectus applicationis non potest suppleri per condensationē.

quod patet experientia lucidi rari, quod in passum sibi immediatum non producit ita intensam lucem etiam in parte indeterminata, quantam si versus passum condensetur cum etiam post condensationem non experiamur esse tantam lucem in passo, quāta est in agente: quare antea erat qualitas remissior determinatè in passo, quam in luminoso raro: quia omnes partes illius non erant ita perfectè applicatæ ad operādum, ac sunt post condensationem. Resp. 2. quod sicut post factam condensationē agentis, vel passi, vel vtriusque simul, non est verum dicere, partes indeterminatas contiguas, quæ erant indistantes; ita ex illa applicatione non sequitur, vt in illis partibus indistantibus qualitas præexistēa intendatur, licet in partibus, quæ sunt post condensationem minus distantes inter se, quam antea, magis intendatur qualitas præexistens, secundum mensuram maioris applicationis. Tertiò si sit luminosum exiguè quantitatis, & maximæ intensionis, posset in subiecto immediato producere maximam lucem, quæ parum distet à lucis intensione agentis, licet exiguam haberet sphæram actiuitatis, quæ à gradu tendat ad non gradum: quod si hoc luminosum additione partium fiat decuplo maius, post additionem habebit multò maiorem sphęram actiuitatis, ergo si in parte remotissima præcedentis sphæræ, vbi produxit antea remissam lucem, post additionem producet multò intensiorem lucem: nam poterit illa pars esse dimidia pars sphæræ actiuitatis, & multò maiorem lucem producet, quàm antea in parte sibi immediata, cuius intensio parum distabat ab intensione ipsius luminosi, ergo additione partiū extensionis licet crescat agens versus partem, qua magis, ac magis elongatur à passo, suppleri potest defectus applicationis.

Resp. 1. fieri maiorē sphæram, aucto agente decuplo; non tamen opus est, vt si in parte remotissima prioris sphæræ naturaliter est reddita intensior, etiam in parte immediata sic naturaliter intendatur: nam si antea propter proximitatem parum distabat ab intēsione qualitatis agentis, multitudo formæ iuuabit, vt fiat aliquātulum intensior effectus, quàm antea, non tamen vt naturaliter sit intensior; imò neque vt perueniat ad intensionem agentis: quia maior virtus requiritur ad intendendam qualitatem valdè intensam, etiam proximā agenti, quàm ad remissam maximè inten- 12

Aucto agente sphæra fit maior.

dendam, etiam remotam: quod experientia colligitur, & forte id oritur ex heterogeneitate graduum; & in hoc casu plus qualitatis additur partibus remotioribus præcedentis sphæræ, quàm proximiorib. Sed hæ partes remissiores non fiunt intēsiores proximioribus, imò neque æquè intensæ. Sed hæc examinanda sunt in libris de anima, vbi de hac actione vniformiter difformi fusè agendum.

DVB. IV. *Qualis sit approximatio requisita inter actiuum, & passiuum.*

DE hac Arist. 7. phys. c. 2. vbi philosophi, & D. Th. 1. p. q. 8. & q. 37. & q. 52. vbi Thomistæ Vasq. disp. 91. c. 2. & 1. d. 34. & 2. d. 2. vbi Scholastici agentes de motu Angelorum, & ex Recētiorib. Suar. disp. 18. met. sect. 9. & disp. 31. sect. 6. à n. 21. Gill. 1. p. l. 2. tr. 9. c. 4. & seq. Ruuius 7. phys. c. 2. q. 1. Conimb. 1. de gen. c. 1. q. 1.

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Duplicia agentia alia corporea, alia incorporea.

1 PRimò Not. Duplicia esse agentia, alia corporea, alia incorporea; & hæc aliquando agunt, actione immanēte, aliquādo, actione transeunte. Nunc quæstio est de actione transeunte.

2. Not. Quæstionem posse intelligi de simultate agentis cum passo, vt sequatur actio, de qua dictum est supra. Secundo de simultate agentis cum effectu, an. s. agēs debeat esse simul respectu loci cum effectu, an possit esse distans, & quia hæc simultas seu immediatio potest esse dupliciter, primo secundum suppositum, quod quando causa coniungitur cum effectu sine medio supposito agente secundum virtutem, quod est quando inter agens, & effectum nulla alia virtus mediat, vel si mediat, non idcirco alia virtus non concurrit ēt immediatè, vt patet ex cōcursu vniuersali Dei cū effectib. secundarum causarum. 2. secundum virtutem, & hoc dupliciter, primo secūdum virtutem à se productam; vt cum calor productus producit calorē. Secundo secundū virtutem in se retentam p extensionem sphæræ: quia scilicet virtus actiua extenditur immediatè ad tantam distantiam, etiamsi sit distans secundum suppositum, in quo est.

3. Notand. Ex Arist. 1. de Gen. 68. & 7. phys. 50. Triplicem esse contactum, virtualem, scilicet, metaphysicum, & mathematicum. Mathematicus dicitur vnio duarum magnitudinum, quarum vltima sunt simul, vt orbes cælestes dicimus se inuicē tangere, & hic propriè dicitur contactus. Metaphysicus dicitur vnio indistātiæ duarum rerum, habentium vnam quantitatem vt materia, & forma, cælum, & intelligentia; vel nullam habentium, vt duo Angeli. Virtualis dicitur naturalis vnio agentis ad passum per virtutem, & operationem: sic agens dicitur tangere passum, dummodo virtus agentis attingat passum, ita Venetus in sum. de Generatione c. 22. Hic autem contactus, qui physicus dicitur, diuidi solet in virtualem physicum. & virtualem simpliciter, virtualis physicus est inter agens, & passum quanta, quæ habent extrema simul: virtualis simpliciter est inter ea, quæ non habent extrema, vt Angelus dicitur virtualiter tangere corpus, etiamsi secundum suam substantiam sit præsens corpori; quia formaliter non tangit, cum careat quantitate. Vel secundò solet explicari contactus virtualis, quādo virtus vnius diffunditur ad alterum, etiamsi secundum substantiam, non sit præsens passo, vt Sol dicitur tangere hæc inferiora: quia diffundit ad hæc inferiora lumen, quod est eius virtus. Alij verò aliter diuidunt; vt contactus sit duplex, formalis qui est duorum habentium extrema simul; alter virtualis, qui est inter ea, quæ carent quantitate; sūt tamen indistantia secundum substantiam, vel secundum virtutem: formalem verò diuidunt in mathematicum, qui est inter duo quanta, etiamsi non agant inter se 1. de Gener. 44. 5. phys. 22. & physicum qui est inter habentia extrema simul, quæ possunt inter se agere, & pati, 1. de Gen. 44. & 45. quia per talem contactum semper res physicè mouetur, & afficitur. Hic autem contactus physicus aliquando est mutuus, de quo 1. 45. dum ait. Quæ se tangunt posse inuicem agere, & pati: aliquando non mutuus, & est inter ea, inter quæ non est reactio, vt Cælum, & inferiora: aliquando tamen per contactum physicum intelligunt omnem contactum virtualem. Quæritur igitur, quis contactus requiratur ad actionem. 4. Not. In agente duo esse, primo suppositum, secūdo virtutem, qua agit, quæstio non est, an agens omne sit simul cum passo secundum supposita: nam constat, obiectum visus distare ab oculo; sed de necessitate simultatis agentis, siue prin-

Contactus virtutis alter est physicis, alter virtualis simpliciter.

Contactus formalis est duorum habentium extrema simul.

Contactus physicus alius est mutuus alius nō mutuus.

cipali

cipalis, siue instrumẽtalis, cũ passo sibi immediato: nam quod agat in distans per virtutem communicatam medio, non est difficultas, vt patet ex 7. phys. t. 12. & 1. de Gen. 75. Neque quæstio intelligitur de simultate temporis: quia certum est, effectum in actu exigere causam in actu: sed difficultas est, an sit necessarium, vt agens sit simul per cõtactum cum passo, in quod agit immediatè per virtutem sibi intrinsecam, an satis sit simultas secundum contactum virtutis.

2 5. Not. Inter agens, & passum dupliciter posse esse distinctionem, primo vt intercipiatur vacuum. Secundo corpus, & hoc vel incapax actionis, vel capax actionis, sed non actionis, quæ est à virtute agentis, qua agit in distans, vel denique medium est capax actionis eiusdem virtutis, quam recipit distans, & in hoc medio tripliciter cõtingit fieri actionem, primo vt agens immediatè agat in proximum, & per virtutẽ illi communicatam agat in remotum. Secundo, vt in remotum agat per virtutem communicatam medio, & per sibi intrinsecam, cum dependentia tali, vt scilicet effectus in parte remota esse nequeat, nisi sit actio circa medium. Tertio, vt actio circa medium non sit necessaria ex exigentia causalitatis, respectu actionis circa remotum, sed ex necessitate concomitantiæ, ratione ordinis agendi, quæ necessitas oriri potest, vel ex parte agentis, quod à natura sit determinatum ad agendum per lineam continuam, & non interruptam, vel ex parte passi, quod applicatum agenti necessariò prius patitur in parte propinqua, quam remota, vel ex parte vtriusque, quod inter agens, & passum capax non potest suspendi actio, quin sequatur, nisi ab aliquo extrinseco.

Agens immediatum immediatione suppositi, & immediatione uirtutis.

6. Not. Duplex est agens, mediatum vnum, immediatum alterum. Immediatũ adhuc duplex, alterum immediatum immediatione suppositi; alterum immediatione virtutis, vel immediatum immediatione virtutis, & suppositi: quos terminos explicat Tol. 1. de Gen. à t. 44. & 7. phys. q. 2. & Gill. loc. cit.

7. Not. Nos hic agere de causis finitis, respectu actionum transeuntium, quæ ex Arist. sunt generatio, auctio, alteratio ex latio: hoc nõ agitur de auctione, & latione, qua qs seipsũ mouet, & auctione, qua quis seipsum auget &c. quare quæstio est, de generatione, alteratione, & latione, quæ est ab extrinseco, neque de actione, quæ fit mediante virtute communicata medio: quia ibi non est difficultas, sed de actione, quæ immediatè fit ab agente per virtutem in se manentem, an scilicet tunc possit fieri in subiectum, à quo distat, intra tamen suam sphæram, quam constat respectu agentis finiti esse finitam, siue intrinsecè, siue extrinsecè, vt disputant Conimbr. 1. cæl. c. 11. q. 1. & seq. & nos fusè in physica. Hinc fit, vt si igni applicentur infinita combustibilia, non posset illa omnia simul calefacere, non solum ratione resistentiæ; sed etiam finitatis virtutis, vt v. g. Sol non posset illuminare infinitum aerem, neq; huic doctrinæ repugnat dictum Arist. 2. de anima, quod si igni applicarentur infinita cõbustibilia, quod infinitè combureret: quia ibi agit de applicatione successiua, non de simultanea: nam inde probat, calorẽ igneũ non agere vt calorem naturalem in augmẽtatione, sed vt instrumentum animæ, atque adeo augeri animal, nõ in infinitum, sed vsque ad certum terminum, etiamsi quotidie in infinitum applicarentur cibi.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

3 Secundum alios agens, & patiens non debere esse simul simultate suppositi neque virtutis.

Prima Opinio est dicentium, agens, & patiens non debere esse simul simultate suppositi, neque virtutis communicatæ subiecto immediato, immediatione suppositi; sed posse agens agere in subiectum distans, etiamsi id, quod producit in distãs non producatur in medio, est Alex. apud Auer. 2. cœl. comment. 42. & significat 1. metaph. comm. 27. videtur Simpl. 1. cœl. 42. citatur Hipp. & sequitur Och. 2. quæst. 18. Gabr. dist. 3. quæst. 2. con. 2. quia vt defendant fieri visionem sine speciebus, dicunt obiectum producere visionem in oculo, etiamsi illam non producat in medio, idem Och. 1. dist. 37. quæst. vnic. Gegl. de Rub. quæst. 2. Auic. lib. de anima p. 4. c. 4. Scotus 1. dist. 37. vbi Gabr. Bassol. & Maironus; & ad Aristotelem respondent, loqui de agente physico, qui producit qualitatem eiusdem rationis in medio, & in termino; sed hoc dicunt oriri ex necessaria quadam concomitantia in actibus rerum naturalium, quæ non producunt in distans, nisi producendo in propinquum, quod si per impossibile Deus impediret actionem circa subiectum propinquum, adhuc posset fieri actio in distans. Hi tamen inter se diuersi sunt. Nam aliqui volunt absolutè fieri

Agens põt agere in subiectũ distãs idcirco non requiritur simultas suppositi.

fieri actionem in distans, etiamsi nulla fiat actio in medium. Alij verò exigunt actionem in medio, sed non necessariò per eandem formam, vt Sol producit lumen in medio, sed per formam substantialē producit aurum, & alia immediatè in visceribus terræ. Videtur Scoti, dum ait, causas physicas nunquam agere in distans, per vnam qualitatem, quin agat in medium per aliā; non tamen necessariò per eandem attingere dicitur medium, & propinquum; & ad hoc afferunt multa experimenta. Primo in generatione substantiali; nam Sol producit aurum intra terram, & non in medio, & sic animalia ex putri: at illa actio attingitur immediatè à forma solis, &c. & radia apro xis herbæ, cuius radia è longinqua, concipit ignes, sicut naptha ex Plin. lib. 24. c. 17. vbi plura de huiusmodi rebus. Sed ad hoc Resp. aduersarij, formas substantiales, vel produci à Deo, vt prima causa, supplente defectum causæ secundæ, vel cum Thomistis, ab accidentibus, vt sunt instrumenta substantiæ, & radicem illam concipere ignem ea eo, quod exhalationes igneæ ab illa attrahuntur, & ob maximam dispositionem illius concipit ignem, vt puluis tormentarius; & similia. Secundo In motu locali: nam primo magnes trahit ferrū distans, & non medium, sic Sol vapores è terra, & non medium, de qua experientia multa Conimb. & plura Dandi 1. de anima d. 8. immitti qualitatē, quæ habet illum effectum in ferro, & nō in medio; sed qualis sit illa qualitas, an alteratiua, an motiua, vt impetus, non explicant, sed qualiscunque sit, dicit fieri per medium. Secundo proijciens mouet lapidem, quem non tangit. Sed de motu locali infra. Tertio Intelligentia mouet immediatè cęlum, etiāsi sit distans, vt Durand. hic, Scot. Gabr. Herucus distinct 47. quod non tangit, cum sit spiritus; & vnus loquitur alteri, etiam distanti; quod fit per productionem alicuius rei. Sed de vi huius argumenti suo loco. Tertia ex actione, quæ fit in sensibus: nam obiecta causant sensationem in sensib. quā non causant in medio; & imaginatiua alterat membrum distans, & non intermediū, vt ait Auicenn. loc. cit. ex Hippocr. & imaginatiua, quæ est in cerebro, mouet immediatè appetitum, qui est in corde; & sensatio externa imprimit speciem imaginationi; nam non est verisimile, dum pes calefit, speciem caloris ascendere vsque ad cerebrum, sed ad hoc Resp. species diffūdi per medium, & imaginatiua, cum sit radicata in eadem anima, ac appetitus, mouet obiectiuè appetitum, & hic potentiam animalis motiuam applicat ad motum; nam huiusmodi potentia est subordinata appetitui, vt alibi, vbi dicetur, qua ratione dolor pedis concipitur à phantasia, quæ est in cerebro, quam sensationem dicunt fieri per consensum, sed difficultas est, qua ratione in phantasia producatur species à dolore pedis; an verò habeat vim, alterandi corpora extrinseca, affirmat Auic. loc. cit. ex Hipp. & refert Medina l. 5. de recta in Deū fide. At negant alij, cum Matt. delRio lib. 1. si quia magia c. 3. q. 3. quod ipsi vt somniantes fallūtur, putantes se videre, quę vere non vident, sed de hac re nos alibi.

4\. Ea varijs alterationib. Prima, entia spiritualia alterant corpora, sine tactu, vt anima per appetitum, & apprehensionem alterat corpus; sic Deus cuncta operatur sine contactu. Sed ibi est maximus contactus, cum illæ potentiæ radicentur in eadem anima, quæ informat corpus, & illa alteratio motus ex motu spirituum ex vi appetitus refugientis mala, & apprehēdētis bona. Secundo. Sol multa producit in inferioribus; & non in medio: nam calefacit infimā regionem, & non mediam, similiter superiorem regionem aeris, & non cęlos inter medios. Tertio ex Plinio l. 19. c. 8. & Dioscorides lib. 3. c. 32. Ruta crescit sub ficu, à qua non tangitur. Sed resp. oriri, vel quia aliquis vapor ex radicibus communicatur, q prodest Rutę, vel quia radices ficus attrahunt aliquem humorem noxium Rutæ, vnde hæc libera ab alimento nociuo fælicius crescit. Quarto ex stridore ferri, & subbari horrescit, & non tangitur. Sed resp. oriri ex remotione disconuenientis. Quinto Torpedo ex 9. de histor. animal. c. 37. & Plin. libr. 3. cap. 1. obstupefacit manum piscatoris, & non filum. Sed hinc aduersarij probant oppositum: quia manus non obstupescit, nisi tangat filum, ergo per illū diffunditur virtus illa. Sexto oculus menstruatæ inficit speculum, & non aerem. Septimo vetula puerum fascinat, & non aerem; 2. de gener. animal. 14. & sect. 20. problem. 34. Plin. libr. 9. c. 25. Alex. libr. 2. probl. 54. Albert. libr. 22. de animal. Cap. 5. Ficin. 13. de immortalit. cap. 4. quam experientiam negant aliqui recentiores, sed immerito audent se apponere tantorū virorum testimonio, qui illum effectum referunt in spiritus malignos ex vetulæ oculis

Afferuntur experientiæ actionem in distans fieri per formā substantialem.

Magnes trahit ferrum distans, & non mediū.

Obiecta causant sensationem in sensib. quā nō causant in medio.

4 *Variæ afferuntur alterationes ad probandam actionem in distans.*

oculis immissis,& attractis per respiratione in pueris except.20.prob.34.vel aliter immissis in faciem pueri, vel vt alij, refertur in timorem conceptu à pueris ex visione vetularum, sed hoc falsum : quia deformiores videtur à pueris, & tñ nõ causatur ille effectus, quare hi authores sibi fingunt solutionem. Octauo verba habent vim in præcãtationibus dæmonum, sed illos cognoscunt, & obediunt, vt decipiant, Namque dicitur de præcantationibus morborum per verba, quæ non tangunt passum, nec ab illo cognoscuntur,cũ verba non nisi ab animalib.percipiãtur, R.id esse vel virtute dæmonum, vel si ex deuotione dicantur orationes aliquæ, sanitas fieri poterit, vel immediatè à Deo, vel per Angelos;sed quomodo id discernitur, non est huius loci explicare ; vel naturaliter aliquando ex sono,vt expertum est ex musica ægrotum leuari, & aliquando sanari 9. Echeneis piscis nauim moratur Alb.25.de animal. Isidor.2. etymologiar. cap. 3.Solin.c.40.Conimb.7.phys.c.7.q.2, Scalig. exercit.218.Vlissis Aldobrandinus l.3. de pisc. 22.effectus quidam admirabilis adeo vt aliqui desperantes causam inuenire de illo dubitauerint,quod in tot hominũ nauigationibus à nemine fuerit ille pisciculus visus : nam licet Aldobrandus Nauarrus narret nauem, qua Franciscu. Turronensis Cardinalis vehebatur à Gallia in Italiam, fuisse remoratam à paruo piscieulo, id tamen per accidens tribui potuit pisciculo, quod remorata ab alia causa fuerit,effectus attributus pisciculo,ibi casu reperto, & deinde ibi de mora,non de totali detentione fit mentio 2.Plutarch.2. Cõuiual.q.7. illam tardationem,& detentionem esse ab alia causa ibi existente, & piscem illũ esse signũ illius causæ, q d ibi habitare soleat. Alij asserunt ab illo pisce obstupefieri brachia Remigum, ita vt non valeant mouere nauim, sed hi falluntur; quia idem effectus fit, etiamsi nauis expansis velis à vento feratur.Alij putãt Nauẽ affigi per illum scopulo, vt tabula tabulæ clauo: nam verisimile est, non esse tam paruum, vt nequeat, & nauim, & scopulum tangẽdo illa simul attingere,sed nõ apparet,quomodo sit tanta uis,vt resistat ventis vehementibus;quia hęc deber illa vnire non vt clauus tabulis, sed vt viscus, cui tribui tantam vim incredibile videtur. Deinde vt fieret illa vnio, deberet nauis esse maximè proxima scopulo,ac hæc proximitas quasi per tractionem tribuitur illi pisci, vt magneti attractio ferri, quod est difficile creditu.Alij hoc tribuunt occultæ qualitati, quam habet piscis adhærendo naui, dũ illam sistit;non enim potest fieri per conatum in contrarium, vel per impetum motiuum in cõtrarium communicatum naui, quia non potest adæquare vim motiuam ventorum,ergo dicendum est esse qualitatem occultam,sed de hac re alibi: quia nõ exigitur eius cognitio ad solutionem argumenti : nam cum fiat illa detentio per piscem affixum naui, non fit in distans, sed in proximum subiectum. 10. Fera Catoblepas,de qua Plin.lib.8.c.21. Internecio humani generis omnibus,quos oculus eius videt confestim expirantibus ; & eadem basilisci serpentis est vis.Albert. libr. 2.de animal.Lenn.lib.4.de occult. & de basilisco vide Soli. c. 43. quod sibilo, & visu interficit.Isidor. libr. 14. etymolog c. 4. vbi ait,olfactu serpentes necare homines, & aues aspectu. Sed has effectuum causas ex opinione aliorum infra referemus.

Quã vim habeant verba præcantationũ dæmonum.

5

Occulta qualitate piscis adhærendo naui eandem retardat.

5\. Probatur ratione. Datur actio intensior in distans, quam in medio,ob maiorem dispositionem partis distantis, ergo non requiritur inter agens,& patiens contactus; consequentia patet : quia si requireretur contactus,id esset, vt deferretur virtus agẽtis in distans, sed est impossibile aliquid referre in aliud,plusquam recipiat in se. Et conf quia ratione illius gradus, qui maior est in parte distantiori, medium est, ac si nõ haberet qualitatem,nec illam reciperet actionem,ergo si agens potest virtute in se retenta fortius agere in distans, quam in propinquum,tunc posset etiam agere,etiãsi nihil producat in medio. Antecedens patet ex multis experientijs.Prima est:nam si cubiculum illuminetur per foramen fenestræ,maius apparet lumen iuxta parietẽ, vbi fit reflexio, quam in aere medio cubiculi,vt patet : quia ibi legere possumus, & non in alia parte.Et conf. quia Sol plus illuminat partes, quas per fenestram respicit directè, quam quæ sunt ad latus,ergo illas nõ illuminat per lumen receptum in alio, sed per seipsum: quia illę partes æquè sunt applicatę partibus ad latus,ac directè Soli appositis ; & eadem est experientia de manu,quæ obiecta fornaci per fenestram directè plus calefit, quam ad latus posita,vt etiam constat, si claudatur fenestra fornacis,statim cessare vehementem calefactionem,& sensationem caloris, & tamen medium

6 *Ratio qua probetur actio in distans est actio intẽsior in parte distante, quã in medio.*

In loco vbi fit reflexio maior apparet illuminatio quam in medio.

dium adhuc retinet æqualem calorem, ac ptius: ergo illa calefactio est immediatè à calore fornacis. Secunda est, quia calor producitur in parte inferiore terræ, & non in media regione. Neque dicas, produci à pluribus radijs luminis, qui vniuntur in hac parte inferiore, propter reflexionem, quæ hic fit: nam ex hac reflexione non causatur, nisi maius lumen, sed hoc maius in media regione propter propinquitatem ad Solem, ergo ibidem deberet causari maius lumen.

Speculum concauum partem distantem calefacit uehementius quam propinquam.

Tertia est experientia Perspectiuorum, qui dicunt speculum concauum partem distantem vehementissimè calefacere, & propinquam non ita. Quarta. Dum aqua feruet in aheno, pars superior est calidissima, & inferior non ita, cum tamen hæc sit igni proximior, & oleum suppositum papyro magis calefacit, quàm côtra, & patet ex feruore illius: & stuppa inflammatur, & non aer medius.

Aqua in aheno feruente calidior est superior quã inferior.

6. Probatur: nam si requireretur contactus, actio procederet tantum à superficie agentis, & tantum reciperetur in superficie passi: quia secundum superficies tantum sunt simul, & nam secundum quamlibet signatam partem distant.

6. Ratio. Si requiratur contactus actio tantũ procederet à superficie

7. Experimur agens agere in distans, non tantum per virtutem communicatam medio, sed etiam per virtutem propriam, vt patebit experientijs Och. 2. quæst. 18. & 1. d. 37. & Gab. 2. d. 32. ergo etiamsi nullum esset medium, adhuc ageret per suam virtutem in partem distãtem: quia nihil recipit à medio, vt exerceat agens virtutem circa partem distantem. Neq; dicas, requiri medium, vt coniungatur agens passo: quia vt passum coniungatur agenti, sufficit si sit intra sphæram actiuitatis agentis, siue agat in partem proximiorem, siue non, tunc magis deberet agere in distantiorem, quando non agit circa partem propinquam: nam non ita debilitatur virtus, quando agit circa vnum subiectũ, ac quando circa duo.

Experiẽtiæ quibus probatur agere in distans etiam per virtutem propriam.

8. Ex Soar. virtus creaturæ habet aliquam quantitatẽ perfectionis, ergo non potest ita limitari, vt non agat per se ipsam immediatè, nisi in puncto, vel in indiuisibili superficie, ergo potest agere immediatè intra sphæram quantam, vel quantificabilem, atque adeo attingere partes distantes immediatè. consequentia secunda patet, sed in prima est difficultas quare probatur. Primo, quia virtus actiua potest esse maior, & minor, & hoc attenditur non solum ex intensione effectus, ex modo agendi, sed etiã ex sphęra, ergo non potest in dicta sphæra esse indiuisibilis: quia sic esset æqualis in omnibus, neque sphæra attenditur ex actione sui effectus, sed ex propria actione.

Fundamenta Suarez ex creaturarum perfectione.

Secundo quia si ponatur immediatè actionem fieri circa superficiem, peto de qualitate recepta in superficie, in quod subiectum immediatè agat: nam cum nulla pars sequens sit secundum se totam immediata superficiei, sequitur, non habere immediatum, & definitum subiectum, in quo per totum agat immediatè, quare aget in totũ cõfuse sumptum; at hoc repugnat actioni, quæ fieri potest in instanti. Nam per hanc produci debet determinata pars qualitatis v.g. luminis, & potest mediatè post cessare actio, atque adeo determinari posset subiectum informatum illo gradu qualitatis: & præterea: quia per illum modum agendi quasi enumerarẽtur omnes partes proportionales, per has agendo, quod vix intelligi potest in actione, quę non successiuè, sed simul fit.

Quomodo qualitas recepta in superficie agat in partes vlteriores subiecti.

Cõf. 1. Quia aliqua agentia finita per se non haberent determinatam sphęrã: nam si consideratur effectus immediatus, non habet sphæram, cum sit superficies, si vero totum id, quod mediatè possunt per propinquum attingendo remotum, non est certa sphæra: quia quocumque termino signato potest actio vlterius progredi: nam in eo termino est aliqua virtus agendi, atque adeo aget in partem sibi propinquã, quare per se non habet terminum; sed terminus esset ex resistentia passi, quare si cõferretur resistentia secundum se, non haberet terminum, atque adeò Sol in instanti illuminaret aerem infinitum, quod experientiæ repugnat: quia tunc magis illuminat partem propinquam, quam distantem, ergo si nimium extenditur actio, tandem finiretur.

Repugnat experiẽtiæ Solem illuminare aerem infini tum.

Conf. 2. Quia alioqui non potest reddi ratio, cur agens illuminans magis illuminet partem propinquam, quàm remotam, si illa non immediatè illuminaret. Hinc enim recta redditur ratio: quia cum potentia sit finita, non æquè superat rem vicinam, ac distantem, quare propinquitas confert ad perfectiorem actionem.

Propinqui tas confer ad perfec tiorem ac tionem.

7

Explicatur opinio negans actionem immediatam in distans.

Omne agẽ produ[c]it i parte dist[ã]te per vi[r]tut[ẽ] c[õ]ica[tã] mediato s[ub]iecto.

SEcunda Opinio est dicentium, nullum agens producere in parte distante immediatè per virtutem retentam in se, sed per virtutem communicatam mediato sub

iecto,

iecto, quod est superficies inter corpora, & per hanc agit in aliud subiectum magis distans, vt ignis calefacit aerem, & aer nos, quod si agens sit spirituale, tunc contactus virtutis non supponit contactum quantitatiuum, sed præsentiam substantialē, & colligitur ex 7. phys. t. 12. vbi ex professo probans Aristoteles, alterās, & alteratum debere esse simul, ait, In actionibus sensibilium esse contactum: quia inter organa potentiarum, & primum idest proximum mouens, quod est medium, nihil mediat, vnde medium putat esse mediatū agens, & 1. de Gener. 78. ignem inquit ideò calefacere corpus distans: quia calefacit aerem, & hic alium &c. vt ibi D. Tho. & Auer. & in idem tendit Simpl. & Them. 7. phys. & Sotus q. 1. qui adeo putat veram illam propositionem, vt dicat habere locū etiam in Deo, cuius existentia colligitur esse in omnibus: quia operatur in omnibus, vt D. Tho. 1. p. q. 8. vbi Beries Ferr. 3. contra Gētes c. 68. Cap. 1. dist. 37. vbi Durād. q. 1. Rice. a. 1. & alij. Et ratio est: quia si daretur huiusmodi actio in distana, non appateret necessitas medij, quod requiri, omnes Philos. dicunt. Conf. Quia animal non producit animal, nisi per virtutem semini communicatam, ergo similiter reliqua agentia, quæ sunt imperfectiora, non agēt, nisi per virtutem communicatam medio. Hæc videtur esse B. n. r. de Gen. c. 6. q. 1. Veneti in sum. de Gen. c. 22. 2. Probatur ex Patribus, qui ex operatione Dei colligunt immediatam præsentiam eius. Vnde probatur Deum non posse agere in distans ob eius immensitatem. Secundo probant inductione, quod nunquam accidat cōtrarium, vnde sic argumentantur, modus agendi communis omnibus agentibus naturalibus fundari debet in aliqua intrinseca necessitate naturæ, sed sic est hic modus agēdi per immediatū cōtactū, ergo hęc est cōditio necessaria omnib. agēnb. naturalib. sed ratio huius necessitatis ab aliquibus affertur ea proportione cū motu locali, sed fallūtur: quia actio eadē numero non trāsit ab vno extremo ad aliud, vt fit in motu locali, sed ea partibus extrinsecis subiecti

Ignis ideo calefacit corpus distans. Quia calefacit aerem.

Ratio ad probandam actionem in distans Quia aliàs non esset necessitas medij.

8 educuntur diuersæ partes formæ. Secūdo, alij probant ex finitate agentis, ob quā indiget præsentia agentis ad passum, si enim posset agere immediatè in distana, posset agere ad quamcumque distantiam: nam si non indiget actione circa medium, quid refert, quod passum sit magis, vel minus distans. Sed contra hanc rationem. Primo obijcitur: quia D. Tho. id reperit etiam in Deo, secundo immediatè ea finitate virtutis ad summum oritur limitatio sphæræ, at cum ratio efficientis id non requirat, cum ea quacunque limitatione virtutis oriri debet æqualis limitatio ad immediatum passum, quare negatur, quod posset ad quācumque distantiam: quia etiamsi illa summa propinquitas non sit necessaria, tamen non negatur esse vtilis, vt optimo modo fiat actio. Imò multi volunt esse necessariā ad perfectissimam actionem adæquatam virtuti: & hinc cæteris parib. actio fit vniformiter difformiter: nam ea terminis 9

Ex finitate virtutis oritur limitatio sphara.

constat maiorem virtutem requiri ad vincendam rem distantiorem, quā proximiorem. Quod si tamē quæras huius rationem. Resp. Suat. ea connaturali modo agendi rerum naturalium, vt dictum est in secūda ratione. Quod si quæratur ratio huius, ait non posse omnium reddi rationem, vt patet ea alijs; nām quod obiectum auditus multiplicet species per lineam obliquam, non sic obiectum visus, non redditur ratio alia, nisi quod talis est proprietas vtriusque obiecti. Nec mirum: quia cum ignoremus rerum essentias p propria species, non possumus omnia, quæ illis conueniunt, probare à priori, vnde tandem deueniendum ad propositionem, cuius nulla ratio reddi possit. Sed contra: quia cum hæc assertio potius naturam denigret, quā ea alter, debet potius asseri contrariū, quod naturæ perfectioni fauet. 3. Capr. loc. cit. ait. non esse sumendam rationem ex imperfectione, vel ordine agentis, & passi, sed ex eo, quod agens est veluti actus ipsius passi, quod est, vt potentia actuetur, sed actuatio ea propria ratione poscit, vt actuata sint indistantia, nam alioqui non possent inter se exercere rationem actus, & potētiæ. Sequitur Iauel. 1. p. q. 8. art. 1. Neque dicas, cum Aresio, inde sequi, neque posse agens mediatè agere in distans, sicut nec forma potest mediatè informare subiectū distans; tum quia forma non causat aliam formam, per quam informet aliud subiectū, sicut vna virtus actiua producit aliā, per quam causat: iuuata illud, causa causæ est causa causati; tum quia aliter efficiens actuat subiectum, ac forma: nam illud actuat per immediatum contactum, seu iuuata positionē; at forma actuat per penetrationē. Sed hæc ratio non placet: quia gratis assumit actuationem subiecti effectiuam exi-

Maior virtus requiritur ad vincendam rē distantiorē, quam proximiorem.

Forma non potest mediatè informare subiectum distās.

Kkkk gere

gere indistantiam, cum de illa re sit controuersia. 4. Probat Suar: ex imperfectione effectus, qui ob id exigit coniunctionem, cū causa, vt ab illa exire possit, vt riuulus exigit coniunctionem, cum fonte, vt fluere possit. Sed contra: quia posset pendere, & exire à causa, etiamsi esset distans: nam dependentia ex sua ratione non exigit indistantiam, vt patet ex effectis, quæ pendēt à Deo, & à causa creata agente in medium simul, & in distans, sed Suar. exigit illam coniunctionem per contactum: quia cum inter causam, & effectum sit necessaria cōiunctio, & in naturalibus videamus hanc reperiri, affert huius rationem; quia effectus ex sua imperfectione illam exigit, sed melius dixisset, illam exigit ob imperfectionē causæ, habentis limitatum modum agendi, quæ ratio ferri potest, si constaret, nunquam accidere actionem in distās absque actione circa medium.

Ob imperfectionē causa habentis limitatum modum agēdi requiritur coniunctio.

10 5. Gillius t. p. l. 2. tr. 9. c. 4. & 5. quod sicut est necessaria existentia simpliciter, ad agendum simpliciter, ita ad agendum in hoc, est necessaria existentia in hoc loco; quia quod non existit hic, etiamsi alibi existat, est ac si nullibi existeret, at quod nullibi existit, nullibi potest agere, ita quod non existit hic, non potest hic agere: nam sicut se habet existētia ad actionem, ita existentia hic, ad agendum hic. Confir. quia sicut agens non potest secūdum suam existentiam abstrahere ab aliquo tempore, vel loco, ita non potest agere, nisi sit in aliquo tempore, vel loco, ergo sicut non potest agere in hoc tempore, nisi sit in illo, ita non potest agere in hoc loco, nisi sit in illo: quia locus, & tempus necessariò comitantur actionem. Resp. negando paritatē; nam Deus, etiamsi sit omnipotens, non potest agere, nisi existat, dum agit, etiāsi prius fuerit, vel futurus esset, & tamen potest agere, propter suam omnipotētiā in loco, vbi si possibile esset, non existeret. Sed cōtra, maior repugnantia est, vt Deus agat in distās, quam in creatura: quia creatura esse potest in loco definito, non sic autem Diuina existentia: nam sicut ex voluntate oritur omnipotentia, ita & immensitas. Resp. 2 non rectè argumētari à necessitate temporis ad locum: quia quod non existit in hoc tempore, vere non existit, etiamsi extiterit, vel existat; at quod non est in hoc loco, vere existit in alio loco, vnde fit, vt quod nunc non existit, neque potest diffundere suam virtutem, vt existat simul cum effectu; at quod non est hic potest diffundere suam virtutem, qua existat hic. Sed contra, tum quia sicut se habet existentia temporis præsentis ad esse nunc, ita existere in loco remoto ad esse in hoc loco; quia vtrimq; est distantia, ibi temporis, hic loci, sed existentia præterita non confert ad effectum, vt nunc, ergo neque existentia in loco remoto ad effectum; tum quia existentia necessaria causæ secundæ ad actionem, est indeterminata, tam quoad tempus, quam quoad locum, ergo vt eliciat actionem debet determinari, ergo sicut nisi determinetur quoad tempus, non potest agere in illo, ita nisi determinetur quoad locum non poterit agere in illo loco; tum quia vt actualis effectus exigit actu causalitatē, vt scilicet sint in eodem tempore, ita vt sint simul in eodem loco; ergo non potest esse effectus hic, nisi hic sit causalitas; at causalitas est simul cum sua causa, vt forma cum illa informata. Ex quo patet, nō rectè reijci hanc rationem, vt insufficientē, quod licet probet agens non posse agere hic, nisi sit præsens secundum suppositum, vel virtutem, non tamen probat, quod non possit diffundere suam virtutem, & actionem in distans, sed non videt hic auctor, quod cū possit hic agere, nisi sit hic, inde constare, non aliquid producere in locum distantē causa in eo non sit, & inde probatur non posse vniri actionem in distans, nisi probatur in medio, nam per medium diffundit virtutem, per quam est in loco principali distanti secundum suppositum. Sed hæc ratio mihi non placet; tum quia licet approximatio ad passum sit conditio necessaria ad agendum, tamen ad eam non requiritur simultas quantitatiua, & contiguationis, sed satis est ad illā, vt passum sit intra sphæram agentis, hoc autem esse potest, etiamsi passum distet quantitatiuè ab agente, vnde præcisa ratione approximationis necessariæ locus se per accidens habet ad actionem: quia si per impossibile posset agens esse approximatum passo, sine existentia locali, adhuc eodem modo ageret, vt de facto agens idem rarefactum, & densatum licet variet locum, eodem modo aget, quantum ad substantiam actionis; Tum quia simultas necessaria agentis, cum passo, & effectu, secūdum tempus, nō oritur ex ratione identitatis temporis, sed ex necessitate existētiæ, q̄ est necessaria ad agendum, dum agens agit, vnde si nullum esset tempus, adhuc esset necessaria illa simultas existentię agētis, passi, & effectus, at

Locus, & tempus necessario concomitantur actionem.

11 *Actualis effectus exigit actu causalitatem, quæ est simul cū suā causa.*

Simultas passi, & agentis vnde oriatur.

existentiam necessariam ad actionem,non aufert negatio simultatis secundum locũ.

6. Alij apud Suar. sect. 18. met. dicunt, id oriri ex ordine, & essentiali dependentia partium spatij inter se, vt patet ex Impenetrabilitate spatij, vnde negant Dei potentiæ vnam partem spatij ponere Intra aliam, ex qua fit, vt sicut vnum extremum distat ab alio per medium; ita non possit actio agentis transire ab extremo ad extremum, nisi per medium. Probant ex motu locali, quo non potest mobile corporeum transire ab extremo ad extremum nisi per medium, at hoc oriri non potest nisi ex ordine,& dependentia partium spatij,in quo sicut vna pars est prior altera, ita etiam pertransiri debent. Resp. oriri ex diuisibilitate mobilis,quod exigit,vt prius sit vna pars in spatio,& deinde alia. Sed contra; tum quia etiamsi transeat ab extremo ad extremum, etiam prima pars mobilis occupabit primam partem spatij,& sic cōsequenter de alijs, & sicut mobile non est in medio, ideo non est necesse, prius occupari primam partem, & deinde aliã; tum quia ex necessitate occupandi diuersas partes, fit,vt non possit mobile secundum plures sui partes occupare idem spatium,ob impenetrabilitatem illius.Resp.2. Id oriri ex imperfectione virtutis motiuæ. Sed contra,quia licet virtus motiua maior altera posset mouere ad maius spatium,nō tamen potest in hunc transitum: quia inde sequeretur,virtutem minorem,sicut potest mouere ad minus spatium, ita posse mo-

Sicut vnũ extremum distat ab extremo per medium,ita actio non potest transire ab extremo ad extremum nisi per medium.

12 uere ab extremo ad extremum, sine motu circa medium minus. Resp. Suar. nō inferri ex necessitate mobilis localiter essēdi in medio,vt perueniat ad extremum,eandē necessariam esse in motu alterationis. Nã in motu locali idē numero mobile, quod est in vno extremo debet esse in alio extremo, at in motu alterationis non eadem qualitas,quæ in extremo,debet esse in alio, sed est diuersa,cum ponitur in alio extremo, & effectus est distinctus ab illo quæ est in alio extremo. Sed hanc disparitatem nullam iudicat Recentior,sed friuolia rationibus,primo quia transitus impossibilitas non fundatur in entitate mobilis, sed in ordine essentiali partium ; quæ eadē est respectu motus localis, & alterationis, sed hic non meminit, se probasse,esse talē ordinem inter partes ex motu locali, ergo ille partium ordo catenus exiget transitum per medium,quatenus illum exigit mobile localiter: quia conclusio intelligitur secundum exigentiam præmissarum, sed ab diuersitatem rationis ex motu locali,nō infertur esse eundem ordinem respectu alterationis,ergo friuola est illa instantia.

Qua sit disparitas in motu locali & alterationis.

Secundo, quia identitas rei transeuntis ab extremo ad extremum nihil refert: quia virtus efficiens in loco distanti est ab agēte,vt principio influente, quod magis est, quam esse à principio terminatiuo,sed corpus, non potest transire à principio terminatiuo, ergo neque à principio influente. At non videt,virtutem,quæ operatur in distans,non esse ab efficiente, sed ipsa est virtus effectiua,quæ non transit, sed manet in agente. Neque effectus transit ab efficiente,sed producitur in distans,vbi primo existit,& dependentia ab efficiente,est maior, quaio quæ est à termino à quo, sed in trãsitu ab vno termino ad alium, est duplex dependentia,vna vt à principio effectiuo à quo est motus, & altera vt à principio terminatiuo, atque adeo est maior, quando eadem res,quæ erat in termino à quo,trãsfertur ad extremum sine transitu per mediũ,quomodo esset simplex productio prima est ctus in distans. Secundo, quia si substantia agentis non potest transire ad alterum extremum,nisi per medium, ergo neque eius virtus:quia hæc non est potentior,quam substantia,ergo non potest in extremo aliquid producere: quia non potest esse ibi productio,nisi ibi sit virtus,seu principium productiuum. Sed hallucinatur: quia sicut ipsius agentis substantia non recedit à suo loco,ita neque eius virtus,productio tamen est in subiecto distanti:quia illud est intra sphæram, & hinc non est necessariũ,vt virtus formaliter sit talis, ac est producto. Dices.Qua ratione virtus exerceat,& exeat in actionem,si non est,vbi est actio.Resp.virtutem actiuam esse formaliter secũdum suam entitatem, vbi est eius exercitium, non est necessarium, sed satis esse, vt ibi sit virtualiter, quod est,eius vires esse tales, vt extendant se ad agendum in partem distantem intra suam sphæram. Quare inanis est labor huius auctoris, dũ quærit,an virtus sit eadem numero, an diuersa:nam virtus actiua eadē numero est, quæ existit in altero extremo, & producit in alio extremo effectum, & virtus de nouo producta in alio extremo est diuersa à virtute producente, neque actionē transmittit de loco ad locum: vt falso opinatur aduersarius, sed primo existit in subiecto

Virtus efficiens in loco distanti est ab agente vt principio influente.

13 *Dependentia in transitu ab vno termino ad alium est duplex.*

Non requiritur vt uirtus sit formaliter ubi est eius exercitium sed sufficit vt sit virtualiter.

extremo, ad quod pertingat virtus: quia eſt intra ſphæram, cætera quæ addit contra Suarium ſolui facilè poſſunt terminis bene intellectis.

Poſſe agens agere in diſtans, ſed requiri etiam medium.

3. Opinio eſt dicentium, requiri quidē medium, vt ſit contactus inter agens, & patiens, ſed etiam poſſe agens immediatè agere in ſubiectum diſtans. Illam expreſsè ſequitur Burl. 7. phyſ. 12. circa finem, Iand. 7. phyſ. q. 4. & 5. & 6. phyſ. q. 15. videtur Georg. 7. phyſ. q. 1. d. 3. Huius dupliciter poteſt eſſe ſenſus. Primus eſt, vt requiratur quidem medium, vt fiat contactus, non tamen requiri, vt ſit ſuſceptiuum eiuſdem qualitatis, quæ producitur in diſtans; quando vero eſt ſuſceptiuum, ſemper, dum producitur qualitas in diſtans, producitur etiā circa partem propinquam, vt v.g. Sol lumē non producit in aere, niſi producendo etiam in orbibus: quia orbes, & aer ſuſcipere poſſunt illud, calorem vero producit in aere, & non in orbibus: quia orbes non poſſunt ſuſcipere calorem, & hunc ſenſum intendit prima opinio, & expreſsè Sax. 1. de Gen. q. 13. c. vlt. & Can. loc. cit. Secundus eſt, vt requiratur medium ſuſceptiuū eiuſdem qualitatis, vnde cum orbes non poſſint recipere calorem, aer diſtans non poteſt immediatè calefieri à Sole, ſed calefiet à lumine producto in aere, & hunc ſequuntur Authores tertiæ ſententiæ, & Marſ. l. c. q. 16. & videtur Toleti.

Medium debet eſſe ſuſceptiuum eiuſdem qualitatis.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

Explicatur ſimultas agentis, & paſſi.

14 PRima Concl. vniuerſalis, Agens, & patiens debent eſſe ſimul, 7. phyſ. 8. quod non eſt intelligendum, de ſimultate ſitus: quia daretur penetratio corporū, ſed de ſimultate temporis. Et patet: nam mouens dicitur mouere, quando paſſum mouetur. Secundo de ſimultate contactus, vt 7. phyſ. 10. 11. & 13. & 1. de Gen. 78. explicat Ariſtoteles, & de ſimultate aliqua contactus patet inductione: quia nullum agēs poteſt mutare paſſum, niſi illud tangat, aut immediatè ſe ipſo, vel mediatè per aliud, cui communicauit ſuam virtutem: quia nullum paſſum poteſt moueri, niſi per virtutem agentis, ergo paſſum, & virtus agentis debēt eſſe ſimul, ſed difficultas eſt, qualis debeat eſſe hic contactus, tā in agentib. ſpiritualibus, quam corporeis, & reſpectu cuius motus, ſcilicet generationis auctionis, alterationis, & localis.

2. Concl. Hic contactus in agentibus ſpiritualibus eſt ſolum per virtutem, & nō requiritur, vt ſit præſens ſecundum ſuam ſubſtantiam cum re mota. Patet: nam Angelus poſſet mouere cælum, etiamſi exiſteret in terra, nihil aliud immediatè mouendo: nam ſi Angelus mouet cælum per imperium, non poteſt reddi ratio, cur requiratur eius præſentia ſubſtantialis, cum re mota immediatè, vnde Aug. idem facit ordo naturæ in ſpiritualibus, quod ordo ſitus in corporalibus; ordo autem naturæ eſt, vt agens ſit perfectius paſſo, & habeat virtutem ſupra illud. Conf. Quia vnus Angelus poteſt illuminare, & alloqui alium, etiam diſtantem, vt D. Tho. 1. p. q. 89. ar. 1. & 8. & quæſt. 107. ar. 4. & q. de Anima art. 18. ad 19. & ar. 20. ait, quod Angelus poteſt infundere ſpecies animæ ſeparatæ etiam diſtanti, ergo ſimiliter poterit mouere localiter, imprimendo illi impetum: quod tenent Duc. & Her. in 1. d. 37. q. 1. neque tamen poterit agere in infinitam diſtantiam; quia cum ſit finita, eſt determinata potentia ad tantam diſtātiam. Cōfirmant Angeli de tranſitu Angeli ſecundū ſuam ſubſtantiam ab extremo ad extremū ſine medio, quod intra ſphæram ſuę locabilitatis ſatis eſt probabile, ergo multo magis poterat actionem tranſmittere. Contrarium D. Thom. 1. p. q. 53. ar. 3. & 8. ar. 2. ad 3. & q. 113. ar. 6. ad 6. & 3. p. q. 52. ar. 2. nam noſtra mens. Sed tu hac opinione eſt diſcrimen. An idem ſit in omnibus ſpiritualibus: nam aliqui putant habere locū in omnibus, ſiue ſit creator, ſiue creatura. At alij concedunt, Deum poſſe agere in diſtans, nō tamen intelligentias: nam Deus eſt infinitæ potentiæ, intelligentiæ autem finitæ; & illud probant: quia non minus eſt efficax voluntas Dei, quam eius potentia: quia vtraque eſt infinita, ſed Dei voluntas poteſt velle actionem in diſtans, & non in propinquum, ergo poteſt eius potentia ſic operari. Minor prob. tum ex actionibus Chriſti, qui ſanabat ægrotos abſentes, ad quas concurrebat humanitas Chriſti, vt Dei inſtrumentum, ergo multo magis poterit Dei virtus per ſeipſam; tum ex præſētia corporis, & ſanguinis Chriſti in Sacramento ex vi verborum, ſine contactu ſpecierum, cum ſufficiat ſola præſentia. Conf. quia Deus non eſt extra cælum, & tamen ibi poteſt alium mundum creare. Neque dicas, dum creat, ibi Deum eſſe: quia prius eſt, vt mundus ſit, quam vt in eo ſit Deus. Conf. 2. quia magis diſtat ens à non ente, quam

15 *Qualis contactus in agentibus ſpiritualib. requiratur.*

Propter finitatem eſt determinata potentia.

quam corporis vna pars ab alia, sed Deus superat sua virtute distinctionē illam, ergo multo magis hanc, quia illa cum sit inter contradictoria, est maxima omnium. Cōf. 3. ex translatione corporis ab extremo ad extremum, sine existentia in medio, vt patet ex humanitate Christi, quæ cum sit in cælo, fit præsēs sub specieb. Sic humanitas Christi facta est præsens discipulis ianuis clausis: quod si dicas penetrasse, ponis maius miraculū. Hæc & similia adducūt Scotistæ pro actione Dei in distans, quod si propter immensitatem non potest ab vlla re habere distantiam, id est per accidens ad virtutem agendi: nam si per impossibile posset esse in loco definito, adhuc per suam virtutem posset agere. Sed contra hanc doctrinam insurgunt Thomistæ, vt refert, Gillius 1. part. libr. 2. tract. 9. cap. 4. & seq. & alij. Sed quia nos hic agimus de agentibus corporeis, hanc quæstionem alibi Deo benefauente examinabimus.

16 *In alteratione datur sphera actiuitatis intra quam agat virtute in se retenta in distans.*

3. Concl. In alteratione admittenda est sphæra actiuitatis agentis, intra quam agēs agat virtute retenta in se, in partem distantem. Hanc tenent Alex. Scotus, Och. Gab. loc. cit. Vall. 6. phys. c. 2. & q. 49. in fine. Et primo probat Och. varijs experientijs. Prima est Solis: nam Sol causat lumen in aere non solum per lumen existens in aere, sed etiam per lumen existens in ipso Sole, ergo similiter alia agentia: Antecedēs patet: nam videmus posito obstaculo inter Solem, & terram, partem illam terræ, & medij aeris, cui directè respondet obstaculum, non ita illuminari, sicut aliæ partes circumstantes, vt patet in montium extremitatibus, in quorum vna parte est vmbra, in alia non, & similiter dum radius Solis transit per fenestram, plus illuminantur partes cubiculi directè oppositæ Soli, quā partes, quæ illuminari impediuntur à Sole directè, ergo illud lumen non potest causari à lumine recepto in medio. Vltima consequentia patet: quia si lumen in cubiculo causaretur tantum à lumine recepto in aere, tunc partes proximiores fenestræ, quæ sunt post murum, deberent magis illuminari: quia proximiores lumini aeris, quàm partes, quæ sunt prope vltimum parietem cubiculi. Dices 1. Lumen aeris potest causare maius lumen in subiectum, quod distat secundum lineam rectam, non in eo, quod distat secundum lineam lateralem. Sed contra: quia si lumen medij causat secundum lineam rectam, cum ab illo ad omnem partem possit trahi linea recta æqualiter causabit in omni parte medij, æqualiter ab illo distante, quod est contra sensum. Dices 2. Lumen aeris, cum causet in virtute Solis in eam partem magis causabit, quæ distat à Sole secundum lineā rectam. Sed contra: quia hoc agere in virtute Solis, vel est Solem simul cum lumine aeris concurrere, & habetur intentum: quia Sol causabit immediatè lumen in illud subiectum; vel est: quia Sol causat lumen in medio, & illud conseruat, & tunc vrget ratio prædicta: quia lumen illud æqualiter virtutem, quam in se habet, exercebit in omnes partes à se æquè distantes. Et deinde in actione vniuoca non admittitur hic concursus instrumentalis, qui est in virtute alterius. Dices 3. Cur medium non illuminat partes domus æquali lumine, ac ipsum habet. Resp. Och. 2. q. 18. quia ad causandum tantum lumen requiritur perfectior virtus, & alia dispositio, vnde semper videmus actionem luminis minui, de qua re infra. 2. Experientia est, quod duæ candelæ secundum situm distinctæ ponantur respectu eiusdem foraminis, causabunt distinctos radios secundum sitū in pariete opposito, sed hi radij non causantur à lumine foraminis: quia hoc æqualiter respicit omnes partes parietis oppositi, & secundum lineam rectam, & quælibet pars medij iuxta parietē est æqualiter receptiua luminis, ergo vel æqualiter causabit in omni parte, vel in nulla, ergo radij hi distincti causabuntur à duabus candelis immediatè, quæ sunt distantes. 3. Experientia: nam siquis manum admoueat ori fornacis maximum ibi calorem sentiet, si verò remoueat ad latus, ita vt actio ignis per lineā rectam rumpatur, debilior calor sentitur, & tamen habet manum, respectu medij eodem modo applicatam, ergo intensio primæ actionis non proueniebat ex actione medij, sed ex parte ignis, attingentis per lineam rectam, manum distantem, quam non ita attingit, cum est ad latus: quod si actio illa solum fieret à calore, & lumine aeris producto, & conseruato ab igne, deberet semper æqualis calor sentiri, seruata linea recta, respectu medij, etiā si non seruetur respectu ignis. Et ad idem affertur experientia, qua videmus cum inter nos, & ignem interponitur lamina aliqua, statim minui calorem, quod si calor, qui sentitur esset tantum calor medij, nos immediatè attingentis, deberet æquè sentiri.

Quid sit agere in virtute Solis.

Vt medium illum nec domū æquali lumine, ac ipsum habet requiritur perfectior virtus.

Experientia à duab. candelis secundum situm distinctè positis.

Manum admouens ori fornacis maximum calorē sentit, nō ita si ad latus.

Species emissæ ab igne unde producũtur

ſentiri. Reſp. ſolet, id eſſe: quia emittuntur ſpecies ab igne, quibus ſentitur calor, quæ indigent cõſeruante. Sed contra: quia, licet id verum ſit, tamen adhuc vrget argumentum: quia ſpecies illæ, vel immediatè producuntur ab igne, & habetur intentum, vel à ſpeciebus, & calore, qui eſt in medio, & ſequitur præcedens argumentum. Conf. Quia illud de fornace, aliter vrget: nam res, quæ ori directè admouetur, concipit in ſe maiorem calorem, etiamſi nihil ſentiat, vt ſi lignum admoueatur. Vnde confutatur dictum aduerſariorũ in manu non eſſe maiorem calorem, ſed ſentiri ratione ſpecierum, quod Conf. 2. Quia magis calefiet lignum, etiam flante vento, quo diſſipatur aer, cũ ſuccedat ſemper nouus aer, non poteſt aer medius recipere in ſe tam citò calorem, quam diffundat in aliud. Conf. vlt. Quia nullus vnquã dixit, cum eſt plenilunium, Lunam illuminare mundum lumine recepto in igne ſibi proximo, & ſic conſequenter. 4. Eſt: quia videmus cor-

17 *Corpus profundius vniformiter calidũ magis calefacit quã minus profundũ.*

pus magis profundum vniformiter calidũ magis calefacere, quam minus profundũ, & tamen extrema pars profunditatis nihil agit in propinquiorem, ob ſimilitudinem illatum, ergo aget immediatè in partem diſtantem, quod docent Auct. 2. Cæl. 42. vbi ait, omnes orbes habere ſe, vt vnum corpus, quod immediatè agit per ſui partes in mundum. Neque dicas, non agere in diſtans ſine medio habente eandem qualitatem, tunc obſtat: quia hic tantum volumus, agens agere per ſuam intrinſecam virtutem in partem diſtantem, etiamſi non agat in medium, & non agere per ſe ſolum à virtute reſiſtente in medio. Pri-

Ratio qua probatur actio in diſtans.

mo Probatur ratione: quia ſi ageret in diſtans tantum mediante medio, ſequeretur, quod agens tantum attingeret per ſe, & actione propria ſuperficiem immediatam paſſi, & in eam nõ ageret per virtutem exiſtentem in profunditate, & extenſione corporis, ſed tamen mediante ſua ſuperficie. Conſeq. patet: quia ſi non ita fit actio, ergo immediatè recipietur in parte, extenſa, ſed quælibet pars conſtat ex pluribus partibus, ergo agens aget virtute propria, & immediatè in aliquam partem diſtantẽ. At ille modus agendi non eſt rationi con-

Poſt ſuperficiem ſequitur pars ideoq; ſignari nõ poteſt in quam partem agat immediatè ſuperficies.

ſonus; Primo quia, cum poſt ſuperficiem ſequatur pars, non poterit ſignari in quam partem agat immediatè ſuperficies, niſi admittatur actio in diſtans. Dicere poſſent, non poſſe ſignari partem determinatam, in quam primo fit actio, ſed ſemper prius fit in priorem partem paſſi in infinitum, & per partem priorem fieri actionem in poſteriorem. Sed contra: tum quia actio neceſſario debet fieri in partem aliquam, licet indeterminatam, ergo in diſtantem, cũ quælibet conſtet ex pluribus: tum quia, licet hoc fingi poſſit, quãdo actio fit ſucceſſiuè ex parte ſubiecti non tamen quando fit ac-

In actione inſtantanea agens attingit totum paſſum ſimul.

tio in inſtanti: nam videmus ad certam diſtantiam fieri actionem in inſtanti, hoc autem fieri non poteſt, niſi agens attingat totum illud paſſum ſimul, non igitur eſſe poterit actio per partes illas proportionales, ergo, non enim poteſt eſſe actio in inſtanti in ſubiectum, & non deſignari ſubiectum determinatum, in quod agat. Secũ-

Actio in ſuperficie non videtur conſona rationi.

do quia hæc actio in ſuperficie non videtur conſona rationi: nam ad æqualem diſtantiam ageret virtus maior, & minor, quod per ſe eſt abſurdum: nam virtus maior non ſolum poteſt intenſiorẽ effectum, ſed etiam ad maiorem diſtantiam. Conf. Quia eſt actio, quæ non poteſt recipi in ſuperficie, vt productio formæ ſubſtantialis, non enim poterit prius produci forma ſubſtantialis in ſuperficie, & non in aliqua parte extenſa. Conf. Quia experimur. Cum aqua admouetur igni, vt mediet aer, ſimul incipere calefieri aerem, & aquã, ſed aqua non poteſt recipere calorem à calore aeris effectiuè, ergo debet illum recipere immediatè ab igne: minor prob. quia reſiſtẽtia aquæ eſt multo maior; quam actiuitas caloris recepti in aere, vt patet experientia quotidiana, ergo. Dices calorem aeris vir-

18 *Calor aeris virtute ignis aſſiſtentis non poteſt vincere reſiſtẽtiam aquæ.*

tute ignis aſſiſtentis poſſe vincere reſiſtentiam aquæ. Sed contra, quia efficiẽtia ignis aſſiſtentis, vel attingit vſque ad aquam, vel non, ſi primum habetur intentum, ſi ſecundum, non præbet efficaciam calori recepto in aere. Ex hac concluſione colligitur,

Tam in alteratione quam generatione requiritur applicatio agẽtis ad paſſum.

quod tam in alteratione, quàm in generatione ſubſtantiali requiritur applicatio agentis ad paſſum, non per contactum quantitatiuum, ita vt agens debeat eſſe ſimul, vel adæquatè, vel ſecundum extremitates cum omni paſſo, in quo immediatè agit, ſed ſufficere, & requiri contactum virtualem, quo paſſum cõſtituatur intra ſphæram actiuitatis agentis: nam cum conſtet propria agentia finita habere certam ſphæram ſuæ actiuitatis, quod per ſe verum nõ eſſet, ſi agentia non attingerent propria virtute vſque ad certam diſtantiam: quia in actione, quæ fit per medium non datur

termi-

terminus sphæræ, nisi per accidens, vt alibi diximus. 2. Colligitur, qualitatem productam in parte distantiore esse productam à duabus causis. Primo ab agente principali immediatè. Secundo mediatè per virtutem communicatam medio, eæ tamen actiones non adæquant intensioné vnius actionis, quam habet agens circa partem proximam: nam virtus, quæ additur, est minus intensa, quam virtus proxima agentis, & virtus agentis remissius agit immediatè in partem remotam, quam in propinquam.

Qualitas producta in parte distātiori est producta à duabus causis.

19 4. Concl. Agens physicum, etsi sæpè habeat medium, quod recipiat eãdem actionem primariam, quam recipit pars distans, id tamen non est necessarium. Tributur Alex. 1. met. cap. 18. Scoto in 2. d. 17. vbi Och. Gab. Ias. Marc. & alij apud Theoph. 2. de anima t. 97. Explico conclusionem, Dico enim actiones naturales ita nunc fieri, vt agens fortius eadem actione operetur in propinquiorem partem, quàm distantiorem, si tamen Deus impediret actioné agentis circa partem propinquam, relicta virtute circa partem distantem, quod illud agens operaretur in illam partem, etiamsi nihil agat in medium. Hanc conclusionem primo aliqui probare solent ex actione Solis, qua generantur mineralia, quæ non generantur circa medium. 2. Ex actione Torpedinis, qua obstupescit manus piscatoris, & non medium, & similiter magnes trahit ferrum, & non medium, sed ad hæc omnia. Resp. agentia duplices affectus habere, alteros primarios, quos scilicet ex propria actione producunt, alteros secundarios, qui scilicet primarios cõsequuntur iuxta dispositionem subiecti, quod ita explicant, Solis v.g. effectus primarius est lumen, secundarius est calor, qui producitur per lumen, similiter Torpedinis primarius effectus est qualitas quædam, & hæc producitur in medio, Secundarius est stupor ille, qui causatur ab illa qualitate iuxta exigentiam subiecti, sicut calor idem producit primario calorem in luto, secundario illud indurat, & producendo similẽ calorem in cera, illam liquefacit. Dicunt igitur, ab agente primarium effectum semper produci intensius in medio, quàm in parte distante. Secundarium verò non est necessarium produci in medio, nisi quando est dispositum: quia non producitur immediatè à primo agente, sed ab effectu primi agẽtis, iuxta varias dispositiones subiecti, in quo est, vt Torpedo obstupefacit manum, & non filum, ita Mars. q. 6. ar. 2. & ad 6. qui probat, quod ferrũ eo citius trahatur, quo propinquius est magneti. idem Auer. 2. cæl. 42. ea Alex. & Thom. sic etiã Resp. ad id de fascinationib. puerorum: nã vel hæ fiunt actione dæmonum, neque .n. verba in præcantationibus habent aliquam vim, nisi repræsentandi rem significatam, vel si est aliquid naturale, id oritur, vel ea habitu fascinantis, vel ea spiritibus venenosis ad oculos concurrentibus, & transmissis in pueros, quos ob teneritatem facilè est offendere: sic etiam dixit Aristot. de somno, & vigilia, speculum infici ex oculis mẽstruatæ mulieris: quod si aliquid fiat supra vires naturæ, id est virtute dæmonum, qui vt honorentur ab hominibus, alliciuntur ad operandum, permitente Deo, vt D. Th. 3. contr. Gen. c. 103. vbi Ferr. 1. par. q. 105. ar. 5. ad 2 & q. 117. & q. 6 de potentia, vbi multa de hac re. Et ex his Resp. 20
ad alias experientias, vt quod Ruta crescat sub ficu: vel quia ex ficu ad illam mittuntur vapores aliqui: vel quia cum sit humida, & latifolia, trahit ad se vapores humidos, vnde terra exsiccatur, qua gaudet Ruta, sic ea stridore subaui stridemus: quia apprehenditur, vt aliquid disconueniens: sic aqua feruens calidior est in parte superiori, quam in inferiori, quæ est proximior igni: quia scilicet inquit Aristoteles sect. 24. probl. 8. pars calefacta inferior ascẽdit ad partem superiorem, & quæ in superiore parte: quia grauior, descendit ad inferioré partem, & ita fundus videtur frigidior, & superior pars calida, initio autem non ita est: quia cũ pars superior sit valdè frigida, obsistit, vnde calor partis inferioris per antiperistasim concluditur, & obsistit intus, cum ei exitus denegetur, deinde verò liberius expirat. Verum, & si hinc optimè soluant multas experientias, non tamen est necessarium, vt cogamur in has angustias, cum non sit aliqua ratio, vel experientia, qua cogamur fateri, non posse agens agere in distans, nisi producat similem effectũ in medio, quæ enim ratio nos cogit, vt ponamus illam qualitatem in medio, qua obstupesit manus? cum in medio nullus appareat effectus talis qualitatis, præcipuè cum illæ qualitates videantur requirere subiectum alterius rationis, quam sit medium, cũ hoc non sit capax effectus, ad quem qualitates illæ ordinantur. Conf. Quia in hac opinione supponitur, substantiam produci à

Agens multa operatur in parte distante quæ non in medio.

Agentia duplices habẽt effectus primarios, & secũdarios.

Primarius effectus semper producitur intẽsius in medio quàm in parte distante.

Verba in præcãtationibus non habent aliã vim quam repræsentãdi rem significatam.

Cur Ruta crescat sub ficu.

Explicãtur variæ experientiæ.

Nulla experientia vel ratio dari potest quæ conuincat posse agens agere in distans.

ei à qualitatibus, quod valdè est dubium: nam non placet, qui cum teneāt cum Scoto, accidentia non attingere substantiam, ne videantur contradicere Aristoteli, limitant dictum Aristotelis, vt loquatur de mouente, & moto, nō autem de Generatione, non inquam placet illa euasio: quia si agens potest producere immediatè perfectiorem formam in distans, non producendo in propinquum, vt aurum, & similia in visceribus terræ, cur non poterit etiam imperfectiorem, vt est forma accidentalis? Conf. Quia si potest generare, poterit etiā prærequisita ad generationem, vt est alteratio. 2. Alij probant alia experientia: nam ignis inflammat stuppam, & non aerem medium, neque aer concipit tantum calorem, quantum ipsa stuppa. Sed hinc Resp. posset. Primo, stuppam inflammati: non quia habet maiorem calorem: sed quia habet siccitatem necessariam ad inflammationem, quam nō habet aer. Secundo quia etiam aer inflammatur, sed non apparere propter raritatem, vt neque apparet ignis, qui est sub concauo Lunæ. Tertio fortasse ab igne transmittuntur per motum localem aliquæ ex halationes ab igne, vsque ad stuppam, quæ illam accendunt, cum ignis non sit, nisi fumus accensus. 3. Probatur ex Sole, qui magis calefacit partem inferiorē aeris, quam superiorem. Neque dicas, id oriri ex reflexione luminis: nam cum ex reflexione non alia ratione fit actio: nisi quia agens principale, cum impediatur agere, & diffundere virtutem secundum rotam sphæram, agit vehementius intra sphæram, in qua retinetur eius virtus, quare Sol deberet vehementius illuminare partē propinquiorem, etiā actione reflexa, cuius contrarium experimur. Neque dicas, hac actione magis illuminari partem, vbi ponitur impedimentum. Nam vel totum lumen productum est maius in parte inferiore, quam in media regione, & habetur intentum, quod intensior qualitas potest produci in distans, quam in propinquum, vnde si fiat remissio, poterit esse nulla qualitas in parte propinqua, & produci aliqua in parte distante; vel non producit maius, sed semper est maius in parte propinquiore, & tunc deberet habere eundem effectū, ac in parte distantiore, cum subiectum sit capax, quare media regio deberet calefieri. Dices non lumen quodlibet calefacit, sed tantum lumen reflexum, sed contra: tum quia lumen reflexum nō est distinctæ speciei à lumine producto directè, ergo habet eundem effectum: tum quia reflexio non facit aliud, quam vt producat in eadē parte maius lumen, quam fuisset productū, si non fuisset facta reflexio, neque reflexio aliud est, quam actio primarij agentis intensam qualitatem producentis, quādo nō pōt producere qualitatem extensiuè. Cōf. 1. ex speculo cōcauo, in quo lumen recep tum magis calefacit partem distantiorem intra certā sphæram quam propinquiorem: nā quod dicitur multiplicari plures radios in parte distantiore, (qui licet sint remissiores, quàm radij in parte propinqua speculi,) quia tamen sunt plures, habent vim producendi calorem; sed hoc non satisfacit: quia vt à nobis alibi demonstrabitur, qualitas non nisi dupliciter augeri potest, vel extensiuè vel intensiuè, sed in ea parte non augetur lumen extensiuè, vt videtur dicere, cum ponant multiplicationem indiuisibilem radiorum: quia in vno subiecto non nisi vnum numero lumen recipitur, neque in eodem loco esse plura lumina, nisi propter densitatem materiæ, polsūt, quare multiplicantur in parte distantiore lumen intensiuè, vt producat maiorem calorem, quod est à nobis intentum, & hoc est, quod dicitur, multiplicari radios luminis, & non multiplicari plura indiuidua inter se cōtigua, vt esseut duo ligna, & similia. 4. Ratione probatur: quia cum totum hoc passum subijciatur actioni immediati agentis, nulla est ratio, cur ex eo, quod impeditur agere in partem propinquam, non agat in partem distantem: quia calor producens in parte distante, nihil recipit, neque habet aliquam dependentiam à calore in propinqua parte existente. Neque agentis virtus aliquid recipit ab illo calore medij, vt agat in distans, imò potius impedit, cum distrahatur virtus in plura subiecta. Conf. Quia ex simultas requiritur inter agens, & passum, qua virtus agentis applicatur passo ob finitudinem virtutis actiuæ, sed cum passum sit intra sphæram, habetur illa applicatio, ergo id quod requiritur ad actionem. Dices. Requiri calorem in medio tāquam dispositionem subiecti: nam vt calor possit produci in distantiorem partem subiecti, deberet propinquior pars habere calorem similem, vel magis intensum. Sed contra: quia dispositio subiecti requiritur, vt possit recipi effectus in ipso subiecto, propter aliquam dependentiam effectus, à tali dispositione, sed

Ignis inflāmat stuppā & non aerē medium.

21 *Sol magis calefacit partem inferiorē quam superiorem.*

Speculum concauum magis calefacit partem distantiorem.

22 *Non est ratio cur agens impeditum agere in partem propinquam non agat in partem distantem.*

ſed calor, qui eſt in parte B, nullam habet dependentiã à calore, qui eſt in parte C, nã ille maneret, deſtructa parte C, ergo non requiritur tanquam diſpoſitio ſubiecti.

Dices 2. requiri, vt vniatur agens paſſo, ſicut requiritur approximatio, quæ nihil addit agenti, eſt tamen neceſſaria. Sed con-

23 *Non requiritur maior vnio quam vt paſſum ſit intra ſphæram agentis.*

tra. Primo, quia nulla maior vnio requiritur inter agens, & paſſum, quàm quod paſſum ſit intra ſphæram actiuitatis agentis, ſed hoc eſſe poteſt, etiamſi non fiat actio circa partem propinquam: ergo non requiritur ad actionem in partem diſtantem, vt agat in partem propinquam, ex quo patet, cur requiratur approximatio, vt ſcilicet paſſum conſtituatur intra ſphæram actiuitatis agentis. Secundo, etiamſi requireretur colligantiã aliqua agentis, & paſſi, ſufficere deberet corpus medium, etiamſi non recipiat eandem actionem, quam recipit pars diſtantior, vnde inquit Sax. q. c 4. art. 2. vlt. concl. quod propter diſpoſitionem paſſi, poteſt produci intenſior qualitas in extremo, quam in medio, imò poteſt etiam vt nullus calor agat in mediũ, & agat in extremum. Conſ. Quia ex duplici capite oriri poteſt neceſſitas in agente, agendi in medio, vt agat in remotum, primo ex parte agentis. 2. ex parte effectus, ſed per ſe ex neutro capite oriri poteſt: non primo modo: nam licet agens neceſſarium applicatũ paſſo, non poſſit ſuſpendere actionem, vt agat in vnam partem, quin agat in aliam, tamen id eſt per accidens: quia ſcilicet nõ habet libertatem in agendo, vnde fit, vt nequeat, non agere, & neque agere in hac parte, & non illa: nam ſicut non poteſt agere in diſtans, niſi agat in mediũ capax, ita nõ poteſt agere in medium, niſi agat in diſtãs; at nemo dicet, actionem in medio per ſe

Qualis ſit dependẽtia medij à paſſo diſtantiore.

pendere ab actione in diſtans, ergo neque dicet, actionem in diſtans per ſe pendere ab actione in medium, ſed vtróbique eſt dependentia per accidens, & per concomitantiam, vnde ſi agens illud eſſet liberum vt eſt Deus, & Angelus, & homo, poſſet ſe applicare ad agendum in vnam, & non in alteram partem, quoad actionem quæ eſt ſub poteſtate voluntatis. Neque neceſſitas oritur ex parte effectus: tum quia nullam habet dependentiam, neque diſpoſitiuam, cum ſint in diuerſis ſubiectis, vnde fit vt nec ſubiectiuam, & neque effectiones, quas aduerſarij concedunt, eſſe immediatè à primo agente; tum quia ſi Deus produceret in illa parte effectum eundem numero, ibi connaturaliter eſſet, ac ſi eſſet productus à cauſa naturali; tum quia ſi ponatur paſſum inuerti, vt pars remotior fiat propinquior, & contra, tunc idem numero effectus eſſet in illa, & tamẽ non poteſt dici pendere ab effectu in parte ſubſequenti: quia prius non pendet à poſteriori.

ART. IV. *Proponuntur aliqua argumenta contra prædictas concluſiones.*

Sed contra hanc concluſionem. Primo obijcitur ex Ariſtot. 7. phyſ. à t. 12. 24 *Explicatur Ariſtot.*

vbi probat realiter omne mouens debere eſſe ſimul cum re mota, & primo in alteratione: nam qualitates hæ tangunt mediũ, & hoc ſequentem &c. & ſimiliter in alijs actionibus, quib. qualitates hæ ſe ipſas multiplicant, ſic etiam probat in auctione. Conf. ex t. de Gener. 78. vbi ait, quæ non ſunt apta tangere & tangi, neque per ſe ipſa, neque per alia, non poſſe inter ſe agere & pati, vt ignis non ſolum calefacit tangẽtem aerem, ſed etiam per aerem aliud corpus, quod longe ſit. Conf. ex 1. met. cap. 2. vbi ait, debere hæc inferiora eſſe contigua ſuperioribus, vt omnis huius virtus inde regatur. Reſp. 1. ex his locis etiã oppugnari ſententiam, dicentium, agens poſſe immediatè agere in diſtans, agendo tamen in medio, quia Ariſtot. videtur velle cauſam non agere in diſtans, niſi per virtutem communicatam medio. Vnde Reſ. 1. Ariſt. dicere medium agere in ſubiectũ proximum, non tamen negare, quin agens principale etiam agat immediatè in partẽ diſtantiorem, vt aquam, v. g. calefacit non ſolum calor aeris, ſed etiam ignis. 3. Alij

Secundum alios Ariſt. loquitur de actionib. vt nunc plerũque fiunt.

Reſp. Ariſtot. loqui de actionibus, vt nunc plerumque fiunt ex neceſſaria concomitãtia: nam ſemper agens nunc producit in medio aliquam, cuius eſt ſuſceptiuum medium, quæ ſemper eſt intenſior in parte aliqua propinqua, quam in diſtante, vnde cum Ariſtot. reſpectu actionis, quam efficit obiectum in potentiam ſenſitiuam, aerem vocat agens immediatum; non vult, quod aer per virtutem in ſe receptam, ideſt per ſpeciem agat in potentiam, ſed vocat

Quomodo Agens vocatur immediatum.

agens immediatum: quia ſe tenet ex parte agentis, vnde concipiendum eſt obiectum coloratum cum toto aere intermedio eſſe agens integrum, habens omnes conditiones concomitantes requiſitas ad agẽdum, inter quos vnus eſt contactus quãtitatiuus

LIII agen-

Aristoteles loquitur de contactu virtuali vel vt sit intra sphæram actiuitatis.

agentis, vel cum passo, vel cum medio; vnde totus orbis dicitur agere in inferiora, licet agens sit tantum Sol. Resp. loqui de contactu virtuali, vel vt sit intra sphæram actiuitatis, & quia corpora naturaliter sunt proxima alijs corporibus per contactum quantitiuum, ideo ait, agentia debere, vel tangere cōtactu corporeo, vel passū, quod præcipuè intelligitur rebus vt nunc constitutis, & quando medium est receptiuum eiusdē qualitatis, neque est aliquid impediens actionem circa medium, quod si hæ solutiones non satisfaciunt, pluris facimus nostras rationes, quam auctoritatē Arist.

Natura refugit vacuū quia impediretur actio ad quam requiritur medium.

2. Obijcitur: nam natura refugit vacuum, quod nulla ratione est: nisi quia impediretur actio, cum ad illam requiratur mediū, sed hoc non alia ratione requiri potest, nisi vt recipiat eandem qualitatem, eamque diffundat in extremum. Resp. propter hoc argumentum, aliqui dicunt, si Deus efficeret vacuum inter agens, & passum, adhuc futuram actionem, modo passum sit intra actiuitatis sphæram: quia medium per accidens nunc se habet, neq; defert virtutem agentis, cum agens virtute propria attingat vsque ad talem distantiam, ablato igitur eo, quod est per accidens, remanente eo, quod est per se, sequi poterit actio. Confir.

25 *Non requiritur vt actio prius recipiatur in medio quā in extremo si medium non sit capax.*

Quia non requiritur vt actio agētis prius recipiatur in medio, quam in extremo, si medium non sit capax illius actionis, ergo quamuis medium nullum sit, poterit sequi actio. Neque ratio, cur natura fugiat vacuū, est simpliciter propter actionem, sed propter integritatem, & perfectionem vniuersi, vt enim domus non esset perfecta, quæ haberet partes discontinuas, &c. & vt melius omnia conseruentur, & recipiant influentias: nam corpora per mutuam vnionem possunt se melius iuuare: nam licet mediū non sit simpliciter necessarium ad actionē, maximè tamen iuuat actionem, vt patet, Confir. Quia mirum est, si esset maximus ignis distans, ab aqua per digitale spatium vacuum, quod aqua nō calefiat. Contrariū docent Auer. 2. 2. 34. Sax. 1. de Gen. q. 14. ar. 2. c. 3. fusè Marl. q. 16. Suar. dis. 28. sect. 8. nu. 14. primo ex odio naturæ circa vacuum: nam si non esset propter actionem, melius fuisset naturæ ad agendum carere medio: quia esset magis expedita sphæra ablato corpore: Sed dictum vacuum refugit ꝓpter integritatē vniuersi, cuius partes inter se colligatæ esse dēt, vt sit vna, & hinc Arist. complet vniuersum, vel quoddā magnū. 2. Quia, vt posset agere ꝑ paruū, ita ꝑ magnum vacuum, & per consequens ad infinitam distantiam; quia vacuum non magis resistit si sit magnum, quam si sit paruum. Resp. neg. conseq. quia dicimus huiusmodi sphæram esse determinatam ex natura talis agentis finiti, & non ex ratione resistentiæ medij, vnde illa sphæra est eadē circa tantam distantiam, siue illa sit pleno corpore, siue vacuo.

Sphæra est determinata ex natura talis agētis finiti.

3. Quia agens in materiam exteriorem dicitur habere cum passo determinatum situm, alias non esset ratio, cur non ageret ad infinitam distātiam, sed agens existens in vacuo cum passo, non habet determinatum situm, cum in vacuo non sint differentiæ positionum 4. phys. 76. Conf ca 2. 2. 74. vbi quod si inter obiectum, & potentiam esset vacuum quod non esset visio. Resp. dupliciter posse intelligi situm, alterum propriè, qui oritur ex differentijs varijs loci, vt sit supra vel infra &c. & hic non esset in vacuo, neque requisitus ad actionem, alterū impropriè, pro qualibet approximatione agentium, & distantia quadam, & hæc in vacuo esset, & sufficit ad actionem: nam sphæra actiuitatis respectu agentis est veluti circumferētia respectu puncti, quæ eadem est, siue medium sit plenum, siue vacuum.

Ratio cur non agit ad infinitam distantiam.

Dupliciter intelligitur situs.

26 *Actiones agentis sunt duplices aliæ ad quas requiritur dispositio medij aliæ ad quas nihil confert medium.*

Ad cōf. Resp. duplices esse actiones agentis, alias, quæ requirunt dispositionem medij, vt calor requirit medium illuminatum, vt agat in potentiā, & hę actiones esse non potetūt in vacuo, v. lib. de anima fusius. Aliæ sūt ad quas nihil confert medium, & has diximus esse posse in vacuo. 4. Ratio: quia corpus non potest transire ab extremo ad extremū sine medio, ergo neque agere: quia transiret vnus ab extremo ad extremū, sine medio. Resp. negando consequentiam: quia transitus localis fit per propriam substantiam delatam de loco ad locum, actio verò fit per virtutem propriam attingentem aliud, illa tamen manēte in proprio loco.

Actio fit per virtutem propriam attingentem aliud.

Dices, magis est dare esse non enti, quam mouere corpus localiter, sed virtus creata non potest mouere localiter ab extremo, ad extremum, sine transitu per medium, ergo neque educere ens, quod non erat ex materia distante, sine aliqua productione in medio. Resp. 1, non sequi ex eo, quod potest fieri imperfectius, non posse fieri perfectius, vel contra: nam leo non potest producere muscam, & potest producere leonem: quia cum potentiæ creatæ sint finitæ perfectionis, habent determinatos effectus,

fectus,

fectus, vnde perfectior potentia, non extẽditur ad effectum perfectiorem, qui sunt extra obiectum adæquatũ illius, siue quoad substãtiam, siue circumstantiam. Resp. 2. perfectiorem effectum, & difficiliorem posse accipi dupliciter, primo quoad substantiam, & ita perfectior est eductio entis à non ente, quam eductio vbi; Secundo quoad circumstantiã, & ita perfectior est transitus eiusdem corporis ab extremo ad extremum, sine medio, quam eductio ab extremo distanti, contento intra sphæram: quia ille transitus sine medio est extra obiectum potentiæ motiuæ corporeæ, cum motus fiat per coexistentiam corporis ad spatium. Hinc fit vt talis transitus fieri possit per eleuationem, vt contingit dum Sãcti facti sũt præsentes motibus aliorum, & ex præsentia Christi in Sacramẽto: quia hic motus quoad hanc circumstantiam nõ est extra obiectum potentiæ diuinæ eleuantis. Hinc patet ratio, cur Angelus intra sphæram suæ locabilitatis possit trãsire ab extremo ad extremum sine medio; at non ita extra sphæram, vt multi ex Theologia opinantur; de qua re nos suo loco. 3. Obijcitur experientia; nam videmus si luci opponatur corpus opacum, non illuminare partem distantem, cui opponitur illud corpus, cuius experientiæ non alia ratio afferri potest, cur scilicet impediatur actio, nisi quia illud medium non est receptiuum eiusdem actionis. Et conf. quia si inter ignem, & nos opponatur lamina ferrea, non calefacit nos, nisi prius sit calefacta lamina ferrea, ergo; conseq. prob. quia si medium non esset necessarium ad deferendam actionem in distans, non posset ex impedimento actionis circa medium impediri actio circa distans. Respond. Hinc impediri præsentiam agentis, ad passum, quam non impediri ex corpore perspicuo experientia colligimus, vnde multum variatur hæc sphæra actiuitatis ex medio, quod interponitur si impedit, vel non impedit actionem. Hinc est, vt ignis ad maiorem distantiam possit calefacere per aerem, quàm per aquam, & hæc difficultas est in omni opinione: nam cum medium est capax eiusdem qualitatis, adhuc tamen videmus impediri actionem in distans, & tamen non deberet impediri, sed tantum remitti, vt v. g. cum lamina ferrea interponitur inter nos, & ignem, impeditur actio ignis, cum tamen lamina ferrea recipiat aliquem calorem, & ideò deberet saltem minor calor produci in partem distantiorem, vnde ad Conf. Resp. calorem, qui post producitur, nõ produci immediatè ab igne distante, sed ex calore concepto in lamina illa ferrea. Sed huic R. illud obstat, qua ratione Sol producat mineralia in visceribus terræ, cum interponatur pars opaca. Sed ad hoc 2. dici potest, eandem difficultatem esse in contraria sententia: nam neque poterit produci calor, & aliæ qualitates, cum actio agentis ex corpore interposito non magis impediatur producere substantiam, quàm qualitatem, vnde Resp. 1. esse quosdam meatus, per quos diffunditur virtus talis: nam terra hæc non est ita opaca, vt non habeat multos meatus, & poros, licet non in directum oppositos, & hoc sufficit Soli, & astris, quorum vis agendi maxima est. Resp. 2. cum agentia agunt per lineam directam circa passum sibi præsens, posito impedimento, impeditur rectitudo lineæ, & præsentia, vnde nõ põt post illud habere actionem, non quia non agat in medium impediens; sed quia impeditur actio per lineam rectam ad passum, quod confirmo: nam si Soli apponatur corpus opacum, nõ aget circa subiectum medium, per quod extenditur vmbra, at quia Sol ob sui magnitudinẽ respicit per lineam rectam subiectum, quod est vltra vmbram, ideo in illud agit, etiamsi non illuminauerat medium occupatũ ab vmbra; quare omnino agit in distans, non agendo in medio, & idem contingeret in alijs, si haberent magnitudinem, ratione cuius possent trahi lineæ rectæ ad passum existens post corpus impediẽs. 4 Obijcitur: quia si agẽs posset agere in passum distans, positum intra sphæram actiuitatis, posset agere in illud interposito quocumque impedimento, sed hoc est falsum: nam si Sol existat in alio Hemisphærio, nos adhuc sumus intra sphæram actiuitatis illius, cum illuminet stellas existentes supra nos, quæ magis distant, quàm nos à Sole, & tamen quia est interposita terra, nos non illuminat, neque Lunam, cum incidit in vmbram terræ. Sic fornax clausa, præsentes non calefacit, sed reclusa calefacit, prius aũt nõ calefaciebat, nõ quia nõ erat intra sphærã, sed ob duritatẽ, & crassiciẽ operculi, quo impeditur actio, quod si per medium, per accidens se haberet ad actionẽ, & nihil referret si esset durum, vel crassum, plenum, vel vacuum. Conf. 1. quia natura nihil facit frustra, cum

Quomodo accipiatur perfectior effectus.

Ratio cur angelus intra sphærã possit trãsire ab extremo ad extremum sine medio.

27 *Præsentia agentis non impeditur corpore perspicuo.*

28 *Terra non est ita opaca, vt non habeat multos meatus & poros per quos agat Sol.*

Experiẽtiæ quib. probatur. Interposito impedimento non posse agi in distans.

Agẽs prius agit in propinquum quam in distans.

igitur requirat medium, erit vtile agenti, & non nisi, vt deferat virtutem. Conf. 2. quia non est ratio, cur non agat simul in ea omnia, quæ sunt intra sphæram actiuitatis, sed hoc esse falsum patet: nam omne agens prius agit in propinquum, quam in distãs, vt prius calefacit vestes, quàm corpus, & prius accẽdit priorem partem pulueris tormentarij, quàm posteriorem. Sequela maioris probatur: nam si agens non debet transmittere suam virtutem ad passum remotum per propinquum, non est ratio, cur prius agat in propinquum, quam remotũ, cum habeat respectu remoti omnem applicationem necessariam, sicut si ex diuersis partibus, duo passa applicarentur simul, ea calefierent: quia non est necessarium, vt transmittat suam virtutem ad vnum per aliud, vt esset necessarium, quando illa duo passa applicarentur secundum eandem lineã rectam. Res. 1. propter hæc argumẽta valdè probabilis est opinio dicentium, requiri hunc contactum, vt medium recipiat eandem qualitatem, sed tamen, quia probabiliorem existimo contrariam, ideò Resp. 2. inde sequi oppositum: quia cum stella, quæ est supra zenit nostri capitis illuminatur, cum medium non sit illuminatum, illuminatur in distans sine illuminatione medij, quare Resp. nostrum aerem

Obiecta terra illuminatur: quia tollitur præsẽtia agentis.

29 non illuminari: quia tollitur præsentia agẽtis à terra, hemisphærij inferioris, cum nostrum sit intra vmbrã, intra quam aliquando est etiã Luna. Ad primum diximus, non nihil iuuari ex medio actionem: quia vtraque ratione agens agit, & immediatè, & mediatè. Ad 2. Resp. agere simul in ea omnia, quæ sunt intra sphæram, licet ratione intensionis fiat successiuè, vt alibi diximus, & simul vestes calefiũt, & corpus, sed magis vestes: quia propinquiores igni. Deinde successiuè fit actio, quoad intensionẽ, quæ est à principali agente, licet eodem tempore intendatur calor in veste, & corpore, sed quia corpus præter calorem, quẽ accipit à principali agente, recipit alium à calore vestium, hinc augetur, iuxta exigentiam caloris aucti in vestibus. 5. Obijcitur: quia nun esset ratio, cur actio sit debilior in distans, quàm in propinquum, & sequeretur agere ad quamcumque distantiam: nam quod dicunt esse limitatam sphæram actiuitatis, vltra quã non potest esse actio, non satisfacit: nam hoc probat argumentum, non debere dari hanc limitationem sphæræ, nisi quia requiritur contactus: nam cum ad actionem requiritur contactus immediatus, vel mediatus, propter virtutem diffusam per medium, & per maius spatium debeat diffundi plus qualitatis, ideò vnumquodque agens pro vt est debilius, aut fortius, habet contractiorem, aut ampliorem sphæram: nam ad diffundendum plus qualitatis, requiritur maior virtus. Resp. quod sicut ex finitudine virtutis necessariò sequitur limitatio sphæræ, vltra quam non extenditur, ita inde sequitur determinatus modus agendi, intra illã sphæram, hinc autem est, vt fortius agat in subiectum proximum, quam remotum, cæteris paribus, & hinc qualitatis gradus, qui potest immediatè produci in remotũ subiectum, produci possit, etiãsi non ageret in medio, & quia ex negatione actionis circa medium non augetur virtus, ideo non variatur modus agẽdi determinatus à natura. Dices, Modus agendi à natura determinatus est, vt agat per media, & ideo debilius agit in distans; at si non esset necessaria actio in medio, non esset ratio, cur non posset circa distans diffundere totam virtutem, sicut diffundit partem. Resp. Inde apparere rõnẽ: nã sicut vnicuiq; virtuti est assignatus effectus iuxta distantiam inter agens, & passum intra sphæram, ita non variatur effectus perfectio, ex eo, quod agat, vel nõ agat circa medium sphæræ, dum effectus vnius partis non pendeat ab effectu alterius. At instabis, Sicut quãdo impeditur actio diffundi ꝑ totã sphæram, agit fortius circa medium, ita quando impeditur circa mediũ, debet esse actio maior circa distans. Resp. 1. concedendo sequelam, quis. n. mensurare põt perfectionẽ effectus, an sit maior in prędicto casu? Res. 2. esse diuersam rationem: quia in primo accipitur præcisè vi actionis reflexæ, & in nostro non potest fieri augmẽtum ex actione reflexa, cum nulla sit, neque ex directã, cũ huius effectus sit determinatus à natura, vt dixi. 4. Videmus à Torpedine nõ obstupefieri manum piscatoris, nisi quando tangit filum, & arundinem, ergo ea actio requirit medium, alias posset mitti in aliquas alias partes corporis, non tangentes filũ. Resp. & dico 1. cur manus altera non obstupefiat, non posse esse ex defectu me- 30

Ad actionẽ requiritur contactus vel mediatus vel immediatus.

Cur altera manus non etiam obstupefiat à Torpedine.

dij, tum quia ibi est aer, tum quia sunt reliquæ partes corporis, quæ per manum essẽt contiguæ Torpedini; quare alia ratio quærenda est, ideò. Dico 2. Hoc animal, est globra cute, molli, & frigida

figura

Natura Torpedinis explicatur.

figura rotunda, prima pars ex cinereo albica supina magis candescit, crenam gerit loco rostri, caudã breuiorẽ, quã habet, Rana, oculos habet exiguos, & in parte superiore vt Rana, ingratę saporis, nisi frigatur, neq; frixa indurescit, & difficilè concoquitur, delectatur cænosis littoribus, vescitur piscibus, quos accedẽtes stupefacit ex Arist. 9. de hist. anim. c. 37. Alb. de anim. 24. c. 1.

Torpedo dicitur quia membris inducit torporem.

Dico 3. Hoc animal Torpedo dictum est, quod torporem membris inducat, vnde inquit Diphilus Laodiceus in Nicãdri Theriacis, hoc autem datum est à primo authore: nam cum tardè moueatur, vt victum sibi acquirat, hanc prudentiam natura illi indidit, Resupina in arena latet immota, mortuæque similis, iuxta quam cũ pisces transeunt, stupore impediti euadere nequeunt, ob potentiæ matricis stuporem, quod Aristot. colligit: quia in eius ventriculo inueniuntur Anguillæ omnium velocissimæ.

Animal illud non est per diffusionẽ veneni.

Dico 4. Hoc animal non producit immediatè stuporẽ in membris, sed per diffusionem veneni, vt serpentes per infusionẽ veneni in partibus, quas mordent; quare non mirum, si non agit in distans: quia eiaculatur venenum, quod per motum localem diffunditur vsque ad mẽbra; ita sumitur ex Platone, qui docet ex prouidẽtia naturæ datũ esse hoc venenum, ad euadendum ex manibus piscatoris: nam cum se hamo captam vulneratamque sensit, lineum pẽnis amplectitur, mox venenũ per lineum, & virgam immittit in manum piscatoris, vt instrumentum excidat è manu piscatoris obstupefacta ex veneno, vt fusius refert Theophrastus, lib. de ijs qui mordendo, & eiaculãdo venenũ infundũt.

31 *Vti agens non potest agere in hoc tẽpore nisi existat in illo. Ita neque in hoc loco nisi existat in illo.*

Septimo sicut agens non potest agere in hoc tempore, nisi existat in illo, ita non potest agere in hoc loco, nisi existat in illo: quia licet extitisset in aliquo tempore, non prodest, vt agat in hoc tempore, si in illo non existit, ita neque existere in alio loco, non prodest, vt operetur in hoc loco, si in illo non existit. Conf. quia sicut ad operandum hic, requiritur, vt præsentia sit hic, ita non potest hic operari, nisi sit hic, quia conditio necessaria requisita ad operandum, non potest auferri etiam à Deo. Conf. 2. dependentia rei, quam habet ab alio, per se ipsam, non potest auferri etiã à Deo, manente illa re, sed nec actio elicita dependet ab approximatione agentis, ad passum, per se ipsam: quia non pendet mediante alia causalitate. Neq; obest, quando illa dependentia fit ab approximatione, nõ à principio influente, sed vt à conditione, sine qua non: nam quicquid alicui conuenit per suam entitatem, eo modo, quo conuenit non potest ab illo separari. Conf. 3. quia actio est modus agẽtis, modum autẽ esse distantem à re modificata implicat: siue quia identificatur, siue quia necessario se ipsa informat. Respond. propter hæc argumenta aliqui negant etiam Deo potentiã agẽdi in distans: quin agat in mediũ, sed falso, cum effectus productio in distãs, neque quoad substantiam, neque quoad modum essendi dependeat ab effectu, qui est in medio, ergo neque actio productiua illius depẽdet ab actione productiua effectus in medio. Antecedẽs patet: quia effectus productus in distans, manet inuariatus, siue effectus in medio cõseruetur, siue nõ: conseq: prob. quia actiones specificantur quoad suam perfectionem à terminis, ergo eandem dependentiam habent ab agente, quam habẽt termini, nisi quod actiones dependent vt quo, termini vt quod.

32 *Secundum alios non potest eleuari potentia creata ad agendũ in distans quin agat in medio.*

Ex hoc argumento id concedunt potentię diuinæ: negant tamen, potentiam creatam posse à Deo eleuari ad agendum in distans quin agat in medium, sed prędictum argumentum prob. etiã de potentia creata eleuabili ad hunc effectum, quia ex nullo capite oriri potest repugnantia: non enim ex parte Dei, qui est omnipotens; neque creaturæ, quæ ex hac actione non destruitur, sed potius perficitur; neque ex parte effectus, cum non pendeat ab effectu existẽti in medio, vt probatum est, & Cõf. Quia alioqui oporteret negare multas actiones, quæ à Theologis tribuuntur creaturis, qualis esset productio gratię per Sacramẽta: productio miraculorum, quæ sunt facta in instanti solo imperio. 3. Concursum, qui tribuitur nũc humanitati Christi ad productionem gratiæ, & aliorum operum supernaturalium, &c. de quibus multa diximus, cum de Incarnatione.

Diuersa ratio temporis, & loci.

Resp. 2. ad argumenta proposita, esse diuersam rationem temporis et loci; quia cum existentia causæ sit omnino necessaria ad agendum, causa, quæ in hoc tempore non existit, nullo modo existit, & ita non posset agere, & quæ non existit in hoc loco, non priuatur omni existentia. Quare actio, quæ est in hoc loco, non necessario exigit existentiam causæ in hoc loco, sicut agens in hoc tempore, exigit necessariò existentiam in hoc tempore. Ad Conf. Resp. ad agendum

hic

hic requiritur præsentia hic, ly hic posse afficere causam agentem, & posse afficere terminum productum, seu actionem. vnde potest esse æquiuocatio in argumento, accipiendo ly hic diuerso modo, in antecedēte, & consequente, vt v.g. ad agendū hic ex parte termini, & actionis requiratur illius præsentia hic, non autem præsentia causæ hic, quod si se teneat ex parte causæ idest, vt causa hic existens agat, tunc afficit causam, & tunc non potest afficere effectū et actionem: quia actio potest esse in subiecto distanti ab hoc loco. Ad 2. Cōf. resp. primo, dependentiam actionis ab alio, vel potest esse naturalis, vel essentialis, hęc autē actio dependet ab hac approximatione, non essentialiter, sed naturaliter quia est ab agente, & passo in hoc loco approximatis, vnde hæc numero actio posset esse ab ijsdem approximatis in alio spatio; at quæ sunt connaturalia, & non essentialia possunt à Deo separari per potētiam absolutam. Resp 2. negando actionem per se ipsam dependere ab approximatione, quia

33 *Actio non depēdet ab approximatione.* non dependet, nisi ab agente, & passo, per resistentiam agentis cum passo, quæ est illi extrinseca, & se tenet ex parte agentis, & passi, vnde si poneretur approximatio, inter passum, & agens inadæquatum, & distantia ab altero coagente, sic actio non posset dependere per se ipsam ab hac approximatione quia eius existentia exigit etiam cōcursum causæ distantis; & hinc fit, vt actio per se ipsam dependeat ab illis agentibus, & passo, non tamen per suam entitatem ab approximatione, quod alij confirmant ex eo, quod ad existentiam actionis causarū naturalium, requiratur etiam cōcursus Dei, qui tribuitur connaturaliter causis approximatis, at vero si Deus decerneret concurrere ad actionē independēter ab approximatione causarum tūc effectus nō depēderet. Ad 3. conf. Resp. negando, esse modum intrinsecum agentis: quia sic nec posset agere in distans, etiamsi ageret in medio: quia ex vi actionis in medio, non posset pars actionis esse in distanti loco, ac ipsum agens: quia separatur ab agente: neque dicas esse coniunctam agenti per mediam actionē diffusam per medium: quia hæc coniunctio repugnat modo: quia hic per suam entitatē est vnio rei, non media diuersa entitate, etiam partiali. Deinde hæc ratio supponit actionem esse in agente, & non in subiecto, in quo est terminus: nam si actio posset esse in diuerso subiecto, ac termin⁹,

tunc posset ex vi actionis existentis in agēte, poni immediatè terminus in subiecto remoto; quod aduersarij negare debent consequenter loquendo: nam tota difficultas est de existentia termini in subiecto ex vi agentis distantis, vbicumque sit actio subiectiuè. Quod si ponant illam esse in passo, tunc non potest esse modus intrinsecus agentis, sed extrinsecus. Resp. aliqui modum vt modum non exigere inseparabilitatem loci ab agente, sed inseparabilitatem dependentiæ, qua non potest existere, nisi pendeat effectiuè ab agente: quia illam habet per suam entitatem, vt inseparabilitatem localem habet ex vi præsentiæ localis, & non suam entitatem; quæ non potest conuenire modo vt sic: quia quæ modo vt sic cōueniūt, habētur per propriā entitatem, & nō per aliquid superadditum, qualis est præsētia, & hic fit, vt possit actio habere rationem modi, respectu agentis, etiamsi non habeat præsentiam cum illo localem. Sed contra illam aliqui instant, 34
inde sequi, passionem posse separari à subiecto: quia per seipsam est in subiecto per dependentiam subiectiuam, non tamen approximationem secundum locum: quia est illi præsens per vbi superadditum, neq; dicas, id esse ratione vnionis exigitæ, vt pēdeat à subiecto: quia etiam inde probatur, vnionem esse separabilem ab extremis, eo quod illa est præsens per præsentiam distinctam: quia eius munus est connectere extrema informatiuè, non reddere illa, inter approximata, & vnita localiter, vnde fieret, vt esses homo existēs Neapoli, extremis existētibus Romæ, & Mediolani, quæ omnia sunt absurda; sed hæc instantia non placet: quia magis passio est vnita subiecto, quam actio agenti: nam omnes concedunt actionem vniri, cum agente actionibus partialibus intermedijs; at non sic de passione, quæ est penetratiuè, cum subiecto, sicut etiam de vnione informatiua; neque dicas, præsentias locales esse accidentales contingenter materiæ, formæ, & vnioni, ergo hæc possunt separari ab illis præsentijs, absq; subiecti corruptione, atque adeo remanere totum, constans ex illis, etiamsi habeant inter se distantiam localem: conseq. patet: quia accidens est illud, quod potest esse, & abesse præter subiecti corruptionem, nō inquam id dicas, non quia etiāsi inde probaretur, vnionem posse abstrahere ab hoc, vel illo spatio simpliciter, non tamen ab illo spatio,

tio, in quo sunt extrema vnienda; quia in distantia vnionis formalis respectu extremorum est essentialiter prærequisita, vt habeat effectum vniendi, sicut aquę est accidentalis calor, tamen vt calefaciat essentialiter exigit illum, tum quia entitas etiamsi posset abstrahere à præsentia positiua respectu alicuius spatij, non tamen à præsentia negatiua, idest indistantia: quia nō posset elici, cum sit aliquod spatium vel intra vel extra mundum, neque huic doctrinæ repugnat replicatio eiusdem rei in diuersis locis: nam partes, & vnio illius rei replicatæ semper retinent præsentiam respectu illius spatij, in quo materia, & forma cum vnione constituunt totum, licet possit v.g. capiti addi præsentia Romæ per replicationem, quæ non sit addita collo, vel cæteris partibus, secundum aliquos, disputantes de accidentibus, quæ replicantur replicato subiecto, an necessariò, & quæ replicantur, de qua re nos alibi.

ART. IV. *Explicatur difficultas de motu ferri ad magnetem.*

35 *Motus localis reducitur ad 4.* PRimo Not. ex Arist. 7. Phys. motus locales reduci ad quatuor, Vectionē, Vertiginem, Tractionē, & Pulsionem. Vectio dicitur motus per accidens: quia fundatur in vno ex tribus alijs: nam vehi est moueri ad motum alterius, vehere enim est supra se ferre, vt quod vehitur curru, equo, &c. quare si in alijs moueres, & motum sunt simul, erunt etiam simul in hoc motu; Vertigo componitur ex pulsu, & tractu, vt patet in tota barbitonsoris: nam cū quis illam voluit, dum partem interiorem ad se trahit, superiorem à se pellit, & contra, vnde remanet, vt id probemus in pulsu, & tractu, qua ratione mouens, & motum sint simul, quod vt explicetur. *De tractione Vectione Vertigine Pulsione.*

Quid sit propriè tractio. 2. Not. Tractionem esse motū ad se, vel ad alterum. Hæc dupliciter fieri potest, propriè quando mouens dum trahit aliud mouetur, & ita clare patet, esse simul mouens mediatè, vel immediatè cum remota, vt patet in catena: nam per vnum anulum, qui immediatè tangitur, trahitur tota catena, & de hac loquitur Aristot. dum vult mouens, & motum debere esse simul. 2. Impropriè, vt cum trahens immotum manet, quæ tractio sit potius per actionem alteratiuam, qua producitur qualitas productiua illius motus localis, vt Sol trahit sursum vapores, causando in illis virtutem motiuam, vt alibi, & magnes trahit ferrum, & medicina existens in stomacho trahit ad se humores per totum corpus dispersos, de qua dubitatur, quomodo mouens, & motū sint simul: nam si trahens quiescit, & trahit ad se aliud, ergo necessario id, quod trahitur, initio motus debet esse distans à trahente.

Prima Opinio est Alexandri, & aliorum, qui dicunt, magnetem diffundere qualitatem per totum medium vsque ad rem tractam, & mediante illa qualitate trahit ferrum, videtur Galen. lib. de resperatione loquens de stupore, torpedine causato, & Fern. lib. 2. de abditis rerum caus cap. 27. 36 *Explicatur varia opiniones de magnete.*

2. Est dicentium, à magnete nihil imprimi ferro, sed ferrum ea natura sua moueri ad magnetem, cum illi est præsens, refert illā Fracast. lib. de sympat. c. 3. 3. Et imprimi ferro qualitatem à magnete, sed eam non imprimi in medio, cum illius non sit capax, & hanc qualitatem dicit Fern. esse quandam speciem, quæ maximam habet vim mouendi, eamque inducit Gab. & sequitur. 4. Est dicentium à Succino, adamante, & magnete emitti corpuscula quædam minuta, quæ mouent ferrum propter similitudinem, & sympatiam ad magnetē, tanquam pars ad totum, cuius rei signum afferunt, quod illa confricata magis mouēt, & hanc videtur approbare Fracast. cap. 5. 5. Card. l. 7 de subtil. trahi ferrum ab anima magnetis, quod sit illius alimentum, sicut in animalibus partes sibi trahunt alimentum ex venis. Contra quem multa Scalig. exer. 102. à num. 5. & exercit. 1 r.

Prima Concl. ferrum non mouetur ad magnetem ex virtute aliqua intrinseca, sed trahitur ab extrinseco magnete; probat Galen l. 3. de facul. natura c. vlt. nam quando res mouetur ad aliam propria virtute naturali, mouetur ab quamcumque distantiam, & terra mouetur ad centrum, de ferro ex quacumque distantia ad magnetem, vt id esse experientia patet, ergo signum est, non eo se moueri se trahi virtute, & efficientia magnetis, quæ ad certo distantiam operatur, & non ad quacumque. Con fir. D. Tho. 7. phys. lect. 3. quia si ferrum sit magnæ quantitatis, & magnes paruæ, non sequitur actio: nam virtus, quam imprimit magnes superatur à virtute resistentia ferri; 2. Conf. quia cum alijs iungitur magnes, non trahit ferrum, ergo signum est per talem vnctionem impediri productionem qualitatis, qua ferrum mouetur. Conf. 3. quia si ferrum *Ferrum trahitur ab extrinseco magnete, & nō ex virtute intrinseca.*

rum magnete liniatur, melius trahitur, ergo signum est à magnete virtutem aliquā ferro communicari, vt moueat, sed qualis sit hæc virtus, & quomodo communicetur, non est facilè explicare.

2. Conclusio. Nō videtur probabile, hāc tractionem fieri ex corpusculis transmissis ad ferrū; tum quia videretur post multum temporis diminutus; tum quia cum illa corpuscula recipiantur in medio, deberet etiam trahi medium, cum dicant ideò trahi ferrum, quod illa corpuscula moueātur ad magnetem, vt pars ad totum.

Probabiliter imprimitur ferro qualitas nō impellens, sed trahens.

3. Conclusio. Probabile est, imprimi qualitatem ferro, non impellentem, sed trahentem: prima pars inde patet: quia habet contrarias conditiones: nam hæc requirit contactum inter impellentem, & rem, cui imprimitur, & munus eius est, separare mobile à mouente; at contrariū conuenit huic virtuti; secunda pars inde patet, quod non potest intelligi, fieri hanc tractionē absq; eo, quod magnes aliquid imprimat ferro, cum inde habeat virtutē vt moueatur, quā prius non habebat; hoc autem erit aliqua virtus, qua trahatur ferrū: & hāc probat experiētia primæ cōclusionis. Dices. Qualis sit hæc qualitas? Resp. ex Burl. c. 10. esse in se insensibilem, neque id repugnat Arist. dicenti, in 7. phy. omnem qualitatem mixtorum esse sensibilem, vt nota Fern. l. 2. de abditis rerum caus: nam loquitur de qualitatibus, quæ consequuntur omnia mixta; quia hoc sufficiebat illi, vt probaret, in omni alteratione requiri contactum: nam inductio non poterat fieri, nisi ex qualitatibus sensibilibus, vt inde inferret idem in reliquis, legite Fer. loc. cit. c. 17. vel vt alij volunt omnem esse sensibilem, vel in se vel in suis effectis.

Qualis sit qualitas impressa ferro à magnete.

4. Conclusio. Nō videtur necessarium, hanc qualitatem poni diffusam per totum: quia aer non est aptus, vt trahatur ab illa

37 virtute, ergo non est, cur illi imprimatur hæc virtus: nam subiectum, incapax effectus primarij causæ formalis est incapax illius causæ, ponere verò in aere qualitatē alterius speciei, neque rationi, neque experientiæ est consonum. Ex his sequitur, huiusmodi tractationem fieri: quia per alterationem producitur in mobili qualitas quædam motiua, quæ coniuncta cum mobili, illud mouet ad magnetem, vnde virtus motiua, & mobile idem sunt.

ART. V. *Proponuntur, & soluuntur argumenta contra prædictas conclusiones.*

Sed contra hæc primo obijcitur: nam non videtur aliquid posse quiescens mouere aliud: nam omne quod mouet præter primum, in mouendo etiam ipsum mouetur, vt ex 3. phys. t. 8. t. 7. phys. c. 2. & seq. 8. phys. sæpè. Resp. Caiet. t. 1. q. 3. art. 1. nullum corpus mouet immotum dupliciter intelligitur, immotum scilicet actu, vel potentia, & ita est apud Aristot. verum. 2. actu & ita habet difficultatem, & probari debet, sed contra: quia quod corpus sit mobile, non oritur ex eo, quod mouet, sed quia corpus est. Et cōfirmatur, quia ita etiā est verum, quod dum non mouet etiam mouetur, id ē dum quiescit mouetur in potentia: quia tunc est mobile. Ideo 2. ipse Caiet. ibidem cum Ferr. p. 9. G. c. 20. quod omne corpus mouendo mouetur, saltem localiter, sed falsa in magnete, qui mouet immotus, & Sol plus calefaceret quiescens, quàm dum mouetur, sed Caiet. ibi negat, magnetem mouere, sed alia mouentur ad ipsum localiter, ex Auer. 7. phys. con. at an moueat per motū alterationis, non decidit. Ideo 3. Ferr. exponit, quod corpus mouens, dum incipit mouere, mouetur .i. quod si prius non mouebat, & nunc mouet, oportet, vt ipsum sit motum, & hoc si passum nullam mutationem habuerit, potest .i. quod sit cœpta actio per applicationem agentis, sed hæc expositio est voluntaria, neque dum mouet, mouetur, sed præcessit motus, quo applicetur mouens, vel acquirat virtutem mouendi. Cons. quia hoc est per accidens ad rationē mouentis physicè: nam oritur ex ratione applicationis, vel virtutis, quod idem est in agentibus non physicis. omne enim agens antequam agat, debet habere virtutem agendi, & applicationē. 4. Exponit Vilalpandus 3. phys. c. 2. quod tunc mouens mouetur, quod est mobile, eo genere motus, quo mouet, sed contra, quia magnes localiter mouet, & non mouetur, cum tamen sit mobilis localiter. Ego Resp. tripliciter posse propositionem illam intelligi. Primo, quod moueatur ab ipso passo, & tantum valet, quantum omne agēs in agēdo repatitur, & ita intelligit 3. phys. & nos idest nunc certum est, non habere locum in hoc sensu in omni motu, sed in alteratione tantum, vbi alterans, & alteratum

38 *Quomodo id quod quiescit possit mouere aliud.*

Omne agēs antequam agat debet habere virtutem agendi, & applicationem.

Responsio Authoris triplex.

conueniūt in materia, & agunt per qualitates repugnantes, quas possunt ad inuicē recipere,& positis omnibus conditionibus ad reactionē requisitis,vt infra. 2.Pōt intelligi,quod mouens, dum mouet,mouetur ab alio motore,à quo s.per motū,quare nō recipit virtutem mouendi, & ita sæpè vsurpat D.Tho. quia semper requiritur influxus primæ causæ, sed in hoc sensu est quidem vera propositio,sed non secundum mentem Aristotelis: quia per illum influxum non mouentur causæ secundæ motu physico, proprio; at ille non est proprius corporum, sed communis omnibus creaturis respectu cuiusque actionis. ex quo patet propositionem,vt iacet, quod omne quod mouet, necessariò debeat moueri ab alio,esse falsam, vt instantiæ adductæ probant. Et Conf.ex obiecto visus,quod omnino quiescens mouet visum. Conf. 2, quia motus si sit localis,nunquam est ratio agendi: sed aliquando est conditio applicans agentem ni causam, & similiter alteratio est per accidens, quando scilicet causa caret virtute necessaria ad agendum: quam si haberet perfectam virtutem, non esset necessaria alteratio præuia. 3. Igitur vt plurimū,veram esse propositionem in quibusdam corporalibus instrumentis, quæ non deseruiunt actionibus, nisi quando à principali agente assumuntur,vel in motu, quo aliquid mouetur ab alio,non præu a alteratione,sed tantum præcisè ex actione virtutis motiuæ,vt patet,lege Vall.l.7.c.2. & q.4o.in fine. Neque bene Burl. 7.phys. in t.10.putauit,non posse fieri motum localem sine contactu formali, & mathematico:nam id apertè falsum in motu locali, qui consequitur alterationem, vt cum vapores mouentur sursum à Sole, id autem est verum respectu virtutis, à qua immediatè elicitur motus, & Aristoteles loquitur de motu locali,qui per se primo fit.

39 *Motus localis nunquā est ratio agendi.*

Falsum est posse fieri motum localem sine contactu.

2.Obijcitur, quod non possit dari hæc qualitas: nam idem, vt sit semper est aptū facere idem,sed magnes semper imprimit eandem qualitatem,ergo semper mouetur ex eodem situ, siue sursum, siue deorsum, siue sinistrorsum: quia non poterit vna qualitas esse principium diuersorum motuum, sed ferrum mouetur ad magnetem ex quocumque situ, vt experientia constat. Neque dicas,quod eadem virtus motiua animalis mouet illud diuersis motibus:quia illa diuersitas procedit ex varijs appetitibus,quibus subordinatur potentia motiua,quæ ratio non militat hic. 2.Conf.quia si daretur hæc virtus impressa magneti, quod etiam corrupto magnete moueretur ad illam differentiam loci, sicut vapores mouerentur, postquam receperunt virtutem motiuam, etiamsi Sol deficeret,quod hic videtur impossibile: quia non esset ratio,quo moueri deberet. Resp. semper illum motum per se esse eiusdem rationis,scilicet ad coexistentiam cum magnete,quę est perfectio ferri, quæ eadem est, siue sursum, siue deorsum, siue ex latere moueatur ad illum: nam hæ differentiæ per accidēs sunt, & quasi materialiter respectu magnetis:quia magnes nō intendit talem locum per se, sed per accidens: quia per se mouetur,vbi est magnes, cum quo appetit coniungi, moueri autem per accidens ad opposita non negatur virtuti naturali. Vnde patet ad Confirmationem: nam animal per se ab appetitu mouetur ad opposita differentias loci:simile quid apparet in motu elementorum: nam eadem virtus aeris existens sub aqua mouetur sursum, & existens supra ignem mouetur deorsum:quia eius perfectio est esse supra aquam, & infra ignem. Ad 2. corrupto magnete,non mouetur ferrum,etiāsi habeat virtutem: quia non est terminus,ad quem illa virtus inclinat,sicut si extra Cælum poneretur lapis grauissimus non moueretur: quia extra Cælum non est centrū, quo tendit graue.

Motus deorsum,& sursum est eiusdem speciei.

Lapis si extra cælum poneretur etiam grauissimus nō moueretur.

VLT.DVB. *De motu proiectorum.*

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRo quo Notandum, pulsionem dici motū, quo mouens separat à se mobile,cuius ea est conditio, vt initio inter mouens,& motum sit contactus:nam non potest intelligi aliquid à se aliud pellere physicè, nisi sit aliquis contactus inter res corporeas,vt experiētia patet,& dixi in physicis:quia si fiat expulsio moraliter, vt v.g. per imperium, non requiritur hic contactus, quare in expulsione physica semper requiritur aliquis contactus mathematicus, initio,in prosecutione verò motus, si contactus ille seruetur, quod scilicet mouens semper insequitur mobile, nulla etiam est difficultas in assignando motore,quare tota difficultas est, dum separatur mobile à mouente,quanam ratione lapis,vel sagitta

1 *Pulsio est motus quo mouens separat à se mobile.*

sa

ta moueatur.

2. Not. Causam illius motus posse esse duplicem, vnam remotam seu mediatam & hæc est ipsum mouens primum, siue sit virtus animata, vt homo, siue inanimata, vt arcus mouens sagittam, vel ignis borbardæ inclusus mouens pilā, & de hoc motore, nō videtur multa difficultas. Alteram immediatam, quæ mouet proiectum separatum à primo mouente, & de hoc est difficultas: nam non apparet, quid illud sit. Nam vel est primum mouens, vt tribuitur Scaligero exerc. 28. dicenti primam partem aeris ab ipso moueri, & ab hac secundā, & à 2. tertiam, & sic consequenter, vt Sol illuminat domum, producendo aliquod lumen, quod aliud producat, sic consequenter vsque ad domum, quam dicitur Sol illuminare per illa lumina; vel est aer ipse, siue per propriā virtutem motiuam, siue per circumobsistentiam, siue per condensationem, & rarefactionem, siue vt vehiculum; vel est natura vniuersalis ad fugiendum vacuum, vel virtus motiua communicata proiecto à proijciente, vt infra.

Causa motus duplex remota seu mediata altera immediata.

3. Not. Aerem, & cætera huiusmodi, nō pati multam condensationem; quia cum facilè cædat, & scindatur, dat facilè locum alteri corpori, vnde videmus flammam ascendere facilè per aerem, patuā, à nulla facta condensatione aeris, vnde etiam fit, vt aer motus contra motum flammæ, parum aut nihil impediat motum flammæ: quia facilè cædit: quod consit, ex similitudine aquæ per mota corpora, non multum illā condensant ab eadem ratione, ea quo patet in reductione ad suam raritatem non posse habere multam vim.

Flamma et parua facilè ascendit per aerem nulla facta aeris condēsatione.

ART. II. *Opinio Antiquorum.*

3 PRima Opinio est antiquorum, apud Aristot. 4. phys. 68. & 8 phys. 82. qui dicebant hunc motum fieri per antiperistasim, idest per circumobsistentiam, seu reuersam actionem: nam dum aer resistit proiecto, scinditur, vnde exit proiectum è loco, qui ne relinquatur vacuus, ab aere circumstante concurrente repletur, in quo concursu propellit proiectum, quæ sententia dicitur fuisse Platonis, licet Simplicius excuset Platonem, quod non attulerit eam vt causam adæquatam: nam eandem in Timæo affert de motu animalium, sed illā vt causam adæquatā Arist. reijcit t. 82. Primo, quia citissimè cessaret motus: nam repleto vacuo, non amplius esset motus: nam cum simul moueatur proiectum, & aer, simul etiam quiescerent: nam cum aer tantū moueatur, vt repleat vacuum à proiecto reiectum, semel illo repleto non esset, cur amplius moueret: nam permutant loca, quare cum adhuc proiectum moueatur, debet assignari causa illius sequentis motus. Dices, aerem replere quidem vacuum, sed quia eo motu, quo concurrit ad vacuū explendum impellit proiectum, vnde mouetur proiectum, hic idem aer concurrit ad replendum illum locum, ex quo discessit proiectum, sed contra: quia ille impetus est adeò leuis, vt non possit efficere citissimum motum. Conf. quia eadem ratio est in deambulante, cuius motum non dicimus causari ab aere p antiperistasim, sed potius contrarium motus animalium impellit aerem. 2. Quia hæc circumobsistētia circa proiectum, ita fit in principio motus, atque in fine, cum tamen motus non sit æquè velox. 3. Prius est lapidem ingredi in locum aeris, quam aerem regredi ad tergum lapidis, ergo præsequitur illius motus, cuius est quærenda causa. 4. Alij probant: nam aer ad replendum vacuum non mouetur ex propria virtute, sed trahitur à corpore, quod relinquit spatium, vt ostendi in physica, ergo non impellit proiectum, sed potius retardat illius motum, ergo non mouet proiectum: quæ ratio immerito reijcitur ab alijs, quod putēt falso id nō rectè sequi nā si trahitur, non impellit trahens: quia tantū mouetur, quantū est motus tractus; at impulsus debet esse cum vi quadam per quam mobile tactum moueatur. Dices, Cur Aristot. reijcit opinionem antiquorum dicentium, proiectū moueri ab aere, cum ex Peripateticis idē doceat Arist. vt patebit ex 2. opinione sequenti, & testatur Zab. l. 3. de motu grau. c. 16. & seq. Resp. 1. in motu qui ponitur à Peripateticis est necessaria circumobsistentia, vt cōcedit Ægid. 8. phys. 82. t. 4. sed reprehenditur, vt insufficiens ad continuationem motus, nisi addatur aliud, vnde sit motus. s. ex rarefactione, & condensatione, vt infra. Resp. 2. ex Ægid. rum 4. phys. t. 68. partim 8. phys. t. 82. bene duplicitet posse moueri proiectū, primo per antiperistasin seu per contra pulsionem, & quod sicut de lapide iniecto in aquam fiunt in aqua quidam circuli, ita ex motu proiecti fiunt similes circuli in aere, quibus impellitue proiectum: quia illi contra pellunt illud, vt dicunt 3

Motus proiectorum non fit per antiperistasin.

Dupliciter moueri pōt proiectum

dicunt de circulis factis in aqua tempore procellæ, vbi vna procella mouet aliam vt Auer. 82. 2. proiectum moueri ab aere, ob velociorem motum aeris, in quo sustinetur ne decidat ob velociorem motum ipsius aeris, quam esset motus proiecti deorsum, & hinc impeditur descendere, vt si quis scutellam plenam aqua velocius versaret, quã esset motus aquæ deorsum, aqua non decideret, & hic modus tribuitur Arist. de quo infra. Hinc Arist. 8. phys. t. 72. ait hunc modum differre à primo; quod in 2. semper variantur mouentia, & mobilia successiuè ob rarefactionem, & condensationem aeris, & aquæ. At in primo modo omnia simul mouentur, & mouent atque adeò omnia simul quiescunt contra experientiam: quiescente prima parte aeris, non statim quiescit proiectum. Deinde in primo modo motus esset continuus: quia aer contrapellens esset vnus. At in secundo vere est discontinuus ob diuersos motores licet appareat proiectum cõtinuè moueri.

ART. III. *Opinio dicentium moueri à medio* ...

4 *Qua virtute medium præstet hunc motum proiectis.*

Secunda Opinio est dicentium moueri à medio; sed qua ratione, & virtute medium præstet hunc motum variè explicant. Nam primus modus ait Burl. 8. phys. 82. qui duo ait à primo motore tribui aeri motum, quo mouetur 1. secundo, vim motiuam, qua moueat aliam partem aeris: nam dũ mouetur vna pars propellit aliam, & sic illa aliã, donec sit adeò tenuis motus, vt nõ amplius moueat, sicut apparet in aqua, cum in ea injicitur lapillus, quod si petas à quo mouetur prima pars aeris cessante motu primi motoris. Resp. Burl. quod mouetur à se ipsa per rarefactionem: nã cũ per motum proijcientis illa pars aeris sit condensata, statim deinde quærit se reducere ad proprium statum per rarefactionem, & hunc modum sequitur Ægidius lect. 29. tribuitur Auer. Themistio c. 9. suæ paraphrasis & D. Tho. 3. cæl. lect. 37. quod si non esset à medio posset fieri in vacuo contra Arist. Sed hic modus non soluitur omnis, primo quia dum proiectum mouetur in orbem nulla est ibi rarefactio, & condensatio, cum proiectum via mutet locum totalem, imò aliquando nullo modo mutat locum totalem, & citissimè mouetur secundum partes in orbẽ 8. phys. 76. quod in Trocho patet, & in aqua circumducta in fundo amphoræ, in qua cum omnes partes simul mouentur, vix non magis densatur, quam alia. 2. Experimur in aliquo corpore esse maximam condensationem sine vlla vi impellendi, vt vtras, folles. & cætera à quibus aer magis mouetur, quã à manu proijcientis, vnde si ponatur sagitta in foramine vtris vel follis, & pleni aeris densissimi, vix illa impelleretur, & tamen aer ibi inclusus maximè mouetur, & quærit rarefieri. Conf. ex motu sagittæ, quæ plus iacitur, quàm latus lapis, cũ tamen plus aeris densetur ex lapide, quàm ea sagitta; etiamsi sagitta per foramen, ex corda intensissima iaciatur. Conf. 2. quia magis mouetur lapis proiectus manu constricta, quàm si eundem repercutiamus manu expansa, & tamen plus aeris densatur manu aperta. 3. Quia contra experientiam ita facilè deberent proiecta moueri per aerem, atque per aquam, imò magis per aquam cum ibi sit maior densatio, vnde maiores circuli fiunt in aqua, quam in aere iniecto lapillo. Conf 4. quia eodem modo hic motus fieret in igne, qui est leuis tantum 4. cæl. 9. & 30. & tamen ignis non condensatur, sed fragitur cum non sit terminabilis termino alieno. Conf 5. quia condensatio fit in circulum, non post proiectum vt patet in aqua, cum in eam iniicitur lapillus, fumo, vapore incensi &c. quæ cũ ascendunt efficiunt, vt aer ante ipsa in circulũ deferatur. Cõf 6. quia si post manũ proijcientis aer rarefit, tantundẽ ante manũ densatur, vnde sic cõpensabunt. Conf. 7 ex sagittis calibeis, quę penetrant arma, quod si aer impelleret sagittam, scinderetur potius. Conf. 8. nam si aliquid ponatur supra manum inuersam, & deinde statim manus voluatur, non potest esse motus ab aere, qui fuit condensatus versus proiectum: nã manus repellit deorsum, neque dicas, moueri ab aere qui est ad latus: quia se rarefaciens impellet ad latus, non sursum, nisi ponatur virtus impressa.

Sagitta plus iacitur quam latus lapis.

Nulla est rarefactio aut condensatio dum proiectum mouetur in orbem.

5 *Secundus modus quo moueatur proiectum.*

2 Modus est dicentium à medio, ita moueri proiectum, quod primæ parti aeris imprimitur aliquis impetus, & hæc pars secundæ, & hæc tertiæ, omnes autem illæ partes mouent proiectum tamquam vehiculum quo feratur, sicut si in aqua ponatur nauis, & deinde in aquã injiciatur lapillus illi circuli, qui fierent in aqua veherent nauem illam, sicut etiam flumen vehit naues, & hac ratione dixit Aristoteles non esse vnum motum continuum, sed pluresi

quia vehetur à pluribus partibus medij moris, ita Per. loc. cit. vbi citat Simpliciũ, Themestium, Auer. & Phylop. in t. 82. D. Tho. 3. Cæli 28. Quod si ab his petas, cur

Cur magis aeri imprimatur virtus impellendi,

magis aeri imprimatur virtus hæc impellendi? Resp. aerem ob sui tenuitatem, & quoquouersus mobilitatem facilius recipit motum ab impellente, & illum diutius retinet, alijsque impertitur; hæc enim, in quiunt, est humidorum natura, vt mota vna ipsorum parte, illa sequentem moueat, & sic deinceps, vt in aqua, cum in eam lapilla inijcitur, cernitur, & in naui, cum per aquam agitatur, quasi fluuium post se linquit, super quem fertur alia nauicula: nam abstrahendo ab illa condensatione, & rarefactione in quamcumque partem facile mouentur; vnde arbores prosternũtur etiãsi à fulmine non tangantur, solum ob motũ aeris, quod Aristoteles 3. Cæl. 28. 4. Cæl. 29 30 & 39. optima ratione à natura factũ videtur: nam aqua, & aer futura erant medium progressiuis, volatilibus, & natatiuis, quorum motus fuissent impediti, si magis restitissent.

Proponuntur argumẽta contraria.

Sed contra hunc modum. Primo obijcitur: quia omnia argumenta, quæ procedunt contra virtutem impressam ipsis projectis, procedunt contra virtutem impressã aeri: nam quod aer sit magis susceptiuus huius virtutis, non efficit, quominus hæc virtus non possit imprimi, etiam ipsi lapidi, sed solũ, quod nõ ita facile illi possit imprimi, vnde requirit maiorem conatum, & Conf. Quia experimur melius proijci ipsa grauia, quam multum leuia, & fluida, vnde calamus non multum proijcitur, ergo eodem modo non poterit virtus multum imprimi ipsi aeri: nam dissipatur, neque ita rectè posset moueri ad scopum aliquẽ, eoque ducere iaculum.

6

Experiẽtia qua videmus lapidẽ proijci contra vehemẽtissimũ ventum.

2. Probatur: nam experimur lapidem proijci contra vehementissimum ventum, quo aer vehementius propellitur, quam possit vis hominis. Conf. Quia cur ventus non potest ferre lapidem, & aer motus ab homine potest? Resp. Per. c. 5. licet ex vento commoueatur totus aer, tamen aliqua pars aeris, quæ tangit lapidem magis vnite mouetur à proijciente, ideo maiorem vim recipit ad promouendum lapidem, quam, ab illo vento. Sed non placet, tum quia aer potius disgregatur, tum quia facilius aer pelleret sursum, vel deorsum, quam dextrorsum: nam ad illos motus habet aliquã virtutem naturalem, tum quia mirum est, modicum aerem habere vim promouendi lapidem, contra torrentem aeris moti in oppositam partem, tamdiu durantis; nam vel deberet vinci à venti motu, vel saltem ex motu vẽti, aer deberet dissipari. 3. Quia modus ille vectionis non apparet probabilis, tum quia deberent res, quo sunt leuiores, eo magis posse proijci contra experientiam, consequentia patet: quia possunt magis vehi, minusque resistunt pellẽti, aut aeri vehenti, & præterea possent magis recipere impetum, cum magis accedant ad aerem; tum quia non video, cur lapis sua grauitate non descendat: 2. quia maior est virtus grauitatis, quam sit resistentia aeris in sustentando.

7

Explicatur teritus modus quo pijciantur projecta.

5. Modus videtur Them. 4. phys. 68. qui putat, moueri à vi recepta in aere, sed hanc vim putat non esse aliud, quàm virtutem motiuam illius, quæ est apta leuitare, & grauitare, prout determinatur ab extrinseco motore, sicut virtus motiua animalis, modo huc, modo illuc mouetur, prout determinatur ab appetitu, & calor diuersas formas educit, prout est varia subiectorum dispositio, & siccitas nunc raritatem, & leuitatem cum calore producit, nunc densitatem, & grauitatem, cum frigore forma feminia eadem producit, vt cerebrum, & alia instrumenta, & organa iuxta dispositionem subiecti, à qua determinatur: & aer, & aqua mouentur in oppositas partes à propria forma ad replendum vacuum. Nam licet vnius virtutis naturalis vnus sit terminus naturalis, tamen vt determinatur ab alio, potest habere plures terminos, neque tamen hic motus est naturalis: quia requiritur determinans extrinsecũ, & quia est cõtra quietem naturalem, quod si huic obijciatur, qualitas propria potius resistit, ne proijciatur, ergo non potest effectiuè concurrere ad hunc motum. Resp. resistere quidem minori virtuti; sicut lux

Lux Solis est causa quo minus videatur à debili potentia.

Solis est causa quominus videatur à debili potentia, tamen cum est maior virtus motiua, à qua determinatur, tunc efficit motum hunc, vnde virtus motiua aeris vt instrumentum formæ efficit motum naturalem, & ex se mouet; at vt instrumentũ proijcientis mouet prout determinatur à proijciente. Sed contra hunc modum omnia pæne obijci possunt, quæ contra superiores modos. Et conf. quia non esset ratio, cur finiretur motus: nam vel proijciens aliquid imprimit aeri, & tunc idem debet imprimi ipsi projecto, vel nihil

hil imprimi, ergo fine vlla vi mouetur. Quod si dicas, moueri à sua qualitate motiua, tunc sequitur, non debere finiri vsque ad cælum; nam vis motiua nunquam finitur, sed perseuerat. Resp. posset finiri: quia perseuerat motus ex destinatione, & modo mouẽdi proijcientis, à quo determinatur ad talem motum. Sed contra; quia vel imprimitur aliquid ex illo modo mouendi, quo destruatur virtus motiua, vel impediatur vlterius moueri, & recurrunt argumenta, quæ ipsi proponunt contra virtutem impressam, nec apparet, quid sit illud quod destruat vel impediat motũ, vel nihil imprimitur, & cum virtus illa naturaliter moueat, semper mouebit, donec impediatur ab aliquo extrinseco, quod nullum ponitur. Conf. 2. quia ex hac sententia non põt assignari ratio, cur est maior ictus post aliquod spatium, quàm initio vt infra. Conf. 3. experientia arietũ, & instrumentorum bellicorum, à quibus mouetur mobile introrsum in strictissimo canali, neq; moueri potest per aeris commotionem: nam extrinsecus vehementer diuiditur, & dissipatur, & commouetur ad latus, & ideo non posset tam velociter, & rectè mouere proiectum, aer verò intra instrumentum existens, & minimæ quantitatis, & ideo minus posset moueri, & mouere: quia maior est resistentia, quando quamuis sit tota virtus motiua illius aeris. Alij modi sunt, explicãdi, fieri illum motum ab aere, quos refert Thom. 8. phys. in t. 8 a· & Scalig. ex 28. quod moueatur proiectum; quia quærit implere vacuum relictum à motu antecedentis aeris. Sed eorum falsitas patere potest ex dictis: nam prior est motus proiecti; quam aeris antecedentis: quia huius motus causatur ab impulsu proiecti. Deinde eo prima vice, impleto cessaret motus contra experientiã. Quod si dicant moueri aerem antecedentem ab alio corpore, tunc illud corpus succederet ad replendum vacuum, quare necessitas replendi vacuum non potest causare motum in proiecto.

Non potest assignari ratio cur est maior ictus post aliquod spatiũ quam initio.

Referuntur alij modi.

ART. IV. *Explicatur opinio ponentium virtutem impressam.*

8 Tertia Opinio est dicentium, virtutẽ motiuã non solũ habere vim producendi motum in se proiecta, sed impetum quendam, qui tanquam virtus proijcientis promouet proiectum separatum à primo proijciente, ita Niphus 8. phys. in t. 82. ibidem Tho. qui dicit esse DD. Parisiensiũ, & suo tempore communem, & de potentia q. 3. art. 11. & de anima q. 3. art. 4. Zab. ibidem, Sax. ibidem q. vlt. & 3. cæl. q. vlt. Geor. 4. optime Burd. q. 12. Sotus q. 3. Toletus post tex. 86. gratia Deus tr. 22. q. 2. Card. 2. de subtilitate Aponen. in sect. 11. probl. 61. Alex. Piccol. p. qq. mech. c. 37. Achillinus 3. de elem. d. 2 Card. apud Scalig. ex 28. & ipsemet Scalig. qui optime rem declarat, & hæc mihi placet, vnde pro eius explicatione. Not. virtutem motiuam rerum non solum habere vim producendi motum in proprio subiecto, sed etiã impulsum quendam, qui permanet in subiecto, & non fluit, vt ipse motus. Huius autem virtutis impressæ, hæ sunt conditiones: nam primo est qualitas quædam secũda, quæ producitur in subiecto disposito, per qualitates primas, sequitur in subiecto aliquam põderositatem, modo sit proportionata virtuti mouentis: nam illa resistentia mobilis facit illud aptius, vt illi imprimatur vis impellens: nam quando est debile ipsum proiectum, statim cedit, & ita non imprimitur ei vis, qua ratione mollia non franguntur dum cedunt, de qua re vide Aristot. in Mech. q. 34. quare si pars cæli ascenderetur, non posset proijci, & pertinet ad primam speciẽ qualitatis, quatenus est dispositio quædam parum durãs. 3. Hæc virtus est tantum motiua, neque alio munere fungi potest. 4. Suscipit magis, & minus. 5. Non habet contrarium, neque ratione causæ, cum possit à contrarijs causis produci, neq; ratione subiecti, cũ esse possit simul in subiecto cũ leuitate, & grauitate.

Virtus motiua rerum habet vim producendi motum in proprio subiecto, & impulsũ quendam.

Not. 2. quæ possunt proijci habere quãdam vim, quæ dicitur proijcibilitas, cuius hæ sunt conditiones. Prima vt respiciat motum per quodcumque spatium, prout determinatur ab extrinseco. Secunda est vnius speciei respectu motus recti: & gyratiui seu circularis. Tertia naturalis impotẽtia, quatenus afficiens subiectum reddit illud dimobile à proprio loco, & est naturalis potentia quatenus constituit subiectum capax impetus, quod inde probatur: quia experimur quædam facile, quædam difficilè proijci. His positis. 9

Quæ proijci possunt habent aliquam vim quæ dicitur proijcibilitas.

ART. V. *Opinio Auctoris.*

Prima Concl. motus proiectorum datur, vt patet experientia, sed modus,

Datur motus proiectorum.

quo

quo mouentur, ignoratur, vt etiam patet ex varijs opinionibus doctorum supra relatis.

2. Concl. Licet nullus ex modis positis sit impossibilis, vt patet: quia non habent implicantiam, nullus tamen est sufficiens, & causa adæquata motus proiectorum, patet ex dictis: quia supra ostendimus non posse saluari experientias, si solù dicat fieri motus ex rarefactione aeris, vel ex aere moto à projiciente, quod veheret proiectum, vel ex circumobsistentia aeris, vel quod aer antecedens proiectum, moueat subsequentem, vnde lapis insequitur, vt repleat vacuum: nam non potest assignari causa, quæ moueat aerem illum, vt optimè Scalig. loc. cit. Conf. quia videmus circũducto fundo amphora plenà aqua vsque ad collum, aquam ibi inclusam adhuc moueri, quiescente amphora, & tamen ibi nullus est aer, sed solus potest ibi aquam se habere vt aerem: quia est medium quoad illum motũ. Sed contra: quia ibi ipsa aqua mouetur, ergo debet dari virtus, quæ causet illum motum. Conf. alij: nam si ponatur carta satis ampla, quæ perforetur à sagitta, videmus sagittam moueri post cartã, & tamen non potuit tantus aer per illud ingredi, vt moueat sagittam, & idẽ patet de pila explosa à tormẽto seu bõbarda, q̃ trãsit per foramen. 3. Alij ex lapide appenso per filum, si aer circumstãs maximè mouetur, adhuc lapis non multum moueretur 4. experientia constat sagittas subtiliores longius, & vehemẽtius moueri ex balistis, calibæis, quã latiores, & crassiores, q̃ si motus fieret ab aere, contrariũ accideret: quia moueretur plus aeris, & esset maior condensatio.

Ex modis supra dictis non possunt saluari experientia.

16 3. Concl. Dari debet in proiecto aliqua vis elicitiua motus, patet, quia omnis effectus in actu debet habere causam aliquam in actu, à qua immediatè producatur, ergo motus proiecti debet habere causam actu existentem, quæ influat in motum illum; dum est separatum à projiciente.

Debet dari aliqua vis elicitiua motus in proiectis.

4. Concl. Hæc virtus, quæ mouet proiectum non est grauitas, vel leuitas, seu aliqua alia qualitas, qua res mouetur ad proprium locum, probant alij oriũtur à diuersis causis: nam grauitas, & leuitas, & similes fiunt in subiecto, ex primis qualitatib. hæc autem virtus non nisi ab agente expellente, at quę sunt eiusdem speciei habent causas easdem, vnde leuitas, & grauitas: qui specie distinguuntur exigunt in subiecto diuersas conditiones, & causas à quibus emanent; at non sic impetus: quia mouens sursum, & deorsũ est ab eodẽ agente. 2. alij quia nihil concurrit effectiuè ad motum contrarium suæ naturæ: nam si id semel admittatur non est, cur laboremus in actione antiperistica: nam dici posset calorẽ produci effectiuè à frigore: nã frigus, licet ex se tantum producat frigus tamen prout determinatur ex præsentia caloris producit calorem, at hic impulsus mouet deorsum cõtra naturã leuitatis, & mouet sursũ contra naturam grauitatis, ergo. Conf. quia nulla est virtus naturalis, quæ possit elicere motum ad varias differentias positionũ præsertim cum hoc sit proprium animalium, præsertim cũ nulla est necessitas taliũ motuum pro bono vniuersi, quod inde consequatur perfectio vniuersi: nam quod dicitur de grauitate, quæ mouetur sursum propter vacuum, primo falsum est, cum potius trahatur, quam se moueat vt suo loco ostendi. Secundo id est propter naturam vniuersalem, quæ intendit perfectionem vniuersi resultãtem ea vnione partiũ, sed ad hãc rationem primo Resp. in his argumentis supponi impetus omnes esse eiusdem speciei; at aduersarij dicunt esse diuersæ speciei, & qui mouet deorsum esse eundem specie cũ grauitate, & distinctũ specie ab eo qui mouet sursum, & idem cum leuitate, quare non mouent contra proprias naturas, sed contra, quia hac ratione deberẽt poni tot species impetus, q̃ sũt motus distincti, vt v.g. alius qui mouet antorsum, alius dextorsum, sinistrorsum &c. At hæc multiplicatio videtur fieri sine necessitate, cum possit saluari vnitas omnium impulsuũ specifica vt infra. R. 2. intellectũ producere contrarios actus, & potentiam motiuam animalem moueri ad contrarias differentias loci prout determinatur ab appetitu, ergo similiter grauitas, & leuitas possunt habere contrarios motus. Resp. Intellectum habere illam vim: quia determinatur à speciebus, quæ possunt contraria repræsentare, & similiter potentia motiua animalis: quia subditur imperio appetitiua, qui potest contraria velle ob ipsiua animalis perfectionem, potest producere oppositos motus, quæ omnia abiunt in casu nostro: quia nulla consequitur perfectio rei ex hoc motu, imò deturbatur perfectio, & prætetea determinans ad hunc, vel illum motum nihil tribuit grauitati, vt hæc possit mouere hoc, vel illo modo, quod non est in appetitu animalis: nam ab ima- ss

Intellectus determinatur à speciebus.

gina-

ginatiua illi repræsentantur obiecta, & appetitus applicat potentiam motiuam, & reliquas potentias animalis ad proprios actus exercendos. Deinde animal vt sic ratione animæ non habet locum determinatum, ad quẽ potentia motiua animalis sit determinata, vt est grauitas, & leuitas, & ideo habet propriã inclinationẽ, sed est indifferens ad plures motus, & ideo indiget determinari ab appetitu.

Leuitas, & grauitas ex natura sua exigunt diuersas causas, et dispositiones in subiecto.

3. Alij probant ex diuersitate originis, & dispositionis. Nam quæ sunt eiusdem speciei, habent ex natura easdem causas effectiuas, & exigunt easdem dispositiones in subiecto, alioqui haberent principium intrinsecum diuersum. Sed leuitas, & grauitates exigunt ex natura sua diuersas causas, & dispositiones in subiecto ex impetu: quia hic producitur à proijciente, illę à complexione qualitatum, & impetus supposita aliqua grauitate &c. vt dispositione, & per se non requirit similes qualitates; At nec grauitas, nec leuitas supponunt grauitatem in subiecto, & intrinsecè exigunt subiectum dispositum per qualitates primas. Conf. nam quæ habent formales effectus diuersos sunt diuersæ speciei, at impetus habet effectus formales diuersos ab elementarijs qualitatib. ergo: minor prob. quia effectus grauitatis opponitur effectui leuitatis, & cõtra, vnde sunt in cõpossibiles secundũ gradus, nã intensio vnius minuit intẽsionẽ alterius, sed effectus formales impetus non sunt incõpossibiles cũ effectib. formalib. illarũ, nã graue proiectũ sursũ ab impetu nõ minuitur secundũ grauitatẽ, nec leue proiectũ deorsũ, ergo impetus illi distinguũtur specie ab elementarib. virtutib.

12 4. Probari potest ex motu ipso. Nam virtutes motiuæ, quæ habent à natura diuersos terminos, specie distinguuntur, vt ostendimus in lib. de Cælo agentes de his virtutibus: nã ex natura specifica id habẽt. At termini virtutum elementarium distinguuntur à termino virtutis impressæ, etiãsi moueant secudum eandem partem, ergo sũt distinctæ speciei, minor prob. à grauitate terræ, quæ non quiescit nisi in centro, & grauitate aquę, quæ quiescit supra terram, & sub aere, & idem proportionaliter dicẽdum de leuitate aeris, & ignis. At impetus definit mouere deorsum vsque ad certum terminum à proijciente determinatum, & similiter impetus mouens sursum.

Dices 1. Sicut datur naturalis potentia passiua, qua peoiecta proijcibilia sunt, ita etiã debet dari actiua, quæ sit idem realiter cũ põdere; nam cum hoc debuerit necessario tribui rebus, & habeat vim respectu vtriusque motus, nullum sequitur absurdum, si fuerit tributum: nam natura tribuens hãc vim non intendit motum innaturalem, sed naturalem, & cum huius causa est concomitanter coniũcta, etiam causa motus innaturalis vt accidit in alijs, sicut dispositio Rabarbari, fuit tributa propter formam principalem, licet etiam habeat vim purgandi bilem, sic etiam calores conueniunt rebus: quia necessario resultant ad eas, qualitates, q̃ erant necessariæ tribuendæ rebus.

Natura nũquam tribuit rei potentiã actiuam ad id quod illi opponitur.

Resp. naturam nunquam tribuere potentiã actiuam rei ad id, quod illi opponitur & destruit perfectionem subiecti, nisi aliquando per accidens, passiuam verò est necessariũ tribui: quia ponitur, vt subijciatur agentibus contrarijs ad varias formas recipiendas, sed nulli est tributa vis actiua, quę producit motum directè oppositum naturæ subiecti. Dices 2. id expresse videtur dictum ab Aristotele 3. cal. 28. Resp. loqui de aere: quia leuitas cum grauibus, & grauitas cum leuibus, non de ipso projecto vt alibi explicatum est; nam loquitur de instrumento, quo vtitur natura ad motum naturalem, & innaturalem, & illud ait esse aerem, per quod mouentur grauia, & leuia, & vtrumque motum ipse adiuuat: nam cũ ex natura sua petat esse sub igne, & supra aquam, & terrã, dũ in ipsa reperitur ignis, sicut ignis ascẽdit, vt sit supra aerem, ita aer qui est supra ignẽ ex sua virtute descẽdit, vt sit sub igne, & similiter dum lapis per aerem descẽdit, pars aeris inferior ascẽdit, vt sit supra lapidem, & hinc dicitur aee grauitare, & leuitare, & hæc mens Arist. à veteribus cognita, & à recentioribus ignorata, sed de huius mente videbimus.

13 Qualitas hæc est distincta à qualitatib. proprijs subiecti.

5. Concl. Probabile est, hanc vim esse qualitatem quandam distinctam à qualitatibus proprijs subiecti, quæ dicitur impulsus. Probatur. Primo ex signo nam videmus non moueri lapidem, nisi ipse tangatur à proijciente, etiamsi moueat aerem circumstantem vsque ad lapidem, modo non tangat lapidem. At inquies proijciens tangere quidem proiectum secundum partes immediatas, non autem mediatas, & tamen illa mouentur sicut immediatæ, ergo debet dari immediata causa illius, quæ non potest esse impetus: quia mouens localiter moueret distans. Neq; dicas, illum non esse terminum motus, sed alterationis:

quia

quia neque potest producere qualitatem in distana. Resp. aliqui, esse diuersam rationē motus localis, & alterationis: quia terminus illius non est productiuus alterius, & terminus alterationis, qui est impulsus est productiuus alterius, quare ille cum proijciente vt causa adæquata producit impetum in secunda parte proiecti, sed nō est hæc Responsio necessaria: quia alterans dum producit eandem in medio, & extremo producit simul in totam sphærā iuxta ea quæ diximus. Deinde in continuis duris non potest moueri vna pars etiam localiter, quin moueatur totum, aliter diuideretur, & hinc si potentia motiua non potest superare resistētiā totius nihil illius pōt mouere, causa aūt horū alibi dicetur. Conf. 1. quia eo tendit sagitta quo dirigitur à proijciēte, ergo aliquid sagittę imprimitur: nam motus, ita directus non potest tribui aeri ob sui volubilitatem, vnde videmus aquam descendentem diuidi circa finem motus, & hoc propter concursum aeris propellentis aquam cum magna fluctuatione. Cōf. 2. quia proijciens habet vim causandi motum, ergo etiam causandi virtutem motiuam: quia aliter non posset causare huiusmodi motum, cum proiectū ab ipso separetur, nisi loco sui substitueret virtutem motiuam aliquam, & hanc videtur sequutus Phylosop. 4 phys. 68. vbi ait hunc motum fieri posse etiam in vacuo,

Quæ distinctio motus localis, & alterationis.

14 2. Probatur: quia non potest assignari ratio, cur motus hic sit velocior paulo post initium, vt colligitur ex maiori ictu, quam ipso initio, vel in fine, vt patet ex cæl. 39. quod esse nō potest, nisi quia durat aliquo tempore virtus impressa, et adiuuatur à maiore concursu aeris paulo post initium quam in ipso initio, vel in fine, vel circa medium, tamen incipit minui impetus, vt infra dicemus, cur bombardæ, quo longiores, eo pilas velocius, & longius explodunt: quia scilicet ignis genitus ex puluere plus impetus imprimit toto illo tempore. 3. Cur plus iaciuntur globuli madidi, quā sicci, nisi quia cito stringuntur digiti, at nucleus madidus, cito elabitur, & concipit impetum. 4. ex motu lapidis proiecti contra validissimū vētū, quo totus aer cōmouetur in contrarium, non enim ille motus fieri potest ab aere moto in contrariā partem. hæ & illæ experientiæ afferuntur pro hac virtute impressa, quæ vltro omitto.

Ratio cur motus sit velocior paulo post initiū quā initio vel fine.

ART. VI. *Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.*

Sed contra hanc conclusionem primo obijciunt multa loca Aristotelis 1. est 4. phys. 88. vbi ait, dupliciter moueri proiectum à medio, primo per circumobsistentiam, quod refellit 8. phys. 82., secundo quod aer pulsus pellit aliam partem aeris, & hæc proiectum, & sic consequenter, & hanc rationem amplectitur 8. phys. & Cōfirmatur; quia ibidem ait, motum hunc nō esse continuum, sed contiguum: quia mouens non est vnum, sed plures partes aeris successiuè mouentes proiectum, 2. est 3. cæl. 28 vbi ait, motum violentum fieri immediatè ab aere. Confirm. quia vnde ait, si non esset tale corpus, non esset motus violentus. 3. est 2. cæl. 35. vbi ait magis moueri proiecta in medio, quā in principio, vel fine, quod si virtus motiua esset virtus impressa, non ita esset: nam ea maximè vrgere deberet initio. 4. lib. de som. initio cap. 2. vbi expresè dicit mouens mouet aerem, & hic motus mouet alium, & ita vsque ad finem motus, fiet in aere, & humidis. 5. de diuina: per somnum vbi eū quis mouet aquam, & aere in hoc aliud mouet, idem pene in Mech. q. 33. & 11. sect. probl. in 6. vbi inquirens, cur proiecta cadunt. Resp. quia aer non potest amplius impellere aerem, vel telum.

15 *Explicātur multa loca Aristotelis.*

Resp. 1. Georg. loqui Aristotelem secūdum opinionem famosam suæ ætatis, & redditur probabile, quod nullibi Arist. de ea quæstione de proiecto tractauerit, sed incidenter vt explicaret omne, quod mouetur ab alijs mouetur 8. phys. 82. & 4. phys. 68. improbat antiquos ponentes vacuum ex motu proiectorum, & opinionē antiquorum eo tempore communem, & 3. cæl. explicat naturam aeris, quæ conducere potest ad motus naturales, & violentos, & de somnijs cap. 2. dicit, vt explicet per illam similitudinē proiecti, quomodo fiunt somnia ex sect. 6. Alias, ad quod explicandum satis erit vti opinione antiquorum, sed non omnino satisfacit: quia in 8. phys. proposuit expresè quæstionem, & videtur causam reijcere in aerem, & confirmatur: quia ex hoc vult assignare rationem illius principij philosophorum, qua scilicet, ratione mouens sit simul cum re mota. Vnde Resp. 2. quod ex dictis Aristotelis non potest colligi opposita sententia: nam

Arist. loqui secundum opinionem famosam suæ ætatis.

solum

solum ait Aristoteles, quod mouens mouet aliquem aerem, vel aquam, vel aliquid tale, quod natum est mouere, & moueri, ex quibus verbis non potest colligi, quod moueatur proiectũ à medio. Sed contra: quia Aristoteles affert hæc verba, vt reddat rationem illius quæsiti, à quo proiecta moueantur. Vnde 3. Resp. Niphus, & alij, Aristotelem non negare virtutem impressam: nam illã videtur innuere 3. cæl. 28. ibi velocius enim imprimens tendit vtrique, & potest adduci locus ex q. 32. & 33. ex Mæchanicis vbi cessare ait motũ: quia cessat potẽtia impellẽs nomine aũt potentię, ibi intelligũt virtutẽ impressã vt ibi Piccolomineus, & 4. phys. 74. Sed tribuere illum motum aeri, quem concurrere, non negamus: quia ex eo dicto erat motus, motorem esse distinctum à mota re, quod inde patet: nam motum etiam naturalem videtur tribuere, 3. cæl. 28. etiam medio, sine quo, inquit, non fieret motus naturalis, & hac responsione satisfit locis ex 4. & 5. loco citatis Et confirmatur, quia in motu naturali ait augeri grauitatem in fine motus naturalis, per grauitatem autẽ intelligit fortasse impetum. Vnde ad singula loca,

16 *Explicatur primus locus Arist.*

Resp. ad primum 4. phys. loquitur contra ponentes vacuum propter motum localem, vnde probat non dari vacuũ, vnde sufficit Aristoteli, si probet ad motũ proiectorum concurrere medium, etiamsi ad huiusmodi motum concurrat etiam virtus impressa, siue iuuetur hic motus ab aere per circumobsistentiam, siue per motum, siue alia ratione, quam in 4. phys. non determinat, sed in 8. determinat, quomodo aer iuuet illum motum. Ad conf. etiamsi hic motus non esset continuus ex diuersitate motorum, non esset contra nos: quia licet virtus impressa sit vna, tamen partes aeris mouentis, & adiuuantis motum sunt diuersæ; præterquam quod ibi Aristot. per continuum intelligit vniformem: quia difformitas dicit diuisionem quandam: nam pluritatem mouentium non impedire continuitatem motus, alibi diximus. Ad 2. locum ex 3. cæl. iam patet, & ad cõf. Resp. illum locum maximè fauere opinioni dicentium, quod in vacuo nulla fieret motus,

An in vacuo fieret motus.

vnde Auer. in motu etiam naturali putauit esse necessarium medium; nam grauitas per se mouet medium, & per accidens seipsum; tum quia ex 4. phys. 71. inter mouens, & motam rem debet esse resistentia, sed hinc non colligeretur, non dari virtutem impressam, sicut neq; colligitur, non dari grauitatem in lapide, sed quia id est falsum, vt D. Th. 3. cæl. 28. aduertit; nam etiamsi non fieret motus in vacuo, tamen id esset: quia plenum requiritur, vt fiat resistentia aliqua requisita, vt motus sit successiuus, tamen adhuc inquiri debet principiũ efficiens motus, ideò Ego aliter Resp. secundum Aristotelem requiri medium ad motum violentum, non quod sit causa totalis, sed quia est causa coadiuuans virtutẽ impressam, sine quo hæc virtus non posset exercere suum munus; quod an rectè detur ab Aristotele, ipse viderit. Ad 3. locum Resp. Nor. Ibi ab Arist. distingui motus irregulares, quorum aliqui habent maiorem velocitatem circa finem, & hi sunt motus naturales, quod etiam 5. phys. 61. 8. phys. 76. & 1. cæl. 88. dixit, aliqui habent maiorem velocitatem in eo, vnde motus idest contrario motus, & huiusmodi, dicit esse motus innaturales 5. phys. 61. cęl. 87. & in his numerari debet motus proiectorum, vt id est aliqui sunt: quia in medio habent maiorem velocitatem, vt motus proiectorum, per proiecta autem quid intelligat non satis constat. Nam Alex. intelligit, quæ mouentur innaturaliter, sed transuersaliter, vt sagittæ, quæ cum iaculantur per lineam transuersalem, velocissimè mouentur, vnde intelligit non medium inter terminum à quo, & ad quem, sed circa locum: nam quæ transuersaliter mouẽntur, non mouentur à medio ad medium, sed circa mediũ. Sed contra: quia Aristoteles distinguit tria mobilia, quorum vnum mouetur velocius in fine motus, aliud in principio, tertium in medio: quare debet intelligi de medio quod interijcitur inter terminum à quo, & ad quem. 2. Simplicius D. Th. Auer. Niph. Alb. Maioragius ibi per mota innaturaliter intelligunt inanimata, quæ ab extrinseco mouentur, & hæc mouentur velocius in principio: quia propinquiora virtuti mouenti. Per proiecta autem intelligunt animalia, quæ ita proijciunt sua membra, dum progrediuntur, & hinc mouentur velocius circa medium: quia initio non habent organa, ita laxata, & exercitata ob copiam vaporum, & excrementorum, quæ continentur in membranis articulorum, & neruis, in fine verò habent spiritus valdè debilitatos, quare in medio melius mouentur; quia habent virtutem excitatam, & membra sũt melius disposita, quę expositio vera est. Nã motum violentum fieri tardissimè in fine

17 *Medium ad motum violentum est causa coadiuuans virtutem impressam.*

Inanimata ab extrinseco mouẽtur & velocius in principio.

præter experientiam patet à posteriori: quia si virtus augeretur in fine, non finiretur: & à priori: quia virtus impressa continuè debilitatur. Sed tunc obstat experientia: quia videmus maiorem ictum fieri post aliquod spatium, quam initio, ergo nõ benè dixit Aristoteles, mota violẽter velocius moueri initio. Resp. Aristot. per principium motus intellexisse aliquam mediocrem distantiam, & non partem motus maximè proximam termino à quo, & illam partem dixit esse omnium partium aliarum velocissimam, vnde illa pars, secũdum quam incipit augeri motus, non dicitur medio, sed principium: quia est propinquior termino à quo, & post illam motus incipit fieri tardior. In motu verò animalis progressiuo augmentum motus non fit, ita proximè termino à quo, & ideo debet fieri circa medium. Sed adhuc dices, cur projecta cum habeant virtutem impressam initio, ita intensam, vt quando mouetur in illa mediocri distantia, non moueat saltem æquè velociter cum primum incipit, vt postea? Resp. Georg. hoc ideò esse: quia licet impetus initio impressa prius in partẽ quam tangit projiciens sit fortissimus, tamen in partibus distantibus est debilissimus, quare initio, impetus non est in toto projecto æquè fortis, deinde verò cum est æquè fortis in omnibus partibus velocius mouetur projectum, sed hæc, Resp. habet multas difficultates primo: quia idem cõtingit in projecto quod secundum omnes partes comprehendatur à projiciente. Secundo à quo impetus intenditur cum alijs partibus fuit maior. Vnde Resp. D. Tho. ibidem, rationem esse: quia perseuerat non multum debilitata virtus impressa, & præterea fit maior concursus aeris impellentis per aliquod spatium, in fine autem non ita: quia licet fiat concursus aeris, minuitur tamen virtus impressa quod non est in motu naturali: nam semper manet eadem gravitas, & accedit concursus aeris, & ex his patet ad reliqua loca, & ad Peripateticos, qui huiusmodi loquendi modum Aristotelis sequuntur. Nam Simplicius licet 8. phys. 82. comm. 104. dicat aeri ingeri motum permanentem, & non sagittæ; tamen per motum permanentem intelligit, vel virtutem, quæ moueat independenter ab alio adiuuante, cuiusmodi non est impetus sagittæ impressus: quia requirit cooperationem aeris, vnde 3. cęl. 28. dicit, an talis impressio fiat aeri tantum, an etiam lapidi projecto, vel per motum permanẽs, intelligit virtutem immediatè causatiuam motus. 2. Obijcitur: tertiò non apparet causa efficiens huius virtutis: quia maximè esset projiciens, sed hic non potest, tum quia eadem manu produceret nunc grauitatẽ, nunc leuitatem ad libitum, tum quia vel produceret per motum localem, & non, quia terminus huius est tantum vbi, & non forma aliqua 8. phys. 59. vel per alterationẽ, & deberent præcedere aliquæ dispositiones: tum 3. quia vbi posset projiciens vti aliquo instrumento, quod nullã habet vim actiuam, vt si daretur materia quanta præcisa omni alia qualitate, & tunc fieret projectio, & tamen nulla esset virtus actiua, quæ immediatè produceret illum impetũ. Conf. quia si esset aliquis globulus materiæ cælestis, posset adhuc projici, & tamen non est capax alterationis. Resp. Produci à projiciente toto tempore pulsionis, non quod producatur per motum localem vt per actionem, sed quod ille sit conditio requisita, vt potentia illum produci per actionem, quod colligimus: nam quo plus res pellitur, eo velocius deinde mouetur, vt si circumducatur bracchium, velocius mouetur projectum, vnde cum chorda est longior, maiorem ictum facit projectum, & totum et ara de arcu, vnde experimur si chorda arcus in medio cũtiu teneatur, antequam tota extendatur, iam sagitta mouetur. Hinc patet solutio multorum Problematum 1. cur projectum plus funda iacitur, quam manu? nam quod velocius mouet, fortius pellit, quod autem mouet per maiorem circulum citius mouet. 2. Cur hastæ longiores cæteris partibus magis feriunt? Resp. quia acies magis distat à manu, & ideò ratione circuli velocius mouetur, & addit Card. l. 17. de subtilitate: quia cum habeat maius pondus maioribus viribus mouetur. Neque valet ratio Veneti, quod habet maiorem virtutem motiuam: nam vt sic habet maior virtus ad maius mobile, ita parua ad paruum, vnde quomodo se habet paucum plumbum cum paruo subere, ita magnum cum magno, & ex his patet ad instantias; Ad primum facilè possent respondere: quia hunc impetum putãt distingui tantum formaliter à mobili: nam ad illius productionẽ non requiritur magna virtus, sicut neque ad productionem motus. Ego aliter Resp. hanc virtutem esse generalem, quæ continetur sub eodem genere, sub quo continentur qualitates motiuæ

Maior ictus fit post aliquod spatiũ quã initio.

Augmentũ motus animalis progressiui quo modo fiat.

18 *In fine minuitur virtus impressa in projectis.*

19 *Quæ sit causa efficiens huius virtutis.*

Virtus illa producitur à projiciente toto tempore pulsionis.

Hastæ longiores magis feriunt quia acies magis distat à manu, & ratione circuli velocius mouetur.

tiuæ

tiuæ elementorum, ob similitudinem operationum, vnde distinguitur realiter à mobili: nam cum sit principium motus repugnantis naturæ rei, non videtur posse poni ipsummet mobile, vt recipiat modum quendam, quo principiet motum. Sed contra inquies, si recipit motum qui magis illius naturæ repugnat, multo magis poterit recipere virtutem motiuam, quę minus aduersatur. Resp. distiĉtionē realē nō arguī præcise ex illa oppositione, sed ex eo quod est principium actiuum mouens subiectū, in quo est sine inclinatione, imò cum respectu ad illum. Hoc autē videtur esse idē realiter, cum priore entitate, inter quæ est separabilitas mutua per potentiā Dei. Neq; est absurdum, tribui hanc vim proijcienti: nam qualitas hæc facilè producitur cum careat contrario in subiecto, vt infra, & producitur per alterationem, licet insensibilem in se, requiritur tamen motus localis, sicut producitur situs, qui, licet careat contrario, producitur tamē in tēpore: quia pendet à motu, sic etiam hæc virtus generatur cum motu mouentis, & rei impulsæ, vnde currens velociter, nòn potest se statim sistere, & hinc fortè est, quod motus naturalis est velocior in fine: quia scilicet imprimitur impetus hic, quod fortè Aristoteles 1. cæl. 88. & in 6. Eth. q. 19. voluit, dum dixit augeri grauitatem .i. ex hoc impetu habente modum mouendi: quem habet grauitas. Hinc patet, cur Rota circumagatur? nam quælibet pars dum tendit deorsum, impellit se ipsam, & quælibet impellitur ab alia, cū tendit sursum; Hinc 4. etiam est, quod chorda arcus post ictum tremit tamdiù, quia maximo impetu redeundo, paulò vlterius progreditur, & sic deinceps, donec minuatur impetus, & ex his patet ad secundam instantiam. Ad 3. positis illis casibus. Resp. si non habet vim impellendi, neque imprimere posse impetum: nam vnumquodque, quod habet vim impellendi, habet etiam vim producendi hanc qualitatem, quare sicut aliqua habent vim impellendi per proprias formas mediante quantitate dura non cedente, ita etiam habēt vim producēdi hanc qualitatem, si vero non haberent ex se virtutem impulsiuam, neque possunt producere hāc virtutem, sed si impellunt, vt instrumentū alterius, ita etiam vt instrumentum effectiuè concurrunt ratione virtutis communicatæ à principali agente ad productionem huius qualitatis, est autem hæc virtus productiua huius qualitatis ipsamet potentia motiua, siue animalis, siue rei inanimatæ, imò ipsemet impetus, si dum promouet corpus, impellit aliud corpus occurrens, habet vim imprimendi hanc qualitatem. Quod si esset materia Cæli existens hìc nō posset recipere hanc qualitatem; non quia alterari non posset: nam recipit hanc qualitatem ab intelligentia, sed quia materialis potentia motiua, vt possit imprimere hanc qualitatem requirit in se aliquam grauitatem, vt experiētia patet. Quod si hæc ratio non obstat, existimo posse illi imprimi hanc qualitatem: quia non fit per alterationem corruptiuam dependenter à primis qualitatibus, quarum sunt incapaces Cæli, sed per alterationē indifferentis rationis. Dices. Sunt aliqua, quæ resistunt ad contactum alterius, vt cum pila parieti allidítur, tunc non potest assignari causa efficiens illius motus, præter aerem. Nam non imprimit paries, cum ipse non moueatur, non mouet aliud: nam agens physicum localiter non mouet, nisi ipsum moueatur; neq; à proijciente, tum quia vel est prior impetus & ille non manet, tum ob quietem in pūcto reflexionis: nam impetus hic desinit esse, cum desinit mobile mouere, tum quia non potest idem impetus contrarios motus efficere; vel est nouus impetus, tunc nō apparet, quomodo producitur à proijciente in rem distantem, quam nulla ratione tangit. Resp. 1. idem argumentum vrgere aduersarios: nam si post tantillum temporis proiectum quiescit, non esset ratio, cur ab aere circumstante moueretur, cum experiamur aerem circa proiectum quantūuis commotum, si proiectum tantillum quiescat, non habere vim amplius promouendi, ergo similiter si quiesceret in pūcto reflexionis. Vnde Resp. si est quies in puncto reflexionis, producì à re illa, quæ occurrit, vt si pila repercutitur à pariete, ab illo recipit nouum impetum: nam duæ illæ res occurrentes mutuo pellunt se, & debilior cogitur retrocedere. Neque obstat, quod paries quietus manens imprimat hanc qualitatem: quia ratio imprimendi in hoc casu non est motus imprimentis, sed contactus fortis vnius rei ad aliam, per quem vna impellitur, & ideò quando mobile quiescit, oportet vt imprimēs moueatur ad fortius tangendum, quando verò mobile tantum mouetur, oportet vt imprimens quiescat vt in contrariam partem mouere possit, tum vt contactus sit

20 *Qualitas illa facile producitur cum careat contrario.*

Rota quomodo circūagatur.

Materialis virtus motiua vt possit imprimere hanc qualitatem requirit aliquam grauitatē.

21 *Pila repercussa à pariete accipit nouum impetum.*

aptus ad imprimendum impetum, vnde etiam est, quod quanto res, quæ retrocedit fortius mouebatur, & tangit parietẽ, tanto fortius retrocedit, quando res, quæ occurrit, est fortis, & dura: quia tunc contactus est fortior, vnde maior impetus imprimitur. Dices. Cur non ita est in alteratione, vt quanto vis agentis sit maior, tanto reactio passi sit etiam maior? Resp. quia per actionem contrarij remittitur vis resistiua contrarij, & ideò quo actio est maior, eò minuitur vis resistiua, sed per motus localis contactum non remittitur vis resistiua, quæ est durities, & aliunde crescit conditio, requisita ad imprimendum impetum, ideò maior impetus imprimitur. 2. Alij dicunt, produci illum impetum ex motu ipsius pilæ, quæ cum ex contactu alterius comprimatur, quærit se rarefacere & reducere ad pristinum statum, & ex illo motu, qui consequitur rarefactionem, impellit se: vnde ea plus resiliant, quæ possunt plus condensari cum aliqua vi; sed non video qua ratione tam parua rarefactio possit efficere tantum motum: nam rarefactio respondet condensationi, q̃ nõ multa fuit. 3. Resp. alij produci à projiciente: nam perseuerat idem impetus qui potest ob resistẽtiam alterius corporis causare reflexe motum: nam quem motum directè effecisset, efficit reflexè, & ob id negãt in puncto reflexionis necessariò esse quietem. Sed per reflexionem potest quidem effici effectus eiusdem rationis cum effectu directè, qui productus fuisset, non tamen potest efficere effectum oppositum, qualis est motus retrocessionis, cum motu progressionis; ideò non discedendum à dictis supra.

An ille impetus producatur ex motu ipsius pilæ.

13. Obijcitur, quia si daretur impetus, projectum perpetuo moueretur: quia nunquam semel productus posset corrumpi: nam nõ corrumpitur à contrario: quia hæc maximè esset virtus motiua naturalis projecti, sed hæc non aduersatur illi virtuti, cum nõ remittatur ex aduentu impetus, ea autem, quæ sunt contraria, non possent simul esse in eodem subiecto, nisi alterum remittatur. Neque corrumpitur ex defectu conseruantis; quia hic maximè esset projiciẽs, sed non ita: quia durat virtus, etiamsi projiciens statim intereat. Respond. aliqui, vt Georg. corrumpi à medio resistente, & virtute resistiua projecti. Alij 2. corrumpi à

Quomodo corrumpatur impetus.

22 forma projecti: quia est contra inclinationem naturalem ipsius, sicut corrumpitur calor ab aqua. Sed his illud obstat: quia corruptio, quæ fit à contrario, est per actionem aliquam contrarij, actio autem agentis, vt corrumpat aliud, debet producere aliquid alteri incompossibile. Ideò 3. R. 23
hanc qualitatem esse mediæ cuiusdam naturæ inter omnia permanentia, & omnia successiua; nam non est omnino ens successiuũ, cuius nulla pars existit simul cum alia, neque ita permanens, vt ipsa non possit desinere sine alterius actione, sed esse mediæ naturæ; nam vt habet partes sui simul, conuenit cum re permanente, sed vt partes habent periodum suæ durationis ita vt sine alio corrumpantur, conuenit cũ successiuo: quia natura huius qualitatis est, vt tantũ duret positis his, & illis circumstãtijs, & hæc mihi placet, & probabile est per aliquod tempus durare sine remissione, cũ velocius moueat, deinde vlterius remitti vniformiter. Et ratio est: quia cum producatur à projiciente destinante illam vsque ad talem terminum, dat illi virtutem durandi vsque ad talem terminum, iuxta rationem motus maioris, & minoris, per quem est impressa, vnde fit vt Deus destiner illam conseruare definito tempore necessario ad perficiendum illum motum, etiamsi per accidens, & præter naturã aliquando non perueniat, vel vltra progreditur; quia instrumentum motiuũ nõ obedit projicienti præcisè secundũ eius appetitũ, sed secundũ modũ, quo mouens imprimit virtutẽ maiorẽ, & minorẽ. Alij 4. dicunt corrumpi: quia sicut ad sui productionem requirit motum in subiecto, ita ad sui conseruationem, quare cum producitur, pendet à motu, quem projectum recipit à projiciente, ita conseruatur à motu, quem causat, & est sicut sonus qui sine vlla actione corrumpitur solum: quia desinit motus, quem requirit vt sui dispositionem. Sed contra: quia nunquam deberet finiri motus: nam prius est ipsam deficere, quam motus desinat, cum præsente ipsa semper fiat motus, sed ipsa non desinit esse, nisi desinat motus, ergo nunquam desinet, dũ existit, causare motum. Secundo quæro, vel pendet à motu præcedente, vel à sequẽte; non à sequente: quia nihil potest pendere in existentia ab existentia sui effectus, neque à præcedente motu: quia ille post instans B. v. g. non est. Conf. quia cum in instanti non sit motus, non poterit in eo instanti existere. Quod si dicas, sufficere ad eius conseruationem indiuisibile motus, tunc contra, quia non desineret extrinsecè,

Qualitas hæc est mediæ cuiusdã naturæ inter permanentia, & successiua.

Vnde corrũpatur hæc qualitas impressa projectis.

secè, vt motus, vnde in instanti, quo dicitur nunc non est motus, & immediatè ante erat, est verũ dicere, nunc est qualitas hæc, & immediatè post non erit, sed hoc esse non potest: quia non est ratio, cur immediatè post non sit: nam possèt producere motum sui conseruatiuum, quæ ratio est optima, vt dicatur non conseruari à motu quem ipsa efficit. Nisi dicatur esse ita paruum, vt non possit amplius mouere ob resistentiã medij, & proiecti. Sed motus dici potest conseruari in subiecto moto ab aere, non ab ipsa virtute impressa, quia cum motus aeris paulatim minuatur, sic etiam virtus impressa, donec omnino deficiat. Qui modus dicẽdi esset optimus, sed ostendi debet, quo mouetur aer: nam ille motus cum non sit à virtute intrinseca, debet esse ab extrinseca, sed dici potest moueri primam aeris partem à proijciente, & hãc aliam, & sic consequẽter, & quia virtus partium sequentium non mouet sẽper vniformiter, sed semper minus, ideo et à nos producitur, vsque dum ita minuatur, vt nequeat amplius mouere, ob resistentiã proiecti, & medij, & tunc corrũpitur cessante dispositione necessaria ad eius conseruationem. Hic modus dicendi, non est improbabilis, sed quia hic modus non est vniuersalis .s. respectu motus in vacuo, si daretur, ideo alter modus, quo dicitur ex natura sua paulatim deficere, & non conseruari à Deo iuxta exigentiam naturæ habentis tantam periodũ alterationis probabilior est. Ex hac necessitate motus vt cõseruetur impetus, aliqui Recentiores putarunt, huiusmodi auctores opinari, impetũ non posse conseruari sine concursu ad motum etiam per potentiam Dei, & laborant, vt ostendant inter causã effectiuã, & effectũ non esse tantã connexionem, vt nequeat per potentiã Dei separari: sed frustra; quia Doctores solum requirunt motum in subiecto, vt dispositionẽ necessariã ad cõseruationem impetus, siue ab ipso impetu producatur, siue ab alia causa. 2. neque loquũtur in ordine ad potentiam Dei, sed ad causas naturales. Dices. Si motus productus ab aere in subiecto est conditio, vt conseruetur impetus à Deo in subiecto, an inhæreat, cum corpus non moueat, nisi motum, à quo aer mouetur vt moueat proiectum. Resp. fuisse aerem motum vel à proijciente, per successionem partium motarum, sed contra: quia non videtur in omnibus sufficiẽs, vt supra. Resp. 2. produci ab ipso

Vnde uis impressa conseruetur.

24 *Motus requiritur in subiecto vt dispositio necessaria ad impetũ.*

impetu: nam dum mouet proiectum mouet aerem, vnde fit, vt motus præcedens conseruet virtutem, pro motu sequenti, & sic retrocedendo vsque ad primum proijciens: nec mirum est conseruationem alicuius rei prius productæ pendere ab aliquo suo effectu: nam etiam forma subst. animalis conseruatur à suis dispositionibus ab ipsa emanantibus, in quo video errasse aliquos Recentiores, dicentes virtutem impressam conseruari à solo Deo.

4 Obijcitur ex Georg. quia vel est motus vel qualitas, non motus, cum idem non sit causa sui ipsius, neque qualitas: quia neque prima, vt patet: neque secunda: quia fit ex primis Conf. quia quodlibet proiectum moueretur naturaliter: quia à principio intrinseco. Resp. esse qualitatem secundam largè accipiendo, idest negatiuè, pro omni scilicet, quæ non est qualitas prima, neque omnis qualitas secunda causatur à primis, nisi qualitates secundæ propriæ, & positiuæ. Ad conf. mouetur à principio intrinseco violento, non connaturali: quia hic impetus est ab extrinseco impressus contra naturam proiecti, neque in maiori corpore, licet sit maior impetus extensiuè producetur velocior motus: quia ad velocitatem motus concurrere debet intensior impetus non extensior.

Virtus illa est qualitas secunda largè accipiendo.

5. Obijcitur: nam si darentur huiusmodi impetus, vel essent eiusmodi speciei, & non, tum quia causant diuersos motus, scilicet sursum, deorsum, dextrosum, & circularem, &c. tum quia habent diuersã resistẽtiã: nam si impetu mouentur deorsum, non resistit grauitas, imò ab ea conseruatur, & ei resistit leuitas, contra verò est in impetu, qui mouet sursum. At quæ sunt eiusdem, speciei essentialis, habent effectus consimiles, & ab iisdem naturaliter conseruantur: vel diuersæ speciei, & non videtur necessarium: quia hæc virtus non mouet per se sursum, vel deorsum, sed tantum effectus eius est separare proiectum à proijciente, vel secundum totum, vt in motu recto, vel secundum partes, ita vt secundum vnam partem separet, & aliam approximet, vt in circulari, & ideò, etiamsi sit vnius speciei, potest omnia illa præstare. Quod confir. ex eo, quod ita proiectum moueretur extra mũdum, si essent alia requisita, sicut intra mundum, quod sicut ibi non respicit sursum, & deorsum, quæ ibi non sunt, ita neq; hic, licet sint: quia hæc per accidens se habẽt ad huiusmodi motũ. Quod nõ est mirũ

25 *An eiusdem vel diuersæ sint speciei.*

nam

Eadem virtus magnetis trahit sursum, & deorsum.

nam eadem virtus magnetis sursum, & deorsum trahere potest ferrum: quia ad huiusmodi motũ per accidens est sursũ, vel deorsum: nam qualitas illa, intendit tantum coniungere ferrum magneti; ita etiam, est in casu nostro. Dico primo. Probabile est esse eiusdem speciei: patet ea dictis: quia distinctio, & identitas specifica virtutis spectanda est ab actu, quem per se primo respicit, & nõ quẽ habet p accidẽs, sed motus, qui per se primo ab hac virtute recipitur, est eiusdem rationis: quia est separare proiectum à proijciente, & alia diuersitas illius motus, i. sursum, & deorsum per accidens illi conuenit; ergo inde non potest variari species, sicut neque ex contrarijs, vel conseruantibus, ex quibus oriuntur, & conseruantur. Dico 2. probabile est virtutem mouentẽ sursum, & deorsum esse diuersæ rationis specificæ: nam licet vtraq; separet proiectũ à proijciẽte, in diuerso modo proijciens debet mouere, vt diuersã virtutẽ imprimat; ita Georg. loc. cit. Dico 3. idem de mouẽre circulariter à

26 *De motu circulari deorsum, & sursum.*

mouente deorsum, vel sursum: nam virtus mouens circulariter, & recte non est cur non differat essentialiter: quia in hoc motu non potest dici, quod per accidens est, vt moueat sursum, vel deorsum: nam virtus mouens sursum, & deorsum dici posset nõ differre, vt causantur à proijciente, sed motus vt circularis differt à motu sursum, & deorsum, abstrahendo ab omni loco sursum, & deorsum: quia intrinsecè, & ex propria ratione est diuersus a recto, & ideo causari debet à virtute diuersæ rationis à virtute causatiua motus recti. Dico 4.

Virtus illa specie distinguitur à virtutibus motiuis elementorum.

Huiusmodi virtus specie distinguitur à virtutibus motiuis elementorum: quia causat motum repugnantem motui causato à virtutibus elementorum in subiecto, in quo sunt illæ virtutes. Conf. quia si impetus mouens sursum esset eiusdem speciei cum leuitate, dum lapis mouetur sursum, vel deberet remitti lapidis grauitas, vel gra uitas in summo posses esse in eodem subiecto cum aliquibus gradibus leuitatis. Conf. quia cum lapis mittitus deorsum, velocius, quam eius natura requirit, qua ratione poterit eius grauitas intendi, cum in lapide sit summa? Neq; dicas hanc grauitatem non intendere naturalem: quia tũc duo accidentia eiusdem speciei essent in eodem subiecto. Dices. Virtutes causantes motus tendentes ad eosdem terminos, non est, cur distinguantur essentialiter; tum quia virtutes specificantur ex motibus, & motus ex terminis; tum quia alioqui leuitati v.g. duo essent contraria, scilicet grauitas, & impetus, sic grauitati leuitas, & impetus. Resp. debere attendi modum tendentem in terminum, vt alibi diximus: nam motus lapidis sursum distinguitur essentialiter à motu ignis sursum, vt alibi: quia nõ respiciunt eundem terminum formaliter, cum lapis respiciat illum cum sui repugnãtia, ignis verò nũquã; & præterea aliũde cognoscimus non distingui essentialiter: 27

Quomodo debeat attẽdi terminus vt ab illo quid distinguatur essẽtialiter.

quia scilicet leuitas repugnat grauitati, in actu primo, & secundo, hic autem impetus non ita, qui tamen volunt sequi primum dictum: nam licet in actu secundo repugnent, potest in actu primo vt dicitur de virtute magnetis. Respondent non distingui essentialiter: quia hæc virtus non respicit sursum, & deorsum formaliter, sed tantum materialiter, & per accidens: nam intendit solum separare proiectum à proijciente, vt eadem virtus magnetis mouet sursum, & deorsum ferrum: quia per accidens ad illa loca mouet, vt dictũ est in primo dicto. Ex quibus patet, immerito Pererium negasse hanc virtutem motiuam: quia non est, nec leuitas, nec grauitas ex eo, quod mouet dextrorsum &c. ita neque motiua animalis est grauitas, vel leuitas, etiamsi moueat bracchium sursum vel deorsum, est enim hæc virtus diuersæ rationis, quam virtus elementaris, & similis virtuti animalis: nam vt illud mouet ad omnem partem, ita hæc mouere apta est ad omnem partem, & sicut illa indiges determinari ab appetitu, vt moueat ad determinatam partem, ita hæc determinatur à proijciente. Dices. An hæc virtus imprimatur in re vecta vel tracta, vel cõpressa? Resp. aliqui, non imprimit quia virtus vehemens, trahentis, & compsimentis immediatè producit motum, ergo non est necessaria virtus vicaria, qualis est hæc virtus. Conf. quia patet, remi vectam, nec moueri, quiescente vehente, nec tardius, vel velocius moueri, quam vehens, vel trahens &c. at si imprimeretur virtus contraria, deberet accidere, vt fit in proiectis. Contrariũ alij putantes esse aũr eandẽ rationẽ in omnibus, cum fundamentum aduersariorum facilè soluatur, quod quiescente principali, non mouentur alia: quia horum virtus motiua pendet, vt conseruetur à motu principalis. Sed instant aduersarij, in instanti, in quo imprimetur virtus, & vbi,

Vnde virtus hæc imprimatur.

vbi, & præsentia in spatio D, quæ manet destructo motu, ergo ex vi illius conseruari potest: quia motus non habet vim ex successione, ex qua denominatur motus, sed ex physica entitate motus, q̃ est existẽtia vbicationis in tali spatio, at hæc manet in sequenti tẽpore, ergo poterit conseruare virtutem impressam. Resp. posse virtutem impressam pendere à motu, qui dicit plures vbicationes, atque adeo non potest cõseruari ab vbicatione adæquata corpori, quam habet in instãti, in quo non est motus, seu præcedentes vbicationes: nam effectus exigens ad sui conseruationem plura, non potest conseruari ab vno. Mihi placet primum: quia vbi est præsentia principalis, non est necessaria virtus vicaria. Conf. quia si mouerentur ex vi impulsus, non possent simul moueri, & in eadem mensura cum principali: quia cum virtus hæc pendeat à motu principalis, prius deberet esse motus illius, quam existentia motus rei vectæ nam hic necessario esse debet post existentiam virtutis impressæ cum stat ab illa, at virtus illa est post motũ principalis, à quo pendet. Neque dicas, effectum posse esse simul, cum sua causa secundum durationem, licet sit posterior secundum naturam vt Sol illuminat statim ac existit: nam licet hoc verum sit in instantaneis non tamen in successiuis, vt patet in causis, quæ per motum applicantur: quia non producunt, nisi in termino applicationis sufficientis respectu subiecti.

QVÆSTIO V.

De Comparatione qualitatum quoad actiuitatem, & resistentiam.

DVB. I. *Quid sit actiuitas.*

ART. I. *Opiniones Doctorum.*

1 *Actiuitas est potentia naturalis productiua in genere causæ efficientis.*

PRimo Constat ex dictis in physica actiuitatem esse potentiam naturalẽ, productiuam in genere causæ efficientis aliquem effectum, cuius causalitas est ipsa actio, quæ potest esse realis et intentionalis. Dicitur intẽsionalis, quæ est productio alicuius, quod est natura sua repræsentatiuum alterius, vnde dicitur in illa esse res non secundum suam quidditatem formaliter, sed repræsentatiuè. Realis verò actio, dicitur qua producitur terminus secundum esse formale. Difficultas est de modo quo producit effectus, an immediatè, an mediatè; neque enim difficultas est in omnibus agentibus, sed in qualitatibus primis, de quibus sunt variæ opiniones.

2. Constat ex Arist. 1. de gen. talem esse opinionem antiquorum circa motum agendi, & patiendi, ex quibus Empedocles ponebat intra corpora quosdam poros seu concauitates, per quas partes vnius corporis possent ingredi in partes alterius, & hoc erat vnum agere in aliud, & si pori vtriusque corporis sunt æquales, & commensurabiles, vicissim se penetrabant, quæ penetratio dicebatur mixtio vtriusque, vt miscetur aqua cum vino, & similiter alia corpora liquida, si autem pori non erant commensurabiles, sed inæquales sicut subtilius corpus ingrediebatur alterum habens poros grossiores vt ignis per poros ligni, non tamẽ contra, atque adeo inter talia corpora non poterit esse mixtio, sed aliud genus actionis, vt corruptio, alteratio, & cætera, & hac rõne dicebant visionem & alias sensationes fieri per poros aeris, vel alterius similis medij. At vero Democritus, & Leucippus ponebant quidam poros, sed diuersa ratione ac Empedocl. nam hic ponebat illos vacuos, illi vero plenos atomis inter se discontinuis. Atque adeo inter eos ponebant aliquid vacui, vt per illud moueri possent, & quasi volitare, vnde generationẽ dicebã esse actionẽ atomorũ, & corruptionẽ separationẽ illorũ. Cõtra quas opiniones plura Arist. 1. de gen. t. 35. & 36. & nos in difficultatibus textualibus, quare omissis antiquis.

Explicatur sententia Empedoclis de poris.

Prima opinio est dicentiũ, primas qualitates non producere immediatè qualitates sui similes à specie, sed producere immediatè species quasdam intentionales, per quas producuntur primæ qualitates in subiecto, ita 1. de gen. q. 18. Venetus 1. Meteor. cap. 3. Forl. in sect. 1. aphoris. 15 q. 2. Saxonia, & Ferneliis, tribuitur Algazeli, & Auicennæ apud Pompon. de actione reali art. 1. dicentibus, intelligentias immediatè per species corrumpere, generare, & alterare; tribuitur Ægidio, & Mon. sicut apud Pomponatiũ. Hi tamẽ inter se diuisi sũt, nam aliqui ponunt huiusmodi modum agendi conuenire qualitatibus primis quo ad actionem directam, & reflexam, ita vt calor v. g. nunquam producat calorem immediatè, sed species productiuas caloris.

2 *Secundum alios Primæ qualitates non producunt immediatè qualitates sui similes.*

2. Alij agnoscunt hunc modum agendi conuenire illis qualitatibus, quo ad actionẽ

refle-

Secundum alios conuenit hic modus agendi quoad actionem reflexam.

reflexam, dum obsidentur à suis contrarijs, quæ dicitur actio antiperistica, Ita Marf. Forl. & alij. Fundamētū est: nam certū est apud Peripateticos, has qualitates emittere species sui repræsentatiuas, quib. constat conuenire reflexionem, vt patet ex specieb. productis in speculo, & hāc reflexionē nō constat conuenire qualitatibus primis secundum proprium esse, cum sint magis materiales, ergo cum actio productiua qualitatis in subiecto sit reflexa, ergo debet illi conuenire per species à se productas, vt v.g. frigidum obsessum à calido magis infrigidatur, non quidem ab ipso calore, sed à speciebus emissis à corpore frigido in calidum, & inde reflexis in idem corpus frigidum, quod magis ex vi illarum infrigidatur. Conf. nam experimur manum approximatam igni non statim maxime calefieri, etiamsi sentiatur magnus calor: quia scilicet producuntur species repræsentatiuæ caloris ignei, à quibus producitur calor in manu, ergo species sunt productiuæ caloris. Conf. 2. quia experimur lumē quod transit per medium viride, producere in obiecto opposito colorem viridem, & ille color nō potest produci à lumine: quia lumen potius albificat, quam virificet, ergo producetur à speciebus medij viridis: quia non est alia causa ibi productiua. Conf. 3. nam lumen in medio receptum producit calorem, vt experientia constat, sed lumen in medio non habet esse reale, sed intentionale vnde aliqui dicunt lumen vt videatur, non producere speciem sui: quia ipsum habet rationem speciei, ergo causa intentionalis potest producere qualitatem realem. Conf. 4. ex actione ignis in corporibus damnatorum, quæ illa cruciat per species frigoris, & caloris, vt Theologi docent, ergo si species possunt producere in illis dolorem, multo magis qualitates dolorificas, vt sunt calor, & frigus.

Manus igni approximata non statim calefit.

3 *Per species non producitur ipsa qualitas.*

2. Opinio est dicentiū, huiusmodi qualitates etiamsi producant species, vt sentiātur à sensibus, non tamen per illas produci ipsas qualitates, sed has produci immediatè à simil. in specie, vt calor producit calorem &c. ita communiter DD. & hæc opinio mihi placet, quam docet D. Th. 1. p. q. 39. art. 3. & ibi Caiet. Bonac. in 2. d. 13. q. 4. vbi Riccardus q. 1. Circa secundū principale, Alexander 4. metheor. vbi ait primas quatuor qualitates esse prima instrumenta, per quæ generabilia immediatè agunt.

ART. II. *Opinio Auctoris.*

4 *Productio qualitatum non fit per species.*

PRima Cōcl. Productio primarū qualitatum, non fit per species intentionales ab ipsis emissas. Prob. 1. Suar. ex eo, quod Auctores putent has species procedere ab vno corpore, & redire in idem corpus, ac si essent exhalationes quædam, & corpuscula; hoc autem esset approbare opinionem antiquorum circa modum agendi, & patiendi, illi enim dicebant, à corpore vno exire corpuscula quædam, & ingredi in aliud corpus, quod dicitur pati, recipiendo illa, hoc autem conuenire nō potest speciebus intentionalibus: quia cum inhæreant subiecto, non possunt transire de subiecto in subiectum, neque moueri localiter, & reflecti, vt reflectitur pila mota à corpore obiecto. Verum hæc ratio nō placet, tum quia non omnes Auctores illius opinionis hæc dicunt, sed produci species de nouo in subiecto & reflecti non easdem, quæ productæ fuerunt, sed fieri per reflexionem, per productionem aliarum specierum, vt accidit in reflexione luminis, & aliorum. 2. Quia non impugnat modum producendi qualitates primas ex vi specierum intentionalium, in quo est difficultas huius opinionis. 2. Alij probant: quia si haberent vim productiuam qualitatum, illas producerent tam per actionem directam, quam reflexam: quia præsenti actiuo, & passiuo proportionato sequitur actio; at constat experientia, has species non producere qualitates reales in subiecto, in quo sunt, vt patet ex speciebus colorum, soni &c. ergo neque per actionē reflexam, sed hæc ratio habet aliquam vim contra concedentes hanc productionem fieri solum per reflexionem, non autem contra asserentes fieri etiam per actionem directam. 3. Alij probant: quia species rerum habent esse imperfectius, quam entia, quorum sunt species: quia repræsentatiuū habet esse imperfectius, quam res repræsētata, ergo possunt producere ipsa entia secundū esse reale: quia imperfectius nō potest producere perfectius, neque hæc ratio omnino conuincitiuam dici posset, species producere qualitates primas, vt instrumētum illarum, vt dicitur de productione substantiæ ex vi accidentium. Secundo licet species habeat esse imperfectius, quam ens cuius est species, secundum rationem illam specificam entis, eo quod in illo est for-

Afferuntur varia argumenta.

maliter

maliter, & in specie, repræsentatiuè tamen potest species simpliciter habere esse perfectius, sicut intellectio repræsentatiua coloris est simpliciter perfectior colore repræsentato. Verum instari potest, quod instrumentum non potest attingere effectũ principalis agentis sine concursu causæ, habẽtis ęqualem perfectionem cum effectu, vt alibi ostendimus. Neque secunda ratio habet vim: nam cum species producatur ab obiecto, præcisè non potest habere maiorem perfectionem cum obiecto: At verò intellectio, habet maiorem perfectionẽ quam calori quia non est præcisè à calore, sed etiam ab intellectu, à quo recipit maiorem illam perfectionem. 4. Prob. ex natura specierum intentionalium: quia illæ ordinatæ sunt ad repręsentãdũ obiectum, à quo sunt, non ad illud producendum, vt patet ex speciebus aliorum sensuum: quod magis verum est in speciebus sẽsus tactus: quia hæ ex ratione sensitiua non multiplicantur, nisi simul cũ qualitatibus realibus vt v.g. species frigoris non producitur in aere calido, nisi simul, cum frigore in eodem subiecto, & hinc est, vt tactus nõ sentiat qualitates, nisi sibi præsentes. Conf. quia cum species caloris, & frigoris inter se non aduersentur, neq; cum ipso calore, vel frigore, inde fieret, vt idem subiectum posset simul moueri, & à calido, & à frigido, per taliũ specierum productionem, & hinc etiam fit, vt species tactus non possint reflecti, ex præsentia qualitatum contrariarum, sicut reflectuntur species aliorum sensuum; auditus scilicet, &c. quorum reflexio oritur quia impediuntur produci vlterius ea parte alicuius impedimenti, vt dicitur in lib. de anim. 5. Ego probo: quia nulla necessitas est pro hac actione ponẽdi species: nam vel requiruntur ad disponendum subiectum, vt recipiat primas qualitates, & non: quia primæ qualitates non exigunt in subiecto productionẽ dispositionum accidentaliter: quia alioquin non essent primæ; vel requiruntur, vt principium productiuum, & neque, nam vel requiruntur ex ratione agendi in communi, & tunc sequeretur, neque Deum posse producere immediatè aliquam creaturam, nisi medijs speciebus, & similiter tolleretur actio vniuoca, qua vna species producit aliam sibi similem; vel requiruntur ex ratione talium qualitatum, & neque, tum quia id nulla experientia, vel actione sufficiẽti probatur, vt patebit ex solutione argumentorũ, tũ quia ex actione primarum qualitatum pendent omnia inferiora, tum simplicia, tum mista, ergo non est illis deneganda actiuitas immediata, producendi similes in specie, cum illa concedatur alijs, quæ pendent à primis qualitatibus, & à natura cuilibet enti data est actiuitas se multiplicandi, & conseruãdi species, nisi in aliquibus, vel experientia, vel ratio contrarium ostendat. Confirm. quia actio totalis, & realis, vel se impediũt, vel sunt inter se impertinentes: primum patet: quia qualitas realis existens in organo impedit actionem intentionalem ex 2. de an. intus existens prohibet extraneũ, vel sunt inter se impertinentes, sicut sonitruum cum scissione ligni ex 2. de an cum sonus nihil faciat ad scissionem, neque contra, & tunc vna actio non est necessaria ad alteram, etiamsi simul fiant.

5 *Quæ sit natura specierum.*

Fundamentum Authoris.

2. Concl. Qualitates primæ, habẽt actiuitatem immediatam producendi qualitates sibi similes in specie, ex Arist. vbique, & in 1. & 2. de gen. & probatur experientis, qua videmus calorem producere calorem, &c. & nulla est ratio fingendi species intermedias, vt probatum est in prima conclusione. Conf. nam ex actione ipsarum immediata producuntur mixta, ergo multo magis similes qualitates in specie: quia natura malè prouidisset illis, denegando virtutem immediatam conseruãdi diuersas species necessarias ad conseruationem vniuersi, vt sunt mixta, secundæ qualitates, & similia.

6 *Qualitates primæ habent actiuitatẽ immediatam producendi qualitates.*

ART. III. *Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum, etiamsi concedatur, dari has species, negant tamẽ Conimbr. illis conuenire reflexionem: quia diuersa ratio est in ipsis, ac in alijs: siue quia non multiplicantur sine qualitate reali repræsentata, atque adeo non possunt reflecti, nisi reflectatur qualitas repræsentata, quod ipsi negant, siue quia non habent cõtrariũ, ad quod reflectantur. Neque obstat, quod nec species soni, colorũ, & luminis careãt contrario, & tamen reflectuntur: quia his reflexio conuenit ex eo, quod non possunt peruadere corpora ob incapacitatem illorum: nam species soni non multiplicantur in subiectis omnino densis, & opacis, & similiter species visibiles, & ideo resiliunt, posito impedimento, sed non placet: quia redenda est ratio, cur aliorum species resi-

Quæ sit diuersitas primarum qualitatum respectu aliarum.

liant posito impedimento, & non resiliant species actus, non quod doceat omnia corpora sublunaria esse peruia his qualitatib, & speciebus, q falsum esse satis patet. Ego Resp. eas multiplicari simul cum qualitatibus primis, atque adeo reflexio conuenit vtrisque, & ideo non est necessarium ponere species pro actione reflexa qualitatũ: quia hæ reflectuntur, sicut contingit in actionibus aliarum causarum impeditis, & idem patet ex vaporibus frigidis, vel calidis, qui ad præsentiam contrarij vniuntur, vt dictum est supra. Resp. 2. etiamsi species tangibiles reflecterentur solæ adhuc non possent producere qualitates primas: quia non possunt reflecti, nisi secundum virtutem, quam habent: at probatum est carere virtute productiua harũ qualitatum. Ad Conf. Resp. inde potius probari oppositũ; nam tactus sentit non qualitatem, quam formaliter habet, sed excessum illius, vnde species ignis repræsentant calorẽ, qui est in igne, & non organo: atque aden inde non prob. produci calorem à speciebus, sed potius contra, scilicet ibi non esse calorem repræsentatum: de qua re in libris de Anima. Neq; obstat, quod medius aer semper variatur: quia semper alius succedit, præterquã quod inde potius probaretur, dari actionẽ in distans, etiãsi medium careat eadem qualitate. Ad 2. Conf. negatur, ibi in pariete produci, sed species coloris repercussæ à pariete ad oculum repræsentant colorem in pariete, cum tamen ibi non sit vere, sed appareat esse, nam color est passio mixta vt dicetur in lib. de anima. Ad 3. Conf. Resp. negando, lumen in medio habere esse intentionale, sed reale, ex D.Th. in digressione de lumine, cui contradicit Ægidius ex eo, q si lumen esset reale, non posset videri ab oculo, cum in oculo sit lux cap. de sens. & sensili; quia habens qualitates secundum esse reale non potest recipere secundum esse spiritale, sed de hac ratione in lib. de anima, quod ex probabiliori opinione non videtur, nisi per speciem, imo lumen positum in oculo potius impedit visionẽ, siue id fit quia spiritus visiui dissipantur, siue ex alia ratione, de qua in libris de anima, & hinc oculus diu intuens ignem vel corpus ignitum, vel Solem corrumpitur secundum potentiam visiuam. Ad 4. Conf. Resp. non conuenire Doctores, qua ratione torqueantur corpora damnatorum à qualitatibus primis: nam licet D.Thom. in 4. d. 44. art. 1. quæst. 2. ex alibi dicat, torqueri actione intentionali per species, quem sequitur Capreolus ibi q. 2. Hispalensis q. 4. Ferr. 4. contra gentes c. 89. Sotus d. 50. q. vnica ar. 3. eo quod alio, qui pœna damnatorum sensus nunc esset maior, nunc minor per vicissitudinem calori, & frigoris, nunc plus, nunc minus frigoris, vel caloris habendo tamen id dicunt non fieri per potentiam naturalem specierum, sed per eleuationem à diuina virtute vt illius instrumentum, de qua te Ægid. quodl. 2. q. 9. & 10. Enricus Gab. quodl. 1. q. 34. Resp. 2. à plerisq; negari, illum cruciatum fieri per species intentionales, sed per ipsas qualitates immediatè, vt Bonau. d. dist. 44. art. 3. Scotus q. 3. Ricc. q. 6. & 7. Durandus q. 10. Argen. q. vnica, Carrus. dicens, illam esse ineptam opinionẽ, eo quod sacra Scriptura doceat, illorũ corpora esse punienda per qualitates illas reales, vt sunt instrumenta diuinæ iustitiæ, dissoluendo corporis temperamentum, & lędendo sensum tactus, & inde habent, vt producant qualitates in gradu iuxta mensuram statutam à Deo eleuante etiam ad cruciandam animam spiritualem: & alij addunt cruciari, dum se vident alligatas corporibus inferioribus, & ab ijs torqueri, ob maximam ipsarum superbiam. Dices. Agentia naturalia imitantur in agendo primũ agens, cũ eorũ virtus sit participatio primi agẽtis, sed primũ agens oõ causat, nisi per intellectionem, & volitionem ex Platone in Parmenide, & in Thimeo, & ex Arist. 12. Met. vnde Auerr. ibi com. 41. dixit scientiam Dei differri à nostra, quod illa causet res, nostra causatur à rebus, cognitio autem Dei licet sit increata, & substãtialis assimulatur enti intentionali, quatenus est repræsentatiua creaturarum, ergo etiam naturalia agent per intermedias species. Conf ex ijs, quæ fiunt ab homine per scientiam practicam, quæ per hoc distinguitur à speculatiua quod illa est operatiua rerum extra animã, non sic speculatiua, vnde Arist. 7. phys. docet domum, & sanitatem extra animam fieri à domo, & sanitate, quæ est in anima, & lib. de motu animalium ait. *Phantasia autem, & intelligentia habent rerum virtutem, aliquo enim modo species intellecta calidi, aut frigidi, aut delectabilis, aut tristabilis existit, qualis rerum vnaquæque natura, propter quod tremunt, & timent solum intelligentes*, & idem sect. 6. & 9. hæc autem omnia sunt passiones, & alterationes. Conf. 2. nam experimur ex vehementi

Nõ est opus ponere species pro actione reflexa.

7 *Quomodo species coloris repercussæ in pariete illum repræsentent.*

Quomodo torqueãtur corpora dãnatorum.

8 *Quomodo agentia naturalia imitentur primum agẽs.*

menti imagine parentum reddi prolem similem secundum figuram, & colorem illi rei, quæ est obiectum imaginationis, vt asseritur, mulierem ex imaginatione mariti in adulterio filium peperisse similem marito. Et medici ex imaginatione quartanæ, vel lepræ generari quartanam, vel lepram. 3. ex Arist. 9. de hist. c. 29. *Gallinas cum mares viderent reiterare exẽplo mariũ supertẽtant coire, crista enim, & cauda erigitur vt non sit facile cognoscere, an feminæ sint, non nunquam etiam calcaria parua ijs innascuntur.* 4. ex Gal. 1. pronost. medicos plures sanare, in quib. plures cõfidunt; at nullus horum effectuũ ad motum localem spirituũ reuocari potest, vel ad actionem spirituum, vel sanguinis: nam licet calefactio, frigefactio, tremor, & huiusmodi ad illa reuocari possint, sed generatio sanitatis, lepræ, calcarium, & huiusmodi nõ possũt ad illa, ergo ad species sanitatis &c. Resp. virtutes actiuas creatas esse quidem participationes diuinarum perfectionum, sed non æquales illis; vnde non possunt habere illam perfectionem in agendo, quam habet diuina virtus, & hinc agentia naturalia non agunt per cognitionem, & voluntatem, vt agit Deus, sed virtutes actiuas physicas, essentialiter determinatas ad talem, vel talem operationem. Resp. 2. etiã Deus ex probabiliori opinione non producit res præcisè, & immediatè per scientiam, & voluntatem, sed per omnipotentiã applicatam per illam, secundum nostrum modum intelligẽdi, quia illas perfectiones intelligimus vt distinctas, & hinc dicitur, scientiam Dei res operari cum sint participationes virtutis creatæ; quare ex hoc capite potius probatur oppositum.

Quomodo differat sciẽtia practica à speculatiua.

Ad 1. conf. Resp. scientiam practicam differre à speculatiua, quod illa dirigitur ad opus, nõ quidem immediatè efficiendum, sed dirigendo potentiam exequutiuam immediatè effectiuam operũ, & hinc domus ad extra dicitur fieri à domo, quæ est intra. Cęteri aũt effectus oriuntur ab imaginatione delectabilium, & tristabilium, non quidem immediatè ab imaginatione, sed quia mouẽt appetitum, qui delectatur vel tristatur, & ab appetitu mouetur spiritus, & sanguis, vnde oritur tremor, & pallor, vel rubedo in facie.

9 *Actiones immediatè non proueniunt à speciebus.*

Ad 3. Conf. Resp. 1. illas actiones non prouenire immediatè à speciebus, vel cognitione, vt patet nam quantumuis quis imaginetur, & desideret sanitatem, non propterea consequitur illam nisi applicentur causæ inducentes sanitatẽ, sicut neque concipiens, & desiderans calorem, fit calidus, nisi applicentur causæ producentes calorem. Respondeo secundo, quod sicut intelligentiæ nihil producunt in hunc mundum inferiorem, nisi mediãtib. influẽtijs cęlorũ, ita anima nihil ꝑducit in corpore, nisi mediãte spiritu, est .n. spiritus instrumentum animæ, quo lęso, læditur actio, vt patet in apoplexia, epilepsia, & cæteris morbis, ex quibus est defectus in spiritibus; his autem vtitur anima ad suas physicas operationes, etiam in producendo carnem, &c. quare non mirum, ex vi illorum calcaria in gallinis potuisse venire. Vnde ad primam experientiam patet moueri ex imaginatione, & appetitu illos humores, & spiritus genitiuos, aptos ad inficiendam prolem, & ex imaginatione quartanæ, & lepræ (si vera sunt) mouẽtur causæ, quæ illam generant, quæ prius non erant potentes ad illa generanda: quia erant dispersæ per sanguinem totius corporis. Hinc ad 3. experientiam, illa oriri in Gallina, ex cõcursu spirituũ genitiuorũ, cũ cęteris requisitis, vt docet Pop. ibidẽ, nec mirũ: quia hic spiritus vt instrumẽtum animæ gignere potest vnum animal si potest partem illius, ex directione animæ sic appetentis. Ad 4. Confidentiam in medicum præcisè non sanare, nisi adhibeãtur medicamenta, quæ quo libentius à natura amplectuntur magis causant, præstat autem confidentia in medicum, vt natura cum illis magis cooperetur per suas vires naturales.

DVB. II. *An agens habens perfectionem vt quatuor possit totam illam perfectionem communicare alicui parti subiecti.*

ART. I. *Opiniones Doctorum.*

Prima opinio est dicentium, non posse aliquod agens in passo producere totã qualitatem secundum totam intensionem quam habet. Hi tamẽ diuisi sunt. Nam alij putant id verum respectu passi coniuncti cum agente per iuxta positionem, non tamen coniuncti per penetrationem, propterea non posse producere in prima parte subiecti oẽs gradus, quos producit in tota sphæra; quia cum ex natura sua exigat sphæram diuisibilem, petit gradus contẽtos in sua virtute distribuere per 1 *Ex natura rei exigitur sphæra diuisibilis.*

totam sphæram. Quod si omnes produceret in prima parte subiecti non super essēt alij producendi in alijs partibus sphæræ. Secundò, gradus hos ita esse distributos ab agente, vt non producat omnes, quos in se habet, in aliqua parte, cum se nō penetrent; quia alioqui non haberet determinatam sphæram, sed in infinitum progrederetur: nam illi gradus producti in prima parte producerent in parte sibi proxima totidem gradus, atque adeo in infinitum, vt progrederetur virtus, ita & actio. 2. Alij, nec posse in subiecto coniuncto, siue per penetrationem, siue per iuxta positionem; quia ex duplici capite oriri potest hęc impotentia, primo ex eo, quod nulla pars continui est immediata agenti; nam cum omnis pars constet ex pluribus, vna est proximior alterà in infinitum, respectu agentis, quod magis agit in propinquam partem, quam in remotam, sed nulla est sine propinqua, ergo nulla recipiet sūmā intensionē, quæ est in agente. Altera oritur ex reactione, quæ est ex parte passi diminuens semper virtutem agentis, quæ manet etiā in passo penetrato, cum agēre, vbi adest cōtrarietas, vbi vero illa non adest, oritur ex inæqualitate subiecti, quod à tali agente v.g. luminoso vt quatuor non potest recipere lumen vt quatuor, sed exigere agens fortius.

Nulla pars continui est immediata agenti.

2 2. Opinio est dicentium, posse produci qualitatem secundum totam intensionem, non solum in subiecto penetrato, sed etiam juxta posito. Hi tamē diuisi sunt: nam alij volunt illam productionem fieri posse in superficie indiuisibili corporis coniuncti, non tamen in parte diuisibili ob partium distantiam ab agente. Alij verò putant posse produci totam intensionem, non solū in indiuisibili, sed ēt in aliqua parte totius sphęrulę in quā agēs ex prædictis agit æqualiter: Et pro hac supponūt, ꝙ productio graduū omniū in prima parte sphæræ, quos modò producit in tota sphæra, non aufert vim, quā possit ꝓducere alios in secūda parte; quia quoad productionem in secunda parte adiuuaretur à gradibus productis in prima parte, etiamsi per se solum nō potuisset: eo quod produxisset, quos potuit in prima parte. Resp. Hoc argumentum esse contra suppositionem, qua supponitur ab efficiente productos esse in prima parte omnes gradus, quos potest. Quod si producit alios in secunda parte, iam non produxisset omnes in prima. Sed falluntur: quia aliud est produci omnes à virtute solitariè, aliud produci cum conprincipio. Calor .n. solitariè non potest producere formam mixti; & tamen potest cum alijs qualitatibus. Secundo quia falso supponūt ab agente productos omnes gradus, quos virtualiter habet simpliciter, vt v.g. est productiuum in omnes partes sphæræ, sed produxisse omnes, quos continet respectu talis partis. Probant, posse produci in parte aliqua totam intensionem impugnando rationem aduersariorum: quia inde non sequeretur, vt ipsi dicunt, non habere determinatam sphæram: nam sphæra ipsius posset esse determinata, v.g. vsque ad decem palmos, intra quos coagit cum qualitate ꝓducta in medio, vltro verò illos palmos, etiamsi quod produceretur, non esset ex vi actionis immediatè procedentis, sed esset solum ab illa qualitate, quæ est in decima parte, & non pertinet ad primum efficiens, vt fieri illius, sed vt effectus; at hi successiuè multiplicari possent vltra sphæram primi agentis. Resp. Aduersarij, determinationem sphæræ non solum debere sumi respectu principalis agentis immediatè, sed etiam respectu actionum, quæ fiunt immediatè à suis effectis, & mediatè à primo agente. Sed non placet; quia hac ratione nullum agens haberet determinatā sphæram: quia eius sphæra penderet ab actionibus suorum effectuum, quæ variari possent ex varijs circumstantijs, & præsertim ex contrarijs reagentibus. Id est contra Arist. 2 cœl. 16. t. 17. vbi tractat de terminis potentiarum, & ibi statuit terminū potentiarum poni respectu effectuum, & actionum, quæ exeunt immediatè à potentia. 2. Probant ex experientia, qua videmus agens, quod habet sphæram viginti palmorum, si impediatur in medio sphærę per aliquod corpus, ne producat in totam sphæram, producere in sphæram non impeditam intensiorem effectum: quia illi gradus, qui producerentur in partem sphæræ impeditam, producuntur in sphęrā non impeditam: quia totus ille effectus nō excedit virtutem illius. Resp. Recentiores negando huiusmodi productionem maiorem intra sphæram non impeditam: quia agens est ex natura sua determinatum ad producendos tot gradus in prima, & tot in secunda, quod si impeditur illos producere in secunda, non ideò illos producet in prima: quia illud impedimentum non mutat naturam agentis determinati ad talem effectum,

An in prima parte producātur omnes gradus ab efficiente quos potest.

Quomodo quolibet agēs habeat determinatam sphęrā.

3 *Maior productio in sphera impedita ab apposito corpore.*

fectum,

fectum, & modum producendi. Neque effectus productus in prima parte exigit, vt producatur aliquis effectus in secunda, sed est omninò illi per accidens. Sed contra, inquiunt; nam virtus actiua vt dispersa ad plura minus operatur in singulis partibus, ita impedita respectu plurium magis operatur quoad reliquos, vt patet ex potentia visiua, & intellectiua; Tum quia modus agendi virtutis actiuæ determinatus secundum vnam circumstantiam, mutatur secundum alias circumstantias, vt virtus calefactiua ad maiorem distãtiam agit circa medium aereum, quam aqueum,

ART. II. *Opinio Auctoris*,

4 *Omnis qualitas prima per se est productiua qualitatis.*

PRima Concl. Omnis qualitas prima per se est productiua qualitatis secũdum totam suam intensionem, quam in se habet circa subiectum, non solum illi vnitum per penetrationem, sed etiam per iuxta positionem. Prima pars conceditur ferè ab omnibus, & sequitur Ruu. tr. de act. q. 6. cum alijs recentioribus: quia habent approximationem summam cum subiecto secundum omnes partes, cum vtriusque partes sint adæquatè in eodem spatio; virtus autem actiua naturalis necessariò agit secundum totas vires non impeditas circa subiectum sibi approximatum secundum omnes partes. Dices. Penetratio corporũ non potest esse naturaliter, ergo virtus actiua non potest naturaliter agere in subiectũ sibi vnitum per penetrationem; quia actio naturalis, non exigit subiectum nisi naturali modo existens, vnde non potest in illud agere, si supernaturaliter existeret modo indiuisibili. Resp. Agens naturale positiuè exigere subiectum diuisibile positũ intra suam sphæram, abstrahendo, vt intra illam ponatur naturaliter, vel violenter, siue supernaturaliter; nam modus naturalis approximandi per accidens se habet ad actionem sequentem virtutem actiuã. Resp.

Motus approximationis per accidens se habet ad actionem.

2. Aliud est virtutem exigere ex natura aliquid, aliud illud habere, vnde virtus naturalis licet habeat subiectum penetratum, non tamen illud exigit, neque est eadem ratio de subiecto indiuisibiliter existente: quia hic modus essendi destruit modum diuisibilem essendi, quem virtus actiua in subiecto requirit. 2. Pars est contra Hurt. disp. 9. phys. sect. 6. §. 77 & Ruu. 1. de Gen. tr. de act. q. 6. concl. 2. & alios Recentiores. Prob. 1. Singula agentia habẽt sphærulam circa quam agũt æqualiter, & vniformiter, vt probatum est supra. Ergo per se singulæ qualitates actiuæ possunt producere circa illa qualitatem adæquatam secundum intensionem suæ intensioni. Conseq. prob. quia qualitates hæ secundũ omnes suæ intensionis gradus sunt actiuæ, ergo possunt in subiectum producere sui similes. Conf. quia hæ qualitates sunt necessariæ in vniuerso, non solum secundum earum specificam rationem, sed etiam secundum intensionem, ergo vt natura tribuit illis virtutem actiuam ad multiplicationem illarum secũdum speciem, sic etiã secundum intensionem. 2. Prob à priori: nam natura non ordinat aliquid ad finem, nisi illi tribuat virtutem consequendi finẽ, 5
alias frustra, & sine ratione illud ordinaret, quod est contra naturæ perfectionem ex Aristotel. vbique, sed natura ordinauit has qualitates ad productionem, & dispositionem formarum elementarium, ergo dedit illis virtutem, qua possint producere qualitates in subiecto in eo gradu, qui exigitur à forma elementari, vt possit produci, & disponi subiectum. Sed forma ignis v. g. exigit vt producatur per summum calorem, & per illum disponatur etiam subiectum, ergo ille debet produci à causa habente virtutem producendi illum, huiusmodi autem est agens habens summũ calorem: & hoc quod dicitur de productione formæ ignis, dici debet de alijs. Dices. Omne agens habens contrarium in agendo repatitur, ergo nullum agens tale potest producere totam intensionem, quã habet, dum applicatur ad agendũ, quia per repassionem remittitur eius intensio. Cõf. quia videmus nunquam luminosum producere in aere, tantum lumen Solis; nã alioqui ille debet producere alium sibi æqualem, & sic consequenter contra experientiam. Neque dicas, lucernam producere æquè intensum secundum se, sed non quantum in se habet; nam si producit lumen eiusdem speciei, & cum æquali intẽsione, producit tantum, secundum speciẽ, & intensionem quantum in se habet.

Natura nil ordinat fine nisi tribuat virtutem consequendi finẽ.

Quomodo agẽs producit qualitatem tantam quandam debet in se.

Resp. 1. dum dicitur producere qualitatem secundum intensionem, tantam, quantam in se, intelligi de qualitate secundum intensionem, quam habet in eadem mensura, quam habet dum operatur, non de ea secundum gradum, quem prius habuit, sed amissum per reactionem contrarij. Quod vt melius intelligatur sit.

2. Con.

6 *Quare qualitates non producant qualitates secundum eandem intensionem.*

2.Concl.Huiusmodi qualitates per accidens non producunt qualitates secundũ eandem intensionem, quam habẽt, patet experientiis: nam ignis non producit tantũ calorem in aere, quantum in se habet, nec luminosum tãtum lumen, videatur in cõcl. prædicta. Hoc autem non oritur ex defectu potentiæ actiuæ, quæ per se ordinatur ad æqualem effectum producendum, sed per accidens ex vi alicuius impedimẽti; Nam impeditur à contrario, siue per resistentiam formalem, quæ non statim, & in instanti superatur, sed successiuè, in qua successione debilitatur virtus à contrario aliquo, & præcipuè à passo resgente; siue per resistentiam actiuam agentium cõtrariorum: vnde impeditur adæquatè producere intensionem, quam habet. Aliquando impeditur ex parte subiecti, siue quia non permanet idem, sed variatur, qua ratione aer ab igne non incalescit vt ignis, siue ex incapacitate, qua ratione aer non est capax luminis totius, quod est in Sole, siue ex indispositione, ex quo aliqui dicũt indiuisibile, siue terminatiuum, siue continuatiuum esse incapax intensioris caloris, quam sit in partibus, vnde aer immediatus lucernæ, non recipit totum lumen lucernæ: quia non habet illã puritatem perspicuitatis, ob corpuscula opaca admixta, quantam exigit, vt à tali agente, totum illud recipiat, & licet à Sole possit maius recipere, tamen id est ob maximam actiuitatem Solarem, quæ vincit impedimentum. Alij tamen volunt, aerem immediatum lucernæ posse recipere totum. Dicitur tamen de lumine quod est in subiecto innaturali nunquam posse esse æquale lumini, quod est in subiecto connaturali, vt est in Sole, & igne, quibus conuenit ex vi propriæ formæ. Aliquando oritur ex conditionibus agentis, qua ratione qualitas in subiecto raro non producit, vt in denso, & hac ratione lumen lucernæ plus producit, quam lumen in aere, & idem dicitur de calore. Denique oritur ex parte distantiæ inter subiectum & agens, ex quo aduersarij negantes sphærulam rectè probant, nullũ agens producere in subiectum immediatũ totam intensionem: quia nullũ datur, quod nõ habeat partes magis, & minus distãtes, vnde recipitur effectus minor, & maior, nunquam tamen æqualis agenti. At hoc dici non potest in opinione ponentium sphærulam, cum ponatur æqualis actio in omnibus partibus illius, siue sint magis, siue minus remotæ, sed hæc opinio vel potest alijs impedimentis positis. Dices, licet qualitates non possent produci æquales secundum intensionem qualitati actiuæ, ob partium distantiam, tamen poterunt produci in indiuisibili initiatiuo partium subiecti, cum illud sit secundum se totum æquè approximatum agenti. Resp. etiamsi sit secundum se totum æqualiter approximatum, non tamen est capax, nisi intensionis, quæ est in partibus; sed quia hæc difficultas est tã in opinione negãtiũ sphærulam, quam in ponentium, quoad illas partes, quæ sit extra sphærulam, ideo inquirenda est ratio huius.

3.Concl.Indiuisibilia, siue terminatiua, siue continuatiua, nõ possunt recipere qualitates secundum gradum intensiorem, quam partes. Primo ex causis prædictis nã illa maior intẽsio producitur, vel in instanti, & non quia ibi adest contrarium impediens. Vel successiuè, & tunc produceretur per motũ alterationis, cũ omnis productio successiua sit motus, & non, primo quia vel mouentur eodem numero motu quo partes, & non, tum quia sunt in diuersis subiectis, in indiuisibili, & diuisibili; tũ quia idem numero motus non potest esse simul intensus, & remissus, siue idem numero terminus motus non potest habere illam diuersitatem, cum termini sunt distincti nam mutationis terminus est indiuisibilis, & motus est diuisibilis; vel motũ diuerso numero, & neque, quia indiuisibilia non sunt numero distincta à quantitate, quam terminant, & continuant. Neq; dicas, distingui numero partialis quia vt indiuisibilia non sunt partes termini producti per motum, cum illum non cõponãt, tũ quia sequeretur idem subiectum moueri simul duobus motibus eiusdem rationis numero distinctis; tum quia repugnat idẽ numero esse subiectiuè indiuisibile, & diuisibile, quomodo esset ille motus, si esset vnus numero. Sed non placet: quia esse idem vel numero diuersum, accipitur dupliciter, primo metaphysicè, quæ vnitas, & multiplicatio sumitur ex vnitate, & multitudine trascendẽtali, qua ratione partes cõtinui, quæ à parte rei sunt distinctæ, & numero diuersæ, & hac ratione vt indiuisibilia sunt distincta numero à partibus, ita & motus cum illis. Secundo physicè, qua ratione appellatur cõpositũ, siue per vnionem formalem, siue per continuationem, qua ratione duo palmi continuati faciunt vnum

7 *Indiuisibilia non recipiunt qualitates secundũ gradum intensiorem quam partes.*

Quotuplex sit idem numero, & diuersum.

vnum

vnum numero continuum, ficut diuifi duo numero, & hic Arift. ait, partes in continuo effe in potentia ad plura numero, fcilicet continua, & ita indiuifibilia non funt numero diftincta à partibus continuis; quia funt neceffaria ad earum continuationem, quomodo vnio formalis eft numero diftincta metaphyficè à materia, & forma quibus totum componitur, non tamen phyficè, qua ratione vnum compofitum phyficum dicitur vnum numero: quia

8 hoc includit non folum partes, fed etiam vnionem. Et hinc oritur diuerfitas numerica totalis, & partialis, quod totalis appellatur cõpofita; partialis vero, quæ funt neceffaria ad compofitum, fiue vt partes, fiue vt vniones partium; ex quibus ruit tota fabrica argumentorum propofita: nam illi motus funt ijdem numero phyficè per cõtinuationem, & compofitionẽ, & diftincta numero metaphyficè, & trafcendentaliter etenim, licet non fint partes, tamen funt vniones partium ad continuum: nam omne compofitum exigit tria f. duas partes, & vnionem inter illas; vt numerus ternarius fupponit vnitates, ex quibus fit, neque eft abfurdum moueri fucceffiuè pluribus motibus partialibus, & licet idem numero metaphyficè, et trafcendetaliter non poffit effe fubiectiuè diuifibile, tamen vnum numero phyficè poteft, ficut effe potentia, & actu, quæ funt vnum numero phyficè, vt dictum eft: nam hæc vnitas fupponit pluralitatem metaphyficam, ratione cuius vnũ totum poteft effe indiuifibile ratione diuerforum, quæ continet. 2. Alij probant, quod ficut indiuifibilia quantitatis non funt feparabilia à partibus quantitatis, ob illorum imperfectionem entitatiuam, fiue fint modi, fiue res, ita neque diuifibilia qualitatum à partibus qualitatis, fed fi indiuifibilia quantitatis reciperent indiuifibilia qualitatis fecundum gradum intenfiorem, quam partes quantitatis, reciperent qualitatis gradus, tunc indiuifibilia effent feparabilia à partibus; quare funt indiuifibilia: nam fecundum excedẽtem gradum, non terminarent, nec continuarent qualitatis partes intenfas, vt tria, non poffunt terminari, & continuari, nifi per indiuifibilia, vt tria, & per indiuifibilia vt quatuor, quã effent per fe, atque adeo feparabilia à partibus. Sed hæc ratio licet fit magis apparens, tamen adhuc laborat in æquiuocatiõ ficut in qualitate eft duplex latitudo diuerfæ rationis f. extenfiua, & intenfiua, ita eft duplex ratio indiuifibilium, quæ vniunt, & terminant partes latitudinis extenfiuæ, & quæ partes latitudinis intenfiuæ, & ficut dantur qualitates, quæ funt indiuifibiles extenfiuè, & diuifibiles intenfiuè, & contra, vt figura, & cætera, quorum effe confiftit in indiuifibili, ita funt indiuifibilia, quæ vniunt, & terminant latitudinẽ qualitatis extenfiuæ, & fub hoc genere reponuntur indiuifibilia qualitatiua partium extenfionis, quæ tamen habent latitudinẽ intenfiuam, & hæc funt, quæ funt indiuifibilia correfpondentia punctis quãtitatiuis, & his continuantur, & conferuantur partes qualitatis, vt faciunt extenfionem, non tamen vt faciunt intẽfionẽ: quia hæ vniũtur proprijs indiuifibilibus, ex quibus patet indiuifibilia nunquam effe feparabilia à partibus quarum funt indiuifibilia, vt patet, & hinc fit, vt qualitas punctualis poffit habere octo gradus intenfionis vnitas proprijs indiuifibilibus & partes extenfionis qualitatis continuatas per indiuifibilia proportionata poffint habere quatuor gradus intẽfionis vnitas per alia indiuifibilia intenfionalia; quare dicendum eft, ficut indiuifibile qualitatum ordinatur ad vniendas partes qualitatis extenfiuas, ita intenfio illius ordinatur ad vniendas extenfiuè partes intenfionis, quæ funt in diuerfis fubiectis, vt v. g. calor vt duo exiftens in fubiecto A, vnitur, & conferuatur cum calore vt duo exiftẽte in parte B, vnde auctis partium gradibus indiget, vt etiam augeantur gradus qualitatis exiftentis in puncto, vnde fi intenfæ qualitatis indiuifibilia augerentur, & non qualitatis extenfæ, tunc illi gradus nullas partes graduales vnirent, & continuarent. Hoc autem repugnet naturæ indiuifibiliũ ordinatorũ ad vnionem, & cõtinuationem partium. 3. Alij probant: quia ex Arift. indiuifibile non eft per fe alterabile, & fi poffet recipere plures gradus intenfionis, quam qualitas extenfa, tunc per fe alteraretur: nam fecundum eos gradus qualitatis, quibus excedit gradus qualitatis extenfæ alteraretur, independenter ab alteratione fubiecti extenfi: quia non poteft dependere ab eo, quod non eft, hoc autem eft per fe alterari. Refp. poffet dupliciter 9

aliquid dici per fe alterabile, primo perfeitate feparationis ab omni alio, & ita indiuifibile non eft apud Arift. per fe alterabile, ficut non poteft effe feparatum ab omnibus. Secundo perfeitate excludente per aliud, quomodo apud aliquos fubftãtia non

Quid fit diuerfitas numerica totalis, & partialis.

De indiuifibilibus intẽfiuis, & extenfiuis qualitatis, & quantitatis.

Quotupliciter fit aliquid alterabile.

non est per se,sed mediante quātitate alterabilis , & hac ratione indiuisibile est per se alterabile : quia non alteratur per æqualitatem receptam in alio , sed per indiuisibile qualitatiuum receptū io se ipso , quod necessario est dicendum: quia illud non potest recipi in subiecto diuisibili . Sed contra: quia si reciperet immediatè indiuisibile qualitatis,habens maiorem intensionem,quam qualitas partium , tunc esset alterabile per se,vt negat vnionem cum partibus: quia secundum illam rationem alterationis excederet partes , atque adeo respectu illius se haberet, ac si esset separatū à partibus . Cons. quia gradus illi maiores non possent habere rationem terminandi, vel continuādi respectu graduum,qui sunt in partibus: quia cum ibi non sit gradus talis intensionis , non est id,quod est terminabile,vel continuabile . Denique probari potest ex natura huiusmodi indiuisibilium. Nam vbi non potest esse actus,ibi nō potest esse natura ordinata ad illum ; sed si ponantur partes qualitatis non habere eandem intensionem , quam habent indiuisibilia earum , illa indiuisibilia non possent habere secundum perfectiores gradus actū proprium .s. terminandi , & continuandi gradus illius qualitatis, ergo in hoc non possunt esse gradus intensionis perfectiores , quam sint gradus intensionis in qualitate extensa . Minor prob. quia actus proprij non possint haberi,nisi circa potentiam sibi proportionatam; sed potentia proportionata terminabilis,& continuabilis actibus indiuisibilium graduum intensiorum est qualitas secundum gradus intensiores, quæ cum ibi non sint, non poterūt esse actus terminans, & continuans: nam indiuisibile intensum vt vnum,est proportionatum partibus intensis vt vnum, & sic deinceps . Dices.Qualitas potest producere totam suam pefectionem circa subiectum sibi penetratum, ob summam approximationem,seu indistantiam, sed talis est inter agens,& superficiem passi,ergo circa illam potest producere totam perfectionem quam habet. Neq; dicas,indiuisibile vnius corporis non s. penetrare cum partibus alterius corporis : quia vt impenetrabilitas est passio quātitatis,ita penetrabilitas,q̄ est priuatio impenetrabilitatis,nō potest esse, nisi inter quanta, vt patet ex ratione priuationis. Non inquam id dicas, tum quia licet indiuisibilia non se penetrēt cum partibus diuisibilib. quia necessario sunt in diuersis spatijs,tamē indiuisibilia ipsorū corporū cōtiguorū ex Arist. & rōne , se penetrāt,cum sint in eodem spatio, neq; .n. penetratio secundum se debet concipi per modum priuationis, sed per modum conceptus positiui , etiamsi habeant annexam negationē distātiæ ab eodē spatio,quia dicit occupationē spatij eiusdē à duob.entib. sicut anima rationalis se penetrat cū materia,imo omnis forma cum materia,cum tamen illæ secundum se non habeant duas quantitates impenetrabiles: ex quo fit,intēsionem , quæ est in superficie,posse communicari totam superficiei alterius corporis,tum quia etiamsi superficies non sit penetrata cum partibus agentis , tamē secūdū se totam est approximata, & immediata illi,ergo secundum nihil sui est distans, atque adeo potest secundum se totam recipere totam perfectionem intensionis.

Gradus illi maiores nō possunt habere rationem terminandi vel continuādi.

10

Impenetrabilitas est quantitatis passio.

Resp. ex dictis patere,negationem productionis totius intensionis , non oriri ex distantia, sed ex Incapacitate subiecti: quia indiuisib.lia terminatiua , & continuatiua non habent potentiam connaturalem recipiendi , nisi qualitatem secundum gradus , secundum quos termināt,& continuāt partes qualitatis existentis in subiecto .

Vnde oriatur negatio productionis totius intensionis.

ART.III. *Soluuntur instantiæ, quæ afferuntur contra secundam partem primæ conclusionis .*

PRimo impugnando rationes , quibus conclusio prob. Nam licet qualitas sit actiua secundum omnes sui gradus,atq; adeo habeat vim producendi qualitatem sibi non solum similem in specie , sed etiā in gradibus,tamen exercitium illius virtutis exigit ex parte subiecti approximationem , at hæc approximatio respectu virtutis non est æqualis inter partes subiecti, ergo non potest æqualiter recipere actionē agentis,sed magis & minus secundum approximationem maiorem,& minorem ad agens; at nulla datur pars secundum se totam æqualiter approximata,ergo nulla pōt recipere æqualiter intēsionē,q̄ est in agēte. Sed contra: quia conditiones,& subiecta à natura instituta pro actionibus virtutis naturaliter actiuæ debent esse proportionata modo agendi connaturali illius virtutis, alioquin natura defecisset in necessarijs; sed virtus actiua est instituta à natura ad cōmunicandam propriam perfectionem non solum in specie ; sed etiam intensionem;

11

Quantitas est actiua secundum omnes suā gradus.

ergo

ergo conditiones, & subiectum debent proportionari modo connaturali agendi ipsius virtutis ad communicandam subiecto totam propriam perfectionem, ergo debet dari à natura aliqua sufficiens approximatio, & aliquod subiectum, cui possit cōmunicari tota perfectio, atque adeo debet poni sphærula intra sphæram suæ actiuitatis, circa quam simul, & æqualiter producat; & non magis in proximiorem partem, quā in remotiorem. Vnde falluntur dicentes nō posse communicari ab agente naturali totā perfectionem, nisi subiecto penetrato cū à penetratio sit viribus naturæ impossibilis, non potest esse cōnaturaliter exigita à natura ad actionem naturalem. Confirmatur nam, & ex aduersarios dātur aliquæ conditiones accidentales actiuitatis vt est v. g. densitas, ratione cuius, & secundum se agens æquè cōmunicare parti distāti, pōt q̄ proximæ, ergo multo magis hæc fieri poterit ex institutione naturæ, vt non magis agat in partem proximiorem, quam remotiorem. Conf. 2. quia alioquin agens naturale secundum naturalem, & ordinarium modum agēdi nunquam possit producere sibi omninò simile: quia causa naturaliter exigit subiectum habēs partes remotiores, & proximiores quod licet concedunt aduersarij tamen hoc omninò videtur absurdum, quod natura nunquam connaturaliter possit assequi perfectè suum finem. Secunda ratio sumpta ex ordinatione illarum ad producendas formas substantiales elementorum impugnatur, quod ad productionem v. g. ignis, non requiritur octauus gradus caloris: nam cum hoc non potest stare forma oppositi, ergo debet produci per calorem minorem; sed hæc obiectio destruit se ipsam: nam cum calor vt octo non possit stare cum forma opposita, in ea mensura, in qua est calor vt octo, illa corrumperetur, atque adeo in eadem mensura produceretur forma ignis; q̄ si dicant formam oppositam existere ante instans, quo producitur forma ignis, & tunc existeret cū dispositione caloris vt octo, vt est in complete, quod videtur absurdum, tunc contra; tum quia non est absurdum formam conseruari sub innaturali dispositione, vt patet ex aqua feruenti; tum quia concedimus formas non semper produci cum omnibus sibi connaturalibus dispositionibus; sed debere spectari, cuinam formæ illæ dispositiones sint magis connaturales nam illa forma tunc produceretur ex necessitate naturæ. At nos in nostra conclusione diximus, spectandam esse naturam ex fine, ad quem per se ordinatur secundum connaturalem modum agendi. Nam quod accidens aliquādo impediatur, & varietur modus agendi, sæpè contingit, vt diximus supra, sed quod nunquā possit forma produci in subiecto habente connaturales dispositiones, videtur contra naturæ prouidentiam, instituendo legem operandi, quæ nūquā obseruetur à causis naturaliter agētibus. Dices. Au in sententia eorum, qui negāt sphæram actiuitatis, sed dicūt omnem actionē fieri vniformiter, difformiter, possit ab agente ratione extensionis, vel dēsitatis produci qualitas circa aliquod subiectum vniformiter difformiter secundum totam intentionem, quæ est in agente? Affirmant aliqui recentiores: nam experientia constat ex his conditionibus, licet non sint actiuæ, tamen adiuuari actiuitatem agentis, vt possit plus producere, & intensius, & extensius operari, quam sine illis, ergo possunt adeo crescere illæ conditiones, vt virtus actiua possit producere effectus secundum totam perfectionem quam in se habet: nam v. g. calor vt quatuor, si densetur, poterit producere circa subiectum calorem vt duo, etiamsi magis dēsetur, poterit producere calorem vt tria, & sic consequenter vsque ad quartum gradum. Quod si dicant, crescere quidem effectum ex maiori densitate, non secundum proportionem aritmeticā, sed Geometricā, vnde nunquam poterit peruenire ad perfectionem æqualem perfectioni, quam habet agēs: quia cum proportio arithmetica non fit secundum vniformem rationem, sed proportionalem, quæ proportio diuidi potest in infinitum in rebus habentibus latitudinem, nunquam perueniretur ad finē. Tunc contra: nam auctio actionis, quæ fit ex approximatione agentis ad passum, non sequitur secundum proportionem geometricam; nam cum posset perueniri ad summam approximationem, quæ est per penetrationem, non potest in approximatione respectu effectus seruari proportio geometrica. Sed non placet quia dum ex distantia agentis respectu passi fit transitus ad negationem distantiæ, quę habetur per penetrationem, non seruantur ijdem termini, qui sūt necessarij quoad proportionē geometricā: quia non retinetur distātia, in qua fundatur illa proportio, sicut si in diuisione proportionali continui fiat transitus ad in-

An possit communicari tota perfectio subiecto.

12 *An ad productionem ignis requiratur octauus gradus caloris.*

Vnde contingat modum agendi sæpè variari.

13. *Proportio arithmetica non est secū dum vniformem rationē, sed proportionalē.*

Pppp diui-

diuisibile, non retenta extensione, non est diuisio secundum partes proportionales; at in his actionibus semper retinetur distantia maior, & minor in infinitum, cui re-
14 spondet actio intensior, & remissior, ergo ibi seruari debet proportio Geometrica. Negant alij, qui negantes sphærulam, & ponentes actionem à principio fieri vniformiter difformiter, iuxta rationem distātię inter agens, & passum, posse ab illo agēte produci effectum æqualē agenti secundum intensionē, etiamsi crescat vis modi agendi ex multiplicatione virtutis per dēsitatem, vel extensionem. Probant aliqui: quia si posset agens naturale producere totam perfectionem, quam in se habet in parte subiecti sibi proxima, cum prius agat in partem proximiorem, quam remotiorē, prius illam totam intensionem producet, atque adeo in illam nihil amplius producere poterit, toto sequenti tempore, quo durat actio circa partem sequentem: Vnde aget in partem remotam, nihil agendo in propinquam. Sed facilè reijcitur; quia non est absurdum expleta latitudine effectus in prima parte nihil produci deinceps in illa: quia non habet amplius rationem passi, cū sit assimilata perfectè agenti, sed potius habebit rationem coagentis, respectu partium sequentium, in quas aget vniformiter difformiter, donec expleta sit tota latitudo qualitatis à tali agente producibilis, vt patet ex ligno posito intra fornacem, quod alteratur, secūdum partes profunditatis vniformiter difformiter, donec totum conuersum sit in ignem. Deinde, agens intra sphæram sibi propriam licet prius agat in partē proximiorem, quam remotiorem, non tamen prius, sed ex vi suæ virtutis intrinsecæ præcisè simul aget in omnes partes suæ sphæræ, licet deinde ex coagentibus sibi vnitis augeatur sphæra. Dices. Ex intensiore actione circa partem proximiorem, sequitur prius perfici intensionem qualitatis in parte proximiori, quam remotiori. Sed contra: quia cum sphæra illius virtutis præcisè sit determinata ad tantam intensionē in tali parte, & tantam in alia parte iuxta distantiam, & agens simul agit in omnes partes sphæræ, completis effectis circa illas partes, cessat actio, cōpletur autem simul, quare non potius perficiet intensionem in parte proximiore maiorem, quam in parte remotiori minorem. Quod si sequitur actio, id non est præcisè ex vi illius virtutis, sed ex coadiuuantibus agentibus sibi vnitis ad agendum. Vnde augetur sphæra, & ita aget in partes sequentes intensius, quā prius. 2. Alij probant; quia semper retinetur subiectum habens partes magis, & minus remotas. Fundamentum; quia sicut hæ conditiones non destruunt, sed potius perficiūt virtutem, quoad modum agendi, ita neque destruunt legem naturalem, quā habent in agendo: quia hæc consequitur ipsam naturā virtutis actiuæ, respectu passi; sed hæc lex consistit, vt semper remissius agat in partes distantes, quam in proximas, & contra intensius circa proximas, quam remotas. ergo hæc seruatur à virtute actiua, siue sit in subiecto raro, siue denso, siue magis extenso, non enim auctio virtutis destruit rationem agendi, quæ conuenit agenti in extrinsecum subiectum vt sic.

In his actionibus sēper est distantia maior, & minor in infinitum.

Sphæra virtutis est pręcisè determinata ad tantam intensionem in tali parte.

Dices. Sicut densitas auget effectum actiuitatis circa partem distantem, vt v.g. si calor rarus poterat circa secundum palmum intensionem vt duo, si densatur poterit circa idem subiectum intensionem vt tria, ergo adeo crescere potest densitas, vt circa idem subiectum producat vt quinque, atq; adeo adæquet intensionem agentis, quæ supponitur vt quinque. Resp. ex vi densitatis crescere quidem actionem circa subiectum, sed secūdum proportionem Geometricam, ita vt semper producat magis in proximum, & minus in remotum, atque adeo nunquam circa aliquam partem subiecti producere possit æqualem effectum, diffusum per totam illam, sed semper vniformiter difformiter.

DVB. III. *Quid sit resistentia.*

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo constat, dari in rebus aliquam resistentiam prob. experientia, cum ex motu locali, quo potentia motiua aliter operatur, cum inuenit resistentiam, & aliter dum non inuenit resistentiam ex parte rei motæ, & idem patet, de potentia alteratiua, quæ circa subiectum, in quo nullam inuenit resistentiam, producit suum effectū totum, quem potest in instanti, vt patet ex illuminatione; at non sic, vbi agens inuenit resistentiam; vt patet ex dictis de successione alterationis. Dices, Actualē resistentiā non dari: quia quicquid existit, in aliqua differentia temporis existit; sed hoc non conuenit resistentiæ actuali: nam vel exi- 1

Experientia qua probatur dari in rebus resistentiam.

stit

ſtit in ea mora, in qua eſt actio, & nõ quia tunc exiſtit forma. Tertia quæ terminat actionem, atque adeo eſt corrupta præcedẽs forma; at quod non exiſtit non poteſt reſiſtere; vel exiſtit ante exiſtentiam actionis, & neque: quia reſiſtere dicit quãdam pugnam, atque adeo dicit ordinem ad actionem alterius contrarij, pugna enim actualis non eſt niſi inter actu certantes, & multo minus dici poteſt, eſſe poſt exiſtentiam actionis, vt patet ex terminis. Reſp. actualem reſiſtentiam eſſe in ea menſura durationis, in qua ſunt omnia requiſita ad primo agendum; Quod ſi ex vi contrarij non exiſtit ſimpliciter actio, dicitur reſiſtere ſimpliciter actu, ſi autem ſequatur, ſed non cum tanta velocitate, vel intenſione, cum qua eſſet actio, ſi non adeſſet contrarium, tunc eſt reſiſtentia ſecundum quid, ſeu ſecundum modum; vnde reſiſtentia dicit ordinem ad actionem, non quæ tunc eſt, ſed quæ eſſet, niſi adeſſet contrarium, quod impedit, ne actio ſequatur vt dixi.

Duo ſunt genera agẽtium cum reſiſtentia.

2. Conſtat duo eſſe genera agentium cum reſiſtentia. Vnum mouentium localiter. Alterum per alterationem. Et quidẽ in primo genere plura ſunt genera mouẽtium, & reſiſtentium; nam & corpus depulſum, vel tractum reſiſtit pellenti, vel trahenti, & durum reſiſtit ſcindenti, & ſiccum terminanti, & figuranti, & corpus impenetrabile reſiſtit alteri ſimiliter impenetrabili: & in his facilè eſt explicare, vnde oriatur reſiſtentia, & in quo conſiſtat: nam ſi loquamur de proiecto, vel tracto, vel ita reſiſtit, vt omninò motũ impediat, & tunc prouenit ab illa cauſa, quæ in tali corpore conſeruat vbi, per quod in tali loco, vel ſpatio exiſtit, ſiue talis cauſa ſit propria grauitas ex Soto, vel leuitas, vel potentia motiua animalis, ſiue aliquis impetus, ſiue aliud impedimentum, quod ſua duritie, & impenetrabilitate non permittit, vt corpus illuc tendat, quò impellitur, vel trahitur ab agente. Et huiuſmodi reſiſtentia conſiſtit in ea actione conſeruatiua, qua conſeruatur vbi corporis tracti, vel depulſi; quod nulla ratione corrumpi poſsit ex alio vbi incompoſſibili. Si verò ſit talis reſiſtentia, qua non omninò impediatur, ſed retardetur actio, tunc reſiſtentia oritur à cauſa, à qua produci poteſt vbi oppoſitũ, & quod producitur ab agente, & tunc reſiſtentia non poteſt eſſe actio, ſed conſiſtit in ipſa potentia talis cauſæ, qua præſente, non ſequitur vbi in corpore, niſi applicata maiore virtute, qua opus eſſet ad tale vbi producendum, ſi ibi non adeſſet talis cauſa: quia non ſequitur actio mouentis, niſi eius virtus maior ſit virtute exiſtente in tali paſſo ad conſeruandum vbi, quod habetur. Vnde nec virtus, à qua eſt conſiſtentia in loco, proprè dicitur reſiſtentia.

2 Alia eſt reſiſtẽtia, quæ non omnino impediat, ſed retardet actionem.

3 Reſiſtentia impediens diuiſionem oritur à cauſa à qua cõſeruatur vnio.

Si autem loquamur de diuiſione, dico reſiſtentiam omninò impedientem diuiſionem oriri à cauſa, à qua conſeruatur vnio inter partes corporis diuidendi: quare reſiſtentia erit actio conſeruatiua vnionis. Reſiſtentiam verò retardantem diuiſionem non conſiſtere in actione, ſed in ea cauſa, quæ facit, vt ſcindens difficiliter ſcindat: quæ plerumque eſt cauſa conſeruans vnionem partium, vel aliquod impedimentũ extrinſecum, quod facit, ne partes facilè cedant diuidenti, vel aliqua alia qualitas corporis, qua partes difficile reddantur diuiſibiles, & idem proportionaliter dicendum eſt de ratione terminationis: nam oritur reſiſtentia ab ea cauſa, à qua conſeruatur talis terminus, & figura. Et idem ſimiliter dicẽdum de reſiſtentia, qua vnum corpus quãtum reſiſtit alteri quanto, ne fiant intime præſentia, ſeu penetrentur. Hec autem eſt impenetrabilitas, quam aliqui dicunt eſſe de eſſentia quantitatis, vel eſt conſeruatio impenetrabilitatis. Quare impenetrabilitas erit cauſa formalis, ne talia corpora ſint inter ſe præſentia, & actio, qua conſeruatur hæc impenetrabilitas dici poteſt reſiſtentia, qua vnum corpus alterum excludit à loco. Hæc ex communi ſententia DD. in quibus, quæ ſint emendanda, patebunt ex dicendis.

Multipliciter poteſt vnum contrarium impedire actionem alterius.

4. Notant ex ijs, quæ dicuntur de reſiſtentia, circa motum localem explicari poſſe reſiſtentiam in alteratione inter qualitates contrarias: nam multipliciter vnum contrarium poteſt impedire actionem alterius. Primò producendo in medio qualitatem, qua diſponatur ad incapacitatem contrariæ qualitatis, vt actio vnius contrarij in ſubiecto, licet nõ perueniat ad aliud contrarium, v.g. ſi ſit extra ſphæram, tamẽ poteſt impedire actionẽ illius in illo ſubiecto. Secundò poteſt impedire, corrumpendo virtutem contrarij, vel debilitando. Tertiò nihil producendo, vel remittendo contrarium, ſed conſeruando in ſua qualitate, qua ſubiectum redditur incapax alterius qualitatis contrariæ, vt v.g. etiamſi calori auferatur actiuitas, adhuc tamen ignis reſiſtit frigori per virtutem ſubſtan-

tialem conseruatiuam caloris in se. Vnde difficilius corrumpitur calor existens in igne, quàm in subiecto extraneo, v.g. in aqua. Quartò nihil producendo in se, vel in contrarium, vel in medio, vt calor in aqua impedit productionem frigiditatis per resistentiam: nam calor ille nihil producit in aqua, neque conseruat, & tamen resistit; & ita aer frigidus resistit radio lucis calefacienti non quidem producendo aliquid impediens actionem lucis: ex quibus deducit tres priores modos resistendi consistere in actione: quartum verò nequaquam. Sed quia ex huiusmodi opinionib, nec clarè constat, quid sit actualis resistentia, neque quid sit potentia resistitiua, neq; qua ratione resistere dicitur contrarium alteri ex eo, quod subiectum redditur incapax formæ producendæ ab agente contrario, nisi dicat resistere ex eo, quod nisi in subiecto esset talis forma, ibi saltem velocius, vel intensius produceretur contraria. Ideò explicandum videtur clarius, quid sit resistere, & quid potentia resistitiua.

4 *Resistentia triplex.*

5. Not. Ab aliquibus poni triplicem resistentiam, primam negatiuam, quæ consistit in incapacitate subiecti alicuius formę, qualis est resistentia substantiæ spiritualis respectu accidẽtium materialium, sed hæc non est propriè resistentia, sed potius incapacitas; nam huiusmodi incapacitas est in Deo, cui nulla res potest resistere. Secunda est priuatiua, seu passiua, & consistit in impotentia capaci quidem formæ, sed nullo modo, vel difficilè cedenti, qualis est resistentia lapidis respectu intendentis scindere, vel mouere. Tertia, contraria, qualis est qualitas corrumpens, vel debilitãs vires cõtrarij, vt dicitur de igne calefaciente aquã, qua corrupta ignis dicitur illi resistere, reportando victoriam. Ita Conimbric. 1. de generat. c. 9. q. 3. Suar. verò 2. met. disp. 43. sect. 2. n. 8. diuidit in resistentiam immediatam, & radicalem, illam ait esse in formis, quæ immediatè repugnant; quæ dicitur priuatiua. Quam n. 10. explicat Suarius, radicalem consistere in actione destruente vires contrarij.

Resistentia actiua, & formalis.

Denique alij diuidunt in actiuam, & formalem. Formalis dicitur à Suar. immediata, & à Conimbr. priuatiua, & consistit in resistentia formæ existentis in subiecto, impediendo, ne forma introducatur in subiectum. Dices. Materia prima dicitur incorruptibilis eo quod resistit omni corrumpenti; at illa resistentia, neq; est actiua, neque formalis, vt patet. Resp. 1. dici incorruptibilem non propter resistentiã agentis corrumpentis, sed propter negationem causæ efficientis, habentis potentiam ad corrumpendam illam, cum non possit desinere, nisi ex negatione conseruationis. Resp. 2. etiamsi concederetur, dici incorruptibilem propter nimiam resistentiam insuperabilem adhuc dici non potest illam esse formalem quatenus essentia non est capax existentiæ, & negationis existentiæ, vnde se conseruando resistit, ne ab alio corrumpatur, & habeat negationem existentiæ.

Virtus resistendi, & actus.

6. Not. Ex hac diuersitate resistendi oritur difficultas duplex. Vna de virtute, quam habet res ad resistendum. Altera de ipso actu resistendi, quid sint. Et quidẽ de virtute resistitiua dictũ in logica tr. 16. q. 3. d. 2.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

5 *Non potest in communi explicari resistentia ob varias rationes resistendi.*

PRima opinio est dicentium non posse in communi explicari resistentiam ob varias rationes resisteodi, sed singulas debere explicari secundum propriòs modos resistendi; ita enim explicatur, quando nomen est multiplex secundum significata, sed falluntur: quia licet, quando nomen est æquiuocum, prius debent explicari æquiuocata, quam significatio nominis in communi. At quando nomen est vniuocũ, vel analogum, explicari debet prius in cõmuni, quam in particulari. Tale autem nomen est resistentia: quia dicitur de pluribus secundum quendam cõceptum communem.

Quid sit propria resistentia.

2. Opinio est dicentium, posse, & debere illam in communi explicari; sed quid sit, non omnes conueniunt; nam primò aliqui dicunt, resistere formaliter esse actionem; ita Soncin. 9. metaph. q. 6. Iauell. q. 2. Valles. in phys. q. 11. & lib. 1. controu. c. 5. Niph. 1. de generat. tex. 95. dubit. 2. Nobil. 1. de generat. c. 7. q. 11. qui dixit, in inanimatis resistentiam esse potentiam naturalẽ; in animatis verò esse conatum quendam, quo nituntur in cõtrarium. Calculat. tract. 2. de reactione. Vnde inferunt, qualitatem, ita esse resistiuam, sicut est actiua. Ad hos accedunt Recent. qui concedentes idẽ esse agere, ac resistere, addunt, qualitates maximè actiuas, cum superantur ab alijs, citissimè corrumpi. Hanc autem actionem aliqui dicunt esse, qua vnum contrarium agit in aliud, quæ dicitur actio, vt ponit effectum, dicitur resistentia, dum impedit actio-

actionem contrarij, ne qualitas actiuè corrumpatur. Alij recognoscunt esse distinctā ab illa, sed tamen in rebus esse actionem proportionalem conatui animalis, dum alijs resistit illud trahenti, vel dimouenti

6 Secundum alios nō est propriè actio, sed negatio passionis.

6 à loco. 2. Alij negant esse propriè actionē, sed potius esse negationē passionis, vt Ven. in summ. de generat. c. 25. Marsil. q. 19. Saxon. q. 16. Tolet. q. 15. Buccafer. in tex. 48. & digress. de reactione. Pomponat. de react. sect. 2. 3. & 6. & 4. meteor. dub. 9. Thien. de react. & 3. physic. tex. 8. & 3. de elem. Zabarell. de react. c. 5. Astutil. & alij. 3. Suar. disp. 43. sect. 1. à num. 7. qui

Vis agendi non est semper eadem cum vi resistendi.

confutat esse actionem, ob duas difficultates. Prima quod licet aliquando vis agendi sit eadem cum vi resistendi, non tamen sēper, vt patet in albedine, & densitate. Secūda, identitatem realem cum distinctione rationis non sufficere ad impediendam diuisionem potentialem, nam potentia passiua, & actiua in intellectu sunt ratione tantum distinctæ, & tamen efficiunt duo mēbra in diuisione potentiarum. 2. Suar. notat, dupliciter vnam rem alteri resistere.

Dupliciter res vna resistit alteri.

Primò formaliter, per immediatam repugnantiam. Secundò radicaliter per diminutionem virtutis, vt calor ignis frigiditati, minuendo actionem alterius; sicut homo dicitur alteri resistere: quia abscindit manus, ne offendatur, & hæc est actio quædā, & solum differt denominatione seu connotatione: nā dicitur actio vt à principio agēte, resistētia verò vt diminuit vires alterius, ne possit agere. Et de hac potentia verè dicitur, non distingui ab actiua, nisi denominatione quadam, sed non constituit nouum genus potentiæ, siue quia non est extra latitudinem potentiæ actiuæ, sed aliquid ei additum; siue quia non est per se instituta ad resistendum, sed est quid consequens, & connotans vim agendi, vt potētia generandi, & corrumpendi contrarium non sunt duæ potentiæ: quia non est instituta ad corrumpendum; sed hic actus est quid consequens: non sic autem potentia passiua, quæ per se est instituta ad recipiendum, & hæc virtus resistendi est æqualiter actiua: quia quò fortius potest agere in contrarium, eo magis debilitat vires illius. Secundò formaliter, & hæc non consistit in actione, vt supra; quare non oritur nec per se primò nec consequutiuè à potentia actiua, vt sic: nam conuenit ijs, quæ non habent vim agendi, & si quando conuenit qualitati actiuæ, non oritur ex ratione actiuitatis, vt sic, sed aliunde, & de hac dicitur, quod magis qualitas resistit, quàm agat, & contra. Sed hæc resistentia cōsistit in priuatione actus, & ideo hæc vis resistendi potius est impotentia, & incapacitas, quàm propriè potentia: nam hæc resistentia formalis consistit, quod subiectum per qualitatem, & dispositionem illius impedit alterius formæ, & actionis introductionē, quod impedimentum non est per actionem aliquam, sed per formalem incompossibilitatem, qua actio contrarij vel omninò impeditur, vel retardatur. Hinc fit, illam vim non esse per se ordinatam ad hunc actum: quia naturalis potentia non est per se ordinata ad priuationem, 7

Cur qualitas sit magis resistiua quam actiua.

& ideò potius dicitur impotentia, & incapacitas, quæ consequitur ad effectum formalem alicuius dispositionis. Hinc fit, nō esse in certo aliquo genere, sed pertinere ad omnia ea prædicamēta, in quib. est forma, quę disponendo subiectum formaliter alteri repugnat, vt ijsdem formis conuenit vis expellendi oppositas formas. Hinc patet cur qualitas potest esse magis resistiua, quam actiua, & contra: quia hæc resistētia non consequitur actiuitatem, sed informationem, & dispositionem subiecti. Dices. Cum consistit in formali incompossibilitate, cur vna magis est resistitiua, quàm alia? nam vt calor frigori; ita frigus calori formaliter repugnat. Resp. Tripliciter posse explicari hūc excessum. Primò. Ex diuerso modo vnionis: nam vna forma potest esse talis, vt ex sua informatione firmiùs vniatur subiecto, non ratione solius intensionis, sed ratione naturæ specificæ

Triplex excessus explicari.

vnionis; quare reperitur in singulis gradibus; & sic durities magis resistit, quàm mollities: quia fortius vnit partes integrantes, vt in artificialibus partes difficilius diuiduntur, quia gluten habet maiorem vim vniendi partes, vel se illis. Secundò quia ex tali forma consequitur inæqualitas quoad aliquam conditionem agendi, vt densitas in passo confirmat ad resistendum: quia ratione illius plures partes passi vniuntur ad resistendum contrario, quod nō potest ita agere in omnes illas simul ita applicatas, & sic fortè siccitas magis resistit, quatenus confert ad maiorem densitatem, vt in terreis; nam in igne fortasse non ita est; & ita etiam fortasse durities, quæ semper habet densitatem admixtam. Tertiò ratione alicuius actiuitatis, quæ dupliciter esse potest. Primò per naturalem resultantiam

ratione

ratione cuius frigiditas in aqua plus resistit, quàm in aere: quia in aqua resistit non solum per suam informationem, sed etiam per dimanationem, & sic duæ formæ dimanantes à suis essentijs possunt inæqualiter resistere, ob inæqualitatem dimanandi: quia vna per perfectiorem actiuitatem, & virtutem dimanat, quàm alia, vt fortè tactus fortius dimanat ab anima sensitiua, magis, quàm visus; & sic grauitas resistit proijcienti, quia conseruat rem in loco. Secundò per reactionem in contrarium, vt grauia impellendo in contrariam partē, & durum hebetando diuidens. Vnde inæqualitas aliquando oritur: quia prior vnitus resistendi coniungitur cum posteriori.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

8 *Actualis resistentia formaliter nō est actio.*

PRima Concl. Resistentia actualis formaliter non est actio. Patet: quia potest aliquid resistere nihil agendo, ergo. Antecedens patet inde: nam aqua resistit actioni Solis, & similiter stuppa, cum inflāmatur, vt patet ea retardatione actionis: alias enim actio fieret in instanti, & tamen nihil agunt in Sole. Idem patet, quādo agens est adeo exiguum, vt non possit reagere, & tamen potest resistere. Vnde sic formatur ratio. Si resistere est agere, ergo quando passum non agit, non resistit, ergo tunc agens efficeret effectum in instanti, contra experientiam: sic albedo resistit inducenti nigredinem, & tamen non producit aliquid: sic raritas, & densitas: ea quaratione patet, non esse actionem formalē quocumque modo accipiatur actio: nam actio, non pōt esse sine termino producto, vel in ipso agente, vel in alio; at resistere potest esse si aliquo effectu producto, no ergo. Conf. quia cum premitur ferrum resistit, & iā non agit: sicut etiam patet, non esse passionem: quia nihil patitur ferrum, dum premitur. Et idem patet: nam Cęlum si premeretur, resisteret, & tamen nihil pateretur, vt bene Pompon. loc: cit. c. 5. & materia prima non resistit, cum maximè patiatur. 2. Prob. quia sequeretur, omnem qualitatem tantūm esse resistitiuam, quantum esset actiua: quod esse falsum patet: nā alias agens non posset repati in qualitate, quę agit, vel actio fieret à minoris inæqualitatis proportione. Sonein. negat consequentiam; nam, licet, inquit, resistere sit agere, non tamen omnia potentia actiua est æqualiter resistitiua. Sed contra: quia omnis potentia per suam actiuitatē formaliter resistit. Ergo tantum resistit, quantum agit, nā per ipsum agere formaliter resistit. Conf. quia resistere est impedire actionē alterius: sed hoc potest fieri sine actione contrarij. Vnde patet in bello humano, in quo sunt aliqua arma offensiua, vt ensis, alia defensiua, quæ defendunt non agendo, sed impediendo actionem alterius, vt clypeus.

Licet resistere sit agere non tamen omnis potentia actiua est æqualiter resistitiua.

Argumenta contra primam conclusionem.

Sed contra primam concl. obijcitur primò quia tunc aliquid optimè resistit, quando debilitat virtutem agentis, vel illius actionem retardat, sed non fit hoc, nisi reagendo in ipsum agens. Ergo. Cōf. ea pugna duorū animalium, quorum vnum alteri resistit per conatum quendam, & agendo quantū potest, & siquis desistit ab actione, iam nō resistit, ergo idem in pugna rerum naturalium. Conf. 2. indeterminate: nam cum lapis ferro scinditur, lapis resistit in lædendo ferrum; & cibus dum patitur à calore naturali resistit, debilitando ipsum calorem naturalem quod non fit sine actione. Conf. 3. quia potentia resistitiua est actiua. Ergo resistere est agere: nam actus potentię actiuæ est agere. Ant. patet: quia non est passiua, cum hæc disponat potius ad patiendū, & potentia resistitiua potius impediat passionem. Ergo est actiua. Conf. si resistentia non est actio, resistere nihil addit supra potentiam: atque adeo non magis resistit præsens, ac absens contrarium. Resp. per sequentem conclusionem, vnde sit.

9 *Resistentia sæpe coniuncta est cum actione.*

2. Concl. Licet resistere non sit agere, tamen sæpè coniuncta est cum actione. Pro cuius explicatione notādum, tripliciter posse impediri actionem alterius. Primò diminuendo eius virtutem, vt virtus aquæ minuitur, dum remittitur frigiditas. Secundò reddendo subiectum incapax aliquo modo actionis, vt humiditas ligni resistit actioni ignis, etiamsi humiditas nihil agat in ignem, sed solum propter incompossibilitatem quandam inter humiditatem, & calorem in eodem subiecto: & hoc sufficit ad resistendum, & impediendam actionē agentis, vt patet. Tertiò potest impediri per elongationem passi, quod impedimentum non habet propter rationem resistentiæ: quia non oritur ex virtute, & intrinseca dispositione passi, sed ab extrinseco, & per accidens: quare duo tantum priores modi dicuntur esse per resistentiam, sed secundus magis, quàm primus: nam primus non tendit per se ad impediendum, sed ad destruēdum contrarium, sed in secundo passum nihil

Tripliciter potest impediri actio alterius.

hil aliud efficit, nisi fieri, & ad hoc tendit. Vnde clarè colligitur, resistere propriè licet aliquando fiat per actionem, vt infra, non tamen semper, neque adeò propriè, quod vt melius cognoscatur. Not. 2. Sicut expellere formam à subiecto fiat dupliciter, primò effectiuè, & formaliter; ita impedire actionem agentis, fiat dupliciter primò effectiuè, quod fit, quando actiuè minuitur virtus agentis. Secundò formaliter, & hoc fit per formam incompossibilē formæ introducendæ ab agente. Vnde retardatur actio agentis: nam vti vna forma est sufficiens ad expellendam aliam, ita etiam ad impediendam introductionem illius. Ex his patet ad argumenta. Ad primum negatur: resistere esse debilitare agēs, sed potius retardare actionem agentis. Ad 1. conf. patet ex dictis, & infra etiam patebit. Ad 2. ibi reperiri, præter resistentiā, etiam reactionem, de qua infra. Vnde etiā oritur, vt sentiatur maior defatigatio, quando eleuatur maius pondus: quia illi reagit. Ad 3. petit difficultatem, quid sit potentia resistitiua? & Resp. magis esse naturalem impotentiam, quàm potentiam; nam tantū habet aliquid de impotentia, quantum de resistentia; ideò propriè neque sub passiua, neque sub actiua comprehenditur, licet reduci possit ad actiuam, quatenus impedire actionem videtur tantum grammaticaliter agere, tamen magis propriè videtur pertinere ad genus causæ formalis: nam consistit in incapacitate formali ipsius subiecti, de qua re infra. Vnde colligitur. Si resistere sumatur prout idem est, ac agere in cōtrarium; ita omnia qualitas est æqualiter resistitiua, & actiua. Si verò propriè sumatur pro indispositione passi, sic non omnis forma est æqualiter resistitiua, & actiua, imò potest esse, vt sit forma resistitiua, & non actiua, vt albedo resistit introductioni nigredinis, & non est actiua; sic etiam dēsitas introductioni raritatis; & omnis forma habens contrarium resistit introductioni formæ contrariæ: nam vt vnum expellit aliud; ita impedit actionem alterius; & tamen non omnis forma habens contrarium est actiua. Idem patet in spatio motus localis, vt infra.

Resistere non est debilitare agens, sed potius retardare actionem agētis.

Potest esse ut sit forma resistitiua, & non actiua.

10 3. Concl. Resistere simpliciter, licet cōnotet actionem agentis impeditam, & virtutem subiecti resistentis; tamen propriè, & formaliter dicit permanentiam in propria existentia: quia resistere est non sinere se diuelli à propria existentia ab actione alterius: hoc autem dicit permanentiam in esse, & connotat actionem agentis impeditam, qua conabatur subiectum diuellere à proprio statu, ex quo patet, resistentiam non distingui ab existentia, vt permanet. Conf. quia resistere videtur aliquid positiuum, sed impedire actionem non videtur, nisi negatio actionis. Vnde reuocari dicitur ad prædicamentum, in quo est existentia. Est contra Pompon. sect. 2. c. 3. loc. cit. qui dicit formaliter dicere impedimentum actionis, connotata existētia rei; sed non videt impedimentum actionis consequi ad resistentiam, ideo enim impedit, ne sit actio: quia resistit seu perseuerat in suo esse. Conf. ex nomine: nam resistere videtur significare gradum sistere, seu perdurare. Vnde si Deus prohiberet actionem ignis circa stuppam, hæc non diceretur resistere. Dices 1. Perseuerantia in esse est ipsa actio Dei, qua res conseruantur, ergo formaliter consistit in actione: nam conseruatio est formaliter actio; Resp. perseuerantiam in existentia non esse formaliter conseruationem, sed terminū conseruationis, sicut primum existere rei est terminus productionis. Vnde sicut productio prærequiritur ad actionem, ita conseruatio prærequiritur ad existentiam perseuerantiæ, & existentia prærequiritur ad resistentiam, quatenus impedit actionē agentis, quæ esset. Dices 2. Potest esse resistentia, etiamsi res non perseueret in suo esse: quia videlicet, vincitur à contrario, & dicitur resistere. Resp. Si res desinat in eo instanti, in quo incipit oppugnari, non dicetur resistere: quia licet in actu primo habeat virtutem resistendi; non tamen in actu secundo resistit; quia hic non impedit, cum non potuerit celerius expugnari; & licet fuerit necessaria maior virtus ad expugnandum rem, non tamen ob id fuit aliqua resistentia, sed per illam virtutem fuit superata virtus resistitiua, vt nihil restiterit, & idcirco diuinæ voluntati nihil potest resistere, non solum, quia potest nō concurrere cum virtute resistitiua, & tollere virtutem resistitiuam, sed etiam: quia cum vult, non permittit se impediri in actu secundo. Quod si res desinat in tempore, propter virtutem, quam habet ad resistendum, tunc diuturnior illa permanentia in esse dicetur resistentia: quia licet tādem corrūpatur, tamen adhuc per aliquod tempus durauit, ex eo tempore dicetur restitisse. Hinc in conclusione dixi resistētiā

Resistere est non sinere se diuelli ac proinde propriè, & formaliter dicit permanentiam.

Ideo impedit ne sit actio quia resistit, & perserat in suo esse.

sim-

simpliciter, quæ .s. non vincitur ab agente, vt significarem, dari resistentiam secundum quid, quæ .s. vincitur, sed impediendo actionem agentis non simpliciter, sed quoad modum .i. ne fiat tanta, vel cum tanta intensione, vel alijs conditionibus. Quod si tardius res expugnetur, propter voluntatem agentis, res non dicetur resistere quoad illam permanentiam, quam habet ex libera voluntate agentis: quia .s. minuit suam actionem. Dices 3. Resistentia terminat actionem agentis contrarij; at hæc non potest esse, dum forma existit: quia sicut impossibile est, idem simul esse, & nõ esse, ita dum existit corrumpi. Resp. resistere est non connotari respectu temporis, quo existit, vt probat argumentum, sed respectu temporis immediatè sequẽtis quia non resistit, ne immediatè corrumpat, vel corrũpatur, vel tardius etiam tunc corrumpatur: quia resistentia sumitur ab actiuitate contrarij. Sed contra: quia in eo tempore

Quædam impediunt actionem simpliciter quædam secundum quid.

12 re est actualis resistentia, in quo est actualis insultus contrarij, sed actualis insultus non est, quando non est actus, ergo immediatè ante actionem aduersarij non poterat esse resistentia, etiamsi tunc esset virtus resistitiua in actu primo. Conf. quia tunc quando non esset actio, & non esset vel si est, tardius est, dicitur res resistere: quia resistere est impedire, vel retardare actionem contrarij. Resp. 2. etiam dum res est resistit: quia impedit actionem, quæ tunc esset nisi ibi esset res resistens, sicut luctãs resistit, dum est rectus, ne deijciatur à rectitudine, quam habet. Ex dictis patere pot., quid sit resistentia actiua, & quotuplex, & quid formalis & quotuplex: quia tamen res non caret difficultate breuiter de illis in specie agendum, non tam vt explicentur quid sint, quam vt explicetur modus, quo vna qualitas resistit alteri.

Ego vero dico, primam opinionem habere locum in resistentia formali, vt bene probat prima opinio, & nos infra: in actiua vero non necessario habere locum primam opinionem: nam dum duo contraria sibi inuicem rea stunt per actiuitates circa secũdum subiectum, necessario requiritur, vt dum est actualis resistentia, vtrumque existat: nam cum resistant sibi inuicem per actiuitates, in ordine ad proprias operationes, necessariò existere debent, & sine existentia operari non possunt. Contra hãc conclusionem docent aliqui, docentes resistentiam formaliter in recto non dicere aliquod positiuũ, sed negatiuũ, nã illud esset in re resistente, & nunc quia ex vi resistentiæ non mutatur, neque aliquid acquirit, vt patet ex vi nominis; nam resistere dicitur, quando quis ex suo statu non mouetur, neque illud est in agente; nam ex vi resistentiæ passi; agens non repatitur: nam si ignis non posset calefacere adamantem, vel aquam, non idcirco aliquid recipit ab illis, vel patitur: Vnde dicunt, præter negationem passionis, quam dicet formaliter connotat, tum applicationem, & conatum agentis, circa ipsum resistens, tum virtutẽ, quæ est in re resistente, qua redditur conatus agentis inanis, quæ omnia pẽdent ex vi nominis; resistere enim hæc omnia dicit, ita Zabarella de reactione c. 5. & sequũtur aliqui recentiores ex Suario disp. 43. sect. 1. n. 9. vbi negat consistere in aliquo actu positiuo, sed potius in priuatione actus, & Tolet. in 1. de gen. q. 15. vbi Conimbricenses c. 9. q. 1. ar. 3. Resp. concedendo ad resistentiam requiri negationem actio- 13

Quid sit resistentia in recto.

nis, vel simpliciter, vel secundum modum, non tamen formaliter in recto consistit in illa negatione, sed potius in existentia, vt perseuerante, connotata actione agentis: quia resistere, est in ipsa re resistente formaliter, & non in agente: quod si dicant consistere in negatione passionis, quæ est in re resistente, tunc contra, tum quia negatio passionis supponit resistentiam; ideò enim non recipit ab agente: quia resistit, tum quia resistere dicit perfectionem formaliter; at negatio non dicit formaliter perfectionem, nisi præsuppositiuè, cum perfectio, & ens conuertantur ex Arist. tũ quia si intelligatur, rem permanere in esse connotata actione vt supra, rectè intelligitur resistentia, etiamsi non intelligatur negatio alicuius passionis, ergo in illa ratione consistit. Neque obstat, quod explicetur per negationẽ permittendi remotionem à suo esse, tum quia sæpè positiua explicamus per negationem, vt in attributis Dei, &c. tum quia hæc ipsa negatio ostendit, conceptum esse positiuum iuxta regulam, quæ dicit, duæ negationes affirmant, quare cum permissio hunc conceptum neget, negatio illius dicit positiuum.

Resistentia non consistit formaliter in negatione.

DVB. IV. *Quid, & quotuplex sit resistentia actiua.*

PRimò Resp. communiter, duplicem esse resistentiam actiuam. Vnam im-

Duplex est resistentia actiua.

pro-

1 *Resistentia actiua est duplex impropria, & propria.*

propriè, quæ consistit in destructione, vel diminutione virtutis contrariæ. Vnde fit, vt nequeat agere in subiectum, vel simpliciter, vel secundum quid, idest non tantū effectum, quantum produceret, si haberet virtutem perfectiorem, & non diminutam, quæ propriè est potius offensio, quam defensio: qua ratione Princeps ab alio obsessus exercitium obsistentis obtruncaret, vel alia ratione debilitaret. Hanc Suarius vocat resistentiam remotam. Alteram propriè, quæ consistit in impedienda actione alterius cōtrarij circa subiectū, vel simpliciter, vel secundum quid, siue retardando actionem, siue diminuendo effectum, quē agens produceret, si ibi non adesset agens contrarium sua actiuitate præsidendo subiecto: quam resistentiam satis probat experientia. quæ videmus, quod quando circa idem subiectum sunt approximata duo agentia contraria, vel non producunt simpliciter vtriusque effectus, sed tantum vnius habentis virtutem omninò superantem actiuitatem alterius vel non producitur effectus ita perfectus, sicut produceretur, si illi subiecto non essent applicata duo contraria. 2. Resp. communiter, hanc resistentiam contrariam propriè dictam distingui à resistentia actiua primo modo dicta, & à resistentia formali. Primum patet: quia in hac resistentia supponimus vnum contrarium non agere in aliud, sicut supponitur in primo modo resistendi, vt patet, si ponantur agentia esse extra sphæram actiuitatis alterius inter se, vel si Deus negaret concursum vtrique ad mutuam actionem inter se, non tamen quoad actionem circa tertium subiectum, tunc enim se impedirent quoad productionem effectus respectu tertij subiecti, propter mutuam resistentiam, & tamen non haberent actionē inter se. Ergo resistentia propriè dicta est distincta à præcedenti. 2 Prob. quia resistentia formalis exigit informationem formæ resistentis impediendo, vel retardando actionem agentis, & informationem formæ producendæ. At huiusmodi informatio non est necessaria ad resistentiam actiuam. Dices 1. Vel resistentia vnius actiua est æqualis actiuitati alterius contrarij, & nulla sequetur actio: vel est minor, & tunc non impedietur actio, sed erit ab agente fortiori, atque adeo ibi nulla erit resistentia. Resp. Sequetur quidem actio à fortiori agente, sed cum impedimento, quatenus non producet totum effectum, quem pro-

Resistentia contraria propriè dicta distinguitur à resistentia formali.

Resistentia formalis exigit informationem formæ resistentis.

duceret, si non adesset alterum contrarium resistens: vel saltem produceret effectum tardius, quàm produceret in absentia contrarij. Dices 2. Si sint duo agentia æqualis actiuitatis applicata eidem subiecto, neutrum aget circa illud subiectum. Resp. hinc probari resistentiam actiuam esse distinctam à formali: quia ibi nulla est informatio, imò nec illius effectus, & tamē est resistentia. Resp. 2. Id exigere, vt explicetur, quid sit formaliter resistentia actiua, & in quo consistat. Resp. communiter resistentiam actualem formaliter consistere in impedienda actione, quæ esset ab illis agentibus: radicalem verò consistere in potentia actiua determinata ex omnibus circumstantijs ad actionem, quam exigit, & tamen non elicit. Quare ad hanc resistentiam non sufficit potentia præcisè, sed requiruntur circumstantiæ, ex quibus determinatur ad actionem, & alioquin indifferentia ad agendum, vel non agendum. Ex quibus patet, hanc resistentiam exigere duas conditiones. Prima. Vt sit virtus actiua determinata ex se ad qualitatem incōpossibilem cum alia. Secunda. Vt propendeat, & exigat actionem qua producitur qualitas cum negatione contrariæ qualitatis: quia resistentia dicit conatum quendā, & vim ad effectum, pro quo est resistentia, & contra effectum, ad quem impediendū ordinatur: qui enim ina iu pomum tenet non dicitur resistere, si non est determinatus ad retentionem pomi, & impediendū illum ab eius manu extrahere volentem, sed eo cedere cuicunque vellet: sic Ciuitas cincta hostibus tenens occlusas portas non diceretur resistere ingressui hostis, si non esset determinata ad tenendas illas occlusas contra conatum hostis ingredi volentis. Quare requiritur, & virtus determinata ad effectum, & determinatio hostia ad contrariū conatum. Dices. An Deus conseruans qualitatem ex se dispositam, & determinatam ad operationem contrariā operationi aduersarij, dicatur resistere aduersario. Resp. 1. Aliqui negariuē: quia Deus est indifferens ad conseruandam qualitatem, & ad non conseruandam dum est paratus conuertere cum contrario, vnde destruitur qualitas. Neque dicas, Deus ad præsentiam agentis calidi agentis non statim definit conseruare frigus, atq; adeo est signum, quod contra exigentiam caloris agentis petat perhibere in conseruatione: quia non hæc est causa; sed frigiditas

Resistentia actualis formaliter consistit in impedienda actione.

2 *Resistentia actiua exigit duas cōditiones.*

conseruata in hoc instanti, petit vt adhuc in præsentia contrarij caloris, Deus continuet conseruationem, quare non Deus vt causa prima resistit, sed quia frigus exigit conseruari: vnde si calor agens fortius peteret destructionem frigoris, quam frigus peteret sui conseruationem, Deus desineret conseruare, quare ipsa exigentia conseruationis est, quæ resistit, non ipse Deus. Conf. quia experientia docet, calorem in aliquo subiecto, præsente igne, difficilius corrumpi, quàm eo absente; & tamen calor non indiget conseruari ab igne; ergo resistentia non consistit in conseruatione qualitatis resistentis. Dices 2. Graue resistit mouenti, non ratione vbicationis in spatio, sed ratione grauitatis conseruantis illud in tali spatio, ergo similiter forma resistet contrario, ratione diuinæ potentiæ conseruantis illam. Resp. esse diuersam rationem: quia grauitas ad grauitationem, & Deus non est determinatus ex se ad cõseruationem talis formæ, sed ad existentiã illius, quæ cum habet præsens contrarium fortius, non exigit conseruari, dum vincitur. Resp. 2 Dupliciter Deum posse concurrere ad resistentiam vnius formæ ad aliam, Primo mediatè, quatenus sua voluntate produxit talem rem habentem talem vim resistendi. Secundò immediatè, vt si vellet v.g. conseruare calorem independẽter ab exigentia illius, etiam præsẽte calore habente maiorem actiuitatem, quam sit resistentia: tunc enim ex vi conseruationis diuinæ calor resisteret contrario potentiori: quia licet Deus non esset naturaliter determinatus ad talem actum, est tamen determinatus ex propria definitione, hanc tamen resistentiam actiuam esse distinctam ab ea, quam nunc habent formæ: quia hæc est ex determinatione naturæ: illa autem ex libera determinatione Dei: ad quam non sufficit absolutè velle producere, & conseruare v.g. calorem, sed vt velit illum conseruare, præsente contrario. Vnde inquiunt. Si Deus adderet, velle conseruare donec adsit causa contraria exigens negationem conseruationis, tunc Deus non resisteret: neque hinc sequitur, calorem debiliorem non resistere frigiditati fortiori: quia calor semper exigit, & est determinatus producere calorem etiam in præsentia contrarij, licet non producat impeditus à contrario fortiori. Dices 3. In quo consistit discrimen inter resistentiam actiuam in actu primo, & in actu secundo? Resp.

3 *Deus dupliciter cõcurrere potest ad resistentiam vnius formæ ad aliam.*

Discrimen inter resistẽtiam actiuã in actu primo, & secundo.

Consistere in hoc, quod resistentia actiua dicit determinationem ad actum suum, v.g. ad calefaciendum, & ad negationem frigiditatis, etiamsi nulla sit præsens frigiditas: at in actu secundo præter prædictam potentiam connotat præsentiam contrarij: quia resistentia est veluti quædam lucta, quæ non potest esse, nisi inter duo contraria se per proprias virtutes oppugnantia: at quæ lucta potest esse etiamsi neutrum contrarium aliquid producat, vt si sunt duo contraria æqualis virtutis agentia inter se, vel circa tertium subiectum: vel si vnum producat, & alterum nihil, adhuc esset resistentia. Dices 4. Cum potentia resistitiua respiciat duplicem actum .s. proprium effectum, & negationem effectus à cõtrario producendi, quẽ primò respicit? Resp. aliqui potentiam resistitiuam posse considerari dupliciter. Primò vt est actiua; & ita primariò respicit productionem sui effectus, & secundariò negationem effectus producendi à contrario. Secundò vt est resistitiua; & ita primariò respicit impedimentum, seu negationem effectus producendi à suo contrario, quàm productionẽ sui effectus: quia si per impossibile non esset productiua sui effectus, & tamen impediret effectum contrarium adhuc diceretur resistere. Alij verò dicunt, potentiam immediatè respicere vtrumque: quia calor v.g non impedit productionem frigiditatis ratione caloris à se producti, sed immediatè, vt patet ex eo, quod aliquando est resistentia sine productione alicuius effectus. Sed non placet: quia licet non sit productio effectus, tamen est inclinatio, & determinatio ad producendum effectum, & ratione illius inclinationis habet vim impediendi effectum contrarium. Quare placet mihi prima opinio: quia actus proprius, & immediatus potentiæ vt resistitiuæ, est impedire effectum contrarij, licet radicaliter hæc potentia oriatur ex eo, quod calor, v.g. est determinatus ad productionẽ caloris, per consequens ad impediendam productionem frigoris incompossibilis cũ calore. Quare dici potest potentiã vt productiuam esse radicem potentiæ resistitiuæ, seu actus resistendi, respectu cuius cõstituitur potentia vt resistitiua.

4 *Potentia resistitiua respicit duplicem actum.*

Potentia vt productiua est radix potentiæ resistitiua.

DVB. V. *De ratione resistentiæ formalis.*

ART.

ART. I. *Explicatur resistentia formalis.*

1 *Ad resistentiam formalem duo requiruntur.*

EX dictis patere, ad hanc resistentiam duo requiri. Primò informationem formæ incompossibilis cum alia, quæ esset producenda. Secundò exigentiam conseruationis illius formæ informantis. Primũ patet: quia sine incompossibilitate etiamsi forma exigeret sui conseruationem non resisteret, vt albedo non resistit introductioni caloris in eodem subiecto: quia non est compossibilis cum calore. Secundum patet: quia posita incompossibilitate, si forma informans non exigeret sui conseruationem in subiecto adiuuante contrario statim cederet: quia non esset ratio, cur ipsa resisteret, cum non appetat sui conseruationem. Calor enim v.g. quia exigit manere in subiecto, exigit etiam negationem frigiditatis in illo: quia cum illa non potest permanere in eodem subiecto, & ideò resistit introductioni frigiditatis, ne ipsa corrumpatur.

Radix huius resistentiæ est appetitus se conseruandi.

2. Constat, radicem huius resistentiæ esse appetitum, quem quælibet res habet se conseruandi; & hinc oritur, vt non exigat, sed odio prosequatur existentiam contrarij in eodem subiecto, ne ex illo corrumpatur: Quare falluntur Recentiores, dum dicunt, exigentiam creationis contrarij immediatè conuenire formæ, sicut conuenit appetitus suæ conseruationis: odium enim quod est velle malum aduersario, supponit amorem obiecti, cui aliud aduersatur. Sicut enim odium fertur, & in malum cõtrarij & negationem boni illius; ita forma exigit negationem contrarij existentis, vel ne acquirat bonum existentiæ.

Resistentia Quid sit in actu primo.

3. Constat hanc resistentiam posse considerari in actu primo, & in actu secundo: nam in actu primo dicitur esse forma secũdum se: in actu verò secundo est forma, vt connotat contrarium paratum ad oppugnandum. Quod si ita impediat oppugnationem cõtrarij vt nullo modo illi noceat, tunc dicitur resistentia cum victoria. Si verò retardet quidem actionem, sed tandẽ vincitur, tunc dicitur resistentia deuicta, quidem totaliter, sed secundum quid: quatenus impedit agens contrarium, ne producat totum effectum, quem produceret si ibi non esset forma resistens.

Quando dicatur forma in actu secundo resistere.

Difficultas est: quando dicitur forma in actu secundo resistere, An dum corrumpitur, an verò immediatè ante? Resp. communiter, resistere immediatè ante: quia resistentia est, ne corrumpatur, & vt impediat sui corruptionem: at hoc non habet in instanti, quo corrumpitur: quia impossibile est in eo instanti illam corruptionem impedire. Ergo resistentia conueniet formæ immediatè ante. Hinc colligunt, actionem, quam nititur impedire forma resistens non posse esse in eodem instanti, in quo est ipsa forma: quia sicut impossibile est idem simul esse, & non esse, ita impossibile est existere formam resistentem, & in eodem instanti esse corruptionem illius. Quare resistentia hæc connotat actionem contrarij esse immediatè post: quia immediatè post potest corrumpi a contrario. At verò alij distinguunt resistentiam vincentem connotare actionem contrarij possibilem in eo instanti, in quo ipsa forma est, sed esse impeditam: quia nisi esset impedita, illa esset possibilis. Vnde hæc causalis est vera ideo in subiecto informato octauo gradu caloris in instanti B. non potest esse primus gradus frigiditatis: quia octauus gradus caloris illi resistit. Neque dicas, ibi non posse esse resistẽtiã: quia hæc cõuenit rei ne corrumpatur à contrario; at in eo instanti cũ existit non potest corrumpi. Nam licet non possit in eodem corrumpi, potest tamen in alio subiecto, & ideo dum est, resistit, & exigit vt conseruetur in alio sequẽti instanti C: quia exigentia non est de re, quæ habetur, sed quæ non habetur; at verò resistentiam victam non posse connotare actionem contrarij, in quo forma est, sed actionem in altero instanti, seu duratione, vt probat argumentum aduersariorum: quia inde sequeretur, formam simul esse, & non esse. Verum cum de re constet, non est, cur de nominibus dimicemus: nam constat, corruptionem formæ non posse esse in eodem tempore, in quo ipsa est in sensu composito: posse tamen esse in sensu diuiso: quia forma, quæ nunc est, potuit non esse, & corruptio formæ existentis, quæ nunc in sensu composito cum existentia formæ esse non potest, potest esse in sensu diuiso, ad quos duos sensus respicit diuisio illa resistentiæ, & victam, & vincentem; & hac ratione vtraque opinio defendi potest, illud autem est certum, nõ dici resistentiam, nisi connotetur actio cõtrarij, quæ esset ex vi proximarum causarũ, nisi daretur resistentia, qua impeditur dum resistit subiectum difficultas est de modo,

2 *Quæ sit resistentia vincens.*

Corruptio formæ non potest esse in eodem tẽpore in quo ipsa est in sensu composito.

quo fiat resistentia, sed cum hæc pendeat ab incompossibilitate formarum, quare supponendum contraria in esse intenso esse incompossibilia in eodem subiecto, contra verò in esse remisso, de qua re infra.

Quomodo corruptio sit contra naturam rei.

Dices. Qua ratione corruptio sit contra naturam rei, enim dum res corrumpitur nō exigit existentiam, neq; cōseruatur à Deo, atque adeo nihil in ea fit contra naturam illius. Resp. communiter corruptionem esse contra naturam, quam supponit extitisse immediatè ante ex eo, quod illam priuat existentia, quam habebat, & pro illo instanti exigebat existere in sequenti duratione pro qua exigebat conseruari, hoc .n. est contra inclinationem rei, quam habebat, ut duraret; quæ inclinatio, & appetitus non fuit efficax, ob violentiam illi illatam à contrario, ad quam violentiam Deus vt causa prima concurrens negat conseruationem exigitam à re, quæ corrumpitur: quia concursus vniuersalis debetur rebus secundum exigentiam ipsarum, vnde cum vna causa est potentior, cum illa concurrit, & desinit conseruare appositam. Dices 2. An requiratur, vt agens cui resistitur, sit in eo instanti, in quo forma resistens existit, nec satis sit esse immediatè post, quando actio vel simpliciter impeditur, vel retardatur. Resp. quod sicut exigitur, vt actio per quā est resistentia, dicatur esse debere in instanti sequenti, ita sufficit quod in eodem sit agens, cum in eo possit habere actionem.

3

Actio instātanea potest esse simul cum prima existentia effectus.

Sed hæc opinio licet metaphysicè vera sit, quoad actionem instantaneam, quæ potest esse simul cum prima existentia efficientis, tamen habet difficultatem quoad actionem successiuam, quod hæc exigere videatur præexistentiam agentis secundum durationem: nam si agens producitur in instanti, constat, non posse esse simul cum actione successiua, sed in tempore debet prius produci, & habere esse determinatum, quam eliciat actionem successiuam; at non potest habere existentiam determinatam, nisi productio, & duratio, in qua est productio, sit determinata, hoc autem non potest esse, nisi post aliquod tēpus, atq; adeo per totum hoc tempus agēs præcedere debet actionem à se eliciendam successiuè, quare dicendum est, naturaliter resistentiam exigere agens præparatum ad agendum prius secundum aliquam durationem, quam sit actio. Dices 3. An sicut actiua resistit alteri actiuæ per proprias actiones; ita formalis resistat alteri per proprias informationes. Resp. aliqui negatiuè: nam videmus duas actiuitates æquales applicatas eidem subiecto se impedire, ita vt neutra agat, si verò non sunt æquales, tunc potentior aliquid imprimit subiecto resistenti alteri minus actiuæ; at non ita inter resistentias formales: quia nulla aliquid de nouo imprimit subiecto, vel alteri formæ. Vnde inter se non pugnant: nam si formæ contrariæ sunt in diuersis subiectis,

Formæ contrariæ in diuersis subiectis nō habent resistētiam.

non habent repugnantiam; respectu verò eiusdem subiecti, cum sit occupatum ab vna forma, ibi non potest esse altera forma, & ideò ibi non est resistentia, vnde inferunt, resistentiam formalem dici respectu actiuitatis contrariæ qualitatis: quia illa sua actiuitate intendit destruere, & expellere à subiecto formam, quæ ibi est, & inde est resistentia. Verum hæc opinio alijs nō placet: nam licet verum sit, formales resistentias non inter se repugnare, sicut repugnant duæ actiuæ, tamen repugnant secundum rationem informationis: quia vna impedit, ne informet idem subiectum. Cons. quia actiua, & formalis ideò inter se pugnant; quia actiua intendit producere formam in subiectum, qua altera excludatur ab eodem subiecto, atque adeo repugnantia actiuitatis conuenit illi ratione formæ producēdæ in subiecto, vt patet; quā si forma producenda non esset exclusiua alterius à subiecto, illa quæ est in subiecto non resisteret agenti.

Resistentia actiua, & formalis quare inter se pugnent.

Non enim calor resistit sicco producenti siccitatem in eodem subiecto. Neque obstat, quod formalis nihil imprimat operi, quia est alius modus resistendi ab eo, quem habent actiua inter se contraria: nam modus resistendi inter formas est respectu informationis, quæ est productio alicuius entitatis distinctæ ab informatione. Quare ego resp. formam informantem habere resistētiam, & respectu agentis, & respectu formæ producendæ. Et primario quidem respectu formæ: quia ab ea formaliter, & immediatè excluditur à subiecto, secundario verò, & mediatè respectu efficientis: tam tota repugnantia, quam habet cum efficiente oritur à repugnantia, quam habet à forma.

4

Forma informans habet resistentiam, & respectu agentis, & formæ producendæ.

Dices 4. An Deus conseruando formam in subiecto dicatur resistere agenti, vel concurrendo cooperando cum agente corrumpente formam dicatur corrumpere formam. Negant aliqui, eo quod Deus vt causa prima concurrit ad effectus iuxta exigentiam ipsarum: vnde tota lucta est inter ipsos effectus;

ctus;

Deus vt causa prima concurrit ad effectus iuxta exigentiam.

ctus; qui exigunt concursum, vel productiuum, vel conseruatiuum illorum, & est velut iudex, qui auditis rationibus vtriusq; partis adiudicat rem litigiosam illi parti, quæ habet maius ius; ita Deus præstat concursum ad conseruationem, vel corruptionem habenti maiorem vim actiuam, vel resistitiuam; vnde sicut iudex non dicitur resistere alteri parti, contra quam fert sententiã, ita neque Deus dicitur resistere, quãdo conseruat rem habentem maiorem resistentiam, quàm sit actiuitas agentis, vel contra. Sed non placet alijs: nam conseruatio Dei respectu existentiæ habentis maiorem resistentiam verè impedit actionem agentis contrarij per vim resistitiuam rei conseruatæ, si enim ipse Deus non conseruaret illam, non posset resistere; quia annihilaretur, & idem dicitur de concursu productiuo cum causa effectiuè concurrente ad formam contrariam formæ occupantis subiectum: nam sicut sua actione immediatè attingit formam, & magis, quam agens particulare; ita repugnat, & vincit formam contrariam: quia quicquid est causa causæ est causa causati. Neque obstat, quod Deus præbeat hos concursus ad exigentiam causarum secundarum: quia hinc non tollitur, quin suo concursu pugnet pro vna, vel altera parte, sicut si duo Reges inter se pugnent, & alter petat ab alio auxiliares copias, præbens auxilium diceretur etiam pugnare contra alium Regem, etiãsi pugnet ad iustitiam alterius, iuxta illud, qui non est mecum contra me est. At obijcies, Voluntati Dei nihil resistit, ergo actioni diuinæ, siue conseruatiuæ, siue productiuæ nihil potest resistere: quia omnis procedit à voluntate Dei. Conf. quia inde sequeretur, Deum sibi ipsi esse contrarium, cum sibi ipsi resistat in conseruatione, & productione contrarij, hoc autem videtur offendere pias aures. Resp. duplicem esse voluntatem Dei, vnam efficacem beneplaciti, & huic resisti non potest, alteram signi & antecedentem, & hæc non semper impletur: quia eius impletio pendet à causis secundis, vt explicat D. Th. 1. p q. 19. ar. 6. Quia Deus non absolutè vult operari potius cum hac, vel illa causa, sed cum omnibus iuxta exigentiam illarum; vnde nihil fit, nisi secundum ordinem vniuersalem suæ voluntatis. Neque tamen hinc dicitur sibi ipsi repugnare, vt concurrat cum contrarijs causis; quia totus hic concursus est ex libera illius voluntate, qua decreuit cũ singulis concurrere iuxta naturam cuiuscunque causæ. Hic disputandum esset de actiuitate, & resistentia, qua ratione conueniant primis qualitatibus, de qua re dicẽdũ in 2. de Generat. vbi de natura harum qualitatum: solum explicanda est opinio communis dicentium, qualitates contrarias fuisse ea lege sic ordinatas, vt singulæ habeant secundum se minorem resistentiam, quam sit actiuitas contrarij: quia alias non posset sequi actio, secundo, qualitati actiuorũ tributam fuisse minorem resistentiam, & habenti maiorem resistentiam, tributam fuisse minorem actiuitatem, vnde cum calor sit omnium maximè actiuus, est omnium minimè resistitiuus, contra verò siccitati, quæ maximè resistitiua tributã esse minimam omnium actiuitatem, ita .n. ratione naturæ qualitatum naturam contemperauit, vt inde resultare posset varia mixtorum genera ad vniuersi perfectionem, & conseruationem, quæ tamen non carent difficultate vt infra.

5 *Voluntas Dei duplex. efficax cui resisti non potest, & signi.*

ART. III. *Explicatur modus quo fit resistentia.*

6

CVm in subiecto sit capacitas vtriusque formæ, neque in eo sit forma impediens actionem, dubitatur, qua ratione actio contrariorum agentium applicatorum impediri possit; Nam cum sint agentia naturalia, & vnum non agnoscat virtutem alterius, non apparet, quomodo vnum contrarium ad potentiam alterius impediri possit à sua actione, quæ necessario ab ipso fluit: cum enim non cognoscat virtutem contrarij, tamẽ non potest illam, & cohiberi à sua actione.

Primus modus est dicentium, illud impedimentum, vel retardationem actionis inter contraria, non habere aliam causam, quam naturam propriam determinatam à natura ad talem, vel talem modum agendi; nam sicut in agẽtibus liberis, cur sic vel sic operentur, non est quærenda alia ratio, quam libertatis natura, & in agentibus per cognitionem necessario non quæritur alia ratio, quam instinctus naturę, cum enim lupus aggreditur ouem, & fugit leonem, etiãsi neutrum ante cognouerit, non redditur alia ratio, quam instinctus naturæ, posita cognitione vtriusq;, ita dicendum de agẽtibus contrarijs carẽtibus omni cognitione

In agentibus liberis cur sic vel sic operentur ratio est libertatis natura.

ne, vt operationum modus, & ratio resoluatur in naturam talium contrariorum:neque hoc mirum, cum idē appareat in alijs nostris operibus, cur enim membra attrahant alimentum sibi conueniens,& expellant noxium, cur Rabarbarum purget bilem, & non alium humorem,& sic consequenter de alijs, nulla redditur ratio, nisi natura, & proprietas talium rerum. Sed non placet alijs: quia natura contrariorum semper est eadē,& tamē non semper sequitur similis effectus: nam duo contraria equalis contrarietatis se mutuo impediunt quoad actionem mutuam inter se inuicem: nam calidum vt sex ager in frigidum vt octo producendo vnum gradum caloris,& hoc in calidum, vt sex producendo quartū gradum frigoris.

7 *Optima ratio plurimorum effectū natura.*

Secundus modus est,dicentium, oriri partem de parte subiecti cōtrariorum:nam natura est generabilis, & corruptibilis vt .f. ibi determinat certas dispositiones, ita etiam gradus certos qualitatum:& quia illa vel sunt elementa vel mixta ex elementis cōsequens est, vt elemēta quorum singula determinent certas qualitates agāt in suum gradū,& hinc fit vt materia,cuius natura ordinatur ad illas formas recipiendas non possit recipere qualitates vltra gradus debitos formis: quia media commensurari debent fini. Hinc sequitur, vt duo agentia contraria vt octo à quibus actiuitates se inuicem impediant quoad productionem circa idem subiectum singula non possent producere qualitates vt octo: nam calor qui est in passo non poterit impedire,quin in eodem passo introducatur frigus secundum gradus non repugnantes. Resp. 2. nō esse deperditum: nam etiamsi calidum vt octo non possit recipere augmentum caloris, etiamsi fingantur calor esse causa vt sex,non est, cur facta deperditione vnius gradus non possit recuperare alium gradū caloris supra gradus,quos habet. Ego vero resp. in casu posito, esse duo calida, vnū vt octo, quod primo producens dicatur A. alterum vt quinque productum à calido vt octo,& dicatur B,iam vero cū queritur de gradū deperdito, vel explicandū est, de quo calido intelligatur an de calido A.an calido B.si de primo R. in eo deperdi? quia ponitur passum nudum,atque adeo non reagere in A.& cum passum recipiat quinque caloris, ac tres frigiditatis in illo instanti nec quinque gradus caloris, neque tres frigiditatis posse deperdi: quia

In composito sunt duo calida.

alioqui simul deficerent,& non existerent. 3. Passum frigidum vt tria in primo instanti suæ productionis non posse reagere in calidum vt octo:quia in frigidatio subiecti calidi non potest fieri in instanti,sed si cōcedatur aduersarijs fieri in instanti, neq; poterit agere, & reagere: nam aduersarij supponunt calidum vt octo in illo instanti producere calorem vt quinq;, atque adeo debet in eo instanti existere. Et ideò in illo non potest ex vi reactionis corrumpi,& tamen ex virtute actiua frigiditatis existentis in passo debet sequi, quod agat in calidum vt octo in passo instanti suæ productionis; tum quia sicut in passo instanti ponitur agens frigidum ratione frigiditatis corrumpere gradum caloris,ita calidum vt quinque ex opinione aduersariorum in passo instanti suæ productionis posset producere, & restaurare gradum caloris corruptum; atq; adeo posset illum conseruare ne corrumperetur:quia facilius est conseruare,quam producere. Vel posset impediri à frigido ne nouus gradus produceretur quare illa opinio videtur non recipienda,cum destruat principia naturæ ab omnibus concessa,de qua re infra. Resp. 3. si loquantur de calido B. negatur posse agere in calidum vt octo ratione caloris: quia minus intensum non potest agere in simile magis intensum, etiamsi hoc ponatur per reactionē perdidisse octauum gradum caloris: quia deficit virtus productiua. Hinc patet nec posse in se ipso producere gradū sextum caloris vt dictum est supra.

Passum frigidum vt tria in primo instanti suæ productionis non potest reagere in calidū vt octo.

Minus intēsum non potest agere in simile magis intensum.

DVB. VI. An actio oriatur à proportione maioris inæqualitatis actiuitatis.

ART. I. Explicantur termini, & sensus quæstionis.

1 PRimo Notandum, agens posse comparari,& ad effectum,& ad passum, seu subiectum quod potest esse nudum ab omni qualitate contraria,& vestitum contraria qualitate,sicut effectus potest distingui in primarium,qui immediatè terminat actionem agentis,& secundarium qui cōsequitur ad terminū productum ab agēte.

Agens comparatur, & ad effectū, & ad passum.

2. Not. Ex omnium sententia inter agēs & effectum, ac passum requiri aliquam proportionē non enim inquit Aristot. 1. phys. quodlibet est aptum pati à quolibet, sed determinatum à determinato, hæc aūt pro-

Inter agens & effectum ac passum requiritur aliqua proportio.

proportio potest esse tripliciter, primo vt virtus actiua sit æqualis cum perfectione effectus, & resistentia passis secundo vt sit inæqualis, & hoc dupliciter, siue quia virtus agentis est minor, quam sit perfectio effectus, & resistentis passi, siue quia virtus est maior, quam effectus perfectior & resistentiam passi posse hêre triplicem perfectionem, vnam, quæ dicitur æqualis perfectionis, alteram quæ dicitur inæqualis minoris perfectionis, tertiam, quę dicitur proportio maioris inæqualitatis: vnde quæstio est, quæ nam proportio ex his requiratur inter agens, &c.

3. Not. Hinc non esse agendum de proportione maioris, vel minoris inæqualitatis agentis secundum perfectionem respectu effectus, vt est terminus actionis, nam de hoc dictum est 2. phys. tr 14. q. 6. Neque de actione agentis respectu subiecti habentis similem qualitatem: quia de hac dictum est supra. Sed de proportione respectu resistentiæ, quæ est in subiecto, in quo recipi debet actio, ob repugnantiam formæ, quæ est in subiecto, de quo Arist. 1. de Gen. à 1. 16.

Quid accipiatur nomine Contrariorum.

2 4. Not. Hinc nomen contrariorum non accipi pro propriè contrarijs, quæ scilicet mutua actione inter se pugnant, sed largè vt dicit incompossibilitatem duarum formarum, vnde fit vt vna ratione repugnantiæ impediat vel retardet actionem agentis, qua altera introduci deberet in subiectum.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

An actio procedat à proportione minoris inæqualitatis.

PRima Opinio est dicentium, etiamsi plerumq; actio sequatur ea proportione maioris inæqualitatis, tamen aliquando sequitur ea proportione minoris inæqualitatis; vnde consequenter dicere debet posse sequi à proportione æqualitatis.

1 Probant ex reactione, quæ est à passo respectu agentis, illa enim cum sit à passo, quod habet minorem virtutem, quam agẽs vt patet ex ipso nomine passi, necessario est ex proportione minoris inæqualitatis respectu sui agentis, quod est repassum. Neque dicas, passum habere maiorem actiuitatem, quam sit resistentia virtutis actiuæ, & ideò procedere à proportione maioris inæqualitatis virtutis actiuæ passi, super resistentiam repassi: nam repassum non solum resistit per resistentiam formalem, sed etiam per resistentiam actiuam, quæ sine dubio est maior, quam actiuitas passi, vt patet: quia passum vincitur ab agente, quod dicitur repassum. Confirmant ex quibusdam experientijs, vt guttæ excauantis lapidem, cum enim lapis sit durus, & gutta mollis, habet sine dubio maiorem resistentiam, quam sit actiuitas guttæ. Altera formicæ, quæ sæpe transiens per petrã durissimam aliquid inde extrahit, cum cõstet, maiorem esse resistẽtiam lapidis, actiuitate formicæ, & idem ex pondere grani frumenti, quod trahit, cum granum sit maius ipsa. 3. Quia gutta aquæ remittit calorem ferri candẽtis, imo extinguit aliquã partem ignis, & tamẽ maior est resistentia ferri igniti, quam actiuitas guttæ aquæ. Conf 2. quia si Deus nollet concurrere cũ igne ad producendum calorem, quamuis ea igne frigiditas posset agere, & remittere calorem, ergo idem fieret, si Deus concurreret: quia ignis formaliter non resistit per actionem nisi impropriè, quatenus remittit virtutem actiuam frigiditatis contrariæ. Conf. 3. quia ex Buccaf. nã aetis frigiditas, quæ est minor, quam aquea, cõgelat aquã, ergo datur actio à proportione minoris inæqualitatis. Hi tamen inter se diuisi sũt nam aliqui distinguunt duplicem actionẽ, vnam victoriosam, per quam agens totaliter vincit passum, illud conuertendo in suã naturam, & hæc semper procedit ab agente habẽte proportionem maioris inæqualitatis supra resistentiam passi. Alteram nõ victoriosam, qua non vincitur passum simpliciter, sed tantum secundum aliqualem gradum, & aliquam partem, vnde non cõuertit passum in naturam agentis, & hæc esse potest à proportione minoris inæqualitatis, eò quod sit actio remissa, & imperfecta. Alij verò absoluiè dicunt posse sequi actionem à proportione minoris inæqualitatis ob experientias prædictas.

Experiẽtia afferuntur.

Actio duplex victoriosa, & nõ victoriosa.

3 2. Opinio est dicentium, quamlibet actionem, quæ est circa subiectum habens resistentiam, semper esse à proportione maioris inæqualitatis, ita communis opinio, quam sequuntur Niph. 1. de gen. com. 195. q. 3. Astudil. q. 92. Conimbric. 1. de gen. c. 9. q. 3. ar. 3. 1. Probant ex Aristot. 1. de gener. c. 3. vbi ait, non quamlibet virtutem moti uam posse vincere quamlibet resistẽtiam, sed debere esse maiorem, & explicatur tam respectu effectus, quam respectu resistentiæ, ex Them. Auer. D. Tho. & alijs ibi, & idem ostendit lib 7. & 8. Et conf. experientia: nam puer ideò non potest moue-

An Actio semper sit proportione maioris inæqualitatis.

mouere magnum lapidem: quia maior est resistentia lapidis, quam actiuitas motiua pueri. 2. Probatur à priori, agere in subiectum herbena contrarium agenti, est introducere aliquam formam in illud corrupto contrario; at hoc est vincere resistētiam, quæ erat in re, quæ corrumpitur, ergo actiuitas, à qua est actio, est maior, quam resistentia: quia illam vincit. Confirmam si actio non potest sequi, quando actiuitas est æqualis resistentiæ, multo minus sequitur, quando est maior resistentia: nam si actio impeditur ab æquali resistētia, multo magis impedietur à maiori resistentia. Conf. 2. ex explicatione terminorum: quia maioritas virtutis supra resistentiam in hoc consistit, quid ex vi resistentiæ non potest impediri, quin actio sequatur in passum; sed dum sequitur actio, illa non impeditur, ergo actiuitas, vt exequatur, est maior, quàm resistentia. Est dicendum resistentiam esse duplicem, vnam passiuā, seu formalē, & respectu illius sēper actiuitas debet esse maior, quam resistentia, vt sequatur actio. Alteram actiuam, quam dicunt consistere in actione, qua vnum agens contrarium agit in aliud debilitando illius vires, & respectu huius resistentiæ sequi potest actio, quamuis resistentia vnius sit maior, quam actiuitas alterius; Eamque tribuunt Arist. & D. Thomæ 1. de gener. c. 7 lect. 20. & in 4. dist. 11. q. 1. ar. 3. quæstiuncula 3. ad 2. & 4. Et probat exemplo: nam si detur calidum vt 8. & frigidum vt 7 inter se mutuo agunt; atque adeo frigidum introducet in subiectum illud calidum aliquem gradum prioritatis, non obstante maiori resistentia actiua calidi, quàm sit actiuitas frigidi. cum illa sit, vt 8. & hæc, vt 7. Cōfirmam posita igni, & aqua per se contrarijs, sibi inuicem resistentibus resistentia actiua, aqua aget in ignem non vt est agens, sed vt passum, sed ex resistentia actiua ignis, qua resistit aquæ fortius calefaciendo illam, non aufert ab igne, quin possit esse passum respectu minoris frigiditatis aquæ: quia non aufert, quin possit recipere aliquid frigiditatis ab aqua. Neque dicas, inde auferri actiuitatē ignis in aquam: quia non potest esse agēs, & patiens respectu eiusdem: nam non est secundum eandem qualitatem: nam ignis producit in aqua calorem, & recipit frigus, & è contra aqua recipit ab igne calorem, & communicat igni frigiditatem; vnde manet, vt sit passum, & agens. Et ratio à priori est ex D. Th. loc. cit. quia actio inter contraria attenditur non ex viribus actiuis inter se mutuo agentibus, sed ex viribus actiuis vnius respectu resistentiæ passiuæ, seu formalis alterius, & per accidens se habet quod vtrumque sit actiuum, vt patet: nam cælum agit in hæc inferiora, & tamen hæc inferiora non agunt in cœlum, ergo ex vi actionis, vel accidēs est actiuitas alterius; ita recentiores aliqui.

Introducere formam in subiectū corrupto cōtrario est vincere resistentiam.

4 *Resistentia duplex passiua seu formalis, & actiua.*

Positis per se cōtrarijs resistentia actiua agit in contrarium.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

Prima Concl. Quando duo agentia sūt applicata eidem subiecto, tunc resistentia actiua vnius maior impediet actionem alterius agentis minoris virtutis circa eandem partem subiecti; Vnde fit, vt actio circa tertium subiectum, esse debeat ab actiuitate maioris inæqualitatis respectu resistentiæ actiuæ alterius agentis. Prob. 1. ex virtutibus oriundis; Nam in æqualibus si applicentur eidem subiecto, quod trahendum esset in contrarias partes à motiuis contrarijs trahetur in illam partem, ad quam mouet fortior virtus motiua, & hinc est quod vapor aqueus quia habet adiunctam exhalationem igneam, ascēdit superius, non obstante grauitate aqueæ, & similiter de exhalationibus extractis à terra, quæ ascendunt ob igneas partes illis coniunctas; Hinc est, quod duo pondera æqualia posita in lance non sequitur motus in singula, sed manent in æquilibrio partes lancis. 2 Prob. in alteratione: nam si ponatur subiectum calidum, & frigidum vt quatuor, & illi applicentur duo agentia frigida. & calida vt quinq; quæ supponantur habere actiuitates æquales, & approximationem determinatæ parti æqualem, tunc nulla sequitur actio: quia non est ratio, cur potius circa illud subiectum agat calidum, quam frigidum, cum sint agentia in omnibus æqualia, ergo resistentia actiua equalis alterius actiuitati impedit actionē. At vero si calidum v. g. illi parti applicatū haberet maiorem actiuitatem ex vi illius, sequeretur actio, quia superaret actiuam resistentiam, quam habet actiuitas frigiditatis: nam licet illa non possit producere gradum frigiditatis circa illum subiectum ob maiorem resistentiam actiuam contrarij, retardabit tamen actiuitatem caloris, ne fiat subito, & tam intense, ergo etiam respectu resistentiæ actiuæ circa tertiū subiectum, debet oriri actio à proportione inæqua-

5 *Quando resistentia actiua vnius maior impediat actionē alterius minoris.*

Quando agentia in omnib. sunt æqualia nō sequitur actio.

inæqualis actiuitatis supra resistentiam actiuam. Dices. Si calidum vt quatuor, & frigidum vt tria inter se agunt, tunc actiuitas caloris non potest impedire actionem frigoris circa subiectum, vt patet ex vi reactionis, & tamen actiuitas caloris est maior, quam frigiditatis, ergo si hæc actiuitas non potest impedire actionem frigoris circa suum subiectum, multò minus poterit impedire illam circa tertium subiectum vtrique coniunctum. Resp. negando conseq. quia calor non resistit frigori per suam actiuitatem, sed per resistentiam formalem: quia non potest agere in se ipsum, quæ resistentia minor est, quam actiuitas frigoris. At verò in tertio subiecto non solum est resistentia formalis qualitatis, sed etiam actiua caloris cum possit agere in illam partem subiecti.

Calor non resistit frigori per suã actiuitatem sed per resistentiam formalem.

6 2. Concl. Omnis actio procedere debet ab agente habente proportionem inæqualitatis maioris super resistentiam formalẽ passi. Patet ex dictis in secunda opinione. Con. ex prouidentia naturæ, quæ vt infra dicemus, ita qualitates instituit, vt quæ est magis actiua, sit minus resistitiua vt scilicet habeat minorem resistentiam, quam sit actiuitas contrariæ qualitatis, si enim calor haberet tantam resistentiam quantã habet actiuitatem respectu sui contrarij, nunquam posset vinci a suo contrario, atq; adeo omnia conuerteret vt inquit Arist. in seipsum: quia omnia alia destrueret, & ipse nunquam haberet à quo corrumperetur. Quod optima ratione à natura factum est, vt possit esse inter primas qualitates mutua actio, & repassio necessaria ad generationem. Confirmat. ex ratione victoriæ, quæ in agens habet super passum, dum ag itquia in eo producendo formam excludit præcedentem; at victoria ex ratione sua dicit maiores vires, in victore, quam sit resistentis victi. Ex quibus patet vanam esse distinctionem illam actionis victoriosæ, & non victoriosæ: nam licet victoriosa dicat maiorem victoriam super passum, quod in se conuertit tamen etiam actio, quam negant esse victoriosam, dum producit circa passum aliquem gradum, etiamsi non habeat plenam victoriam circa omnes gradus, habet tamen illa circa illum gradum quem excludit ex vi gradus à se producti.

Victoria ex natura sua dicit maiores vires.

ART. IV. *Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

Ad primum resp. Etiam reactionem oriri à proportione inæqualitatis maioris actiuitatis, respectu illius gradus, quem excludit; Quia resistentia formalis qualitatis ex natura sua est minor, quam sit actiuitas qualitatis contrariæ, vt v. g. quando calor agit in frigidum, & frigidum reagit in calorem, tunc gradus caloris exclusus habet minorem resistentiam, quam sit actiuitas frigiditatis, etiamsi calor sit multo magis actiuus, quam frigus: quia calor in proprio subiecto non resistit frigori per actiuitatem, sed per resistentiam passiuam, seu formalem, vt dicemus cum de reactione. Huius rei rationem aliqui afferunt ex eo, quod frigidum reagens in calidum agit secundum omnes suos gradus, quia omnes habent rationem vnius agentis; calidum vero repassum non resistit secundum omnes suos gradus, sed solum secundum illum gradum, qui est incompossibilis cum gradu frigiditatis producto, vt v. g. calidum vt 8. repassum à frigido vt quatuor resistit præcisè secundum octauum gradum, non secundum alios vt docet Pompon. tr. de reactione. Quæ ratio à me alibi examinabitur: quia licet in opinione ponentium gradus heterogeneos, facilius defendi posset, non ita tamen apud asserentes illos omnes esse homogeneos: quia hac ratione gradus frigiditatis non magis repugnaret vni gradui, quam alteri; atque adeo omnes resisterent. Deinde non affertur ratio sufficiens, cur gradus omnes vniantur ad agendum, & non vniantur ad resistendum, cum natura maiorem inclinationem rebus indidit ad sui conseruationẽ, quam ad productionem alterius. Quia per sui existentiam conseruat se. & speciẽ. At per productionem alterius conseruat solum speciẽ, vnde Heusber, & Calculator tr. de reactione asserunt calorem se toto agere, & se toto resistere: quia naturaliter agit, & naturaliter resistit, de quibus opinionibus Buccafer. 2. de Gen. tr. de react. fol. 208 & seq. Ad 1. conf. Resp. 2. Guttã non quamlibet excauare lapidem, sed vltimam ex Aristo. nam cæteræ præcedentes receptæ intra poros mollificantes duritiem lapidis, illum disponunt vt minus resistant excauationi, vnde minorata resistẽtia, adeo vt sit minor potentia guttæ celeriter ex superno loco cadentis, vel velociter fluentis excauat partem illam lapidis dispositam; & licet durities resistat

Resistentia formalis qualitatis ex natura sua est maior quam sit actiuitas qualitatis contrariæ. 7

Quomodo gutta sæpe cadens excauet lapidem.

vni vel alteri guttæ, tamen cum tot succedant maximè adhærentes lapidi, tandem mollificāt aliquas illius partes, q̄ facilè dimouentur, & separātur ab alijs. Ad 2. Experientiam Resp. eodem modo formicam vel morum frequentem super lapidem mollificare, vel humectare partem lapidis, et quod ex Alberto 26. de animal. morsu suo, venenum quoddam spargit, qui pustulas eleuat, sed non omnino placet; quia nō apparet huiusmodi humectatio in lapide ex motu frequenti formicæ; ideo alij respondent sua vi licet parua, ac pondere paulatim concutere partem lapidis, vnde aliquantulum illa incipit diuelli ab alijs, vnde frequentato motu omnino separatur, vbi apparet respectu effectus, quem præstat semper sua actiuitate super resistentiā illius partis, dum eam excauat, in eam ob illā dispositionem minus resistit, quam agat formica, & ita dicendum de singulis actionibus respectu partialis effectus, sed non omnino satisfacit: quia non apparet pondus formicæ posse habere aliquam vim circa duritiem lapidis, præsertim cum pōdus potius premeret partem, & conseruaret vnionem cum alijs compartibus; quare

Responsio Authoris. Ego Resp. si vera est experientia, illam oriri ex oribus formicarum, quarum morsus potest paulatim disponere partem lapidis vt tandem separent illam, diminuta eius resistentia, quod autem dicitur de potentia motiua formicæ. Resp. inde colligi formicam esse inter omnia animalia fortissimam spectata proportione corporis ex Cicer. 3. de nat. Deor. ex eo quod moueat pondus multo maius se. Ad 3. experientiam, ignem ferri extingui gutta non solum ob frigiditatem, sed etiam tum ob humiditatem, quæ maxima est in gutta aquæ, tum sua grauitate occupando poros, inde excludendo ignem, & exhalationes igneas, tum quod illa gutta habet majorem actiuitatem, quam sit resistentia raræ, & paruæ exhalationis, quæ continetur

8 in ferro. Ad primam conf. Resp. dupliciter posse concipi actionem ignis impedite actionem frigiditatis, primo circa tertium subiectum, & ita conceditur, quod si Deus suspenderet concursum cum calore quod tunc frigiditas ageret in illud subiectum, eo quod sit ablata resistentia, quæ oriebatur ab actione caloris. Secundo circa subiectum proprium, & respectu illius sequeretur à frigiditate corrumpi aliquem gradum caloris, siue Deus suspendat con-

Dupliciter concipi pōt actionem ignis impedire actionē frigiditatis.

cursū, siue non, vt dicitur in argumento: nā respectu proprij subiecti calor non resistit frigiditati propriè per actionem, sed per resistentiam caloris, quæ illi conuenit, siue agat, siue non, hæc autem minor est, quam actiuitas frigiditatis. Ad tertiam resp. primo. Ibi non tractari de actiuitate respectu resistentiæ subiecti, sed respectu perfectionis effectus, eo quod videatur produci perfectior effectus, quam sit perfectio causæ. Resp. 2. Alij ignem internū contentum in exhalationibus admixto aquæ frigore externo resistente rem ipsā magis densare, & durare, & ideo aqua calida citius in gelu durescit, & vapores calidi, & multo igne grauidi citius in grandinem vertūtur, quod autē sit ignis in glacie sed valdè constrictus, & impeditus probat cristallus, ex qua veluti ex silice ignis excutitur christallum verò fieri ex glacie cōstat, sed nō omnib. placet; tū quia author illius putat ignem contineri in aqua non ab extrinseco ratione exhalationum, sed ex compositione intrinseca, quod putét cum antiquis omnia in omnibus inesse, sed non apparere; tum congelatio non fit ex illa resistentia, sed ex vi condensationis ad quam concurrit frigiditas effectiuè, & materialiter exhalatio terrea; tum quia non rectè probatur ignem contineri in christallo ex illa excussione, cum ignis ille fiat ex attritione aeris facta à christallo, &

ferro. Resp. 2 Buccaf post tex 55. de actione similis in simile argumentum concludere si congelatio fieret à sola frigiditate, sed non ita, cum ad congelationem concurrat etiam siccitas exhalationis, quæ est admixta aquæ; nam alioqui cum aqua ex natura sua sit frigida semper esset congelata, cum Arist. dicat 2 Cæl. 42. congelationem aduenire aquæ propter naturam quia principalius fit ex exhalatione terræ permixta aquæ, & aeris. Quod patet: quia in destructione glaciei semper inuenitur terra, vt apparet in fundo vasis, in quo liquefit, sed non omnino satisfacit: tum quia admixtio terrearū exalationum reperitur in aqua etiam non congelata, & si ibi est frigiditas aquæ; tum quia experimur congelationem non fieri, nisi tempore frigidissimo, ergo etiā frigiditas extrinseca concurrit, quare existimo frigiditatem extrinsecā aeris, & cæli astrorū influxu concurrere simul cū frigiditate aquea ad cōgelationem ipsius, siue fiat per condensationem, siue alia ratione. Neque inde fit, actionem fieri 9

à fri-

à frigiditate remiſſiore in ſubiectum frigidius, ſiue quia influxus actionum eſt frigidior virtualiter, quam aqua ob extrinſeca, quibus aquæ frigiditas remiſſa eſt, ſiue quia adiuuat frigiditatem aqueam ad condenſandam illã, & vniendam cum terreis exhalationib. verũ de hîc re in metheoris.

Actiuitas agentis debet eſſe maior quam reſiſtentia contrarij.

Dices. Si agentis actiuitas debet eſſe maior quam reſiſtentia contrarij, vel exceſſu determinato, vel indeterminato, ita vt ſufficiat quilibet quantumcunque minimus; at neutrum dici poteſt: nam cum quilibet exceſſus conſtituat proportionem maioris inæqualitatis à quolibet exceſſu ſequi poteſt actio, atque adeo non requiritur determinatus exceſſus. Neque poteſt dici, ſufficere indeterminatum: nam ab indetermi-

Ab indeterminato non poteſt eſſe actio.

nato non poteſt eſſe actio; hinc ortæ ſunt variæ opiniones: nam aliqui putant ſufficere quẽlibet indeterminatè: quia quilibet exceſſus ſufficit ad vincendam reſiſtentiam paſſi. Conf. nam quando actiuitas eſt æqualis reſiſtentiæ, non ſequitur actio, ergo ſtatim quãdo receditur ab æqualitate, ſequitur actio, ſed quilibet exceſſus ſufficit ad auferendam æqualitatem. Conf. 2. quia ſi lapis in vacuo iacitur ſurſum, & in inſtanti quo extrinſecè ceſſat motus, adæquatur virtus motiua ſurſum, eum grauitate, non poſſet lapis ſua grauitate immediatè poſt mouere lapidem deorſum: quia immediatè poſt, non habet exceſſum determinatum ſupra impetum impreſſum, atque adeo deberet lapis in puncto reflexionis requieſcere per aliquod tempus determinatum contra communem conceptum. Alij tamen negant, ſufficere indeterminatum exceſſum, ſed requiri determinatum, ex D. Thom. 1.2.q. 3. ar. 6. ad ſecundum *neque etiam omnia, quæ ſunt illuminata, aut calefacta poſſunt alia calefacere, & illuminare, ſic enim illuminatio, & calefactio eſſent vſque ad infinitum, &c.* 3. Alij putant vtramque opinionem inter ſe defendi, ſicut defenditur vtraque opinio quoad quãtitatem neceſſariam ad agendum, quod aliqui velint loquentes de virtute carente contrario, vt lumen, quod quælibet poteſt agere in ſubiectum diſpoſitum, ſine vlla determinatione ex parte minoritatis; & alij contra dicentes poſſe deueniri ad tam paruam quantitatem virtutis, vt nequeat agere, ita dicunt de exceſſu virtutis ſupra reſiſtentiam paſſi.

10 *Secundum alios requiritur exceſſus determinatus.*

ART. V. *Explicatur qualis debeat eſſe exceſſus actiuitatis ſupra reſiſtentiam paſſi.*

PRimo exceſſum determinatione actiuitatis reſpectu reſiſtentiæ poſſe intelligi dupliciter, primo determinatione neceſſaria ad exiſtendum, & hanc requiri in omni opinione: quia ſicut virtus vt agat exigit, vt habeat exiſtentiam, atque adeo præ requiſita ad exiſtendum, ita & exceſſus illius ſupra reſiſtentiã. Secundo determinatione quantitatis, vt v.g. ſit vt vnum &c. & hoc dupliciter, primo ex parte minoritatis, ſiue ſit minimum quod ſit, quod eſt terminari intrinſecè v.g. vt vnum, & minor non ſufficiat: ſiue maximum, quod nõ, vnum .ſ. non ſufficere, ſed quemlibet maiorem ſufficere, quod eſt terminari extrinſecè, & de hac determinatione eſt controuerſia, quod prima opinio negat, poſſe aſſignari in exceſſu aliquem terminum, ſiue intrinſecè, ſiue extrinſecè requiſitũ ad agẽdum, ſed quocunque dato poteſt minor ſufficere; at ſecunda opinio affirmat neceſſario dandum, vel ſit tãtus quod minor nõ ſufficiat, vel ſit tantus non ſufficiat, & quilibet maior ſufficiat.

11 *Variè intelligi poteſt exceſſus determinatus reſpectu reſiſtentiæ.*

Prima Concl. Probabile eſt non requiri determinatum exceſſum, ex rationibus primæ opinionis, quæ non ita ſoluuntur quin in illis maneat aliqua vis præſertim quia non eſt à quo impediatur actio; quare in hac opinione dicendum eſt, requiri ad actionem determinatũ exceſſum: quia actio non poteſt exire ab indeterminato principio, ſed indeterminate: quia illa determinatio neceſſaria non eſt certa, ſed poteſt eſſe cum minori, & minori quantitate in infinitum, & hoc explicatur per ly indeterminatè, ſicut viſio exire debet ab oculo vno determinato, ſed indeterminatè: quia antequam ſit operatio debet determinari oculus.

Probabiliter non requiritur determinatus exceſſus.

2. Concl. Probabilius eſt exigi determinatum exceſſum: quia idem dicendum de exceſſu ſupra reſiſtentiam, quod dicitur de virtute, vt ſit ſimpliciter actiua: quia par ratio, ſed vt hæc ſit ſimpliciter actiua debet habere determinatã actiuitatem, ita vt minor non ſufficiat, ergo: minor prob. quia alioqui progredi poſſet in infinitum: nam licet dici poſſet, tandem impediri à reſiſtentia, vel indiſpoſitione ſubiecti; quæ ſuperari non poteſt à virtute tam parua; tamen id non eſt per ſe ex inſtitutione na-

Probabilius requiritur determinatus exceſſus.

 turæ,

turæ, sed per accidens ex impedimento occurrente, ex quo fieret, vt paruum lumē per se esset sufficiens ad illuminationem totius circumferentiæ hemisphæræ superioris, sed hæc probatio procedit de termino virtutis actiuæ secundum se, non de excessu actiuitatis supra resistentiam: quia lumen cum careat contrario, non exigit excessum supra resistentiam, quare instant etiam quoad habentia resistentiam: quia calor v.g. non habet sphæram, nisi determinatam v.g. ad vlnam; at si non exigeret excessum supra resistentiā determinatum non haberet sphæram determinatam: nam calor existens in vltimo palmo potest vincere resistentiam contrarij in palmo coniuncto, & sic consequenter de hoc calore respectu sequentis frigiditatis &c, ita non erit sphæra finita, vel non potest, & hoc nō erit, nisi ob tantam paruitatem virtutis, quæ non habet excessum determinatum supra resistentiam passi, in qua ratione supponi deberet, resistentiam minui proportionaliter, ac quantitas actiuitatis: nam alio qui dici posset, non sequi actionem: quia actiuitas est minor, quam resistentia passi; quare cum ex experientia non constet, illam proportionalem diminutionem resistentiæ fieri, vt minuitur virtus, nō potest probari hæc conclusio ex hac ratione ducta ex negatione sequelæ actionis.

12 *Quomodo minus requiratur ad essendum, quam agendum.*

2. Prob. quia minus requiritur ad essēdum, quam ad agendum, vt patet ex animatis, quæ non habent operationes proprias statim ac sunt, sed exigunt certam terminationem sui augmenti, præsertim quoad actionem, qua producunt sibi simile in specie. Sed ad essendum exigitur determinata quantitas, cum determinatis dispositionibus, ita vt nō possint esse in minorib. & cū minorib. dispositionibus, ergo multo magis exigitur determinata perfectio ad agendum; sed hæc ratio habet instantiam in substantijs, & accidentibus similaribus: nam quantitatis essentia conseruatur in minori & minori sine terminatione quoad minoritatem, sic qualitates diuisibiles secundum extensionem, & intensionem, & sic de alijs, & quia esse est propter operari, ex 2. cæl. ergo in eo statu, in quo potest esse, poterit operari, alias esset frustra, ex quo inferunt esse diuersam rationē in animatis, & rebus carētibus anima: quia hæc determinantur quoad maximum, & minimum, non sic inanimata, neque erunt frustra, si in aliquo statu non possint habere omnes operationes: quia sufficit habere aliquam, vt nutritionem, &c.

3. Probant à posteriori: dari aliquem excessum insufficientem ad agendum, & 13 *An detur aliquis excessus insufficiens ad agendum.* ponūt lapidem moueri sursum ab impulsu excedente grauitatem vsque ad certum spatium in vltimo instanti terminatiue motum, producitur in lapide præsentia in spatio sibi adæquato, & superiore quacumque alia præcedenti, per quam vltimo terminatur motus, ergo in illo instanti impulsus excedit resistentiam grauitatis determinato excessu intrinsecè, sed ille est minimus excessus, cum minor illo non sufficiat: nam post illum excessum non mouet, sed excessus post illum est indeterminatus; ergo quilibet indeterminatus non sufficit. Minor prob. nam cum in illo instanti sit excessus sufficiens ad motū, & ibi sit terminatus motus, debet ille per diminutionem successiuam in tempore sequenti deuenire ad æqualitatem cum grauitate, & inde immediatè post fieri minor, quam grauitas, vt graua posset descēdere; at inter instans quo graue acquisiuit præsentiam adæquatam, & instans quo fit æqualitas actiuitatis cum resistentia, & instans, quo fit minor, intercedit tempus in quo est excessus indeterminatus, vt verū sit, in hoc instanti est minor, & immediatè erat maior, & tamen ex vi illius excessus graue non poterat moueri sursum, quod si dicam, reduci ad æqualitatem in tempore, adhuc viget argumentū: quia in medietate illius temporis erat excessus, & tamen non sequebatur motus. Sed ex hac ratione aduersarij probant contrarium, primo quod in puncto reflexionis esset quies per tempus, contra cōtinuationem motus recti & reflexi, sed id facilè conceditur. *An in puncto reflexionis sit quies per tempus.* 2. Quia in instanti terminatiuo motus, debet fieri adæquatio actiuitatis cum resistentia: nam adæquatio mobilis cum spatio sequitur necessario in quolibet instanti, siue terminatiuo, siue cōtinuatiuo motus ita vt quātitatis mobilis, & spatij, nec impediri potest à virtutib. motiuis. Vnde si crearetur graue in aere in instanti, inde consequeretur occupatio adæquata cum spatio: & ratio est quia grauitas, cum in illo instanti non possit mouere, neq; resistit. Neque dicas, etiam hoc concesso, vt excessus immediatè post fiat minor, adhuc tamen non sequitur motus deorsum: quia actio determinata non potest egredi ab indeterminato principio, non inquam id dicas, tum quia

quod

quod sicut motus sequens immediatè nõ est determinatus, ita egredi potest ab indeterminato principio; tum quia ibi principium .s. grauitas est determinata, sed excessus grauitatis supra impetum est indeterminatus, motus autem est à grauitate, vt principio; tum 3. quia impetus immediatè post omnino corrumpitur, vt supra, vnde nõ est cõparatio aliqua excessus. Denique quia ex hac instantia, non attingitur punctus; nam opinio negans determinationem, non ait sufficere hanc indeterminationem, sed solum inter determinatas virtutes, quarum vna est minor alia non datur vltima, quia alia minor, determinata tamen, non sufficit ad motum: nam quælibet quæ determinat, illa sufficit, sicut quantitas ab alijs separata non potest esse indeterminata, tamen in qualibet parte minori esse potest, & similiter motus dicitur non potuisse esse ab æterno, sed sẽper ante, & ante in infinitum, sed cum determinatione temporis, dum fit.

Quantitas ab alijs separata non potest esse indeterminata.

Ego probo ea operationibus sensuum: nam constat potentiam visiuam adeo debilitari, vt non amplius possit videre, & idẽ est de specie, quæ potest esse adeo parua, vt nequeat concurrere ad visionem, & de obiecto id videtur afferere Arist. quod ita minui potest, vt nõ sufficiat ad species immittendas: & idem constat de potentia auditiua, & similibus, ergo idem dicendum de actionibus quibus simile producit sibi simile, tum quia maior perfectio exigitur quoad generationem sui similis, quam ad alias actiones sui perfectiuas accidentaliter; quia generatio non conuenit, nisi in perfecto statu, tũ quia sicut natura dat reb. omnib. esse ꝓpter operationẽ, ita omnib. assignauit determinatam vim pro singulis naturis ad operandum: quia sicut singulis dedit determinatum esse, & determinatas potentias singulis proprias, ita & illarum terminos iuxta vniuscuiusque exigentiam. Conf. quia si respectu actionum vitalium potentiæ exigunt determinatam virtutem, ita debet exigi respectu non vitalium; quia perfectio vitalis cum secundum suã essentiam sit perfectior operatione, quælibet illius pars magis debet esse sufficiens, quam pars potentiæ non vitalis, ergo diminutio in potentia perfectiori secundum essentiam aufert vim operandi, multo magis in alijs non ita perfectis.

14 *Sicut potentiæ respectu actionum vitalium exigunt determinatã virtutem, ita respectu non vitaliũ.*

3. Concl. Hic terminus excessus quoad actiones instantaneas est intrinsecus, quia sicut virtus debet esse in instanti, in quo operatur, ita in illo habere debet excessum supra resistentiam, sed virtus existens cum suo termino in instanti est illi intrinsecus, ita etiam respectu excessus. Neque dicas, esse virtutem cum suo excessu, sed immediatè post terminum agere; quia tunc non esset actio indiuisibilis, sed successiua. Difficultas est de excessu respectu actionis diuisibilis, v.g. vt vnum. Resp. aliqui terminari intrinsecè, id est vt tantus v.g. sufficiat, & non minor excessus, sicut dicitur de virtute actiua, quod vt agat supponitur existere cum suo excessu. At alij putant requiri, vt terminetur extrinsecè, vt scilicet tantus non sufficiat, sed omnis maior, quod dicitur maximum quod non sufficit inter minores excessus sufficientes hic est maximus, & ideo omnis maior, hoc est sufficiẽs.

15 *Virtus actiua vt agat supponitur existere cũ suo excessu.*

1. Probatur, quia in habentibus contrarium si requireretur excessus indeterminatus tantus v.g. vnius gradus, vt minor non sufficiat, sequeretur, mobile non posse mouere ex vi illius excessus successiuè, vel mouendum cum minori excessu, at vtrumque est falsũ, ergo. Sequela maioris prob. quia in instanti, in quo est minimus excessus, nõ mouet, cum motus successiuus non sit in instanti, ergo mouebit immediatè post; sed immediatè post excessus est minor, ergo cũ excessu minori minimo mouebit, sed hæc ratio facilè soluitur concedendo, in instanti non mouere, non quia excessus virtutis non sit satis, sed quia successiuo repugnat esse in instanti; quare mouebit immediatè post. Neque dicas, quod tunc excessus erit minor, quia potius erit maior; nam cum destruatur aliquid qualitatis resistentia, & producatur contrarium simile agẽti, augetur excessus, & erit maior, quã minimus. 2. Probant in carentibus contrario producentibus totum effectum in instanti, vt est lumen: nam si hoc ad agendum exigit determinatum excessum v.g. vnius gradus, vt cum minori non agat, sequeretur, vel cum tali excessu non agere, vel agere cum minori; quia vel in instanti producit totũ excessum, & repugnat propter defectum approximationis, vel producit partem determinatã, vt minor nequeat producere & inde sequitur, qualitatem habere minimum intrinsecum in sua productione contra principia physica. Resp. hoc argumentum primo non esse ad rem; quia lumen cum careat contrario, non potest habere excessum respectu resistentiæ, de quo

Successiuo repugnat in instanti.

quo agimus. Secundo quod si intelligat de excessu perfectionis, quæ est in agente respectu perfectionis, quæ producitur in effectu, & male discurrit, & non consequenter: primo patet; nam excessus respectu effectus potest spectari 1. secundum se respectu totius subiecti, & tunc etiamsi agat in instanti producet extra sphærulam effectu intensiorem circa partem propinquã, quam remotam ob defectum applicationis æqualis ad omnes partes, vel potest spectari excessus secundum virtutem proximè actiuam, & ita excessus non est æqualis respectu omnium partium: quia minor est respectu partium remotarum, quam propinquarum, neque inde sequitur in qualitatibus dari minimam: quia cum non producatur maior in parte remota non est ex natura qualitatis, sed ex defectu actiuitatis. 2. Prob. ɑ non consequenter loqui: nam infra in actione indiuisibili asserit excessum esse determinatum intrinsecè. Ego dico 1. posse hic tum agi de actione primi agentis, & de reactione passi in primum agens, tum de principio actionis, vel de fine, quibus positis.

16 *Sententia Authoris.* Dico 2. si spectetur excessus requisitus quoad principium actionis successiuæ principalis agentis, potest esse determinatus intrinsecè, & extrinsecè: nã cum motus successiuus incipiat extrinsecè scilicet vt in hoc instanti non sit, & immediatè post sit potest virtus cũ excessu esse in illo instanti, atque adeo intrinsecè, & immediatè post concurrere ad motum: quia immediatè post, nec virtus minuitur, nec excessus, sed potius augetur ex diminutione resistentiæ passi, & potest eadem virtus esse, & sine excessu, sed immediatè post

Quomodo ille excessus possit esse intrinsecè, & extrinsecè. hunc excessum, et aliqua ratione excessus adhuc poterit esse principium motus, & secundum aliquos etiamsi immediatè post acquiratur virtus actiua, poterit esse principium motus: quia satis est vt sit quãdo est motus, quod ex eo habet difficultatem: quia virtus immediatè post est omnino indeterminata, sed de hac re supra. Dico 3. quoad cessationẽ motus excessus debet desinere extrinsecè, cum sicut motus dicitur non esse, & immediatè ante fuisse, ita similiter dicendum de excessu: nã si nunc esset, non cessaret motus; quia posset existere immediatè post, & prosequi motum: quia non est ratio, cur immediatè post resistentiam sit minor, ex quibus fit habere terminum extrinsecum, vt entia successiua. Dico 4. Respectu reactionis excessus reagentis supra resistentiam qualitatis agentis debet terminari intrinsecè. Prob. quia alioqui non ageret: quia in instanti in quo existit excessus non potest esse actio successiua, & immediatè post, in quo potest esse successiuè, non est excessus sufficiens: quia agentis principalis cum sit diminuta virtus actiua, destruitur excessus virtutis supra resistentiam. Hæc notaui in difficultate ab alijs confusè tractata, vt aperirem ingeniosis viam aliquid addendi. Et ex his patet ad argumenta aduersariorum: nam primo negatur, quemcunque excessum sufficere ad actionem, sic ut neque quæcunque virtus minima est sufficiens, sed vt requiritur determinata virtus, ita determinatus excessus. Ad cõf. recessu ab æqualitate, vt sequatur actio debere esse determinatum, nec sufficere quemcunque maximè indeterminatum. Ad 2. Resp. ab Arist. concedi quietem in puncto reflexionis, vnde negatur inter ascensum, & descensum esse continuationem non solum ob quietem mediam, sed etiã quia sunt diuersæ speciei, sed de hac re dictum in physica tract. 24 q. 2. d. 2. & fusius d. 4. *Sicut requiritur determinata virtus, ita & excessus determinatus.*

ART. VI. *Explicatur vnde mensurandus sit excessus inter actiuitatem, & resistentiam formæ.*

HÆc difficultas exigit, vt explicetur inter actiua, & passiua habentia latitudinem, quale sit principium actiuum, & resistitiuum: nam cum in illis sint plures gradus, & illi non producantur simul, merito dubitant, an principium influens in gradum primum caloris sint omnes gradus caloris, qui sunt in agente, an solus primus gradus, & similiter cum à passo non excludatur forma secundum omnes gradus simul, sed successiuè, an agenti resistat qualitas per omnes gradus, an solum per illum, qui excluditur. 17 *At fiat resistentia ab omnib. gradibus an ab vno solum qui expellitur.*

2. Not. Hic non agi de resistentia actiua: quia eadem est ratio de illa, ac de actione ipsa, cum illa consistat in virtute vt actiua, qua impedit suum contrarium, ne agat simpliciter circa tertium subiectum, vel retardat, vel impedit intensionem, sed de formali, qua qualitas resistit, ne contrarium producat propriam qualitatem in subiectum, vel retardat vt non fiat in instanti sed successiuè.

3. Not. Formam informando reddere

subie-

subiectum incapax formæ oppositæ; quia duæ simul nequeunt esse in eodem subiecto,& ideo necesse est, vel antiquam impedire nouam, vel per nouam corrumpi antiquam,hoc autem prouenit ex vi agentis,cuius actiuitas superat resistentiam formæ informantis, quod si non superat, non poterit nouam ibi producere, ex quo quæritur,qui sunt termini,inter quos sumi debeat comparatio quoad huiusmodi excessus,an scilicet spectari debeant essentiæ illatum formarum, an etiam essentiæ cum proprijs gradibus intensionis;& quomodo se habeant hi gradus in agendo, & resistendo.

Prima opinio est dicentium, spectandū excessum vnius supra alium ex proprijs essentijs:quia secūdum illas inter se pugnāt, resistentia autem oritur ex repugnantia illorum,sed de hac re dicendum cum de incompassibilitate formarum contrariarum in eodem subiecto.

2. Opinio est dicentium,excessum non spectari ex essentijs illatum simpliciter, sed ratione graduum, ratione quorum se excludunt ab eodem subiecto. Hi tamen inter se diuisi sunt: nā aliqui volunt nō oēs gradus formæ existētes in subiecto resistere agenti,sed illū,qui excludirur per actionē,qua producitur gradus formæ opposite. 2. Alij, qui ponunt subordinationem graduum,negant omnes gradus resistere, sed illum tantum, qui opponitur gradui producto,vt v.g. agenti producēti primū gradum frigiditatis non repugnant alij gradus nisi octauus: quia prim⁹ gradus frigiditatis

18 octauo caloris repugnat. Sed contra:quia licet inter illos tantum gradus sit repugnātia formalis, tamen quia omnes illi gradus sunt perfectiones essentiæ formæ, in qua vniuntur, debēt omnes concurrere ad resistendum: quia à cuiuslibet corruptione forma fit imperfecta;deinde ipsa essentia sicut perficitur ex quolibet, ita ad ipsam pertinet quodlibet conseruare.Hoc autem tum potest præstare per gradus suos, sicut agit per suos gradus:tum quia ipsa essentia sicut cōseruat suas passiones à se emanātes, ita & suos gradus,quibus magis perficitur, quam per suas passiones. 3. Alij asserunt quod sicut qualitas agit in aliud subiectum per vnicam actionem elicitam ab omnib. gradibus,quos habet; ita resistit per vnam resistētiā actionis cōtrariæ ortā ab omnib. gradibus:probant primo:quia eadem ratio est agendi, ac se conseruandi, imo magis

An omnes gradus concurrant ad resistendū.

appetit se conseruare,quam aliud producere vt supra dixi, tum ex ratione supra allata contra ponentes gradus heterogeneos;tum tertio: quia cū ex natura rei nullus gradus determinatè alteri opponatur,eo q omnes sunt eiusdem tōnis oritur in singulis potente contrastio quolibet naturalis appetitus se cōseruandi, atque adeo resistendi contrario: nam licet contrarium producat vnum gradum caloris,qui potest stare cum septem gradibus frigoris, tamen quia ille gradus frigoris non magis est aptus ad expellendum hunc, vel illum gradum ob homogeneitatem illorum,meritò quilibet illorum resistit, & hinc oritur,vt necessaria sit determinatio primæ causæ, qui gradus expelli debeat ex productione gradus contrarij. Nam quod dicunt aliqui expelli antiquiorem,vel vt alij, recentiorem,nulla ratione fundatur.Non enim ex antiquitate deperdit vires,nec ex iuuētute habet maiores.& hæc opinio mihi placet. Conf. nā 19
resistere est impedire actionem agentis,ne simpliciter producat,vel nō producat tot, quot intendit. At agens calidum vt octo, circa frigidum vt octo intendit producere omnes suos gradus, quos tamen non producit: quia in subiecto est frigiditas, ergo frigiditas resistit actioni caloris, & licet non impediat actionem vnius gradus caloris,non tamen fit,quin omnes gradus resistantiuam victoria quoad vnum non auferat quin præfuerit resistentia, licet diuerso modo, ac respectu aliorum graduum: quia respectu vnius gradus est resistentia victa,respectu verò aliorum est resistentia vincens, sicut exercitus resistit inimico exercitui, licet deperdat aliquos subditos, quia respectu illorū fuit exercitus victus, respectu aliorum verò fuit victor. Dices. An si ponatur subiectum habere quatuor gradus frigiditatis præcisè, & illi applicetur agens calidum vt quatuor, an quatuor gradus frigiditatis resistant agenti calido vt quatuor. Resp. Si est expleta latitudo qualitatis scilicet ex quatuor gradibus frigiditatis, & caloris. tunc agens non potuit agere: quia sunt similia,si autem non est expleta latitudo:quia scilicet habet solum quatuor gradus frigiditatis, tunc fiet actio quoad quatuor gradus caloris sine vlla resistentia:quia cum nullus gradus frigiditatis sit expellendus, & sit incompassibilis cum quatuor gradibus caloris,non est, cur resistant. Conf. quia ibi producerentur in instanti omnes quatuor gradus,ergo ibi

Resistere est impedire actionem agentis ne producat tantum quantum intendit.

nulla

nulla esset resistentia: quia resistentia inter qualitates contrarias aufert indiuisibilitatẽ actionis. At instabit aliquis iunior, si ibi esset expleta latitudo,& producerentur vnus ex his gradibus caloris ab agente calido vt quinque, tunc ex prædicta omnes illi repugnarent, ergo etiam nunc repugnare debent: quia repugnantia est secundum proprias illorum naturas,quę non sunt mutatę in casibus positis. Essentias contrariorũ habentium latitudinem non habere inter se repugnantiam proximam,sed remotam, quæ determinatur per gradus, qui licet in casibus positis non mutent naturas,mutant tamen statum respectu subiecti; Nam ob coniunctionem cum alijs cum excedatur latitudo necessariũ est vt introductione vnius aliquis gradus contrariæ qualitatis corrumpi debeat. Vnde oritur resistentia, At verò cum non est expleta latitudo,non est necessaria huiusmodi expulsio, & ideò non resistunt: quia resistentia supponit actionem, qua qualitas resistẽs secundum aliquem gradum corrumpatur.

Resistentia supponit actionem.

QVÆSTIO VI.

De reactione.

TRactant de hac quæstione Calcul.tr. de reactione Thien. trac. de reac. Trincauellus, Metilianus tr.de reac. Pomponat.de reac.auctor sea inconuen.q.2.dub. 4.de hac.re,Zabar. q.de reac. Blasius de Palma de latitudinibus formarum Ioannes Casilius de velocitate motus alterationis Forliu. de intensione ar. 2. ad arg.2. 1. & alij. In 1. de Gen.vt Marsil.q.19. tex. q. 16.Nobilius in c.7.d.11. Patis. q.2. & in cap.de.ac.Tol.q.15.Bagn.q.3.in c.6.Buccaf.post t.48.Zim.3.phys.contrad 5 Vall. lib.1.c.1.& alij partim 1.de gen.t.23 partim 3.phys.18.17.& 18. vbi Thien.Simplic.& D. Thom.

DVB. I. *An & qua ratione contrariæ qualitates sint in eodem subiecto compossibiles.*

1 DE hac Medici in Auer.Fen.1.1.doct. 2.c.vnic.vbi Gsiz.disp.6. Aristot. 10.m.c.6.vbi Fland.q.6.& 7.qui ibidem q 10.disputat de medijs contrariorum, an sint eiusdem generis cum extremis, & qua ratione ea illis cõponantur Gabriel Gerb. q.7.11.& 12.Bulid.q.10.& 5.& alij DD. tum etiam Aristot.in 1.de gener. c. 3. vbi DD. Ruuius q. 6. vbi disputat de contrarijs actiuis,& non actiuis, Conimbr. q. 8. per septem articulos Buccaf. 1. de gener, in textum 49. & seq. & in tex. 34. vbi reprobat opinionem Auerrois dicentis incompossibilitatem contrariorum oriri ex eo quod obiectum est compositum ex materia,& forma, & 2. de gen.tex.48.vbi de complexione Aresius disp.2. de primis qualitatibus q.14 Tolet.& alij, & nos fusè in logica tractatu 19.vbi explicauimus cũ Arist.in prædic.cap de oppositis omnia genera oppositorum, & q.6. fusè explicauimus definitionem contrariorum.

ART. I. *Explicatur sensus quæstionis.*

PRimo Not. Varia esse genera contrariorum:nam quædam non habent latitudinem, sed cõsistũt in indiuisibili vt ex Galeno est sanitas,& ægritudo, quædam vero non consistunt indiuisibili,vt qualitates primę,&c.quorum essentia conseruatur in quolibet gradu latitudinis, & ex his alia repugnãt ex proprijs rationibus formalib. vt actus intellectus,& voluntatis,quæ contrario modo tendunt in idem obiectum, quorum repugnantia oritur ex obiecto cũ vnius ratio formalis destruat rationem formalem alterius vt verum, & falsum bonum & malum. Vnde cum assensus tendat in obiectum,vt verum, non potest circa illud esse dissensus, de cuius ratione est vt tendat in falsum. Aliæ sunt,quæ non repugnant ex proprijs rationibus formalibus, sed ratione graduum vt dicitur de qualitatibus primis.

2 Quædam qualitates consistunt in indiuisibili.

2.Not.Gradus harum qualitatum posse accipi dupliciter primo secundum statum perfectum,& dici solent qualitates in summo gradu, secundo secundum statum imperfectum, & dici solent qualitates in esse remisso, de quibus communiter negatur posse esse simul in eodem subiecto secundum statum perfectum, at vero secundum imperfectum posse esse, cuius rei non est facilè rationem reddere.

Aliæ repugnant ratione graduũ aliæ rationibus formalibus.

3. Not. In controuersiam adduci,an fieri ex extremis coloribus producũtur medij colores, qui sunt qualitates simplices specie distinctę ab extremis,qui virtualiter continentur in medijs, ita etiam dici debeat de qualitatibus primis. An ex vnitis in eodem subiecto oriantur mediæ qualitates

litates simplices remissæ, an vero maneant formaliter secundum proprium esse secundum statum imperfectum, seu in esse remisso. Vnde disputatur de tepiditate, an distinguatur realiter à caliditate, & à frigiditate, an verò non sit aliud nisi caliditas, & humiditas, sed sit eiusdem rationis cum illis secundum diuersas sui partes.

4. Not. Ex D. Th. q. 8. de veritate ar. 14. Formarum quasdam esse vnius generis, quasdam diuersi, & quæ sunt diuersi generis respiciunt diuersas potentias, cum vnitas generis sumatur ex vnitate potentiæ, seu materiæ, ex Arist. Vnde quando idem subiectum perficitur formis diuersorum generum, tunc in illo sunt diuersæ potentiæ vt v. g. Idem corpus fit album, & dulce, albedo inest ei secundum quod participet de natura diaphani, dulcedo autem secundum naturam humidi, at verò formæ quæ sunt vnius generis non possunt simul esse in eadem potentia, siue sint contrariæ, vt albedo, & nigredo, siue non, vt triangulũ, & quadratum;

Forma tripliciter sũt in subiecto. 5. Not. Eodem D. Th. formas tripliciter esse in subiecto, primo in potentia tantum, & ita possunt esse simul: quia eadem est potentia contrariarum, & diuersarum formarum vnius generis; secundo secundum actum imperfectum, & in fieri, & sic possunt esse simul, vt dum subiectum dealbatur, ibi est albedo in fieri, & ita etiam nigredo corrumpitur; tertio vt in actu perfecto, & ita est impossibile, formas vnius generis esse simul in eadem potentia, quia ea-

In actu perfecto impossibile est formas vnius generis esse simul. dem potentia simul terminaretur ad diuersos actus, quod est impossibile, sicut vnam lineam terminari ad diuersa puncta ex eadem parte, de qua doctrina est controuersia nostra.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

3 PRima opinio est negantium, contrarietatem qualitatum, & elementorũ, tum quia male natura composuisset mundum ex partibus inter se contrarijs, & inter se inimicitiam gerentibus, sicut male esset composita Respublica ex partibus hostilibus inter se: nam illis mutuo inter se pugnantibus mundi machina non potuisset diu stare, vt argumentatur Bass. l. 1. aduersus Arist. versus finem: nam regnum in se diuisum desolabitur: quia non habetur ratio ponendi hanc contrarietatem: nam illa maximè colligeretur ex corruptione, vt v. g. aqua est igni contraria, quia illum extinguit: vt aqua ignes absumuntur. At hinc nõ colligitur contrarietas: nam primum falso colligitur, cum ignis vento sicco, & calido extinguatur, & tamen non sunt contraria, sic fumus calidus, & siccus candelam extinguit: flamma maior absumit minorem; quæ tamen non sunt cõtraria; quare eadem ratione aqua extinguet ignem sine contrarietate; & falso asseritur secundum, scilicet aquam igne absumi: nã ignis secum aquam attollit, & vbi illam deserit illa redit in aquam, & deorsum decidit; vt quotidie experimur, dum vapores resoluũtur in pruinam, & neque aqua, nam cum ignis internus solutus beneficio extimi ignis, qui poros delatans foras erumpit, sed aqua iniecta subruens poros illius viam intercludit, qui vero est solutus aquam secum ferens abijt in vapores, reliquos vero obstructo meatu sistit, ob vincula, quibus antea erat obstructus extinguit ignẽ, sed poros obstruendo ignem internum euolare impedit, ita Basso. lib. de actione int. 2. qui soluit argumenta extinctionis ex eo, quod aqua obturet poros, ne appareat vt fumus candelæ poros, & ventus in carbonibus poros aperit, vt euolet sursum, & fit magnus ignis paruum.

2. Opinio est dicentiũ, qualitates contrarias esse posse simul in eodem subiecto, ita alij apud Cap. 1. d. 17. q. 2. ad argum. quæst. 2.

4 3. Opinio est dicentium, qualitates omnes inter se contrarias habere oppositionẽ ex propria rõne formali, vnde fit, vt nunquã simul stare formaliter possint, in eodem subiecto, siue accipiuntur secundum esse intensum, siue secundũ remissũ; sed ex cõtrarijs otrinque vnam simplicem qualitatem, ita Arim. 1. d. 17. q. 3. att. 2. Sonc. 5. met. q. 2. Dur. in prob. q. 2. dist. 30. q. 1. att. 5. Adam ab Capt. loc. cit. & in 1. Ptaol. de intens. son. c. 2. probabilem illam, & veritatem putant Geotg. 3. phys q. 2. dub. vlt. Sua. 5. phys. q. 9. lib. 2. in fine Soncin. 10. metaphy. q. 22. citatur Scot. in 2. dist. 15. q. vnica, & Veus de plur. palmarum. Fundamentum: quia si non repugnarent ex propria ratione formali, non possent repugnare ratione graduum: nam cum illi sint eiusdem rationis, sicut primus gradus frigiditatis repugnat cum octauo caloris, ita cum secundo, & tertio, & contra, sicut primus gradus non repugnat cum secũdo, tertio, & quarto gradu caloris, ita neque

cum octauo: quia hic est eiusdem rationis cum secundo, tertio, & quarto.

4. Opinio communis est dicentium, dari aliqua, quæ repugnant ex ipsorum essentijs, ita vt in nullo gradu possint esse simul, vt affirmatio, & negatio eiusdem obiecti. Aliqua vero radicaliter repugnare ratione essentiæ. Sed formaliter ratione graduum, vt sunt primæ qualitates: quia cū hæ ordinentur ad mixtum, necessario debent se aliqua ratione compati in eadem parte subiecti, vt hoc possit disponi, dispositione proportionata formæ mixti: nam sicut quælibet pars subiecti informatur forma mixti eiusdem rationis, ita quælibet pars habere debet dispositiones pro illa forma; vnde inferunt, falli dicentes sufficere partes materiæ diuisas in minimas, & vnitas per iuxta positionem: nam ex hoc sequitur, quamlibet formā mixti eiusdem rationis non habere eandem dispositionem: nam in vna parte materiæ esset frigus, in alia calor, in alia siccitas, in alia humiditas.

Quæ qualitates repugnent radicaliter.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

5 *Non probatur opinio negans contrarietatem inter qualitates elemētares.*

PRima Concl. Opinio negans contrarietatem inter qualitates elementares non est probabilis, primo quia est contra experientiam, qua videmus se mutuo expellere ab eodem subiecto, vt cum manus frigida applicatur calori, videmus illam calefieri, & expelli calorem. Neque dicant tūc extrahi partes calidas interiores foras, & introire, & occupari partes frigidas; nā cum sensus tactus sit acutior in partibus internis organi quam externis, ibi sentiretur frigiditas, sicut sentitur dolor in apostematibus, & similibus morbis. 2. Prob. à priori; nam mundi compositio exigit non solum naturas simplices, qualia sunt elementa, sed etiam mixtas, & ex his animatas, & inanimatas, & hæ exigunt varias dispositiones, quæ consistunt in primis qualitatibus, & alijs pendentibus ex illis, necessario in illis debet esse contrarietas: nam alioqui si se mutuo non expellerent ab eodem subiecto, in illo omnes qualitates essent, atque adeo omnium esset eadē dispositio, contra experientiam. Ex quibus patet ad fundamentum aduersariorū: nam contrarietas huiusmodi non solum non destruit vniuersi vnitatem, sed inde maximè splendet vnitas, & mundi pulchritudo, vt ostendi in libris de cælo: nam sic vt in vno præualet frigiditas, ita & in altero præualet calor, atque ex hac vicissitudine partium semper mundus renouatur.

Ad conf. Resp. vaporem eleuatum ab aqua dum feruet, non statim amittere formam aquæ: quia nondum introductæ sunt omnes dispositiones necessariæ ad aliam formam .i. aeris, vt v.g. raritas debita aeri, & ideo manēs ibi innaturaliter, cū occurrere alio corpore densante, & adiuuante formā producit sibi grauitatem, & descendit pluuia; at non semper idem accidit: nam sæpe conuertitur in aerem, vt etiam aer in subterraneis in aquam, per quam scaturiunt fontes, vt dicemus cum de mixtis imperfectis. Ad aliam vero experientiam de igne, & flamma per aquam, & alia corrupto. Resp. ignem dupliciter corrumpi ex Arist. 3. cæl. 52. & de iuu. & senect. c. 3. primo per extinctionē, quæ fit ab introductione contrariarum dispositionum in materiam, & hac solum ratione corrūpi potest ignis in propria sphæra: quia ibi non indiget pabulo, quo nutriatur, vt ignis inferior. Secundo per marcorē, qui est extinctio facta ab ipso igne per defectum materiæ, & respirationis, & hoc modo ignis inferior potest corrumpi, & non solum ex dispositione contraria introducta in materiam, quare per aquam corrumpi potest vtroq; modo per obdurationē meatus respirationis, et per contrarias qualitates ex 2. de Gen. t. 22. at per ventum, arenam, &c. solum corrumpi potest secundo modo. At instabis ignis cinere coopertus conseruatur, ergo non per maiorem obturationē meatuum. Resp. lib. de iuu. & senect. morte, & vita c. 4. conseruari quidem à cōtrarijs qualitatibus ambientib., & non impeditur respiratio per meatus cineris, sed potius retardādo exitū retardatur cōsuptio materiæ, quo nutritur ignis, sed de hac re infra cū de igne.

Ex quibus patet, qualitates contrarias non posse naturaliter esse in eodē subiecto adæquato in summo gradu, & probatur ex definitione contrariorum: nam sunt ea, quę sub eodem genere maximè distant, & se mutuo ab eodem subiecto expellunt, quæ sētētia saltē vera esse dicitur, cum vna qualitas est in summo. Conf. ex sensu, qui harum qualitatum est optimus iudex, hic enim nunquam iudicat esse simul vtramque qualitatem, sed quantum vna crescit, altera decrescit. Conf. 2. quia huiusmodi qualitates vel nullam facerent sensationem, quod est absurdum, cum summum sensibile sit debi-

6 *Qualitates contrariæ non possunt esse simul in eodem subiecto.*

debitè applicatum sensui summè disposito, vel simul sentiretur vtraque qualitas, quod magis repugnat: tum quia ex eadem potentia naturali, & organica elicerentur duæ sensationes contrariæ; tum quia cum tactus non moueatur ab his qualitatibus, nisi ab illis alteretur, organum deberet moueri motibus contrarijs. Secundo quia si qualitates in summo possunt esse in subiecto, tunc sequeretur nullam ex his qualitatibus posse corrumpi, tnam non poterunt corrumpi ex parte subiecti quod manat ex côtraria qualitate, cû qua se compatitur in subiecto, ergo. Conf. quia cum qualitates sint dispositiones formarum substantialiũ, poterunt in eodem subiecto esse duæ formæ substantiales, vt ignis, & terra. Conf. 2. quia frustra id fecisset natura, cum hæ qualitates ordinentur ad rerum generationem, & corruptionem, si possent se compati in eodem subiecto, non assequerentur hûc finem; tum quia remaneret dispositio debita cuique formæ; tum quia vna alterã impediret in agendo; tum quia non fieret mixtio, quæ fit ex qualitatib. se inuicem repugnã ibus, neq; alia ratio à priori afferri potest, nisi fortasse huius rei causa dicatur esse natura qualitatum contrariarũ, quæ secundum totam suam latitudinem non se compatiuntur: vel natura subiecti quod sêper debet habere latitudinem octo gradũum, neque plures, neque pauciores potest habere. Dices. id non repugnat per potentiam Dei, ergo dicendum est, ita factũ. Resp. Capreolus negando antecedens, sed errat, vt benè Can l. 12. de loc. c. 14. Ad vltimum quod affertur in Christo iuisse summum dolorem, & summum gaudium, & alij omnes: quia nulla est contra distinctio, & si qua est, tota est extrinseca, quæ potest à Deo suppleri: inã maior repugnantia videtur esse, vt duo corpora sint simul, vel quod idem habeant opposita vbi, vt scilicet sit sursum, & deorsum, quæ certum est posse à Deo fieri, exposito hoc casu illud subiectum neque posset naturaliter calefacere, neque frigefacere vno contrario impediente actionem alterius, nisi vt subiectum omni carens qualitate, in quo vtraque ageret vsque dum introducti essent à singulis quatuor gradus; quare. Resp. negando sequelam: nam non omne quod Deus miraculosè potest facere facit, præcipuè cum repugnet ordini, & naturis rerũ. Dices 3 Posint esse in gradu remisso, ergo: nam cum omnes partes caloris sint eiusdê

Quomodo qualitates contrariæ non possint esse in summo simul.

7 *In Christo fuit summus dolor, cũ summũ gaudium.*

rationis, si aliquæ possunt esse simul, possunt esse omnes, vnde non maior videtur repugnantia inter octo frigoris, & octo caloris, quam inter quatuor vnius qualitatis, & totidem alterius. Resp. hoc argumẽtum exigere rationem, cur qualitates in summo repugnent, & non in esse remisso, de qua ratione infra, nunc satis sit oriri hanc repugnantiam ex formis substantialibus, quas disponunt: cum igitur frigus vt octo v.g. sit dispositio ad formã aquæ, & calor vt octo sit dispositio ad formam ignis, sicut repugnat forma ignis, & aquæ in eodem subiecto, ita & earum dispositiones, quæ resp. accomodari potest ad alias combinationes qualitatum; alij autem illam repugnantiam referunt in subiecti incapacitatem, cum non possit recipere qualitates contrarias, nisi secundum tantam latitudinem, siue illa sit vnius qualitas, siue plurium; qua expleta non potest recipere ne minimum quidem gradum, ex vi agentis naturalis, vt supra dictum est: nam respectu potentiæ diuinæ aliter dicendum est. Dices 3. Sit albedo vt octo in vna parte, & huic continuetur nigredo vt octo, tunc indiuisibile continuans vtramque qualitatem erit simul albũ & nigrũ, vt octo. Resp. ideo nõ debent dari hæc indiuisibilia, sed secundũ eos, qui ponunt indiuisibilia qualitatis recipi in ipsa qualitate; vel secundo refrangi illa indiuisibilia propter incompossibilitatem, & ita refracta posse continuare omnes gradus intensionis qualitatis; vel tertio non esse id absurdum, quia in illis indiuisibilib. non côseruatur qualitas, ita neq; &c.

Cur qualitates in summo repugnant.

2. Concl. Primæ qualitates non opponũtur immediatè inter se propria ratione formali, patet quia alioqui non se compaterẽtur in eodem subiecto in esse remisso vt calor, & frigus in esse remisso: nam in esse remisso habent proprias rationes formales, ergo secundum illas immediatè non opponuntur. Resp. negando in eodẽ subiecto esse formaliter calorem, & frigus secundum proprias rationes formales, sed esse tertiam quandam qualitatem, contingentem virtualiter illas qualitates, in qua opinione duo sunt, quæ difficilè saluãtur, primũ à quo producatur illa tertia qualitas, quæ continet virtualiter calorem: nã si ponatur subiectum calidum in medio niuis, & loco frigidissimo, vndiq; circumdato agentibus frigidis, & calidum remittatur per receptionem frigoris, cum totus ille calor corrumpatur, à quo producitur

8 *Quomodo primæ qualitates sibi opponãtur.*

qualitas cōtinens formaliter, vel virtualiter calorem, non enim potest produci ab agēte frigido: quia est extra illius virtutem, neque ab agente calore, q nullus est, neq; extrinsecus subiecto, neque intrinsecus, cū perierit. Secundo, dum frigus minus corrumpitur ab agente frigido magis infrigidante, quomodo illud corrumpatur à frigido: nam huius est potius conseruare frigus. Neque dicas, corrumpi per accidens. s. ex vi maioris frigoris producti, quia maius frigus existens in subiecto, non habet repugnantiam cum minori: quia incompossibilitas formarum nō est inter ea, quæ sunt eiusdem speciei. Conf. quia ex nimio gradu caloris corrumperetur tota frigiditas aquæ, atque adeo corrumperetur etiā forma aquæ: quia in eo instanti non haberet dispositiones sibi necessarias. Neque dicas: in eo instanti manere in subiecto calorem, qui continet virtualiter frigiditatem: tum quia, vt supra dixi, non potest assignari causa efficiens illius qualitatis cōtinentis frigus: tum quia dispositio formæ aquæ, non est frigus virtuale, sed formale: tum quia calor eum in subiecto non inueniat frigus sibi resistens, produceret perfectissimum calorem, contra experientiam. Cætera, quæ contra hanc opinionem dici possunt, patent ex dictis supra de intensione, & remissione formarum. Resp. 2. alij negando, contraria esse simul in esse remisso, sed his repugnat Arist. 5 phys. c. 2. dum ostendit motum esse à contrario in contrarium, aut omnino, aut ex aliqua parte, vbi patet, contraria esse simul in esse remisso. Sed 4. metaph. c. 6. explicans, quomodo contraria nō possunt esse simul, ait, ambo posse esse secundum aliquid, aut vnum secundum aliquid, & alterum simpliciter. & lib. 2. de partibus animalium c. 2. vbi inter tria compositionū genera, primū dicit ex primordijs, idest, elementis, idest, qualitatibus elementaribus. Et 3. Topicor. c. 4 ait, esse magis alba, quæ minus sunt permixta cōtrarijs, vt album, quod est impermixtius nigro. Et lib. 2. de anima c. 11, negat, summum calorem, & frigus & durum. & molle esse dispositionem sensus, sed mediocritatem contrarietatis: quia sensus tactus sentit exuperationes qualitatum. B de eadem dispositione loquitur lib. 2. de generat. c. 7. idque patet ex consensu omnium Peripateticorum, Medicorum, & Theologorum. Conf. ex mixtione, vt dicitur 2. de generat. c. 8. *quæ miscetur*, inquit, *corrumpunt suas excellentias adinuicem*. Conf. 2. quia maior est oppositio priuatiua quam cōtraria: cū ibi negatio negat alterū extremum: in contrario verò sunt duo termini positiui. Sed priuatiuè opposita possunt esse simul in certis gradibus, quando forma habet latitudinem, vt patet ex vmbra in qua est lumen in subiecto, & priuatio intensioris luminis. Neque potest dici, corrūpi totum contrarium: quia calor nō potest corrumpere frigus per iuxta positionem, sed per informationem subiecti, à quo supra ostendimus, non posse expelli totam frigiditatem, contra Ariminensem. Denique probatur experientia: nam dum aqua calefit ab igne, experimur, à manu frigidiori sentiri calorem, & à calidiore sentiri frigus. Ergo in aqua est simul calor, & frigus. Vnde Galen. libr. 3. de Simpl. medic. facult. c 8. hominem in balneo existentem refrigerari à sua vrina, & extra balneum, calefieri. Neque dicas cum Durādo, ibi: esse vnam qualitatem mediam, quæ habet vtrumque effectum: quia contra illum supra probauimus, non posse illam qualitatē habere causam efficientem: nam si vnum subiectum habeat latitudinem summam, non potest contrarijs qualitatibus alterari simul, tertium subiectum, quod esset, si per mutuam actionem primarum qualitatum produceretur. Neque potest produci in subiecto, in quo sit qualitas contraria: quia si nulla qualitas ex illis excedit latitudinem, manebunt simul: si excedit, tunc contraria corrumpetur. Contrarium docet Montan. lib. 2. de morbis c. 18. reprehendens Fusium: quia si contraria possunt esse simul in esse remisso, multo magis in esse intenso: quia hæc vt perfectiora, & efficaciora sunt magis à materia libera. Vnde negat in mixtis esse formaliter qualitates contrarias, sed virtualiter. Conf. quia sicut oculus, quia potest moueri ab albo, & nigro in esse remisso; ita potest moueri ab illis in esse intenso: at cum aduersarij negent, primas qualitates contrarias posse esse simul in esse intenso, debent etiam negare, posse esse simul in esse remisso. Vel si concedunt, posse esse simul in esse remisso, concedere etiam debent simultatem in esse intēso. Sed Resp. perfectiorem quidem esse qualitatem intensam, sed in ordine ad materiam, quam perfectiori modo informat in suo gradu. Vnde sub hac ratione nō est magis libera à materia, sed potius magis immersa. Perfectiora autem dici esse

Vnde sit formarum incompossibilitas.

9 *Summus calor & frigus, durum & molle non sunt dispositiones sensus sed mediocritas.*

10 *Experiētia qua calor aqua calefacta ab igne magis sentitur à manu frigidiore.*

Secundum alios in mixtis non sunt qualitates contrariæ formaliter, sed virtualiter.

magis

magis libera à materia: quia in sua essentia minus participant de conditionibus materiæ, vt est potentialitas, qua recedit ab actu negatio actiuitatis, & similia. Ad conf. resp. ipse, species albi, & nigri non recipi in eadem parte oculi, & ideo posse recipi simul in esse remisso, & intenso. Sed hic diuinare potius videtur, quam philosophari; nam si obiecta habent oppositionem per eandem lineã, cur non producetur species vtriusque in eadẽ parte oculi? deinde ostẽdemus, obiectum producere species in organum totum, cum procedant ab obiecto sibi præsenti, vt fusè in libris de anima. Quare respondetur, species colorum intẽtionales non esse oppositas; & ideò non mirum, si possunt esse simul in esse intenso: de qua re in libris de anima. Contrarium docent alij ex alijs principijs: quia oppositio contraria ex 10. metaph. c. 6. est secundum formam, sed in quolibet gradu est eadem formalitas; ergo eadem oppositio. Conf. ex 4. metaph. c. 6. quæ implicant cõtradictionem, non possunt verificari de eodem; ergo neque contraria: quia in quolibet contrario continetur priuatio alterius, vt dicitur 10 metaph. c. 7. quod omnis cõtrarietas est alterius contrariorum priuatio, & patet ex definitione, quæ est, vt se mutuò ab eodem subiecto excludant. Conf 2. quia si possent esse simul, idem subiectum denominaretur contrarijs denominationibus, vt calidum, & frigidum, nigrum, & album. Conf. 3. quia magis repugnant inter se duo contraria, quàm duæ formæ substantiales: quia formæ substantiales repugnant, quod vna dicat priuationẽ alterius. At hæc priuatio magis inest contrarijs: quia illis inest: quia sunt diuersæ, & disparatæ; his autem non solum, quia diuersa, sed quia contraria. Neque dicas esse contraria in aliquo gradu, non in omnib. quia quilibet gradus; v.g. caloris, negat totam latitudinem frigoris. Conf. 4. Terminus à quo semper est oppositus termino ad quem, vnde non possunt esse simul. Sed vnum contrarium est terminus, à quo respectu productionis alterius; ergo non possunt esse simul. Denique conf. Si termini possunt esse simul, etiam alterationes ad illos possunt esse simul. Sed constat, alterationes contrarias non posse esse simul, sicut neque cæteri motus. Maior prob. quia motus sicut specificantur a terminis, ita habent oppositionem ex illis. Resp. ibi definiri contraria, quod sub eodem genere maximè distent, & habere repugnantiam, vt sint in eodem subiecto, vnde colligitur, contrarietatem esse inter formas, secundum quas differunt essentialiter, sed non explicat, esse secundum rationem formalem, vel secundum gradus, neque ibi habet illa verba; contrarietatem esse secundum formas: nam ibidem t. 24. ait, media ex contrarijs componi: nam quod aliqui dicunt, contraria secundum omnes gradus repugnare, sed in mixto esse simul, eo quod à forma conseruantur, non probatur, tum quia cum hæ qualitates non indigent cõseruari à suis efficientibus, non est ratio, cur fingitur cõseruatio ab alia causa, tum quia prius ibi existunt qualitates secundum gradus remissos, quam producatur forma mixti, sed posita simul compossibilitate illarum, iam non est inter illas repugnãtia; nam eadem ratione posset dici, calorem vt septem manere cum calore vt sex, & similibus; tum quia aliquando talis qualitatum contrarietas est innaturalis mixto, ergo nõ poterit conseruari à forma mixti. Neque dicetur, formam mixti exigere talem dispositionem, & ideo in ratione disponendi posse esse simul; tum quia inde colligitur, naturam, quæ ordinauit talem dispositionem, non dedisse illis secundum tales gradus habere contrarietatem: quia alioqui non bene instituisset media ad finẽ; tũ quia contingit, esse in eodem, quando vna qualitas est contraria subiecto, vnde expulsio mutua intelligitur secundum gradus incompossibiles. Ad primam conf. Resp. duplicem esse negationem, vnam identitatis, & hæc conuenit omnibus reb. diuersis inseparabiliter, & multo magis cõtrarijs, etiam quando simul existunt: quia vnum non est aliud; alteram negationem coniunctionis, seu cohærentiæ, nõ conuenit inseparabiliter naturaliter, sed separabiliter supernaturaliter contrarijs non quomodocunque, sed secundum gradus, contradictio autem fundatur in negatione primi generis: quia esset idem, & nõ idem non autem in negatione secundi generis, cum Deus possit ponere duas formas substantiales, & duo contraria in summo in eodem subiecto, & quia contraria exigunt idem subiectũ, ideo subiectum habẽs vnũ contrarium, habet priuationem alterius: quia est negatio cum aptitudine, quæ priuatio licet conueniat subiecto ratione formę, nõ tñ ipsi formæ. Ad 2. Resp. Denominationem simul posse dupliciter. Primò secundum

Species albi, & nigri non recipiũtur in eadẽ parte oculi.

11 *Oppositio contraria est secundũ formam.*

Alterationes contraria non possunt esse simul sicut nec cæteri motus.

Contrarietas est inter formas secũdo quas differunt essentialiter.

12 *Contraria exigunt idẽ subiectum.*

Denominatio accipitur dupliciter.

eundum quid, & ita conuenire potest eidē subiecto duplex denominatio à contrarijs in esse remisso, sicut aqua tepida dicitur calida, & frigida secundum quid. Secundò simpliciter; & ita naturaliter non potest conuenire, nisi vna denominatio à forma, scilicet quæ est in subiecto secūdū maiorem gradum: ab ea verò, quæ est secundū minorem gradum, sumitur denominatio secundum quid. Dixi naturaliter: quia supernaturaliter posset vtraque conuenire simpliciter, vt si à Deo ponerentur in eodē subiecto duo contraria in summo. Resp. ad 3. diuersam esse rationem formarum substantialium, & contrariorum: nam substantiales indiuisibiliter dicunt negationē coniunctionis vnius cum altera, ea opinione negantium formas substantiales intendi, & remitti: nam in alia opinione est eadem ratio vtriusque. Cōtraria verò diuiduntur in duo genera. Primum est eorum, quæ repugnant ex propria ratione formali, præciso omni gradu intensionis, vt assensus, & dissensus. Alterum eorum, quæ nō repugnant ea propria ratione formali, sed ex gradibus, ratione quorum vnum contrarium excludit alterum, non autem ratione graduum, ratione quorum non repugnant, nec se excludunt. Vnde patet, negationem coniunctionis cum altera forma conuenire vtrique, sed diuerso modo, vt diuerso modo opponuntur. Ad 4. resp.

13 *Alia est ratio formarū substantialium alia contrariorum.*

Terminus à quo est duplex.

Terminum à quo, esse duplicem: priuatiuum, & hic nunquam potest esse simul cū forma, quam negat: & positiuū, & huic naturaliter est coniuncta priuatio formæ acquirendæ, non quidem sub quacunque ratione, sed sub certo gradu, qui adueniente gradu contrario, corrumpitur naturaliter. Vnde licet duo contraria magis differant in genere entis secundum suos gradus, quā calor intensus, & remissus, non tamen in ratione incompossibilitatis: quia calor remissus dicit necessariò negationem intensionis: non sic autem frigus remissum, & calor remissus, sicut magis differt accidens à substantia in genere entis, quam duæ formæ substantiales, non tamen ratione incōpossibilitatis; quia accidens, & substantia possunt esse simul: non sic autem duæ formæ substantiales. Ad 5. conf. resp. 1. sicut duæ formæ contrariæ secundum gradus remissos non sunt oppositæ, ita neque motus ad illas secundū tales gradus sunt contrarij. Quare si simul acquirerentur, idem subiectum non moueretur motibus contrarijs.

Duæ formæ contrariæ secundum gradus remissos non sūt cōtrariæ

Vnde fallitur Valles. lib. 1. controu. c. 4. dū negat, in eo casu, posse acquiri vtramque qualitatem: nam si virtutes sunt æquales, se mutuo impediunt; si vero inæquales, potentior aget, fallitur, inquam: nam cum in ijs gradibus non sibi repugnent effectus, virtutes non se impedient, etiamsi vna sit potentior, sed solum illa velocius aget: neque ad simultaneam illam alterationem requiritur penetratio agentium: nam cum quodlibet agens habeat certam sphæram actiuitatis, poterit eadem pars subiecti esse intra sphæram actiuitatis vtriusque, sed Valles. videtur loqui, quando subiectum habet impletam latitudinem qualitatum. Vnde, quia de facto nō dantur subiecta, in quibus non sit expleta latitudo qualitatū, ideo absolutè Doctores negant, idem subiectum posse simul moueri motibus ad contrarias formas: ex Arist. 5. physic. c. 2. vbi deducit, vt inconueniens, idem simultari per contrarias mutationes: quia vel excederetur latitudo qualitatum, vel idem simul produceretur, & corrumperetur: vel si corrumperetur gradus præcedens, qui esset eiusdem rationis cum acquisito, natura frustra laboraret in producendo gradum, cum ei similis in eodem subiecto corrūperetur, & natura vt vim dedit eā producendi, ita conseruādi similem: quia facilius est conseruare, quam de nouo producere, quod præsertim habet vim in opinione ponentium gradus heterogeneos, vbi gradus certo gradui opponitur, prætterquam quod causæ productiuæ illorum motuum, vel essent eiusdem virtutis, & simul se impedirent circa idem subiectum, nisi vnirentur ad productionē tertiæ cuiusdam qualitatis, vt dicitur de productione mixti: vel essent diuersæ virtutis, & tunc actio circa subiectum, orietur à potentiori, à qua impediretur actio debilioris agentis, vt argumentatur Valles. lib. 1. controu. c. 4. Resp. 2. An idem subiectum moueri possit motibus contrarijs, & non conueniunt Doctores: nam de motu locali quidam affirmant, cœlos moueri ab oriente in occidētē motu raptus, & ab occidente in oriētē motu proprio: Cōtra quos in libris de cœlo tract. 5. quæst. 6. dubit. 9. fusè disputauimus, vbi diximus esse vnum motum realiter, & duplicem apparenter. De motu autē alterationis quoad primas qualitates, cum quibus est impleta latitudo fere omnes negant, posse idem subiectum moueri motibus contrarijs: quoad secundas verò qualitates

De facto nō dantur subiecta in quibus non sit expleta latitudo qualitatum.

14 *An idem subiectum moueri possit motibus contrarijs.*

litates, vt est albedo, & nigredo, an possit subiectum moueri duobus motibus etiam quoad gradus remissos qualitatum contrariarum, etiam discrepant Doctores: nam Conimbricenses 2. de generat. c. 3. q. 8. ar. 6. negant, etiamsi ponatur subiectum carês albedine, & nigredine, non quidem ex repugnantia terminorum: quia constat, illas qualitates secundum gradus remissos non opponi, sed ex repugnantia causarum illorum colorum: nam quilibet illorum colorum petit peculiare temperamentum primarum qualitatum, diuersum, & contrariũ temperamento requisito ab alio colore: quæ temperamenta nõ possunt fieri simul, vt singula producant colores sibi proportionatos: nam ad vnum colorem requiritur tale temperamentum, vt quædam primæ qualitates excedant alias, quæ requiruntur ad alium colorem: at non possunt qualitates illæ simul excedi, & excedere. Quod si illis obijcias experientiam, qua corpus album paulatim acquirit temperiem ad nigredinem secundum certam intensionem, ratione cuius fit gradus nigredinis, & desinit gradus albedinis; Resp. Tunc non fieri

15 *Non potest fieri simul Gradus nigredinis, & albedinis, sed gradus nigredinis acquiritur qui manet cum aliquo gradu albedinis.*

simul gradum albedinis, & nigredinis, sed solum gradus nigredinis acquiritur, qui manet cum aliquo gradu albedinis. At vero contrarium docet Garz. Foen. 1. lib. 1. doctr. 2. c. vnic. disp. 6. c. 3. quia sicut primæ qualitates possunt fieri simul in subiecto carente tota intensione; ita & colores: nã non repugnat ea parte colorum, vt concedunt, neque ea parte causarum; quia quomodocunque fingatur, requiri temperamẽtum certum ad talem colorem, non repugnat, quin possint fieri simul in eodem subiecto: nam illa conditio excessus posita ab aduersario non est necessaria: quia alioqui neque causæ contrariorum colorum possent esse simul: præsertim cum qualitates primæ concurrant ad productionem coloris, vt causæ partiales non subordinatæ. Dices. Cur in motu locali non possit vlla ratione concedi duos motus oppositos, etiam remissos, & conceditur in alteratione? Resp. Quia nulla ratione vnum corpus potest esse in duobus spatijs adæquatis simul. Dices 2. Cur duo agentia contraria applicata eidem subiecto, dum superãt resistentiam subiecti, non agũt? Resp. Quia si virtutes æquales sint, se impedient: si inæquales, potentior impediet debiliorem: neque Galeni (dum lib. de causis morborum ait, idem corpus calidius, & frigidius simul reddi) mẽs fuit, vt id esset secũdũ eãdem partem, sed diuersam, sicuti Medici affirmant in epiala febre partem frigidam, & calidam reddi. Dices 3. Contrarium apparet in circulationibus aquarum, dum in illas inijciuntur plures lapilli: quia eadẽ aqua huc, & illuc mouetur diuersis circulationibus. Resp. Galen. Ibi non easdem partes aquæ diuersis circulationibus moueri, sed diuersas, sicut etiam si quis immittat manum in aquam calidam, & pedes in frigidam, totum refrigeratur, & calefit simul; nam idest ratione diuersarum partiũ, licet diffundantur illæ qualitates intra propriam sphæram per partes corporis, tamen ea diffusio fit, donec inueniat contrariam impedientem.

In motu locali non possũt concedi duo motus oppositi.

In aqua iniectis lapillis diuersæ partes mouentur diuersis circulationibus.

DVB. II. *An qualitates primæ repugnent inter se ratione essentiæ, an graduum.*

Pates ex dictis: quia cum inter se repugnent, & non secundum propriam rationem formalem, vt probatum est supra ex experientia aquæ tepidæ, cuius qualitas cum non sit vna simplex, vt probatum est, contra Ariminensem, erit cõposita formaliter ex calore, & frigore, atque adeo calor, & frigus non repugnãt immediatè ex proprijs rationibus formalibus: ergo mediatè ratione graduum: quia ratione illorum secundum certam perfectionem qualitates non se compatiuntur in eadem parte subiecti, vt summus calor nihil frigoris permittit in subiecto. Et contra.

1 *Qualitates primæ repugnant inter se ratione graduum.*

Dices. Qua ratione se compatiuntur in eodem subiecto, & qua ratione non? Resp. Doctores singulis qualitatibus assignasse octo gradus caloris. Vnde fit, vt in subiecto non possint poni plures gradus, quàm octo, siue illi sint eiusdem qualitatis, siue sint commixti ex diuersis qualitatibus. Et hinc si in subiecto sunt octo gradus caloris, ibi non potest introduci vnus gradus frigoris, nisi corrumpatur aliquis gradus caloris: & si introducitur secundus gradus frigoris, debet corrumpi alius gradus caloris, &c, ita vt semper remaneat mensura octo graduum. Ita communis opinio, sed in assignanda ratione huius mensuræ, cur non possit excedi, non omnes conueniunt. Primò aliqui rationem afferunt ex incapacitate materiæ, eo quod non possit recipere, & sustentare, nisi octo gradus vnius, vel duarũ qualitatũ cõtrariarũ: sed non placet.

Quomodo se compatiãtur in eodẽ subiecto, & quomodo non.

Pri-

Gratis ponitur meta qualitatib. scilicet octauus gradus.

Primò quia gratis ponunt metam qualitatibus, scilicet octauum gradum, cum lumē possit semper magis, & magis augeri in subiecto, & si afferant experientiam caloris, v.g. in igne, quo non potest dari maior, id non oritur ex incapacitate subiecti, sed ex defectu efficientis: quia non reperitur in natura potens producere maiorem. 2. Quia cum experientia constet, in eodem subiecto recipi posse octo gradus caloris, & octo humiditatis, densitatis, & aliarum qualitatum, non potest dici, subiectum nō habere virtutem recipiendi, & sustentandi plures octauos gradus qualitatum, v.g. caloris, humiditatis, &c. Ergo similiter poterit plures octauos caloris, & frigoris: quia non minor virtus requiritur ad recipiendos illos octauos, quam hos; si inter hos non est specialis aliqua contrarietas. Conf. alij, nam subiectum quo magis est dispositum magis recipit formam, ad quam est dispositio, sed si subiectum haberet quatuor gradus frigoris, sine calore posset recipere quatuor gradus caloris, ergo habens illum calorem, poterit recipere maiorem calorem: quia esset magis dispositum, vel saltē minus resistit. Conf. alij 2. ex 4. phys. t. 53. vbi ex eo, quod concederetur, duo corpora posse esse simul in eodem spatio, infert, ibi posse esse infinita: nam ablata repugnātia in duobus aufertur in omnibus: quia est eadem ratio, vt patet ex spiritibus: qui si nō habent repugnātiā, neq; si essent infiniti. 2. Alij rationem afferunt ex natura cōtrariorum, quæ cum sint ordinata ad mixtionem necessario debent esse simul in gradibus remissis, non autem in sūmo: quia nullum mixtum exigit aliquam ex primis qualitatibus in summo, sed secundum quandā temperiem, quæ resultat ex mutua refractione qualitatum in eadem materia, & videtur sumi ex Aristot. 10. met. 16. vbi ait contraria se mutuo expelli ab eodem subiecto ex eo quod effectus formalis repugnet alteri formæ, & inde 4. metaph. c. 6. contrarium inquit est corruptiuum contrarij. Vnde repugnantia debet esse mutua, licet aliquando non possit esse corruptio, quando scilicet vnum contrariorum est adeo internum subiecto, vt non possit ab extrinseco agente impediri. Vel si dispositio est adeo interna formæ, vt si illa destruatur, destrui formam necesse sit. quod significat Aristot. de oppositis illis verbis, contraria se vicissim expellunt nisi alterū insit à natura, quorum verborum sēsus esse debet, vt intelligatur, quando fit ablatio qualitatis v.g. caloris in igne vltra medium: nam alioqui cum ignis ingrediatur mixtionem, necessarium est, vt aliquid frigiditatis adhibeatur. Sed non placet alijs: quia si quatuor gradus frigiditatis non repugnāt esse simul, cum quatuor gradibus caloris, cum omnes illi gradus sint eiusdem rationis, non est ratio, cur non possint esse cum octo gradibus caloris: nam cum incompossibilitas essendi oriatur ex contrarietate, & quatuor gradus frigiditatis nō habeāt minorem repugnātiam, cum quatuor gradibus caloris, quam cum octo gradibus caloris, cum omnes illi gradus sint eiusdē rationis, & eiusdem naturę, atque adeo habeant eandem affinitatem, & contrarietatem cum alijs. Conf. ex doctr. Aristot. 4. phys. t. 53. Si quantitas, quæ existit in eodem loco cum altera quantitate ibi existere posset cum infinitis quantitatibus: quia scilicet, cum partes quantitatis sint eiusdē rationis si non est repugnantia cum vna, neque alijs, ergo similiter si quatuor gradus frigiditatis non repugnent cum quatuor gradibus caloris, neque repugnabūt cum infinitis, si dari possent hæc alij, sed facilè soluunt, qui ponunt gradus intēsionis esse heterogeneos; at vero qui homogeneos difficilius. Quare 3. alij agnoscunt hanc contrarietatem à natura attributam gradibus excedentibus latitudinem statutam à natura non à gradibus non excedentibus hanc latitudinem, quam debere sumi ex ordine ad formas substantiales ad quas ordinatur natura accidentium: cum igitur inferioribus omnes naturæ, vel sunt similes, vel mistæ, & certa est experientia, nulli misto deberi qualitatem in summo gradu, vt infra probabimus, cum de temperamento, necesse est vt summitas latitudinis sumi debeat ex naturis simplicibus quales sint elemētares: cum igitur inter quatuor elementa videamus à natura distributas esse has qualitates, vt igni calor primario tribuatur, aeri humiditas, aquæ frigiditas, terræ siccitas, ea est latitudo harum qualitatum, quæ exigitur ab eiusmodi elementis, vnde summus calor est, qui debetur igni, & ita de cæteris t. 4. 3. Alij rationem reddunt ex heterogeneitate graduum: quia cum quilibet gradus eiusdem qualitatis, meritò sumi potest repugnantia cum gradibus qualitatis contrariæ. Ex quo fit vt gradus octauus caloris v.g. repugnet cum primo gradu frigiditatis, cum quo nō

In eodem subiecto esse possunt octo gradus humiditatis, et

2 *Contraria se vicissim expellunt nisi alterū insit à natura.*

3

Si non est repugnantia existendi simul cum vna quantitate neq; cum alijs.

Cōtrarietas est à natura attributa gradib. excedentibus.

Nulli mixto debetur qualitas in summo.

repugnat

repugnat primus, & secundus gradus caloris: quia octauus caloris est diuersæ rationis, à primo, & contra octauus gradus frigiditatis repugnat cum primo caloris. Sed non omnino satisfacit: quam octauus gradus caloris non solum repugnat cum primo gradu frigiditatis, sed cum omnibus gradibus frigiditatis, & octauus gradus frigiditatis nõ solum repugnat cum primo gradu caloris, sed cum omnib. gradibus caloris. Deinde non assignatur ratio, cur primus, secundus tertius gradus caloris non repugnat cum primo secũdo tertio, & quarto gradu frigiditatis, & tamen repugnat cũ quinto, cum quo non repugnat tertius, & hic repugnat cum sexto, cui non repugnat secundus, & primus, cui tamen repugnat septimus, cui non repugnat primus gradus caloris. Responderi potest, determinatam repugnantiam oriri ex determinatis perfectionibus graduum: quia quo gradus est perfectior, eo minus admittit secum gradũ contrariæ qualitatis, & quo imperfectior, eo magis admittit perfectionem gradus contrariæ qualitatis, vnde quia octauus gradus caloris est perfectissimus, etiamsi per impossibile esset in subiecto, præcisis gradibus imperfectioribus, non poterit admittere in subiecto vnum gradum contrariæ: quod si erit vt septem, quia imperfectior, admittit vnum gradum contrariæ qualitatis, & sic consequenter. Sed contra: quia ex hac ratione sequitur, non posse qualitates integrari ex pluribus gradibus, quorum vnus sit perfectior alio: quia maior est repugnantia inter perfectum, & imperfectum, dum componunt vnam entitatem, quam dum vniuntur in subiecto componentes diuersas entitates, at primus gradus caloris imperfectus vnitur in eadem entitate cum octauo perfectissimo, At octauus gradus caloris si amitteret primũ gradum frigiditatis, vnirentur quidem in eodem subiecto, non in eadem entitate, ergo ex vi perfectionis, & imperfectionis non possunt habere repugnantiam respectu eiusdem subiecti. Conf. quia ex illa coniunctione non fieret imperfectior octauus gradus: quia non variaret entitatem illius, sicut nec variatur ex vno gradu siccitatis, cum quo coniungitur calor ignis: Quare quærenda est alia ratio huius repugnantiæ. Quare dico 1. Inter has qualitates posse considerari duplicem repugnantiam vnam radicalem, & in actu primo, & hæc conuenit illis ratione propriarum essentiarum, vnde fit, vt habeant actus diuersos: nam calor rarefacit in quocũq; gradu sit, frigiditas condensat. Secundo actualẽ proximam, & in actu secundo, & hæc cõuenit ratione graduum, vt constituunt latitudinem debitam qualitatibus, qualem ponunt esse latitudinem octauum graduũ, vltra quam subiectum non est capax, & hinc oritur repugnantia inter gradus, vt inter illos sit repugnantia, quibus exceditur latitudo octo graduum, intra quam gradus possunt esse simul. Hinc fit, vt quatuor gradus frigiditatis possint esse cum quatuor gradibus caloris, non autem cum quinque, quia excederetur latitudo: quam in subiecto essent nouem gradus. Cur autem non possit excedi latitudo inter contrarias, & possit excedi latitudo inter disparatas qualitates (vt v. g. possunt esse octo gradus caloris cum 8. humiditatis) non est facilè rationem inuenire, neque est, qui illam docet: nam omnes ferè recurrunt ad naturas talium qualitatum.

4 *Octauus gradus frigiditatis repugnat cũ primo caloris, & cæteris omnib.*

Ex vi perfectionis nõ possũt hẽre repugnantiam.

Duplex est repugnantia Radicalis, & actualis proxima.

5 *Confirmatur ex natura formarũ substantialium, & fine secundario elementorum ordinatorum ad generationem mixtorum.*

Dico 2. Cũ omnis natura, & conditiones accidẽtiũ sumi debeãt ex forma substãtiali, qua ordinantur vt ad finẽ propriũ, ratio sumenda est ex natura formarum, quare cum qualitates primæ debeantur primario corporibus primis, idest elementis, ex formis elementorum sumenda est ratio latitudinis, & cum sint quatuor qualitates primæ, quæ debentur quatuor elementis in summo scilicet vt infra dicetur igni calor, aeri humiditas, aquæ frigiditas, terræ siccitas, non poterunt hæ qualitates excedere eam perfectionem, secundum quam debentur primis elementis, quæ consistit in latitudine octo gradum, & quia materia est receptiua accidentium, iuxta exigentiam formalem, ideo fit, vt non possit recipere naturaliter, nisi latitudinem accidentium exigitã à formis substantialibus, atque adeo non potest excedere latitudinem 8. graduum qualitatum contrariarum, potest tamen excedere respectu disperatatam: quia disparatæ singulæ secundum latitudinem 8. graduum possunt conuenire alicui formæ. Conf. idem ex fine secundario elementorum, quæ ordinãtur ad generationem mixtorum, & hinc fit, vt qualitates contrariæ inter se refrangantur, vt fiat temperamentũ debitum formæ mixti, non possent autem refrangi, si non daretur determinata latitudo, secundum quam possunt, vel non possunt esse in subiecto eodem. Neq; obstat, quod cum omnes gradus sint eiusdem ra-

tionis non possit ex parte ipsorum assignari ratio, cur vnus potius corrumpatur, quam alius, quia vbi deficit natura particularis, & secundarum causarum, pertinet ad prouidentiam primæ causæ prouidere, & in hoc casu determinare, quis gradus sit corrumpendus, vt dictum est supra. Fateor tamen hîc satis probabiliter probari heterogeneitatem graduum: sed quia cōtra communē, oportet soluere argumenta secundum opinionem communem.

DVB. III. *An per potentiam Dei supernaturalem repugnet duo contraria esse simul in eodem subiecto.*

1 Prima opinio Resp. non repugnare etiam secundum gradus intensos, ita Palud. in 3. d. 35. q. 2. sequitur Sot. in 4. dist. 10. q. 1. a. 5. Astudil. 2. de gen. q. 25. Primo quia vel repugnat ex eo, quod includant contradictoria, vel ex eo quod effectus formalis vnius destruat effectum formalem alterius; vel tertio ex parte subiecti. Sed ex nullo capite repugnat: non ex primo: quia vel contradictio sumitur quoad identitatem, eo quod vnum contrarium non est aliud, & hæc separari non pōt ab illis; quare semper sic manēt, etiāsi duo contraria sint in eodem subiecto; vel quoad coniunctionem, & hæc licet necessario sequatur ex informatione eiusdem subiecti per duo contraria necessitate naturali, non tamen necessitate absoluta: nam ad informationem v. g. caloris respectu subiecti non sequitur necessitate absoluta negatio informationis frigoris: quia hæc consequitur connaturaliter, non tamen absolutè: nam ex eo quod frigus informet subiectum, ad illam informationem non sequitur essentialiter negatio informationis caloris, ita vt sequatur, vt simul informet, & non informet, cum sit effectus secundarius separabilis ab informatione. Neque ex secundo capite: nam cum maneant in esse remisso, ita effectus formales non sunt repugnantes ex ratione essentiali formali, sed accidentali: nam sicut calor vt octo, & vt quatuor non differunt essentialiter, sed accidentaliter; ita & effectus formales illorum, ergo sicut effectus formalis caloris vt quatuor non repugnat cū effectu formali frigoris vt quatuor, ea propria ratione essentiali, ita neque effectus formalis caloris, vt octo cum effectu formali frigoris vt quatuor vel vt octo: quia effectus formales vt quatuor, & vt octo eiusdem formæ, non differunt secundum rationē essentialem; at quæ nō sunt essentialiter contraria Deus potest ad inuicem separare. Neque ex tertio capite: nam etiāsi subiectum non habeat potentiam naturalem recipiendi duo contraria in summo, tamen habet obedientialem; nam maiorē potentiam habet in ordine ad potentiam supernaturalem, quam naturalem, sed in ordine ad naturalem habet potentiam recipiendi duo contraria infra latitudinem debitam scilicet vt octo expletam, vel ab vno, vel ab vtroque cōtrario, ergo in ordine ad supernaturalem habet potentiam recipiendi supra hanc latitudinem. Confirm. quia sicut spatium palmare non est capax, nisi quātitatis palmaris naturaliter, tamē in ordine ad potentiā Dei pōt recipere duas quātitates palmares: qa Deus suspēdit illā vim expulsiuam, quam habet vna quantitas respectu alterius in eodem spatio; ita potest suspendere vim expulsiuam, quam habet vnum contrarium respectu alterius.

Quomodo ex nullo capite repugnet supernaturaliter posse esse duo contraria in eodē subiecto.

Spatium palmare supernaturaliter potest accipere duas quantitates palmares.

2 2. Opinio est dicentium, etiam per potentiam Dei supernaturalem implicare duo contraria esse simul in eodem subiecto: nam implicat, duo contradictoria esse simul, sed ea positione duorum contrariorum sequitur necessario necessitate absoluta duo contradictoria esse simul, ergo; minor probatur tum ex Arist. 4. metaphy. tex. 27. *cum verò impossibile sit, inquit, contradictionem simul de eodem verificari, patet quòd nūquā contraria simul eidem inesse contingit: contrariorum enim alterum non minus priuatio est, substantia verò priuatio negatio à quodam determinato genere est: si impossibile, ita est simul affirmare, & negare, verè impossibile est etiam contraria simul in esse, sed aut ambo secundū aliquid, aut alterū secundum aliquid, alterum simpliciter*, vt etiam loquens de calore, & frigiditate 2. de gen, tex. 16. Tum ex ratione quod vnum contrarium dicat negationem alterius in subiecto, non solum quia vnum contrariū non est aliud; sed etiam: quia vnum excludit aliud: quia sicut non potest esse forma in subiecto, quin illi tribuat suum effectum formalem, ita neque quin expellat effectū formalem oppositæ formæ: quia expulsio illa est effectus formalis formæ. Neque dicas posse impediri à Deo expulsionem: quia sicut non potest impediri, quin si forma v. g. calor informet, & non tribuat subiecto

Implicat duo contraria esse simul: quia sic licet duo contradictoria esse simul.

subiecto esse calidum; quia est effectus formalis caloris, ita neque quod tribuat expulsionẽ; quia est effectus formalis eiusdem formæ; cum vna forma expellat contrariam in genere causæ formalis, tribuitur Cap. 1. d. 17. q. 2. ad argum. 1. 2. concl. Mast. 2. de gen. q. 1. seu 10. m. q. 13.

3
Contraria distinguuntur in 3. genera.

3. Opinio est distinguentium contraria in tria genera, primum est eorum, quorum vnum destruit rationem formalem alterius, vt actus amoris, & odij eiusdem, scientiæ & erroris, & de his certum est non posse esse in subiecto, nec secundum gradus intensos, nec remissos. Alterum eorum, quæ consequuntur aliquam dispositionem consistentem in indiuisibili, vt sanitas, & ægritudo, quæ fundantur in certo & determinato temperamento qualitatũ, & de his etiam constat non posse esse simul. Tertium eorum, quæ habent certam latitudinem, quorum vnius ratio formalis non excludit rationem formalem alterius, & hæc possunt esse simul in summo gradu per potentiam Dei, cuiusmodi sunt primæ qualitates, & secundæ, quæ resultãt ex primis ex temperamento primario, vt albedo, & nigredo, & de his vera est prima sententia, & mihi placet, tum quia cõmunis, tum quia nihil est denegandum potentiæ diuinæ, nisi probetur implicare contradictionem absolutè; sed existentia duorum contrariorum in subiecto eodem non implicat contradictionem absolutè, cum existentia vnius in subiecto non includat in suo conceptu negationem coniunctionis cum altero contrario in eodem subiecto, licet naturaliter sequatur; quia intrinsecè, & formaliter dicit ipsũ existere in subiecto, vt patebit ex solutione argumentorum secundæ sententiæ.

Contraria esse in eodẽ subiecto nõ implicat cõtradictione,

Soluuntur argumenta secundæ sententiæ.

AD primũ ex auctoritate Arist. Resp. aliqui, Arist. loquutum de negatione identitatis vnius contrarij cũ alio: quia verè implicat esse idem, & non idem; nõ autem de negatione coniunctionis vnius cum altero in subiecto eodem, sed non placet: quia Aristot. loquitur de inseparabili repugnantia contrariorum, at illa repugnantia est communis omnibus speciebus, vt albedo non est idem cum nigredine, ita neque cum dulcedine &c. tum quia loquitur de inesse vtriusque contrarij in eodem subiecto, quod esse nõ potest: quia idem subiectum denominaretur calidum, & non calidum, ratione frigiditatis ibi inhærentis. Quare Ego Resp. Aristot. loqui de repugnantia naturaliter consequenti ad vtriusque informationem: nam naturaliter si in subiecto est summus calor, ibi non est summum frigus, quare si supponeretur ibi esse frigus, ita esset ibi frigus, & non frigus, & sic naturaliter de calore. Ad 2 prob. ductam ex ratione Resp. contradictionem esse duplicem, vnam immediatam, quæ negatio negat formaliter terminum positiuum, & hæc est extra obiectum potentiæ diuinæ, sed non oritur ex positione contrariarum formarum: quia positio vnius non est formaliter negatio alterius in subiecto. Alterum esse mediatam, quæ cõsequitur ex positione contrariarum formarum, & hæc est duplex, vna quæ consequitur necessitate absoluta, & hæc ponit obiectum extra obiectum potentiæ diuinæ, qualis est inter odium, & amorem, assensum, & dissensum circa idem obiectum ex eodem motiuo, & hæc non sequitur ex positione duarum formarum contrariarũ: quia positio vnius non infert illi necessitate negationem alterius; Altera quæ consequitur necessitate naturali, & hæc ponit rẽ extra obiectum potentiæ diuinæ secundũ legem ordinariam, non tamen absolutè: quia potest Deus illam sequelam impedire, qualis est negatio duarum quantitatum in eodem spatio, & hæc est inter formas contrarias: nam posita albedine in subiecto, sequitur quidem naturaliter ibi non esse nigredinem, non tamen absolutè: quia informatio albedinis potest intelligi absq; exclusione alterius formæ oppositæ. Ad probationem sumptam ex effectu formali Resp. exclusionem formæ non esse effectũ formalem primarium, sed secundarium, qui impediri põt ne ponat informationẽ, sicut impeditur exclusio alterius quantitatis in spatio, vbi est alia quantitas, & quia est effectus formalis secundarius, dicitur vna forma formaliter excludere aliam à subiecto, quomodo autem conueniat formæ informanti effectus secundarius, dictum est fusè in physicis cù de causis formali. Dices. Non potest intelligi, albedinem informare subiectum, absq; eo, quod det illi esse album, ergo non potest simul habere esse nigrum: quia alioqui videretur simul esse album, & nigrum, quod non potest concipi. Resp. Aresius 3. de Gen.

Explicatur Aristoteles ab Authore

Contradictio est duplex.

1.

4

c.3.d.2.q.13.sect.2.posse esse absque actu secundo, per quem album dignosceretur à nigro, non tamen cum actu secundo, sed non placet: quia terminare visionem, quæ videatur vt album, & quæ vt nigrum, non habet repugnantiam ex parte visionis: quia vtrumque in diuersis subiectis videri potest; neque ex parte colorum: quia cum sint distincti potius exigunt videri vt sunt; neque 3. ex parte subiecti; quia si non repugnant simul inhærere eidem, neque poterit repugnare, in eodem videri vt sunt; præsertim cum terminare visionem non ponat nouam perfectionem intrinsecam in re terminante, sed solum denominationem extrinsecam; vel repugnat ex parte specierum producibilium simul: quia hæ possunt recipi à potentia si producantur ab existentibus in diuersis subiectis, ergo multo magis si existant in eodem: quia sunt æque approximatæ.

DVB. IV. *An detur reactio inter contraria.*

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo pono ea, quæ docet Tol. pro explicatione actionis, & reactionis, quæ tantum differũt quod illa sit fortioris, hæc debilioris potẽtia. 2. Non esse reactionem, quando agens non habet materiam, vel habet diuersi generis 1. de gen. 3 54. & 87. Secundo cum agens est extra sphæram actiuitatis passi. 3 Pono, non esse difficultatem, posse fieri reactionem secundum diuersas contrarietates, vel secũdum easdem diuersis temporibus, vel secũdum diuersas partes agentis, & passi, vt agẽs vna parte agat, & altera repatiatur, & contra passum vna parte patiatur, & altera reagat, vnde tota difficultas est in qualitatibus eiusdem contrarietatis secundum idem tẽpus, & eandem partem subiecti, an agens possit repati à passo, & licet quæstio propriè soleat intelligi in qualitatibus alterationis, tamen vniuersaliter tractabitur.

Potest fieri reactio secundum diuersas contrarietates.

4. Not. Quatuor conditiones requiri ad reactionem, primo materiam eandem. Dices non requiritur ad agendum, ergo neq; ad reagendum, consequentia patet: quia reagere nihil addit supra actioné, nisi quod prius agens sit passum. Resp. negando consequentiam: quando duo differunt in materia, vna semper est altioris ordinis, & ideò perfectior potest agere in aliam, & nõ pati, vnde Cælum est actiuum qualitatum primarum, sed non patitur. Secundo vt sit proportio; quia reagere est agere, ergo verè agit, & vincit illud; nam si gatur Deum impedire actionem principij agentis, tunc passum verè agere dicetur, ergo illa actio non erat tantum resistendo, seu verè impugnando. Conf. quia vbicumque est actio, debet esse maior vis actiua, quam resistitiua; nam alioqui impediretur actio. Tertio vt sit intra sphæram agentis, potest .n. contingere, vt passum sit intra sphæram agentis, & non contra, ob maiorem actiuitatem agentis. Quarta vt actio fiat secũdum eandem contrarietatem, vnde potentia visiua non potest reagere in colorem; quia non habent contrarietatem.

Quatuor conditiones requirũtur ad reactionem.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

2 PRima Sententia est dicentium, dari reactionem secundum diuersas contrarietates, & diuersas partes subiecti, non tamen secundum eandem partem, & contrarietatem in eodem tẽpore, ita Calculator, & Forliu. l. cit. sequitur Niph 3. phys. t. 1 t. licet 1. de Gen. com. 195. contrariam sequatur. Eandem sequitur Franc. Neritonensis apud Pomp. loc. cit. & tribuitur à Buccat Greg. & Ochan. in 1. de 17 licet hi non expressè loquantur, colligi tamen posset ex eo, quod negent, qualitates contrarias esse posse in eodem subiecto e... m secundum esse remissum. Maior 1. d. 17 t Genesa. in c. 7. Fundamenta huius opinionis afferentur infra.

Datur reactio secundum diuersas contrarietates.

2. Est communis aliorum, qui putant dari reactionem, licet differant explicatione. Nam Albert, Sax. dicit in tribus casibus non fieri reactionem, primo cum agens est extra sphæram actiuitatis passi. Secundo quando resistentia agentis superat actiuitatem passi. Tertio quando agens iuuaretur ab extrinseco, à quo impediretur actio passi: nam in reliquis casibus nihil prohibet fieri reactionem, neque sequitur eandem partem moueri motibus contrarijs: quia pars repassa est similis parti non repassæ in principio actionis, & ideò in eam partem agit tantum passum, sed cessante actione passi, cum sit pars repassa facta dissimilis reliquæ parti, ideò hæc incipit agere, vnde eadem pars mouetur motibus contrarijs, sed diuerso tempore, quod etiam Venetus docet. His Marsil. addit qualitatem pro-

In tribus casibus non fit reactio.

ductam

ductam in parte repassa esse ibi per modũ entis successiui, cum statim debeat excludi à contraria qualitate,& hoc forte voluit Flaminius, cum dixit, non esse absurdum idem simul moueri motibus contrarijs: quia ibi qualitates nõ sunt in esse perfecto, sed quasi in hospitio,ꝗ etiã docuerat Forl. Lcit.licet afferat alias solutiones, & minus probabiles,deinde Marſ.addit non propriè dici debere moueri motibus cõtrarijs:quia moueri secundum suam qualitatem est, ita illam recipere, vt non recipiat oppositam. Alij verò dicunt in partem repassam non agere,nisi passum,licet in assignanda causa, cur pars non repassa non agat,dissideant, vt refert Buccaf.Pomp.& Forl.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

PRima Concl. In motu auctionis, & generationis nõ datur reactio in eodẽ genere motus:nam quod generat, non generatur à genito, neque quod auget, augetur, licet in his motibus sit coniuncta reactio ratione alterationis,sine qua neque generatio,neque auctio fieri potest 1.de Gen.53.4.de Gen.animal.c.3.

3 2. Concl. Secundum motũ localem,licet non semper detur reactio, tamen aliquando datur aliqualis reactio, primũ patet: quia datur mouens immotum 1. de Gener.53. & 54.4. de Gen.animal.c.3.2. phyſ.73.3.phyſ.8.& docet Pomp.loc.cit. experientia:nam pila allisa parieti firmissimo, non mouet parietem, neque phiala allisa adamanti, tunc retundit, & manus mouet baculum, neq; mouetur à baculo, quod si Aristoteles aliter videtur sentire, accepit reactionem latè pro resistentia quacumque,vt Zambat.notat, & significat intelligere,cum ait; quod premit premi, quod pellit,pelli;nam ille motus pulsionis est minor ob resistentiam, quam si non esset resistentia, ideo dicit pellens pellitur quodammodo: quia repulsio facit,ne tanta sit pulsio;vel dicitur omne mouens physicum moueri quidem,non tamen necessario ab illa eadẽ re mota,sed ab alia vel alio ,cà se ipso,vnde proportio est vera de omni mouente corporeo. Secunda pars duo continet, primum,esse aliqualem reactionem: quia motus localis non est propriè actio, quæ coniungitur cum alteratione, & ita neque propriè est reactio: nam nomine actionis intelligimus eam, quæ est inter qualitates contrarias. Secundum,esse

Aliquando datur reactio secundũ motum localem.

Motus localis non est propria actio.

ibi reactionem,vt benè Zab.c.7.probat ex 3.phyſ.8.& 6.omne mouens physicum in mouendo moueri;& 4. de Gen.animal.c. 3.pellens pellitur,secundo experientia: nã si trabs erecta stet, vt leui ictu cadat, si ei allidatur pila lignea videmus repercuti pilam, & trabem cadere, vnde pelleos pellitur à re pulsa,idem videmus in ludo pilarũ in mensa: nam dum vna pellit aliam pulsa pellitur, neque recta suum motum prosequitur.Secũdo idem patet in duabus phialis vitreis,quæ se inuicem frangunt,& duobus gladijs, qui se hebetant. Dices si daretur reactio in motu locali,sequeretur eãdem partem rei moueri duobus motibus oppositis:nam pars gladij, quæ retunditur, mouetur sursum motu proprio,& cum totus gladius moueatur deorsũ, etiã illa pars gladij mouetur deorsum. Resp.aliqui nõ esse absurdum aliquid motu proprio, & motu totius moueri motibus contrarijs: quia vnus est per accidens,alter est per se, vt patet in homine, qui descendens attollere potest manus, Sed contra obijciunt; quia omne mouens localiter præter primum mouens, mouetur localiter à passo 4 de Gen.animal.c.3.ergo per se,& secundum totum mouebitur motibus cõtrarijs. Resp.ex Zab.c.7. ibi nõ esse propriè duos motus, sed vnum, qui tamen fit cum resistentia, & reactione, vt v.g. dum gladius decidit supra alium, fortior gladius intrat in partes alterius gladij, & occupat spatiũ illius,& quia alter gladius habet etiam duritiem, & quantitatem,resistit mouendo partes gladij decidentis versus spatium superius,non quod verè moueat,sed quia efficit, vt illæ partes non ita sint motæ sicut essent,si non accidisset resistentia illa propter duritiem,quod ita explicat Zab.sit spatium A.B.In cuius medio sit punctum C. pellatur pila ab A. ad B. oportet,vt in illo pulsu sentiatur resistẽtia, qua quodammodo repellitur,vnde motus ille dicitur constare ex pulsu, & repulsu:nam nisi sua resistentia repelleret, pila proijceretur tanto impetu vsque ad B; sed resistentia efficit,vt ille conatus non pellat,nisi vsque ad C.vnde quod non perueniet vsque ad B. factũ est ex resistentia repellente ex B. ad C; quare non contingit duplex motus seorsũ vnus pulsionis, alter repulsionis, sed vnus vsque ad C.minor tamen eo, qui fuisset sine resistentia. 4

3.Concl. Secundum motum alterationis in eadem parte subiecti, & secundum ean-

Quomodo in motu alterationis fiat reactio.

c.3.d.2.q.13.sect.2.posse esse absque actu secundo, per quem album dignosceretur à nigro, non tamen cum actu secundo, sed non placet: quia terminare visionem, qua videatur vt album, & qua vt nigrum, non habet repugnantiam ex parte visionis: quia vtrumque in diuersis subiectis videri potest; neque ex parte colorum: quia cum sint distincti potius exigunt videri vt sunt; neque 3. ex parte subiecti; quia si non repugnant simul inhærere eidem, neque poterit repugnare, in eodem videri vt sunt; præsertim cum terminare visionem non ponat nouam perfectionem intrinsecam in re terminante, sed solum denominationem extrinsecam; vel repugnat ex parte specierum producibilium simul: quia hæ possunt recipi à potentia si producantur ab existentibus in diuersis subiectis, ergo multo magis si existant in eodem: quia sunt æque approximatæ.

DVB. IV. *An detur reactio inter contraria.*

ART. I. *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo pono ea, quæ docet Tol. pro explicatione actionis, & reactionis, quæ tantum differũt quod illa sit fortioris, hæc debilioris potẽtia. 2. Non esse reactionem, quando agens non habet materiam, vel habet diuersi generis 1. de gen. 3 54. & 87. Secundo cum agens est extra sphæram actiuitatis passi. 3 Pono, non esse difficultatem, posse fieri reactionem secundum diuersas contrarietates, vel secũdum easdem diuersis temporibus, vel secũdum diuersas partes agentis, & passi, vt agẽs vna parte agat, & altera repatiatur, & contra passum vna parte patiatur, & altera reagat, vnde tota difficultas est in qualitatibus eiusdem contrarietatis secundum idem tempus, & eandem partem subiecti, an agens possit repati à passo, & licet quæstio propriè soleat intelligi in qualitatibus alterationis, tamen vniuersaliter tractabitur.

Potest fieri reactio secundum diuersas contrarietates.

4. Not. Quatuor conditiones requiri ad reactionem, primo materiam eandem. Dices non requiritur ad agendum, ergo neq; ad reagendum, consequentia patet: quia reagere nihil addit supra actionẽ, nisi quod prius agens sit passum. Resp. negando consequentiam: quando duo differunt in materia, vna semper est altioris ordinis, & ideò perfectior potest agere in aliam, & nõ pati, vnde Cælum est actiuum qualitatum primarum, sed non patitur. Secundo vt sit proportio: quia reagere est agere, ergo vere agit, & vincit illud; nam si gitur Deum impedire actionem principij agentis, tunc passum verè agere dicetur, ergo illa actio non erat tantum resistendo, seu verè impugnando. Conf. quia vbicumque est actio, debet esse maior vis actiua, quam resistiua; nam alioqui impediretur actio. Tertio vt sit intra sphæram agentis, potest .n. contingere, vt passum sit intra sphæram agentis, & non contra, ob maiorem actiuitatem agentis. Quarta vt actio fiat secũdum eandem contrarietatem, vnde potentia visiua non potest reagere in colorem; quia non habent contrarietatem.

Quatuor conditiones requirũtur ad reactionem.

ART. II. *Opiniones Doctorum.*

PRima Sententia est dicentium, dari reactionem secundum diuersas contrarietates, & diuersas partes subiecti, non tamen secundum eandem partem, & contrarietatem in eodem tẽpore, ita Calculator, & Forliu. l. cit. sequitur Niph 3. phys. t. 11. licet 1. de Gen. com. 195. contrarium sequatur. Eandem sequitur Franc. Neritonensis apud Pomp. loc. cit. & tribuitur à Buccaf. Greg. & Ochan. in 1. de 17. licet hi non expressè loquantur, colligi tamen posse ex eo, quod negent, qualitates contrarias esse posse in eodem subiecto [illegible] secundum esse remissum. Maior 1. d. 17 & Genera. in c. 7. Fundamenta huius opinionis afferentur infra. 2

Datur reactio secundum diuersas contrarietates.

2. Est communis aliorum, qui putant dari reactionem, licet differant explicatione. Nam Albert. Sax. dicit in tribus casibus non fieri reactionem, primo cum agens est extra sphæram actiuitatis passi. Secundo quando resistentia agentis superat actiuitatem passi. Tertio quando agens iuuaretur ab extrinseco, à quo impediretur actio passi: nam in reliquis casibus nihil prohibet fieri reactionem, neque sequitur eandem partem moueri motibus contrarijs: quia pars repassa est similis parti non repassæ in principio actionis, & ideò in eam partem agit tantum passum, sed cessante actione passi, cum sit pars repassa facta dissimilis reliquæ parti, ideò hæc incipit agere, vnde eadem pars mouetur motibus contrarijs, sed diuerso tempore, quod etiam Venetus docet. His Marsil. addit qualitatem productam

In tribus casibus non fit reactio.

ductam in parte repassa esse ibi per modũ entis successiui, cum statim debeat excludi à contraria qualitate, & hoc forte voluit Flaminius, cum dixit, non esse absurdum idem simul moueri motibus contrarijs: quia ibi qualitates nõ sunt in esse perfecto, sed quasi in hospitio, q euã docuerat Forl. l.cit. licet afferat alias solutiones, & minus probabiles, deinde Marsi. addit non propriè dici debere moueri motibus cõtrarijs: quia moueri secundum suam qualitatem est, ita illam recipere, vt non recipiat oppositam. Alij verò dicunt in partem repassam non agere, nisi passum, licet in assignanda causa, cur pars non repassa non agat, dissideant, vt refert Buccaf. Pomp. & Forl.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

PRima Concl. In motu auctionis, & generationis nõ datur reactio in eodẽ genere motus: nam quod generat, non generatur à genito, neque quod auget, augetur, licet in his motibus sit coniuncta reactio ratione alterationis, sine qua neque generatio, neque auctio fieri potest 1. de Gen. 53. 4. de Gen. animal. c. 3.

3 *Aliquando datur reactio secundũ motum localem.*

2. Concl. Secundum motũ localem, licet non semper detur reactio, tamen aliquando datur aliqualis reactio, primũ patet: quia datur mouens immotum 1. de Gener. 53. & 54. 4. de Gen. animal. c. 3. 2. phys. 73. 3. phys. 8. & docet Pomp. loc. cit. experientia: nam pila allisa parieti firmissimo, non mouet parietem, neque phiala allisa adamenti, tunc retundit, & manus mouet baculum, neq; mouetur à baculo, quod si Aristoteles aliter videtur sensisse, accepit reactionem latè pro resistentia quacumque, vt Zambar. notat, & significat intelligere, cum ait; quod premit premi, quod pellit, pelli; nam ille motus pulsionis est minor ob resistentiam, quam si non esset resistentia, ideo dicit pellens pellitur quodammodo: quia repulsio facit, ne tanta sit pulsio; vel dicitur omne mouens physicum moueri quidem, non tamen necessario ab illa eadẽ re mota, sed ab illa vel alio, à se ipso, vnde propositio est vera de omni mouente corporeo. Secunda pars duo continet, primum, esse aliqualem reactionem: quia motus localis non est propriè

Motus localis non est propria actio.

actio, quæ coniungitur cum alteratione, & ita neque propriè est reactio: nam nomine actionis intelligimus eam, quæ est inter qualitates contrarias. Secundum, esse ibi reactionem, vt benè Zab. c. 7. probat ex 3. phys. 8. & 6. omne mouens physicum in mouendo moueri; & 4. de Gen. animal. c. 3. pellens pellitur, secundo experientia: nã si trabs erecta stet, vt leui ictu cadat, si ei allidatur pila lignea videmus repercuti pilam, & trabem cadere, vnde pellens pellitur à re pulsa, idem videmus in ludo pilarũ in mensa: nam dum vna pellit aliam pulsa pellitur, neque recta suum motum prosequitur. Secũdo idem patet in duabus phialis vitreis, quæ se inuicem frangunt, & duobus gladijs, qui se hebetant. Dices si daretur reactio in motu locali, sequeretur eãdem partem rei moueri duobus motibus 4
oppositis: nam pars gladij, quæ retunditur, mouetur sursum motu proprio, & cum totus gladius moueatur deorsũ, etiã illa pars gladij mouetur deorsum. Resp. aliqui nõ esse absurdum aliquid motu proprio, & motu totius moueri motibus contrarijs: quia vnus est per accidens, alter est per se, vt patet in homine, qui descendens attollere potest manus. Sed contra obijciunt; quia omne mouens localiter præter primum mouens, mouetur localiter à passo 4 de Gen. animal. c. 3. ergo per se, & secundum totum mouebitur motibus cõtrarijs. Resp. ex Zab. c. 7. ibi nõ esse propriè duos motus, sed vnum, qui tamen fit cum resistentia, & reactione, vt v.g. dum gladius decidit supra alium, fortior gladius intrat in partes alterius gladij, & occupat spatiũ illius, & quia alter gladius habet etiam duritiem, & quantitatem, resistit mouendo partes gladij decidentis versus spatium superius, non quod verè moueat, sed quia efficit, vt illæ partes non ita sint motæ sicut essent, si non accidisset resistentia illa propter duritiem, quod ita explicat Zab. sit spatium A.B. In cuius medio sit punctum C. pellatur pila ab A. ad B. oportet, vt in illo pulsu sentiatur resistẽtia, qua quodammodo repellitur, vnde motus ille dicitur constare ex pulsu, & repulsu: nam nisi sua resistentia repelleret, pila proijceretur tanto impetu vsque ad B; sed resistentia efficit, vt ille conatus non pellat, nisi vsque ad C. vnde quod non peruenerit vsque ad B. factũ est ex resistentia repellente ex B. ad C; quare non contingit duplex motus seorsũ vnus pulsionis, alter repulsionis, sed vnus vsque ad C. minor tamen eo, qui fuisset sine resistentia.

Quomodo in motu alterationis fiat reactio.

3. Concl. Secundum motum alterationis in eadem parte subiecti, & secundum

ean-

c.3.d.2.q.13,sect.2,posse esse absque actu secundo, per quem album dignosceretur à nigro,non tamen cum actu secundo,sed non placet:quia terminare visionem , qua videatur vt album , & qua vt nigrum,non habet repugnantiam ex parte visionis:quia vtrumque in diuersis subiectis videri potest ; neque ex parte colorum: quia cum sint distincti potius exigunt videri vt sunt; neque 3. ex parte subiecti ; quia si non repugnant simul inhærere eidem,neque poterit repugnare , in eodem videri vt sunt; præsertim cum terminare visionem non ponat nouam perfectionem intrinsecam in re terminante, sed solum denominationem extrinsecam ; vel repugnat ex parte specierum producibilium simul : quia hæ possunt recipi à potentia si producantur ab existentibus in diuersis subiectis, ergo multo magis si existant in eodem : quia sunt æque approximatæ.

DVB.IV. *An detur reactio inter contraria.*

ART. I. *Explicantur termini , & sensus quæstionis.*

1 PRimo pono ea , quæ docet Tol. pro explicatione actionis, & reactionis, quæ tantum differũt quod illa sit fortioris, hæc debilioris potẽtia.2.Non esse reactionem , quando agens non habet materiam, vel habet diuersi generis 1.de gen. .3 54. & 87. Secundo cum agens est extra sphæram actiuitatis passi . 3 Pono, non esse difficultatem, posse fieri reactionem secundum diuersas contrarietates,vel secũdum easdem diuersis temporibus,vel secũdum diuersas partes agentis,& passi,vt agẽs vna parte agat,& altera repatiatur, & contra passiuo vna parte patiatur, & altera reagat,vnde tota difficultas est in qualitatibus eiusdem contrarietatis secundum idem tẽpus, & eandem partem subiecti , an agens possit repati à passo , & licet quæstio propriè soleat intelligi in qualitatibus alterationis,tamen vniuersaliter tractabitur.

Potest fieri reactio secundum diuersas contrarietates.

4.Not. Quatuor conditiones requiri ad reactionem,primo materiam eandem.Dices non requiritur ad agendum, ergo neq; ad reagendum,consequentia patet : quia reagere nihil addit supra actionẽ,nisi quod prius agens sit passum.Resp.negando consequentiam : quando duo differunt in materia , vna semper est altioris ordinis , & ideò perfectior potest agere in aliam,& nõ pati,vnde Cælum est actiuum qualitatum primarum, sed non patitur . Secundo vt sit proportio;quia reagere est agere,ergo vere agit,& vincit illud ; nam si ponatur Deum impedire actionem principij agentis,tunc passum verè agere dicetur , ergo illa actio non erat tantum resistendo,sed verè impugnando. Conf.quia vbicumque est actio, debet esse maior vis actiua , quam resistitiua;nam alioqui impediretur actio , Tertio vt sit intra sphæram agentis , potest .n. contingere , vt passum sit intra sphæram agentis,& non contra,ob maiorem actiuitatem agentis . Quarta vt actio fiat secũdum eandem contrarietatem,vnde potentia visiua non potest reagere in colorem; quia non habent contrarietatem,

Quatuor conditiones requirũtur ad reactionem.

ART.II. *Opiniones Doctorum.*

PRima Sententia est dicentium, dari reactionem secundum diuersas contrarietates, & diuersas partes subiecti , non tamen secundum eandem partem , & contrarietatem in eodem tẽpore , ita Calculator,& Forliu. l. cit. sequitur Niph 3.phys. t.11.licet 1.de Gen.com.195.contrarium sequatur. Eandem sequitur Franc. Neritonensis apud Pomp. loc. cit. & tribuitur à Buccai Greg.& Ochan.in 1.de 17 licet hi non expressè loquantur,colligi tamen posset ex eo,quod negent,qualitates contrarias esse posse in eodem subiecto etiam secundum esse remissum.Maior 1.d.17 1 Generat.in c.7. Fundamenta huius opinionis afferentur infra.

2 *Datur reactio secundum diuersas contrarietates.*

2.Est communis aliorum , qui putant dari reactionem,licet differant explicatione.Nam Albert,Sax.dicit in tribus casibus non fieri reactionem,primo cum agens est extra sphæram actiuitatis passi . Secundo quando resistentia agentis superat actiuitatem passi . Tertio quando agens iuuaretur ab extrinseco,à quo impediretur actio passi;nam in reliquis casibus nihil prohibet fieri reactionem, neque sequitur eandem partem moueri motibus contrarijs: quia pars repassa est similis parti non repassæ in principio actionis , & ideò in eam partem agit tantum passum, sed cessante actione passi , cum sit pars repassa facta dissimilis reliquæ parti,ideò hæc incipit agere, vnde eadem pars mouetur motibus contrarijs , sed diuerso tempore, quod etiam Venetus docet . His Marsil. addit qualitatem pro-

In tribus casibus non fit reactio.

ductam

ductam in parte repassa esse ibi per modũ entis successiui, cum statim debeat excludi à contraria qualitate,& hoc forte voluit Flaminius, cum dixit, non esse absurdum idem simul moueri motibus contrarijs: quia ibi qualitates nõ sunt in esse perfecto, sed quasi in hospitio,q etiã docuerat Forl. l.cit.licet afferat alias solutiones, & minus probabiles,deinde Marsi.addit non propriè dici debere moueri motibus cõtrarijs:quia moueri secundum suam qualitatem est, ita illam recipere, vt non recipiat oppositam. Alij verò dicunt in partem repassam non agere,nisi passum,licet in assignanda causa, cur pars non repassa non agat,diffideant, vt refert Buccaf.Pomp.& Forl.

ART. III. *Opinio Auctoris.*

PRima Concl. In motu auctionis, & generationis nõ datur reactio in eodẽ genere motus:nam quod generat, non generatur à genito, neque quod auget, augetur, licet in his motibus sit coniuncta reactio ratione alterationis,sine qua neque generatio,neque auctio fieri potest 1.de Gen.53.4.de Gen.animal.c.3.

3 2. Con.l. Secundum motũ localem,licet non semper detur reactio, tamen aliquando datur aliqualis reactio, primũ patet: quia datur mouens immotum 1. de Gener.53. & 54.4.de Gen.animal.c.3.2. phys.73.3.phys.8.& docet Pomp.loc.cit. experientia:nam pila allisa parieti firmissimo, non mouet parietem, neque phiala allisa adamanti, tunc retundit, & manus mouet baculum, neq; mouetur à baculo, quod si Aristoteles aliter videtur sensisse, accepit reactionem latè pro resistentia quacumque,vt Zambar.notat, & significat intelligere,cum ait; quod premit premi, quod pellit,pelli;nam ille motus pulsionis est minor ob resistentiam, quam si non esset resistentia, ideo dicit pellens pellitur quodammodo: quia repulsio facit,ne tanta sit pulsio;vel dicitur omne mouens physicum moueri quidem,non tamen necessario ab illa eadẽ re mota,sed ab illa vel alio,ã se ipso,vnde propositio est vera de omni mouente corporeo. Secunda pars duo continet, primum,esse aliqualem reactionem: quia motus localis non est propriè actio, quæ coniungitur cum alteratione, & ita neque propriè est reactio: nam nomine actionis intelligimus eam, quæ est inter qualitates contrarias. Secundum,esse ibi reactionem,vt benè Zab.c.7.probat ex 3.phys.8.& 6.omne mouens physicum in mouendo moueri;& 4. de Gen.animal.c.3.pellens pellitur,secundo experientia: nã si trabs erecta stet, vt leui ictu cadat, si ei allidatur pila lignea videmus repercuti pilam, & trabem cadere, vnde pellens pellitur à re pulsa,idem videmus in ludo pilarũ in mensa: nam dum vna pellit aliam pulsa pellitur, neque recta suum motum prosequitur.Secũdo idem patet in duabus phialis vitreis,quæ se inuicem frangunt,& duobus gladijs, qui se hebetant. Dices si daretur reactio in motu locali,sequeretur eãdem partem rei moueri duobus motibus 4 oppositis;nam pars gladij, quæ retunditur, mouetur sursum motu proprio,& cum totus gladius moueatur deorsũ, etiã illa pars gladij mouetur deorsum. Resp.aliqui nõ esse absurdum aliquid motu proprio, & motu totius moueri motibus contrarijs: quia vnus est per accidens,alter est per se, vt patet in homine, qui descendens attollere potest manus. Sed contra obijciunt; quia omne mouens localiter præter primum mouens, mouetur localiter à passo 4 de Gen.animal.c.3.ergo per se,& secundum totum mouebitur motibus cõtrarijs. Resp.ex Zab.c.7. ibi nõ esse propriè duos motus, sed vnum, qui tamen fit cum resistentia, & reactione, vt v.g. dum gladius decidit supra alium, fortior gladius intrat in partes alterius gladij, & occupat spatiũ illius,& quia alter gladius habet etiam duritiem, & quantitatem,resistit mouendo partes gladij decidentis versus spatium superius,non quod verè moueat,sed quia efficit, vt illæ partes non ita sint motæ sicut essent,si non accidisset resistentia illa propter duritiem,quod ita explicat Zab.sit spatium A.B.in cuius medio sit punctum C. pellatur pila ab A. ad B. oportet,vt in illo pulsu sentiatur resistẽtia, qua quodammodo repellitur,vnde motus ille dicitur constare ex pulsu, & repulsu:nam nisi sua resistentia repelleret, pila proijceretur tanto impetu vsque ad B; sed resistentia efficit,vt ille conatus non pellat,nisi vsque ad C.vnde quod non peruenerit vsque ad B. factũ est ea resistentia repellente ex B. ad C; quare non contingit duplex motus seorsũ vnus pulsionis, alter repulsionis, sed vnus vsque ad C.minor tamen eo, qui fuisset sine resistentia.

3.Concl. Secundum motum alterationis in eadem parte subiecti, & secundum

Aliquando datur reactio secundũ motum localem.

Motus localis non est propria actio.

Quomodo in motu alterationis fiat reactio.

eandem contrarietatem, licet non semper fiat reactio, tamen sæpè fit, vt dicetur cōcl. sequēti. Prima pars patet ex dictis in opinione Alb. Primo quando non communicant in materia agens, & passum, 3.phys.8. 16.1.de Gen.14.44 87.1,2.52. quia tunc agens non esset in potentia ad recipiēdam qualitatem à passo. Secūdo quando est extra sphæram. Tertio quando est magna resistentia, & parua actiuitas passi, vt capillus in fornace, ex Pomp. sect.2.c.6.in 4.dicto, & ferrum cadens supra muscam. Quarto quando actio non est aliquo modo disposita ad generationem, vnde color agit in visum producendo species, & non patitur, vt neque magnes à ferro, quia hæ actiones non fiunt secundum qualitates habentes contrarium, & ideò potius perficiūt passum, quàm corrumpant. Dices. Calidū vt octo est in potentia ad quemlibet gradum frigiditatis, & passum habet aliquem gradum frigiditatis, ergo producet illum in calidum, quod supponitur esse intra sphæram. Resp. esse quidem in potentia ratione materiæ, sed ratione resistentiæ formæ nō potest reduci ad actum ex illo agente, vnde summus gradus propter coniunctionem cum alijs non potest expelli à quocumq; agente, & DD. qui vniuersaliter intelligendi sunt positis requisitis ad actionem, in quo errauit Tol. qui cum putet resistentiā non esse aliud, quàm actionem in contrarium, & calidum vt octo, non statim corrumpat frigidum vt vnum, in eodem tempore repatietur, sed falsum est: quia si à capillo Deus tolleret vim actiuam seruata resistentia adhuc corrumperetur in tempore, & si efficeret, vt ignis proximus capillo, hunc non combureret, adhuc capillus non frigefaceret ignem propter resistentiam caloris, & propterea resistentia, quæ est à forma subiecti, non separatur à quaeumq; virtute. Conf. concl. quia alioqui difficile explicatur, quomodo definas reactio, nisi hoc dicatur, vel aliquid qualitatis corrumpi in instanti. Contrarium Vall. 1. controuers.c.5. quod res maximè resistens si à re debilissima sæpius concutiatur, tandem reuertitur, vt patet in guttis cauantibus lapidem. Resp. alibi à nobis explicatum fuisse, guttas non excauare lapidem, nisi prius dispositis partibus per mollitudinem, vnde guttæ sequentes inuenientes partes lapidis mollificatas minus resistentes, paulatim excauant.

Quādo nō fiat reactio.

Ratione resistentiæ formæ non potest reduci ad actum.

5 4. Concl. Præter dictos, & similes casus contingit reactio secundum eandem partem subiecti, contrarietatem, & eodem tempore, est Aristot. loc. cit. & 2.de gen. 8. & 48.1.de Gen.43. 54 84. & 87. 4.de Gen. anim.c.3. vbi omnes Peripatetici Them. 3. phys.8.16. vbi Philop. & 1.de Gen.com. 102.& 184. Lauer. 3.phys.8.1.de gen.53. & 54. vbi Alb. D. Tho. & Barl. 3.phys. Galen. de placitis c.5. lib. 3. de causis symtomatum c.11. lib. de medicamentorum facultatibus, & lib. de tuenda sanitate, vbi ostendit, calorem naturalem repati ab alimentis, vnde oriuntur meliora, vel peiora alimenta, quod quædam facillimè transmutantur, quædam verò difficilè, quædam vehementius reagunt, quædam remissius. 2. Probatur experientijs, quas collig t Forl. Prima ferri igniti, si inijciatur in aqua frigida: nā calefacit aquā, & ipsum frigefit, vnde videmus aquam exhalare, sic prunæ admota niue extinguuntur, & nix calore liquescit. 2. Si glacies contrectetur manu, hæc frigefit, & illa calore liquescit, idem patet de pomo, qui manibus tenetur. 3. Aquę frigidissimę, & calidissimę commixtæ se contemperant, 4 Si gutta aquæ cadat super carbonem ignitum, aliqua pars caloris extinguitur, & tamen aqua vertitur in vaporem, 5. Aer inspiratus frigefacit cor, & cor aerem calefacit, vt patet ea inspiratione, & expiratione: ad quas 1.phy & Turl. conantur respondere, sed nihil ad rem dicunt: nam primam dicunt, esse ex exhalationibus ferri, quæ remanserunt intra aquā, neque potuerunt diuidere aquam, vel aquę extinguit calorem, non per frigiditatem, sed quia sua grauitate, & densitate obstruit poros, & prohibet exhalationem necessariam ad conseruationem carbonis, vnde idem fieret aqua calida, & similiter. Resp. ad alia, vt videre licet apud ipsum. Resp. 2. Niphus, id esse per accidens: quia scilicet ignis produeit calorem in aquam, & aqua humiditatem in ignem: vnde remittitur calor, qui conseruatur à siccitate sed contra: tum quia id dici non potest de duabus aquis commixtis, tum quia id ipsum est falsum, cum calor non magis gaudeat siccitate, quàm humiditate, neq; corrumpi possit, nisi ad introductionem frigoris, vel desitionem subiecti, tū tertio quia inter elementa symbola non esset reactio: quia non sunt inter se actiua, nisi secundum vnam contrarietatem contra experiētiam, Aristoteles 2.de gen. Resp. 3. Niph. ideò elementa non habentia vtramque

Quo tempore, et parte subiecti fiat reactio.

6 *Aquæ frigidæ, & calidæ se contemperant.*

que qualitatem in summo, vt possit esse reactio: quia dum aer agit in ignem per humiditatem, repatitur per caliditatem ignis: quia intenditur calor aeris, vnde humiditas remittitur, sed id si igitur: quia in aqua apparet maximus calor sine remissione humiditatis: & Conf. quia alioqui ignis statim corrumperet aerem, quia statim introduceret latitudinem illam caloris, vnde priuaretur humiditate, quare materia haberet dispositiones magis aptas ad formam ignis. Conf. 2. quia videmus terrã, & aquam inter se commixtas agere secundũ humiditatem, & siccitatem: nam aqua apparet siccior, & terra humidior. Neque dicas aquam humectare terram: quia producit in illa frigiditatem: nam eandem humectationem efficit aqua calida. 3. Probatur: quia alioqui nunquam ex elementis generaretur mixtum: quia elementa, ex quibus est mixtum, oportet, vt refrangantur, & remittãtur, quod ablata reactione fieri non posset: nam caliditas ignis agens in aquæ, & terræ frigiditatem, non repatitur à frigiditate, ergo non remittitur, ergo manet summa, est Auer. 4. met. con. 10. & 11. 4. Probatur: quia agens habet materiam capacẽ qualitatis, & intra sphæram passi, ergo repatitur. Conf. quia alioqui agens esset resistentiæ infinitæ: quia si ponamus passum augeri in actiuitate, vel venietur ad terminum, in quo potest vincere agens, & tunc erit reactio, vel non, & tunc erit infinita resistentia, cum à nulla finita actiuitate possit vinci, quam rationẽ fusè prosequitur Zab. c. 4.

Terra, & aqua inter se commixta agit inter se.

ART. IV. *Afferuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.*

Sed contra hanc conclusionem primũ obijcitur: quia cum tanta sit resistentia rei, quanta actiuitas, cum sua actiuitate superat passum etiam resistentiã superabit: quod argumentum aliter proponitur; nam si agens, & patiens sunt ęqualis virtutis, nulla sequeretur actio, si inæqualis, tunc validius aget, & debilius nihil aget: multa Resp. Tol. hic ad primum, quæ tamen non omninò probantur, Ideo. Ego breuiter
7 Resp. 1. non esse tantam, vt omninò superet actiuitatem, sed est minor semper resistentia contrarij, quàm actiuitas alterius, vide Burl. loc. cit. quia si habent æquales vires, neutra alteram vincet. Si inæquales vincet quæ habet maiores: nam ex Aristot. quod habet maiores vires efficit, vt habeat totalem victoriam, non quod omninò non patiatur. Dices. Sequeretur, terram, quæ humectatur ab aere, non posse agere in aerem: quia humiditas aeris superat in actiuitate siccitatem terræ, quæ est summæ resistentiæ, sed in actiuitate siccitas est minima, & humiditas in resistentia non est minima, ergo si humiditas, quæ est summè actiua, superat resistentiam siccitatis, quæ est summa, etiam tunc superabit in resistẽtia: quia maior est resistentia humiditatis, quàm actiuitas siccitatis. Resp. excessum resistentiæ, & actiuitatis non debere sumi eodem modo, neque comparatio debet esse absoluta, sed proportionalis, vnde etiam si inter qualitates vt resistentes siccitas sit summa, & inter agentes minima; humiditas verò neque in agendo, neque in resistẽdo sit minima, vel maxima, tamen si siccitas comparetur cum humiditate, maior est actiuitas siccitatis, quam resistentia humiditatis, & contra, maior est actiuitas humiditatis, quàm resistentia siccitatis: quia cæteris paribus semper maior est actiuitas in vno contrario, quam sit resistentia in alio, vnde comparando totam latitudinem actiuitatum cum latitudine resistentiarum, maior est latitudo actiuitatum: quia ordinatur ad se communicandũ, & ad sibi simile generandum, vt conseruetur species. At ve- 8
rò resistentia est ad conseruationem propriã, maior aũt est inclinatio naturę ad cõseruationem suæ speciei directè, quàm ad se tuendum tantum. Hinc patet solutio: nam cum cæteris paribus maior sit actiuitas in vno contrario, quam resistentia in alio contrario, cum vnum contrarium v.g. humidum agit in siccum, potest repati à sicco: quia resistentia humiditatis est minor, quam actiuitas siccitatis, non enim in eadem qualitate actiuitas, & resistentia sunt æquales, & ideo si excedit secundum actiuitatẽ contrarium, non excedit secundum resistentiam idem contrarium, vt sæpius dictum est. 2. Obijcitur: quia nunquam agens posset perfectè assimilare sibi passum. Resp. assimilare sibi passum secundum eam qualitatem, quam actu habet dũ agit, quare assimilat sibi passum in quantũ potest, vt benè Zab. ad 3. Dico 2. Cum reactio non duret toto tempore, in quo fit actio, sed tantum dum qualitas passi eam intensionem habet quæ sufficit ad superãdam resistentiam agentis, cum autem qualitas ita diminuta est, vt non possit reagere,

Responsio Auctoris.

Quod habet maiores vires efficit vt habeat totalẽ victoriam.

Resistentia est ad conseruationẽ propriam.

Quomodo qualitate ita diminuta vt reagere nõ possit agens se reducat ad pristinum statum.

tunc

tunc agens se reducit ad pristinum statum vnde fit potens ad assimilandum sibi perfectè passum, quod si rebus negetur hæc virtus, debet dici agens reduci ad perfectũ statum ab agente aliquo extrinseco, vel à parte non repassa eiusdem.

Vnde agens se reducat ad pristinũ statum.

3. Objic. quia possent se inuicẽ agens, & passũ corrũpere, ita vt in eodẽ instãti vtrũq; desineret esse, quod esse falsum patet, quia deberent agere, cum non sint. Consequentia patet: nam si aqua, & Ignis inuicem agant, & patiantur, ignis calefacit aquam, & aqua frigefacit ignem, ergo potest tamdiu durare actio, vt ignis ab aqua, & aqua ab igne auferat dispositiones necessarias ad propriam singulorum conseruationem, ergo corrumpent se mutuò. Resp. 1. cum de mixtione, nunc conceditur consequentia, quod confirmat dari reactionẽ, si enim reactio non esset possibilis, nõ possent duæ res se inuicem corrumpere, quod est contra experientiam; nam si duæ res simplices in certa proportione misceantur, corrumpent se, & ex eis generatur mixtum, à quo autem producatur illa forma mixti dicetur cum de mixtione.

4. Objicitur auctoritas Aristotelis 1. de Generatione 68. vbi ait est similiter autem impossibile, & si plura vni, indiuisibile enim existens in eodem habebit passiones, qua propter, & si patiatur secundum quod infrigidatur, secundum id, & aliquid aliud faciet, aut patietur, & t. 73. secundum aliud mouens, & secundum aliud motum, aut secundum idem contraria inerunt. R. in t. 68. dicere contra antiquos, principia

9 *Idem vt sic non est actiuum, et passiuum.*

rerum non esse indiuisibilia, & deducit, vt absurdum in eodem indiuisibili esse passiones contrarias ex t. 73. tãtum vult idem vt sic non esse actiuum, & passiuum, quod nos fatemur, tã diximus aliquid esse actiuũ vt habet principium actiuum, & pati, vt habet materiam receptiuam. 5. Quia daretur progressus in infinitum in actionib. nam cum agẽs agit in passum, reagit, & dũ hoc reagit, illud agit, & rursus hoc agit, & alterum reagit, quare nunquam finietur actio, cum fiat secundum qualitates diuisibiles, quæ in infinitum sunt diuisibilea. Resp. absolutè quia tandem passum amittet qualitatem actiuã qua amplius nõ possit agere.

Implicat eandem qualitatem augeri, & minui.

6. Implicat, eandem qualitatem augeri & minui, ergo implicat dari reactioné. Cõsequent a patet quia dum passum agit, eius qualitas augetur, dum patitur eius qualitas minuitur. Resp. augeri, & minui in distinctis subiectis, quod non implicat, vt patet.

7. Objic. Quia sequeretur idẽ simul moueri motib. contrarijs, quæ consequ. primo deducitur: nam sit agens A, B, C, calidum difformiter, ita vt in parte A maiore sit calor vt octo, in C. sit calor vt sex, & in passũ C. frigidum totum infra sphæram agentis calidi, sed & eius virtus actiua non possit extendi nisi ad partem C. agentis calidi, quæ appellatur pars repassa. & aliqua agẽtis pars dicatur non repassa; hoc posito sic argumentor, D. reagit in C. ergo C. frigefit, sed in eodem tempore C patitur à parte non repassa per calorem: quia sunt omnea conditiones requisitæ ad actionem scilicet dissimilitudo qualitatis approximatio, & proportio maioris inæqualitatis, cũ ponatur duplo maior parte repassa, ergo simul etiam calefier. Conf. quia cum pars A. sit maioris actiuitatis, quam B, & C. sit magis dispositum ad recipiendum calorem, quam frigiditatem ob minorem resistentiam, 1. D. agit in C. multo magis aget A. pars non repassa. Conf. 2. quia si A agit in D. distãtius, & quod magis resistit, ergo multo magis aget in C quod est propinquius, & minus resistit. 2. Deducitur eadem consequentia, si ponatur inter agens, & passum medium: nam passum vt agat in agens, debet agere in medium, & similiter agens. Resp. propter hoc argumentum sunt varij modi dicendi, quomodo fiat reactio ideò.

Ex reactione sequeretur idem moueri motibus contrarys.

Passum vt agat in agens debet agere in medium.

DVB. V. *Quomodo fiat reactio.*

ART. I. *Afferuntur varij modi dicendi.*

PRimus Modus est Vall. qui distinguit actionem aliquando fieri immediatè, aliqñ mediatè, quod inter agens, & patiẽs mediet aliquid, & in hoc casu tertio distinguit agens primũ, & proximũ, 2. primũ tantum, sed remotum. Primum proximum sed non Primum tantum, vel proximũ tantum non necessario repati, sed agens, quod est proximum, & primum repatitur vnde A. agens primum, & proximum non mouetur motibus contrarijs, sed tantum reactione contrarij, sed cum inter agens, & passum mediat aliquid, tunc reactio non potest esse in medio, neque in illo fiunt duo motus contrarij, sed medium potest impediri, ne eius actio sit ita velox, & ita aliquomodo repatitur. Sed contra, primo obijcitur: quia potest fieri reactio in agente primo, & non proximo, si tamẽ sit intra sphæram actiuitatis passi, quando enim agens est 1

Actio fit varijs mod.s.

est proximum passo, potest repati cum passum habeat virtutem supra illud, ergo etiã si sit aliquantulum distans modo sit intra sphæram. Secundo non apparet, cur agens primum, & proximum possit repati, & non proximum tantum, cum maior sit illius resistentia, quàm huius. Tertio quia adhuc manet difficultas in repassione agentis primi, & proximi: nam dupliciter potest fieri

Dupliciter potest fieri repassio.

hæc repassio; primo secundum omnes partes agentis. 2 Quod repatiatur tantum in aliqua parte approximata passo, & non in alijs, quæ non sunt sufficienter approximatæ, quando ergo patitur secundum omnes partes facilè soluitur difficultas: quia tantũ mouetur motu restionis, sed difficultas manet, quando repatitur secundum vnam partem: nam tunc deberet calefieri, & frigefieri.

2 2. Modus dicendi est negantium casum vt Simpl. qui ait, vel repatitur secundum totum, vel nihil; sed immeritò: quia sine ratione ponitur talis diuersitas: ideo 3. Modus aliorum est, qui casum concedunt, sed dicunt non agere in partem repassam, sed differunt in assignãda ratione. Nam aliqui primo dicunt partem non repassam non agere in partem repassam. quia sunt continuæ, ita Astudillo q. 22. Sed contra, quia continuitas non impedit actionem, si sit dissimilitudo in forma, vnde si remoueatur agens, statim in ea agit, ergo; Conf. quia continuitas efficit perfectiorem applicationem, & supponitur dissimilitudo, ergo: quia nihil aliud requiritur ad actionem 3. phys. 8. 1. de Gen. 46. 50. 51. & 54. Dices 1. de Gen. 78 quæ sunt continua non posse inter se agere, & pati, Resp. intelligi de continuitate, & quantitate, & qualitate, ideo vocat connata, vt colligitur ex 4. phys. 48. & licet 8. phys. 30. videtur idem absolutè dicere, tamen loquitur de motu locali. 2. Alij dicunt non agere: quia ex illis fit vnũ agens, cuius propriè est agere tantum in passum. Sed contra, quia etsi totum agat in passum tamen vna pars poterit agere in aliam dissimilem, vt patet in mẽbris corporis humani, tum quia, quando passum cessat agere, eo quod sit debilitata pars non repassa, tunc aget in repassum. Conf. quia vna est apta agere, altera pati, & sunt approximatæ, ergo aget, si aliunde non impeditur. Dices. Agens esse occupatum in vincendo passum, sed contra, cur non magis intendit se conseruare, & reficere suam partem debilitatam? cur si illi aliud

Cõtinuitas non impedit actionẽ si sit dissimilitudo in forma.

Quando passum cessat reagere tunc agit in suu repassũ.

passum opponatur, ex alia parte nihilominus agit, cum tota hac occupatione in illud? Conf. quia agens attendens ad victoriam, simul quærit se conseruare, quantũ potest, sed hic potest: quia per vnam partẽ potest se conseruare, & secundum totum agere in partem. Ex quibus 3. reijcitur modus Pompon. sect. 2. cap. 15. Dicit enim agens non posse excludere à subiecto gradum remissiorem, nisi prius excludat intensiorem, cum passum habeat frigiditatem intensiorem, quàm pars repassa, ideo ex parte repassa, & passa integratur vnum passum totale propter qualitatem, in qua conueniunt, ideo agens in hoc subiecto, & passo totali prius agit in eam partem, in qua est qualitas intensior, quam in qua est remissior; cum vero passum, & repassum venerint ad æqualitatem, tunc fiet actio in partem etiam repassam, qui modus licet sit ingeniosus, non tamen est verus, 1. repugnat experientiæ: nam si igni applicetur stipula, quæ secundum vnam partem sit maximè disposita, & secundum aliã madida, accenditur in illa parte, in qua est disposita. 2. Ratio docet, debere passũ prius pati secundum partes debiliores, quã fortiores. 3. Fundamentum illud malè intelligitur, quod prius corrumpatur gradus intensior, quàm remissior, intelligitur enim in eadem parte subiecti, non autem in diuersis. 4. Alij, vt ipse Pomp. dum erat iunior, vt ipse sect. 1. in fine conclusionis 14. & Boccat loc. cit. dicunt, si pars non repassa sit maioris virtutis, quàm pars repassa, & & totum passum cõtrarium, nõ fieri actionem, si verò pars non repassa sit minoris virtutis, fit reactio, & pars non repassa non aget ad restaurationem partis repassæ: quia est minoris virtutis, qui modus ita defendi deberet; primo vt ponatur forma partis repassæ præsente contrario non adiuuare ad resistendum, & se ad connaturalem statum reuocandum: quia facilè vincitur ab actiuitate contrarij: quia resistentia illa est ex naturali quadam sequela, sed actiuitas cõuenit formæ per se, & directè ex vi propriæ naturæ. Secũdo parti non repassæ opponi non tantum partem repassam resistẽdo, sed etiam totum passum sua virtute actiua, potest autem passum defendere subiectum approximatum, & non se, tum quia contra se agit non solum pars non repassa, sed totum agens secundum omnes partes, tum quia se tuetur resistendo, sed proximũ subiectum virtute actiua agẽdo, quæ plus

3 Passum debet prius pati secundum partes debiliores quam fortiores.

valet, quàm virtus resistitiua, vt patet: quia si applicentur duo agentia contraria æqualis virtutis circa tertium subiectum, licet inter se agerent, tamen nihil agerent in tertium illud, cum verò actiuitas passi diminuta est, tunc non agit in agens. Sed hic modus non soluit omnes experientias: nam videmus modicum aquæ tepidæ reagere in magnam copiam aquæ frigidissimæ secundum partes, quibus proximè se tangunt, & idem patet, si gutta aquæ frigidæ infundatur in magnam copiam calidissimæ. Conf. quia si in maxima niuis copia, & in eius medio tangamus aliquid, eius calore liquescet, & tñ partes frigidæ, quæ non repatiuntur sunt multò maiores in actiuitate, & quantitate repassi, & actiuitate nostræ manus: quod confirmatur ea eo, quod nostra manus multum patiatur à niue, & parum reagat. Resp. posse in his casibus esse peculiarem quandam applicationem partium, nam aqua calida, & frigida secundum partes minimas diuiduntur, & commiscentur, & illæ partes in se calidæ sentiuntur, & similiter in niue transmittuntur aliqui spiritus, vnde cum fiat melior applicatio, fortius agunt. Sed neq; satisfacit: quia ibi veræ partes frigidæ calefiunt, & calidæ frigefiunt, non solum per iuxta positionem, & secundum apparentiam, sed per remissionem, & intensionem qualitatum in eisdem partibus subiecti.

Modicum aquæ tepidæ reagit in magnam copiã aquæ frigidissimæ.

4 Alij dicunt id esse; quia passum habet maiorem virtutem contra partem agentis; quia propter obsistentiam cõtrarij species circa illam partem reflectuntur, vnde magis agunt, ita Vien. & Venet. 3. phys. 16. sed illam impugnat Pomp. sect. 1. c. 14 & 15. tum quia hic modus agendi est fictus, quia maior reactio deberet esse passi circa subiectum frigidum, quàm circa tepidum propter maiorem obsistentiam contrarij.

4 Afferuntur variæ explicationes Authorum.

5. Alij vt Heutisberus apud Pomp. sect. 5. c. 14. dicunt, etiamsi pars non repassa sit maioris virtutis, quàm passum, adhuc tamen non agere in partem repassam: quia non est sibi coniuncta secundum extremũ contrarium, idest non tangit partem, in qua est qualitas remissior: nam hæc pars est propriè passum reagẽs, quod produxit qualitatem intensiorem in parte sibi viciniori, quia passum fuit applicatum agenti secundum extremum contrarium, ideò actio fuit cæpta in illo, & continuatur, neq; incipit alia in partem repassam, quæ est facta contraria, sed non placet Pomp. quia immediatè post partem non repassam est pars habens contrarium. 6. Alij dicunt contraria primo congressu inter se mutuò agere, & vtraque post aliquem gradum suæ qualitatis deperditum conuertunt se ad sui conseruationem, & restaurationem, quia vnumquodque appetit sui conseruationẽ, quàm contrarij expugnationem; & agens quàm citius se restaurat, incipit agere in contrarium sine vlla reactione, sed hic modus est contra experientiã, primo, quia videmus remissionem qualitatis diu manere in passo, & in parte repassa, & post quam est cæpta actio semper continuari, sed in hoc modo tantum in primo cõgressu esset reactio. Secundo esset contra finem scilicet mixtionem: quia hæc numquã posset fieri, quam elemẽtum prædominans se prius restauraret, & ageret sine repassione, vnde totaliter aliud elementum corrũperetur, & ex his reijcitur modus, qui ponitur à Tol. vt scilicet naturale sit rebus prius agere in contrarium, deinde verò cum videt se superari à contrario, se conuertit ad sui defẽsionem, qui modus vel non distinguitur ab eo, quem ipse tribuit Venetio, quomodo scilicet fiat actio, & reactio vicissim, vt prius fiat vna, deinde alia, vel ab hoc, quem nunc impugnauimus. 7 Ex Fons. 1. m. c. 2. q. 3. sec. 6. ait oriri ex finitate virtutis naturalis: nam dum res naturales sunt occupatæ superandis contrarijs, non intendunt se ipsas simul tueri, eamque partem, quæ oppugnatur à contrario, defendere, sed à Fons. quæri potest ratio, cur potius res suam virtutẽ exerceant vincendo contrarium, & non seipsas seruando, cum hoc videatur magis naturale? Vlt. modus dicendi est aliorũ, qui concedunt eandem partem simul recipere motus contrarios, sicut enim qualitates in esse remisso esse possunt simul, ita etiam, & acquiri simul, sed vario modo explicant 1. Marsil. quæst. 19. ad 5. non dicit motus contrarios: quia reagens licet agat, nullam tamen qualitatem producit in repassum: quia post instans reactionis, citius altera pars introducit qualitatem contrariam, sed hæc opinio non potest intelligi: quia impossibile est agens agere, & nihil producere, deinde sumo instans determinatiuum reactionis in illo instanti, necessario debet esse determinata qualitas in determinato subiecto, & experientia constat, in huiusmodi reactione passum deuenire vsque ad sensibilem gradũ qualitatis, ideò 2. Resp. & melius, producit aliquem gradũ

Vnũquodq; magis appetit sui conseruationẽ quã contrarij expugnationem.

5 Secundum alios eadem pars recipit motus contrarios.

frigi-

frigiditatis, & calidiratis, sed non exceditur latitudo : nam dum producitur frigiditas corrumpitur aliquis alius gradus caloris, & dum producitur calor, corrumpitur aliquis alius gradus frigiditatis, quare frigiditas, quæ in eo subiecto producitur habet rationem entis successiui, sicut enim motus localis, cuius nullæ duæ partes productæ simul manent, sed quælibet vt producitur, ita corrūpitur, ita & frigiditas vt producitur, ita corrumpitur, & ideò nulli duo gradus intentiouis sunt simul in subiecto, quia partes prius genitæ non manent cum posterioribus, & ideò licet producatur aliquis gradus intensionis, tamen nunquam subiectum est alicuius intensionis, neque potest signari determinata frigiditas, quæ producitur, sicut neque determinata pars motus, quæ primum producitur, & cum dicitur omnis frigiditas est certæ intensionis. Resp. hoc fortasse verum est de frigiditate, cuius partes permanent, sed partes huius non simul permanent, nam propter cōtrarietatem agentis corrumpentis habent rationem entis successiui, & hanc mihi videtur sequutu. Nobilius cum c. 7. q. 11. dixit non esse absurdum, subiectum moueri motibus contrarijs: quia qualitates illæ sunt sicut hospites, & aduenæ, quæ scilicet statim recedant, vnde fit, vt non habeant contrarietatem : nam contrarietas est cum vtraque vult habere dominium scilicet passum, quod fit per diurnam commorationem, quam benè, & fusè explicat Zab. c. 8. ad 2. dicens duo contraria assignata esse posse simul in eodem, quare aer medius recipiet calorem, & frigus, nō vt duas qualitates contrarias; nam ignis maiorem calorem imprimeret, nisi aqua in illum aerem produceret frigus, & contra : nam aer non est aptus recipere vehementiorem actionem præsentibus illis contrarijs.

Contrarietas est cum vtraque vult habere dominium.

ART. II. *Opinio Auctoris.*

6

Quando non repugnet esse simul duos motus contrarios remissos.

EGo in hac difficultate, Dico primo, Quādo in subiecto non est completa latitudo qualitatis, non repugnat esse duos motus contrarios secundū gradus remissos qualitatum in eodem subiecto, patet ex physicis : quia sicut non repugnant termini, ita neque motus: quia contrarietas motuum sumitur ex contrarietate terminorū. Resp. Vall. posse qualitates esse simul, sed non fieri simul : quia generatio vnius est corruptio alterius, sed hoc non obstat: quia vsque ad illos gradus, quibus se compatiūtur, generatio vnius non causabit corruptionem alterius: nam si ponatur calidum vt quatuor omninò carens frigiditate, & incipiat frigefieri, donec frigiditas peruenerit ad quartum gradum, nihil caloris destrueretur: quia frigefactio non destruit calorem, nisi quatenus ponit in subiecto qualitatem incōpossibilem calori vt quatuor, quod si ponatur subiectum carens vtraque qualitate, si ei applicentur calor, & frigus, recipiet ab vtroque agente vtramque qualitatem vsque ad gradus cōpossibiles: quia agentia vsque ad illos gradus non se impediunt. Conf. quia vnaquæque res potest simul recipere quæ potest simul possidere, si non est resistentia ex parte dantis, & resistentia ex parte recipientis, sed eadem res potest simul esse calida, & frigida, vt quatuor, ergo; Vnde patet non sequi, idem corrumpi, & produci, sed vtrumque produci, & nihil corrumpi. Dices. Idem corpus nō potest simul moueri duobus motibus localibus contrarijs secundum nullum gradū ergo similiter. Resp. Hinc patere nostræ sententiæ veritatem: nam ideò nō potest moueri duobus motib. localibus: quia non potest idem corpus esse in eodem tempore in duobus vbi contratijs, sed tantum vnum spatium potest corpus implere, hoc autem subiectum potest habere vtramque qualitatem secundum gradus remissos, & ita etiam possunt acquiri in eodem tempore.

Dico 2 Licet quando in subiecto est expleta latitudo qualitatum, non repugnat posita homogeneitate graduum, idem subiectum simul moueri motibus contrarijs, tamen in nostra non fit. Prima pars patet soluendo omnia argumenta : nam si esset aliqua repugnantia ea esset : vel quia excederetur latitudo: vel quia idem simul corrumperetur, & produceretur latitudo : vel quia idem intenderetur, & remitteretur, sed non obstat primum : quia posset tantundē alterius corrumpi, quantum contrariæ producitur : neque secundum : quia non corrumperetur ille idem gradus, qui producitur, sed præcedens: & maior ratio est : quia dum producitur habet agens: quia actualiter dat illi esse, & ideò in eo tempore non potest corrumpi : quia corruptio supponit præcedentiam aliquam existentia, quam præcedentiam habet gradus præcedens in subiecto. Neque 3. quia si tandem ex vna

7 *Ex nullo capite videtur repugnantia.*

parte acquireret quantitatem, ex alia deperdit, neque simpliciter intenderetur, neque remitteretur, sed conseruaretur in æqualitate, & quodam modo fluctuaret, & neque est repugnantia intendi ex vno gradu, & remitti ex alio; qui corrumpitur sicut si quantitati bipalmari, dum vnus abscindit palmum, alter addat alterum palmũ tum eadem quantitas augeretur, & minueretur, secundum diuersas partes, numquam tamen esset maior, quam bipalmaris. Dices esset implicatio: quia si esset summa qualitas, & alius produceret alium gradum frigiditatis, & alius vnum gradum caloris, excederetur latitudo. Resp. quando qualitas est summa scilicet calor, tunc calidum nihil producit, dum est summa, sed tantum aget frigiditas, & facta dissimilitudine statim aget calor, corrumpendo illam frigiditatem prius productam, & in hoc tempore frigidum produceret aliam partem frigiditatis, & hanc calor corrumperet, & sic consequenter fieret, donec amitteretur alterius virtus. Dices. Cum immediatè post instãs sequeretur tempus, in quo fit actio frigidi quanto tempore calidum expectabit ad

Non est repugnantia intendi ex vno gradu & remitti ex alio.

8 agendum? Resp. id esse indeterminatum, vt ait Marsil. nam sicut est indeterminatum tempus, in quo incipit frigiditas agere, ita & calor restaurare, sed contra: quia si immediatè post incipit frigefactio, & etiam calefactio, ergo illa frigiditas corrumperetur immediatè post, quare puto determinari debere à Deo tempus, in quo expectari debet, vt actio fiat. Conf. ex 6. phys. 50. vbi ait, omne quod mutatur, mutari in aliquo tempore primo, idest adæquato secũdum omnes illius partes. Secunda pars mihi probatur ex Aristotele 5. phys. 47. & 48 qui omninò negat, duos motus contrarios posse esse simul etiam secundum gradus, quibus se compatiuntur qualitates in subiecto, & idem videtur posse colligi ex 6. phys. 16. & 51. & 2 de anim. t47.2. Patet experientia: quia si in lacum frigidissimum ferrum candens inijceretur, tunc extingueretur ignis, & aqua calefieret, & sic permaneret per aliquod tempus sensibile, quod non esset, si idem moueretur motib. contrarijs: nam tanta multitudo aquæ in eodem tempore produxisset etiam frigiditatem, qua fuisset corruptus calor ille minimus, vnde nunquam appareret aqua illa calida. Neque dicas maiorem esse vim caloris illius ad agendum, quam totius illius aquæ, quia ferrum est minoris quantitatis,

Tempus in quo fit reactio est indeterminatum.

An duo motus possint esse simul etiam secũdum gradus in quibus se compatiuntur qualitates.

& minoris etiam intensionis, & Conf. quia si haberet maiorem actiuitatem, ipsum nõ pateretur magis, vnde maiorem habere deberet virtutem actiuam agens principale, quàm passiuo, cum præcipuè aqua propter formæ substantialis vim sit aptior ad frigiditatem recipiendam. Sed nunc restat inquirenda ratio, cur agens desistat ab actione. Conf. ex eo, quia natura nõ permittit, vt in eodem subiecto corrumpatur vnum indiuiduum, vt aliud eiusdem rationis immediatè producatur: quia frustra hoc fieret. Dices. Si manus applicetur igni, & follis causans ventum, simul sentitur calor, & frigus. Resp. produci qualitatem remissiorem ea, quæ produceretur si non esset impedimentum, & ideò fit minor sensatio, ratione illius qualitatis remissioris; quia fortè sensus qui est in manu habet excellentiam alterius, vt patebit ex dicendis in libris de anima.

Dico 3. rationem non esse: quia materię est incapax qualitatis. Primo quia licet materia sit incapax maioris latitudinis qualitatis, tamẽ posset corrumpi actione vnius, pars aliqua qualitatis contrariæ: nam tunc materia non haberet maiorem latitudinẽ. Secundo quia cum eidem parti applicantur duo agentia cõtraria, illud deberet potius agere in subiectum applicatum, quod est maioris actiuitatis, vt in casu posito est agens, quod superat passum, quare si non agit, debet alia afferri ratio, quam incapacitas materiæ: quia quando vtrumque applicatur, est capax actionis non magis vnius, quàm alterius.

Dico 4. rationem esse, cur non fiant duo motus simul ex natura qualitatum, quæ talis est, vt in subiecto, in quo est impleta latitudo præsente actione vnius cesset actio alterius. & hoc quia sunt ordinatæ ad mixtionem, quæ impediretur, si huiusmodi actio cessaret, & hæc vniuersalior est, quam ea, quæ dicit esse hoc inditum qualitatibus, vt potius sint intentiæ ad superandum contrarium, quam se ipsas ad naturalem statũ reuocandas propter mixtionem; quia hæc ratio non potest habere locum in medio: quia non est pars agentis, neque si pars illa abscindatur, dici potest illius pars, neque hoc mirum: quia hoc videtur à natura inditum rebus, vt attendant ad conseruationem vniuersi, quod efficiunt qualitates, & se ipsas multiplicant in subiectis, & non omnino impediunt actiones aliorum agentiũ ad hoc, vt fiant mixta: sicut leue descendit

9 *Ratio cur non fiant duo motus simul ex natura qualitatum.*

pro-

propter vacuum, &c. Quod si dicatur, cur agens non agit, & passum agit, cum illud sit maioris actiuitatis? Resp. quia si ageret semper elementum fortius producens intensiorem gradum non fieret reactio, ideò natura sic temperauit actiuitates qualitatũ, vt vns agens in aliquod subiectum non impediret actionem passi, vt detur mixtio. Dices, magis res intendunt sui conseruationem, quam contrarij destructionem: quia destructio contrarij intenditur propter sui conseruationem, & sui similis productionem. Conf. quia res magis appetunt sui similis productionem, & expellere contrarium ex parte propinquiore, quàm productionem mixti. Conf. 2. quia quando est necessitas materiæ, & agentis ex vna parte, & necessitas finis ex alia, potius attenditur necessitas materiæ, & efficientis, quàm finis, vt patet in tonitruis, & terræmotibus, qui sine vllo fine oriuntur ex necessitate materiæ. Resp. in rebus esse duplicem appetitum.

10 *In rebus est duplex appetitus.*

Alterum vt particulares sunt, & conceditur, magis attendi sui conseruationem, quàm contrarij destructionem. Alterum vt partes sunt vniuersi, & ita magis appetunt id, quod vniuerso magis congruit, ideò Venet. in summa de Gener. c. 15. ad vltimum dicit, agens ex inclinatione naturæ, & ordine vniuersi inclinatur prius remittere contrarium, quàm intendere qualitatem remissam actiuitate passi, & se restaurare. Vnde patet ad confirmationem magis appetere sui similis productioné in subiecto, vbi nõ est actio alterius agentis: quia vbi est actio agentis alterius, ibi magis appetit productionem mixti, præcipuè cum passum producit qualitatem sui similem, quod inde patet; nam videmus omnia agentia superare contrarium, & non posse se defendere ab actione contrarij: quia aliquo modo superatur, vnde calor vincit frigus, & non potest efficere, quin vincatur à frigore, quare maior est inclinatio naturæ in sui communicationem, quàm in sui conseruationem. Ad 2. Conf. Resp. conceditur præualere necessitatem materiæ, & efficientis necessitati finis, vt patet: quia aliquãdo videmus agẽtia non assequi finem, quando interpositũ est aliquod impedimentum ex parte materiæ, vel efficientis, sed hic negatur esse necessitatem efficientis? quia posita actione vnius agentis in subiecto, iam impeditur actio alterius: nam non potest agere, vt diximus: quia talis est natura agentium

Necessitas materiæ, & efficientis præualet necessitati finis.

physicorum, quæ tamen natura est talis: quia erant ordinata ad talem finem, vel dici potest pertinere ad auctorem naturæ, vt in hoc casu concurrat cum hoc agente, & non cum illo, vt fiant mixtiones: quia id est conforme naturis rerum, quæ ordinantur ad talem finem, cum præcipuè hic finis sit perfectior.

Dices 2. Cur si repassum nõ sit interpositum inter agens, & passum, sed à latere agentis, potest ipsum alterari ab agente, & etiam ipsum passum, si autem interponatur, alteratur à passo, & non ab agente, cum huius actiuitas sit maior? Resp. quia quãdo est à latere agentis, ei passum non dominatur, sed si sit in medio, iam ei passum dominatur. Neque obstat maior actiuitas agentis, tum quia cum ipso in hoc casu nõ concurrit auctor naturæ propter mixtionem, tum quia cum illud subiectum sit intra sphæram actiuitatis passi, & passum patiatur ab agente, & ab illo, quod ponitur repati (nam ex his integratur vnum agens respectu passi) congruum fuit, vt ita esset ordinata natura agentium, vt non impediretur actio passi reagentis: nam alioqui nunquam potuisset fieri mixtio, etiãsi agens posset repati secundum omnes partes: quia actiuitas vnius partis agentis superat actiuitatem passi, quare impediret reactionem passi, & sic aliæ partes adiuuarent alias, vnde non potuisset repati secundum omnes partes.

Dices 3. Si parti repassæ applicetur agẽs eiusdem virtutis cum agente non repasso, quod tamen non agat in passum, an tunc impediretur reactio? Resp. impediri non posse aliquando reactionem; quia nullam video rationem, cum videamus agentia omnia naturalia pati impedimenta in suis actionibus, sed casus positus videtur mihi difficilis quomodo possit contingere: nam si est eiusdem virtutis, & habet eandem applicationem, non video, cur non agat in passum. Sed si ponatur. Resp. posse impediri actionem passi: quia cessat ratio mixtionis, & est maioris actiuitatis: nam cum tam passum, quàm illud agens secundo loco applicatum certent, vtrum eorum debeat exercere suam virtutem, certè exercebit illud, quod plus potest, & impediet reactionem, sed id quod contendimus est nõ impediri reactionem ab ipso agente in passum: quia si hoc haberet vim impediẽdi, cum semper sit actiuius, nunquam fieret mixtio, nisi quæ cõfluunt ad mixtionẽ

11 *Quando impediretur reactio?*

essent

essent in æquali virtute quæ etiam vix intelligitur fieri posse, vnde pro prædictæ doctrinæ intelligentia. Notandum est perfectiorem difficilius produci, quam imperfectiorem. Patet ea habitibus virtutum, nam acquirere habitum remissum non est difficilè, sed perfectum est valde laboriosum, vnde quilibet potest pingere, sed perfectam imaginem pauci, ita producere vnum gradum caloris, vel alterum non est difficilè, sed quatuor vel quinque est difficilius, vnde flamma potest remissũ gradum producere in ferro, sed non summum, imò neque poterit conseruare calorem ferri valdè candentis quod non potest esse nisi quia difficilè est perficere summũ, & hinc est, quod vnus gradus qualitatis nõ potest producere septimum, quod non est, nisi quia septimus requirit maiorem vim actiuam. Hinc oritur, vt facilius impediri possit productio rei perfectæ, quam imperfectæ: nam minimum quid sufficit, ne sit res perfecta, facilius autem efficere mini-

12 mum impedimentum, quam maius. Conf. quia plura requiruntur ad rem perfectam producendam, quam ad imperfectam, ex multis autem facilius est vnum impedire quàm omnia, & ideò facilius est impedire, ne fiat perfecta qualitas, quam vt imperfecta, cuius rei in qualitatibus fortasse, ea ratio est, quod eo minus est resistiua, quo magis est actiua, & contra, cum igitur summus gradus sit maximè actiuus, ideò minus resistit, vnde facilius producuntur gradus illi incompossibiles & cõtra: quia gradus remissus nõ est valdè actiuus, ideò multũ resistit, atque adeo impeditur, ne producatur ita facilè summus.

Plura requirũtur ad rem perfectam quam imperfectã producendam.

2. Not. Tripliciter posse constitui medium inter agens calidum, & passum frigidum. Primo vt secundum qualitatem magis accedat ad passum, quam ad agens, & tunc habet rationem passi, & reagit: quia est dissimilis magis agenti, vnde ex medio, & passo integratur vnũ agẽns ad reagendũ in agens quare nulla est difficultas: nam tãtum recipiet calorem: quia calidum est actiuius. 2. Si magis accedat ad agens calidum, vt si agens esset vt octo, medium verò, vt sex. 3. Vt sit æqualiter distans ab vtroq; quod scilicet habeat gradus qualitatis remissos ad medium scilicet quatuor frigiditatis, & quatuor caloris, & hoc casu neque est difficultas: nam nulla esset reactio; quia agens calidum ageret in hoc medium, & nihil ageret agens frigidum: quia

Medium inter agens, et passum potest tripliciter constitui.

cum gradus, qui produci deberet sit quintus ab eo magis debet produci: quia habet maius dominium cæteris paribus, quare potius producitur quintus gradus caloris, quàm frigiditatis, & à medio, & agente passum reciperet vnum gradum caloris sine illa reactione facta per medium, sed ex medio, & passo fieret vnum agens reagens, cum agẽs primũ calidum erit vt octo, quare tota difficultas est in secundo gradu, quando medium magis accedit ad agens: quia si haberet sex gradus caloris si calidũ, in illud deberet agere septimum gradum, sed si frigidum ageret, deberet producere tertium gradum frigoris, difficilius igitur potest produci septimus gradus caloris, quam tertius frigoris. Ex his facilè explicatur, cur passum prius reagat in partem repassam, & medium, quam agens: quia cum in medio sit qualitas agentis intensior, quã sit qualitas passi, deberet in eo producere gradum intensiorem, quam passum, quod est difficilius, sed hoc est difficilè: quia videmus si duobus agentibus applicetur tertium aliquod subiectum, recipiet actionẽ illius, quod est potentius, & respectu cuius est magis dispositum. Secundo quia cum gradus qualitatis sint eiusdem rationis, non est differentia ea parte ipsorum, vnde ille facilius producetur, vbi est minor resistentia, & hoc experientia conf. nam videmus cum aqua incipit calefieri, magis secundo quadra e calefieri, quam primo. Dices. 13
Quomodo agens nõ repassum agat in passum si non agit medium? Resp. 1. posse esse actionem in distans, præcipuè quando in medio est qualitatis gradus, qui debet produci in passo. Resp. secundo, ex non-passo, & medio fieri vnum agens respectu passi; At inquies ex passo, & parte repassa fit vnum agens, quod agit in agens, quomodo fit ea parte repassa, & non repassa vnum agens in passum? Resp. cum vtroque constituere diuersa agentia propter diuersas qualitates, quas habet, & pars illa agens in agens, & nihil patietur ab illo. Dices 2. ergo plus tribuitur passo, quam agenti, cõsequentia patet: quia æquali facta applicatione vtriusque respectu vnius subiecti dicimus fieri actionẽ à passo, & non ab agẽte fortiori. Et conf. quia dicimus agens impediri à passo, ne agat, & tamen agens non repassum non potest impedire actionem passi. Consequentis falsitas patet: quia potest esse, vt agens non repassum sit multò maioris actiuitatis, quam passum,

Ex non passo, & medio fit vnũ agens.

Agens non repassum potest esse maioris actiuitatis quam passum.

tum

tum ob qualitatem actiuiorem, tum ob gradus intensionis, tum ob quantitatem. Resp. nihil tribui maius passo, quam parti non repassæ: nam passo nihil tribuimus, nisi posse facillimè producere suam qualitatem remissã in subiectum vicinum, & posse impedire productionem qualitatis intensæ, & præterea tribuimus productionẽ qualitatis remissæ in partem repassam, sed hoc tribuimus etiam parti non repassæ: nã hæc potest producere qualitatem remissã circa subiecta sibi vicina, quæ sunt capacia illius qualitatis, quod si non producit etiã in repasso, est quia iam habet illam qualitatem remissam, neque potest à parte non repassa quidquam accipere, nisi qualitatẽ intensam, & ita etiam habet vim impediẽdi actionem contrarij alterius circa illud subiectum, quod si non impedit actionem passi circa partem repassam, est quia passũ producit non qualitatem intensam, sed remissam, deinde hoc magis tribuimus parti non repassæ, quàm passo: quia in æquali tempore plus qualitatis remissæ producit pars non repassa, quàm passum, & id, quod producit, ita permanet, vt tandem obtineat victoriam, cum passum semper debilius, & debilius euadat, vnde debilius reagit, vt tandem vincatur, & non amplius reagat, sed hæc responsio supponit id, quod supra reijcimus.

14 *Responsio Authoris.* Ergo Resp. Non tribuimus magis: quia perfectior actio est à parte non repassa in passum, quam sit passi in repassum, & patet ex victoria, quam tandem reportat, quod si respectu eiusdem partis eodem modo applicatæ passum potius agat, id est: quia nõ sunt cætera paria: quia quoad illam partem subiecti pars non repassa non habet virtutem agendi posito illo casu, scilicet præsentia passi: quia non receperunt virtutem agentis, vt agerent simul in eodem subiecto, vel vt semper impedirẽt reactionem, & præterea cum ex repasso, & non repasso fiat vnum agens, nihil est in agente, quod non agat in passum, & producat perfectiorem qualitatem.

Neque medium inter agens, & patiens mouetur motibus contrarijs simul. Dico vltimò quando mediat aliquid inter agens, & passum, idem dicendum est, scilicet nunquam posse moueri motibus contrarijs simul, & medium vniri cum eo agente, cum quo est magis simile, & recipiet qualitatem contrarij agentis, quare si medium est dissimilius agenti, tunc enim passum reaget, nihil recipiendo à reliqua parte passi, sed vnita simul reagent in agẽs, vnde pars distans fortificat sibi proximam partem, & simul agent etiam in agens distans contrarium; quod si cui non placet hic modus, sequatur illum Pomp. vt dicatur si pars non repassa si potentior passo, non sequi reactionem: nam non statim, si totum est potentius passo, quod etiam pars sit potentior passo: quod si pars non repassa sit non potentior passo, tunc pars mouebitur ex qualitate, quam recipiet à passo, quod impedit, ne in eam partem agat pars non repassa: nam pars illa resistit, non solum qualitate, quam habet, sed etiã: quia defenditur actiuitate passi, quæ potẽtior est ad intendendam frigiditatem illã, & hinc est, quod passum impedit actionẽ agentis in partem sibi propinquam, & nõ in se: quia scilicet se tantum resistendo, aliã verò partem defendit agendo, maior autẽ est vis actiua, quàm resistiua, tum etiam quia se defendere debet à toto agente, partem autem repassam solum à parte agentis non repassa. Hinc patet, quid dicendũ sit de medio: nam si non sit in eo impleta latitudo graduum, poterit simul calefieri, & frigefieri, si verò fuerit completa, tunc agens fortius intendet qualitate sibi similem, aliud verò ad summũ efficit, vt actio sit minus intensa, neque hoc impedit, quominus aqua v.g. non possit agere in ignem: quia non necessario agens, vt agat in distans, debet agere in medio, sed potest immediatè virtute sua distans attingere, quãdo medium non est capax actionis, tum quia passum, & medium vniretur in reagendo secundum aliam sententiam in agens, cum habeat qualitatem, quæ debet esse in distans, vnde distans agit per mediũ non quidem communicando qualitatem medio, sed agendo per qualitatem illius, cum quo vnitur in ratione vnius reagentis. Hoc tamen hic nota, reactionem semper esse debiliorem: quia semper minuitur virtus passi reagentis. Hinc patet, quorum cesset reactio: nam duo tempora reactionis sunt distinguenda. Primum in quo passum semper plus reagit simpliciter loquendo, & hoc tempore semper extendit suam actionem in plures partes agentis, & in eas, in quas agit, semper intendit suam qualitatem, proportionaliter verò eodem tempore minus agit: quia semper minuitur eius virtus actione agentis. Alterum tempus est, quo destruitur id, quod fuit factum per reactionem: nam quando passum iam est ita debilitatũ, & non possit

15 *Duo tempora reactionis sunt distinguenda.*

amplius reagere, tum agens incipit agere in partes repassas, & in passum vtrumque sibi quantum potest assimilando, quod si agentia, quæ se refrangebant, erant æqualia cum peruenerant ad medium latitudinis, cessabit actio, & fiet mixtio. Sed quoniã opinio hæc destruit principium quoddam philosophiæ, idest, quod actio fiat à maiori proportione inæqualitatis agentis supra resistentiam passi, & si consideretur tota resistentia partis repassæ simul cum resistentia, quæ oritur ex actiuitate passi respectu actiuitatis partis non repassæ: idcò nobis maximè placet opinio Mariliani, Buccaf. Pomp. sect. 1. in fine c. 14. & Fracast. de symp. c 6. dicentium, quando pars non repassa est minoris virtutis, quam sit actiuitas passi, & resistentia repassi, non sequi reactionem, vt patet, quando verò habet maiorem actiuitatem, tunc potest virtute sua actiua impedire actionem passi,

Actio fit à maiori proportione inæqualitatis agentis.

15 atque adeò reactionem; quia à proportione minoris inæqualitatis non sequitur actio. Dices, Videmus modicum aquæ calidæ iniectæ in puteum frigidissimum reagere in partes sibi proximas. Similiter si aqua infundatur in ignem fornacis, & tamẽ maior est actiuitas partiũ non repassarum, quam passi, & resistentia repassi, cum vincat passum. Resp. & pro respons. not. actionem semper fieri maiorem per lineas breuiores: quia est perfectior applicatio.

16 *Actio semper fit maior per lineas breuiores Quia est perfectior applicatio.*

Secundò cum inter agens, & passum requiratur dissimilitudo, secundum eos gradus fit actio, secundum quos est dissimilitudo. Vnde licet aliquando actiuitas augeatur ex extensione subiecti, nunquam tamen ita augetur, vt superet perfectionem qualitatis existentis in subiecto, atque sicut in actiuitate est determinata sphæra; ita etiam in actione actiuitatis orta ex extensione subiecti, est sphæra determinata, quare si esset ignis à Neapoli ad Nolam continuus, pars proxima Neapoli non adiuuaretur in sua actione à parte proxima Nolæ. 3. Maiorem actiuitatem posse considerari. Primò absolutè qua ratione calor vt octo habet maiorem actiuitatem, quam frigus, vt quatuor. Secundò comparatiuè, seu in ordine ad determinatum subiectum; & hac ratione frigus vt quatuor potest habere maiorem actiuitatem, quam calor vt octo, si videlicet frigus vt quatuor alicui subiecto perfectius applicetur, quam calor vt octo: & hoc potest contingere; vel quia actiuitas vt quatuor applicatur secundum se totam alicui subiecto; actiuitas verò vt octo tantum vt vnum: vel quia actiuitati vt octo respondet maior resistentia proportionaliter, quàm actiuitati vt quatuor, & maior est actiuitas pueri ad ferendam plumam, quàm gigantis ad montem. Quibus positis.

Maior actiuitas variè consideratur.

Resp. Ad illas experientias ibi, licet sit maior actiuitas non repassi, si absolutè consideretur, non tamen si spectetur respectu determinati subiecti in quam passum applicatur repasso secundum actiuitatem vt quatuor, cum omnes illi gradus sint in eadem parte subiecti, & æquè applicati per lineas breuiores: non repassum vero secundum actiuitatem vt vnum; vel si nulla est dissimilitudo, nullum habet dominiũ agendi, nisi ad summum, quatenus resistit secundum eam actiuitatem: quæ actiuitas respondet actiuitati necessariæ ad productionem gradus, qui expellitur à contrario: quia actiuitas simul cum resistentia tota repassi est minor, quàm actiuitas passi reagentis: atque ita omnia facilè congruũt, vt actione mutua possit sequi mixtio. Neque obstat extensio agentis: quia tota illa extensio non potest adiuuare magis, quàm vt vnum: nam cum pars maximè applicata supra illud subiectum non habeat, nisi actiuitatem vt vnum, partes, quæ magis distant minorem habeant actiuitatem necesse est: quia secundum proportionem distantiæ minuitur, & augetur actiuitas; semper tamen retardatur actio præsentia alterius agentis.

17 *Respondetur ad varias experientias.*

Secundum proportionem distantiæ minuitur, & augetur actiuitas.

DVB. VI. *An idem numero possit reparari.*

1 DE hac Aristot. 2. de gener. text. 70. ibi Tolet. q. 13. c. 1. Bucc. de gen. in 70. d. 3. in opin. Aureol. apud Capr. in 2. dist. 2. q. 2. art. 3. Dur. 4. d. d. 43. q. 3. D. Thom. quodl 4. q. 3 opul. 9. q. 2. Henric. quodl. 7. q. 14 Maironus d. 45. q 3 posse reparari motum, non tamen tempus ita Soar. disp. 50. sect. 9. n. 14. quia asserit etiã tempus ratione positiui posse reparari, non autem ratione negationis incluse. & nos in physicis tract. 14. q. 8. vbi dub. 1. & 2. de reproductione eiusdem entis permanentis, siue naturaliter, siue supernaturaliter, & dubit. 3. de ente successiuo, vbi retuli tres opiniones, primam negatiuam etiam per diuinam potentiam, alteram affirmatiuam ex Aureolo. Tertiã distinguentium scilicet motum posse, non autem tempus reproduci

duci vel posse reproduci ratione positiui non autem ratione negatiui. Quare nõ est, ne eadem repetantur, videri possunt. Hic solum propono aliquas defensiones. De successiuis, quod nequeant reparari, hæ possunt afferri implicantiæ. Prima nam si successiua possent reparari, posset esse præteritum vt sic: quia ratio successiui dicit non solum partem, & partem, sed etiam anterioritatem, & posterioritatem; ergo induceret rationem præteriti. 2. Quia ad rationem huius successionis nõ sufficit quoquomodo esse ante vel post, sed in tali duratione imaginaria: nam alioqui permanentia, quæ habent partes in ordine ad aliquem terminum fixum ante, & post, essent successiua. Conf. 2. quia alioqui posset fieri successiuũ permanens: quia vt põt reproducere partẽ; ita potest conseruare in esse, ne corrumpatur: quia omnes partes essent simul tum; quia non est minor potentia, quæ requiritur ad reparandum ea, quæ requiritur ad conseruandum, ne res corrumpatur; tum quia si potest efficere, vt vna pars sit simul cum alia; ergo omnes: quia omnes sunt eiusdem rationis: vt in simili argumento Aristoteles de quantitate, quod si vna quantitas est cum alia; ergo & infinitæ, &c. Conf. 3. quia res durans per annum posset fieri, vt duraret per decem annos.

Implicantiæ cur successiua non possint reparari.

2 *Res durans per annum posset durare per decẽ annos.*

Resp. Ad primum præteritum posse accipi dupliciter primo materialiter per se, quæ est præterita, & cum hac ratione conceditur posse reproduci, imò de facto idẽ homo qui fuit anno præterito, est etiam in præsenti. Secundo formaliter, vt correspõdet tempori imaginario antecedenti, & secundũ hanc acceptionẽ, vt non potest fieri, quin fuerit in illo tempore, ita neq; potest fieri, vt nunc habeat coexistentiam cũ prædicta mora, non ex defectu rei existentis, sed ex defectu temporis coexistentis, quia vt illa mora imaginaria non potest redire, ita neque coexistentia rei cum illa mora. Ad 2. Successionem dicere plures partes, quarum vna succedit alteri, atque adeo vna sit prior altera, quæ omnia reparari possunt: nam vt reparantur partes, ita potest fieri vt vna prius repareretur, quam alia. Hoc autem dicit, quod vna pars necessario coexistat durationi imaginariæ priori, & posteriori, non tamẽ vt coexistat tali, vel tali, quare successiua vt præteritæ licet non possint reparari vt coexistentia durationi imaginariæ iam elapsæ, possunt tamen vt coexistẽtia alteri durationi imaginariæ. Neque tamen fieri potest, vt successiuum formaliter fiat permanens: quia habent conditiones contradictorias; at res cui conuenit successio, fieri potest vt illi conueniat permanentia, vt de facto termini motus v. g. calor cuius partes successiuè acquiruntur, sunt permanentes, vnde fit vt vna pars sit simul cum alia, sed hinc perditur successiuitas, quæ essentialiter includit, vt vna sit post aliam, coexistentem diuersæ durationi imaginariæ. Ad 3. R. 1. corpora, quæ nunc durant per tempus determinatum durarent in statu innocentiæ in æternum: nam homo fuisset translatus ad cælum, si perseuerasset in eo statu, & corpora post resurrectionem durant in æternũ, quare nullum est absurdũ, quod durã ꝑ annũ per potẽtiã Dei duret per decẽ. Resp. 2. in argumento esse æquiuocationẽ de duratione: nam aliud est, rẽ quæ durat per annum, posse durare per decem, aliud durationem annuam, esse decem annorum nam primum facilè conceditur vt dictum est. Alterum negatur: quia duratio annua dicit existentiã rei coexistentẽ durationi imaginariæ tantæ, & non maiori, & ideo non potest esse duratio decem annorum; quia hæc dicit coexistentiã cum duratione imaginaria decuplo maiorem, sed de hac quæstione fortasse iterum in met.

Successio dicit plures partes sibi succedentes.

Successiuũ formaliter non potest fieri permanens.

QVÆSTIO VLT.

De Passione.

DE hac dictum est in Logica tr. 17. q. q. 2. d. 4. & in phys. tr. 19. q 7. d. 1. & sequentibus, vbi fusè de actione, & passione disputatum est.

DVB I. *An detur, & quid sit.*

NOt. ex 5. met. 36. passionem accipi primo ꝑ qualitate secundum quam est alteratio. Secundo pro alteratione, quæ consequitur qualitates præsertim noxias subiecto. Tertio pro magna calamitate. Quarto pro qualitate tertiæ speciei, quæ facilè transit, vt rubor ex verecundia. Quinto pro quolibet accidente, consequente essentiam. Sexto pro forma, qua denominatur subiectum pati, dum recipit formam ab agente, & de hac q̃rimus an sit, & q. d sit.

1 *Quotupliciter accipiatur nomen passio.*

Prima opinio est dicentium, nullam dari passionem: nam maximè esset ipsa receptio formæ in subiecto, & hoc non est: quia receptio est ipsa vnio formæ cum subiecto, at hæc vnio si est forma substantialis non est accidens, sed modus substan-

Xxxx tialis,

tialis, si est forma accidentalis non potest esse nisi inhærentia, at inhærentia non constituit prædicamentum: quia est prædicatum quoddam incompletum, neque fingi potest aliud, quod sit receptio, & sit accidens completum distinctum ab alijs. Conf. quia quando forma de nouo existit in subiecto, de ea intelligitur formalitas actionis, quæ est productio formæ. Secũdo formalitas motus, quo dicitur subiectum moueri à potentialitate ad actum. Tertio formalitas vnionis, qua forma informat subiectum, & in subiecto recipitur. Quarto dependentia formæ à subiecto; at nullũ horum est accidens distinctum à reliquis: quia passio non est actio; nec motus, nec vnio, nec relatio dependentiæ, ergo non datur passio; quæ constituit nouum genus entis.

Formalitas actionis est productio formæ.

2

2. Opinio est dicentium passionem esse ipsam inhærentiam, seu vnionem formæ cum subiecto, sed non placet alijs, quod passio sit accidens prædicamentale completum at vnio formæ substantialis non est accidens, & inhærentia non est accidens completum. Conf. quia per hanc vnionem formæ cum materia dicitur calidum, at per passionem non dicitur calidum, sed calefieri, neque animatum, sed animari, vnde si essent compositæ ex materia, & forma v.g. albedine, ex se, & non ab alio factum, illud esset album, non autem dealbari, sed in albo necessario includitur vnio, ergo ab hoc nõ dicitur subiectum pati albedinem.

3. Opinio est dicentium, esse ipsam dependentiam, sed non placet alijs, quia est relatio, vnde neque formaliter includi potest in passione: quia prædicamenta sunt primo diuersa. Conf. quia præcisa dependentia adhuc subiectũ pati diceretur: nã si fingamus à Deo produci calorem in subiecto independenter ab illo, vt producitur anima rationalis adhuc dabitur passio, prout patet in anima rationali, ergo.

4. Opinio est dicentium, esse formalitatem quandam posteriorem actione: nam ideo calor recipitur in subiecto: quia in illo producitur ab agente, & consistere in receptione accidentali formæ in subiecto proueniente à productione formæ, vel vnione eius cum subiecto, vnde connotat actionẽ & ideo hanc receptionem non esse formaliter vnionem: quia vnio potest concipi non concepta actione; at passio nequaquam. secundo passio non est vniens formam materiæ; at vnio formaliter vnit. tertio passio non est terminus vnitionis; at vnio est terminus. quarto passio est accidẽtale respectu formæ, cuius est receptio: ergo non est complementũ illius; at vnio aliquando non est accidens. & si quando est, non est complementum: quinto passio est posterior forma; at vnio est prior, cum sit conditio vt illi communicetur esse: sexto passio non est actualis informatio, sed supponit informationem, at vnio vt à forma procedit est actualis informatio illius, & per quam forma se communicat materiæ, & alligatur materiæ, ne ab illa separetur.

Vnio concipi potest nõ cõcepta actione at passio nequaquam. 3

7. Recipi formam in materia per vnionẽ, est esse illi alligatam; at vero recipi per passionem non est esse alligatam subiecto, sed esse in illo existentem. Vnde concludit hæc opinio, passionem esse receptionem accidentalem formæ distinctam ab vnione, quæ est actualis informatio; nam hæc propositio est vera, materia accidentaliter patitur formam, hæc autem est falsa, materia accidentaliter habet sibi vnitam formam, ergo diuersum est formam recipi in materia, vt habet illam vnitam, & recipi vt eam accipit ab agente: nam prior potest esse substantialis, posterior verò semper est accidentalis. Conf. sicut est accidentale actui intellectus, quod sit doctrina, vel disciplina, ita accidentale est calori, quod sit ab agente, & receptus in subiecto, ergo, consequentia patet; quia hoc exemplo vtitur 3. phys. 20 vt distinguat actionem à passione, & vtramque à forma: antecedens patet: nam eadem scientia si haberetur per propriam inuentionem non esset doctrina, vel disciplina, si verò habetur à magistro dicitur disciplina, si verò vt ab illo ꝓcedit in discipulũ, dicitur doctrina, quare eadẽ doctrina recipit has denominationes accidẽtales vt procedit à magistro, & vt recipitur in discipulo. Confir. quia entitati vnionis inter formam, & subiectum vt accidit prouenire ab agente, ita recipi in subiecto virtute agentis, ergo solum admitti debet receptio accidentalis ipsius vnionis, ergo multò magis receptio accidentalis ipsius formæ. Hinc deduciт passionem identificari non solum cum vnione, sed etiam cũ ipsa forma, quę vnitur, licet in suo esse non pendeat a subiecto: quia adhuc secundum suam entitatem recipitur in subiecto, neque necesse est ponere distinctam realitatem ab entitate formę: quia põt intelligi seipsa recipi accidẽtaliter in subiectu virtute agentis, quare sicut ex per-

ditione

ditione vnionis, & formæ, licet distīguātur realiter, resultat vna actio intentionalis, ita ex receptione formę ac vnionis vna passio, neque peculiari vnione inter se vniri debent, vt neque id est necessarium in actione: nam sufficit passio vnionis, & passio formæ vnitæ per talem vnionem. Ex his respondetur ad argumenta: primo præter receptionem, quæ est ipsa vnio, esse aliā in entitate formæ à qua forma denominatur recepta, & vnita materiæ vnde patet ad 1. cōf. qa ibi amittitur hæc formalitas accidētalis formæ. 3. Ex his patet, an omnē actionē comitetur passio, & q dē de actione, quæ si extra subiectum constat non habeat coniunctam passionem, actionem verò eductiuam semper: quia si est actio physica, & realis respectu eorum, quę disti guūtur realiter à subiecto, est similiter passio, si verò est actio formalis metaphysica similiter, & passio. Dices Si forma identificata in subiecto recipitur in illo media passione, etiam ipsa actio media passione reciperetur in termino vt in subiecto, vnde ipsa passio actionis alia actione produceretur, & hæc actio alia passione reciperetur, & sic in infinitum. Resp. quod sicut per vbi publicatur duratio etiam ipsius vbi, ita actione, qua terminus producitur etiā producitur receptio actionis; vel secūdo quod sicut actio, qua producitur terminus, durat eadem duratione qua terminus; ita passio termini producitur quidem actione diuersa ac terminus, & recipitur eadem passione, quæ recipitur; quare vna passio est duarū actionū; nā est forma respectu primæ actionis, & subiectū respectu secūdæ.

Soluuntur argumenta aduersariorum.

5. Opinio est, passionem formaliter esse terminum ipsum, vt receptum in subiecto, sicut actio, & motus fluens ab agente, ex 3 phys. qui ait, actionem esse motum vt ab hoc, passionem verò esse motum vt in hoc, ergo essentialiter includit motum; quare neque doctio est idem cum disciplina, neque actio cum passione idem proprie est, sed sunt motus, cui hæc insunt: nā actus huius in hoc, & huius ab hoc sunt ratione diuersi quod sequitur D. Thom. 1. p. q. 45. art. 5. ex quodlibeto 8. q. 4. art. 3. ad 3 vbi ablata actione, & passione motus, remanere tantum relationes, de qua re Caiet. 1. p. q. 28. dub. de inclusione effectus, & attributorum. Conf. quia subiectum dicitur calefieri formaliter à motu, quo mouetur ab agente: nam formaliter calefactione mouetur subiectum ad calorem, ergo omnes denominationes, quæ proueniunt à passione, etiam proueniunt ab actione, ergo non distinguuntur formaliter, sed passio est actio quatenus per illā fit terminus in subiecto. R. alij, calefieri tripliciter accipi, primo pro fieri calidum per calorem mediante vnione: secundo per tendentiam in calorem media actione, qua calor educitur de potentia materiæ: tertio pro vnione caloris recepti in subiecto ab ipso agente, primo modo idem est, quod calere media forma: secundo idem ac fieri calidum ab agente: tertio idem ac recipere calorem ab alio, quod distinguitur à fieri calidum: quia ideo subiectum recipit calorem: quia fit calidum ab agente: sed contra alij: quia hoc tantum distinctionem rationis videtur ponere, neque est vera causalitas, sed tantum secundum rationem. Sed hæc opinio non placet alijs: quia vnum prædicamentum non continet essentialiter aliud, neque habent aliquid commune idem specie, vel numero; quia sunt impermixta, ergo motus non potest includi ab actione, & passione. Conf. quia motus est formaliter actio, & distinguitur tantum ratione connotati termini à quo; at passio nullo modo potest includere actionem essentialiter. Conf. quia potest manere actio translacto motu: quia manet conseruatio, quæ est eadem actio numero ac productio, & similiter passio, ergo non includunt essentialiter motum.

4 *Actio est motus vt ab hoc passio ut in hoc.*

5 *Calefieri tripliciter accipitur.*

6 Opinio est dicentium, passionem formaliter esse actum potentiæ passiuæ, seu receptiuæ non quomodocunque: quia hac ratione motus est receptio in mobili, sed quatenus est receptio formæ illi communicatæ ab agente, sicut actio physica est communicatio formæ ipsi passo; ita Arist. 3. physic. t. 19. actionem esse actum actiui, & passionem actum passiui. Ex quibus patet, actionem, & passionem realiter esse idem, & differre formaliter, ex ratione principij, & finis diuerso modo dispositos, sicut eadē realiter est via Thebis Athenas & Athenis Thebas, sed differunt quod vt incipit à Thebis, & terminatur ad Athenas dicitur via à Thebis ad Athenas; contra verò vt incipit ab Athenis, & tendit ad Thebas dicitur via ad Athenas, sic actio dicitur actua agentis, quo forma communicatur subiecto, contra verò passio est receptio formæ illi communicatæ ab agente, vt colligitur ab Arist. t. 20. & 22. & hæc explicatio placet; cætera videantur locis citatis.

INDEX
TRACTATVVM, ET QVÆSTIONVM.

Tractatio prima De ijs, quæ sunt necessaria ad explicandos libros de Generatione.

Art.

Art.

ius

Art.

Yyyy Art.

INDEX

Capitum, & difficultatum in Textum Aristotelis.

Summa 1. de generatione, & corruptione.

Cap.

FINIS LIBRI PRIMI DE GENERATIONE.

